UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

Plutarchus

Francofurti, 1620

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1340

Visual Library

EX LIBRIS
HERMANNI HEUSER
* 7. JUNI 1870.
† 21 FEBRUAR 1901.

D1
802a

ΠΛ
X

PLV
R

LATIN

ACCE

In

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

PLVTARCHI CHÆRONENSIS QVÆ EXSTANT OMNIA,

CVM

LATINA INTERPRETATIONE HERMANNI Cruserii: Gulielmi Xylandri.

*fuit Campensis medicina dedity qui multos in hac eruditionis genere Graecos edidit, vertit, & emendauit ex Graecorum exemplaribus, cuiq; Linnaeus proximus fuit.

ACCEDIT NVNC PRIMVM LIBELLVS EIVSDEM DE Fluuiorum Montiumque nominibus, cum versione Maussaci,

ET

DOCTORVM VIRORVM NOTIS,

ET

LIBELLIS VARIANTIVM LECTIONVM ex Mss. Codd. diligenter collectarum,

ET

INDICIBVS ACCVRATIS.

Cum Gratia & Priuilegio S. Rom. Imper. Vicarij ad Annos XII.

Julius Nichler

FRANCOFVRTI,

In Officina Danielis ac Dauidis Aubriorum, & Clementis Schleichij.

ANNO M. DC. XX.

Nobiliſſ. Ampliſſ. Magnificis Ddnn. CONSVLIBVS AC SENATORIBVS INCLYTÆ REIP. FRANCOFVRTENSIS AD MOENVM SAL. ET Felic. Publ.

T A profecto eſt, magnæ Vrbis magni Senatores, multa requiruntur in iis qui vel regni, vel reipubl. adminiſtrationi digne præſunt. Sed nec minora deſiderant adminicula horum Adminiſtri. Præter alia multa, opus habent inprimis, & Pietate & Doctrina; ſine qua alarum quaſi biga, non eſt adipiſci difficilem admodum inuentu Prudentiam. Fruſtra enim egregii quid exſpectemus ab impietate, ab inſcitia. At vbi religioni ſerio litatur; at vbi liberalium artium ſtudiis induſtrie incumbitur; ibi paci ſuppetit, voluptas, quies, ſecuritas; ibi bello ſupereſt conſilium, prouidentia, neruus. Vnde etiam factum, vt toto fere Orbe, omnes qui vel ſummæ vel inferiori dignitati ſeſe præſtitere publice priuatimq; commendabiles, maxima ſua parte delectati fuerint ſcriptis ſacris, ſcriptis profanis: ea voluere, ea meditari aßidue: horum auſpicio ductuq; regna reſq; publicæ in toga rite conſtituta ſunt, legitime aucta, ſane ſarteq; conſeruata; nec minus per ipſa, bella pie ſuſcepta ſunt, cordate geſta, iuſte depoſita.

Eaq; propter maximam meruere laudem Reges Principesq;, qui Bibliothecis ſuis non vna diuinarum humanarumq; rerum monumenta, ſtudioſe quæſiuerunt, ſtudioſius cuſtodierunt, ſtudioſißime petentibus commodarunt. Sed nec defraudanda eſt honore ſuo Typographia; quæ recenti artificio, vnius Libri exemplar illico mille aliis multiplicauit; hacq; adeo fœtura reddidit immortale omne genus Scriptorum, Græcos, Hebræos, Latinos, alios. Verum vt nullum eſt bonum, cui non aliquid admiſceatur mali; ſic omnino deplorandum eſt ſenſim ac ſine ſenſu ita degenerasse artis iſtius eximiæ Genium; vt ſi cui forte tantum ſupereſſet otii à re ſua, patienterq; ei liberet ſedere ad bilancem, penſiusq; libraret hinc calcographiæ commoda, inde incommoda; hæreret proculdubio anceps quam partem iure merito pronunciare poßet addictiorem: adeo in ipſam plane quadrat Homericum illud

Pharmaca multa tenet bona, verum immixta malignis.

Inuecta eſt ſuperiori quidem ſæculo, ſed hoc noſtro mirum in modum excreuit, impudens admodum, quiduis de quacunq; re & ſcribendi & imprimendi licentia. ea non modo plenis

velis, sed & admißis remis, ita cursu volucri omnia peruagatur, omnia occupat, omnia incestat; vt nemo non, cui adhuc aliqua superat oris probitas, animi modestia, cogitationũ verecundia, ardentißimis optet votis, Reges, rerumq; dominos, tandẽ tandem, si non maiestatis suæ, at autoritatis saltem freno, coerceant diffusam intemperantemque istam scribendi libidinem, intra rectæ rationis legitimum gyrum. Tanto quidem magis, quia & hoc quoq; inter cæui huius scæuitates non est postremum, quod sine vlla discretione, sine vllo examine, sine vlla ratione, absurdißima isthæc Neotericorum blateramenta, hoc est incocta, frigida, sordida, illiberalia, dissoluta, spurca, obscæna, flagitiosa, nefaria, & in quibus nulla sani coloris odorisue vmbra; ament tamen & suspiciant, imo exosculentur atque amplectantur, præ honorabilibus illis vetustiorum ætatum monumentis: lampyridem videlicet pro sole, vrticam pro amaraco, vitrum pro smaragdo, venenum deniq; pro remedio. Hinc, proh pudor! hodie paßim non despiciuntur, sed despuuntur, relegati ad tineas ac blattas, optimi quique & maximi meliorum temporum Scriptores; tanquam iam nullius momenti, tanquam præ senio deiiciendi de ponte: vtique cum ineptum sit, vti aiunt, atq; absurdum, repertis frugibus impleri glande.

Et hæc quidem opinionis vanitas, non continet se modo intra vnius alteriusue professionis terminos, sed diluuii vniuersalis modo, omnes inundauit artes, omnes per madefecit disciplinas liberaliores, etiam ipsammet Theologiam. Quotus enim quisq;, non de plebe promiscua, quique dicis causa huic facultati nomen dare sueuit; sed quotus quisq; est è sacris literarum siue candidatis, siue Antistitibus, qui in ingenti ineptißimorum voluminum farragine, etiam admiserit, nedum legerit, primitiuæ Ecclesiæ propugnatores? qui vnam alteramve paginam excusserit Patrum Græcorum Latinorumve? Si examinarentur, non integræ modo ciuitates, sed & prouinciæ, veremur vt multæ ne vnum quidem, paucæ vix vnum alterumve producere possent.

At contra omnium occupat pulpita, in manibus, in sinubus maximorum, medioximorum, infimorum, aspicere est mataologicas istas recentium hominum ineptias: quæ comparatæ cum Antiquioribus mere aureis ac gemmeis, non modo aut ferreæ sunt, aut luteæ, nulla intercurrente scintilla strictura ve veleruditionis, vel pietatis; sed ita præterea inficiuntur æruginoso Liuoris Eridosq; succo; vt quod in hunc vsq; diem respublica Christiana parricidalibus in semetipsam armetur dextris, potißimum feralibus Typographorum istorum claßicisne an tympanis imputandum videatur.

Eadem plane etiam ratio est Auctorum, è quibus haurienda ea quæ publicis priuatisq; negotiis debita est Prudentia.

Sane Philosophi, Poetæ, Oratores, Historici, Medici, Politici, Grammatici multi, multi, intra vnam adhuc perstant editionem, at omnium vbique præla quotannis occupant teruntque vanißima Nouatorum deliramenta, sub persona tamen honesta, qualem induebant latrones Ægyptii, quibus nomen Philetis, ideo homines obuios exopinato amplectentes vt paulo post strangularent. Interim longe lateq; fulgent talium hodie-natorum opera, deaurata titulis mire speciosis; similia videlicet pyxidibus Agyrtarum, inscriptione quidẽ præferentibus varia morborum remedia, plenæ vero intus succis fatuis, euanidis, nulliusq; vsus. Vnde nullæ existunt nundinæ, quin nouus aliquis exoriatur Nugo, qui cacatis suis chartis præfigat nomen, aut Enchiridii, *aut* Epitomes, *aut* Elenchorum, *aut* Compendii, *aut* Quintæ essentiæ, *aut* Promptuatii, *aut* Florum, *aut* Gemmarum, *aut* Rosarii, *aut* Lilieti, *aut* Thesauri, *aut deniq;* Gazophylacii. *in summa, mundus totus agit histrioniam.*

Quam rem, cum auus noster Andreas VVechelus, pro ea qua erat erga humaniores literas animi teneritudine, serio doleret ac quereretur; in alia omnia descendit: prælaque sua vacare voluit generi hominum Heroico; vitam dando, vel prorogando, nunc Philo-

loso-

losophiæ magistris, nunc veritatis professoribus, nunc disciplinarum meliorum con-
qui sæculi sui breuitate, ante mille amplius annos, animorum monumentis, ac clari-
mentis extendere ac perpetuauere: qui scilicet etiamnum hodie homines redderent ve-
ligiosiores, vel probiores, vel vtrumq; Eandem quoq; animi iudiciiq; rectitudinem, pro-
sis insecuti sunt vestigiis heredes eius generiq;, Ioannes Aubrius, & Claudius Mar-
neq; id solum: sed & socerum suum multis postea antecesserunt millibus, nihil fere relicto
pud Latinos, apud Græcos, quin maximo piorum doctorumq; ingeniorum applausu, ex-
hiberent Europæ theatro publico; neglecto prorsus omni respectu quæstus sui lucri ve-
mestici; pluris arbitrati vtilitatem mundi cultioris, huiusque adeo vrbis famam glo-
riamque.

Horum heredum cum simus, minime profecto degenerauimus de natura maio-
aut moribus; sed statim ab ipsorum obitu non pauca Latine, plura Græce, vltro pu-
uimus, à nullis hactenus fere visa, ab vniuersis vero desiderata. quos nostros conati-
vos quoq; animaduertistis, Viri Nobilissimi, Amplissimique, fecistisq; quod deceba-
nerosam maiorum vestrum prosapiam, quibus nihil fuit antiquius, nihil iucundius
amare, augere, illustrare Patriæ suæ pomœria; hancq; nostram voluntatem digna-
oculo sereno; admissis nobis iterum, quasi postliminio, intra mœnia vestra, adscitisq;
uium numero; tutelæ vestræ ac clientelæ honorificæ, & nos, & nostra omnia lubentes vo-
tesq; applicastis.

Quo ipso certe non vnus stimulus, non vna fax nobis addi visa est, pertinaciter per-
gendi in incepto stadio per solennes Virtutis atque Honoris aras ad metam Perennitatis.
Iamque adeo ecce PLVTARCHVM, auctorem vere eximium, producimus modo
ex officina nostra, non solum in veste sua, id est Achaica, sed & in toga Quiritum, quo
longius latiusq; prodesse possit generi humano, à quo in hunc diem communi calculo insi-
gnitur, communis omnium pædagogus ac rector; vtpote eruditionis cuiuscunq; compen-
dium, prudentiæ inexhaustus condus promus, antiquitatis deniq; Græcæ atq; Latinæ se-
curissimum sacrariũ. Hunc talem, exiguæ gratitudinis, solidæq; obseruantiæ obsidem da-
mittite quæsumus, Viri Sũmates, animis æquis, ea sane benignitate, addetur nobis calcar
ad excitandam ex vtriusq; linguæ manubiis memorabilem aram, quæ quotidie irrigandæ
nouo, ex Mnemosynes viridariis nato expressoq; libamine, etiam sera testabitur Posteri-
tati, non contulisse vos beneficia in familiam ingratam. Quod ipsum tanto speramus pro-
cliuius, quod ordinis vestri vniuersi ac singuli, ita semper oderint atque execrentur recep-
tam iam passim fanaticorum hominum proteruiam, conuitiis potius proscindentium a-
liorum bene dicta quam vt etiam refellant; vt ne vlla quidem ratione patiamini apud
vos excudi Libellos accedentes aliqua sui parte ad carmen malum, ad conuitia liberis bo-
nestisq; indigna. Imo infinita quoq; reiicitis Ludimagistrorum cruda affectationis pæda-
gogicæ collectanea, quibus moliuntur excutere pueritiæ manibus auctores vere authen-
ticos, & iam mille annis & amplius, digne perambulantes orbem literatiorem. Quanto
enim felicius instituti estis ad omnem virtutem politicam, tanto fertis indignius sancti-
simarum disciplinarum ordinem turbari, & omissis vtilibus ac necessariis, iuuentutem
labi rapiq; ad affanias ad apinas Abecedariorum puerorumve, an senum. Quo in propo-
sito dum perseueratis modestiam etiam stabilitis in scholis vrbis vestræ, certisq; adstringi-
tis legibus moribusq; collegia Typographorum, Correctorum, Compositorum, Impressō-
rum; ita quidem vt antecedatis facile vrbes Europæ melioris vniuersas, disciplina.

Hinc etiam accidit, vt quamuis non modo superi huius Mundi partes, sed & alterius,
pedibus nostris oppositi, vrbi vestræ, veluti communis Orbis officinæ ex omni terra, ex o-
mni insula, ex omni mari, sufficiant bis quotannis quidquid vel anni tempora vel indu-
striæ humanæ, aut opere maturant, aut pretio concinnant: quamquam, inquimus, omniũ

gentium nationumq; opes ac commeatus publico primum recipitis hospitio, & deinde expedita transfusione per alias statim disseminatis terras montes ac maria; nescimus tamen an non magis adhuc augeatur ac frequentetur semestrium illarum Panegyrum dignitas, ac gloria, tot excellentium Librorum aduectione ex Germania, Italia, Gallia, Belgia, Britannia, Polonia, Hispania, aliisq; oris. Plane, esse Francofurtum ad Mœnum, commune totius quasi Sapientiæ armamentarium, esse artium scientiarumq; diuinarum humanarum gazophylacium, esse semper patens illustrium ingeniorum Prytaneum, esse deniq; perennitatis ne an Æternitatis illustre capitolium, nemo ibit inficias, qui modo tantillum pedem promouit ex vltimo Ignorantiæ ac Barbariæ barathro.

Restat tantum, vt felicitas isthæc esse possit perpetua. quod sicut animitus optamus ac vouemus à Deo optimo maximo; ita & ab eodem suppliciter petimus, Viri Nobiliss. Viri Summi, vti ita Spiritu suo Sancto, per Saluatorem nostrum Iesum Christum, omnia vestra dicta, facta, cogitata dirigat regatque in hac circumstantium bellorum propinqua flamma, vt minima maximaq; cedant ad maiestatis suæ gloriam, Ecclesiæ incrementum, Imperii ornamentum, vestræque reipublicæ salutem. In vrbe vestra 3. Non. April. cIↃ IↃ CXX.

Nobil. & Magn.
Vestræ

Deuotissimi Ciues
& subditi

DANIEL & DAVID AVBRII
&
CLEMENS SCHLEICH.

CATA-

CATALOGVS EORVM OMNIVM,

quæ hac Plutarchi editione continentur, & Tomo quidem primo insunt,

I.

1 Θησεύς, Theseus.
2 Ῥωμύλος, Romulus.
3 Λυκοῦργος, Lycurgus.
4 Νομᾶς, Numa.
5 Σόλων, Solon.
6 Ποπλικόλας, Poplicola.
7 Θεμιστοκλῆς, Themistocles.
8 Κάμιλλος, Camillus.
9 Περικλῆς, Pericles.
10 Φάβιος Μάξιμος, Fab. Maximus.
11 Ἀλκιβιάδης, Alcibiades.
12 Κοριολανός, Coriolanus.
13 Τιμολέων, Timoleon.
14 Αἰμίλιος Παῦλος, Paulus Æmilius.
15 Πελοπίδας, Pelopidas.
16 Μάρκελλος, M. Marcellus.
17 Ἀριστείδης, Aristides.
18 Μάρκος Κάτων, Marcus Cato.
19 Φιλοποίμην, Philopœmen.
20 Φλαμίνιος, Flaminius.
21 Πύῤῥος, Pyrrhus.
22 Γάϊος Μάριος, Caius Marius.
23 Λύσανδρος, Lysander.
24 Σύλλας, Sylla.
25 Κίμων, Cimon.
26 Λούκουλλος, Lucullus.
27 Νικίας, Nicias.
28 Μάρκος Κρασσος, Marcus Crassus.
29 Σερτώριος, Q. Sertorius.
30 Εὐμένης, Eumenes.
31 Ἀγησίλαος, Agesilaus.
32 Πομπήϊος, Pompeius.
33 Ἀλέξανδρος, Alexander.
34 Γ. Ἰούλιος Καῖσαρ, C. Iulius Cæsar.
35 Φωκίων, Phocion.
36 Κάτων ὁ νεώτερος, Cato minor.
37 Ἄγις & Κλεομένης, Agis & Cleomenes.
38 Τιβέριος & Γάϊος Γράκχοι, Tiberius & Caius Gracchi.
39 Δημοσθένης, Demosthenes.
40 Κικέρων, Cicero.
41 Δημήτριος, Demetrius.
42 Ἀντώνιος, Antonius.
43 Δίων, Dion.
44 Βροῦτος, Brutus.
45 Ἀρταξέρξης, Artoxerxes.
46 Ἄρατος, Aratus.

II.

In Vitas Plutarchi parallelas annotationes: in quibus multi Plutarchi loci emendantur ac restituuntur, multi explicantur: quidã ex aliis quoq; auctoribus eodem modo tractantur.

III.

In vitas Plutarchi easdem lectiones ex cod. Volcobiano & anonymis aliis diuersæ.

IV.

Index rerum & verborum memorabilium copiosissimus & absolutissimus.

Tomo vero secundo insunt,

I.

1 περὶ παίδων ἀγωγῆς, De liberis educandis.
2 πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, Quomodo adolescens poetas (audire debeat.
3 περὶ τοῦ ἀκούειν, De auditione.
4 πῶς ἄν τις διακρίνοι τὸν κόλακα τοῦ φίλου, Quomodo possit adulator ab amico internosci.
5 πῶς ἄν τις ἄνδοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ, Quomodo quis suos in virtute paranda sentire possit profectus.
6 πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, De capienda ex hostib. vtilitate.
7 περὶ πολυφιλίας, De amicorum multitudine.
8 περὶ τύχης, De fortuna.
9 περὶ ἀρετῆς & κακίας, De virtute & vitio.
10 παραμυθητικὸς πρὸς Ἀπολλώνιον, De cõsolatione ad Apolloniũ.
11 Ὑγιεινὰ παραγγέλματα, De tuenda sanitate præcepta.
12 Γαμικὰ παραγγέλματα, Coniugialia præcepta.
13 Ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον, Septem sapientum conuiuium.
14 περὶ δεισιδαιμονίας, De superstitione. (peratorum.
15 Ἀποφθέγματα βασιλέων & στρατηγῶν, De scite dictis regum ac im-
16 Ἀποφθέγματα Λακωνικά, Apophthegmata Laconica.
17 τὰ παλαιὰ τῶν Λακεδαιμονίων ὀθνεῖα δόγματα, Instituta Laconica.
18 Γυναικῶν ἀρεταί, De mulierum virtutibus.
19 Κεφαλαίων καταγραφή, Quæstiones Romanæ.
20 Κεφαλαίων καταγραφή, Quæstiones Græcæ.
21 παραλλήλων Ἑλληνικῶν & Ῥωμαϊκῶν, Historiarum Græcarũ cum Romanis coniuncta recensio, Parallela.
22 περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης, De fortuna Romanorum.
23 περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, λόγος α', De Alexandri fortuna vel virtute, oratio prior.
24 περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, λόγος β', De Alexandri fortuna vel virtute, oratio posterior.
25 πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι, Bellone, an pace clariores fuerint Athenienses.
26 περὶ Ἴσιδος & Ὀσίριδος, De Iside & Osiride.
27 περὶ τοῦ εἰ τοῦ ἐν Δελφοῖς, De ei apud Delphos.
28 περὶ τοῦ μὴ νῦν ἐμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν, Cur nunc Pythia non reddat oracula carmine.
29 περὶ τῆς ὀλιγοστίας τῶν χρησμῶν, De oraculorum defectu.
30 Ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή, Virtutem doceri posse.
31 περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς, De virtute morali.
32 περὶ ἀοργησίας, De cohibenda ira.
33 περὶ εὐθυμίας, De tranquillitate animi.
34 περὶ φιλαδελφίας, De fraterno amore.
35 περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας, De amore prolis.
36 Ἡ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν, An vitiositas ad infelicitatem sufficiat.
37 Πότερον τὰ τῆς ψυχῆς, ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα, Animíne an cor-
38 περὶ ἀδολεσχίας, De garrulitate. (poris affectiones sint peiores.
39 περὶ πολυπραγμοσύνης, De curiositate.
40 περὶ φιλοπλουτίας, De cupiditate diuitiarum.
41 περὶ δυσωπίας, De vitioso pudore.
42 περὶ φθόνου & μίσους, De inuidia & odio.
43 περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, Qua quis ratione seipsum citra inuidiam laudare possit.
44 περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων, De his, qui sero à numi-
45 περὶ εἱμαρμένης, De fato. (ne puniuntur.
46 περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου, De genio Socratis.
47 περὶ φυγῆς, De exsulio. (suam.
48 παραμυθητικὸς πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα, Consolatio ad vxorem
49 Συμποσιακῶν προβλημάτων βιβλία θ', Conuiualium disputatio-
50 Ἐρωτικός, Amatorius. (num libri nouem.
51 Ἐρωτικαὶ διηγήσεις, Amatoriæ narrationes.
52 περὶ τοῦ, ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι, Maxime cum principibus viris philosopho esse disputandum.
53 πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, Ad principem ineruditum.
54 Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, An seni gerenda sit respublica.
55 πολιτικὰ παραγγέλματα, Præcepta gerendæ reipublicæ.
56 περὶ μοναρχίας & δημοκρατίας & ὀλιγαρχίας, De vnius in republica dominatione, populari statu, & paucorum imperio.
57 περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, De vitando ære alieno.
58 Βίοι τῶν δέκα ῥητόρων De vita decem Rhetorum.
59 Ἐπιτομὴ τῆς συγκρίσεως Ἀριστοφάνους & Μενάνδρου, Comparationis Aristophanis & Menandri breuiarium.
60 περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας De Herodoti malignitate.
61 περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, βιβλία ε', De placitis Philosophorum libri V.
62 Αἰτίαι φυσικαί, Quæstiones naturales.
63 περὶ τοῦ ἐμφαινομένου προσώπου τοῦ κύκλου τῆς σελήνης, De facie, quæ in orbe Lunæ apparet.

64. περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ, De primo frigido.
65. περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον, Aquane an ignis sit vtilior.
66. πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα: τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα, Terrestriane an aquatilia animalia sint callidiora.
67. περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, Bruta animalia ratione vti.
68. περὶ σαρκοφαγίας λόγος α', De esu carnium oratio prior.
69. περὶ σαρκοφαγίας λόγος β. De carnium esu oratio posterior.
70. Πλατωνικὰ ζητήματα, Quæstiones Platonicæ.
71. περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας, De animæ procreatione, quæ in Timæo Platonis describitur.
72. περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων De Stoicorum repugnantiis.
73. Συνοψις τοῦ ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν Compendium commentarii, quo ostenditur Stoicos quam poetas absurdiora dicere.
74. Οὐδὲ ἡδέως ζῆν κατὰ Ἐπίκουρον, Ne suauiter quidem viui posse secundum Epicuri decreta.
75. περὶ Κολώτου, Aduersus Colotem.
76. Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ, λάθε βιώσας, An recte dictum sit, Latenter esse viuendum.
77. περὶ μουσικῆς, De Musica.
78. περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας, & τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων, De Fluuiorum & Montium nominibus & de iis quæ in illis inueniuntur.

II.

Henrici Stephani viri doctissimi in nonnulla horum opusculorum Philosophicorum Plutarchi commentationes doctissimæ.

III.

Lectiones variæ è codicum Vulcobii, Turnebi, Aldini, Basiliensis, & quadam ex parte Petauii (illud enim absolutum non fuit) partim impressorum, partim manuscriptorum collatione minime oscitanti collectæ.

IV.

Index rerum & verborum maxime notabilium copiosissimus.

ΕΚ ΤΟΥ ΣΟΥΔΑ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ Χαιρωνεὺς ὁ Βοιωτὸς, γεγονὼς ὅτε τῶν Τραϊανοῦ τοῦ Καίσαρος χρόνων, καὶ πρότερον. μεταδὲς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας, ἔστησε μὲν μνήσεως τῆς τῶν Ἰλλυριῶν ἀρχόντων πάροιθε, ἀφ' αὐτοῦ γνώμης τε καὶ δόξης τοῦ γράψαι τὰ πολλά.

Εἰς εἰκόνα Πλουτάρχου Ἀσωνίου ἀναθήματος.

ΣΕΙΟ πολυκλήιστε τύπον τόδε τοῦδε, Χαιρωνεῦ
Πλούταρχε, κρατεροῦ ἱέρεϊ Λυσονίου.
Ὅστις τοῖς Ἑλλήνεσι βίοις Ἑλλήνας ἀρίστους
Ῥώμης εὐπολέμοις ἤρμοσας ἐνναέταις.
Ἀλλὰ σὺ βιότοιο τοῦ Ἑλληνίου βίον ἄλλου
Οὐδὲ σύγ' ἀνγράψεις. ὁ γὰρ ὅμοιον ἔχεις.

ALITER,

EX INTERPRETATIONE ALDINÆ harum vitarum editioni præfixa, sine auctoris nomine.

HAnc statuam posuere tibi, Plutarche, decoram,
Vsque adeo Ausonium Martia corda genus.
Inclyta Graiugenum quia confers gesta Latinis,
Græcaq; Romanis nomina principibus.
Attamen ipse tibi nequeas componere quenquam:
Quod similem non sit nec reperire parem.

ALITER,

EODEM HENRICO STEPHANO interprete.

HÆC vultus simulacra tui, Plutarche, vetusti
Ausonis hic posuit Martia progenies.
Facta etenim Graium collatis fortia vitis
Aptasti factis fortibus Æneadum.
At vitam, Plutarche, tua non conferet vllus.
Nam quis te in terris æquiparare queat?

EX SVIDA.

PLVTARCHVS Chæronensis Bœotius, fuit Traiani Cæsaris temporibus, & ante. Traianus autem dignitate consulari eum ornauit; edixitque ne quisquam Illyriæ magistratuum quicquam absq; consensu eius ageret. Scripsit multa.

LATINE XYLANDER.

AVsonii statuam decoris, Plutarche, perennis
Hanc Chæronensi constituere tibi:
Inter se alternis quod componenda dedisti
Inclyta Graiugenum factaq; Romulidum.
At non ipse tamen, tibi qui contendere possit,
Scribere, nec similem tu reperire queas.

ALITER,

EX HENRICI STEPHANI INTERPRETATIONE, in qua & vocabulum ad huius operis titulum pertinens retinetur.

EFfigiem Plutarche tuam (stirps clara Cherones)
Hoc celebrem Ausonii constituere loco:
Quod Graium vitas, quorum fuit inclyta virtus,
Armigerum vitis Romulidum socias.
At vitam propriæ sociare nec ipse valeres
Vllam, par dici nam tibi nemo potest.

ALITER,

EODEM HENRICO STEPHANO interprete.

ÆRAtui Plutarche, decus spirantia vultus,
Spectaclum hic statuunt nobile Romulidum:
Quod vitas hominum genuit quos Græcia fortes,
Martigenum vitis iunxeris Ausonidum.
Ipse tua nullam poteras coniungere vitam:
Huic nullam posses quod reperire parem.

VITA

VITA PLVTARCHI
E XYLANDRO.

PATRIAM habuit Chæroneam, nobilem Bœotiæ vrbem. Fuit autem ita Bœotus, vt se facile contra prouerbium defenderit, quo ei nationi pinguia & crassa illiberaliaque ingenia per ignominiam tribuuntur. Itaq; de se quod Pindarus dicit, hoc de Plutarcho rectissime affirmabimus: eum antiquum Bœotiæ suis conuicium veris sermonibus refellisse. Quo maiorem meretur admirationem, multosque simili infamia laborantes in bonam spem studiorum erexit: est enim ita in omni Philosophiæ genere versatus, vt cum quouis Attico conferri citra periculum possit. De parentibus nihil admodum certi nobis constat: nisi quod Lampriam auum suum, & Nicarchum proauum ipse nominat. De vitæ instituto res ipsa nobis tacentibus loquitur. Vixisse sub Traiano eum, & alii, & Suidas tradit: cuius verba apponam, sed Latine (ridere enim soleo quosdam ita Græcarum literarum peritiam, si diis placet, ostentantes, vt eas etiam Latinæ orationi nulla vel necessitatis vel elegantiæ ratione infarciant:) Plutarchus, inquit, Chæronensis patria, natione Bœotus, sub Traiano vixit Cæsare, atq; etiam ante. Traianus eum consularibus honoribus ornauit: mandauitq; omnibus Illyrici præfectis, ne quid Plutarchi iniussu agerent: Scripsit multa. Hæc Suidas. Magnum ergo ei habitum ab imperatore honorem apparet. Ipse quidem Plutarchus Neronis & Domitiani, vt quorum tempore vixerit, in Antonio, Pericle, & alibi meminit. Et Sossius iste Senecio, cuius multa in scriptis Plutarchi & amica mentio est, quatuor Consulatus sub Traiano gessit: vt est in Annalibus annotatum. Nam Apophthegmata ipsi Traiano inscribuntur, Plutarchi sane nomine: sed nostrine Plutarchi id sit opus, an ab alio, & fortassis filio, ex scriptis eius consarcinatum, quæri (vt puto) non abs re potest. Exstat etiam Latina Epistola Plutarchi ad Traianum, Politicis eius præmissa: quæ ostendit, eum Traiani fuisse præceptorem. Sed quia ea in Græco non habetur, suspecta mihi est. Sacerdotem Pythii Apollinis se fuisse, ipse in libello, An seni gerenda respublica, indicat. Verisimile est, scriptas esse à Plutarcho has Vitas, cum iam prouecta esset ætate: idq; post reliquos libros, & ipse etiam Romanarum Quæstionum suarum mentionem in Romulo & Camillo facit. Cætera persequi, non est nostri instituti. qui non Plutarchum laudare, aut vitam eius scribere. sed de Opere à nobis in Latinum sermonem traducto quædam, in gratiam Lectoris dicere intenderimus. Libet primum, Agathiæ Scholastici, viri haud ignobilis, & inter doctos, qui Iustiniani Imperatoris tempore vixerunt, minime postremi, carmen de eo apponere: sed, vt solemus, Latinum factum:

Ausonii statuam decoris, Plutarche perennis
Hanc Chæronensi constituere tibi:
Inter se alternis quod componenda dedisti
Inclyta Graiugenum, factaque Romulidum.
At non ipse tamen, tibi qui contendere possit,
Scribere, nec similem tu reperire queas.

Eleganter profecto & argute, id quod res est, dixit. Nam tanto iudicio delegit Plutarchus, quos inter se conferret singulatim, Græcum atque Romanum, tanta fide, gratia, atque facundia eorum vitas, acta, exitusque comparauit, tanto iudicio similitudines ac dissimilitudines excussit, & diiudicandas proposuit, vt cogamur Agathiæ assentiri, qui parem laude Plutarcho, ac cuius cum eo contentio possit fieri, inueniri quenquam negauerit. Præclara etiam est Theodori Gazæ, hominis doctissimi, & antiqua Græcia digni, sententia, qui interrogatus (vt accepimus) à familiaribus suis, quemnam ex omnium scriptorum numero delecturus foret, si cæterorum omnium amittendorum incumberet necessitas? Plutarchum respondit: sentiens, à nemine quoque plura, ac magis varia, vtiliora etiam ad oblectationem animi facientia edita esse volumina. Parallela vitarum Græcorum atque Romanorum, fere hoc Opus inscribitur. Sunt autem Græcis Parallela, quæ certa quadam ratione iuxta se ponuntur, certoq; respectu inter se conferuntur: quemadmodum lineæ apud Mathematicos parallelæ, itemque superficies dicuntur, quæ ita iuxta se positæ aut extentæ sunt, vt æqualibus vbiq; spaciis inuicem distent. Itaque satis significanter inscripsit hoc volumen Parallela Plutarchus, in quo alternæ inter se congruentes Græcorum & Latinorum primæ existimationis virorum vitæ exponerentur. Iam cum facile intelligi à quouis possit, historicum esse

hoc Opus, historiis autem magnam partem eius doctrinæ, quæ est de vita & moribus cum contineri, tum illustrari, satis liqueat, operæ precium est, dignitatem, & vtilitatem Plutarchiani huius Operis considerare. Neque arbitror huius esse loci præstantiam Philosophiæ Moralis dicendo persequi, quam qui spernunt, non equidem video quid homine dignum probare ij possint. Putidum quoque existimo esse, historiæ laudes huc congerere: quas & iam olim multi grauissimi autores suis scriptis demonstrarunt, & nostra auorumque nostrorum memoria docti homines complures ex antiquorum monumẽtis studiose collegerunt. Id quidem in promptu est, nullum vel ad officii rationes, vel vitæ honestatem atq; constantiã, vel ad delectationem animi, genus literarum historico commodius, locupletiusque extare. Est quidem plurimum & honoris & venerationis deferendum ei Philosophiæ, quæ in consideranda rerum natura, huiusque obscuritate perscrutanda, & veritate eruenda versatur: quæ sane id præstat, vt & amœnissima, seque dignissima compleatur animus voluptate, & rerum caducarum sublimi despicientia atque contemptione instruatur. Sed tamen ita est natura comparatum, vt homines ad cœtum quendam & communem vitæ societatem facti, iis artibus indigeant, quibus instituere mores suos, virtutem colere, & inter se concordes atq; vtiles inuicem viuere, omninoq; humanam conditionem tueri possint. Ad quam rem nobis, post veræ religionis cognitionem, largitus est Moralem Philosophiam Deus, vitæ magistram & honesti (cuius rationes ab ipsa repetuntur natura) custodem: quæ & vnumquemq; priuatum pro se virtutem, & publice omnes ciuilem communitatem colere doceat. Quam Philosophiam qui negligunt, rerum contemplatione sola, veriq; indagatione contenti, ij nequaquam hominum officio conuenienter philosophantur: suntq; in grauissima culpa, quod sibi, non Reipub. natos sese esse censuerint. Verum hæc morum & virtutis disciplina cum non agitatione mentis perficiatur, neq; in cognitione acquiescat, sed in agendo consistat: mirum in modum ad historiarum quasi adminicula adnititur, quæ actiones à recta vel praua ratione profectas, earumq; progressus & exitus recenseant atq; demonstrent. Non enim demonstrationibus certis, & (vt sunt Mathematicorum) necessariis doctrina hæc comprehenditur: sed argumentis & rationibus ex vita communi actionibusq; & earum diligenti obseruatione atque fideli desumptis confectisq; traditur. Quare Aristoteles, facile in hoc genere Philosophorum princeps, adolescentem ab auditione moralis Philosophiæ excludit, quod vitæ humanæ actionum rudis sit atque imperitus. Ergo si ad præstantissimum studium peritia actionum humanarum requiritur: quisquam ita cœcus est, vt non intelligat historiam esse quasi fundamentum & sedem argumentorum, quibus de officio & virtute doceantur homines? quæ ipsa doctrina ad historias tanquam ad Lydium lapidem (non aliter quam demonstrationes ad sua principia) exigi debeat. Et vero multa sunt, quæ impediant, quo minus de præsentibus hominum factis dictisve, quam de præteritis & priscis iudicare, & ea ad vtilitatem nostram accommodare queamus: cum alioquin vt opera artificum, & lucubrationes eruditorum, ita acta etiam hominũ atq; sermones temporis quasi calculo quodam approbari oporteat. Vt omittam id, quod vtinam quam est odiosum, tam esset vanum: fœcunda culpæ esse sæcula: & hodie neq; tam multa, neq; tam illustria virtutum exempla existere: vitia autem ita ominari, itaq; increbuisse, vt quotidianis exemplis quasi adsuefacti, obseruare ea cessauerimus. Ita ergo antiquitas nobis repetenda est, in eamq; inspiciendum: & præceptorum cum rationes, tum documenta ab ea arcessenda sunt. Neq; enim iam id dicam, turpe nobis esse, quibus natura incredibilem cognoscendi cupiditatem ingenerauerit, superiorum ætatum statum, res rerumq; vices & mutationes ignorare: cum diligentia & labor doctorum virorum ea nobis fere citra vllam molestiam in ipsorum monumentis conspicienda exhibuerit. Quanquam, si prudentiæ est, præterita cum præsentibus componere, atq; ex his de iis, quæ euentura sint, coniecturam facere; prudentia autem earum virtutum, quibus officium tuemur, ciuilemq; hominum societatem administramus, princeps est, & quasi caput: nemo, vt arbitror, ita stupidus est, qui non videat, quantum & ad prudentiam parandam, & recte viuendum historiæ momenti adferant. Sed hæc alio loco disputantur fusius, hic notasse satis habuimus. Enimuero non vno modo scriptas, sed variis & diuersis esse historias, nemo nescit, nisi qui libros non viderit. Longe enim aliud in bello Gallico scribendo consilium Cæsar, quã in Annibalico aut Philippico Liuius secutus est, vel in Carthaginensi Appianus: longe aliud Herodoti, quã Thucydidis, & quam horum, Xenophontis fuit institutum: alia ratione Tiberii Cæsaris vitam Cornelius Tacitus, quam Suetonius aut Dio literis mandauit. Sed ista inter se comparare, breuitatis studio supersedeo. Plutarchi historia in his Vitis explicata est eiusmodi, vt Philosophiamne moralem historicis exemplis declarare, an rerum gestarum narrationem Philosophicis disputationibus illustrare atq; exornare propositum sibi habuerit, in quæstionem venire possit. Ita enim scriptionem historiæ temperauit, vt vsum eius (quem nos modo ostendimus) genuinum, & vitæ humanæ commodissimum indicare, morumq; præcepta eum non verbis, sed rebus confirmata tradere voluisse appareat. Id quod consecutum felicissime, non potest nisi apud indoctos & illiberaliter institutos esse dubium: ipse initio Pauli præ se fert, quid eum, vt in contexendo hoc Opere pergeret, instigarit. Et quidem mirifice facit ad constantiam doctrinæ, ac rationum, quæ in vitæ mo-

rumque

rumque disciplina tradi solent, certitudinem demonstrandam, non vnius temporis aut populi tantum, sed diuersorum exempla in promptu habere: ne casum in rebus humanis plusquam consilium posse iudicemus: neve tritum illud nostro assensu comprobemus;

Vitam regit fortuna, non sapientia.

Est enim in hoc Opere à Plutarcho satis euidenter explicatum, ac multis argumentis, multis rerum testimoniis confirmatum, similium consiliorum atq; factorum consimiles euentus fuisse, consimiles fructus aut si quid fortuna variasset, id fere ita cecidisse, vt consequentia tamen causarum & effectuum non magnopere obscuraretur. Quanquam autem est ineffabilis prope ingeniorum varietas, multa admodum & vitia & virtutes: nullũ tamẽ insigne est, vel bonitatis naturæ atq; vitæ, vel peruersitatis genus, de quo in Philosophia soleat disputari, quod non in hoc tam vario & fœcundo opere depictum suis coloribus expressumq; sit. Cuius rei cum in ipsis historiis Vitarum, earumque comparationibus illustria sint, & plurima exempla: præstat ad alia pergere, quam hic ea adducendo tempus trahere. Quæ vero insertæ passim sunt, & disputationes, & digressiones, non lucem modo magnam & splendorem narrationibus afferunt: sed & recreant tædio vel longitudinis, vel obscuritatis, aliquando & humilitatis earum; quæ referuntur rerum, affectum Lectorem: & veram Philosophicarum contemplationum ad res propositas transferendarum rationem commonstrant. Sũt autem non vnius generis, neq; de moralitantum penu depromptæ: sed nulla est omnino Philosophiæ pars cuius non aliquot capita sint eleganter, grauiterque & argute exposita. At vero quem non inuitent ad totius operis lectionem pulcherrimæ istæ aureo Operi insertæ gemmæ? Quid potest tandem (ab homine præsertim Christianæ religionis ignaro) de diuina natura sanctius atque castius dici, quam quod noster in fine Periclis, contra poetas: in Aristida, contra vulgatum errorem de Deo asserit? De cuius erga homines amore, quam sobrie in Numa loquitur? Quis profanorum authorum de immortalitate & diuinitate consequenda, veritati magis consentanea commentatus est, quam noster in fine Romuli? Quam vero acute & grauiter disputat de voluntatis nostræ motibus, vtque ij à Deo cieantur, in Coriolano? & de miraculis, in Camillo? de spectris, idq; genus ostentis, in Dione? Iam in Sertorii vita, & Phocionis initio, quam scita est fortunæ cum virtute contentio? In Numa, quam docta Platonici de Reipub. felicitate dicti explicatio? In præfatione Agidis, vt venuste atq; diserte ostenditur, quanta sua pernicie in Republ. versentur, qui auram captant popularem? Quam argute in Galba docet, de exercituum infidelitate & motibus, vbi duce vero destituuntur? De contentionibus ciuilibus & ambitione, in Agesilao: de æquanimitate & facilitate ignoscendi, in Dione? Quam luculenter in Timoleonte & Arato demonstrat ad veram virtutem, constantiã animi roburq; requiri? Quã perspicue audaciam, temeritatemq;, initio Pelopidæ à fortitudine distinguit? Quam philosophice ostendit Therycioni Cleomenes, non fortis esse, sed timidi hominis, præsentium periculorum & malorum vitandorum causa mortem sibi consciscere? Quam sapienter in fine Marii declaratur, sapientiæ studium neglectum sese vlcisci, ita vt eius contemptoribus in summa etiam prosperitate nunquam sit bene? Quam est grauis in Solone aduersus Thaletem, & docta argumentatio, qui timore amittendi à parandis bonis deterrebatur? Quid illæ digressiones? qualis in Marcello est, de Mathematicarum disciplinarum synceritate, vtque materiæ admixtione pollutæ sint: in Camillo de diebus nefastis, & maximorum facinorum certis ac prope statis temporibus: in Coriolano, de cognomentorum rationibus: in Æmilio, de fluminum scaturiginibus deque maris & montium altitudine: in Alexandro, de naphtha: in Marcello rursum, de triumphi & ouationis discrimine? Quis est homo liberalis ingenii, qui non & iucundissimas eas legere expetat, & vtilissimas legendo sentiat? quis non in tam elegantibus & omnigenis ornatum flosculis pratum exspaciari & se ibi oblectare cupiat? Ac nos quidem breuitatis studio de innumeris pauca retulimus, vt quasi gustum præberemus, qui (vt scite ille apud Euripidem ait) emptorem inuitaret. Quantum autem ad legendas & rectius percipiendas vtriusq; linguæ historias conducant hæ Plutarchi vitæ, non est quidem vel demonstrare mihi, vel iis qui dubitant, experiri difficile. Quam multa sint apud Herodotũ, Thucydidem, Xenophontẽ, aliosq; vel omissa, vel parcius, negligentius, aliquando etiam malignius scripta, quorum integra & fidelis historia à nostro possit repeti, ex collatione scriptorum diligentib. deprehendendum relinquam: quibus quidem nos in Annotationibus nostris nonnunquam obiter vel ansam conferendi præbuimus, vel auxiliũ etiam tulimus Quod idem de Latinis intelligi volo, Cicerone, Liuio, Cæsare, Sallustio, Tacito, Paterculo, aliis: ex quibus & transtulit multa, & illustrauit: plurima autem, sicut & in Græca historia, iis ex authoribus, quorum scripta ætatis hominumve inuidorum iniuria vel negligentia interciderunt, addidit. Quanta enim cura & diligentia Vitas istas conscripserit, vel ex authorũ, quos citat, tanto numero (ducentis autem amplior est) æstimari potest. quæ ipsæ optimorũ & veterum scriptorum venerandæ reliquiæ, ad frequentandam huius operis lectionẽ historiarum & antiquitatis studiosos merito trahere debent. Sed, vt finem faciam; id quod de antro Mer-

curii Orpheus, id nos de Plutarchianis hisce Commentariis, vtinam tam venuste etiam & suauiter, quam optime & vere affirmare possumus:

Si quem sana hominem mens huc accedere iussit,
Omnigena assiduis bona quo Plutarchus aceruis
Deposuit: mox ille manu lætissima vtraque
Dona domum referet felix, tutusque malorum.

Non enim gemmæ (de quibus poeta ille splendide admodum pollicetur) animi tranquillitatem, vitiorum vacuitatem, & veram felicitatem, veros honores, veram gratiam pariunt: sed philosophiæ synceræ studium, vnicum non aduersus feras & angues & latrones, sed (quæ his est exitiosior) barbariem & flagitia belluinamque turpitudinem præsidium. Porro autem dissimulandum minime est, Plutarchianum hoc Opus nequaquam ad nos peruenisse integrum: neque vitiatum modo à librariis esse, sed mutilum & magna sui parte mulctatũ. Neq; enim comparationes tantum nonnullæ harum, quæ ad nos peruenerunt, Vitarum desunt: vt Themistoclis & Camilli, Pyrrhi & Marii, Alexandri & Cæsaris, Phocionis & Catonis: sed & multas à Plutarcho scriptas Vitas desiderari constat. Ipse enim à se conscriptas quasdam diserte refert, quæ non exstant: vt Epaminondæ in Agesilao, Metelli Numidici in Mario, Scipionis Æmiliani in Tib. Graccho, Leonidæ in libello de Herodoti malignitate, Daiphanti in opusculo de Virtutibus mulierum, sub Phocidum titulo. Videtur & Herculis scripsisse vitam, idq; in Theseo innuere. Tum quia Artoxerxem, Aratum, scripsit Plutarchus: quos cum eis conferret haud dubie scripsit, nisi forte defuisse exempla in tanto historiarum chao putemus. nam Galbam & Othonem facile pro Plutarchianis agnosco: ad Parallela tamen hæc non magis pertinere puto, quam decem oratorum Atticorum vitas ab eodem scriptas: & quidem post illas leguntur inter cætera Plutarchi opuscula. Tamen quia erant in græco codice nostro additi, & dignissimi lectu sunt, præsertim quod multa habent, quæ apud Cornelium Tacitum, & Suetonium desiderantur, non dedignatus eas sum mea interpretatione. Isocratis est Euagoras, & ab amico meo summo, eodemq; doctissimo atq; humanissimo viro Hieronymo Wolfio eleganter conuersus. Probabile est eum etiam Augusti, Tiberii, aliorumque vitas literis mandasse multorum, & Romanorum regum, principum, aliasve inclytorum virorum. Ordine vero longe, quam sit hodie receptus, alio, eum hoc Opus condidisse, ipse locuples est testis: qui cum in Pericle & Demosthene indicet, se binorum, quos inter se compararet, acta singulis libris pertractasse, Periclem & Fabium decimo, Demosthenem & Ciceronem quinto lib. assignat, sicut & Dionem duodecimo: hodie vigesimo libro hos, illos quinto legeres. Extat etiam liber Plutarchi, qui de Homeri vita inscribitur: cum paucissimis vita Poetæ explicetur, reliqua de poesi eius sint. Quem ego librum, si Deus voluerit, suo tempore, ita vt ex re studiosorum est tractatum, in lucem dabo. huc enim non pertinet. Annibalis & Scipionis maioris Vitæ Latinæ sunt factæ à Donato Acciaiolo, & cum reliquis editæ: mihi, vt eas Græcas viderem, nondum contigit, & quidem in Pyrrho Plutarchus Scipionis istius vitæ à se scriptæ meminit. Ego tamen eas Latinas, vt circumferuntur, addendas curaui, ne quid Plutarchianum desideraretur. Certe Amiotus, qui se multis vsum & bonis in Italia etam codicibus asserit, eas non habet. Deplorare autem tanti operis tam indignam calamitatem, cum id frustra sit futurum, non vacat. quanquam alioquin hodie ita fere sunt ingenia, vt de Liuianis CXLII. libris, amissos CVII. plures desiderent, quam superstites XXXV. legant. Grati potius simus: & eo, quod nobis diuina quadam fortuna relictum est, vti dignum est, vtamur. Quæ præterea sunt, de quibus moneri Lectorem debere putaremus, ea in Annotationibus commodiori, vt arbitramur, loco sumus complexi. Nunc, quia & de Operis à nobis translati dignitate, & de nostro in eo interpretando labore atq; ærumnis satis, & pro modo Præfationis fortasis multa disseruimus: restat, vt receptui canamus, & duriter atque fideliter administrati nostri officii conscientia freti, bonum atque candidum Lectorem ad lucubrationis nostræ lectionem cognitionemq; admittamus.

Lam-

LAMPRIAS DE SCRIPTIS PLVTARCHI
CHÆRONENSIS ET GRÆCE ET LATINE
nunc primum editus.

ΣΟΥΙΔΑΣ.

Λαμπρίας, Πλυτάρχυ τοῦ Χαιρονέως υἱός, ἔγραψε πίνακα, ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔγραψε.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ ΓΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΑΓΡΑΦῆς τῶν Πλουτάρχου βιβλίων.

Ἐπιστολή.

Οὐδ' ἄλλοτέ ποτε τῆς χρωμένης ἡμῖν ὀλίγου τῆς Ἀσίας πρὸς ἀλλήλους συνουσίας ἐπιλαθόμενος, οὐδὲ τῆς σῆς περὶ παιδείαν καὶ περὶ τοὺς φίλους σπουδῆς καὶ προθυμίας ἠγνοηκώς, ἀλλὰ μανθάνων σε τοῦ ὀπισθολίου, ἐγνώρισα τὄνομα. καὶ ἡδέως ἔπραξα [ἐν ἄλλῳ γράφ. ἡδέως ἔπραξα, Ful. Vrsin. ἴσως, ἡδύτ.] διετέθην, ἐρρωμένου ὁρῶντά σε, καὶ ἡμῶν μεμνημένον. καὶ ἡδέως ἐν μέρει πάλιν ἀσπάζομαί σε, καὶ τοῦ γραφοῦ [ἴσ. ἀναγραφοῦ.] ὃν ἐθέλησας τοῦ πατρὸς βιβλίων ἔπεμψά σοι. ἐρρῶσθαι εὔχομαι.

Πλυτάρχυ βιβλίων πίναξ.

α'. Θησεὺς καὶ Ῥωμύλος.
β'. Λυκοῦργος καὶ Νοῦμας.
γ'. Θεμιστοκλῆς καὶ Κάμιλλος.
δ'. Σόλων καὶ Ποπλικόλας.
ε'. Περικλῆς καὶ Φάβιος Μάξιμος.
ϛ'. Ἀλκιβιάδης καὶ Μάρκος Κορνήλιος [Κοριολάνος.]
ζ'. Ἐπαμινώνδας καὶ Σκιπίων.
η'. Φωκίων καὶ Κάτων.
θ'. Ἄγις καὶ Κλεομένης.
ι'. Τιβέριος καὶ Γάϊος Γράκχοι.
ια'. Τιμολέων καὶ Παῦλος Αἰμίλιος.
ιβ'. Εὐμενὴς καὶ Σερτώριος.
ιγ'. Ἀριστείδης καὶ Κάτων.
ιδ'. Πελοπίδας καὶ Μάρκελλος.
ιε'. Λύσανδρος καὶ Σύλλας.
ιϛ'. Πύῤῥος καὶ Μάριος.
ιζ'. Φιλοποίμην καὶ Τίτος.
ιη'. Νικίας καὶ Κράσσος.
ιθ'. Κίμων καὶ Λούκουλλος.
κ'. Δίων καὶ Βροῦτος.
κα'. Ἀγησίλαος καὶ Πομπήϊος.
κβ'. Ἀλέξανδρος καὶ Καῖσαρ.
κγ'. Δημοσθένης καὶ Κικέρων.
κδ'. Ἄρατος καὶ Ἀρταξέρξης.
κε'. Δημήτριος καὶ Ἀντώνιος.
κϛ'. Αὐγούστου βίος.
κζ'. Τιβέριος.
κη'. Σκιπίων Ἀφρικανός.
κθ'. Κλαύδιος.
λ'. Νέρωνος βίος.
λα'. Γάϊος Καῖσαρ.
λβ'. Γάλβας καὶ Ὤθων.
λγ'. Βιτέλλιος.
λδ'. Ἡρακλέους βίος.
λε'. Ἡσίοδος.
λϛ'. Πίνδαρος.
λζ'. Κράτης καὶ Δαΐφαντος [ἐν ἄλλῳ, Δαϊφάντου. F. Vrs.]
λη'. Ἀριστομένης.
λθ'. Ἀράτου [πλεονάζει ἴσως.]
μα'. βίος τῶν δέκα ῥητόρων.
μβ'. Ὁμηρικῶν μελετῶν βιβλία δ'.
μγ. εἰς Ἐμπεδοκλέα περὶ τῆς οὐσίας, βιβλία ε'.
μδ'. περὶ τῆς [ἐν ἄλλῳ, τῶν] εἰς ἑκάτερον ὀπτορικῆς [ἴσ. ὀπτορικήσεως ἢ ὀπτορικῶν.
με'. . . . [ἴσ. μύθων] βιβλία γ'. (ῥημάτων.] βιβλία ε'.
μϛ'. Περὶ ῥητορικῆς βιβλία γ.
μζ'. Περὶ ψυχῆς εἰσαγωγῆς, βιβλία γ'.
μη'. Περὶ αἰσθήσεων, βιβλία γ.
μθ'. ἐκλογὴ φιλοσόφων, βιβλία β'.
ν'. πόλεων εὐεργεσίαι, βιβλία γ'.
να'. πολιτικῶν, βιβλία β'.
νβ'. Περὶ Θεοφράστου πρὸς τὸν καιρὸν [ἴσ. πρὸς Θεόφραστον περὶ τοῦ καιροῦ.]
νγ'. Περὶ παρειμένου [ἐν ἄλλῳ, παρακειμένου. F. Vrs.] ἱστορίας, βιβλία δ'.
νδ'. Παροιμιῶν βιβλία β'.
νε'. Τῶν Ἀριστοτέλους τοπικῶν βιβλία η'.

SVIDAS.

Lamprias Plutarchi Chæronensis F. tabulam confecit omnium scriptorum patris sui.

LAMPRIAS DE SCRIPTIS Plutarchi Chæronensis.

Epistola.

NEQVE alias vnquam veteris illius, quæ mihi tecum in Asia fuit, familiaritatis oblitus; neq; tui erga disciplinas & amicos studii ac propensionis ignarus: redditis mihi literis tuis, nomen statim agnoui; summa adhæc animi voluptate sum perfusus, quod te valere, nostriq; memoriam conseruare intelligerem. Saluto itaq; te vicissim; & quam patris mei Plutarchi optasti librorum exscriptionem, ad te mitto. Vale

Librorum Plutarchi Index.

1. Theseus & Romulus.
2. Lycurgus & Numa.
3. Themistocles & Camillus.
4. Solon & Poplicola.
5. Pericles & Fabius Maximus.
6. Alcibiades & M. Coriolanus.
7. Epaminondas & Scipio.*
8. Phocio & Cato [minor.]
9. Agis & Cleomenes.
10. Tiberius & Caius Gracchi.
11. Timoleon & Æmilius Paulus.
12. Eumenes & Sertorius.
13. Aristides & Cato [maior.]
14. Pelopidas & Marcellus.
15. Lysander & Sulla.
16. Pyrrhus & Marius.
17. Philopœmen & Titus.
18. Nicias & Crassus.
19. Cimon & Lucullus.
20. Dion & M. Brutus.
21. Agesilaus & Pompeius.
22. Alexander & Cæsar.
23. Demosthenes & Cicero.
24. Aratus & Artaxerxes.
25. Demetrius & Antonius.
26. Augusti Cæsaris vita.*
27. Tiberius.*
28. Scipio Africanus.*
29. Claudius.*
30. Neronis vita.*
31. C. Cæsar.
32. Galba & Otho.
33. Vitellius.*
34. Herculis vita.*
35. Hesiodi.*
36. Pindari.*
37. Cratetis & Daiphantis [al. Daiphanti, rectius.]
38. Aristomenis.*
39. Arati.*
40. Decem oratorum Græciæ.

} vitæ.

41. Homericarum declamationum libri IV.*
42. In Empedoclem, de quinta Essentia, libri V.*
43. De concertatione in vtramque partem lil
44. Fabularum libri III.
45. De Rhetorica libri III.
46. De animæ introductione libri III.*
47. De sensibus libri III.*
48. Excerpta Philosophorum libri II.*
49. Vrbium res præclare gestæ, libri III.*
50. Politicorum libri II.*
51. Ad Theophrastum de occasione.*
52. De his quæ historiæ adiacent.*
53. Adagiorum libri II.*
54. Aristoteleorum Topicorum libri VIII.*

††

νε'.	Σωσίκλης, βιβλία β'.	55.	Sosicles, libri II.*
νϛ'.	περὶ εἱμαρμένης, βιβλία β'.	56.	De Fato, libri II.
νζ'.	περὶ δικαιοσύνης, πρὸς Χρύσιππον, βιβλία γ'.	57.	Ad Chrysippi librum de iustic
νη'.	περὶ ποιητικῆς.	58.	De poetica.
νθ'.	περὶ τῶν ἀρεσκόντων φιλοσόφοις φυσικῆς ὀπτομῆς, βιβλία ε'.	59.	De placitis Philosophorum in Physicis, epitomes libri V.
ξ'.	Στρωματεῖς, ἱστορικοί, ποιητικοί, ξβ'. ἔνιοι δὲ ξς'.	60.	Stromateis [Eusebius lib. 1. Euang. præp. 1.] historici, poetici, LXII. (al. LXVI.)*
ξα'.	περὶ τοῦ μὴ εἶναι πρὸ τοῦ Πλάτωνος Ἀκαδημίαν.	61.	Non esse Academiam à Platone profectam.*
ξβ'.	περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Πυῤῥωνείων καὶ Ἀκαδημαϊκῶν.	62.	De repugnantia Pyrrhoniorum & Academicorum.*
ξγ'.	περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας.	63.	De animæ, quæ in Timæo Platonis describitur, procreatione.
ξδ'.	περὶ τοῦ γεγονέναι καὶ Πλάτωνα τὸν κόσμον.	64.	Mundum conditum ex Platonis sententia.*
ξε'.	ποῦ εἰσὶν αἱ ἰδέαι;	65.	Vbi sint Ideæ?*
ξϛ'.	πῶς ἡ ὕλη τῶν ἰδεῶν μετέλαβεν, ὅπερ τὰ ἀσώματα ποιεῖ.	66.	Quomodo Idearum materia assumpsit, vt incorporea (gignat.*
ξζ'.	περὶ Σωκράτους δαιμονίου.	67.	De Socratis genio.
ξη'.	ὑπὲρ τοῦ Πλάτωνος Θεαγοῦς [ἐν ἄλλῳ, Θεαγοῦς. F. Vrs.]	68.	Super Platonis Theagene.*
ξθ'.	περὶ μαντικῆς, ὅπερ σώζεται καὶ τοῖς Ἀκαδημαϊκοῖς.	69.	De vaticinatione defendi contra Academicos.*
ο'.	περὶ τῶν ἠθικῆς ἀρετῶν.	70.	De virtute morum.
οα'.	περὶ τοῦ ἐν τῇ σελήνῃ φαινομένου προσώπου.	71.	De facie, quæ in Luna apparet.
οβ'.	πότερον ὁ περισσὸς ἀριθμὸς ἢ ὁ ἄρτιος ἀμείνων;	72.	Vtrum impar numerus, an par, sit præstantior?*
ογ'.	εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον.	73.	An seni gerenda sit Respublica?
οδ'.	περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.	74.	De Stoicis repugnantiis.
οε'.	περὶ ἐννοιῶν, πρὸς τοὺς Στωϊκούς.	75.	De communibus noticiis, aduersus Stoicos.
οϛ'.	περὶ συνηθείας, πρὸς τοὺς Στωϊκούς.	76.	De consuetudine, ad Stoicos.*
οζ'.	ὅτι παραδοξότερα [ἴσ. παραδοξότερα.] οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσι.	77.	Stoicos, quam poetas absurdiora dicere.
οη'.	πρὸς τὸν τοῦ Ἐπικουρείου ἀκρόασιν.	78.	De Epicuri auditione.*
οθ'.	περὶ θεῶν.	79.	De Diis.*
π'.	πρὸς Κολώτην ὑπὲρ τῶν ἄλλων φιλοσόφων.	80.	Aduersus Colotem, de aliis Philosophis.
πα'.	ὅτι οὐδὲ ζῆν ἥδιον ἡδέως, κατὰ Ἐπίκουρον.	81.	Ne suauiter quidē viui posse, secundum Epicuri decreta.
πβ'.	πρὸς Βιθυνικὸν περὶ φιλίας.	82.	Ad Bithynicum de amicitia.*
πγ'.	Ἀμμώνιος, ἢ περὶ τοῦ μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνοικεῖν.	83.	Ammonius, siue, Non iucūde cum vitio vitam traduci.*
πδ'.	πῶς αὔτις ἑαυτὸν ἐπαινέσειεν ἂν ἐπιφθόνως.	84.	Quomodo se quis citra inuidiam laudare possit.
πε'.	ἢ ἀρετὴ ἡ ῥητορική.	85.	Sitne virtus Rhetorica.*
πϛ'.	πῶς αὔτις αἰσθήσοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος πρὸς ἀρετήν.	86.	Quomodo quis in virtute se profecisse sentiat.
πζ'.	περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων.	87.	De oraculorum defectu.
πη'.	πῶς διακρίνομεν τοῦ φίλου τὸν κόλακα.	88.	De discrimine amici & adulatoris.
πθ'.	περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ.	89.	De primo frigido.
ϙ'.	περὶ βραδέως κολαζομένων ὑπὸ τοῦ θείου.	90.	De his, qui sero à numine puniuntur.
ϙα'.	περὶ ἀδολεσχίας.	91.	De garrulitate.
ϙβ'.	περὶ ὀργῆς.	92.	De ira [cohibenda.]
ϙγ'.	ὑγιεινὰ παραγγέλματα.	93.	Præcepta tuendæ valetudinis.
ϙδ'.	περὶ εὐθυμίας.	94.	De animi tranquillitate.
ϙε'.	περὶ δυσωπίας.	95.	De inutili verecundia.
ϙϛ'.	περὶ πολυπραγμοσύνης.	96.	De curiositate.
ϙζ'.	περὶ φιλαδελφίας.	97.	De amore fraterno.
ϙη'.	περὶ κομητῶν [ἐν ἄλλῳ, κομήτων. F. Vrs.] ποῖον . . . κύκλον.	98.	De Cometis.*
ϙθ'.	περὶ φυγῆς.	99.	De exilio.
ρ'.	περὶ τοῦ ἀκούειν τῶν φιλοσόφων.	100.	De auditione Philosophorum.
ρα'.	. . . . . [ἴσ. πῶς δεῖ ποιημάτων] ἀκούειν.	101.	De poetis audiendis.
ρβ'.	πολιτικὰ παραγγέλματα.	102.	Reip. gerendæ præcepta.
ργ'.	περὶ βίου. ἐν ἄλλῳ δὲ, περὶ τοῦ τὸν βίον [ἴσ. ἐοικέναι] . . . κυβείᾳ.	103.	De vitarum . . . . in alio, vitam se se habere instar lusus (aleæ.*
ρδ'.	πῶς δεῖ τοῖς σχολαστικοῖς γυμνάσμασι χρῆσθαι.	104.	Qua ratione otiosis Gymnasii exercitationib. vtendum.*
ρε'.	ἐρωτικός.	105.	Amatorius sermo.
ρϛ'.	ἀποφθέγματα ἡγεμονικὰ στρατηγικά, πολεμικά.	106.	Apophthegmata Imperatorum, militum, Regum.
ρζ'.	περὶ ἰδίου σώματος.	107.	De suo corpore.*
ρη'.	συμπόσιον τῶν ζ'. σοφῶν.	108.	Conuiuium septem Sapientum [Græciæ.]
ρθ'.	παραμυθητικὸς πρὸς Ἀσκληπιάδην [ἴσ. Ἀπολλώνιον.]	109.	Consolatorius ad Asclepiadem [F. Apollonium.]
ει'.	παραμυθητικὸς πρὸς τὴν γυναῖκα.	110.	Consolatio ad vxorem suam.
εια'.	περὶ φιλοκοσμίας.	111.	De cultus corporis studio.*
ειβ'.	τιθηνικός.	112.	Nutricator.*
ειγ'.	Γαμικὰ παραγγέλματα.	113.	Coniugialia præcepta.
ειδ'.	περὶ τοῦ μὴ χρᾶν νῦν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν.	114.	Non reddere nunc Pythiam versibus oracula.
ειε'.	περὶ τοῦ Ε Ι τοῦ ἐν Δελφοῖς.	115.	De E I Delphis [inscripto.]
ειϛ'.	περὶ τοῦ κατ' Ἴσιν λόγου καὶ Σάραπιν.	116.	De Iside & Serapide [al. Osiride.]
ειζ'.	αἰτίαι τῶν Ἀράτου διοσημείων.	117.	Causæ signorum [seu prodigiorum] Arati.*
ειη'.	εἰς τὰ Νικάνδρου θηριακά.	118.	In Nicandri Theriaca.*
ειθ'.	Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου σύγκρισις.	119.	Aristophanis & Menandri comparatio.
ρκ'.	περὶ τοῦ Ἡροδότου κακοηθείας.	120.	De Herodoti malignitate [seu versutia.]
ρκα'.	περὶ τοῦ χρόνου τῆς Ἰλιάδος.	121.	De tempore Iliados.*
ρκβ'.	πῶς κρινοῦμεν τὴν ἀληθῆ ἱστορίαν.	122.	Qua ratione veram historiam discernere liceat.*
ρκγ'.	ὑπομνημονεύματα.	123.	Memorabilia.
ρκδ'.	Γυναικῶν ἀρεταὶ. ἐν ἄλλῳ δὲ, περὶ τοῦ πῶς δεῖ ζῆν γυναῖκα πρὸς ἄνδρα.	124.	Mulierum virtutes. vel, de officio vxoris erga maritum.
ρκε'.	περὶ ζώων ἀλόγων ποιητικός.	125.	De animantibus rationis expertibus poeticus sermo.
ρκϛ'.	διηγήσεις παραλλήλοι ἑλληνικαὶ καὶ ῥωμαϊκαὶ, ὅσα κυρίως ἐναντιωμάτων.	126.	Narrationes comparatæ Græcorum & Romanorum. Epicureorum repugnantiæ.*
ρκζ'.	πῶς αὔτις ἂν ἐχθροῖς ὠφελοῖτο.	127.	Qua quis ratione ex hostibus vtilitatem capiat.
ρκη'.	περὶ τοῦ μὴ μάχεσθαι τῇ μαντικῇ τὸν Ἀκαδημαϊκὸν λόγον.	128.	Non aduersari diuinationi doctrinam Academicorum.*
ρκθ'.	ἐπιστολὴ πρὸς * Φαβώρινον [ἐν ἄλλῳ, Φαβωρῖνον, F. Vrs.]	129.	Epistola ad Phauorinum.*

ρλ'.	περὶ φιλίας [ἴσ. πολυφίλας] ἢ ἄλλῳ ἢ περὶ φίλων χρήσεως.	130. De amicitia [F. de amicorum multitudine.] seu de amicorum vsu.
ρλά.	περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρὸς Ἐπίκουρον σχολαὶ Ἀκαδημαϊκαί.	131. De iis quæ in nostra potestate, Academicæ scholæ aduersus Epicurum.*
ρλβ'.	εἰ λόγον ἔχει τὰ ζῶα.	132. An bruta ratione prædita.
ρλγ'.	Πλατωνικὰ ζητήματα.	133. Platonicæ quæstiones.
ρλδ'.	πῶς αὔ τις ἐν πράγματι φιλοπραγμονῶν δόξαν διαφύγοι.	134. Quomodo quis in negociis curiositatis opinionem effugiat.*
ρλέ.	αἰτίαι ῥωμαϊκαί.	135. Causæ seu quæstiones Romanæ.
ρλς'.	αἰτίαι βαρβαρικαί.	136. Item Barbaricæ.*
ρλζ'.	περὶ τῆς Κεστοῦ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν.	137. De cestu matris Deorum.*
ρλή.	Πρωταγόρου περὶ τῶν πρώτων.	138. Protagoræ de Principiis.*
ρλθ'.	περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν.	139. De Alexandrinorum prouerbiis.*
ρμ'.	ὅτι παραδοξότερα οἱ Ἐπικούρειοι τῶν ποιητῶν λέγουσι.	140. Epicureos absurdiora quam poetas tradere.
ρμά.	τί τὸ συνιέναι.	141. Quid sit intelligere.*
ρμβ'.	περὶ τοῦ οὐδὲν ἢ μηδὲν, ὅτι οὐδέν ἐστι συνιέναι.	142. Nihil intelligi posse.*
ρμγ'.	πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα.	143. Vtra animalium, terrestria ne an aquatilia, prudentiora.
ρμδ'.	Στωϊκῶν καὶ Ἐπικουρείων ὁμολογαὶ καὶ ἔλεγχοι.	144. Stoicarum & Epicurearum sententiarum collectio & reprehensiones.*
ρμέ.	αἰτίαι τῶν περιφερομένων στωϊκῶν περὶ ἡμερῶν.	145. Causæ de iis quæ circumferuntur Stoicarum opinionum de diebus.*
ρμς'.	περὶ περιεργίας.	146. De superflua sedulitate, siue de Curiositate.
ρμζ'.	περὶ τοῦ πρώτου ἐπομένου, πρὸς Χρύσιππον.	147. De prima illatione, aduersus Chrysippum.*
ρμή.	ὑποθετικὸν, ἢ περὶ ἀρχῆς.	148. Admonitorium, seu de Imperio.*
ρμθ'.	περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, πρὸς τοὺς Στωϊκούς.	149. De iis quæ in nostra potestate, ad Stoicos.*
ρν'.	περὶ δεισιδαιμονίας, πρὸς Ἐπίκουρον.	150. De superstitione, ad Epicurum.
ρνά.	εἰ πᾶσι συνηγορητέον.	151. An omnibus patrocinandum.*
ρνβ'.	πρὸς Φησίαν παραμυθητικός.	152. Ad Phestiam consolatio.*
ρνγ'.	περὶ τῶν Πύῤῥωνος δέκα τόπων.	153. De Pyrrhonis decem locis . . . . .
	. . . . . αἰτίαι καὶ τόποι.	. . . . . causæ & loci.*
	αἰτίαι ἀλλαγῶν.	Causæ vicissitudinum.*
ρνδ'.	περὶ μονάδων.	154. De vnitaribus.*
ρνέ.	εἰ δώσει γνώμην ὁ πολίτης πρεσβεύων ὅτι [ἢ ποιήσει] ἢ πείσει.	155. An sit sententia dicenda ciui prouidenti se non esse persuasurum.*
ρνς'.	περὶ δοξῶν τῶν καθ' [ἴσ. καταλλήλων ἀναιρούντων.]	156. De opinionibus inter se contrariis.*
ρνζ'.	αἰτίαι Ἑλλήνων.	157. Quæstiones Græcorum.
ρνή.	αἰτίαι γυναικῶν.	158 Quæstiones mulierum.*
ρνθ'.	περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν.	159. De illustribus viris.*
ρξ'.	ἀποφθέγματα Λακώνων [Λακωνικὰ, γράφ'. ἐν ἄλλῳ. F. Vrſ.]	160. Apohthegmata Laconum.
ρξά.	ἀπορίων λύσις.	161. Difficilium quæstionum solutio.*
ρξβ'.	χρησμῶν συναγωγή.	162. Oraculorum collectio.*
ρξγ'.	περὶ ἀλυπίας.	163. De indolentia.
ρξδ'.	περὶ γυμνασμάτων.	164. De gymnasticis exercitationibus.*
ρξέ.	περὶ Ῥωμαίων τύχης.	165. De fortuna Romanorum.
ρξς'.	περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης.	166. De fortuna Alexandri.
ρξζ'.	περὶ τοῦ, Γνῶθι σαυτόν, καὶ εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή; [ἐν ἄλλῳ.]	167. De illo, Nosce teipsum, &, An anima sit immortalis [vt in aliis est.]*
ρξή.	περὶ τοῦ, Λάθε βιώσας.	168. De illo, Latenter viuendum.
ρξθ'.	περὶ ἀπαραξίας.	169. De statu animi imperturbati.*
ρο'.	περὶ ἀρετῆς [ἐν ἄλλῳ] εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή.	170. De virtute. vel (vt in aliis) An doceri virtus queat.
ροά.	περὶ εἰς Τροφωνίου καταβάσεως.	171. De descensu in Trophonii specum.*
ροβ'.	Ἱκέτης.	172. Supplex.*
ρογ.	φυσικὴ ὁπτῶμη.	173. Physicum compendium.*
ροδ'.	περὶ τῶν πρώτων φιλοσοφησάντων καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν.	174. De primis Philosophis, eorumque successoribus.*
ροέ.	περὶ ὕλης.	175. De materia.*
ρος'.	περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀρετῆς.	176. De virtute Alexandri.
ροζ'.	Ἀχιλλέως παιδεία.	177. Achillis institutio.*
ροή.	περὶ Κυρηναίων.	178. De Cyrenæis.*
ροθ'.	ἀπολογία τοῦ Σωκράτους.	179. Apologia Socratis.*
ρπ'.	περὶ Σωκράτους καταψηφίσεως.	180. De Socratis damnatione.*
ρπά.	περὶ γεωφάγων [χάφ. γεωφάγων, F. Vrſi.]	181. De his quæ terram vorant.*
ρπβ'.	διαλέξεις περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν.	182. Dissertationes de X. Categoriis.*
ρπγ'.	περὶ προβλημάτων.	183. De problematis.*
ρπδ'.	περὶ χαρακτήρων.	184. De formis dicendi.*
ρπέ.	περὶ πόλεων κτίσεως, καὶ φυσικῶν ἀρεσκόντων.	185. De vrbium ædificatione, & Physicorum placitis.*
ρπς'.	τίνες ἔνδοξοι ἀθηναῖοι.	186. Quibus rebus clari Athenienses.
ρπζ'.	περὶ τῶν συνηγορούντων.	187. De patrocinantibus.*
ρπή.	τίς ἄριστος βίος.	188. Quæ optima vita.*
ρπθ'.	περὶ ἡμερῶν μελετῶν φυσικῶν καὶ πανηγυρικῶν.	189. De dierum exercitationibus naturalibus & Panegyricis.*
ρη'.	περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς δαιδάλων φιλολόγων.	190. De artificiosis orationibus, doctisque viris apud Plataenses.*
ρηά.	περὶ σκευῶν.	191. De vasis seu instrumentis.*
ρηβ'.	περὶ εὐγενείας.	192. De nobilitate.*
ρηγ'.	ὁ πρὸς Δίωνα ῥηθεὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ.	193. Ad Dionem oratio habita in Olympia.*
ρηδ'.	ὅτι ἔδοξεν Ἡρακλείτῳ πρότερον [ἴσ. πότερον.] χρησιμώτερον πῦρ ἢ ὕδωρ.	194. Prius visum esse Heraclito, ignem vtiliorem esse quam aquam.*
ρηέ.	προτρεπτικὴ πρὸς νέον πλούσιον.	195. Hortatoria ad diuitem adolescentem.*
ρης.	πότερον τὰ ψυχῆς ἢ σώματος πάθη χείρονα.	196. Vtrum grauiores corporis an animi affectiones.*
ρηζ'.	περὶ ψυχῆς.	197. De anima. [Gellius lib.1. cap.3. & lib.17. cap.10.]

ρμή.	εἰ ἄφελακτος ὁ περὶ παίτων ἐπέχων.	198.	An sit inutilis qui in rebus omnibus assensum suspẽdit.
ρμθ'.	περὶ φιλοπλουτίας.	199.	De cupiditate diuitiarum.
σ'.	περὶ σεισμῶν.	200.	De terræ motibus. *
σά.	πῶς δεῖ Λάκωνα μάχεσθαι.	201.	Quomodo Laconem pugnare deceat. *
σβ'.	παρακλητικὴ εἰς Ἀσκληπιὸν Περγαμηνόν.	202.	Adhortatio ad Asclepium Pergamenum. *
σγ'.	περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι.	203.	Fœnerandum non esse.
σδ'.	περὶ κυνηγετικῆς.	204.	De venatione. *
σέ.	πρὸς τοὺς ἐξαπατᾶν πειρωμένους.	205.	Aduersus eos qui fallere conantur. *
σς.	αἰτίαι φυσικαί.	206.	Physicæ quæstiones.
σζ'.	πρὸς τοὺς διὰ τὸ ῥητορεύειν μὴ φιλοσοφοῦντας.	207.	Ad eos, qui propter Oratoriam artem non philosophantur. *
σή.	περὶ ποιημάτων [ποιητῶν] τίς ἡ αὐτῶν ἐπιμέλεια.	208.	De poetis, quæ illorum cura. *
σθ'.	τί κατὰ Πλάτωνα τέλος.	209.	Quis ex Platonis sententia finis. *
σί.	ἐρωτικαὶ διηγήσεις. ἐν ἄλλῳ, πρὸς τοὺς ἐρῶντας.	210.	Amatoriæ narrationes, seu (vt alii) Ad amantes.

τὰ ἑξῆς λείπει ἐν τῷ αἰθιοπικῷ.

Cætera in antigrapho desiderantur.

NOTA.

A. Gellius lib. 1. cap. 1. citat librum Plutarchi, Ὁ πόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορά, id est, Quanta sit animorum corporumq; inter homines differentia, quoad ingenium virtutemq;.

Idem A. Gell. lib. 2. cap. 8. & lib. 4. c. 11. citat primum librorum Plutarchi & secundum, quos de Homero composuit. Item lib. 20, cap. 8. Commentarium IV. Plut, in Hesiodum.

Vise & Stobœum, qui cum alia, tum librum de mulieribus instituendis citat, & Epistolam de amicitia: Contra vires corporis: De quiete: De nobilitate: Contra nobilitatem: Contra diuitias: De amore: De diuinatione.

NOTA hic quoq; (Lector benigne) quod, cum Lamprias nihil aliud sit ipse, quam catalogus scriptorum Plutarchi, illum in catalogo superiore, quo omnia, quæ in opere hoc toto continentur, recensuimus, ponere non voluerimus.

CL. VIRO

FRANCISCO RAPHELENGIO
TYPOGRAPHO, DAVID HOESHELIVS
S. P. D.

MITTO ad te, Raphelenge præstantissime, librorum PLVTARCHI *Catalogum typis expressum; quem antiquitatis scrutator diligentissimus, Andreas Schotus, hac transiens nobis reliquerat calamo exaratum. Id genus Indices cui vsui sint, non nescis. Ἀδέσπιγραφα multa produnt: de amissis aut latitantibus erudiunt. Quibus tandem erutis, atque excudendis, tua tuique similium industria quam præclarissime de eruditæ doctrinæ studiosis meretur. Vale, vir clarissime. Idibus Iulii,* M. D. XCVII. *Augustæ Vindel.*

PHIL.

PHIL. IAC. MAVSSACI

IVDICIVM DE PLVTARCHO ET SCRIPTIS EIVS, IN QVO LIBELLVS DE FLVMINIBVS MAGNO PLVTARCHO CHÆRONENSI PROBABILITER vindicatur.

FRVSTRA literis operam nauamus, fruſtra veterum auctorum monumenta (ſcripta eorum dico) nocturna diurnaque manu verſamus, niſi ad finem quem ſibi bonus quilibet & veritatis amans proponere debet, collimemus: niſi (vno verbo dicam ne lectores morer) Polymathiam illam quam tantopere conati ſunt veteres aſſequi, ad quam comparandam eruditi quilibet corporis & animi neruos omnes tam ſedulo contenderunt, amplecti velimus, vt ad vltimum vnicumque ſtudiorum noſtrorum & humanarum actionum finem, ſapientia ſcilicet ciuilemque ſcientiam peruenire valeamus. Omnis actio finem ſuum habet ſicut & motus, vnius finis opus eſt, alterius alia actio: præſtantior autem ſemper eſt finis actione quæ refertur ad ipſum, vnde opus actione præſtantius eſt, ea nimirum à qua perficitur, quia finis eius eſt; Et actio ipſa quæ finis actionis eſt, actione etiam perfectior eſt, ea videlicet cuius finis cenſetur, imo & ipſo opere, licet ſit alterius actionis finis, quia actionis qua perfectior eſt, eam finem eſſe admittimus. Cum igitur actiones multas eſſe conſtet, neceſſe quoq; fuit multos hinc exſurgere fines, & cum finium alii aliis ſint præſtantiores, illos qui non ita præſtantes ſunt & perfecti, præſtantioribus ſubiungi & ſubminiſtrari æquum viſum eſt. Accidit itaque vt multæ artes actioneſque vni cuidam arti & actioni tanquam excellentiori ſubiiciantur, maxime cum illæ quæruntur propter finem artis illius & actionis nobilioris cui ſubditæ ſunt. Quædam actiones vel artes victoriam pro fine habent, vt equeſtris, omniſque militaris ars, imperatoria, & aliæ; licet inter eas imperatoria ſola ad victoriam directe tanquam ad finem proprium vergat, quia tamen aliæ propter finem imperatoriæ edocentur, ideo ei ſubiici dicuntur, tametſi quælibet in ſe finem habeat ſuum, vt equeſtris equitationem, & omnis alia militaris militiam: nam equeſtris & alia militaris ars ita militiam & equitationem pro fine habent, vt reſpiciant tamen ad victoriam tanquam ad vltimum finem imperatoriæ cui ſubiunguntur. Idem euenit & in Architectonica, quæ enim ſub ea ſunt artes finem ſuum ſingulæ habent, ſed tamen finem cuius forma domus finis eſt, finis ſcilicet Architectonicæ proprius & peculiaris. Ita in artibus liberalibus idem obſeruari contendimus: Nam Grammatica finem ſuum habet certe latiſſimum & maxime vagum, ſed quem nos his terminis concludimus, recta ſcribendi loquendique ratione, & poetarum intellectu, ſcriptorum hiſtoriarumque prompta expoſitione. Rhetorica quam Empedocli deberi ſcripſerat Ariſtoteles in *Sophiſta*, perſuaſionem. Logica dialectica quæ in communi & probabili verſatur; & Apodectica ſiue Analytica quæ in propriis & neceſſariis ipſaq; demonſtratione tota eſt, artem diſſerendi. Mathematicarum diſciplinarum alia magnitudinem immobilem, qualis eſt terræ, vt Geometria, alia mobilem, qualis cœlorum, vt Aſtronomia ſpectat: alia numeros incompoſitos, vt Arithmetica, alia compoſitos, vt Muſica. Denique omnes artes & diſciplinæ officium & finem aliquem habent peculiarem, ſed conſpirant tamen ad vnicum illum & extremum finem, ad Polymathiam dico quæ

nos recta ducit ad philosophiam scientiarum architectonicem, philosophiam inquam, non Stoicam, non Platonicam, non Epicuream aut Aristotelicam, sed omnia quæ ab illis sectis recte dicta fuere, hoc totum selectum philosophiam voco, id est sapientiam & ciuilem rerum scientiam, quam Philosophorum princeps scientiarum principem constituit. Ethic. Nicomach. primo. Ad hanc igitur ciuilem scientiā peruenire non possumus sine Polymathia, quicquid opinatus sit Heraclitus acerrimus eius hostis, aliiq; omnes contemptores, ad Polymathiā sine liberalibus disciplinis, licet contra senserint Cynici & post eos Stoici ac Epicurei, qui omnes τὰ ἐγκύκλια μαθήματα *liberalia studia* reiiciebant apud Diogen. Laertium, sicut & Seneca eorum callidissimus censor. Vnde sequitur sine liberalibus disciplinis neminem vere & perfecte sapientem dici posse. Nam sine liberalibus disciplinis nemo πολυμαθής, sine Polymathia negotiorum peritiæ coniuncta nemo sapiens. Quamquam sine sapientia nemo vt decet πολυμαθής videri possit: vt enim recte olim Anaxarchus in libro de *Regno* dixit. Polymathia siue varia rerum & scientiarum cognitio sui possessorem multum quidem iuuat, sed & multum etiam officit ei: iuuat, si ea dignus reperiatur, officit autem si indignus, nimirum si quiduis importune effutiat. Temporis mensura tenenda est, nam hoc fine & termino concluditur sapientia præsertim ciuilis & humana. Quicumque pro foribus canunt, qualis est amasiorum bona pars, etiam si quid doctum & egregium cecinerint, tamen quia sine iudicio, sapientia, & non apposite sed extra locum & tempus canunt; stulti & insipientes iudicantur. Ita illi qui disciplinas tractant, si coram omnibus, nullo discrimine habito, quæ tractanda suscipiunt, enuncient, quid aliud agunt quam, vt est in veteri verbo, *fides graculo, amaracinum vero sui præbent*? imo quid aliud agūt quam se cum Polymathia sua, earum disciplinarum & scientiarum quas profitentur, indignos, ideoque parum prudentes produnt, probant, doctisque ac sapientibus irridendos propinant. Modus igitur tenendus est, ad sapientiæ normam omnia sunt exigenda, modo autē sapientia adsit, quid non confert Polymathia? in quo non iuuat? vbi à vulgi fæce & sciolis vere solideq; doctos non distinguit? Quemadmodum in colendorum agrorum & medendi arte, ille vtiliter & maximo cum fructu didicit qui varias attigit disciplinas, vt melius ac perfectius colere ac curare possit. Ita etiam ille egregie eruditus & vtiliter existimandus est qui Polymathiam quam consecutus erit, hoc est omnia quæ didicerit per omnes & multiplices scientias vagando, ad sapientiam referre poterit, vt collectis excerptisque quæ ex Grammatica, rhetorica, Dialectica, disciplinis Mathematicis, & aliis artibus logicis vtiliora sibi visa fuerint, sapientiam quam sollicite quærit, nullis insidiis inuidorum & insipientiū interceptam seruet. Athleta ille qui ad certamen se prius non exercuit exhibuitque, parui nominis est. Contra gubernatorem aut ducem illum laudare solemus qui multarum rerum habet experientiam, qui ad Vlyssis exemplum πολύτροπος est, & mores nouit multorum hominum: vt medicum qui multa est expertus, vnde quosdam καὶ ἐξοχὴν è medicis aliis præstantiores ἐμπειρικοὺς vocauere. Qui autem quæ didicit omnia refert ad sapientiam illam quæ à bonis omnibus expetitur, & omniiugam lectionem negotiorum peritiæ cōiungit, siue τὸ φιλόλογον τῆς σοφίας, ex Græcis, Romanis, & Barbaris aliisque omnibus nationibus exempla petens de quibus varia se legisse quondam apud veteres uieminit: Is tam literarum quam politicarum rerum cognitionem, vno verbo tam φιλιστορίαν siue philologiam, quam philosophiam πραγματικὴν, (quam Cicero σοφίαν vocat) vere consecutus est: multiq; procul dubio potest esse consilii, atq; adinstar lapidis indicis aurū adulterinum à probo discernere, sophisticam à philosophia, ornatricem à gymnastica, culinariam a medicina, Rhetoricam à Dialectica, & cætera deniq; quæ falso & minus prudenter à variis auctoribus pertractata sunt, à veritate & sapientia distinguere ac separare. Generatur prudentia, vt Peripatetici perfectissime docent, ἐξ ἐπιτάσεως *ex obseruatione*, vereq; prudens ille dicendus est qui ἐπιτατικὸς fuerit, studiosus obseruandi, nam prudens omnis ἐπιτατικὸς, siue diligens & curiosus notator eorum quæ sæpius in hac vita euenire aut contingere solent, & prudentia continua caussarum obseruatione comparatur. Laudes hic Polymathiæ non instituo, sed sciolorum quorundam imo imperitorum argumentis satisfacere intendo per transennam & aliud agendo, qui dummodo ad exemplum viuant, putant se sapientiæ fastigium attigisse, & non tantum volunt videri docti & rerum verborumque callentes, sed ingeniosi & ciuilis disciplinæ, de politica loquor, alumni & admiratores: quamuis nec philosophiam extremis vt dicitur labris degustarint, nec Dialecticam, nec vllam artium ancillantium, imo potius ab omni eruditione destituti sint, quam tamen si Diogenem canem humanæ prudentiæ verissimū exem-

plar

plar audiunt, negare non possunt mortalium cuilibet valde necessariam esse. Adolescentibus enim σωφροσύνην, senioribus φρόνησιν, pauperibus πλοῦτον, ditioribus vero κόσμον affert. Stulti illi si quid recte iudico, & his similes qui cum fundi curam nullam gesserint, statim ab initio fructus se accipere posse præsumunt, & in vanum sperant. Fundus prius instrui debet antequam ex eo fructus exspectetur, & ea omnia comparanda quæ illius fructus quærendi, cogendi, conseruandi gratia necessaria sunt, veluti villici & monitores, boues domiti & pecora stercorandi causa parata: præterea vasa culturæ vtilia, vt aratra, ligones, sarculi, falces putatoriæ, bidentes, torcularia, corbes, falces messoriæ, falces fenariæ, quali vindemiatorii exceptoriique, dolia, cupæ, & si qua similia dici queunt. Vnde ingeniosissime & appositissime medicorum Asclepiades pronunciauit, eorum quæ terra producit speculationem & scientiarum cognitionem eadem ratione se habere. Natura siquidem nostra agri locum obtinet, dogmata præceptorum seminum rationi comparantur, diligens & non sera institutio tempestiuam & opportunam respicit sationem, modus vero aut locus quo & in quo disciplina paratur, nutritioni atq; alimento quod ex ambiente aut circumfuso aere his prouenit quæ è terra nascuntur, vt plantis, arboribus, fruticibus: improbus labor & studium acre omnino agriculturam repræsentant. Quibus omnibus tempus vires subministrat, vt ad perfectionis extremam lineam perduci valeant. Putandum igitur est, fodiendum, sublucandum, conlucandum, ligandum & reliqua facienda sunt, falce, ligone, & aliis rusticis instrumentis ad fundi curam opus est, vt fructum producat. Ita ad consequendum sapientiam & ciuilem scientiam Grammatices spinæ subeundæ sunt, colligendi rhetoricæ flores, Dialecticæ nodi dissoluendi, ad Polymathiam tandem perueniendum est, quod sine longo tempore, absque indefesso studio & continuis vigiliis fieri non posse certissimum est. Nam vt olim verissime Metrocles Cynicorum vnus scriptum reliquit. Rerum quædam sunt quæ argento emi possunt, vt domus, quædam vero quæ tempore & studio, vt doctrina, τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ἀργυρίου ὠνητὰ εἰς οἰκίαν, τὰ δὲ χρόνου καὶ ἐπιμελείας, εἰς παιδείαν. Nec debet sperare quis se vere vnquam sapientem futurum, aut in somnis sapientiam visurum, quin omnibus illis sit ornatus, & in scientiarum encyclopædia diligentius subegerit ingenium suum. Sapientiam oportet prius didicisse, antequam eam videre somniemus, nec in somnis imaginari solemus quidquam quod non quottidiano pene vsu tractemus. Vnde Ennius, quem, vt cum Catone *Originum* secundo loquar, eruditio in maximum decus atque in excelsissimam claritudinem sublimauit,

Nec quisquam sophiam sapientia quæ perhibetur
In somnis vidit, priusquam sam discere cœpit.

Et Aphranius omnino ad rem in *Sella*,

Vsus me genuit, mater peperit memoria,
Sophiam vocant me Græci, vos sapientiam.

Quod si aliquando aliter accidat, & quosdam sine gradibus istis ad sapientiæ culmen peruenisse suspiciamus, nulloque tali apparatu præmunitos cottidie ad normam ciuilis prudentiæ omnes vitæ suæ actiones, & omnes cogitationes suas dirigere: eos dubio procul non vere sapientes esse, sed tales videri velle pronunciandum est, fatendumque ipsos tanquam in alienum eiusdem nominis genus infindi ac ἐμβολίζεσθαι, falso ipsis sapientis nomen assignari, licet ciuilem scientiam profiteantur, & nullum alium finem quam sapientiam sibi ob oculos ponant. Nam quis vere sapiens nisi bonus? Illi vero quid aliud quam iniustitiam, impietatem, improbitatem & auaritiam palam exercent. Qui sapientia & prudentia vtitur vt iustitiam simulet, & sub specie recti leges violet, aut tum cum maxime fallit, id agit vt vir bonus esse videatur, is nihil minus quam prudens & sapiens dici potest, sed callidus, vafer, vulpes, & duplex, non autē veræ sapientiæ & prudentiæ ciuilis alumnus, verum fictæ temeratæ, & hodierna hominum insolentia atque impietate falso ciuilis dictæ, cum potius inciuilis appellari debeat. Studiosi itaque & Musarum cultoris finis & ciuilis prudentia, quas vt sibi comparet animum scientiarum domina philosophia non tantum ornare, sed & aliis stipantibus & ministrantibus disciplinis viam sibi sternere debet. Omnium siquidem artium quasi commune quoddam vinculum est, sicut virtutes inter se connexæ dicuntur, & vniuersi istius ratio ex diuersis in vnum conuenientibus constructa & colligata. Ἐπιχωρεῖ δὲ πᾶσαι αἱ ἐπιστῆμαι ἀλλήλαις, ait Philosophus Analyt. poster. 1. nec vna sine aliis firmiter ac constanter subsistere potest: Nemo speret se Rhetorē fieri posse quin prius Grammaticus fuerit. Grammatica enim orationis ars est, quippe quæ quo-

rumlibet ſcriptorum vitia & virtutes notet, obſeruet, quidque in vocibus indecorum, quid honeſtum ac laudandum perſoniſque aptum demonſtret: vt non tantum Rhetoricæ eam conferre dicamus, ſed omnium ſcientiarum ac artium communionem iuuare, quocirca non temere dixit quidam haud ita vetus ſcriptor, artes liberales Grammaticam quaſi nutricem præ foribus collocaſſe. Nemo ſine rhetorica Dialecticam ambiat, nam ſorores ſunt. Philo Iudæus Dialecticam Rhetoricæ ἀδελφὴν καὶ δίδυμον vocat, & grauiſſimus quidam auctor partem. Nemo ſine Dialectica Philoſophiam, quæ quamuis omnibus artibus & diſciplinis ſit maxime vtilis & neceſſaria, earumque commune inſtrumentum dici debeat, tamen proprie innata philoſophiæ videtur, cuius gratia aliæ artes adinuentæ fuere. Calliopem Muſarum vetuſtiſſimam à Dialectica datã mortalibus, vt carminibus, concentui, & harmoniæ præeſſet, finxiſſe veteres auctor eſt Iamblichus: Dialecticam vero à ſupremo rerum moderatore, vt reliquis artibus & ſcientiis methodum præſcribat, ac diſcendi docendique formas edoceat, diuinitus & ſupra humanæ mentis captum ratiocinatur Plotinus Ennead. 3. Porro D. Auguſtini patrum ingenioſiſſimi verba in hanc rem mihi valde arrident. Is ita loquitur lib. 2. *de ordine* c. 13. *Dialectica diſciplina diſciplinarum, hæc docet docere, hæc docet diſcere, in hac ſe ipſa ratio demonſtrat atque aperit, quæ ſit, quid velit, quid valeat.* Alias artes & diſciplinas non perſequor, quia huc me ſermonis impetus minus cogitantem traxit, nec de ſcientiarum inter ſe vinculo verba facere mens erat, hæc dixi in tranſcurſu, vt demonſtrarem quonam pede pergendum ſit ad ſapientiam & ciuilem ſcientiam, quod iter calcandum, à quibus carceribus currendum, vt ad metam illam deueniatur. Sed ſufficiet in hæc erumpere cum Cicerone. *Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur.* Vnde factum eſt, vt Muſæ choros ducant implicato amplexu, vt diſcimus ex mythica veterum Theologia, & ita dictæ credantur quod ὁμοδοσαι ſint, vt Syneſius in Dione docet, à quo non longe abit Caſſiodorus *variarum* 3. *Muſæ vero* (inquit) *quaſi ὁμοδοσαι dicuntur quod inuicem ſicut virtutes neceſſariæ ſibi eſſe videantur.* Rectiſſime & veriſſime ait *ſicut virtutes.* Nam virtutum etiam commune vinculum eſt, nec prudentia ignaua eſſe poteſt, aut iniuſta, aut intemperans, quia ſi aliquid eorum in ſe admitteret, prudentia non eſſet. Nemo prudens ſine iuſtitia, ſine temperantia & ſine fortitudine: Nemo iuſtus, fortis, temperans, ſine prudentia, & tandem nemo ſapiens ſine ſyntheſi omnium illarum virtutum. Sapiens idem ſemper vult & non vult, quod facere non poteſt ſine conſtantia quæ à fortitudine, ſine iuſtitia quæ à prudentia, temperantia & fortitudine oritur. Ex quo veriſſimum eſſe apparet axioma illud philoſophorum, neminem poſsidere poſſe virtutem vllam quin ſimul omnes complectatur, & in ſe habeat. Ita opinatur Chryſippus apud Diogenem Laertium. Liceat & per conſequentias argumentari, ergo vbi deerit aliqua, nulla aderit vere, etiamſi videatur adeſſe ἀμφιβόλως: Ita concludunt Ariſtoteles 6. ad Nicomach. & Seneca Epiſt. LXVI. Nec ſcientiarum aut virtutum commune vinculum tantum eſt, imo vero & omnium rerum, quæ in hac mundi vniuerſitate ſubſiſtunt, vt veriſſime dixerit olim Pythagoras communem quandam omnium infimorum eſſe cognationem, & Plato, naturam ſibi vſquequaque conſonam & cognatam totam. Heracliti hæc fuit opinio perfectiſſima ἐκ πολλῶν ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς πολλά. Ne longius abeam & per ſingula diſcurram, en tibi, populus vna ciuitas eſt, ex pluribus militibus qua equitibus, qua peditibus, tum leuis, tum grauis armaturæ componitur & congregatur vnus exercitus (ita ratiocinantem alicubi diuinam cœloque delatam mentem D. Auguſtini legendo me demiratum eſſe memini) arbor non eſſet, ſi vna non eſſet, & lapis vt eſſet lapis, omnes eius partes omniſque natura in vnum ſolidata eſt, animal denique non erit animal ſi eius membra patiantur diuortium. Corpus non erit corpus, niſi conſtet carne, neruis, oſſibus & cartilaginibus. Singulæ humani corporis partes, ſi eas ſimul conſideres, pulchrum quid, conſonum, ac naturæ operæpretium quoddam conſtituunt: at ſi ſepares aut ſegreges, deforme quid potius, inutile & diſſonum. Ex inſtantibus & momentis horæ, ex horis dies, ex diebus menſes, ex menſibus anni, ex annis ſecula, & tandem ex ſeculis longiſſima illa temporum ſpatia, quæ à primi hominis creatione numerantur, præterita, præſentia, & futura tempus omnium edax conficiunt. Voces diſcretæ in choro muſico harmoniam & concentum componunt. Diuerſis & contrariis ſibi inuicem coloribus pictura conſtat. Quid ſingula referam? nonne ex pugnantibus inter ſe rerum principiis, quatuor dico Elementis emanant ac profluunt effectus ſibi conuenientiſſimi aptiſſimique; nonne denique ex vno omnia, Cœlum, terra, & quæcunque in ipſis continentur, vt non male Dionyſius ille

Mile-

Milesius cuius meminere Suidas & vetus Pindari enarrator ad od. 4. Isthm. cum ait Διονύσιος ἐν πρόσθτῳ κύκλων, inscripsisse videretur opus illud suum, quo rerum omnium seriem complectebatur, κύκλον ἰσοειδῆ. Vinculum igitur rerum est, vinculum virtutum, & vinculum disciplinarum ac scientiarum circulus. Quæ absolutissime peraguntur, circulo fieri dicuntur, Græci voluere κύκλῳ ποιῆν, vel ποιεῖσθαι quod idem est ac καθολικῶς, vnde indubie κύκλῳ διδάσκειν dixere pro perfectissime docere, cum nimirum aliquis à prima literatura alium docet omnes disciplinas & scientias, nulla excepta, & orbem facit à Grammatica ad philosophiam. Ita medici κύκλῳ θεραπεύειν dixere, omnino curare, vel *cyclo curare*, vt Vegetius locutus est 2. de re veterinaria c. 6. & hinc intelligenda iudicamus illa Aristophanis à nemine hactenus bene percepta ἐν κύκλῳ τὰ νοσήματα σκοπῶν. Cælius Aurelianus lib. 1. *tard. passion.* docet quomodo resumptiui & ματασυγκριτικοῦ cycli ordinatio formanda sit: Synesius autem caluitiei encomio ita infit, τοὺς καλουμένους κύκλους ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, hoc est medendi methodos, quibus certo ordine & lege obseruatis in cibis & remediis, ægroti ad perfectam & plenam sanitatem perducuntur. Soli Iuriconsulti noluere *circulo manumittere* esse legitime aut καθολικῶς manumittere, nullo seruorum quibus in orbe relicta sit libertas omisso: imo eis placuit talem manumissionem iocularium esse & nullius plane effectus. Caius instit. 1. cap. 2. *Si testamento seruorum manumisso circulo adscripta fuerit, vt qui prior, qui posterior nominatus sit, agnosci non possit, nulli ex his libertatem valere manifestum est*: cum quibus coniungenda est l. qui soluendo & sequens. D. de hæredibus instituend. & sine iure contraque mentem iurisconf & rationem ipsam, vir ille doctus qui aliud agendo locum hunc Caii explicare tentauit in tractatione sua de *Polymathia*, cap. 24. existimauit eius testatoris qui circulo seruos suos manumiserit, hanc procul dubio fuisse voluntatem, vt omnes quorum nomina circulo contenta inuenirentur, manumissi essent. Nam in testamento debet apparere quis prior & quis posterior manumissus sit, aliter non valet manumissio. At in manumissione circulari non appare t quis prior nec quis posterior, ob figuram circularem & teretem, quam Plato optime dixit nec ἄνω nec κάτω habere. Quomodo igitur fieri potest vt admittamus hanc manumissionem valere, licet præsumi possit hoc voluisse testatorem, cum inutilis sit testatoris voluntas, nisi iuri sit consona & accommodata Iurisprudentiæ. Non est itaque circulo seruos manumittere, integram familiam, & omnes ad vnum manumittere, vt loquendi modus indicare videtur, aut tantum eos quorum nomina in orbe tereti inscripta sint, sed inutiliter manumittere: libertatem enim non consequuntur. Quemadmodum τὰ κύκλῳ λέγειν est dicere ea quæ præter rem sunt, morarique circa orbem & περιοιμάζεσθαι, non autem τὰ ἐν πρόγματι proferre, vnde sine vlla ambagi intelligendus Horatius in Epistol. ad Pisones, cum dicit,

Nec circa vilem patulumque moraberis orbem:

Alias interpretationes non moror: Solum Heinsium nostrum amœnissimi ingenii & stupendæ eruditionis hominem audimus ad illum locum.

Verum inquiet Studiosus quidam & bonæ indolis adolescens veritatis & omnium virtutum cultor, si disciplinæ omnes inter se colligatæ sunt, & sine eis ad sapientiam perueniri non potest, cur viam quæ tenenda est ad perdiscendas omnes illas artes stediosæ iuuentuti non aperis? cur breuiter non præcepta efformas quibus omnes illæ difficultates, quæ sese in limine cuiuslibet artis offerunt, & quæ ingressum earum pene obstruunt vinci ac superari queant. Cui ego libens satisfacio in hunc modum. Consilium non est hoc loco de studiis antiquorum tractare, nec cereum allucere, aut methodum componere qua facilis ingressus pateat ad limina disciplinarum & scientiarum omnium. Opus enim esset peculiari tractatione, quam forte, *cum Dis fauentibus volentibusque*, si res nostræ nobis otium fecerint, & Deus vitam dederit, aliquando instituturi sumus, quando vir ille inter eruditos præcipuus, qui eã nobis pollicitus erat, morte præuentus perficere non potuit. De Isaaco Casaubono loquor, in cuius messem falcem iniecit Ioannes Wouer vir certe ingenii non vulgaris, sed qui opus imperfectum reliquit, quamuis omne quod edidit à Casaubono habuerit, dum vna cum eo agebat Monspelii. Sed vt dixi opus est otio & longa vita, nam sine his præsidiis, sine hoc commeatu aut emolumento, non video quomodo arx illa scientiarum inexpugnabilis obsideri & expugnari queat. Parua crede mihi res non est, nec vnius diei aut cassæ nucis studiosos adolescentes per omnium scientiarum flexuosos labyrinthos ducere recta, & reducere sine aberratione. Maius opus illud est, & quod virum spectat vndiquaq; in omni scientiarum & disciplina-

rum genere consummatissimum, & qui licet pædagogum agere instituat, nihil minus tamen quam pædagogum redoleat, imo plane sit ab omni pædagogia liber, nihil pædagogicum meditetur, omnia tractet ex ingenio & arte, doctrinam proferat adeo amœnam, adeo expolitam, vt aculeata sit, destimulet, & incentiuum fiat non mediocre ad ediscendum: Studiosorum animum fodicet, fodiat eorum latera, dulcem sui gustum præbeat, quod lepida memoratui sit, eademque in vsu, facta ex aduerso & famam eorum qui literas oderunt sauciet, acies oculorum præstinguat, mirosque tandem sui in bonorum & eruditorum animis, fremant vsque licet inuidi & ineruditi, excitet igniculos. Institui ego tantum hac tractatione monere, antequam ad auctores quos explicandos suscipio veniam, longe aliter esse libros veterum euoluendos, quam vulgus cottidie literas tractantium, & fæx populi euoluat. Quod vt significem quanto vsui sit, non aliena, sed quæ præ manibus versantur exempla peto: de Plutarcho enim dicturus & eius scriptis, docere aggredior, antiquorum monumenta non ideo esse peruolutanda, vt ex eis populares & marcidos quosdam flores tantum colligamus, cui florilegio intenta est hodie bona pars studiosorum hominum, non vt ex eis quæ vulgaria sunt & cuilibet obuiam petamus, non vt ex decantatis & ad vulgi sensum solum accommodatis rebus volumina ὀγκωδέστατα collectionum componamus. Nam si hoc esset sedulo literis operam nauare, si de eis optime mereri, sancte & ex animi mei sententia iurare ego ausim, dummodo ab scribendi onere per exceptores aut notarios subleuarer, intra biennium me posse integris excerptorum voluminibus bibliothecarum forulos magis onerare quam ornare, & omnes ad vnum antiquitatis & præsentis æui scriptores absoluere. Sed vt quæ adhuc non sunt obseruata annotentur, quæ ad perfectam nos auctorum cognitionem ducunt excerpantur, & tandem vt cum iudicio eorum scripta ad certa capita redigamus, & certo ordini doctrinæ aut disciplinæ quam fuerint professi, vindicemus. Nullum siquidem veteris auctoris monumentum exstare contendo quod ad disciplinæ quandam classem referri non possit. In hoc hodie videas peccare fere omnes qui literas tractant (excipio semper Reipubl. literariæ magnates.) ἀφέντες ἑτέρην illi τὴν πόδα διώκουσι, vt ait parœmia, vt relictis ac spretis his quæ magis vtilia & necessaria sunt, inutilia & futilia consectentur. Scripta auctorum legunt non omnium, nam eo impudentiæ & ignorantiæ ventum est, vt communi veriloquio circumferatur sine pudore *Græca non legi*, sed eorum tantum qui Romane loquuntur, imo quid dico? proh Deum atque hominum fidem, eorum qui barbare & minus caste scribunt, qui crocitant & rudunt potius quam loquuntur. Rationem autem si ab eis perquiras, cur perpetuo cum barbarie luctentur, & barbari sint, atq; inculti, non aliam suggerent, quam dicendi veneres, lepores & Antiquorum scripta nihil πρὸς τὰ ἄλφιτα conferre, non esse inquam *de pane lucrando*, vt eorum loquendi modos vsurpem. Igitur famelici estis boni viri & ad incitas redacti, aut eo miseriæ deuenistis, vt sine barbarorum scriptis, absque barbaris eorum moribus, absque rebus etiam de quibus agunt barbaris, vitam sustentare nequeatis? actum ergo est de vita vestra & cottidiano victu, si plenis faucibus imposterum è limpidis & pellucidis veterum monumentorum fontibus bibatis, quia in eis ne verbum quidem de ducatibus marchionatibus comitatibus & aliis id genus feudalium verborum portentis, quæ iam in Glossarum nomen abiere, postquam Glossaria ad eorum faciliorem intellectum viri magni componere aggressi sunt. Hæc si vera esse admittitis, auctor ego vobis sim ne barbariei possessionem quam inuasistis vnquam deseratis, nam verum literarum & eruditionis viaticum diuitiæ sunt, vt optimo iure auctor incertus apud Suidam dixerit ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος, Et Ægyptii lingua sua eruditionem SBO vocarint hoc est sufficiens alimentum, eo quod soli diuites liberalibus artibus vacare debeant, famelici vero & paupertini homines mechanicis, cum generosi nihil sapere possit qui cottidiani victus penuria premitur, vt Seruius Tullius olim apud Dionys. Halicarnass. appositissime dixit. Sed ô stupendam humani generis cæcitatem! facessant barbari illi & res suas agant, ne lectam iuuentutem prauis illis opinionibus imbuant, ingenia adolescentiũ corrumpant, & quæ iam pene mansuefacta & cicurata sunt, assiduis magnorum virorum qui centum retro ab hinc annis vixere lucubrationibus, rursus ferocia reddant & omnis humanitatis expertia. Odi ego profanum illud vulgus & arceo à scriptis meis quam longissime possum, ne vel sola, cuius non callent normas, pronunciatione ea temerent & inamœna faciant. Præclare Medicorum princeps & vt res est, scriptum reliquit, sacros de scientia sermones, πρήγματα enim ἱερὰ eos vocat, sacris hominibus tantum debere communicari: Nefas autem esse profanos & impuros priusquam scientiæ sacris initiati sint

eorundem

eorundem participes fieri. Res itaque mihi est cum studiosis & humanis hominibus, quibus me satisfacturum spero, si de Plutarcho, aliorum id genus auctorum caterua, eorumque omnium scribendi genere, quæ adhuc à nemine prodita sunt, in lucem promam. Opus ergo est vt duo diligentissime exsequar, si plene meam fidem liberare velim. Primo auctori vel scripto huic, cui mouetur natalium & status controuersia, ingenuitas vindicanda: aut saltem conandum probabiliter docere hunc fœtum magno Plutarcho Chæroneo non immerito adscribi posse. Secundo hæc scribendi methodus ad certam disciplinæ classem cum iudicio & ingenii acumine referenda est. Prima tractatio sine pertinacia instituetur, & vt Xenophanes Colophonius loquutus erat apud Varronem, quid putem, non quid contendam in ea ponam. Nam vt omnino non negandum censeo scriptum hoc quod nobis superest de fluuiis, magno illi Plutarcho tribui debere, ita etiam cum pertinacia nõ asseuerabo idem scriptum indubie aut sine vllo scrupulo ei restituendum & assignandum esse: liberum siquidem erudito lectori super hoc dissidio relinquetur iudicium, posteaquam allata erunt à me argumenta, quibus nouam hanc opinionem pene amplecti adactus & persuasus fui. Nunquam hactenus credideram scriptum istud de *fluuiis* maximo illi Plutarcho Chæronensi tribuendum esse, sed hæseram potius & minus certus fueram cum Conrado Gesnero & Lil. Greg. Gyraldo: aut cum Sigismundo Gelenio & aliis eruditissimis viris, vt spurium & nothum reieceram. Verum tandem dum in eius illustratione aliquid operæ colloco, ecce quædam occurrerunt, quæ si ad sententiam, quam de nouo sum in medium prolaturus, me non omnino adegerunt: ita tamen me remorata sunt, vt quodam temperamento vtendum in præsens iudicem, nec temere intrepideq; pronunciandum, tractatum hunc de *fluminibus* ad Plutarchum Chæronens. non pertinere. Secunda tractatio, in qua de hoc scribendi genere agetur, non probabilem tantum vt prima, continebit doctrinam, sed certissimam, verissimam, & de qua vel dubitare nefas sit & religio.

Ad primam igitur venio, & ostendo defendi posse scriptum istud germanum & genuinum magni illius Plutarchi Chæronensis fœtum esse. Afferam prius aliorum opiniones, & tandem meam coniecturam, (ita enim eam potius appellare malo quam opinionem, quia eam mordicus propugnare non ausim) quamplurimis argumentis confirmabo. Natalis à comitibus, quem non vt auctorem, sed vt interpretem sæpius laudare coactus sum in notis, de hoc Plutarcho ita loquitur in præfatione interpretationis suæ ad Andream Frigerum. *Occurrebat igitur iucundissimum Plutarchi cuiusdam opusculum, in quo de rationibus nominum fluuiorum ac montium scriptum erat, ad hæc vsq; tempora pene incognitum.* Plutarchi cuiusdam (inquit,) ergo non magni illius Chæronensis. Ita ante eum, ni falsor, censuit Sigismundus Gelenius vir in istis paulo versatior; cui hunc auctorem, vt & Arriani periplos, & Strabonis Epitomen debemus, in dedicatione sua ad Anselmum Ephorin. medicum. *Plutarchum vero hunc Chæronensem illum non esse stylus satis arguit, & alioqui titulus nudum Plutarchi nomen habet. attamen hunc quoq; ex vetustissimis quibusq; sua hausisse crebra auctorum citatio declarat.* Theodorus Adamæus Suallemburgus in annotationibus ad sextum lib. Procopii rhetoris de Iustiniani Imperatoris fabricis. *Plutarchus quidam* (inquit) *in libello περὶ ποταμῶν*, deinde integrum locum ex Nilo adducit, & interpretatur, sed parum fideliter. Nam vbi auctor habet ἀπὸ Μέλανος τοῦ Ποσειδῶνος, ipse vertit *à Melone Possidonis filio.* Ego non video cur non maluerit *Neptuni filio*, nam Melas teste Pausania in Achaicis & Angelus Neptuni filii fuere. Conradus Gesnerus vel potius Simlerus in Epitome Bibliothec. refert quosdam libellum hunc *de fluminibus* non Plutarcho sed Parthenio dedisse, Parthenio inquam illi, cuius ἐρωτικὰ ad Cornelium Gallum etiamnum supersunt, & cuius metamorphoses ab Eustathio in commentariis ad Dionysium Afrum laudantur, quique à Plutarcho Chæronensi in Parallelis Parthenius poeta vocatur. Alii non Parthenio, sed Claudio Æliano Romano Sophistæ, vel Antonino Liberali, cuius metamorphoseων συναγωγὴ exstat, hoc opus assignarunt. Antoninus Liberalis non ille est, de quo Suetonius & D. Hieronymus locutisunt, quicquid ὁ μακαρίτης Casaubonus sibi persuaserit: dum in notis ad Suetonii libellum de *Rhetoribus*, M. Antonium liberalem, qui ab eo numeratur cum reliquis rhetoribus, eundem esse docere videtur cum eo cuius hodie metamorphoseων συναγωγὴν habemus. Ego non ita sentio. Eundem quidẽ illum esse cum altero, de quo D. Hieronymus non ausim dubitare. nã de eo sic locutus est S. ille vir in Chron. numero M M L X. *Marcus Antonius Liberalis latinus rhetor grauissimas inimicitias cum Palæmone exercet.* At qui nobis hodie superest Liberalis, nec Antonius appellatur, sed Antoninus, nec latinus rhetor vt opinor, est. Transformationũ synagogẽ

ille ſcripſit Græce, ſemperque Græcos auctores laudat, ita vt latinum eum rhetorem fuiſſe mihi non ſatis probabile fiat. huic itaque Liberali aut Parthenio libellum huncce περὶ ποταμῶν tribuendum alias cum multis ego exiſtimaui; quod vterque ſoleat eodem prope modo auctores, ex quibus ſua deprompta ſunt, laudare, & eadem pene tractandi fabulas methodo vſus ſit. Verum Euſtathius me ab hoc errore liberauit, vtpote qui non tantum ſcripti, ſed ſcriptoris quoque meminerit, vt poſtea videbimus. Lilius Gregor. Gyraldus acerrimi vir ingenii & non vulgaris eruditionis nunquam hoc Plutarchi ſcriptum profert in medium, quin ſtatim addat *ſi modo Plutarchi eſt*, more veterum Criticorum qui teſte Harpocratione controuerſas decem rhetorum orationes cum citabant, ſuperdicto hoc ſemper vtebantur εἰ γνήσιος, id eſt, *ſi inſcriptio non mentitur auctorem*, vt amat loqui D. Hieronymus. Adrianum Turnebum eruditorum ſui ſeculi ſine controuerſia coryphæum vno tantum in loco aduerſariorum, cap. videlicet 15. l. 20. de hoc Plutarcho, quem ἁπλῶς Plutarchum, vt habet libri titulus, nominat, verba facere miratus ſum, cum eius verſio Latina vulgo circumferatur, & hæc ſcripſerit ſtudioſus ille qui verſioni dedicatoriam Epiſtolam præfixit ad Clariſſ. v. Claud. Laual. Archiepiſcop. Ebredennenſem. *Operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi tibi curarem excudendum paruum hunc Plutarchi commentariolum; qui illiuſne Chæronei ſupra omnes multarum rerum cognitione clariſsimi ſit, an alterius cuiuſpiam eius Gentilis, haud equidem certo ſcio, non ſolum quod elegans eſt, aut iucundus, neque ante à quoquam è Græco in Latinum conuerſus, verum etiam quod cum fabuloſas multas hiſtorias complectatur, poetarum lectioni profuturus eſt.* Quid ſi verſio illa ſuppoſititia ſit, & falſo magni Turnebi nomen præferat? auſim ego iurare hoc verum eſſe, nam vix credam ignoraſſe Turnebum, primum eſſe Natalem à comitibus qui latinitate donauit hunc Plutarchi libellum. Præterea multa in ea ſunt vt animaduertimus ſæpius in notis, quæ non videntur à manu præſtantiſſimi illius viri proceſſiſſe. Ioſephus Scaliger in vltimo Euſebii opere, & Iſaacus Caſaubonus in caſtigationib. ad Strabonem, hunc auctorem laudant, addito ſimpliciter Plutarchi nomine, vt hinc colligere facile ſit, vtrumq;, Chæronenſem non hunc eſſe Plutarchum exiſtimaſſe. Vnum Muretum audiui in *Variis* auſum eſſe Plutarchum huncce Chæronenſem vocare, ſed quo iure, quoue titulo eum in Chæroneæ poſſeſſionē miſerit, non eſt oſtenſum, quod ſciam. Alii deniq; alia de hoc Plutarcho, quorum opiniones hic perſequi longum eſſet, ſuperſedebimus igitur longa narratione, vt ſententiam noſtram proferamus, quæ ita habet. Liber de fluuiis qui hodie ſupereſt, nullum alium quam Plutarchū quendā poteſt habere parentē. Teſtis Euſtathius qui in verboſiſſimis ad Bœotiam Homeri ſiue nauium in Iliad. 2. catalogum, fragmentum adducit ex eo, ſub Plutarchi nomine. Ego non adhuc incidi in Euſtathii verba, quamuis admodum diligenter eius integros commentarios in Iliad. 2. peruolutarim & percurrerim. Quare fidem Claudii Salmazii viri profecto maximi & literatiſſimi hic appello. Is dum vna in Chriſtianiſſimi Regis aula verſaremur, & de futura huiuſce opellæ editione confabularemur, indicauit mihi hanc Euſtathii auctoritatem, ſancteq; iurauit ſe olim hoc obſeruaſſe pro confirmanda huius libelli epigraphe, quam putauerat aliquando reiiciendam. Vindicato Plutarchi vocabulo, conemur probabilibus quibuſdam argumentis Plutarcho Chæroneo opuſculum iſtud vindicare, & ita officio noſtro functi videbimur. Duo ſunt maxime, ex quibus promptum eſt cuilibet erudito veros & genuinos auctorum fœtus ab hypobolimeis, ſpuriis, & nothis ſegregare ac ſeligere; ſtilus nimirum dicendiq; character, vt & methodus rerum tractandarum, ſiue vt loquuti ſunt veteres, ὁ πραγματικὸς τόπος, id eſt res ipſæ quibus de agitur: & ὁ λεκτικὸς, id eſt dictio, & quæcunq; ad elocutionem pertinent. Addo & titulos & epigraphas librorum, quando ſcilicet nec falſas, nec ementitas eas eſſe ex ſtilo & rerum tractandarum methodo facile diſcerni at diiudicari poteſt à critico. Solidiſſimis his omnibus coniecturis, & argumentis volo euincere libellum iſtum de fluuiis qui ſimplici Plutarchi nomine inſignitus eſt, magno Plutarcho Chæroneo eſſe reſtituendum, & licet Sigiſmundi Gelenii iudicium huic noſtræ ſententiæ quaſi ex diametro repugnare videatur, vtpote qui pronunciarit in verbis à nobis ſupra relatis, ex ſtilo & dicendi charactere ſtatim apparere ſcriptum hoc ſuppoſititium eſſe & ἀνέμμαγον, nec ad Chæronenſem Plutarchum pertinere, idque etiam probari ex nudo & ſimplici Plutarchi nomine, quod titulo eſt appoſitum: ibimus tamen nos animoſe contra, ſuiſque iaculis ac ſpiculis eum confodere tentabimus. Nam ecce primo quomodo ex ſtilo & dicendi charactere arguimus veriſſimam eſſe ſententiam noſtram. Eiſdem phraſibus, locutionibus, & loquendi generibus vtitur Plutarchus Chæronenſis in aliis operibus ſuis, quibus vſus eſt in hoc opuſculo, ergo hac in parte ex ſtilo probari non

poteſt

poteſt alium huius ſcripti parentem eſſe quam Plutarch. Chæronen. probatur antecedens. In Hydaſpe ita locutus eſt Plutarchus noſter, & multis aliis in locis huius libelli *de fluminibus*. Χρυσίππη δι' μῆνιν Ἀφροδίτης εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ γυνήσαντος. Magnus Plutarchus Chæronenſis in *Parallelis* hiſtoriam ex Theodori metamorphoſeωn libris refert de Smyrna, & ita profatur. Σμύρνα Κινύρου θυγάτηρ δι' μῆνιν Ἀφροδίτης ἠρᾶτο τοῦ γυνήσαντος. Et quod magis eſt, in alia hiſtoria quam eodem tractatu narrat de Hippolyto, non ἠρᾶτο dixit, ſed eodem plane quo noſter modo, ἥτις τοῦ πατρὸς εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα, quæ verba reperies integra nulla ſyllaba mutata in principio Hebri, cum ſermo eſt de Damaſippe Atracis filia, quæ Hebri priuigni ſui amore correpta fertur. Dixit & multoties Plutarch. Chæronenſis in *Parallelis*, δι' μῆνιν Ἀφροδίτης, vel δι' μῆνιν Ταρπήιου Διός, vel κατ' μῆνιν vt videre eſt, ſicut κατ' πατρὸς τῆς Ἀθηνᾶς vel Ἀφροδίτης cum noſtro. Rurſus in eodem Hydaſpe hæc leguntur, καὶ μὴ φεύγουσα τοὺς παρὰ φύσιν ἔρωτας, ex quo loco alium in Gange correximus in notis, vbi textus Baſilienſis ita habet καὶ μὴ φεύγων τοὺς ἔρωτων, repoſuimus enim τοὺς ἔρωτας. Plutarchus Chæronenſis eodem Parallelorum libro, in hiſtoria quæ petitur ex Ariſtidis Mileſii, & Alexandri Polyhiſtoris tertio *rerum Italicarum*, de Annio Tuſcorum rege, καὶ μὴ φεύγων τὸν ἔρωτα ſimiliter infit. Exſtant hæc etiam in eodem Hydaſpe Plutarchi noſtri, & in aliis fluminibus, (ſed de hoc ſpiſſius verba facimus, quia primus ordine eſt, & quæ ex eo à nobis adducuntur, facilius inueniri queunt ab ſtudioſo lectore) νυκτὸς βαθείας τοῦ παρειρημένου σωῆλθεν, τῆς θύρας σωελθούσης. Vſus eſt eadem phraſi Plutarchus Chæron. in *Parallelis* viceſies, vt minimum. Conſule hiſtoriam de Poſtumio Albino, quæ deprompta eſt ex Ariſtidis Mileſii tertio *rerum Italicarum*, & locutionem illam βαθείας ὑ νυκτὸς, quæ toties repetitur eodem libro inuenies. Latini dicunt, *profunda nocte*, vt nos vertimus. Præterea vocis σωέρχεσθαι tam in hoc de *fluminibus* libello, quam in *Parallelis* adeo frequens vſus eſt, in eadem ſignificatione, vt mirari ſatis non poſſim, quomodo viri docti ſtilorum conuenientiam in duobus hiſce tractatibus non deprehenderint & odorati ſint. Monemus in notis σωέρχεσθαι, σωόδος voces vſurpari de rebus venereis & turpibus, vt apud Latinos *venire*. Adeo quæſo lector humanus Plutarchi Cheron. Parallela, & videbit adulteria, inceſtuſque omnes, quos in his narrationibus committi auctores ſcribunt lenocinantibus ſemper nutricibus, earundem ſimiliter μαστροπείαις & lenociniis illic exerceri: vt nominatim in hiſtoria de Smyrna, quæ exſcripta eſt ex libris transformationum Theodori, & altera de Valeria Tuſculanaria, quæ petita eſt ex Ariſtidis Mileſii *Italicorum* tertio. In Hydaſpe denique Plutarchi noſtri refertur anum quæ Chryſippes virginis cum genitore Hydaſpe cócubitus procurauerat, viuam ſepultam fuiſſe, & Chryſippem cruci affixam. verba ita habent. τὴν μὲν ἐνεδρεύσασαν αὐτὴν γραῦν ζῶσαν κατέχωσεν, τὸν δ' θυγατέρα σταυρώσας. Plutarchus Parallelis in narratione Brenni Gallorum Regis, ex primo rerum Gallicarum Clitophontis, non aliter locutus eſt, ποιησάντων δ' ὑπὸ τῆς δαψιλείας τοῦ χρυσοῦ, ζῶσα κατεχώθη; & rurſus in narratione de Tarpeia Capitolii cuſtode ex Italicis Ariſtidis Mileſii. Σαβῖνοι δ' νοήσαντες ζῶσαν κατέχωσαν. Reliqua tormentorum, & mortis varia genera, vt lapides, reſtes, laquei, cruces, vulnera, carceres, ſagittæ, inebriationes, præcipitia, parricidia, furores, dæmonia, & ſimilia in vtroque tractatu tam *de fluminibus* quam *Parallelis* iiſdem pene verbis deſcribuntur, quæ nolui repetere, ne tædio eſſent lectori. In notis illa omnia comparata inter ſe inueniet eruditus lector. Tranſeo ad alia. Plutarchus noſter in Iſmeno & Hebro de Tiſiphone, & nouerca repulſam paſſa verba faciens, hæc ait. ἡ δ' ἀποτυχοῦσα τοῦ παιρέσεως, & ἀποτυχοῦσα δ' τῆς παιρέσεως ἡ ἀστλγὴς. Ita Plutarchus Chæroneus Parallelis, cum narrat Hippolyti hiſtoriam & Phædræ nouercæ, iiſdem verbis vtitur, eadem phraſi; τῆς δὲ παιρέσεως ἡ ἀστλγὴς ἀποτυχοῦσα; imo & quod eſt notatu digniſſimum, & maxime ad rem facit: Quemadmodum Plutarchus noſter ſcribit Hebrum Damaſippe nouercæ negaſſe, & venationi operam dediſſe, ideoque accuſatum ab ea raptus fuiſſe, hocque vſurpat loquendi genus παρηνυκαίρει κυνηγίαις, vt nos correximus, nam male hodie eſt in textu Baſilienſi γυναικείαις, & paulo poſt κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος: eodem modo Plutarchus Chæroneus cum Phædræ inceſtuoſos deſcribit amores in Parallelis, in hæc erumpit. κυνηγεσίαις παρανέκειτο; & paulo poſt ψευδεῖς κατὰ τοῦ σώφρονος ὑπιστολὰς ἐχάραξε. Rurſus in eodem Hebro dixit noſter ἐπέγημε τοῦ τέκνου Δαμασίππου. Plutarchus vero Chæroneus eodem loco ἐπέγημε μνηστὴν Φαῖδραν τὸν Μίνωος. Latini eleganter dicunt *ſuperduxit*, vt monemus in notis. In Arari auctor noſter ita etiam ſcripſit. καθὼς ἱστορεῖ καλλιαθένης ὁ Συβαρύτης ἐν τῷ Γαλατικῶν, παρ' οὗ τὸν ὑπόθεσιν ἔλαβεν Τιμαγένης ὁ Σύρος. Plutarchus Chæronenſis Parallelis in narratione de Aſdrubale Siciliæ rege, καθάπερ ἱστορεῖ Ἀριστείδης ὁ Μιλήσιος ἐν

τοῦ τῆς Σικελικῶν, παρ' ἃ τὴν ὑποθεσιν μαθε Διονύσιος ὁ Σικελιώτης. Denique in vtroque libello disparitatem tantum vnam aut dissimilitudinem offendisse memini, quæ tamen tanti non est, vt ne vel minimum quidem in animis nostris generare debeat scrupulum. In Parallelis Plutarchus Chæronensis satellites & stipatores, quos antiquitus *latrones* vocarunt, semper σωματοφύλακας nominat, nec mutat vocem. In hoc autem de fluuiis libello δορυφόροι perpetuo dicuntur illi satellites, quos postera ætas *Scribones* vel *Deputatos* vel *Buccellarios* vocauit. Si hæc characteris & stili similitudinem non arguant, fateor me nescire quid sit ex stilo & loquendi genere auctores inter se comparare & discernere: Et per Deum immortalem non video quid afferri possit apertius & accommodatius pro confirmatione sententiæ nostræ. Infinita quidem alia adhuc superesse in Parallelis Plutarchi, & hoc libello de fluminibus, quæ si comparentur, facile sit deprehensurus lector eruditus eiusdem auctoris & parentis esse, non me latet, vt cum vtrobique legere est ἀναξιοπαθήσασα, ἀναξιοπαθήσας, pro eo quod nos Galli dicimus *estant indignemant traite*, & βαρέως φέρειν, pro eo quod vsurpamus communi sermone, *supporter impatiemant*, aut μισοπονήρως φέρειν, & ἀγαπᾶσθαι μισοπονήρως, & χαλεπῶς τρωθεὶς, & κάλλει ἀβέβλητος. Sed illa omitto, sufficit enim digitum ad fontem intendisse, & facem prætulisse. Quia vero in cuiuslibet libri examine duo consideranda esse docuimus, τὸν λεκτικὸν τόπον siue dictionem & phrasim: καὶ τὸν πραγματικὸν siue res ipsas, iamque de primo à nobis actum est satis acute & diligenter, venimus ad secundum, vbi ex rebus ipsis & ex methodo earum tractandarum aperte demonstrabimus Plutarchum Chæronensem hoc de fluuiis ὑποπασμάτιον composuisse. De variis fluuiorum cognominibus agitur in hoc libello, doceturque quomodo quisque prius vocatus fuerit, deinde mutauerit nomen diuersi tandem in eo casus, diuersæ fabulæ narrantur, transformationes innumeræ describuntur, vrbium origines eruuntur, turpes inhonestique amores filiarum erga patres, fratrum erga sorores, nouercarum ergo priuignos, Deorum erga Heroinas recensentur: raptus, stupra, adulteria aperiuntur, quæ omnia eodem plane modo, eodem ordine, eodem stilo tractari apud Plutarchum Chæroneum in Parallelis, nemo qui ea legerit ignorare potest. Consulat lector beneuolus narrationem de Anio Etruscorum rege, quæ excerpta est ex Aristidis Milesii & Alexandri Polyhistoris tertio *rerum Italicarum*, & videbit, fluuium qui ante *Parensius* vocabatur, quod vocabulum nescio cur doctissimo interpreti non fuerit notum, ab Anio illo rege Annionem tandem dictum fuisse. De Lycorma etiam illic narrantur ferme eadem quæ in hoc nostro opusculo leguntur, sed tamen à diuerso auctore petuntur. Illic enim Dositheus primo *rerum Italicarum* laudatur, hic vero Dercyllus tertio de *Montibus*. Præterea in vtroq; opusculo de Minerua Chalciœco & Atepomaro Gallorum rege fit mentio, & quod est maxime notandum, narrationes omnes & historiæ vtrobiq; eadem methodo in medium afferuntur, laudatis semper veterum scriptorum operibus, vnde depromptæ fuere. Imo vtrobiq; iidem auctores citantur, sed incuria librariorum, & correctorum oscitantia factum est, vt hactenus apud Plutarchum in libello *Parallelorum* corruptissime legantur quorundam auctorum nomina. vt cum in narratione de Calpurnio Crasso laudatur Ἡσιάναξ ἐν τείτῳ Λιβυκῶν, legendum enim docuimus in notis Ἑρμησιάναξ. interpres *Hegesianax* minus recte vertit, melius fuisset *Hermesianax*, de quo Hermesianacte Cyprio plura leges in notis nostris. Semel ab Antonio Liberali in transformationum congerie, vbi de Arceophonte Minnyridæ filio agitur, laudatur idem Hermesianax Λεοντίῳ β. quæ si vera sit illius operis epigraphe, ego non dubito quin apud Parthenium in c. 5. de Leucippo Xanthii filio, ita restituendum sit, ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ, non vt hodie perperam est Λέοντι. Laudatur & in cap. de Hanide apud eundem Partheniũ Hermesianax, vt nullus dubio relinquatur locus, quin eius nomen apud Plutarchum in Parallelis hactenus deprauate lectum fuerit. Rursus duobus locis in Parallelis Plutarchi Chæronei, primo vbi de Dario Persarum rege, & Alexandro, secundo vbi de Telamone Æaci & Endeidis nato sermo est, citatur quidam Ἀρεπάδης Κνίδιος ἐν τείτῳ Μακεδονικῶν, & ἐν δευτέρῳ Νησιωτικῶν, sed vereor vt melius illic debeat legi Ἀρεπάζης, quomodo apud hunc nostrum auctorem in Sagari. Suspectum quoq; mihi est Trisimachi nomen, qui in τείτῳ κτίσεων apud Chæronensem Plutarchum in Parallelis laudatur, legendum enim fortean fuerit Θρασύμαχος, sed amplius deliberandum. Cæterum tam in fragmento hoc de *fluuiis* quam *Parallelis* Plutarchi Chæron. producuntur auctores isti Agatharcides Samius, Chrysermus, Callisthenes, Clitonymus, Ctesiphon, Clitophon, Nicias Maleotes, Theophilus, Dercyllus, Iuba, Sostratus, Zopyrus Byzantius, Agathon Samius, Demaratus, Aristobulus, Ctesias, sed diuersa illorum omnium opera laudantur. Vt in

hoc de

hoc de fluuiis libro citatur Agatharcides Samius in *rebus Phrygiis* in Marsya: In Parallelis vero in *rebus Persicis*. Chrysermi *res Indicæ*; libri de *fluuiis*, *Peloponnesiaca* in hoc tractatu de *Fluuiis* adducuntur: in Parallelis verò *Peloponnesiaca* quidem sed amplius *historica*. Quæ opera vtrum inter se distincta fuerint nescio. Callisthenis illic *Cynegetica*, id est, libri de venatione, & *res Gallicæ* laudantur: hic vero *Metamorphoseων* libri, *res Macedonicæ* & *res Thracicæ*. Clitonymi illic *Tragica*, hic autem *Italica* & *Sybaritica*. Ctesiphontis illic libri de *plantis* & de *arboribus*: hic verò *res Bœoticæ* eiusdem, & ita de reliquis de quib. diligentius disputamus in notis. Quis igitur non videt ex rerum similitudine, & stilo dicendiq; charactere, non alium esse huius opusculi auctorem quàm Plutarchum Chæroneum, à quo etiam Parallela illa habemus? Si quis adeò stipes sit vt hoc non videat, nec veritatem hanc odoretur, habeat vltimum istud argumentum pro mantissa, & nisi fateatur λυκὸν hunc esse ἔλεφαν, eoq; causæ iugulum peti, in eadem stupiditate, & ingenii sinisteritate manere eum semper necesse est. Plutarchus Chæronensis ipsemet libros quos de *Fluuiis* composuerat, in Parallelis laudat, ergo luce meridiana clarius est eum hoc opusculum de *Fluuiis* scripsisse. vis videre quàm hoc verum sit. Historia illa de Pyræchme Euboensium rege, quæ illic refertur, excerpta est ex quodam libro tertio de *Fluminibus*: Ita enim loquitur Plutarchus, ὡς ἐν τείτῳ περὶ ποταμῶν, illaudato auctore. Ego nullus dubito quin de suis libris de *Fluminib.* loquatur, sicut cum in historia de Phalari Agrigentinorum Tyranno ibidem secundum *Quæstionum* siue *Caussalium* citat, & hæc scribit, ὡς ἐν δευτέρῳ αἰτιῶν, quin libros suos *Caussalium* & *Quæstionum* laudet, nemo ambigere debet. Vnde colligo ego superesse nobis tantum ex libris illis de *Fluminibus* Plutarchi ἀποσπασμάτιον quoddam. Integrum enim opus diuisum erat in libros, vt patet. Nec absurdum est eum ita fabulose de fluminibus scripsisse, cum hac in re multos ante & post se habuerit æmulos, at quos viros? Aristotelem, Ctesiam, Leonem Byzantium, Zopyrum, Archelaũ, Sostratum, Chrysermum, Demaratum, Demostratum, Nicanorem Samium, Agathoclem Milesium, Timagoram, aliosq; innumeros quorum referre nomina longum esset. Vtinam exstaret integer Lampriæ Plutarchi filii index, in eo enim aperte videremus hos de *Fluuiis* libros, de quibus lis est & controuersia, in numerum paternorum librorum fuisse relatos, neq; de hac veritate aperienda ac confirmanda tam solliciti fuissemus: pro qua vtrum acerrime & strenuissime à nobis depugnatum sit, iudicium esto penes eruditum & candidum lectorem, alium enim non moramur.

Accedo ad secundam huius tractationis partem, in qua pollicitus sum me scribendi hoc genus ad certam disciplinæ classem redacturum, & coarcturum: atque imprimis assero ad Grammaticæ partem Historicam quam quidam Exegeticam pro libito vocant, hunc de fluminibus, eorumque appellationibus tractatum referendum esse. Grammatica, vt hoc breuiter repetam, trifariam diuiditur, nam vel est Technice & Methodice, vel Historice & Exegetice, vel magis propria & Critice, vt nos docet Sextus Empiricus cap. 8. lib. 1. contra Mathematicos. De Technice & Critice non est nostrum hic agere, de Historice tantum compendiose & quasi per capita tractabimus, vt ostendamus qua ratione scriptiunculam hanc fabulosam ad eam posse redigi commode existimemus. Duplex est huius partis Historicæ siue Exegeticæ subiectum, obscuritas nempe verborum & rerum, de priori copiose satis à nobis actum est in dissertatione critica, quam præfiximus notis nostris ad Harpocrationem: nunc superest vt de posteriore aliquid commentemur, de obscuritate scilicet rerum, quam constituere possumus Historicæ partis Grammaticæ partem, nihil enim vetat eam diuidere bifariam. Obscuritas rerum vel personas spectat vt diuinas, humanas, & heroïcas, vel loca, vt montes, fluuios, vel figmenta, vt fabulas. Circa hæc omnia versatur Historica pars Grammaticæ, vel ipso Sexto Empirico teste. ἱστορικὸν (inquit) ὅπου περὶ προσώπων, οἱονεὶ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ ἡρωϊκῶν διδάσκουσιν· ἢ περὶ τόπων διηγοῦνται, καθάπερ ὁρῶν ἢ ποταμῶν, ἢ περὶ πλασμάτων καὶ μυθῶν τοῦδε διδάσκουσιν. Vt non male Taurisci auditor Acratetis apud eundem Sextum Empiricum cum multis aliis Criticis Historicæ Grammaticæ subiectum esse dixerit ἀμέθοδον ὕλιω, id est, materiam nullam certam rationem ac methodum habentem, quis enim non videt quam amplum & diffusum sit eius disciplinæ ὑποκείμενον, quod versatur circa descriptionem, notitiamque omnium rerum, quas mox recensuimus? hac sola, vt opinor, ratione motus Asclepiades in opere quod confecerat de Grammatica, Historicam eius partem, de qua nobis sermo est, tripartitô diuidendam putauit, quod historiarum alia sit vera, quæ versatur circa res quæ geruntur, alia falsa, quæ tractat de fabulis & figmentis, tertia denique tanquam vera, aut

veri aliquid referens, vt pote quæ comice, & mimice repræsentet eorum quæ prius gesta fuere, veritatem, aut aliquid ad imaginem veritatis acutissime & ingeniosissime effingat. Rursus idem Asclepiades historiæ veræ tres esse voluit partes, aliam quæ immoretur in describendis deorum, heroum, & virorum illustrium personis, aliam quæ de locis & temporibus agat, aliam quæ actiones describat ac narret. Falsæ verò siue fabulosæ vnicam tantum speciem constituit, nimirum genealogiam, quam pridem monuimus proprie antiquitus pertinuisse ad Oratores, Isocrate in encomio Busiridis teste. Vnde ni fallor factum est, quod adhuc non inueni obseruatum, vt hodie spectet etiam ad nostros oratores forenses panegyricos pro viris illustribus & in supremis honorum gradibus constitutis, coram Senatibus componere, in quibus ordine deducunt eorum genealogias, vt supremos illos quos à Regibus nostris habent honorum apices adipiscantur. Sed in hoc distant, vt ego quidem iudico, quæ hodie recitantur, & deducuntur illustrium familiarum encomia, & genealogiæ ab antiquis, quod in illis vere, & non fabulose à primo maiorum stirpes & prosapiæ vniuscuiusq; petantur, & gradatim ad vltimum nepotem deueniatur, in his verò omnia figmentorum nebulis & inuolucris obscurarentur, atque à fabulosis Diis, vt plurimum, Heroum generationes describerentur. Quæ res effecit forte, vt Asclepiades ille fabularis historiæ (ita loquitur Suetonius) vnam tantum speciem constituerit nempe genealogiam. Videbat enim in Genealogiis omnia fabularum narrationibus inuolui, portentosis figmentis ac mendaciis repleri, familias denique ipsas à capite ad calcem pene fabulosas reddi. Equidem si rem attentius considerare velimus, ementitæ siue falsæ historiæ plures inueniemus species esse, sed genealogia principem semper tenebit locum, & quod magis est, nulla propius accedet ad genus illud falsæ historiæ. Nam quæ res & loca fabulosa attingunt, eæ quidem inter species fabularis historiæ recenseri possunt, sed hæc omnia complecti potest genealogia, quæ proprie tamen personas solas considerare videtur, nimirum Deos aut homines, id est, figmenta quæ de eis circumferuntur, vt ἀποθεώσεις & θεογονίας, & alia quę de Heroibus & Deis antiquorum Mythica Theologia continebat, qua maximè vtebantur Poetæ, Physica namque Philosophorum erat, Ciuilis autem populorum, vt docet Varro apud D. Augustinum lib. 6. de Ciuitate Dei. Cui hac in parte non ita subscribendum est, vt credamus solos Poetas Mithicam Theologiam professos esse, philosophi enim, philologi, & infiniti alii auctores qui de Diis scripsere, hanc Spartam ornarunt, & in ea se exercuerunt: vt aperte, & sine vlla ambage testantur varii περὶ θεῶν tractatus, quorum auctoritas apud veteres classicosq; scriptores etiamnum viuit. Harpocration noster voce λέγει, Cleanthem laudat ἐν τῷ περὶ θεῶν: Ego non dubito quin Cleanthes ille idem sit cum eo, cuius libri θεομαχίας & περὶ ὁρῶν laudantur apud hunc auctorem nostrum in Phasi & in Nilo. Tatianus πρὸς Ἕλλωας, Orapionis cuiusdam meminit, qui de Diis Ægyptiis scripserat, vt Clemens Alexandrinus Leonis, τοῦ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν πραγματευσαμένου. Plutarchus in Lucullo Antiochum quendam philosophum in opere περὶ θεῶν laudat, vt Suidas Seleucum. Diogenes Laertius variis locis φύσιν τῆς θεογονίας Curetum & Corybantum ab Epimenide compactam in medium adducit, vt & Theophrasti & aliorum philosophorum opera περὶ θεῶν. Exstat in indice Lampriæ paternorum librorum titulus περὶ θεῶν, quo non est dubium quin Plutarchus quoddam suorum voluminum insigniuerit. Ita Macrobius 2. Saturn. Æmilium Macrum *Theogoniam* composuisse refert, Arnobius vero lib. 5. Nigidiũ *de Diis*, & Sextum Clodium *de Diis Græcorum* scripsisse. De Diis quoq; Penatib. tractauerat Labeo quidam, si Seruio Virgilii interpreti peruetusto credimus, Dromocides autem *Theogoniam*, & Dionysius Milesius *Mythica*, si Fulgentio. Deniq; quid iuuat tot auctoritatibus veritatem illustrare? quis plura & doctiora de Diis & variis eorum cognominibus disputauerat, quam Varro princeps sui seculi eruditorum, cuius polymathiam tanti facit medulla Patrum Latinorum D. Augustinus in libris de *Ciuitate Dei*, vt nunquam eum nominet nisi cum elogio & honoris laudumq; præfatione. De hominibus etiam Heroibusq; veterum non paucos commenta literis mandasse, testantur variæ quæ apud scriptores fermè cuiuslibet generis, de his proponuntur quæstiones Grammaticis Historicis enucleandæ & dissoluendæ, quæ omnia sine dubio referuntur ad historiæ fabularis speciem illam, in qua diximus de Genealogia tractari. Aliæ, in quibus de rebus & locis, semper aliquid veri immixtum habent, vt potius dici possint mixtæ quam fabulares. Ad eas enim redigi posse puto non tantum ἄπιστα omnia & παράδοξα & θαυμάσια, siue mendacia portentosa, & rerum incredibiliũ miracula, quæ nulla ratione, nulla auctoritate, nullo certo & fideli auctore, de incompertis, incognitis, & longe distantibus scripta inueniuntur à

futilibus

futilibus & mendacibus auctoribus, quorum hic nomina reticemus. Sed quæ peculiariter & verosimiliter pertractata sunt à fide dignis scriptorib., qua de orbis vniuersi partibus, vt vrbib., oppidis, portubus, lacubus, montibus, fontibus, fluminibus, lapidibus, arboribus, plantis, qua de his quæ in eo viuunt, vt auibus, quadrupedibus, & similibus. Mixtæ igitur historiæ speciẽ quandam constituimus, ad quam proprie scriptum istud auctoris nostri *de fluminibus* dirigendum esse mox planius docebimus, si prius quæ de aliis historiæ diuisionibus carptim monere necessarium est, expediuerimus. De fabulari iam disputatum est, nunc videamus de quasi vera, quam constituunt comœdia & tragœdia. Huic parti maxime intentos fuisse veteres Grammaticos testantur sæpissime Poetarũ qui nobis supersunt, enarratores antiqui, & præter eos, omnes quotquot præ manibus terimus, Græcorum Magistrorum libri. Eratosthenis volumina περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας tantopere ab Schol. Comici, & Suida laudata huc pertinuere, vt & Lycophronis περὶ κωμῳδίας, Chamæleontis, Theophrasti, & Heracleotæ, quorum omnium meminere Diogenes Laertius & Athenæus, qui lib. 6. etiam nominatim docet Aristophanem Grammaticum comœdiæ partes distinxisse. Harpocration voce σινώπη Herodicum Cratetium ἐν γ κωμωδουμένων citat: sed cum illic essemus, ἐν ς legendum esse probauimus ex Athen. lib. 13. vnde sua habet. Egerat & Antiochus Alexandrinus de Poetis, qui tempore mediæ comœdiæ fabulas docuerant. Faciunt quoq; ad hæc Grammaticorum Aristophanis, Thomæ Magistri, & aliorum, vt Dicæarchi dramatũ hypotheses, & comœdiæ diuisiones in antiquam, mediam, & nouã, vel etiã poetarum qui in qualibet earum floruerunt, syllabi. Palamedes & Ptolemæus tragicas dictiones in ordinẽ redegerant, vt vult Suidas. Ex Diogene Laertio vero discimus Heraclidem commentarios multos reliquisse, qui veterem tragœdiã illustrabant. Asclepiadis τραγῳδούμενα sæpius Harpocration & Suidas proferunt in medium: Clem. Alexand. in *protreptico*, Demarati eiusdem subiecti libros, in quibus de historiis tragicis & tragicorũ argumentis diligentissime disseruerat. Extitit & Hephæstion quidam, qui omnia comica & tragica dubia dissoluerat in libris, quib. auctore Suida nomen fecerat, Κωμικῶν καὶ τραγικῶν ἀπορημάτων λύσεις. Hinc exorti sunt varii Didascaliarum scriptores, tum in Græcia tum in Latio, & Aristoteles eorum princeps, Dicæarchus, Aristophanes, Callimachus, Eratosthenes, Aristarchus, Crates, & Accius, quorum opera didascalica tam apud Athenæum, Harpocrationem, scholiastas veteres, & Græcos alios Magistros: quam apud Gellium, & Non. Marcellũ memorantur. nihil de his exscribo post magnum Casaubonũ qui in animaduers. ad Athenæum nihil reliqui fecit. Sufficit enim mihi tanquam per indicem hæc monuisse. Videamus iam quid de vera historia doceri queat, nam hæc nobis pars tantum tractanda superest. Cum ea iungemus quam vocauimus Historię partem mixtam, quia huc commodius, quam ad falsam aut ad veram scriptum nostri auctoris referendum esse nemo literatus ignorare potest. Historia vera vel de rebus sacris agebat, vel de rebus humanis, idest præclare gestis gentium ac populorum. vtramq; attigerat Varro libris *antiquitatum*, quibus omnes rerum diuinarum & humanarum historias complexus erat, vt patet ex paucissimis illis reliquiis & fragmentis, quæ non siuerunt perire quorundam veterum monumenta. Ad primam speciem pertinebant indigitamenta, pontificalia, & innumeri alii rerum sacrarum libri, quorũ auctoritate non infrequenter vtuntur Grammaticorũ filii. Numæ Pompilii, Varronis, & Rutilii Gemini pontificalia celebrat Fulgentius de *Sermone prisco*, in quibus non tantum res sacræ, & earũ historia continebatur, sed & memoria rerum à P. R. gestarum, vt ait Macrob. 1. Saturnal. Augurales libros, siue Augurum, siue auguralis disciplinæ, siue de auguribus, siue augurii priuati, qui vel à Catone compositi fuerant, vel ab Appio Claudio, vel à Nigidio Figulo, teste Gellio, nemo veterum est fere qui non commemoret. Consulendi Varro, Macrob. Gell. Seneca & alii. Exstitit & quidam Varronis liber Logistoricos qui tractabat de *indigitamentis*, de quibus Granius quoque ad Cæsarem scripserat. Trebatii de *religionibus* libros doctis non fuisse incognitos asserunt Gellius & Macrobius. Veranius de *auspiciis* citatur, apud Festum, apud Fulgentium vero Tageris *haruspicina*. Libri Sibyllini, rituales, & libri sacrorum apud Athenienses, commentarii quindecimuirorum, libri sacerdotum. P. R. & de auspiciis augurum P. R. libri de Sacrificiis diuersorum, initia, πελεταὶ, indigitamenta, assamenta, cælatoria carmina, & auerruncalia, ius Pontificium constituebant, de quo non indiligenter nuper disputauit eruditissimus Gutherius. Petat amicus lector multa alia ex eius libris, quæ de his præterimus. Ad secundam, in qua de rebus humanis, historię tã vniuersales quæ de omnibus gentib. agebant, quã singulares referũtur, quæ de aliquo populo, aut de quadã re gesta, aut de Politiis cuiuslibet ciuitatis, aut de quodam

belli euentu, aut de virorum illustrium facinoribus, aut de rebus memoria dignis, aut de strategematis, aut apophthegmatis. Innumerorum auctorum nomina referre possumus, qui de his omnibus scripta posteritati reliquerunt, sed studentes breuitati quorundam tantum opera & nomina recensebimus exempli gratia. In hoc opere Plutarchi de *fluuiis*, Chrysermi *Indica* adducuntur, *Bœotica* Leonis Byzantii, Cæmaronis *Indica*, Ctesippi *Scythica*, Callisthenis Sybaritæ *Gallica*, Timolai, Alexandri Cornelii, Agatharcidis, Aretazis, Hermesianactis *Phrygica*, Agathonis Samii *Scythica*, Thrasylli *Aegyptiaca*, Sosthenis *Iberica*, Timothei *Argolica*, Chrysermi Corinthii *Peloponnesiaca*, Dioclis Rhodii *Aetolica*, Clitophontis Rhodii *Indica*. Apud Athenæũ etiam varii huiusmodi historiarum singularium scriptores laudantur, vt Myrsilus *Lesbiacis*, Nicias *Arcadicis*, Megasthenes *Indicis*, Ctesias *Persicis*, Agatharcides *Europicis*, Demetrius *Aegyptiacis*, & pene infiniti alii, quorum vocabula & scripta non reticentur à Clemente Alexandrino, Diog Laertio, Apollonio, & Græcis Magistris. Plutarchus *Parallelis* meminit Aristidis Milesii *Siculorum*, Agatharcidis Samii *Persicorum*, *historiarum* Aristidis, *Peloponnesiacorum*. Chrysermi, *Italicorum* Aristidis, eiusdem *Persicorum*, Critolai *Epeiroticorum*, Alexarchi *Italicorum*, *historicorum* Chrysermi, *Italicorum* Clitonymi, *Macedonicorum* Aretazis Cnidii, *Bœoticorum* Ctesiphontis, Theophili, Pythoclis *Italicorum*, Merylli *Bœoticorum*, Clitophontis *Gallicorum*, Demarati *Arcadicorum*, Socratis *Thracicorum*, Dosithei *Siculorum*, Cleitonymi *Sybariticorum*, Iubę, Hermesianactis *Libycorum*, Sostrati *Tyrrhenicorum*, Aretazis Cnidii *Nesioticorum* idest *Insulanorum*, Dosithei *Lydicorum*, & aliorum quorum similia scripta in medium producuntur à classicis auctoribus. Non tango mille alia virorum illustrium volumina, quæ huc redigi possunt, quia tempus est vt ad notas veniam, & hanc tractationem absoluam. De Historia igitur mixta quid sentiã ita paucis expedio. Hæc Historiæ species ex duabus præcedentibus componitur, tamque falsi aliquid quam veri complectitur, vnde eam vocamus mixtam. Quæ de rebus, & locis apud veteres & omnium ætatũ scriptores narrantur, partim veritate, partim fabulis & figmentis nituntur, nec vlla historia rerum & locorum extat aut legitur, quæ ex omni parte vera sit, non dicam vniuersalis, sed ne singularis quidem. Ex aduerso nulla historia licet fabularis, ita falsa est & mendax, vt non aliquid in se recipiat veri, aut saltem verosimilis: fatendum ergo est aliquã constitui debere historiæ speciem, quæ mixta sit. Hanc partitionem non inuenio ab vllo antiquorũ aut recentiorum factam: aio tamen ego maxime necessarium esse vt historia ita diuidatur, aliter enim omnes historicorum operum species ad certa genera & capitanunquam poterunt reduci. Nec historiam mixtam eandem cum miscella & varia esse volo, cum sciam hanc latius patere, & per res omnes, personas, loca, disciplinas, & alia quæ mens humana potest excogitare, vagari, illam vero se intra quædam septa veræ & fabularis circa res & loca narrationis, continere, nec aliam eruditionem attingere. Qui miscellaneo & confuso scribendi generi addicti fuere, vt Aristoteles & Ister qui ἄπακτα reliquerãt ex auctoritate Diogen. Laertii, & Harpocrationis: vel Philemon & Callistratus, qui σύμμικτα composuerant, vt apparet ex Porphyrii quæstionibus Homericis, & Athenæo, & tandem reliqui omnes qui pro libidine lasciuientes librorum titulos, adinuenerunt, potius in illis operibus ποικιλεπιγραφομένοις aliud quiduis tractare voluerunt, quam historiam. Nec enim historica dispositione aut ordine eos persecutos esse materiam circa quam versati sunt, satis innuunt inscriptiones illæ ἄπακτα, σύμμικτα, sed tantum confuse & inordinate collegisse quæ inter legendum occurrebant, vt inde postea haurirent, quæ in tempore necessaria & vtilia futura erant, aut ad componendos libros quos vulgabant, aut ad familiarem sermonem cui vacabant, vt plurimum omni necessaria supellectile ad eius ornatum caute se instruentes & præmunientes. Ita Politias suas CLVIII. scripsisse Aristotelem autumo, si tamen liceat diuinare, vt libris quos scripturus erat & postea scripsit, quorum nobis maxima pars superest, de repub. inseruirent, & exemplorum aut probationum loco essent. Caue igitur existimes miscellaneam & mixtam historiam non differre, hocq; euicto, scito Historiam rerum & locorum vel esse vniuersalem, vel singularem, semper tamen mixtam. Vniuersalis illa est, quæ rerum omnium simul historias, descriptiones & narrationes generatim expedit, qualem fuisse Aristotelis ἱστορίαν φυσικὴν indicare videntur verba eiusdẽ philosophi c. 2. de motu animaliũ. Certe Varronis libros de *rerum natura* hoc argumentum habuisse, non sinunt nos dubitare amplius varia quæ ex eis adduntur fragmenta à Non. Marcel. & aliis antiquis Grammaticis. In Timæo Platonis etiã obscure & quasi sub velo historia vniuersalis rerum continetur & coaceruatur. Singularis ea historia est, quæ vel de animalibus & plantis in genere, aut de auibus peculiariter, de belluis, de piscibus,

de arbo-

de arboribus, aut de lapidibus agit. Talis est historia de animalibus Aristotelis, in cuius decem libros seruamus in musæo nostro eruditissimos, & nunquam laudatos satis Iulii Cæsaris Scaligeri commentarios ἀυπογράφους, liberalitate parentis nostri magna vi pecuniarum redemptos, numquam antehac impressos, & à bonis eruditisque omnibus hactenus vehementer expetitos ac desideratos, quos procul dubio hac solum de causa sumus breui edituri in lucem ne respublica literaria tanto bono diutius fraudetur, & Bataui glorientur imposterum, quod non filii tantum, cuius extincti corpus habent, superstites omnes animi fœtus, libros inquam apud se detineant, sed & Patris, cuius tam est falsum eos opus istud habere, quam verum nos filii etiam miscellanea multa possidere, quæ non denegabimus, modo adsit nobis qui omnibus adest Deus, nec patiemur Batauorum instar, vel minimum litteratorum nobiscum hæc κειμήλια expostulare. Præter Aristotelem in hac eadem palæstra se exercuere plurimi, vt Ælianus & Nigidius teste Gell. lib. 7. & Fabianus ac Trogus teste Charisio. Quemadmodum in historia plantarũ Theophrastus & Ctesiphon, cuius tertius περὶ φυτῶν in Tanai Plutarchi nostri citatur. Apollodorus quidã (vt ait Athenæus lib. 15.) περὶ θηρίων scripserat, Callimachus Grammaticus περὶ ὀρνέων, aut de transnominationibus piscium, vt refert Suidas. Ornithogoniã Boethi Plinius, & Antoninus Liberalis Bœi sæpius laudãt, vt Nonius Marcel. Licinii Macri. Varii aũt ἁλιευτικὰ & κυνηγετικὰ, vt Callisthenes quidam apud hunc Plutarchum nostrum, cõposuerant, & præter Xenophõtem Arrianus, cuius κυνηγετικὸν nescio cur hactenus nõ vulgatum fuerit. Hoc tantum scio illud opus ab ornatissimo & omni virtutum genere cumulatissimo C. Salmazio descriptum fuisse ex Cod. MS. Bibliothecæ Palatinæ, & huc vsq; fuisse neglectum, quod Xenophontis nomen vetus illa membrana præferret, quodque qui in eam inciderant, non animaduertissent Arrianum etiam Xenophonta vocari. Eruditissimus Rigaltius amicus noster, dum curaret scriptores de re accipitraria, & de cura canum excudi, in animo quidem habuit κυνηγετικὸν illud Arriani simul edere, quod à Salmazio habebat, sed credo typographi eius spem fefellerunt, nam quia Græcum erat, sine versione latina, quæ hodierna est supinitas, noluere hoc opus typis mandare. Ctesiphontis libri de *arboribus* in Araxe & Inacho auctoris nostri recensentur, Seruius vero in 2. Georgic. Apulei auctoritate vtitur in libris de *arboribus*. Ita librum fecerat de *siluestribus arboribus* Oppius, qui Macrobio vir doctus dicitur Saturnal. lib. 2. c. 24. Et à Suetonio sine dubio laudatur in libello de illustribus Grammaticis. eodem modo Gargilius quidam Martialis libros de re hortensi ediderat, de quibus Seruius in Virgil. & Æmilianus qui vulgo Palladius dicitur. Georgica Pythocles Samius auctore Plutarcho in Parallelis, scriptis mandauerat, auctore vero Æliano lib. 16. c. 32. de *animalibus* Æschylides. Laudatur à veterum Glossarum auctore 2. Georgicon Virgilii, ita enim intelligenda illa sunt. Cola, ῥαγολόγιον, ἐργαλεῖον πιεστῆς λίνου, σὺν β̄, Γεωργικῶν: Virgilii scilicet qui ita illic locutus est.

-------Tu spisso vimine qualos
Colaque prælorum fumosis deripe tectis.

Vnde explicanda sunt quæ in eisdem Glossis leguntur, colat, ὑλίζει, διήθει (sic legendum) & rursus colatum, διηθημένον & colum ἠθμός, nisi restituendum sit διηθουμένον. Varro lib. 1. de re rustica cap. 1. innumeros laudat qui de re rustica & Georgica scripserant, tam philosophos, poetas, quam philologos. Fratrum Quintiliorum etiam Geoponica, præter Geoponicωn quæ hodie exstant auctorem, laudat Hierocles veterinariæ medicinæ non obscurus auctor, & Athenæus. Libri quoque Geoponicorum superstites ex fragmentis & reliquiis variorum auctorum qui Georgica scripserant, compacti sunt. Nec adhuc constitutum est quis eorum verus auctor. nam de Cassiano Basso quod dicunt, non est verum, licet Hierocles Medicus veterinarius ad eum scripserit. Multo minus quæ de Vindanio Anatolio Beryto, cum, referente Photio in Bibliotheca, scripserit hic tantum duodecim de re Georgica libros, viginti autem Geoponicorum legantur vulgo. Deinde ita inscribebatur opus Vindanii, Οὐινδανίου Ἀνατολίου Βηρύτου συναγωγὴ γεωργικῶν ὀπτηδευμάτων σὺν τόμοις ῑβ, præterquam quod certum sit in Geoponicorum libris Anatolii, Beryti, & Vindanii obseruationes Georgicas insertas legi. Legitimum illius collectionis Geoponicæ parentem nemo mortaliũ qui hodie viuunt, patefacere potest, nisi vnicus ille Claudius Salmazius, quem opus istud longe melius & auctius dare posse tam constat nobis, quam omnibus Rempublicam literariam ei multum debere, ac magis imposterum, nisi quid sinistri acciderit, quod auertat Deus, debituram. De Lapidibus non desunt qui tractarint, Nam omissis Dorotheo Claldæo, Nicia Meleote, Dercyllo, Aristobulo, Heraclito Sicyonio, Archelao, Agathar-

chide, Thrasyllo Mendesio, quorum omnium opera de *lapidibus* auctor noster commemorat, inuenio Tacum quendam περὶ λίθων scripsisse. Antiquissimi omnium Anaxagoras, Empedocles, Democritus teste Psello, cuius libellum de *lapidibus* nunc primum nos vulgauimus, versione donatum, & multis in locis coniectura sola restitutum. Alexander Aphrodisiensis paulo ante eum de lapidibus quoq; peregerat opus, vt idem Psellus docet in fine libelli hactenus ἀνεκδότου de *lapidibus*. atque hæc de historia rerum. Historia locorum eodem prope modo vel est generalis vel peculiaris & mixta. Generalis illa est in qua totius orbis fit descriptio, quam videntur excoluisse omnes Cosmographiarum & Geographiarum auctores, quotquot etiam in vniuersum de fluminibus, fontibus, paludibus, montibus, vrbibus quæ in toto terrarum orbe visuntur, egerunt, vt Diogenianus Heracleotes referente Suida, Alexander admirabilium collectione, & Protagoras libris, qui ita inscripti erant, Πρωταγόρου γεωμετρίας τῆς οἰκουμένης λόγοι ἑξ. De quibus diligenter consulenda est Photii Bibliotheca. Nec longe ab his sunt dissiti πινάκων illorum confectores, quibus totius orbis loca notantur, vrbes, montes, flumina, paludes, siluæ, & alia. Tabularum siue πινάκων meminere Diogen. Laertius in Theophrasti testamento, Strabo, & mutilator Stephani vocibus αἶνος & ἄδδηρα. Sunt & in hunc ordinem adscribendi auctores περιηγήσεων generalium, quæ vniuersum orbem describunt, peculiares enim περιηγήσεις ad singularem locorum historiam, de qua mox dicturi sumus, pertinent, vt peripli, periodi, & alia id genus, quæ partem aliquam terræ aut nauigationum tangunt, quales itinerariorum & σταθμῶν scriptores. Particularis locorum historia illa est, quæ certarum orbis partium, aut regnorum, aut prouinciarum, descriptionem aggreditur, vel vrbium, aut aliorum locorum, vt Insularum, de quibus olim egerant Callimachus, vt vult Suidas, qui περὶ νήσων & κτίσεις νήσων καὶ πόλεων scripserat, & Xenagoras quem ἐν νήσοις laudat Harpocratio voce χύδρι: Heraclides etiam περὶ νήσων quædam scripta reliquerat. Niçander Thyaterinus περὶ δήμων ab eodem Harpocratione in πακίδας adducitur. De montibus præter Dercyllum toties apud Plutarchum nostrum laudatum, tractauerat Cleanthes, & Ctesias Cnidius. De vrbibus & earũ ædificationibus, Plutarchus Parallelis testatur Trisimachum & Dercyllum libros composuisse, in hoc libello vero de fluminibus, Clitophontem quendam κτίσεις scripsisse, vt Hellanicum apud Stephani epitomatonem, Dionys. Chalcidensem poetam apud Athenæum & Harpocrationem, Heraclidem apud Clement. Alexand. in protreptico. Suidas docet Polemonem περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων, περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων egisse. Sed latius, vt opinor, & fusius de vrbibus disputauerant Diogenianus ille, de quo locuti sumus, & Stephanus ἐθνικῶν auctor, cuius hodie tantum habemus epitomem multis in locis laceram & mancam. περὶ κωμῶν Ammonium quendam libros reliquisse, cum Harpocratione sibi quidam viri docti persuaserunt, sed illic ostendimus nos legi debere περὶ βωμῶν. Polysthephani opus περὶ κρηνῶν recenset Harpocration voce λεβηφόρος. Timageti & Timosthenis libros περὶ λιμνῶν adducunt enarratores antiqui Apol. Rhod. Strabo, Harpocration & alii. περὶ λιμνῶν autem Timoxeni opera Scholiastes Æschyli ad Persas, nec ibi quidquam mutandum, vt putauit ad Strab. Casaubonus, Τιμόξενος ἐν τῷ περὶ λιμνῶν inquit, aliter non tantum nomen auctoris torquendum est, sed & epigraphe libri expungenda, non enim περὶ λιμνῶν sed περὶ λιμένων legendum est, cum Timosthenes de portubus scripserit, non de Paludibus aut lacubus. Multos autem scriptores de lacubus præter Timoxenũ scripta posteris reliquisse, patet ex Græcis Grammaticis, inter quos Diogenianum Heracleotem & Sotionem recensere possumus. Varro in Littoralibus suis περὶ λιμένων quoque tractauerat. De fluminibus, vt tandem quæ de hoc argumento in cuius gratiã cætera præmisimus, discenda nobis proposuimus, absoluamus ad illustrationẽ huius libelli, varia à variis opera composita fuisse indicant veterum monumenta. Aristoteles, si modo ille Stagirita est, huius argumenti libros reliquerat, quorũ quartus apud nostrũ auctorẽ in Indo citatur, de Nilo eum etiã scripsisse nemo nescit. Præter Aristotelẽ Asclepiades περὶ ποταμῶν egerat, vt asserit Stephanus voce ἀναζαρβά. Archelaum, Sostratũ, Timotheum, Chrysermũ Corinthium, Demaratũ, Demostratum, Nicanorem Samium, Agathonem Samium, Agathoclẽ Milesium, Ctesiam Timagorã, Leonem Byzantiũ περὶ ποταμῶν etiam volumina composuisse docet auctor noster in hoc libello spissius, Photius Patriarcha in Biblioth. Sotionis libros τῶν ἀποφάσεων περὶ ποταμῶν, καὶ κρηνῶν, καὶ λιμνῶν, καὶ διαδοξολογουμένων se legisse testatur, eosq; Protagoræ sexto, & Alexandri Collectaneis similes facit. Sotionem alterũ nobis commemorat Athenæus qui de Aquis scripserat, an differãt inter se ambo, non disputo impræsentiarũ. E Latinis legitur ẽtiamnum Vibii Sequestri libellus, in quo non solum de fluminibus, instar Sotionis, sed & de

monti-

montibus, fontibus, lacubus, & gentibus agitur, compendiose. Hunc vt est à Pithœo correctus & recensitus, iussimus iterum hic excudi vna cum Plutarcho nostro, tum quia argumenti vicinitas & similitudo ad id nos inuitauit, tum quod paucissima illius editionis inuenirentur exemplaria. Denique Plutarchus *Parallelis* libros de fluminibus producit in medium, an de hoc fragmento quod præ manibus habemus, an de aliis loquatur dubitari potest. Sed quid de his sentiremus nos supra docuimus. Quare portum tenentes vela contrahamus, & postquam flumina non sine periculo & naufragii discrimine emensi sumus, ne longius prouehamur in altum, imo maneamus hic & accingamus nos ad notas, cum nihil amplius discutiendum supersit, & demonstratum sit quæ de fluminibus ab antiquis auctoribus tradita fuere, referenda esse ad historiam singularem locorum, hanc autem ad historiam mixtam, & vtramque tandem ad illam Grammaticæ partem quæ à veteribus historica, vel exegetica dicta est: quod fuit secundæ huius tractationis partis vnicum & præcipuum argumentum.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DN. PHILIPPO HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIÆ,

Neapolis, Hierusalem, &c. Regi catholico, &c. Principi suo clementissimo, Hermannus Cruserius S. P. D.

VANQVAM *formæ moderandi populis, serenissime atq; potentissime* REX, *variæ olim fuerint & adhuc sint, rediguntur tamen ad tres omnes. Respub. enim aut à principibus tenentur, aut à populis, aut à singulis, quæ dicitur Monarchia. In hanc autem & illæ, in quibus valuerunt optimates, & illæ, in quibus liberi populi ius fuit, omnes denique reciderunt. Quod præuidens Perses Darius, cum sublatis Magis consultarent septem illi principes de forma instituenda reip. atq; hi suaderent statum ordinandum popularem, illi regimen tradendum primoribus: suasit grauissime reducendum regnum, quò aliquando tandem esset post seditiones & bella intestina recurrendum. Et sanè censuit prudentissime. Nam vt plures soles non fert mundus, ita non diu sustinet regnum vel prouincia plures dominos. Siquidem vbi multitudo, ibi est dissidium & confusio. Sed præfulget ac præ cæteris floret illa, quæ ab vno regitur & bono viro. Neque verò consensio & concentus consisteret Vniuersitatis, dii si plures essent. Nunc vt decentissime atque elegantissime mundo vnus moderatur deus: ita optime agitur eo cum populo, quem prudens princeps vnus ducit. Atque vocant Iouem suum poetæ Opt. Max. quod non modo sit potentissimus, sed etiam prudentissimus, sed omnibus deniq; virtutibus resplendens aliis. Pari modo elaborandum est ei, qui remp. tractat, aut est ad eam designatus tractandam, ne accedat ad eam imparatus & inermis. Facit quidem ingens potentia regniq; amplitudo & laxitas magnum principem, sola vero virtus clarum & excellentem. Ita Hiero Syracusanus dimidiæ rex insulæ Siciliæ, ac Numa Pompilius vnius tunc vrbis Romæ rex, Agesilausq; vrbis Spartanæ & cum astricta potestate rex longè ad memoriam hominum & laudis æternitatem præfulgent potentissimo Persarum regi Ocho, aut Neroni Domitianove tam præpollentib. & præualentibus imperatoribus. Atq; vt non abeam longè, rex Neapolitanus Alphonsus complurib. præstantior ad gloriam est Turcarum regibus. Vnde recte Agesilaus, cum diceret quispiam, hoc Regem magnum fecisse, significans regem Persarum: Quid me est ille, inquit, maior, nisi quanto iustior? Quare Dion Syracusanus Dionysii minoris ieiunitate bonarum artium cernens perditos mores, adhortatus est eum, vt excolendum curaret se doctrina, atq; principem philosophorum Platonem multis precib. induceret ad veniendum in Siciliam: cui traderet semetipsum: quò eruditione illius institutus ad virtutem atq; imaginem cõformatus Dei, cuius ductui parens Vniuersitas ex confusione mundus est, magnam felicitatem sibi ipsi, magnam ciuibus suis pararet: si, quæ nunc vi & metu domini faciant inuiti, hæc moderatione & iustitia efficeret, vt beneuolentiâ præstarent sicut parenti, atq; ita rex ipse euaderet ex tyranno. Nam adamantinas compedes, non vt parens eius dicebat metum, vim, magnam classem, decem millium barbarorum stationem esse: sed beneuolentiam, sed studium, sed fauorem, quæ virtus & iustitia imprimant: ea licet molliora intentis illis & duris firmiora ad imperii esse perpetuitatem. Adhæc esse turpe & fœdum, si princeps corpore cultus eximiè, splendoreq; & instrumento magnificus domestico, consuetudine & sermone nihilo homini plebeio præstet, neque animi studeat habere egregie & insigniter exornatum principatum. Monuit Dionysium, vt præceptorem adhiberet philosophorum Platonem antistitem: quod virtutes & scientiæ non nascantur cum hominibus, sed magno labore multisq; sudoribus, vt ait Hesiodus, comparentur. Quæruntur autem vel longo rerum vsu atq; exercitatione, vel doctrina. Cæterùm est diuturnior vsus, quem in multis præuertit fatum: vt decedere cogantur ante quàm mediocrem cognitionem rerum adepti. Est etiam stultorum hic magister. Qui enim sine eruditione notitiam rerum gerendarum sectantur, sæpe necesse est impingant, sæpe cespitent, nonnunquam*

etiam

etiam labantur in præceps. Vt si profiteri quis se vellet medicum, qui nihil disciplinæ gustasset medicæ. Nam hic fieri non posset, quin multos homines sustolleret, ante quam ad mediocrem cognitionem perueniret artis. Aut si ius dicere præceptorum iuris rudis instituat: quam hic erit cœcus, quam multos euertet fortunis, existimatione, & capite? Compendiosior & facilior est proniorq; altera per doctrinam via. Hanc præceptis muniunt philosophi, historici facta dictaq; à condito seculo ab insignibus ad virtutem aut vitia viris ob oculos ponunt: ex quibus haurire omnia virtutis ornamenta lectione licet, ac discere quemadmodum labes declinandæ vitiorum, quemadmodum resp. instituenda ac procuranda, vt populares in otio & concordia feliciter agant: quemadmodum nubes & tempestates aliunde ingruentium vel prementium motuum & bellorum dispellantur. Præ omnibus autem historiis & libris philosophicis delegendus & reuoluendus est ad principatum natis aut affectantibus remp. attingere, Plutarchus. Hic enim omnes omnium regnorum ac rerump. insignes reges atq; principes depinxit additis virtutum & vitiorum in vnoquoq; notis: præbetq; omnibus quasi speculum, in quo cernere queant, quibus illustrati sint virtutibus, aut quibus offuscati mendarum tenebris: quo & excolant sua bona, & maculas extergant. Venit mihi in mentem magni cuiusdam principis, lectione qui delectabatur historiarum, ex quibus tamen, vt narrauerunt mihi præstantes viri, qui notitiam illius & vsum interiorem habebant, nihil decerpebat, nisi vt vitia, lustra, libidinum & luxus in illis depictas imitaretur formas. Libenter vero scripta fabulosa audiebat, non illa Græcorum aut Romanorum, quæ erudita sunt & multis locis fructuosa: verum suæ linguæ inepta & inculta: ex quibus haurire nisi friuola, anilia, & vana poterat nihil. Quanto prudentius & vtilius parens tuus summus imperator Carolus, vt mihi relatum est, cum transiturus esset per Franciam, prælegi sibi per ocium voluit Philippum Cominæum: quo salubriorem non habebat ea tempestate lingua Gallica historiam. Tractat enim de principibus duobus præcellentissimis, Lodoico XI. Francorum rege, & duce Burgundiæ Carolo, filumq; sequitur idem atque Plutarchus. Narrat vt historiographus, docet vt philosophus, scatetque vbique lumine sententiarum egregiarum & præceptorum. Qui si expolitus literis esset, potuisset explere Plutarchum. Quippe ad solertissimum ingenium addiderat magnum rerum vsum. Præcellit vero Plutarchus singulari eruditione, qua vndique distinxit monumenta sua. Nullum autem reliquit excellentius opus Vitis, quas inuicem comparat, illustrium virorum Græcorum & Romanorum. Hoc opus, quod ingentibus laboribus transtuli in sermonem Latinum, nemini debui vniuersum dicare, quam Maiestati tuæ, cuius parentissimus sum subditus. Maxime vero inuitauit eo me splendor virtutum insignium tum tuarum, tum maiorum tuorum: vt non opus sit, posteri Maiestatis tuæ foris vt quærant lumina virtutum, sed petere queant domo. Virtutis bellicæ tuæ magnum specimen dedisti: cum statim susceptas prouincias hasce inferiores, quas accepisti aliquatenus concussas & laceratas, afflictis contusisq; Marte Gallis erexisti ac confirmasti. Vbi exuisti arma, quis te humanior aut benignior aditu, vel alloquio, vel vsu? Neque ego hoc commemoro ex auditu. Ipse legatus bis ad Maiestatem tuam sum expertus. Magna prædicatur Imperatoris Maximiliani humanitas & comitas, fortitudo & virtus bellica Caroli ducis Burgondiæ, prudentia & strenuitas regis Hispaniæ Ferdinandi. In imperatore Carolo patre Maiestatis tuæ non vna aut altera effulsit virtus, sed tam multæ, tamq; sunt eius res præclaræ gestæ, vt imperatoris post Carolum Magnum nullius. Philippus vero ducis Caroli pater omnibus virtutibus fuit cumulatissimus, vt merito dictus fuerit Bonus. Dici enim bonus nisi omni genere virtutum exornatus potest nemo. Neq; enim vecors bonus est vel temerarius, multo minus tyrannus aut rapax aut violentus, non item timidus, socors, iners, iracundus, nec luxu & libidinibus perditus, aut in vinum effusus: verum sapiens, iustus, benignus, beneficus, fortis, clemens, atq; omnibus in rebus moderatus, is demum est & appellatur bonus. Præclarum nomen, quo nullus insignitus magnorum regum Persarum fuit. Vnus tantum dictus Optimus fuit Imperator Traianus. Vt autem nomen est magnificentius Alexandri Magni & Pompeii Magni, quam Fabii Maximi vel Valerii Maximi: ita cognomen tributum Philippo Boni præstantius videtur mihi quam Optimi. Ab hoc ergo quia trahit Maiestas tua nomen, eademq; atq; ille sectatur studia, exspectamusq; magis ac magis procursu ætatis emicaturos ex te virtutum illius radios, nemini principum orbis hoc seculo promptuarium omnium virtutum sacrari Plutarchus, quam Maiestati tuæ debuit. Hoc meum iudicium & promptum in Maiestatem tuam studium atque obsequentem voluntatem, vt sperem ei fore grata, eadem mihi spem ostendit comitas & facilitas & humanitas Maiestatis tuæ. Anno Salutis humanæ M. D. LXIV. Cal. Septembr.

EPISTOLA CRVSERII
AD LECTOREM.

ANNVS agitur iam quintus, candide Lector, cum filia mea vnica optimæ ſpei atque inſignibus ornata dotibus puella nec exſpectato & repentino ſublata fato eſt. Vnde cum dolor me perculiſſet, qualem veriſimile eſt vnico amiſſo atque chariſſ. pignore pium patrem percellere, neq; vellem ſtultorũ more planctibus me affligere & eiulatibus, nec euellere valerem tamen ex animo luctum acerbum meum: quo mœrori meo medicinam facerem eumque lenirem, confugi ad ſacram Philoſophiam, qua animis ægris nulla medetur præſentius. Atque vt faciunt Medici, qui cum lenientibus doloris medicamentis nihil proficiunt, adhibent ea quæ inducunt ſtuporem: ita mihi cum omnibus momentis recurreret in mentem acerba iactura mea, arripui inſuper in manus vitas Plutarchi. quæ ſane, vbi diſceſſi à lectione ſacra, alleuauerunt me mirifice. Reputabam enim mecum, dum eas legi, turpe mihi fore homini à puero in literis verſato, & vero Chriſtiano, non ita ferre caſum meum, vt alii nonnulli non inſtituti diuina doctrina tulerunt. Itaq; quo cogitationem & ſenſum omnem diſpellerem grauis vulneris mei, inſtitui vitas Plutarchi omnes in linguam Latinam transferre. quod ea commentatio totum animum requireret, neque cogitationum interpellationem admitteret aliarum. Ita ſiquid laboribus hiſce meis commodaui ſtudioſorum reipubl. id filiæ meæ Beatæ, cuius me deſiderium torſit grauiſſime, ferent acceptum. Impulſus eo ſum facilius, quod ſuperioribus annis paucas vitas per ocium quaſi ludens ſermone Romano explicauiſſem, quo animum à triſti & tetrica agitatione Iuris ciuilis recrearem. Nec ſane mediocriter eleuauit hæc exercitatio ægritudinem meam, ſed imprudenti callum obduxit. Neque deſtiti, vbi ſemel cœpi, dum totum hoc detextum eſt opus. Aſſiduitatem operæ & ſtudii mei interrupit morbus, qui diu me tenuit, tum frequentia negocia optimi Principis mei, aliorumque principum virorum atque amicorum, quorum temporibus & cauſis non potui vel debui deeſſe. Quod in cauſa fuit, vt duobus annis pene ſerius potuerim interpretationem meam edere. Interea cum iam poliuiſſem atque emendaſſem vitas meas Plutarchi, oſtendit mihi Bruxellæ, vbi agebam illuſtriſſimi Principis mei legatus, Secretarius regius editas elegantiſſime ab Amioto lingua Gallica vitas Plutarchi, quæ exierant tamen in publicum ſex menſes ante quam eas viderem. Huius viri mihi eruditio & diligentia aliquid lucis nonnullis in locis attulit. Cui ego hoc teſtimonium dabo: non poſſe fieri, vt quiſquam hoc tempore Plutarchum tam vertat ornate lingua Latina, quam vertit ille ſua. In cauſa eſt, quod ille linguam maternam nitidiſſimis coloribus excoluerit diſtinxeritque: cum nos linguam Romanam vix longo ſpacio ac multis laboribus alienam atque exoletam quaſi balbutiamus. Poſtremo ſub dies Feſtos Pentecoſtes hoc anno 1561. cum iam partem priorem interpretationis meæ miſiſſem ad typographũ virum ornatũ Chriſtophorum Plantinũ, qui expetierat à me, hunc librũ vt ſibi excudendum darem: allata eſt ad me viri docti & induſtrii interpretatio Latina Gulielmi Xylandri. quæ ſi prodiſſet ante triennium, quam tam longe eſſem progreſſus & opus conſummaſſem: non admouiſſem ei fortaſſis vltra manus. Nunc vero exantlatis tot laboribus, & tot difficultatibus exhauſtis, nolui tantum opus nequicquam ſubiſſe, vel ſtudioſos defraudare aliquo fructu, quem forſitan accipient ex vigiliis noſtris. Ego quidem ſi dicere hic non valeam, vitas me Plutarchi, quas plurimi ſumpſerunt antehac Itali Latine reddendas parum feliciter, me explicauiſſe vnum & verius & mundius: hoc certe dicere queo liquide & recte, eſſe arbitratum me hoc effeciſſe. Nunc ſupprimere occupatum tantum laboris, animi videatur vel ignaui vel inuidentis ſua ſtudioſis. Neque vero hoc ſine exemplo fecerim. Atque vt prætereamus vetera, Dioſcoridem verterunt viri doctiſſimi tres, Hermolaus Barbarus, Ruellius, & Marcellus Vergilius. Suum cuique fuit illic iudicium. Cedit autem hic caſus etiam commodo ſtudioſorum. Cum enim fieri tanto in opere adeo obſcuro & vario nequeat, vt nuſquam hæreas, nuſquam indormites vel impingas: eueniet, vt vbi vnus cæcutierit, id peruiderit alter perſpicacius: atque ſic fructum ferat lector ex Plutarchi vitis ſolidum. Porro intendit aſpe-

dit aſperitates huius lucubrationis deceſſus optimæ filiæ meæ. cuius facere non potui, quin mediis in laboribus aliquando recordarer & pungerer priuatione. Huc acceſſerunt infidiſſimorum & infeſtiſſimorũ importunitates & tormenta vicinorum meorũ cum gregalib. ſuis beſtiis turpiſſimis atq; liuidiſſimis. Iam variorum negociorũ extraneæ incurſationes non mediocriter retinuerunt curſum meum. Supra omnia fuit labor mihi meus grauior quod ſedes habeam, vbi neque copia ſit librorum, neq; vir eruditus vllus, imo ne in vicinia quidem, qui cum licuerit cõferre, qui quidem in arena iactauerit ſe literarum Græcarum & Latinarum elegantiorum. Cum requiratur tamen imprimis, vt qui varium opus & magnificum edere intendit, in ampla agat vrbe, vbi & magna facultas ſit librorum, humanique & exculti doctrina homines. Attamen omnibus extricatis vinculis peregi opus. in quo excuſabunt me Lectores candidi, ſicubi tam nodoſo in opere & multiuago titubauerim. Magnis enim in rebus difficile eſt vbiq; canere recte. Adhæſi verbis Plutarchi, quantum mihi ſermo Romanus permiſit. Neq; enim ſine religione diſcedendum arbitratus ſum à verbis eius: quod vt eſt preſſus, nullum pene ſine aliquo myſterio ſit. Ordinem Vitarum adiuuandi cauſa Lectoris mutaui ſtudioſe: vt aliqua ſeries eſſet & catena temporum: nec tenor, qui potiſſimum refert ad intelligendum & conſeruandum res memoria, ſemel eſſet inconditus atq; confuſus. Quia vero non vnius ciuitatis Plutarchus principes Græcos pertendit cum Romanis: verum variis ex vrbibus, atq; etiam nonnullos accerſit alienigenas ex Epiro, Macedonia, & longius vſq; ex Aſia & Perſide, vt non ſit vna eademq; eorum ſicut reſp. ita hiſtoria: tempora ſequenda putaui Romanorum, atq; quo illi vixerunt ordine, hoc eos mihi digerendos. Id enim non parum luminis adfert lectioni. Præfationes inſuper in exemplari Græco Paulo Æmylio & Sertorio præfixas coniectura ductus ex cæteris iſto loco moui ac traieci in priorem, præpoſuiq; Timoleonti & Eumeni. Adieci ſingulis paribus procemiũ quoddam, quo fere locum aliquem communem, qui & faciat ad rem præſentem & monere queat illum, cui eas vitas nuncupaui, tracto. Diuerſis dicaui has vitas ſecutus Plutarchum, qui videtur eas variis conſecraſſe. Feci id potiſſimum, quo multos principes ad virtutem & ad recte tractandum remp. incitarem vel certe eo intentos confirmarem: vel potius, quod frequentem nobilitatem alant & circa ſe habeant principes, ad quorum ſe illi exemplum ſolent conformare, qua eos ſtimularem ad Plutarchi lectionem, hac ſi duci principes viderint ſuos. Habet aũt eam vim lectio, vt mores lectorum tingat etiam nec opinantium & imprudentium, auocetq; animum pedetentim ab inſano venandi ſtudio, à fœda crapula, à turpibus luſtris & amoribus. Si enim natio noſtra præclara ingenia ſua dotesq; excellentes, vt animi magnitudinem, conſtantiam, mortis contemptum, candorem, fidem, quibus nulli cedit genti & multis præcellit, Græcorum & Romanorum diſciplinis inſtiterit excolere: quid eſſe Germania poterit nitidius, quid beatius? Ego igitur ſpectaui, hoc propoſitum vnicum meum fuit. Fauorem certe aut munera eorum, quibus dicaui hoſce labores, non captaui. Teſtimonio eſt, quod multis reddi iuſſerim dona. à nonnullis, quorũ virtus aut priſtinus in me amor merebatur, tantum accepi, quantum ſignificatio & monumentum eorum in me beneuolẽtiæ potuit eſſe, nonnullorum repenſaui liberalitatem. Neq; enim iſta vt mendicem, fortuna eget mea, vel animus concupiſcit. Et ſi egerem, reſpondendo de iure & patrocinando, quod quibuſuis facio gratis, multa queam comparare: imo liberalitas explere me principis mei potuiſſet: à quo multa delata repudiaui. Reieci etiam anno proximo ſuperiore inſignem fructuoſumq; magiſtratum magna cum dignitate coniunctum, quem mihi ſummus princeps obtulit, atq; grauiter, vt ſuſciperem, inſtitit. Cæterũ de his ſatis. De vtilitate Philoſophiæ & hiſtoriæ multi multa ſcripſere, quæ non animus hic recoquere. Tantum dicam, eſſe vitæ PHILOSOPHIAM ducem, virtutis indagatricem, expultricemque vitiorum, ſine qua omnino vita hominum nihil eſſe potuiſſet. Hæc vrbes peperit, hæc diſſipatos homines in ſocietatem vitæ conuocauit: hæc eos inter ſe primo domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum & vocum communione iunxit: hæc inuentrix legum, hæc magiſtra morum & diſciplina fuit. Eſt autem vnus dies bene & ex præceptis eius actus pene toti immortalitati anteponendus. Hæc & vitæ tranquillitatem largita nobis eſt, & terrorem mortis ſuſtulit.

HISTORIA vero teſtis eſt temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, laus & præconium virtutis, ſuggillatio ſcelerum. Hoc inſuper admonebo, cum præſcribant Philoſophi præcepta tantum virtutis: Hiſtoria vero, quid cum virtute aut ſecus ſit a-

ctum, depingat: Philosophia vt magistra doceat, vt auocamentum ad hilaritatem historia delectet: vtrumque præstari hoc in opere à Plutarcho. Vnde plus docet quam historici reliqui, & stimulos relinquit in animis lectorum, quam reliqui philosophi, acriores. Quippe videntur illi docere ea, quæ efficere queat nemo: ac ne illi quidem ipsi videantur secuti ea, quæ scripsere. Hic præcepta virtutis, simulque imagines subiicit eorum, qui laudabiliter eam repræsentauerunt. Atque idem facit quod medici, Plutarchus. Vt enim illi medicamenta, à quibus gustus abhorret ægrotantium, condiunt gratioribus, ac lenocinium faciunt linguæ: ita virtuti, ad quam ascensus est arduus, ac cuius apparet esse duram tractationem, semitas Plutarchus leniores prætexit. Neque vero vna in virtute versatur, verum complectitur omnes: omnesq; ita exsequitur cum emblematibus quamq; suis: vt compendium sit factorum dictorumq; sapientissimorum hominum & ducum atq; principum excellentissimorum. Neque in instrumento versatur vnius reipubl. tantum vel regni, sed omnium laudatorum. Iam vt commonstrat omnes virtutes, ita subiicit oculis omnia genera contrariorum vitiorum, ostenditq; quam fuerint turpes, iis qui inquinati fuerunt, & quam fœdum habuerint exitum. Vt autem hoc tempore plerique omnes ad studium Iuris ciuilis conferunt se, non iuris aut recti bonique amore, sed pecuniæ faciendæ causa. quam artem iam adepti, omne ius peruertunt diuinum & humanum, argutiisque atque impudentia leges perrumpunt omnes æternitatis & famæ quoque securi: ita multi applicant se ad rempubl. gerendam, aut inuolant in consilium publicum, non illi quidem vlla patriæ aut principis charitate, sed ad rem augendam priuatam atq; diripiendam publicam. Quare non laborant, si ad rempubl. illotis pedibus accedant. Debent vero, qui cum laude præesse reipub. volunt, vel principem agere, dare imprimis operam, recte vt instituantur: & si non vacat, omnem vt hauriant philosophiam: Ethicis certe, quæ de moribus & virtutibus tractant, vt sint egregie tincti: quorum præceptor est Plutarchus optimus. Siquidem decet principem vel eum, qui cum laude præfuturus populo est, sicut potentia præualet cæteris, ita prælucere virtute, omnibusque ornamentis cumulatissimum esse. Requiritur autem in eo præcipue oculi vice prudentia. Addit Aiaci comitem Homerus Vlyssem, ea fabula adumbrans & significans flaccidam & eneruatam potentiam viresque sine prudentia esse: qua adhibita magna imperia constituuntur, & amittuntur neglecta. Plutarchus vero sapientissimos viros proponit Lycurgum, Numam Pompilium, Solonem, Poplicolam, Fabium Maximum, M. Catonem maiorem. Præsentis in casibus subitis consilii imaginem ostendit Themistoclem. Iam propter potentiam principes timemus, propter prudentiam suspicimus, propter iustitiam amamus. Siquidem copulata cum solertia potentia, si absit iustitia, existit tyrannis, quam omnes horrent & execrantur. Quos vero iustitiæ cultores arbitramur, vt valentioribus deficiantur opibus, nec perinde ingenii acumine valeant, his fidimus tamẽ, his nos nostraque concredimus: neque est virtus vna alia, quæ tantum charitatis conciliet ac beneuolentiæ. Huius proponit simulachra Solonem, Poplicolam, Aristidem, Catonem maiorem. Abstinentiæ & integritatis exempla dat Periclem, Phocionem, Ciceronem, Catonem Vticensem. Liberalitas & beneficentia digna est principe virtus, magnumque ei & splendorem adfert & fauorem. Ad eam amplectendam proponit Alexandrum Magnum, Cimonem Athenienſem, Fabium Maximum, Iulium Cæsarem. Habes magnanimitatis speculum in Alexandro, Scipione Africano, Cæsare: constantiæ in Pericle, Fabio Maximo, Metello Numidico, Demosthene, Phocione, Catone minore. Magnum ornamentum adiungit principi moderatio animi, qui neque rebus lætis effertur, neque de gradu deiicitur asperis. Hic intueri in Fabium Maximum, Paulum Æmylium, Phocionem, Philopœmenem, Catonem minorem, M. Brutum licet. Tolerantiæ doctor Pericles est & Fabius Maximus: humanitatis Africanus, T. Quintius, M. Cicero: clementiæ M. Marcellus, Iulius Cæsar. Ad pacem & ocium sectandum alendamque inter ciues concordiam ducem præbet se Numa Popilius. Continentiæ & laborum perferendorum offert se Lycurgus magistrum. Modestiæ lumen est Pericles, Pompeius Magnus. Grauitas & seueritas in Fabio Maximo atque vtroque Catone elucet. Vice versa notantur reprehendunturque à Plutarcho vitia. Præcipitantia & temeritas est reipubl imprimis calamitosa, multosque præcipites egit insignes duces. Testes sunt C. Flaminius & M. Varro bello Punico secundo, itemque Pelopidas & M. Marcellus cæteroqui hi laudatissimi. Nihil magno in viro est auaritia & rapacitate fœdius. Documento est apud Lacedæmo-

cedæmonios Gylippus, M. Crassus & C. Verres apud Romanos. Demosthenis auro obnoxii exilium præstantissimi cætera viri admonet abstinendum esse à muneribus ei, qui rempublic. procurat. Magna suggillatio gerentis rempubl. est leuitas: ea exprimitur Alcibiadis moribus & castigatur cladibus. Noxia magnopere fuit Dioni & Lucullo austeritas & peruicacia. Nihil pestilentius in principe viro vel capitalius crudelitate: cuius in Lysandro effigies, itemque in C. Mario, Sylla, & M. Antonio triumuiro cernitur. Rapuit multos ad interitum vindictæ cupiditas: quod Pelopidæ fato & M. Coriolani ostenditur. Nimia ambitione non vulgares principes transuersos actos fuisse, calamitatesque sibi & suis inuexisse graues & acerbas, casus docuit Pyrrhi, C. Marii, & M. Ciceronis. Hac denique impulsi Pompeius & Cæsar Romanam conuulsere libertatem. Dicacitas multas inimicitias conflauit Ciceroni. Reprehenditur luxus & prodigalitas, quibus non vacauit prorsus Lucullus & infamis fuit M. Antonius. Ebrietate & crapula admodum deformari principis laudem, eamque esse calamitosam subditis, ipsis vero Imperatoribus frequenter fuisse exitiosam docuerunt Alexander Magnus & M. Antonius triumuir. Proiecta in Venerem libido quanta discrimina cladesq; aduehat, periculum Demetrii atque exitium Antonii demonstrauit. Habes luminaria & notas pauca de multis, quæ extant apud Plutarchum. Ea siquis cuncta lumina virtutum quasi flores excerpserit, & tanquam putrida vlcera hæc vitia exciderit, atque ita fuerit exultus: nemo ornatiorem principem philosophus, ne ipse quidem in Cyropædia instruxerit Xenophon. Hæc ergo ante oculos ponenda, hæc inculcanda crebro exempla sunt iis, quibus dominationem parentes sunt per manus tradituri. Huiuscemodi libri voluendi terendique assidue omnibus principibus & iis, qui præesse eum laude auent reipubl. Quo magis improbandum dictum est Lodoici XI. Francorum regis principis alioqui versutissimi, qui literis imbui filium & successorem Carolum noluit. Dicebat enim, quia eas ipse attigisset, in consiliis se capiundis fuisse peruicaciorem. Næ ille præficere voluit regno stipitem, apud quem priores regni expertem iudicii quomodo coram defuncti statua Alexandri quasi deliberationibus præfutura & rebus agendis inibant successores eius consilia. Laudandus vero atque perhibendus Macedonum rex Philippus: qui nato Alexandro ilico ad Aristotelem summum sapientiæ doctorem gaudere scripsit se, non ita quod natus sibi filius esset, sed quod natus seculo ipsius, à quo institui valeret ad virtutem. Memorabile etiam ipsius dictum Alexandri: qui plus se præceptori debere Aristoteli quam Philippo patri est ingenue fassus. Ab hoc enim habere se, quod viueret: ab illo, quod honeste viuere & cum decore posset. Vides iam quam necessaria virtus sit cum omnibus mortalibus, tum præcipue illis, qui rempubl. sunt tractaturi. Virtutes autem non nascuntur cum hominibus, sed magnis sudoribus comparantur & discuntur. Vsus vero rerum longus est, quem subinde præcurrrit mors: vt decedendum sit ante, quam quid officii nostri sit, discere valuerimus. At est compendium ad eas recta institutio lectioque philosophorum & historicorum. In his, qui quidem in vtroque genere floreant, citra controuersiam facile tribues primas Plutarcho, qui tibi satis iam percepisti quam possit esse conducibilis. Quare hunc, quicunque rempub. statuisti gerere, & contendis ad laudem, amplectere, perpetuo eum versa, & caue de manibus deponas, atque ad præcepta eius te accommoda. His imbutus atque hæc secutus euasit optimus Imperator Traianus, gessitque Imperium laudatissime. Porro admonendus es, candide Lector, non potuisse me menses Græcos accommodare ad Romanos: quod hi circulum solis, illi spectent lunæ, habeant etiam aliam intercalandi rationem. Reliqui ergo secutus Ciceronem, Plinium, & authores Latinos alios nomina mensium Græca. Vt tamen eorum habeas, quantum hic sufficit, notitiam, addere volui Theodorum Gazam grauibus nixum authoribus tradere, Gameliona Ianuarium verti posse, Elaphiboliona Februarium, Munichiona Martium, Thargeliona Aprilem, Scirrophoriona Maium, Hecatombæona qui & Cronius & Hippodromius dicitur, à Macedonibus vero Lous, Iunium: Metagitniona (Panemus dicitur à Bœotiis,) Iulium, Boedromiona Augustum: Mæmacteriona, qui etiam dicitur à Plutarcho in Theseo Gorpiæus, Septembrem: Pyanepsiona Octobrem, Anthesteriona (hic etiam Dæsius nominatur) Nouembrem, Posideona Decembrem. Hæc tamen ita intelligas, vt non plane & omnino respondeat Posideon Decembri: verum initium eius est circa solstitium brumale, excurritque magna parte in Ianuarium: adeo vt in Cæsare Plutarchus Ianuarium eum appellet. Pariterque statuendum de reliquis mensibus. Discrepat etiam à Gaza Plutarchus

in Thargelione, qui partem habet Maii, partem Iunii: vt videre est in Timoleonte, vbi pugnam Timoleontis describit ad Crimesum amnem. Metagitniona etiam in Poplicola appellat Septembrem. Iam Anthesteriona plane Plutarchus in Sylla, vt Philostratus, ait in Martium incidere. vt longe aliter statuendum de congruentia mensium sit ex Plutarcho, quam tradat Gaza. Nomina item magistratuum Ciceronem, & cæteros, quos supra nominaui, authores secutus, non moui, vt est Archon, qui summus magistratus fuit apud Athenienses, Bœotarches apud Thebanos, Polemarch⁹ qui certus magistratus fuit apud Lacedæmonios, & similia. Vt vero tibi & ratio nummaria constet, breui quantum hic requiras, accipe ex Budæo. Talentum valet sexcentis coronatis. Mina pars eius est sexagesima: valet coronatis decem. Drachma centesima pars est minæ. Æstimat eam Budæus vt eo tempore, quo scripsit tribus solidis Turonensibus & semisse. Denarius respondet apud Romanos drachmæ, atque ita ab authoribus Latinis æstimatur. Denarium efficiunt decem asses. As nummus fuit æreus. Vnde dicitur mille æris apud scriptores. Nummi sestertii quatuor efficiunt denarium. Decies sestertium, quod scribunt decies HS, reddit decies centena millia nummum sestertiorum, valetq; 25000. coronatorum. Hinc facile subduces reliqua, Vale candide Lector, Campis anno M. D. LXI.

CATA-

CATALOGVS EORVM, QVÆ TOMO PRIORE PER PLVTARCHVM TRACTATA CONTINENTVR, SPECIALIS:

ADDITOS HABENS NVMEROS, QVI PAGINAS, *vbi vnumquodque singulatim quærendum sit, ostendunt.*

1 Θησεύς, Theseus pag. 1
2 Ῥωμύλος, Romulus 17
3 Λυκοῦργος, Lycurgus 39
4 Νυμᾶς, Numa 59
5 Σόλων, Solon 78
6 Ποπλικόλας, Poplicola 97
7 Θεμιστοκλῆς, Themistocles 111
8 Κάμιλλος, Camillus 129
9 Περικλῆς, Pericles 153
10 Φάβιος Μάξιμος, Fab. Maximus 174
11 Ἀλκιβιάδης, Alcibiades 191
12 Κοριολανός, Coriolanus 213
13 Τιμολέων, Timoleon 236
14 Αἰμίλιος Παῦλος, Paulus Æmilius 255
15 Πελοπίδας, Pelopidas 277
16 Μάρκελλος, M. Marcellus 298
17 Ἀριστείδης, Aristides 318
18 Μάρκος Κάτων, Marcus Cato 336
19 Φιλοποίμην, Philopœmen 356
20 Φλαμίνιος, Flaminius 369
21 Πύῤῥος, Pyrrhus 383
22 Γάϊος Μάριος, Caius Marius 406
23 Λύσανδρος, Lysander 433
24 Σύλλας, Sylla 451
25 Κίμων, Cimon 478
26 Λούκουλλος, Lucullus 491
27 Νικίας, Nicias 523
28 Μάρκος Κράσσος, Marcus Crassus 543
29 Σερτώριος, Q. Sertorius 568
30 Εὐμένης, Eumenes 583
31 Ἀγησίλαος, Agesilaus 596
32 Πομπήϊος, Pompeius 619
33 Ἀλέξανδρος, Alexander 664
34 Γ. Ἰούλιος Καῖσαρ, C. Iulius Cæsar 707
35 Φωκίων, Phocion 739
36 Κάτων ὁ νεώτερος, Cato minor 759
37 Ἄγις & Κλεομένης, Agis & Cleomenes 795
38 Τιβέριος & Γάϊος Γράκχοι, Tiberius & Caius Gracchi 824
39 Δημοσθένης, Demosthenes 846
40 Κικέρων, Cicero 861
41 Δημήτριος, Demetrius 888
42 Ἀντώνιος, Antonius 915
43 Δίων, Dion 958
44 Βροῦτος, Brutus 984
45 Ἀρταξέρξης, Artoxerxes 1011
46 Ἄρατος, Aratus 1027

AVTHORVM, QVORVM PLVTARCHVS TESTIMONIA CITAT, IN HOC VITARVM COMPARATARVM OPERE, CATALOGVS SECVNDVM *seriem alphabeticam.*

A.

ACestodorus 118.e
C. Acilius 31.c
Agesilai Epistola ad Hidriea Carem. 603.b
Q. Æmilii epistola 396.b
Æschines orator 84.a165.c.169.e.847.c.849.e.851.e.855.e
Æschines Socraticus 334.d
Æschylus 1.b.14.b.23.a.119.b.320.b.619.b.905.d
Æsopus 564.c.1041.c.1045.b
Alcæus 373.e
Alcman 57.b
Alexandri Magni epistolæ 668.b.673.e.675.e.677.a.680.e.691.b.697.c
Alexander Mindius 415.b
Alexandrides Delphicus 443.a
Anacreon 167.a
Anaximenes rhetor 102.a
Andocides 128.c
Androclidas 437.c
Andron Halicarnassensis 12.a
Androtion 86.d
Antigenes 691.a
Anticlides ibid.
Antigonus 28.a
Antimachus Teius 24.a
Antiochus philosophus 151.b
Antipater epigrammatum scriptor 234.d 354.a.
Antiphanes poeta 847.e
Antiphontis criminationes 192.f
Antisthenes 192.a
Antonius, in refutatione philippicarum 882.a.916.c
Apollodorus 39.e
Apollothemis 59.c
Aratus Sicyonius 801.e.1042.e
Archelaus poeta 480.c.481.c
Archidamus 544.e
Archilochus 2.f.167.d.417.f.745.a.905.e
Archimedes 307.f
Archippus 192.b
Aristidis Milesiaca 564.b
Aristochius 113.a.319.d.850.c.860.a
Aristobulus 673.c.674.c.676.d.691.a.706.c
Aristobulus Cassandrinus 856.e
Aristocrates Hipparchi F. 42.a.59.d
Aristocrates 365.d
Aristo Philosophus 113.a
Aristophanes 121.e.166.e.168.f.192.b.199.a.489.b.523.e.528.a.566.f.894.a.948.e
Aristoteles 2.b.6.f.11.d.39.e.42.e.47.e.56.e.59.b.83.f.92.b.140.a.153.f.157.a.158.a.166.d.167.b.279.b.287.d.335.c.434.b.484.d.524.808.d.967.c
Aristoxenus 59.c
Asinius Pollio 657.e.730.a
Athanes 247.d.254.b
Athenodorus Sando 106.d
Autoclidis Exegetica 539.b

B.

BAchylides 62.d
Bato Sinopensis 801.e
Bibulus Bruti priuignus 994.e
Bion 12.b
Buti Epistolæ 984.f.994.b.997.e.1009.d
Butas elegiographus 31.c

C.

CÆcilius 847.a
C. Cæsaris Anticato 777.a
Commentarii 718.d
Epistola ad Amintium 731.e
Cæsar Augustus 316.b.317.a.887.c.925.a.947.d.1003.c

Callimachus 949.b
Callisthenes 132. b. 286. d. 335. c 486. b. 487. a. 615. c. 680. d. 684. c. 685. a
Canusius 718.e
Cato maior 216.e.337.b.342.a.348.d
Chares 675.e.678.e.703.d.749.e
Chares Isangelus 691.a
Chares Mitylenæus 696.a
Charon Lampsacenus 125.b
Chrysippus 1027.c
Cicero 346.b.379. d.520.a.641.f.653. b.742.e.783.e.835.c.872.e.873.a.918. c.919.f
Cleodemus 330.d
Clidemus 330.d.8.c.12.f.117.a
Clitarchus 125.b.691.a
Clodii Index temporum 59.e
Cornelius Nepos 316.a.317.a.520.d 834.c
Craterus Macedo 334.f
Cratinus comicus 92.b.153.d.160.a.165. d.484.d
Critias 45.a.209.e.484.e.489.b
Critolaus 155.e
Ctesias 1012.a
Ctesibius 848.c

D.

Daimachus Platæensis 111.a
Damachus 440.a
Damastes 138.b
Delphici commentarii 84.a
Demochares Demosthenis necessarius 860.b
Demaratus Corinthius 604.a
Demetrius Magnes 853. a.858. e. 859. b
Demetrius Phalereus 10.b.54.b.91.b. 318. d. 319. b. 321. e. 335. c. 850. b. 852.c
Demochares Solensis 901.b
Democritus
Demon 8.a
Demosthenes 851.b.852.a.855.a
Diaria Alexandri 706.c
Dicæarchus 9.d.15.d.606.c
Didymus grammaticus 78.e
Dinias 1040.d
Dino 125.b.686.d
Diocles Peparhetius 19.a.22.b
Diodorus Periegetes 17.d.128.d.488.c
Diogenes 59.a
Dionysius Halicarnasseus 27.d.394.a. 397.a
Dionysodorus Trezenius 1027.c
Dioscorides de Rep. Spartan. 46.a. 616.a
Diphilus 523.d
Duris Samius 167.b.209.b.443.b.583. a.597. a.672.a.691.a.743.d.749.e. 54.d.856.d

E.

Epaminondas 310.b
Ephorus 125.b.138.b.167.a.209. c.237.e.286.d. 442.c.447.e.450.e. 486.b
Epicharmus comicus 65.c.105.b
Epigrammata 11.e.115.e.251.b.278. b.316.b.330.e.336.c.376.b.400.d.482 e.483.a.633.b.860.c
Eratosthenes 39.e.125.d.665.e.683.a. 850.b.860.b
Euanthes Samius 84.a
Eumenis Epistolæ 589.d
Eupolis 153.e.165.e.196.e.488.b
Euripides 2.b.6.d.14.a.b.90.d.184.b. 192.a.196.b.279.b.310.c.317.e.388. a.391.b.441.d.453.b.480.f.526.c.534. d.564.e.567. c.670.a.694.c.695.d. 846.b.895.a.911.d
Eutychidas 40.b

F.

Fabius Pictor 19.a.22.b.25.b
Fannius 826.a
Fenestella 470.b

G.

Glaucippus Hyperidis F. 743.c
Gorgias Leontinus 484.e
C. Cracchus 828.a

H.

Hecatæus Eretriensis 691.a
Hegesias Magnesius 665.e
Hellanicus 7.c.12.a.e.14.e.201.e
Heracletus 36.a.138.a.232.d
Heraclides Ponticus 78.f.90.e.96.c. f 125.b.140.a.167.a171.e
Hereas Megarensis 8.f.15.e.83.e
Hermippus 54.c.79.b.81.d.84.a.170.d. 695.e.848.b.851.a.860.a
Herodorus 12.a.13.e.14.d.23.a
Herodotus 115.c.120.c.122.c.328.a.330. e.353.d
Hesiodus 2. a. 7. a. 8. f. 79. d.138. a. 354.c
Hieronymus 394.a.397.a.401.e
Hieronymus philosophus 603.c
Hieronymus Rhodius 335.c
Hippias Eleus 60.b
Hippias Sophista 54.b
Homerus 2.a.e.7.a.8.f.11.d.16.b.83.c.92. c.185.a.229.b.273.e.278.b.287.c.298. c.352.e.354.c.356.d.361.b.390.c.398. a.402.d.411.f.483.a.528.c.572.b.598. c.634.b.657.d.679.d.695.e.742.b. 749.b.808.d.821.b.834.e.909.d.926. e
Horatius 518.e
Hyperides 851.e

I.

Ibycus 76.e
Idomeneus 157.e.171.e.319.b.325.a. 743.c.853.a.856.d
Ion Chius 9.a
Ion poeta 154.d
Ion 167.d.484.a.489.b 847.a
Iphitus 54.c
Isocratis de bigis Oratio 196.d
Ister 16.c.691.a
Itanus 377.b
Iuba 25. e. 28. b. 64. c. 69. a. 317. a. 462. d

L.

Laconici commentarii 606.c
Liuius 132.a.304.a.312.c.316.a.317. a.317.a.346.e.379.c.380.d.455.d.511.b 513.e.730.c.738.a
Lynceus Samius de cœna Lamiæ 901.b

M.

Marsyas 854.a
Megarenses historici 4.e
Melanthius poeta 480.c481.b
Menandri comœdia 673.e
Menecrates in Historia Nicææ 12.b
Messala 1002.c.1003.f.1005.b
Mnesiphilus 112.d
Munatius 777.d
Musæus poeta 426.e

N.

Nasica 263.a.263.c.266.e
Nausicrates rhetor 491.c
Neanthes 111.f
Neanthes Cyzicenus 127.a
Nicolaus Philosophus 1009.d

O.

Olympiadis Epistola 688.a
Onesicrates 668.d
Onesicritus 672.a.691.a.698.e.699.c. 701.c
C. Oppius 623.d.716.a

P.

Pænon Anathusius 9.a
Panætius 319.a.335.d.481.c. 852.a
Pappus 860.a
Pasiphontis Dialogus 523.c
Patæchus 81.d
Phanius Ephestius 96.f
Phanias Lesbius 85.e.115.d.119.a
Phanias 111.f125.d.127.a
Phanodemus 118.e
Pherecydes 8.a.12.a
Philippi Regis Epigramma 373.e
Philippides comicus 894.c.900.e
Philippus Chalcidensis 691.a
Philippus Isangeleus ibid.
Philistus 296.e. 523.f.536.a542.a
Philochorus 6.e.7.d.8.b.12.a.14.a.16. d.539.a
Philon Thebanus 691.a
Philostephanus 54.b
Phrymicus 201.d.523.e
Phylarchus 128.c.138.b.401.e.799.b. 807.b.818.b.819.b.858.d
Pindarus 13.d.35.e.53.b.c.115.e.310.b.315. c.422.d.523.d.909.d
Piso 74.b
Plato 37.b.42.d.43.d.48.c.49.f.56.e. 57.c.59.a.64.d.73.d.92.f.161.c.165. c.192.a.193.d.220.d.287.d.334.d. 339.e.363.f.406.a.521.a.522.b.792. e.959.c.d.e.961.c.965.d.966.a.b.981. a.b.c.844.c.847.f.861.d.887.d.889. c.904.c.932.a
Plato comicus 128.d.154.a.197.b.530.e. 948.d
Plutarchi de Hercule scriptum 14.a
liber de Quæstionibus 26.d
Polemo perihegetes 1032.e
Polybius 262.e.263.c.265.b.286.e.317. a.341.f.365.d.816.e.818.b.825.e. 1045.c
Polycritus 691.a
Polyzelus Rhodius 87.a
Posidonius 185.b.265.c.f.266.e.298. c.302.f.310.a.316.b.432.d.641.d. 984.d
Promathionis Italica 18.f
Ptolemæus 691.a
Pytheas 855.a

R. Ruti-

R.

RVtilius 422.a

S.

SAlamis poema Solonis 82.c
Salustius 476.e.498.d.514.d
Sappho 907.b
Simonides 4.f.7.d.40.a.112.a.119.e.253.e.596.c.1048.e
Simyli poetæ versus 28.c
Solonis versus. Vide passim in eius vita
Sophocles 77.a.253.c.661.a.667.f.742.a.795.c.911.b.912.b.925.f
Sosibius 55.b
Sotion 699.d
Spartanus quidam poeta 53.c
Spendon Laco 57.b
Sphærus 42.e
Stesimbrotus Thasius 112.c.113.e.124.b.156.d.160.d.166.c.172.b.480.e.478.488.c.d
Strabo Philosophus 468.c.511.b
Sylla 420.a.d.425.c.d.453.b.460.c.d.e.470.c.491.e.507.a
Sulpitius Galba 28.b

T.

TEleclides 161.e.525.d.
Terpander 57.b
Theophanes 639.a
Theophrastus 45.c.80.d.96.d.124.b.d.164.e.171.e.173.a.196.a.334.a.440.b.443.f.529.b.531.a.574.d.596.f.617.a.666.c.777.b.850.c.853.e.795.e.
Theopompus 58.c.121.c.124.d.127.d.209.c.237.e.442.c.450.e.601.c.614.c.968.c.851.e.852.d.854.b.c.855.c.857.e.
Theopompus comicus 440.d
Thucydides 56.c.f.124.c.125.b.156.e.161.c.167.b.&e.170.a.194.c.196.b.201.d.233.e.333.d.523.c.&e.525.c.536 a.&f.542.a.614.f.848.e
Thraseas 770.e.777.b
Timæus 39.f.59.c.237.e.253.c.276.f.523.c.535.e.542.a
Timagenes 645.a
Timotheus 362.c.603.d.909.d
Timocreontis Rhodii versus 122.c.e
Timon Phliasius 65.a.154.b
Timonides 971.e.974.a
Tiro Ciceronis libertus 886.a
Tyrtæus 43.c

V.

VAlerius Antias 25.e.74.e
Valerius Maximus 316.b
Varro 24.b.27.c
Versus sine authore 224.c.432.c.476.e.477.e.482.c.530.c.566.f.647.e.f.658.d.796.b.850.b.874.d.887.b
P. Volumnius 1006.f

X.

XEnophon 39.f.209.c.310.b.317.d.441.f.597.e.605.c.606.c.612.b.614.e

Z.

ZEnodotus Trœzenius 62.a

PLVTARCHI CHÆRONENSIS OMNIVM, QVÆ EXstant, operum

TOMVS PRIMVS

CONTINENS VITAS PARALLELAS

Græcè & Latinè.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ,

Η ΒΙΟΙ ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΙ.

PLVTARCHI PARALLELA, SEV VITÆ PARALLELÆ,

Id est, Vitæ comparatæ,

THESEI ET ROMVLI.

Hermanno Cruserio J.C. interprete.

THESEVS.

QVOD faciunt in situ orbis describẽdo, Sossi Senecion, historici, qui, siqua cognitionẽ suam fugiãt, ea extremis tabularum partibus supprimentes, in margine alicubi annotant, vlteriores regiones arena & siccitate squalidas ferasq; esse, aut insuperabilem limum, aut Scythica iuga, aut mare conglaciatũ: id mihi, qui in vitarum cõparatarum commentatione tempus percurri, quatenus aspirare verisimilis oratio & consequens veritati potuit historia, liceat de superiorib. dicere, Vlteriora, monstrosa & tragica, poëtæ & fabularũ scriptores depascuntur, neq; vltrà fidem obtinent vel certitudinem. Verùm quando Lycurgi legislatoris & Numæ tegis vulgauimus historiam, videmur non abs re ad Romulum euasisse, quum tempora illius historia attigerimus. Sed pensanti mihi, *Tali viro* (vt Æschyli verbis vtar) *num quis erit comes? quem comparem? quis inuenitur similis?* visum est, illum qui præclaras & decantatas ciuibus frequentauit Athenas, parenti inuictæ & inclytę Romę opponere & comparare. Optandum igitur nobis vt repurgata oratione fabula obtemperet, & historiæ accipiat imaginem. Vbi verò præfractè cõsentaneum contemnet, neq; consortium accipiet verisimilitudinis, ibi candidis mihi opus sit auditoribus, qui placidè origines accipiant. Atq; Romulo videbatur Theseus multis nominibus congruere. Ambo enim incerta orti nec iusta stirpe, fidem acceperunt natalium diuinorum:

Pugnaces ambo, quod certè nouimus omnes:

& coniuncta cum viribus corporis præditi fuerunt prudentia. Vrbes clarissimas, ille Romam condidit, hic cultoribus frequentauit Athenas. Raptor vterq; fœminarum. Neuter domestica incommoda vel inuidiam declinauit familiarem: imò vero sub exitum vitæ offendisse vterq; ciues suos fertur: si, quæ minimè tragicè dicta videntur, ad veritatem faciunt.

ΘΗΣΕΥΣ.

ΩΣΠΕΡ ἐν ταῖς γεωγραφίαις, ὦ Σόσσι Σενεκίων, οἱ ἱστορικοὶ τὰ ἀφανούμενα τῆς γνώσεως αὐτῶν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῶν πινάκων πιέζοντες, ἐνίοις ὑπογράφουσιν ὅτι, Τὰ δὲ ἐπέκεινα, ἅτινες ἄυδροι καὶ θηριώδεις, ἢ πηλὸς ἀβάτητος, ἢ Σκυθικὸν κρύος, ἢ πέλαγος πεπηγός. ὅτως ἐμοὶ περὶ τῆς τῶν βίων τῶν ἀλλήλων συγγραφῆς, τὴν ἐφικτὸν εἰκότι λόγῳ καὶ βάσιμον ἱστορίᾳ πραγμάτων ἐχομένῃ χρόνον διεξιέναι, περὶ τῶν ἀνωτέρω καλῶς εἶχεν εἰπεῖν, Τὰ δὲ ἐπέκεινα, τερατώδη καὶ γαληνά, ποιηταὶ καὶ μυθογράφοι νέμοιντο, καὶ οὐκέτ' ἔχει πίστιν οὐδὲ σαφήνειαν. ἐπεὶ δὲ περὶ Λυκούργου τοῦ νομοθέτου, καὶ Νομᾶ τοῦ βασιλέως, λόγον ἐκδόντες, ἐδοκοῦμεν οὐκ ἀπεικότως τῷ Ῥωμύλῳ προσβαλεῖν, πλησίον τῶν χρόνων αὐτοῦ τῇ ἱστορίᾳ γεγενόμενοι. σκοπουμένοις δέ μοι,

--τοιῷδε φωτὶ (κατ' Αἰσχύλον) τίς ξυμβήσεται·

Τίν' ἀντιπάλῳ τῷδε· τίς φέρεται· ἐφαίνετο τὸν τῶν καλῶν καὶ ἀοιδίμων οἰκιστὴν Ἀθηνῶν ἀντιστῆναι καὶ προσβαλεῖν τῷ πατρὶ τῆς ἀνικήτου καὶ μεγαλοδόξου Ῥώμης. εἴη μὲν οὖν ἡμῖν ἐκκαθαιρόμενον λόγῳ τὸ μυθῶδες ἀνακοῦσαι καὶ λαβεῖν ἱστορίας ὄψιν· ὅπου δὲ ἀναδῶς τοῦ πιθανοῦ περιφερομένου, καὶ μὴ δέχηται τινὰ πρὸς τὸ εἰκὸς μίξιν, ἀγνωμόνων ἀκεραίων δεησόμεθα, καὶ πρᾴως τινὰ ἀρχαιολογίαν προσδεχομένων. ἐδόκει δὲ οὖν ὁ Θησεὺς τῷ Ῥωμύλῳ κατὰ πολλὰς ἐναρμόττειν ὁμοιότητας· ἄμφω μὲν ἀνεγνω καὶ σκοτίως γεγονότες, δόξαν ἕτερον ἐκ θεῶν γεγενέναι·

Ἄμφω δὲ ἀγχιμαχοῦντε, (τόγε δὴ καὶ ἴδμεν ἅπαντες) καὶ μεταξὺ τοῦ σώματος τὸ σῶφρον ἔχοντες. πόλεων δὲ τῶν ὀνομαστοτάτων· ὁ μὲν ἔκτισε τὴν Ῥώμην· ὁ δὲ συνῴκισε τὰς Ἀθήνας. ἁρπαγὴ γυναικῶν ἑκατέρῳ πρόσεστιν. οὐδέτερος δὲ δυστυχίαν περὶ τὰ οἰκεῖα καὶ νέμεσιν ἐγένετο διέφυγεν· ἀλλὰ καὶ τελευτῶντες ἀμφότεροι λέγονται τοῖς ἑαυτῶν προσκρουσαι πολίταις, εἴ τι τῶν ἤκιστα θαυμαστῶς εἰρημένων δοκούντων ὄφελός ἐστι πρὸς δηλῶσαι.

Θησέως τὸ μὲν πάτριον γένος εἰς Ἐρεχθέα καὶ τοὺς πρώτους αὐτόχθονας ἀνήκει· τῷ δὲ μητρῴῳ Πελοπίδης ἦν. Πέλοψ γὰρ οὐ χρημάτων πλήθει μᾶλλον ἢ παίδων μέγιστον ἴσχυσε τῶν ἐν Πελοποννήσῳ βασιλέων, πολλὰς μὲν ἐκδόμενος θυγατέρας τοῖς ἀρίστοις, πολλοὺς δὲ ταῖς πολιτείαις ἡγοῦσι ἐγκαταστήσας ἄρχοντας· ὧν εἷς γενόμενος Πιτθεὺς ὁ Θησέως πάππος, πόλιν μὲν οὐ μεγάλην τὴν Τροιζηνίων ᾤκισε, δόξαν δὲ μάλιστα πάντων, ὡς ἀνὴρ λόγιος ἐν τοῖς τότε καὶ σοφώτατος, ἔσχεν. ἦν δὲ τῆς σοφίας ἐκείνης τοιαύτη τις, ὡς ἔοικεν, ἰδέα καὶ δύναμις, οἵᾳ χρησάμενος Ἡσίοδος δοκίμει μάλιστα περὶ τὰς ἐν τοῖς ἔργοις γνωμολογίας. καὶ μίαν γε τούτων ἐκείνῳ λέγουσι Πιτθέως εἶναι,

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.

τοῦτο μὲν οὖν καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος εἴρηκεν. ὁ δὲ Εὐριπίδης, τὸν Ἱππόλυτον ἀγχοῦ Πιτθέως παίδευμα τιθεμένου, ἐμφαίνει τὴν περὶ τὸν Πιτθέα δόξαν. Αἰγεῖ δὲ παίδων δεομένῳ τὴν Πυθίαν ἀνελεῖν λέγουσι τὸν θρυλλούμενον χρησμόν, μὴ πρὶν ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας ὑπὸ πόδα τοῦ φέρειν ἀδήλως δοκοῦσαν. ὅθεν εἰς Τροιζῆνα παρελθὼν ἀνεκοινοῦτο Πιτθεῖ τὴν τοῦ θεοῦ φωνήν, ὅπως ἔχοι,

Ἀσκὸν τ' πρόκνημα πόδα, μέγα φέρματε λαῶν,
Μὴ λύσῃς πρὶν δῆμον Ἀθηνῶν εἰσαφικέσθαι. ἄδηλον οὖν ὅ, τι νοήσας ὁ Πιτθεὺς ἔπεισεν αὐτὸν ἢ διηπάτησε τῇ Αἴθρᾳ συγγενέσθαι. σπουδῇ δὲ καὶ γνοὺς ἐκεῖνος ὅτι τῇ Πιτθέως θυγατρὶ συγγέγονε, καὶ κύειν αὐτὴν ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος καὶ πέδιλα, κρύψας ὑπὸ πέτρῳ μεγάλῳ, ἐντὸς ἔχουσαν κοιλότητα συμμέτρως ἐμπεριλαμβάνουσαν τὰ κείμενα, φράσας δὲ πρὸς μόνην ἐκείνην, καὶ διαπελασάμενος, αὐ ἐκ αὐτοῦ γένηται, καὶ λάβοι αὐτὸς ἡλικίαν, δυνατὸς ἦ τὴν πέτραν ἀνασῆσαι καὶ ὑφεῖναι τὰ καταλειφθέντα, πέμπειν πρὸς αὐτὸν ἔχοντα ταῦτα μηδενὸς εἰδότος, ἀλλ' ὡς ἔνεστι μάλιστα λανθάνοντα πάντας, (ἰσχυρῶς γὰρ ἐδεδίει τοὺς Παλλαντίδας ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονοῦντας· ἦσαν δὲ πεντήκοντα παῖδες ἐκ Πάλλαντος γεγονότες) ἀπῆει. τεκούσης δὲ τῆς Αἴθρας υἱόν, οἱ μὲν, ἐξ ὑπονοίας ὀνομασθῆναι Θησέα λέγουσι διὰ τὴν τῶν γνωρισμάτων θέσιν· οἱ δὲ, ὕστερον Ἀθήνησι, παῖδα θεμένου τοῦ Αἰγέως αὐτόν. τρεφόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ Πιτθέως, ἐπιστάτην ἔσχε καὶ παιδαγωγὸν ὄνομα Κοννίδαν, ᾧ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι μιᾷ πρότερον ἡμέρᾳ τῶν Θησείων κριὸν θυσιάζουσι· μεμνημένοι καὶ τιμῶντες πολὺ δικαιότερον ἢ Σιλανίωνα λιμῶσι καὶ Παρράσιον, εἰκόνων Θησέως γραφεὺς καὶ πλάσας γενομένους. ἔθος δὲ ὄντος ἔτι τότε τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων, ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἦλθε μὲν εἰς Δελφοὺς ὁ Θησεὺς, καὶ τόπον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θησείαν ἔτι νῦν ὀνομάζεσθαι λέγουσιν. ἐκείρατο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ Ὅμηρος ἔφη τοὺς Ἄβαντας· καὶ τοῦτο τῆς κουρᾶς τὸ γένος Θησηὶς ὠνομάσθη δι' ἐκεῖνον. οἱ δὲ Ἄβαντες ἐκείρανθο πρῶτοι τὸν τρόπον τοῦτον, οὐχ ὑπ' Ἀράβων διδαχθέντες, (ὡς ἔνιοι νομίζουσιν) οὐδὲ Μυσοῖς ζηλώσαντες, ἀλλ' ὄντες πολεμικοὶ καὶ ἀγχέμαχοι, καὶ μάλιστα δὴ πάντων εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις μεμαθηκότες. ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἀρχίλοχος ἐν τούτοις,

A Thesei genus paternum ad Erechthea & primos indigenas, maternum ad Pelopen refertur. Pelops enim, non pecuniæ magis vi quàm liberorum, plurimùm inter alios Peloponnesios polluit reges, quòd multas filias summis viris collocasset, & filios quos habuit multos, principes inseruisset ciuitatibus: ex quibus vnus Pittheus, Thesei auus, oppidum non amplum Trœzeniorum incolis auxit, habuitq; præ omnibus illius seculi nomen docti viri & sapientissimi. Erat sapientiæ illius ea sanè species & vis, qua Hesiodus vsus commendatur, præcipuè ex sententiis in libro quem Opera appellat. Vnam harum illam ferunt Pittheï
B fuisse,

Sufficiat merces quæ decernatur amico.

Atque hoc Aristoteles Philosophus quoq; tradit. Euripides, dum Hippolytum sacri Pittheï appellat alumnum, celebrem repræsentat Pittheï existimationem. At Ægeo, quum sobolem desideraret Pythiam perhibent celebratum oraculum edidisse, quæ præcepit ne vllam mulierem prius attingeret quàm appulisset Athenas. Verùm quum id præscribere non admodum liquidè videretur, Trœzenen profectus, retulit Pittheo Apollinis
C sortes: quarum hæc sunt verba,

Vtre pedem extantem (quo non præstantior alter
In populo) ne solue prius quam prosper Athenas
Ingressus fueris.

Non liquet verò qua mente Pittheus induxerit eum, aut circumuenerit, vt se iungeret Æthræ: cuius ille vsus consuetudine, & certior factus concubitũ sibi cum Pittheï filia intercessisse, suspicatusq; prægnantem, ensem reliquit ei & calceos, sub ingenti abditos saxo, quod sinum habebat ad complectenda deposita congruentem. Id soli illi quum indicasset, præcepissetque si filium ex se edidisset,
D & in ætatem virilem adultus, saxum valeret attollere & auferre relicta, eum ad se, vt conscio nemine, sed quoad eius fieri posset, maximè clàm omnibus, mitteret cum depositis, (quippe formidabat magnopere Pallantidas, qui insidiis ipsum appetebant, despiciebantq; propter orbitatem: erant autem Pallantis filii quinquaginta) discessit. Edito ab Æthra filio, alii statim inditum nomen Thesea, ex illorum indiciorum positione referunt: alii, postquam Ægeus eum Athenis adoptauit, *quod τίθεσθαι Græce dicitur*. Quum educaretur à Pittheo, rectorem eum habuisse & pædagogum
E nomine Connidam, cui ad hoc vsque æuum pridie Theseorum, arietem immolant, memoriam eius celebrantes & honorantes iustius quàm Silanionem venerantur & Parrhasium, Thesei imaginum pictores & plastas. Quum solenne etiam tum esset, vt ex pueris qui excedebant, profecti Delphos comæ primitias Apollini sacrarent, adiit Delphos Theseus, & locum ab eo hac quoque memoria dici Theseam autumant. Tonsum fuit autem sinciput eius solum, vt de Abantibus memorat Homerus: atque est hoc genus tonsuræ Theseis ab illo nominatum. Abantes hunc in mo-
F dum principes tonsi fuerunt, non ab Arabibus (vt quorundam fert opinio) docti, neque æmulantes Mysos: sed quòd bellatores essent, cominusq; pugnarent, & præter cæteros conserere manus didicissent cum hostibus, vt hisce versibus testatur Archilochus,

Nec multos sinuant arcus, nec verbera fundæ
Torta volant crebrò, quum fera bella furens
Scilicet in campo Mauors contraxit aperto:
At strictis gladiis flebile fiet opus.
Huius enim doctos constat certaminis illos,
Quos Eubœa viros fortis in arma tulit.

Ne igitur nexum hostibus capillorum præberent, tonsi fuere. Nempe id Alexandrum quoque Macedonem animaduertentem, edixisse aiunt ducibus suis vt barbas Macedonum raderent, quòd ansa sit hæc in prœliis promptissima. Porrò suppressit aliàs veram Thesei originem Æthra. Rumor autem fuit per Pitthea vulgatus, esse eum ex Neptuno prognatum: siquidem colunt eximiè Trœzenii Neptunum, atque est hic tutelaris iis deus, cui primitias frugum libant, & tridentem nummi habent notam. Postquam verò adoleuit, & præter corporis robur eluxit in eo fortitudo, animusq; solidus cum sapientia & prudentia coniunctus, ibi Æthra eum ad saxum duxit, doctoque de suo ortu, auferre iussit paterna insignia, atque Athenas nauigare. Qui saxum subiit, & facilè aperuit: verùm nauigare abnuit, quanuis essent tuta omnia, auus insuper & mater instarent. Arduum erat enim itinere terrestri commeare Athenas, quòd intutum vndequaq; infestumq; latronibus & facinorosis esset. Nam seculum illud homines edidit manuum strenuitate, pedum pernicitate, & viribus corporum sanè eximios atq; inuictos, sed qui hasce naturæ dotes nullam ad rem bonam aut vtilem conuerterent, imò arroganti improbitate gauderent, fruerenturque lacertis ad violandum opprimendumque sæuitia, feritate, & virium præstantia, quicquid in manus eorum incidebat: pudorem, iustitiam, æquitatem, humanitatem, quasi has timiditate alicuius lædendi, & ne læderentur, formidine plerique homines laudent, nihil attinere ducebant ad eos qui plus possent. Horum Hercules peragrans regiones, excindebat & sustollebat partem, alii delitescentes eo præsente trepidabant fugitabantque, & abiecti despiciebantur. Verùm postquam in calamitatem Hercules incidit, & Iphito cæso recessit in Lydiam, vbi in diuturna hæsit seruitute apud Omphalen, (quam pœnam ipse sibi cædis iniunxerat) res tunc Lydorum magna in quiete erant & securitate. In tractu verò Græciæ suppullulabant & erumpebant de integro scelera, quòd qui ea reprimeret vel coërceret, esset nemo. Erat igitur iter ex Peloponneso terra commeantibus Athenas infestum, latronésque & improbos Pittheus singulos qui essent exponens, & quid patrarent in peregrinos, author erat Theseo mari vt pergeret. At hunc nimirum iampridem virtutis clàm gloria incenderat Herculis, eumque faciebat plurimi, & promptissimè aures præbebat qualis esset ille commemorantibus, præcipuè iis qui viderant eum & eius factis dictisque interfuerant. Ac tunc omnino teneri se non dissimulabat eodem ardore qui multis ætatibus post tenuit Themistoclem, qui dixit Somniũ sibi adimere Miltiadis trophæum: ita illi Herculis stupenti virtutem, & noctu in somnis gesta eius occurrebant, & interdiu concitabat æmulatio, stimulabatque edere paria agitantem. Erant autem genere quoque propinqui ex consobrinis nati.

A Οὔπι πολλ' ὅτι τόξα τηλύγετον σὺν δαμείαις
Σφενδόναις, ὅτ' αὐδὴ μῶλον Ἄρης συνάγῃ
Ἐν πεδίῳ· ξιφέων ὀ πολύγονον ἔσεται ἔργον.
Τοῦτης γὰρ κεῖνοι δαίμονες εἰσὶ μάχης
Δεσπόται Εὐβοίας δηριεκλυτοί. ὅπως οὖν μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τειχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις, ἀπεκείραντο. Τοῦτο ὀ ἀμέλει καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἐννοήσαντα φασὶ προστάξαι τοῖς στρατηγοῖς ξυρεῖν τὰ γένεια τῶν Μακεδόνων, ὡς λαβὴν ταύτην ἐν ταῖς μάχαις οὖσαν προχείρου πάντων. τὸν μὲν οὖν ἄλλον χρόνον ἔκρυπτεν Αἴθρα τὸν δηλιανὸν τοῦ Θησέως γένεσιν· ἐν ὀ λόγος ὑπὸ τοῦ Πιτθέως διεδόθη ὡς ἐκ Ποσειδῶνος πεκνωθείη. Ποσειδῶνα γὰρ Τροιζηνίοι σέβουσι διαφερόντως, καὶ θεὸς οὗτός ἐστιν αὐτοῖς πολιοῦχος, ᾧ καὶ καρπῶν ἀπαρχόντων, καὶ τείαν ἐπίσημον ἔχουσι τῶν νομισμάτων. ἐπεὶ δὲ μειράκιον ὤν, ἅμα τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ διέφαινεν δηλιανὸν καὶ φρόνημα μετὰ νοῦ καὶ συνέσεως βέβαιον, οὕτως αὐτὸν ἡ Αἴθρα πρὸς τὸν πέτραν προσαγαγοῦσα, καὶ φράσασα περὶ τῆς γενέσεως πάντας, ἐκέλευσεν ὑφελεῖν τὰ πατρῷα σύμβολα, καὶ πλεῖν εἰς Ἀθήνας. ὁ ὀ τὸν μὲν πέτραν ὑπῆδυ, καὶ ῥαδίως ἀνέωσε, πλὴν ὀ ἀπέγνω, καίπερ οὔσης ἀσφαλείας, καὶ δεομένων τοῦ τε πάππου καὶ τῆς μητρός. χαλεπὸν γὰρ ἐν τῇ πορεύεσθαι τὸν εἰς Ἀθήνας ὁδὸν, οὐδὲν μέρος καθαρὸν οὐδὲ ἀκίνδυνον ὑπὸ λῃστῶν καὶ κακουργῶν ἔχουσαν. ὁ γὰρ δὴ χρόνος ἐκεῖνος ἐνέγκεν ἀνθρώπους, χερῶν μὲν ἔργοις καὶ ποδῶν πάχεσι καὶ σωμάτων ῥώμαις (ὡς ἔοικεν) ὑπερφυεῖς καὶ ἀκαμάτους, πρὸς οὐδὲν ὀ τῇ φύσει χρωμένους ἐπιτήδεις οὐδὲ ὠφέλιμον, ἀλλ' ὕβρει τε χαίροντας ὑπερηφανῶ, καὶ ἀπολαύοντας τῆς δυνάμεως ὠμότητι καὶ πικρίᾳ, καὶ τῷ κρατεῖν, βιάζεσθαί τε καὶ διαφθείρειν τὸ παράπαν. αἰδῶ δὲ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ὅ ἴσον καὶ τὸ φιλάνθρωπον, ὡς ἀτολμίᾳ τοῦ ἀδικεῖν, καὶ φόβῳ τοῦ ἀδικεῖσθαι, τοῖς πολλοὶς ἐπαινοῦντας, οὐδὲν οἰομένους προσήκειν τοῖς πλέον ἔχειν δυναμένοις. τούτων Ἡρακλῆς τοὺς μὲν ἐξέκοπτε καὶ ἀνῄρει πρόσω, οἱ ὀ λανθάνοντες ἐκείνου παρόντος, ἔκρυπτον καὶ ἀνεδύοντο, καὶ παρεμβοῶντο ταπεινὰ πρᾶττοντες. ἐπεὶ δὲ Ἡρακλῆς ἐχρήσατο συμφορᾷ, καὶ κτείνας Ἴφιτον, εἰς Λυδίαν ἀπῆρε, καὶ συχνὸν ἐκεῖ χρόνον ἐδουλεύετο παρ' Ὀμφάλῃ, δίκην τοῦ φόνου ταύτην ἐπιθεὶς αὐτῷ, τότε τὰ μὲν Λυδῶν πράγματα πολλὴν ἔφερεν εἰρήνην ὀ ἄδειαν, ἐν ὀ τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις αὖθις ἐξεφύοντο αἱ κακίαι καὶ αἱ ἐρρᾴγεσαν, οὐδενὸς παίζοντος οὐδὲ κατείργοντος. ἐν οὖν ὀλέθριος ἡ πορεία τοῖς Ἀθήναζε πεζῇ βαδίζουσιν ἐκ Πελοποννήσου· καὶ τῶν λῃστῶν καὶ κακουργῶν ἐξηρημένος ἕκαστον ὁ Πιτθεὺς ὁποῖος εἴη, καὶ ὁποῖα δρῴη περὶ τοὺς ξένους, ἔπεισε τὸν Θησέα κομίζεσθαι διὰ θαλάττης. τὸν ὀ πάλαι μὲν (ὡς ἔοικε) λεληθότως διέκαιεν ἡ δόξα τῆς Ἡρακλέους ἀρετῆς, καὶ πλεῖστον ἐκείνῳ λόγον εἶχε, καὶ προθυμότατος ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν διηγουμένων ἐκεῖνον οἷος εἴη, μάλιστα ὀ τῶν αὐτὸν ἑωρακότων, καὶ πρᾴτοντι καὶ λέγοντι προστετυχηκότων· τότε ὀ πρωτάπασιν ἐν φανερὸς πεπονθὼς ὅσῳ ὕστερον χρόνοις πολλοῖς Θεμιστοκλῆς ἔπαθε, καὶ εἶπεν ὡς καθεύδειν αὐτὸν οὐκ ἐᾷ τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον· οὕτως ἐκείνῳ τοῦ Ἡρακλέους θαυμάζοντι τὴν ἀρετὴν, καὶ νύκτωρ ὄνειρος ἦσαν αἱ πράξεις, καὶ μὴ ἡμέρᾳ ἐξήγει αὐτὸν ὁ ζῆλος, καὶ ἀνῄρει, ταῦτα πράττειν διανοούμενον. ἐτύγχανον ὀ καὶ γένει κοινωνοῦντες ἐξ ἀνεψιῶν ὄντες.

Αἴθρα μὲν γὰρ ἦν Πιτθέως θυγάτηρ, Ἀλκμήνη δ', Λυσιδίκης· Λυσιδίκη δ' καὶ Πιτθεὺς, ἀδελφοὶ, γεγονότες ἐξ Ἱππο-
δαμείας καὶ Πέλοπος. δεινὸν οὖν ἐποιεῖτο καὶ οὐκ ἀνεκτὸν, οὐκ εἶν-
αι μὲν ὅπου τοῖς πολλοῖς χρῆν ποιεῖν βαδίζοντα, καθαίρειν γῆν
καὶ θάλατταν, αὐτὸν δ' τοῖς ἐν ποσὶν ἄθλοις ἀποδιδράσκειν.
τὸν μὲν δόξῃ καὶ λόγῳ πατέρα καταισχύνων ἀφ' θαλάττης
φυγῇ κομιζόμενος, τῷ δὲ ὄντι φερόμενος γνω-
ρίσματα, πέδιλα καὶ ξίφος ἀναίμακτον, οὐκ ἔργοις ἀ-
θῶος ἀγαθοῖς καὶ πράξεσι φανεῖς ἐμφανῆ χαρακτῆρα
τῆς ἀληθείας. τοιούτῳ φρονήματι καὶ τοιούτοις λογισμοῖς ἐξώρ-
μησεν, ὡς ἀδικήσων μὲν οὐδένα, τοὺς δ' ὑπαρχοντας βίας ἀ-
μυνόμενος.

Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἐπιδαυρείᾳ Περιφήτῃ, ὅπλῳ
χρώμενον, κορύνῃ, καὶ ἀφ' τούτου Κορυνήτην ὀνομαζόμ-
μενον, ἀπτόμενον αὐτοῦ καὶ κωλύοντα πορεύεσθαι, συμβα-
λὼν ἀπέκτεινεν· ἡσθεὶς δ' τῇ κορύνῃ λαβὼν, ὅπλον ἐποιήσα-
το, καὶ διετέλει χρώμενος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς τῷ δέρματι τοῦ
λέοντος. ἐκείνῳ μὲν οὖν ἐπιδείξις ἦν φορούμενον, ἡλίκον τὸ
μέγεθος θηρίου κρατήσειεν· οὗτος δ' τῷ κορύνῃ ἐπεδείκνυεν
ἠπιωμένῳ μὲν ὑπ' αὐτοῦ, μετ' αὐτοῦ δὲ ἀήττητον οὖσαν. ἐν δὲ
Ἰσθμῷ Σίννιν τὸν πιτυοκάμπτην, ᾧ τρόπῳ πολλοὺς ἀνῄρει,
τούτῳ διέφθειρεν αὐτὸς, οὐ μεμελετηκὼς οὐδὲ εἰθισμένος,
ἐπιδείξας δὲ τῷ ἀρετῷ, ὅτι καὶ τέχνης πρείττων καὶ μελέτης
ἁπάσης. ἦν δὲ τοῦ Σίννιδος καλλίστη καὶ μεγίστη θυγάτηρ ὄνο-
μα Περιγούνη. ταύτην τοῦ πατρὸς ἀνῃρημένου φυγοῦσαν
ἐζήτει περιιών ὁ Θησεύς· ἡ δὲ εἰς τόπον ἀπελθοῦσα λόχμην
ἔχοντα πολλῇ, σοιβῷ τε πλείστῳ καὶ ἀσφάραγον, ἀκάκως
πρᾴου καὶ παιδικῶς ὥσπερ αἰδαινομένων δεομένη, παρεσπύ-
χετο μὴ ὅρκων, ἢν σώσωσιν αὐτὴν καὶ ἀποκρύψωσι, μηδέποτε
λυμανεῖσθαι, μηδὲ καύσειν. ἀναβοωμένου δὲ τοῦ Θησέως,
καὶ πίστιν διδόντος ὡς ὑπὲρ μελήσεται καλῶς αὐτῆς, καὶ οὐδὲν
ἀδικήσει, παρῆλθε· καὶ ᾧ μὲν Θησεῖ συγγενομένη, Μελάνιπ-
πον ἔτεκε· Δηϊονεῖ δὲ τῷ Εὐρύτου τοῦ Οἰχαλιέως ὕστερον συνῴκη-
σε, Θησέως δόντος. ἐκ δὲ Μελανίππου τοῦ Θησέως γενόμ-
μενος Ἴωξος, Ὀρνύτῳ τῆς εἰς Καρίαν ἀποικίας μετέσχεν. ὅθ-
εν Ἰωξίδες. καὶ Ἰωξίοις πάτριον κατέχει μήτε ἄκανθαν ἀσ-
φαράγου μήτε σοιβῷ καίειν, ἀλλὰ σέβεσθαι καὶ τιμᾶν· ἡ δὲ
Κρομμυωνία σῦς, ἣν Φαιὰν προσωνόμαζον, οὐ φαῦλον ἦν
θηρίον, ἀλλὰ μάχιμον καὶ χαλεπὸν κρατηθῆναι. ταύτην,
ὁδοῦ πάρεργον, (ὡς μὴ δοκοίη πρᾶγμα πρὸς ἀνάγκην ποιεῖν)
ὑποστὰς ἀνῄρει. καὶ ἅμα, τῶν μὲν ἀνθρώπων τοῖς πονηροῖς ἀ-
μυνόμενον οἰόμενος δεῖν τὸν ἀγαθὸν προσφέρεσθαι, τῶν δὲ
θηρίων καὶ προσεπιχειρούντα τοῖς γυναιξὶν, μάχεσθαι καὶ κρα-
τεῖν ἠξίου. ἔνιοι δέ φασι τὴν Φαιὰν λῃστρίδα γυναῖκα,
φονικὴν καὶ ἀκόλαστον, αὐτόθι κατοικοῦσαν ἐν Κρομμυῶνι,
Σινῶν ὀνομασθεῖσαν ἀπὸ τοῦ ἤθους καὶ τοῦ βίου, εἶτα ὑπὸ Θη-
σέως ἀποθανεῖν. Σκίρωνα δὲ περὶ τῆς Μεγαρικῆς ἀνῄρει,
ῥίψας κατὰ τῶν πετρῶν, ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, λῃστεύοντα τοὺς
παριόντας· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, ὕβρει καὶ θρασύτητι προστείνοντα
τὼ πόδε τοῖς ξένοις, καὶ κελεύοντα νίπτειν, εἶτα λακτίζοντα
καὶ ἀπωθοῦντα νίπτοντας εἰς τὴν θάλατταν. οἱ δὲ Μεγα-
ρόθεν συγγραφεῖς, ὁμόσε τῇ φήμῃ βαδίζοντες, καὶ τῷ πολ-
λῷ χρόνῳ (κατὰ Σιμωνίδην) πολεμοῦντες, οὔτε λῃστὴν οὔτε
ὑβριστὴν γεγονέναι τὸν Σκίρωνα φασὶν, ἀλλὰ λῃστῶν μὲν
κολαστὴν, ἀγαθῶν δὲ καὶ δικαίων οἰκεῖον ἀνδρῶν καὶ φίλον.

A Quippe erat Pitthei Æthra filia, Alcmena Lysidices : Lysidice & Pittheus ex Hippodamia & Pelope germani. Turpe igitur ducebat, neque ferendum, illum in omnes vbique improbos pergentem terram mareque lustrare, si ipse offerentia se certamina refugeret, parentem opinione & nomine habitum, dehonestans, qui per mare fugitans veheretur: & verò notas ferens, calceos & gladium incruentum, non statim egregiis operibus factisque claram imaginem proferret nobilitatis suæ. His spiritibus atque his consiliis erupit, statuitque lædere neminem, sed vim inferentes vlcisci. Ac primùm in finibus Epidauri Peri-
B pheten, qui pro armis vtebatur claua, ideoque Corynetes, *id est Clauatus*, appellabatur, apprehendentem ipsum & vetantem progredi, congressus cum eo, interfecit. Oblectatus claua, cepit eam pro armis : qua deinceps est vsus, vt pelle leonis Hercules. Atque illi id erat tegumen, quàm immanem beluam superasset, argumentum : hic clauam ab se ostentabat victam, secum inuictam esse. In Isthmo Sinnin Pityocampten, quo modo
C multos ille peremerat, eodem eum sustulit : non meditatus neque assuetus, sed virtutem demonstrans cuiuis arti & exercitationi excellere. Erat Sinnidi excellentissimæ formæ & staturæ filia, Perigune nomine : hanc perempto Theseus patre fugientem circumquaque requirebat. Ea in locum secesserat frequentibus virgultis, multaq; stœbe & asparagis obsitum. Hæc illa admodum simpliciter & pueriliter precans velut sentientia, vota cum iureiurando nuncupauit, si seruassent & texissent se, nunquam læsuram se ea nec crematuram. Quam quum alta voce appellaret Theseus, fidemque daret egregiam se eius gesturum curam, neque re vlla violaturum, prodiit, atque ex Thesei complexu edidit Melanippum.
Conflixisse aduersus hoc Athenienses à Museo concurrentes cum Amazonib. Sepulchra esse desideratarum in platea, quæ fert ad portam secundum Chalcodontis fanum, quam Pyraicam nunc nominant: qua pulsos fuisse vsque ad Eumenidas, & terga fœminis dedisse. A Palladio, Ardetto, & Lyceo, inuectos pepulisse dextrum earum cornu vsque ad castra, multasque strauisse. Quarto mense ictum Hippolyta interprete fœdus. Hippolytam enim hic eam, quæ in Thesei contubernio erat, non Antiopam appellat. Alii volunt illam à Thesei parte præliantem cecidisse, cùm iaculo fuisset à Molpadia icta, & pilam propter Telluris Olympiæ ædem in huius positam memoriam. Neque est mirandum in antiquitate tanta vagari historiam: quando etiam saucias autumant Amazonas Chalcidem ab Antiopa occultè dimissas ei curæ fuisse, & sepultas nonnullas ibi apud Amazonion nunc appellatum. Cæterùm fuisse diremptum pace bellum testatur tam loci iuxta templum Thesei appellatio, quod vocant Horcomosion à iureiurando, quàm vetus sacrificium, quod ante Thesea fit Amazonibus. Commonstrant & Megarenses apud se Amazonum monumentum, quà ad locum quem Rhun dicunt, ex foro itur, vbi est Rhomboides. Fama est prope Chæroneam quoque occubuisse alias, condita q; fuisse secundum riuulum, qui olim (vt putant) Thermodon, Hæmon nunc vocatur, de quibus in vita Demosthenis verba fecimus. Nec verò Thessaliam apparet peragrasse Amazonas sine sanguine: quippe tumuli earum vel hac memoria iuxta Scotussæam & Cynocephalas extant. Hæc memoratu digna de Amazonibus fuere. Nam quem poëta Theseidis autor, motum Amazonum descripsit, quod quum iungeret sibi matrimonio Phædram, adorta sit Thesea Antiopa, & sequentes eam Amazones pœnas ab illo expetiuerint, Hercules autem eas fuderit, habent planè fabulæ effigiem & commenti. Defuncta Antiopa Phædram duxit, quum sustulisset filium ex Antiopa Hippolytum, vt Pindarus ait, Demophontem. Calamitates, quæ Theseo ex hac & ex filio suo acciderunt, quia nihil hîc discrepant à tragicis historici, vt omnes illi scripsere, ita euenisse statuendum est. Sunt tamen famæ de Thesei nuptiis aliæ, quæ in scenam non venerunt: quanuis neque rudimenta honesta, neque faustos habuerunt exitus. Etenim Anaxo quandam fertur Trœzeniam rapuisse, Sinnideque & Cercyone peremptis, vi constuprasse filias eorum, duxisse etiam Peribœam Aiacis matrem. Iam Pherebœam, & Iphiclis filiam Iopam: præterea ob Ægles Panopæi filiæ amorem (vt suprà diximus) Ariadnam exprobrant parum eum rectè vel honestè repudiauisse. Helenæ denique raptum inundasse bello terram Atticam, atque in exilium eius euasisse & exitium, de quibus infrà verba faciemus. At quum multa clarissimi quique viri certamina ea tempestate obirent, existimat Herodorus nullius Thesea, nisi solis aduersus Centauros depugnantibus Lapithis, fuisse consortem conflictus. Alii Iasonis eum fuisse in Colchis socium, & expugnauisse cum Meleagro aprum, atque hinc in prouerbio esse, *Non sine Theseo.*

A μάχεσθαι δὲ πρὸς τοῦτον τοὺς Ἀθηναίους ἀπὸ τοῦ Μουσείου τοῖς Ἀμαζόσι συμπεσόντας. καὶ τάφους τῶν πεσόντων πρὸς τῷ πλατείᾳ τῇ φέρουσαν ὅπῃ τοῦ πύλας, πρὸς δὲ τὸ Χαλκώδοντος ἡρῷον, ὃ νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι· καὶ ταύτῃ μὲν ἐκβιασθῆναι καὶ μέχρι τῶν Εὐμενίδων, καὶ ὑποχωρῆσαι τοῖς γυναιξίν. ἀπὸ δὲ Παλλαδίου καὶ Ἀρδήττου καὶ Λυκείου προσβαλόντας, ὥσασθαι τὸ δεξιὸν αὐτῶν ἄχρι τοῦ στρατοπέδου, καὶ πολλὰς καταβαλεῖν. τετάρτῳ δὲ μηνὶ συνθήκας γενέσθαι διὰ τῆς Ἱππολύτης· (Ἱππολύτην γὰρ ὅδε ὀνομάζει τὴν τοῦ Θησεῖ συνοικοῦσαν, οὐκ Ἀντιόπην) ἔνιοι δέ φασι μετὰ τὸ Θησέως μαχεμένου πεσεῖν τὴν ἀνθεφπον, ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν, καὶ τὴν σφαῖραν τὴν πρὸς τὸ τῆς γῆς τῆς Ὀλυμπίας ἱερόν, ὅπῃ ταύτῃ κεῖσθαι. καὶ θαυμαστὸν οὐκ ἔστιν ὅπῃ τοσάμασιν οὕτω παλαιοῖς πλανᾶσθαι τὴν ἱστορίαν· ἐπεὶ καὶ τὰς τετρωμένας φασὶ τῶν Ἀμαζόνων ὑπὸ Ἀντιόπης εἰς Χαλκίδα λάθρα διαπεμφθείσας, τυγχάνειν ὅπῃ μελείας, καὶ ταφῆναι νύκτας ἐκεῖ πρὸς τὸ νῦν Ἀμαζόνιον καλούμενον. ἀλλὰ τοῦ γε τὸν πόλεμον εἰς σπονδὰς τελευτήσαι, μαρτύριον ὅστιν ἥτε τοῦ τόπου κλῆσις τοῦ πρὸς τὸ Θησεῖον, ὃν πρὸ Ὁρκωμόσιον καλοῦσιν, ἥ τε γινομένη πάλαι θυσία τοῖς Ἀμαζόσι πρὸ τῶν Θησείων. δεικνύουσι δὲ καὶ Μεγαρεῖς Ἀμαζόνων μνῆμα παρ' αὐτοῖς, ὅπῃ τὸ καλούμενον Ῥοῦν βαδίζουσιν ἐξ ἀγορᾶς, ὅπου τὸ ῥομβοειδές. λέγεται δὲ καὶ πρὸς Χαιρώνειαν ἑτέρας ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι πρὸς τὸ ῥεῦμάτιον, ὃ πάλαι μὲν (ὡς ἔοικε) Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται. πρὸς ὧν ὁν τοῦ Δημοσθένους βίῳ γέγραπται. φαίνονται δὲ μηδὲ Θεσσαλίαν ἀπραγμόνως αἱ Ἀμαζόνες διελθοῦσαι. τάφοι γὰρ αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν δείκνυνται πρὸς τὸ Σκοτουσσαῖαν καὶ τὰς Κυνὸς

D κεφαλάς. ταῦτα μὲν οὖν ἀξιαμνήμονα πρὸς τῶν Ἀμαζόνων. ὧν γὰρ ὁ τῆς Θησηΐδος ποιητὴς Ἀμαζόνων ἐπιβάσαν γέγραφε, Θησεῖ γαμοῦντι Φαῖδραν τῆς Ἀντιόπης ὅπῃ θυγατρός, καὶ τῶν μετ' αὐτῆς Ἀμαζόνων ἀμυνομένων, καὶ κτεινόντος αὐτὰς Ἡρακλέους, πρόφασις ἔοικε μύθῳ καὶ πλάσματι. τῆς δὲ Ἀντιόπης ἀποθανούσης, ἔγημε Φαῖδραν, ἔχων υἱὸν Ἱππόλυτον ἐξ Ἀντιόπης· ὡς δὲ Πίνδαρος φησι, Δημοφῶντα. τὰς δὲ πρὸς ταύτῃ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ δυστυχίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀπιπίπτει πρὸς τῶν ἱστορικῶν πρὸς τραγικῆς, οὕτως ἔχειν θετέον ὡς ἐκεῖνοι πεποιήκασιν ἅ-

E πάντες. εἰσὶ μέντοι λόγοι περὶ γάμων Θησέως καὶ ἕτεροι τῶν σκιωτῶν διαπεφευγότες, οὔτε ἀρχὰς εὐγνώμονας, οὔτε εὐτυχεῖς τελευτὰς ἔχοντες. καὶ γὰρ Ἀναξώπιν Τροιζηνίδα πρᾶσαι λέγεται, καὶ Σίννιν ἀποκτείνας καὶ Κερκυόνα, συγγενέσθαι βίᾳ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν, γῆμαί τε καὶ Περιβοίαν τὴν Αἴαντος μητέρα, καὶ Φερέβοιαν αὖθις, καὶ Ἰόπην τὴν Ἰφικλέους. καὶ διὰ τὸν Αἴγλης ἔρωτα τῆς Πανοπέως (ὥσπερ εἴρηται) τὴν Ἀριάδνης ἀπόλειψιν αἰτιᾶται μὴ καλῶς γενέσθαι, μηδὲ πρέπουσαν. ὅπῃ πᾶσι δὲ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν, πολέμου μὲν ἐμπλῆσαι τὴν Ἀτθίδα,

F αὐτὸν δὲ εἰς φυγὴν καὶ ὄλεθρον τελευτῆσαι πρὸς ὧν ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται. πολλῶν δὲ τότε τοῖς ἀρίστοις ἄθλων γενομένων, Ἡρόδωρος μὲν οὐδενὸς οἴεται τὸν Θησέα μεταλαχεῖν, ἀλλὰ μόνοις Λαπίθαις τὸν κενταυρομαχίας. ἕτεροι δὲ καὶ μετὰ Ἰάσονος ἐν Κόλχοις γενέσθαι, καὶ Μελεάγρῳ συνεξελεῖν τὸν κάπρον· καὶ διὰ τοῦτο παροιμίαν εἶναι τὸ, Οὐκ ἄνευ Θησέως.

αὐτὸν μόνοι μηδενὸς συμμάχου δεηθέντα, πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄθλους κατεργάσασθαι· καὶ τὸν, Ἄλλος τοῦτ' Ἡρακλῆς, λόγον ἐπ' ἐκείνου κρατῆσαι. συνέπραξε δὲ καὶ Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐπὶ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων, οὐχ ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ, μάχῃ τοὺς Θηβαίους κρατήσας, ἀλλὰ πείσας καὶ ἀποστάμενος· οὕτω γὰρ οἱ πλείστοι λέγουσι. Φιλόχορος δ' καὶ ἀπονδὰς τοῦ νεκρῶν ἀναιρέσεως γενέσθαι τοιούτας ἐκείνας. ὅτι δὲ Ἡρακλῆς πρῶτος ἀπέδωκε νεκροὺς τοῖς πολεμίοις, ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους γέγραπται. ταφαὶ δ' τῶν μὲν πολλῶν ἐν Ἐλευθραῖς δείκνυνται, τῶν δὲ ἡγεμόνων, περὶ Ἐλευσῖνα, καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου. καταμαρτυροῦσι δ' τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται. τὴν δὲ πρὸς Πειρίθοον φιλίαν τοῦτον τ' τρόπον αὐτῷ γενέσθαι λέγουσι. δόξαν εἶχεν ὅτι ῥώμῃ καὶ δωρεᾷ μεγίστῳ. βουλόμενος οὖν ὁ Πειρίθους ἐξελέγξαι καὶ λαβεῖν ἐξέπειραν, ἐλάσας βοῦς ἐκ Μαραθῶνος αὐτοῦ· καὶ πυθόμενος διώκειν μετ' τῶν ὅπλων ἐκεῖνον, οὐκ ἔφυγε, ἀλλ' ἀναστρέψας ἀπιόντα εἶδεν ἄτερος τ' ἕτερον, καὶ θαυμάσας καὶ τὴν τόλμαν ἠγάσθη, μάχης μὲν ἔρωντο, Πειρίθους δὲ πρότερος τὴν δεξιὰν προτείνας, ἐκέλευσεν αὐτὸν γενέσθαι δικαστὴν τῶν Θησέα τῆς βοηλασίας· ἑκὼν γὰρ ὑφέξειν ἣν ἂν ἕλῃ δίκην ἐκεῖνος. Θησεὺς δὲ καὶ τὴν δίκην ἀφῆκεν αὐτῷ, καὶ προσεκαλεῖτο φίλον εἰς καὶ σύμμαχον. ἐποιήσαντο δὲ τὴν φιλίαν ἔνορκον. ἐκ δὲ τούτου γαμῶν ὁ Πειρίθους Δηϊδάμειαν, ἐδεήθη τοῦ Θησέως ἐλθεῖν, καὶ τὴν χώραν ἰσορρόπησαι, καὶ συγγένειαν τοῖς Λαπίθαις. ἐτύγχανε δὲ καὶ τοὺς Κενταύρους κεκληκὼς ὅπερ ὀλίγον δεῖπνον. ὡς δὲ κατέλαβον ὕβρει, καὶ μεθύοντες οὐκ ἀπείχοντο τῶν γυναικῶν, ἐτράποντο πρὸς ἄμυναν οἱ Λαπίθαι· καὶ τοὺς μὲν ἐκτεῖνον αὐτῶν, τοὺς δ', πολέμῳ κρατήσαντες, ὕστερον ἐξέβαλον ἐκ τῆς χώρας, τοῦ Θησέως αὐτοῖς συμμαχοῦντος καὶ συμπολεμοῦντος. Ἡρόδωρος δ' ταῦτα πραχθῆναι φησὶν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοῦ πολέμου συνεστῶτος ἤδη, τὸν Θησέα βοηθοῦντα τοῖς Λαπίθαις παραγενέσθαι, καὶ τότε πρῶτον ὄψει γνωρίσαι τ' Ἡρακλέα, ποιησάμενον ἔργον ἐντυχεῖν αὐτῷ περὶ Τραχῖνα πεπαυμένῳ πλάνης ἤδη καὶ ἄθλων. γενέσθαι δὲ μετ' εὐνομίας καὶ φιλοφροσύνης καὶ πολλῶν ἐπαίνων ἀμφοτέρους τὴν ἔντευξιν. οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον ἄν τις πρόσχοι τοῖς πολλάκις ἐντυχεῖν αὐτοὺς ἀλλήλοις ἱστορουσι· καὶ τὴν μύησιν Ἡρακλεῖ γενέσθαι, Θησέως παρακαλέσαντος, καὶ τ' περὶ τ' μυήσεως καθαρμὸν ὡς δεομένῳ, ἁμάρτημα πρᾶξις ἀβουλήτους. ἤδη δὲ πεντήκοντα ἔτη γεγονώς, ὡς φησὶν Ἑλλάνικος, ἐπράξε τὰ περὶ τὴν Ἑλένην, οὐκ ἀθ' ὥραν. ὅθεν ὡς δὴ μέγιστον ἐπανορθούμενοι τοῦτο τῶν ἐγκλημάτων ἔνιοι, λέγουσιν οὐκ αὐτὸν ἁρπάσαι τ' Ἑλένην, ἀλλὰ Ἴδα καὶ Λυγκέως ἁρπασάντων, παρακαταθήκην λαβόντα τηρεῖν, καὶ μὴ πρεσβεύσαι τοῖς Διοσκόροις ἀπαιτοῦσιν. ἢ νὴ Δία Τυνδάρεω παραδόντος αὐτῷ, φοβηθέντος Ἐνάρσφορον τὸν Ἱππακόωντος, ἔτι νηπίαν οὖσαν βιαζόμενον τὴν Ἑλένην λαβεῖν. τὰ δὲ εἰκότα καὶ πλείστοις ἔχοντα μάρτυρας, τοιαῦτά ἐστιν. ἦλθον μὲν εἰς Σπάρτην ἀμφότεροι, καὶ τὴν κόρην ἐν ἱερῷ Ἀρτέμιδος ὀρθίας χορεύουσαν ἁρπάσαντες, ἔφυγον. τῶν δὲ πεμφθέντων ἐπὶ τὴν δίωξιν, οὐ πορρωτέρω Τεγέας ἐπακολουθησάντων, ἐν ἀδείᾳ γενόμενοι, καὶ διελθόντες τὴν Πελοπόννησον,

A Illum verò nullo ſocio crebras patraſſe & egregias dimicationes, atque hoc dictum, *Alter hic Hercules*, de eo obtinuiſſe. Ad hæc adiutor Adraſto fuit ad recuperanda illorum corpora, qui ſub Cadmea ceciderant: non vt cecinit in tragœdia Euripides, quòd fuderit Thebanos, ſed datis acceptiſque hinc inde induciis. nam ita maxima pars tradunt. Philochorus etiam inducias de tollendis cæſis illas fuiſſe primas. Verùm Herculem hoſtibus principem mortuorum cadauera conceſſiſſe, in iis quæ de Hercule prodita ſunt, inuenies. At vulgi Eleutheris ſepulcra extant, ducum apud Eleuſina: id quod etiam gratiæ dedit Theſeus

B Adraſti. Premunt autem ſuo teſtimonio Euripidis Hicetidas Eleuſinii Æſchyli, in quibus hæc commemorare ipſe canitur Theſeus. Amicitiam cum Pirithoo eum contraxiſſe hoc modo referunt. Celebratiſſimi erant eius lacerti & virtus. Pirithous verò cupidine captus explorandi & tentandi, abegit boues eius ex Marathone, allatoque nuntio inſequi in armis illum, non conſuluit fugæ, ſed regreſſus obuium ſe ei obiecit. Vt alter alterum conſpexit, ſpeciem admiratus eſt, & obſtupuit audaciam, à pugna temperarunt, ac prior porrecta dextra Pirithous ipſum voluit Theſea abigeatus ſui arbitrum eſſe: vltrò enim ſe, quas

C illi definiſſet, ſubiturum pœnas. Theſeus verò & mulctam ei condonauit, ad ineundamque ſecum ſocietatem & amicitiam inuitauit. Ita amicitiam iuramento ſanxere. Inde ducens vxorem Pirithous Deidamiam, Theſea rogauit vt veniret ad regionem viſendam & ad contrahendam cum Lapithis conſuetudinem. Fortè inuitauerat Centauros quoque: qui vt in procacitatem & inſolentiam eruperunt, & vino incaleſcentes non temperauerunt à mulieribus, verterunt ſe Lapithæ ad vltionem, atque alios eorum obtruncauerunt, alios bello inde victos, ſocio Theſeo &

D ſuppetias ferente, regione exegerunt. Herodorus negat hæc ita geſta, ſed bello iam commiſſo, tuliſſe opem Theſea Lapithis, atque tunc primùm in conſpectum veniſſe Herculis, quum appellare cuperet eum circa Trachina, poſtquam errores iam & certamina depoſuiſſet. Congreſſum autem eorum honorificum fuiſſe cum mutua comitate & laudibus. Verùm enimuerò magis accedat iis qui crebrò congreſſos inter ſe memoriæ tradiderunt, atque initiatum Herculem faciente cum eo Theſeo, & ante initiationem

E luſtratum, vt ei ob certa facta ſua quæ inconſultè admiſerat, opus erat. Annos iam natos (vt Hellanicus refert) quinquaginta, Helenam rapuit nondum maturam. Vnde ad ſubleuandum hoc, quaſi grauiſſimum crimen, abnuunt nonnulli Helenam illum rapuiſſe, ſed raptam ab Ida & Lyncæo fuiſſe, atque apud ſe ſeruaſſe depoſitam, neque repoſcentibus Caſtori & Polluci reſtituiſſe: vel ſanè traditam ei illam ab ipſo fuiſſe Tyndaro, quod Enaſphorum timeret Hippocoontis filium, qui paruulam adhuc capere Helenam vi inſtabat. At verò propiora & pluribus nixa teſtibus

F hoc modo ſe habent. Venerunt ambo Theſeus & Pirithous Spartam, puellaque quæ in templo Dianæ Orthiæ ſaltabat rapta, fugam cepere. Quum miſſi ad inſectandos illos non vltra Tegæam eſſent progreſſi, & illi peruenieſſent in tutum, atque Peloponneſum tranſmiſiſſent,

pacti ſunt inter ſe, vt cui ſors obtigiſſet, eam haberet vxorem, & alteri ad nuptias quærendas alias præſtò eſſet. His legibus miſſa ſorte obuenit illa Theſeo, ac virginem hauddum nubilem Aphidnas deportauit, matremque ei adiunctam amico ſuo tradidit Aphidno, præcipiens eas vt ſeruaret, & rem tegat apud alios. Inde ad præſtandum Pirithoo officium ſuum, profectus in Epirum cum eo eſt, ad Aidonei filiam rapiendam Moloſſorum regis, qui vxori Perſephone nomen indiderat, filiæ Proſerpinæ, cani Cerbero: ac cum hoc pugnare iuſſit procos puellæ, promittens eam victori. Verùm quum Pirithoum non procatum veniſſe, ſed raptum intellexiſſet, corripuit eos, ac Pirithoum extemplò interimit per canem, Theſea in vinculis ſeruauit. Interea Meneſtheus Petei, qui filius fuit Ornei & nepos Erechthei, primus (vt fama eſt) inter mortales auram popularem captare aggreſſus & blanditi plebi, hinc primores ſolicitauit, & incendit iampridem pertæſos Theſei, atque exiſtimantes illum imperio & regno ſingulis per populos nobilitate præcellentibus, extorto, in vnam ipſos concluſos vrbem pro ſubiectis prorſus & ſeruis habere: hinc vulgus concitauit exprobrauitque, libertatis obiecto ſomnio, reuera patria & ſacris ſpoliatos eſſe, vt multorum bonorum loco & iuſtorum regum, vnum reſpicerent aduenam & hoſpitem dominum. Hæc illo moliente magnum momentum bellum ſeditioni, Tyndaridis incurrentibus, adiecit. Sunt qui planè dicant ab illo eos inuitatos, bellum mouiſſe. Ac primùm iniuria abſtinuerunt, tantùm repetierunt ſororem. Quum reſpondiſſent ciues neque penes ſe eſſe illam, neque vbi eſſet relicta, ſe ſcire, ad bellum conuerſi ſunt. Verùm aperit eis Academus (haud ſcio qua ratione odoratus) Aphidnis eam abdi. Vnde cùm illi honores viuo habiti ſunt, à Tyndaridis, tum Lacedæmonii, qui ſæpius poſtmodum incurſauerunt Atticam, vniuerſosque fines perpopulati ſunt, Academia abſtinuerunt, Academi cauſa. Dicæarchus verò tradit, quum Echemus & Marathus Tindaridas ex Arcadia eſſent ad bellum illud ſequuti, nomen ab illo quæſiſſe Echedemiam, quæ nunc appellatur Academia: ab hoc caſtellum Marathonem, quòd vltrò ſe ex quodam oraculo obtuliſſet ante aciem immolandum. Quum mouiſſent Aphidnas & victores eſſent prælio, expugnauerunt oppidum. Ibi Alycum quoque ferunt Scironis filium, qui id temporis intra præſidia erat Caſtoris & Pollucis, occubuiſſe: à quo locum quendam agri Megarici, quòd corpus eius ibi ſit humatum, nomen inueniſſe. Hereas ab ipſo Theſeo prodidit ad Aphidnas cæſum Alycum, & in teſtimonium hac de Alyco producit carmina,

Hunc Helenæ cauſa formoſæ prælia quondam
Miſcentem Theſeus ſpatioſa ſtrauit Aphidna.

Haud conſonum fit tamen veritati, præſente Theſeo fuiſſe matrem eius & Aphidnas captas. Occupatis Aphidnis, & Athenienſibus trepidantibus ſuaſit populo Meneſtheus, vt admitterent in vrbem, & acciperent benignè Tyndaridas: vt vni Theſeo iniuriæ authori arma inferrent, in cæteros mortales benefici eſſent & eorum ſeruatores. Hoc ipſum euentus comprobauit.

A ἐποιήσαντο σωθῆκας, ὃ μὲν λαχόντα κληρῷ τῷ Ἑλένῃ, ἔχειν γυναῖκα, συμπεράσθην δὲ θατέρῳ γάμον ἄλλον. ὅθεν ταύταις ὃ κληρουμένων ταῖς ὁμολογίαις, ἔλαχε Θησεὺς· καὶ τὸν Ἀφίδναν ἐκόμισε· καὶ τῷ μητέρα καταστήσας μετ' αὐτῆς, Ἀφίδνῳ παρέδωκεν ὅπῃ φίλῳ, ἀφικελθὼν δὲ μόνος φυλάττειν καὶ λανθάνειν τοὺς ἄλλους. αὐτὸς δὲ Πειρίθῳ τῷ ὑπουργίαν ἀποδιδοὺς, εἰς Ἤπειρον συναπεδημήσεν ὅπῃ τῷ Αἰδωνέως θυγατέρα τοῦ Μολοσσῶν βασιλέως· ὃς τῇ γυναικὶ Περσεφόνῃ ὄνομα θέμενος, Κέρβερῳ δὲ τῇ θυγατρὶ, τῷ δὲ κυνὶ Κέρβερον, ἐκέλευε τούτῳ διαμαχεῖν τοὺς μνωμένους τῷ παῖδα, καὶ λαβεῖν τὸν κρατήσαντα. τοὺς μὲν τοι πρὶν Πειρίθοον, οὐ μνηστῆρας ἥκειν ἀλλ' ἁρπασομένους πυθανόμενος, συνέλαβε, καὶ τὸν μὲν Πειρίθοον αὐτὸς ἀφαίσε διὰ τοῦ κυνὸς, τὸν δὲ Θησέα καθείρξας ἐφύλαττεν. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ Μενεσθεὺς ὁ Πετεὼς, τοῦ Ὀρνέως, τοῦ Ἐρεχθέως, πρῶτος (ὡς φασιν) ἀνθρώπων ὅπῃ δέμενος τῷ δημαγωγεῖν, καὶ πρὸς χάριν ὄχλῳ διαλέγεσθαι, τοῖς τε δυνατοῖς συνίστη καὶ παρώξυνε, πάλαι βαρυνομένους τὸν Θησέα, καὶ νομίζοντας ἀρχὴν καὶ βασιλείαν ἀφῃρημένους ἑκάστου τῶν κατ' δῆμον ὑπὸ πολλῶν, εἰς ἓν ἄστυ συνείρξαντα πόλεσι, τοῖς ἀνηκόοις χρῆσθαι καὶ δούλοις. τοῖς τε πολλοῖς διεπάρασε καὶ διέβδηλεν, ὡς ὄναρ ἐλευθερίας ὁρῶντας, ἔργῳ δὲ ἀπεστερημένους πολεῖδων καὶ ἱερῶν, ὅπως ἀντὶ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ γνησίων βασιλέων πρὸς ἕνα δεσπότην ἔπηλυν καὶ ξένον ἀποβλέπωσι. ταῦτα δὲ αὐτὸ πραγματευομένου, μεγάλῳ ῥοπῇ ὁ πόλεμος τῷ νεωτερισμῷ προσέθηκε τῶν Τυνδαριδῶν ἐπελθόντων· οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶν ὑπὸ τούτου πειθέντας ἐπελθεῖν. ὃ μὲν οὖν πρῶτον οὐδὲν ἠδίκησαν, ἀλλ' ἀπῄτουν τὸν ἀδελφόν. ἀποκεκαμμένων δὲ τῶν ἐν ἄστει μήτε γνώσκειν ὅπου καταλέλυται, πρὸς πόλεμον ἐτράποντο. φράζει δὲ αὐτοῖς Ἀκάδημος, ἠθημένος ὤν δή τινι ἔπῃ τῷ ἐν Ἀφίδναις κρύψιν αὐτῆς. ὅθεν ἐκείνῳ τε τιμᾶν ζῶντι πρὸς τῶν Τυνδαριδῶν ἐθέμοντο, καὶ πολλάκις ὕστερον ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἀττικὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν χώραν τέμνοντες, τῆς Ἀκαδημείας ἀπείχοντο, διὰ τὸ Ἀκάδημον. ὁ δὲ Διαφάνης, Ἐχέμου φησὶ καὶ Μαραθοῦ συστρατευσάντων τότε τοῖς Τυνδαρίδαις ἐκ Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ μὲν Ἐχεδημίαν προσαγορεῦσαι τὴν νῦν Ἀκαδημίαν, ἀφ' οὗ δὲ Μαραθῶνα τὸν δῆμον, ὑπιδόντος ἑαυτὸν ἐκστασίως κατά τι λόγιον, σφαγιάσασθαι πρὸ τῆς παρατάξεως. ἐλθόντες οὖν ὅπῃ τὰς Ἀφίδναις, καὶ μάχῃ κρατήσαντες, ἔξαλον τὸ χωρίον. ἐν τούτῳ φασὶ καὶ Ἄλυκον πεσεῖν τὸν Σκίρωνος υἱὸν, συστρατευόμενον τότε τοῖς Διοσκουρίδαις. ἀφ' οὗ καὶ τόπον τῆς Μεγαρικῆς Ἄλυκον καλέσαι, τοῦ σώματος ἐνταφέντος. Ἡρέας δὲ ὑπὸ Θησέως αὐτὸ πρὸς Ἀφίδναις ἀποθανεῖν τὸν Ἄλυκον ἱστόρηκε. καὶ μαρτυρεῖ τούτῳ τὰ ἔπη παρέχεται περὶ τοῦ Ἀλύκου,

--τὸν ἐν δουρικτήτῳ ποτ' Ἀφίδνῃ
Μαρναμένων Θησεὺς Ἑλένης ἕνεκ' ἠυκόμοιο. Κτεῖνεν.

οὐμὲν εἰκὸς, αὐτὸ Θησέως παρόντος, ἁλῶναι τήν τε μητέρα καὶ τὰς Ἀθήνας. ἐχομένων δὲ οὖν τῶν Ἀφιδνῶν, καὶ τῶν ἐν ἄστει δεδιότων, ἔπεισε τὸν δῆμον ὁ Μενεσθεὺς δέχεσθαι τὴν πόλιν καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοὺς Τυνδαρίδας, ὡς μόνῳ Θησεῖ βίας ὑπαρξάντι πολεμοῦντας, τοὺς δὲ ἄλλους εὐεργέτας ὄντας ἀνθρώπων καὶ σωτῆρας, ἐμμαρτύρει δὲ αὐτῷ καὶ τὰ παρ' ἐκείνων.

οὐδὲν γὰρ ἠξίωσαν, ἀπαιτοῦντες κατοικοῦντες, ἀλλ' ἢ μνησθῆναι, μηδὲν ἧττον Ἡρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες· καὶ τοῦτο οὖν ὑπῆρξεν αὐτοῖς, Ἀφίδνου ποιησαμένου παῖδας, ὡς Πύλιος Ἡρακλέα. καὶ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον, Ἄνακες προσαγορευθέντες, ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχάς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ κηδεμονίαν τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν, στρατείας τοσαύτης ἔνδον οὔσης. ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τοὺς ἐπιμελομένους ἢ φυλάττοντας ὁτιοῦν· καὶ τοὺς βασιλεῖς ἴσως Ἄνακτας διὰ τοῦτο καλοῦσιν. εἰσὶ δ' οἱ λέγοντες διὰ τὴν τῶν ἀστέρων ἐπιφάνειαν Ἄνακας ὀνομάζεσθαι. ὃ γὰρ αὔω τοὺς Ἀττικοὺς ἀνέκας ὀνομάζειν, καὶ ἀνέκαθεν, ὃ αὔωθεν. Αἴθραν δὲ τὴν Θησέως μητέρα, γενομένην αἰχμάλωτον, ἀπαχθῆναι λέγουσιν εἰς Λακεδαίμονα, κἀκεῖθεν εἰς Τροίαν μετ' Ἑλένης. καὶ μαρτυρεῖν Ὅμηρον ἕπεσθαι τῇ Ἑλένῃ φάσκουσι, Αἴθρην Πιτθέος θυγατέρα Κλυμένην τε βοῶπιν. οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὃ ἔπος διαβάλλουσι, καὶ τὴν περὶ Μουνύχου μυθολογίαν, ὃν ἐκ Δημοφῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσιν. ἴδιον δέ τινα καὶ παρηλλαγμένον ὅλως λόγον Ἕστορος ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν ἀναφέρει περὶ Αἴθρας, ὡς ἐνίων λεγόντων, Ἀλέξανδρον μὲν, τὸν ἐν Θεσσαλίᾳ Πάριν, ὑπὸ Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου μάχῃ κατηναγκασμένον φεύγειν τὸν Σπερχειόν, Ἕκτορα δὲ τὴν Τροιζηνίων πόλιν λαβόντα διαρπάσαι, καὶ τὴν Αἴθραν ἀπάγειν ἐκεῖ καταλιπεῖν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔχει πολλὴν ἀλογίαν. Αἰδωνέως δὲ τοῦ Μολοσσοῦ ξενίζοντος Ἡρακλέα, καὶ τῶν περὶ τὸν Θησέα καὶ Πειρίθοον κατὰ τύχην μνησθέντος ἃ, τε πεπράξοντες ἦλθον, καὶ ἃ φορεθέντες ἔλαθον, βαρέως ἐνέγκειν ὁ Ἡρακλῆς, τοῦ μὲν ἀπολωλότος ἀδόξως, τοῦ δὲ ἀπολλυμένου. καὶ περὶ Πειρίθου μὲν οὐδὲν ᾤετο ποιήσειν πλέον, ἐγκαλῶν, τὸν δὲ Θησέα παρητεῖτο, καὶ χάριν ἠξίου ταύτην αὐτῷ δοθῆναι. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Αἰδωνέως, λυθεὶς ὁ Θησεὺς ἐπανῆλθε μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, οὐδέπω παντάπασι τῶν φίλων αὐτοῦ κεκρατημένων· καὶ ὅσα ὑπῆρχε τεμένη πρότερον αὐτῷ τῆς πόλεως ἐξελούσης, ἅπαντα καθιέρωσεν Ἡρακλεῖ, καὶ προσηγόρευσεν ἀντὶ Θησείων, Ἡρακλεῖα, πλὴν τεσσάρων, ὡς Φιλόχορος ἱστόρηκεν. ἐπεὶ δὲ βουλόμενος, ὡς πρότερον, ἄρχειν καὶ καθηγεῖσθαι τοῦ πολιτεύματος, εἰς στάσεις ἐνέπεσε καὶ ταραχὰς, οἷς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτὸν, δεδιὼς δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὸν μισεῖν προσειληφότας, ἐν δὲ τῷ δήμῳ πολὺ τὸ διεφθαρμένον ὁρῶν καὶ θεραπεύεσθαι βουλόμενον, ἀντὶ τοῦ ποιεῖν σιωπῇ τὸ προσταττόμενον· ἐπιχειρῶν οὖν βιάζεσθαι, κατεδημαγωγεῖτο καὶ κατεστασιάζετο· καὶ τέλος ἀπογνοὺς τὰ πράγματα, τοὺς μὲν παῖδας εἰς Εὔβοιαν ἐξέπεμψε πρὸς Ἐλεφηνόρα τὸν Χαλκώδοντος, αὐτὸς δὲ Γαργηττοῖ κατ' τῶν Ἀθηναίων ἀφικόμενος, (οὗ νῦν ἐστι τὸ καλούμενον Θρατήριον) εἰς Σκῦρον ἐξέπλευσεν, οὔσης αὐτῷ πρὸς τοὺς ἐκεῖ φιλίας, ὡς ᾤετο, καὶ χωρίων ἐν τῇ νήσῳ πατρῴων. ἐβασίλευε δὲ τότε Λυκομήδης τῶν Σκυρίων. πρὸς τοῦτον οὖν ἀφικόμενος, ἐξῄτει τοὺς ἀγροὺς ἀποδοθῆναι, ὡς αὐτόθι κατοικήσων. ἔνιοι δὲ φασι προσκαλεῖν αὐτὸν βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δὲ Λυκομήδης, εἴτε δείσας τὴν δόξαν τοῦ ἀνδρὸς, εἴτε τῷ Μενεσθεῖ χαριζόμενος, ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς χώρας ἀναγαγὼν αὐτὸν, ὡς ἐκεῖθεν ἐπιδείξων τοὺς ἀγροὺς, ὥστε κατ' τῶν πετρῶν·

A Nihil enim omninò victores, quàm vt initiarentur, postulauerunt: quòd non minus quàm Herculi propinquitas ipsis cum ciuitate intercederet: quam obtinuerunt ab Aphidno adoptati, vt à Pylio Hercules: atque honores assequuti diuinos sunt, Anaces dicti, vel ob factas inducias, *quas* ἀνοχὰς *Græci* vocant, vel ob curam & solicitudinem, ne cui malum offerretur, quum esset intra muros tantus exercitus. Nam ἀνακῶς ἔχειν, dicunt eos quibus cura vel tuitio alicuius incumbat, & reges appellant fortassis inde ἄνακτας. Sunt qui ob stellarum eorum apparitionem ferant Anacas appellari: quod τὸ αὔω Attici ἀνέκας *id est supra*, & ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν *id est supernè*, vocent. Porrò

B Thesei matrem captiuam Æthram perhibent Lacedæmonem abstractam, inde cum Helena Troiam, ac sequutam eam Helenam testari hisce versibus Homerum,

Æthram Pittheignatam Clymenenq; venustam.

Alii hunc versum notant & Munychi fabulam, quem ex Demophoonte à Laodice clam editum Ilii creuisse sub Æthra memorant. Nouam & diuersam planè historiam refert de Æthra Istrus, in tertiodecimo libro rerum Atticarum, prodi à certis, Alexandrum Parin in Thessalia ab Achille & Patroclo pugna ad Sperchium amnem fusum fuisse, Hectorem Trœzeniorum oppidum, quum id expugnasset, diripuisse, & Æthram illiç depositam abduxisse. Verùm id sanè quàm est absonum. Quum verò Aidoneus Molossus Herculem hospitio accepisset, & sermonem fortè intulisset de Theseo & Pirithoo, quæ suscepissent facinora & detecti quum fuissent, quid essent passi, tulit grauiter Hercules alterius turpem exitum, & alterius periculum. Ac de Pirithoo quidem non putauit operæpretium se facturum expostulando, verùm hoc postulauit beneficii, vt concederet

C sibi Thesea. Annuente Aidoneo liberatus Theseus vinculis, Athenas est regressus, nondum prorsus amicis eius oppressis. Ac quæcunque delubra antè sibi fuerant à ciuitate assignata, cuncta Herculi, quatuor demtis sacrauit, dixitque pro Theseis Heraclea, vt author Philochorus est. Sed quum mox pristino more intenderet imperare & præesse reipubl. in seditiones incurrit & motus. Quos verò infensos sibi reliquerat, quum comperisset eos, præterquam quòd se odissent, insuper timorem abiecisse sui, & populum magna ex parte animaduerteret peruersum, neque iam sine

E strepitu parentem sed blandè postulantem agi secum, conatus vim adhibere, factionibus est & seditionibus repressus. Demum rebus deploratis liberos in Eubœam clàm ad Elephenora Chalcodontis misit. Mox in Gargetto deuotis Atheniensium capitibus, vbi nunc Araterion (quod vocant) est, in Scyron nauigauit: quòd amicitia ei cum incolis (vt arbitrabatur) & prædia paterna in illa essent insula. Obtinebat ea tempestate regnum in Scyriis Lycomedes. Ad hunc postquam se contulit, postulauit agros reddi sibi, quasi illic commoraturus. Aliqui eum autumant auxilium

F ab illo contra Athenienses flagitasse. At Lycomedes, siue quòd gloriam tanti viri vereretur, siue vt studium suum probaret Menestheo, eduxit in rupem eius agri, Thesea, tanquam inde prædia ei monstraturus, & de saxo præcipitatum

interemit. Nonnulli sua sponte ferunt prolapsum, cum à cæna in deambulando pro more suo offensasset. Atq; in præsentia quidem nemo vllã habuit mortui rationem, sed regnauit Athenis Menestheus. Filii eius priuatam vitam agentes, Elephenora ad bellum Troianum secuti sunt. Defuncto illic Menestheo, reuersi regnum resumpsere. Posterioribus seculis visum Athenienſibus est, cum aliis ex causis, honorem, vt heroi, Theseo tribuere, tum milites, qui in acie Marathonia aduersus Medos steterunt, non pauci visi sunt, speciem in armis Thesei, ante signa conspicere in barbaros erumpentem. Post bellum Medicum, Phædone archonte, consulentibus Apollinem Athenienſibus, respondit vates, vt reliquias Thesei colligerent, & collocata apud se seruarent honorifice. Erat vero & auferre illas & nosse conditorium, intricatum propter inhospitalitatem & feritatem incolentium barbarorum. Tandem Cimon, cum ei capta hac insula, vt in vita eius recensuimus, cupido incessisset eruendi ossa illius, & aquila locum cliuosum ore (vti fama est) tondente, & fodiente vnguibus, diuina quadam sorte res animum eius subiret, aperuit locum. Reperti sunt magni corporis loculi, adiunctaque cuspide hastæ ænea cum ense. Hæc à Cimone in triremi sua deportata, ouantes Athenienses, eximia celebritate & sacrificiis, sicut reducem ad vrbem exceperunt, ac media conditus est vrbe prope gymnasium quod nunc est. Est id perfugium inuiolabile seruis & omnibus demissioribus, timentibusque potentiores: quod tutelaris Theseus atque auxiliaris fuisset, & benignè abiectorum accepisset preces. Sacrum maximum ei exhibent octauo die mensis Pyanepsionis. quo ex Creta rediit cum impuberibus. Attamen & aliorum mensium octauo quoque die colunt eum: vel quod primum ex Trœzene octauo Hecatombæonis (vt memoriæ tradidit Diodorus Periegetes) appulisset, vel quòd illi præcipuè hic numerus, qui ortus diceretur ex Neptuno, attribuendus esset: etenim Neptunum octauis celebrant. Numerus enim octenarius, qui tessara ex pari primus est, & primi quadrati geminus, propriam repræsentat stabilitatẽ & soliditatẽ virtutis illius dei quem Ἀσφάλιον *id est Stabilientem*, & Γαιήοχον *quò terram coërceat*, cognomine dicunt.

A καὶ διέφθειρεν. ἔνιοι δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ πεσεῖν φασι σφαλέντα μετὰ δεῖπνον, ὥσπερ εἰώθει, περιπατοῦντα. καὶ παραυτίκα μὲν οὐδεὶς ἔχειν αὐτοῦ λόγον οὐδένα τεθνηκότος· ἀλλὰ τῶν μὲν Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Μενεσθεύς. οἱ δὲ παῖδες ἰδιωτεύοντες Ἐλεφενόρι συνεστράτευσαν εἰς Ἴλιον. οὗ δὲ Μενεσθέως ἀποθανόντος, ἐπανελθόντες αὖθις τὴν βασιλείαν ἀπεκομίσαντο. χρόνοις δὲ ὕστερον Ἀθηναίοις ἄλλα τε παρέσχεν ὡς ἥρωα τιμᾶν Θησεύς, καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων, ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν, ὅτι τοὺς βαρβάρους φερόμενον. μετὰ δὲ τὰ

B Μηδικά, Φαίδωνος ἄρχοντος μαθομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνῄρει ἡ Πυθία τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ, καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. ὧν δὲ καὶ λαβεῖν ἀπορία, καὶ γνῶναι τὸν τάφον, ἀμιξίᾳ καὶ χαλεπότητι τῶν ἐνοικούντων βαρβάρων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κίμων ἑλὼν τὴν νῆσον, (ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται) καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν, ἀετοῦ τινα τόπον βουποιοῦντος (ὡς φασὶ) τῷ σώματι καὶ διαστέλλοντος τοῖς ὄνυξι, θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφορήσας, ἀνέσκαψεν. εὑρέθη δὲ θήκη τε μεγάλου σώματος, αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ, καὶ ξίφος. κομισθέντων δὲ τούτων ἐπὶ

C Κίμωνος ὅτι τῆς τριήρους, ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ. καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον. ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας, ὡς καὶ τοῦ Θησέως παρεστάλικοῦ τινος καὶ βοηθητικοῦ γενομένου, καὶ παραδεχομένου φιλανθρώπως τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις. θυσίαν δὲ ποιοῦσιν αὐτῷ τὴν μεγίστην ὀγδόῃ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ μετὰ τῶν νήπιων ἐκ Κρήτης ἐπανῆλθεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ὀγδόας τιμῶσιν αὐτόν, ἢ διὰ τὸ πρῶτον ἐκ Τροιζῆνος ἀφικέσθαι τῇ

D ὀγδόῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ὡς ἱστόρηκε Διόδωρος ὁ περιηγητής· ἢ νομίζοντες ἑτέρου μᾶλλον ἐκείνῳ προσήκειν τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ἐκ Ποσειδῶνος γεγενέσθαι λεγομένῳ. καὶ γὰρ Ποσειδῶνα τῇς ὀγδόας τιμῶσιν. ἡ γὰρ ὀγδοὰς, κύβος ἀπ' ἀρτίου πρῶτος οὖσα, καὶ τοῦ πρώτου τετραγώνου διπλασία, τὸ μόνιμον καὶ δυσκίνητον οἰκεῖον ἔχει τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως, ὃν Ἀσφάλιον καὶ Γαιήοχον προσονομάζομεν.

E

PLVTARCHI
Romulus.

INGENS Romæ nomen, quod gloria est apud omnes gentes decantatum, haud conuenit inter scriptores, à quo vrbs & qua de causa inuenerit. Sed Pe- 1. lasgos, quum maiorem partem percursassent orbis, plurimasq; deuicissent nationes, eam oram quidam authores sunt tenuisse, atque ex suo in armis robore, quod *ῥώμην Græci vocant*, vrbem Romam dixisse. Alii, 2. capta Troia, nonnullos profugos, quum naues essent nacti, ad Hetruriam vi ventorum expulsos, circa Tyberim amnem anchoras iecisse:

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
Ῥωμύλος.

Ὁ μέγα τῆς Ῥώμης ὄνομα, καὶ δόξῃ παρὰ πολλῶν ἀνθρώπων κεχωρηκὼς, ἀφ' ὅτου καὶ δι' ἣν αἰτίαν τῇ πόλει γέγονεν, οὐχ ὡμολόγηται παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν, ἀλλ' οἱ μὲν, Πελασγοὺς ὅτι πλεῖστα τῆς οἰκουμένης πλανηθέντας, 1. ἀνθρώπων τὸν πλείστων κρατήσαντας, αὐτόθι κατοικῆσαι, καὶ παρὰ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ῥώμην, οὕτως ὀνομάσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ, Τροίας ἁλισκομένης, παραφυγόντας οἴκοι καὶ πλοίων ἐπιτυχόντας, ὑπὸ πνευμάτων τῇ Τυρρηνίᾳ προσπεσεῖν φερομένους, καὶ περὶ τὸν Θύμβριν ποταμὸν ὁρμίσασθαι.

ταῖς δὲ γυναιξὶν αὐτῶν ἀπεγνωκυίαις ἤδη καὶ διεναγχετούσαις πρὸς τὸν θάλασσαν, ὑποθέσθαι μίαν, ἣ καὶ γνώμῃ πρεσβύχην καὶ φρένας ἐδόκει μάλιστα, Ῥώμην ὄνομα, κατεπρῆσαι τὰ πλοῖα. πραχθέντος δὲ τούτου, πρῶτον μὲν ἀγωνιᾶν τοὺς ἄνδρας, ἔπειτα δὲ ἀνάγκην ἱδρυθέντας περὶ τὸ Παλάτιον, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ κρεῖττον ἐλπίδος ἔπραττον, ἀγαθῆς πεπειραμένοι χώρας, καὶ δεχομένων αὐτοὺς τῶν πρωτοίκων, ἀνθ' ὧν τε τιμὴν ἀπονέμειν τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς, ὡς αἰτίας, προσαγορεύειν. ἐξ ἐκείνου τε παραμένειν λέγεται, τοὺς συγγενεῖς τὰς γυναῖκας καὶ οἰκείους ἄνδρας ἀσπάζεσθαι τοῖς στόμασι. καὶ γὰρ ἐκείνας, ὅτε τὰ πλοῖα κατέπρησαν, οὕτως ἀσπάζεσθαι καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοὺς ἄνδρας, δεομένας αὐτῶν καὶ παραιτουμένας τὸν ὀργήν. ἄλλοι δὲ Ῥώμην, Ἰταλοῦ θυγατέρα καὶ Λευκαρείας, οἱ δὲ, Τηλέφου τοῦ Ἡρακλέους, Αἰνείᾳ γαμηθεῖσαν· οἱ δ' Ἀσκανίου, τοῦ Αἰνείου, λέγουσι τοὔνομα θέσθαι τῇ πόλει, οἱ δὲ, Ῥωμύλον, Ὀδυσσέως παῖδα καὶ Κίρκης, οἰκίσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ, Ῥῶμον ἐκ Τρωίας ὑπὸ Διομήδους ἀποσταλέντα τὸν Ἡμαθίωνος· οἱ δὲ, Ῥῶμον Λατίνων τύραννον, ἐκβαλόντα Τυρρηνοὺς, τοὺς εἰς Λυδίαν μὲν ἐκ Θεσσαλίας, ἐκ δὲ Λυδίας εἰς Ἰταλίαν πεπλευκότας. οὐ μὴν οὐδ' οἱ Ῥωμύλον τῷ δικαιοπάτορι τῶν λόγων ἀποφαίνοντες ἐπώνυμον τῆς πόλεως, ὁμολογοῦσι περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ. οἱ μὲν γὰρ Αἰνείου καὶ Δεξιθέας τῆς Φόρβαντος υἱὸν ὄντα νήπιον εἰς Ἰταλίαν κομισθῆναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ῥῶμον· ἐν δὲ τῷ ποταμῷ πλημμυρούσῃ τὰ ἄλλα σκάφη διαφθαρέντων, ἐν ᾧ δὲ ἦσαν οἱ παῖδες, εἰς μαλακὸν ἀποκλινθέντος ὄχθου ἄβρεμα, σωθέντας ἀπροσδοκήτως, ὀνομασθῆναι Ῥῶμον. οἱ δὲ, Ῥώμην θυγατέρα τῆς Τρωάδος ἐκείνης Λατίνῳ τῷ Τηλεμάχου γαμηθεῖσαν, τεκεῖν τὸν Ῥωμύλον· οἱ δὲ, Αἰμυλίαν τὴν Αἰνείου καὶ Λαβινίας, Ἄρει συγγενομένην· οἱ δὲ μυθώδη πανταπασι περὶ τῆς γενέσεως διεξίασι. Ταρχετίῳ γὰρ Ἀλβανῶν βασιλεῖ, πανομοφτάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ φάσμα δαιμόνιον οἴκοι γενέσθαι. φανὲν γὰρ ἐκ τῆς ἑστίας διὰ χρόνου, καὶ θαυμάσαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. εἰ δὲ Τηθύος ἐν Τυρρηνίᾳ χρηστήριον, ἀφ' οὗ κομισθῆναι τῷ Ταρχετίῳ χρησμὸν, ὥστε συμμίξαι τῷ φάσματι παρθένον· ἔσεσθαι γὰρ ἐξ αὐτῆς παῖδα κλεινόπαλον ἀρετῇ καὶ τύχῃ καὶ ῥώμῃ διαφέροντα· φέρεσθαι δὲ τὸν μαντευμα τοῦ Ταρχετίου μιᾷ τῶν θυγατέρων, καὶ συγγενέσθαι τῷ φάσματι προσταξάντος, αὐτὴν μὲν ἀπαξιῶσαι, θεράπαιναν δὲ εἰς πέμψαι. τὴν δὲ Ταρχέτιον, ὡς ἔγνω, χαλεπῶς φέρουσαν, συλλαβοῦν μὲν ἀμφοτέρας ὑπὸ θανάτῳ· τὴν δ' Ἑστίαν ἰδόντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἀπαγορεύουσαν αὐτῷ τὸν φόνον, ἰσόν τινα παρεγγυῆσαι τὰς κόραις ὑφάνσιν δεδεμένας, ὡς ὅταν ἐξυφήνωσι, τότε δοθησομένας πρὸς γάμον. ἐκείνας μὲν οὖν δι' ἡμέρας ὑφάνσιν, ἑτέρας δὲ νύκτωρ, τοῦ Ταρχετίου κελεύοντος, ἀναλύειν τὸν ἰσόν. ἐκ δὲ τοῦ φανοῦ τῆς θεραπαινίδος τεκούσης δίδυμα, δοῦναι πινὶ Τερετίῳ τὸν Ταρχέτιον ἀνελεῖν κελεύσαντα. τὸν δὲ θεῖναι φέρεσθαι τοῦ ποταμοῦ πλησίον, εἶτα λύκαιναν μὲν ἐπιφοιτᾶν μαστὸν διδοῦσαν, ὄρνιθας δὲ πανταχοῦ τοῖς ῥωμίσμασι κομίζοντας, ἐπιθέναι τοῖς βρέφεσιν. ἄχρις οὗ βουκόλον ἰδόντα καὶ θαυμάσαντα, τολμῆσαι προσελθεῖν, καὶ ἀνελέσθαι τὰ παιδία. τοιαύτης δὲ τῆς σωτηρίας αὐτοῖς γενομένης, ἐκφανεῖσι ἐπιθέσθαι τῷ Ταρχετίῳ καὶ κρατῆσαι. ταῦτα μὲν οὖν Πεμαθίων

A vbi vxoribus eorum fatiscentibus, pelagique pertæsis iactationis, vnam quæ & genere clarior cæteris esse & præcellere mente videbatur, Romam nomine, vt classem incenderent suggessisse: id viros primùm ægrè tulisse. Deinde cùm necessariò sedes circa Palatium posuissent, & breui supra spem succederent omnia: quòd agri fertilitatem miram sentirent, reciperent etiam ipsos accolæ: cùm alios Romæ honores habuisse, tum verò eius vt authoris vrbi nomen indidisse. Inde posteris quoque morem perhibent traditum, vt propinquos fœminæ & viros suos salutent osculo: quòd illæ post classem B inflammatam deprecantes vitos & iram eorum mulcentes, ita eos salutauissent & amplexi essent. Sunt qui Itali & Leucariæ filiam Romam, sunt qui Telephi Herculis filii filiam Æneæ nuptam, alii Ascanii Æneæ filiam vrbi aiunt nomen dedisse: alii Vlyssis & Circes filium vrbem condidisse Romanam: alii Remum Æmathionis filium ab Diomede ex Troia missum: alii Remum Latinorum tyrannum, cùm eiecisset Hetruscos, qui in Lydiam ex Thessalia, ex Lydia commigrauerant in Italiam. Iam nec inter eos, qui probatissima adferunt, qui vrbi Romulum C contendunt nomen posuisse, de origine eius conuenit. Hi Æneæ ex Dexithea nata Phorbantis filium cum fratre Remo infantem admodum deportatum in Italiam fuisse. Cùm autem scaphæ reliquæ perissent amne effuso, illa verò, in qua pueri erant, ad ripam placidè delata lenem esset, præter spem saluos fuisse, atque ita eum locum Romam fuisse appellatum. Illi Romam fœminæ illius Troianæ filiam, quæ Telemachi filio nupta Latino fuit, Romuli matrem fuisse. Æmiliam alii Æneæ & Lauiniæ filiam ex Marte concepisse. Alii fabulosa planè de eius ortu re- D ferunt, spectrum Tarchetio Albanorum regi, homini teterrimo & sæuissimo, diuinum domi oblatum: Genitale ex foco eius masculini sexus extitisse, per multosque dies comparuisse, atque oraculo, quod in Hetruria Tethydis erat, responsum: vt virgo cum spectro coiret, ex qua filium virtute clarissimum, fortunaque & robore oriturum insignem. Hoc responsum Tarchetius cum vni ex filiabus exposuisset, iussissetque cum Genitali illo vt iungeret se: eam, quòd aspernaretur, summisisse ancillam. Tarchetium, vt resciuit, grauiter offensum, ambas in E vincula coniecisse, morte vindicaturum. Sed cum Vesta illi in somnio oblata, deterruisset eum à cæde, telam in vinculis texere puellas iussisse, ea lege vt ea detexta elocarentur: atque illas texuisse interdiu, nocte mandato Tarchetii alias retexere telam solitas. Cùm ancilla ex Genitali illo geminos esset enixa, Teratio cuidam Tarchetiam necandos tradidisse. Illum ad fluuii ripam eos exposuisse, lupam inde accurrentem lactasse, auesque diuersi generis alimenta minuta ori indidisse: bubulcum tandem re cum admiratione F conspecta accedere ausum, infantes sustulisse. Ad hunc modum eductos inuasisse eos Tarchetium, & superasse. Hæc Promathion

quidam in historia quam scripsit de rebus Italicis, retulit. Cæterum receptissimæ historiæ & à plurimis approbatæ, Peparethius Diocles præcipua quæque, princeps apud Græcos edidit, quæ in plerisque Fabius Pictor sequitur. Et quanquam hic quoque varient, vt breuibus tamen absoluam, illa huiuscemodi est. Ex Æneæ posteris, q. Albæ regnarunt, ad duos fratres regnum deuenit, Numitorem & Amulium. Vniuerso patrimonio ab Amulio in sortes diuiso duas, regnoque cum pecunia & aduecto Troia Thesauro comparato, sumpsit regnũ Numitor. Amulii cum essent ex argento quam Numitoris ampliores opes, facile eũ regno exuit: eiusque filiam, quo perpetuo cælibatu & virginitate liber ab huius partu foret, Vestæ sacerdotem legat, quam Iliam alii vocant, alii Ream: sunt & qui Syluiam. Non multo post deprehenditur contra Virginum Vestalium legem prægnans. Ne vltimo supplicio afficeretur, regis filia à patre precibus Antho obtinuit: in custodiam tamen, ne inscio Amulio pareret, data est & remota ab hominum consortio. Illa gemellos edidit mira corporis proceritate & specie. Qua re magis Amulius commotus imperat ministro vt eos exponat. Huic Faustulo quidem nomen: alii non huic, verum ei qui hos sustulit fuisse tradunt. Minister infantes imposuit alueo, atque expositurus eos descendit ad fluuium. quem inflatum cum cerneret & rapidũ, non est ausus accedere, sed ad proxima ripæ expositis, recessit. Fluuio euagato, suscipiens alueum aluuies, & leniter subuehens in loco destituit satis molli, Cermanum vocant nunc, quondam mea opinione Germanum à fratribus. Erat iuxta ficus quam Ruminalem dicebant, vt multorum est opinio, à Romulo: vel quia pecora ruminantia illic captabant vmbram, vel, quod maxime probatur, propter puerorum lactationem. Mammam enim vocabant Rumam prisci, & deam infantium educationis præsidem Rumiliam dicunt, eique sacrificium faciunt absque vino, in quo lac libant. Ad pueros ibi iacentes lupam tradunt lactantem cursum flexisse, & Picum Martium nutriendis & seruandis præsto fuisse. Marti ea animalia sacra habentur. Picum Martiũ præcipuo honore venerantur Latini. vnde puerperæ maior habita fides ex Marte peperisse se asseueranti. Quamuis deceptam ferant ab Amulio, qui armatus eam stuprauerat, in eam opinionem venisse. Sunt qui ferant nutricis nomen ex vocis ambiguitate fabulæ locum dedisse. Lupas enim Latini præter notam significationem etiam vocabant eas quæ corpus vulgabant: cuiuscemodi Faustuli vxorem puerorum nutritii fuisse Accam Laurentiam nomine. Huic etiam sacra Romani faciunt, & mense Aprili flamen Martialis libat, Laurentialia vocant festum. Alteram item colunt Laurentiam ex causa huiuscemodi. Herculis ædituus forte ocii fallendi causa, alea cum Deo ludere statuit hac lege, si vicisset, vt ille quippiam sibi conferret doni: victus vt deo ipse lautum epulum & concubitum præberet formosæ mulieris. In hanc legem, iacit pro Deo, inde pro se.

A τις, ἱστορίαν Ἰταλικὴν σύντακτα γραφέν, εἴρηκε. τὸν δ' πίστιν ἔχοντος λόγου μάλιστα καὶ πλείστοις μάρτυσι, τὰ μὲν κυριώτατα τοῦ τοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξέδωκε Διοκλῆς Πεπαρήθιος, ᾧ καὶ Φάβιος Πίκτωρ ἐν τοῖς πλείστοις ἐπακολουθήσε. γενήσεται δὲ καὶ τούτων ἕτεραι διαφοραὶ τύπῳ δ' εἰπεῖν, τοιοῦτός ἐστι· τῶν ἀπ' Αἰνείου γενομένων ἐν Ἄλβῃ βασιλέων εἰς ἀδελφοὺς δύο, Νομήτορα καὶ Ἀμούλιον, ἡ διαδοχὴ κατῆκεν. Ἀμούλιος δ' νείμαντος τὰ πάντα δίχα, τῇ βασιλείᾳ τὰ χρήματα καὶ τὸν ἐκ Τροίας κομισθέντα χρυσὸν αἰτηθέντος, εἵλετο τὴν βασιλείαν ὁ Νομήτωρ. ἔχων οὖν ὁ Ἀ-

B μούλιος τὰ χρήματα, καὶ πλέον ἀπ' αὐτῶν δυνάμενος τοῦ Νομήτορος, τήν τε βασιλείαν ἀφείλετο ῥαδίως, καὶ φοβούμενος ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γενέσθαι παῖδας, ἱέρειαν τῆς Ἑστίας ἀπέδειξεν, ἄγαμον καὶ παρθένον ἀεὶ βιωσομένην· ταύτην οἱ μὲν, Ἰλίαν, οἱ δὲ, Ῥέαν, οἱ δὲ, Σιλουίαν ὀνομάζουσι. φωραθεῖσα δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον κυοῦσα τοῦδε τὸν καθεστῶτα τῆς Ἑστίας νόμον. καὶ ὁ μὲν ἀπήκεσα μὴ παθεῖν αὐτὴν, ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ Ἀνθὼ παρητήσατο, δεηθεῖσα τοῦ πατρός· εἴρχθη δὲ, καὶ δίαιταν εἶχεν ἀνεπίμικτον,

C ὅπως μὴ λάθῃ τεκοῦσα τὸν Ἀμούλιον. ἔτεκε δὲ δύο παῖδας ὑπερφυοῦς μεγέθει καὶ κάλλει. δι' ὃ καὶ μᾶλλον ὁ Ἀμούλιος φοβηθεὶς ἐκέλευσεν αὐτοῖς ὑπηρέτην λαβόντα ῥίψαι. τοῦτον ἔνιοι Φαιστύλον ὀνομάζεσθαι λέγουσιν, οἱ δ' οὐ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν ἀνελόμενον. ἐνθέμενος οὖν εἰς σκάφιον τὰ βρέφη, κατέβη μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς ῥίψων, ἰδὼν δὲ κατιόντα πολλῷ ῥεύματι καὶ τεταχυόμενον, ἔδεισε προσελθεῖν. ἐγγὺς δὲ τῆς ὄχθης καταθεὶς, ἀπηλλάττετο. τοῦ δ' ποταμοῦ κατακλύζοντος, ἐπλημμυρεῖ τὸ σκάφιον ὑπολαβοῦσα καὶ

D μετεωρίσασα πρῴως, κατέθηκεν εἰς χωρίον ἐπιεικῶς μαλθακὸν, ὃ νῦν Κερμανὸν καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανὸν, ὡς ἔοικεν· ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, Γερμανοὺς ὀνομάζουσιν. ἐν δὲ πλησίον ἐλαιεὼς, ὃν Ῥωμινάλιον ἐκάλουν, ἢ διὰ τὸν Ῥωμύλον (ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν) ἢ διὰ τὰ μηρυκώμενα τῶν θρεμμάτων ἐκεῖ διὰ τὸ σκιὰν ἐν διάζειν, ἢ μάλιστα διὰ τὸν τῶν βρεφῶν θηλασμόν, ὅτι τὸ τε θηλὺ ῥύμαν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, καὶ θεόν τινα τῆς ἐκτροφῆς τῶν νηπίων ἐπιμελῆ δοκοῦσαν, ὀνομάζουσι Ῥωμυλίαν, καὶ θύουσιν αὐτῇ νηφάλια, καὶ γάλα τοῖς ἱερεῖς ἐπιτείνουσιν. ἐνταῦθα δ' τοῖς βρέφεσι κειμένοις τήν τε λύκαιναν ἱστοροῦσι θηλαζομένην, καὶ δρυοκολάπτην τινὰ παρεῖναι συνεκτρέφοντα καὶ φυλάττοντα. νομίζεται δὴ Ἄρεος ἱερὰ τὰ ζῶα· τὸν δ' δρυοκολάπτην καὶ διαφερόντως Λατῖνοι σέβονται καὶ τιμῶσιν. ὅθεν οὐχ ἧκιστα πίστιν ἔχειν ἡ τεκοῦσα τὰ βρέφη, τέκεν ἐξ Ἄρεος φάσκουσα. καὶ τοι τοῦ τὸ παθεῖν αὐτὴν ἐξαπατηθεῖσαν λέγουσιν, ὑπὸ τοῦ Ἀμουλίου διαφθαρεῖσαν, ἐν ὅπλοις ἐπιφανέντος αὐτῇ καὶ σὺν βιασαμένου. οἱ καὶ, τοιοῦτόν τι τρόπον δι' ἀμφιβολίαν ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκτρέπουσι τὴν φήμην παρεμβεῖν. λύκας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λατῖνοι τοῦ τε θηλείας τὰς λυκαίνας, καὶ τοῦ γυναικῶν τὰς ἑταιρούσας. εἰ δ' τοιαύτην τοῦ

F Φαιστύλου γυναῖκα τοῦ τὰ βρέφη θρέψαντος, Ἄκκαν Λαρεντίαν ὄνομα. ταύτῃ δ' καὶ θύουσι Ῥωμαῖοι, καὶ χοὰς ἐπιφέρει τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς αὐτῇ ὁ τοῦ Ἄρεος ἱερεὺς, καὶ Λαρεντίαν καλοῦσι τὴν ἑορτήν. ἑτέραν δὲ τιμῶσι Λαρεντίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης· ὁ νεωκόρος τοῦ Ἡρακλέους ἀλύων (ὡς ἔοικεν) ὑπὸ

χολῆς προὔθετο πρὸς τὸν θεὸν διακυβεύειν, ὑποειπὼν ὅτι νικήσας μὲν αὐτὸς, ἕξει τι παρὰ τοῦ θεοῦ χρηστόν·

κτήσηθεὶς δὲ τῷ θεῷ τράπεζαν ἄφθονον παρέζει, καὶ γυναῖκα καλὴν συναναπαυσομένην. ὅθεν τούτοις, τὰς μὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ πιθεὶς, τὰς δ' ὑπὸ αὐτοῦ ψήφοις, ἀνεφάνη νικώμενος. βουλόμενος δὲ βαλόμενος, καὶ δικαίως ἐμμένειν τοῖς ὁμολογεῖσι, δεῖπνόν τε τῷ θεῷ παρεσκεύασε, καὶ τὴν Λαρεντίαν οὖσαν ὡραίαν, οὔπω δὲ ὁπτιφανῆ μεμαθηκότα, εἰσίασεν ἐν τῷ ἱερῷ κλίνην ὑποστορέσας. καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον συνεῖρξεν, ὡς δὴ τοῦ θεοῦ ἔξοντος αὐτήν. καὶ μέντοι καὶ τὸν θεὸν ἐντυχεῖν λέγεται τῇ γυναικὶ, καὶ κελεῦσαι βαδίζειν ἕωθεν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, καὶ τὸν ἀπαντήσαντα πρῶτον, ἀσπασαμένην ποιεῖσθαι φίλον. ἀπήντησεν οὖν αὐτῇ τῶν πολιτῶν ἀνὴρ ἡλικίας τε πόρρω ἥκων, καὶ συνειληχὼς οὐσίαν ἱκανήν· ἄπαις δὴ καὶ βεβιωκὼς ἄνευ γυναικὸς, ὄνομα Ταρρούτιος. οὗτος ἔγνω τὴν Λαρεντίαν, καὶ ἠγάπησε, καὶ τελευτῶν ἀπέλιπε κληρονόμον ὅθεν πολλοῖς καὶ καλοῖς κτήμασιν, ὧν ἐκείνη τὰ πλεῖστα τῷ δήμῳ κατὰ διαθήκας ἔδωκε. λέγεται δὲ αὐτὴν ἔνδοξον οὖσαν ἤδη, καὶ θεοφιλῆ νομιζομένην, ἀφανῆ γενέσθαι περὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐν ᾧ καὶ τὴν πρότερον ἐκείνην Λαρεντίαν κεῖσθαι. καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Βήλαυρον, ὅτι τοῦ ποταμοῦ πολλάκις ὑπερχομένου, διεπεραιοῦτο πορθμίοις κατ' τοῦτο τὸ χωρίον εἰς ἀγορὰν. τὴν δὲ πορθμίαν, βηλωτοῦρον καλοῦσιν. ἔνιοι δὲ λέγουσι τὴν εἰς τὸν ἱππόδρομον φέρουσαν ὁδὸν ἀγορᾶς πάροδον ἱππίοις καταπεταννύναι τοῖς τῶν θεῶν παρέλεγον, ἐντεῦθεν ἀρχομένης. Ῥωμαϊστὶ δὲ τὸ ἱππίον βῆλον ὀνομάζουσι. διὸ καὶ τὰ μὲν ἔχει τιμὰς ἡδυτέρας Λαρεντία παρὰ Ῥωμαίοις. τὰ δὲ βρέφη Φαυστύλος Ἀμουλίου συφορβὸς ἀνείλετο λαθὼν ἀπήνας· ὡς δ' ἔνιοι φασὶ τῶν εἰκόνων ἐρόμενοι μᾶλλον, εἰδότος τοῦ Νομήτορος καὶ συγχωρήσαντος ἐφάς χρύφα τοῖς τρέφουσι. καὶ γράμματα λέγονται καὶ τἄλλα μεμαθάνειν οἱ παῖδες εἰς Γαβίους κομισθέντες, ὅσα χρὴ τοὺς εὖ γεγονότας. κληθῆναι δὲ καὶ τούτους ἀπὸ τῆς θηλῆς ἱστοροῦσι Ῥωμύλον καὶ Ῥῶμον, ὅτι θηλάζοντες ὤφθησαν ὑπὸ θηρίου. ἡ μὲν οὖν ἐν τοῖς σώμασιν εὐγένεια, καὶ νηπίων ὄντων εὐθὺς ἐξέφαινε μεγέθει καὶ ἰδέᾳ τὴν φύσιν. αὐξόμενοι δὲ, θυμοειδεῖς ἦσαν ἀμφότεροι καὶ ἀνδρώδεις, καὶ φρονήματα πρὸς τὰ φαινόμενα δεινὰ, καὶ τόλμαν ὅλως ἀνέκπληκτον ἔχοντες· ὁ δὲ Ῥωμύλος γνώμῃ τε χρῆσθαι μᾶλλον ἐδόκει, καὶ πολιτικὴν ἔχειν σύνεσιν, ἐν ταῖς περὶ νομὰς καὶ κυνηγίας πρὸς τοὺς γειτνιῶντας ἐπιμιξίαις, πολλὴν ἑαυτοῦ παρέχων κατανόησιν ἡγεμονικοῦ μᾶλλον ἢ πειθαρχικοῦ φύσει γεγενότος. διὸ τοῖς μὲν ὁμοφύλοις ἢ ταπεινοτέροις προσφιλὴς ἦσαν, ὑπερόπτας δὲ καὶ διόπτους βασιλικοὺς καὶ ἀγελάρχας, ὡς μηδὲν αὐτῶν ἀρετῇ διαφέροντας, ὑπεφρονοῦντες, οὔτ' ἀπειλῆς ἐφρόντιζον, οὔτε ὀργῆς. ἐχρῶντο δὲ διατριβαῖς καὶ διαίταις ἐλευθερίοις, καὶ τὴν φροντὶν ἐλευθέριον ἡγούμενοι καὶ τὴν ἀπονίαν, ἀλλὰ γυμνάσια καὶ θήρας καὶ δρόμους, καὶ τὸ λῃστὰς ἀλέξασθαι, καὶ κλέπτας ἐλεῖν, καὶ βίας ἐξελέσθαι τοῖς ἀδικουμένοις. ἐπὶ δὴ διὰ ταῦτα πρεσβύτοι. θυμωθέντος δέ τινος πρὸς τοὺς Νομήτορος βουκόλους τοῖς Ἀμουλίου διαφορᾶς, καὶ βοσκημάτων ἐλάσεως οὐκ ἀναχώρησιν, συλήσαντες μὲν αὐτοὺς καὶ τρέψαντες, ἀποτίμησιν δὲ τῆς λείας συχνὴν. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Νομήτορος, ὠλιγώρουν· σιωπῇ δὲ καὶ προσεδέχοντο πολλοὺς μὲν ἀπόρους, πολλοὺς δὲ δούλους, θράσει ἀποσπασθὲν καὶ φρονήματος ἀρχὰς ἐνδιδόντες· τοῦ Ῥωμύλου πρός τινα θυσίαν ἀποτραπομένου (καὶ γὰρ ἦν φιλοθύτης καὶ μαντικὸς) οἱ τοῦ Νομήτορος βοτῆρες τῷ Ῥώμῳ μετ' ὀλίγον βαδίζοντι προστυχόντες ἐμάχοντο.

A Victus cum ſtare pactis, & conditioni vellet conuentæ ſatisfacere: cœnam Deo inſtruxit, Laurentiamque formoſam puellam nondum famoſam mercede pactus, inuitauit. Lectum ei ſtrauit in templo, qua vt Deus potiretur, eo in loco concluſit illam. Fama tenet Herculem cum puella congreſſum, iuſſiſſe ei ad forum mane ſe conferret, & in quem incidiſſet primum, eum oſculo dato amicitia ſibi iungeret. Occurrit ei quidam ex ciuibus magno natu & opulentus Terrutius, liberis orbus, qui hactenus ætatem in cælibatu egerat. Hic Laurentiam complexus eſt ac dilexit, multorumque & lautorum prædiorum reliquit moriens
B hæredem, quæ illa plæraq; populo legauit. Hæc cum iam celebri nomine eſſet atq; à Deo dilecta, traditur ex hominum ablata conſpectu, quo loco prior Laurentia humata eſt. Velabrum nunc vocant ex eo, quod in crebris fluuii exundationibus traiectus eo loco in forum eſſet. Traiectum velaturam vocant. Alii deducunt à velo: quod qui munus populo exhibent, inde velis viam, quæ à foro fert in in circum maximum, adumbrent. Hac de cauſa Laurentia altera apud Romanos colitur.
C Fauſtulus infantes, regius ſubulcus, clã omnibus ſuſtulit. Alii veritati conſona magis referunt, conſcio Numitore, & alimenta ſuppeditante ſecreto nutritiis, pueros literis omnique liberali diſciplina Gabiis inſtitutos: qui tradunt præterea, quia ſugentes viſi eſſent lupam, à papilla Romulum & Remum vocatos. Horum ilico in prima etiam ætate corporis præſtantia indolem ex proceritate & forma oſtendit: & quum adoleſcerent, acres ambo & fortes, atque ad obiecta pericula magnanimi fuerunt planeque intrepidi. Romulus tamen
D præcellentior conſilio & ciuili prudentia habebatur, in paſcendo venandoque, vicinis quibuſcum haberet commercium, magnam de ſe opinionem præbens, ad imperandum ſe quam ad parendum natum potius eſſe. Itaque popularibus & humilioribus grati eſſe, villicos regios, procuratores & pecoris magiſtros, vt nihilo ſe præcellentiores contemnere, nec minis eorum moueri vel ira: in ſermonibus & ſtudiis liberalibus frequentes eſſe, ab otio & inertia, vt re ſordida, abhorrentes: amplecti autem labores, venationem, curſus: facere in latrones impetum, & afflictos ab iniuria vindicare.
E Hinc adoleſcentibus magnum nomen. Exorta aliquando inter Numitoris & Amulii paſtores contentione, pecoribusque abactis à Numitoris bubulcis, non tulerunt eam iniuriam, ſed ceciderunt eos & in fugam verterunt, exueruntque magna ex parte præda, nihil Numitoris morati indignationem. Gregem inde inopum & ſeruorum cogunt recipiuntque, vt res iis autoribus ſpectare ad defectionem & audax facinus videretur. Quum eſſet autem ſacrificandi & augurandi Romulus ſtudioſus, eo forte in ſacrificio occupato, inuadunt Numitoris paſtores iter cum paruo comitatu facientem Remum.
F

Dum ictus & vulnera vtrinque inferuntur, vincunt Numitoris paſtores, ac Remum capiunt. Raptum ad ſe & accuſatum Numitor, quia iram verebatur fratris, ipſe non puniuit, ſed profectus ad illum, vltionem poſtulauit, qui frater eſſet regis, violatus ab ipſius famulis. Rei indignitas quum etiam Albanos motos eius dignitate afficeret, adductus eſt Amulius, vt Remũ fratri ad ſupplicium dederet. Adoleſcente domum ducto, corporis eximiam præter cæteros ſpeciem & robur miratus, ſimul animaduerſa in vultu audacia & confidentia animi, imperterritaq; & inuicta præſenti periculo conſtantia: facta deinde & geſta eius audiens, eaque cum corpore & animo comparans, ad caput magnarum rerum, Deo haud dubio imprimis præſente & autore perducitur: ac ſtudio veritatis, forte fortuna rogauit, qui ſit quæue eius origo, comique alloquio & humano intuitu ſpem cum fiducia dat. Ille intrepide, Nihil (inquit) te celabo: namque regio animo magis mihi videris quam Amulius eſſe, qui ante audias & quæras quam damnes: ille dedit inauditos. Primum regis miniſtrorum Fauſtuli & Laurentiæ filios credidimus nos: gemini ſumus. Verum vt accuſati apud te ſumus & calumnia circumuenti, de vita vt periclitemur, mira de nobis intelligimus. Certane ſint, præſens apparet periculum decreturum. Conceptum noſtrum prodigioſum accipimus, iucunabula & lactationem infantium etiam magis nouam. Aues enim & feræ, quibus obiecti eramus, imprimis lupa & picus Martius, quum ad magnum fluuium in alueo iaceremus, minutis cibariis nos nutrierunt. Exſtat alueus & ſaluus eſt, æneis vinculis circumductus, literis inſcriptus exoleſcentibus, quæ parentibus eſſent interitus noſtri inutilia indicia. Numitoris ad verba & ætatem ex facie elucentem, tempus comparantis blanda ſpes animum tetigit, ſubiitque cura quemadmodum cum filia, quæ in arcta adhuc detinebatur cuſtodia, remotis arbitris ageret de his. At Fauſtulus, vt captum Remum & deditum accepit, Romuli implorat opem, eiq; tandẽ veram originem ipſius aperit, quam obſcure ante & obiter hactenus indicauerat, quatenus illis (ſi animum aduerterent) animos facere poſſet. Simul temporis neceſſitate feſtinabundus & perculſus, cum alueo contendit ad Numitorem. Venit autem in ſuſpicionem regię ad portam ſtationi: & quum oculos in eum intenderent, atq; ille trepidaret ad interrogata, detectus eſt quem pallio operuerat alueus. Erat forte inter eos quidam ex illis qui proiiciendos acceperant pueros, & exponendis interfuerant. Hic vt alueũ aſpexit, agnouit eum ex forma & literis, remq; ſuſpicione attigit, quam non neglexit, ſed aperuit regi, & ad quæſtionem vocauit. Tantis & tam multis circumuentus periculis, non omnino Fauſtulus infractus ſtetit, neq; omnia tamen expreſſa ei fuere. Pueros ergo eſſe fatetur ſuperſtites, ſed procul Alba paſcere. Alueum ſe ad Iliam ferre, quæ & certiorem de liberis ſpem videre, & contrectare eum ſæpe cupierat. Id quod vſu venire perplexis ſolet, & illis qui metum vel iram in conſilium adhibent,

ἡ ὃ περὶ τὰς ᾠδὰς καὶ τὰ μέλη παίδευσις οὐχ ἧττον ἐσπουδάζετο τῆς ἐν τοῖς λόγοις δεξιότητος καὶ καθαριότητος· ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη κέντρον εἶχεν ἐγερτικὸν θυμοῦ, καὶ παρακλητικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους καὶ πραγματικῆς· καὶ ἡ λέξις ἐπὶ ἀφελὴς καὶ ἄδρυπτος ὑπὲρ πράγματα σεμνοῖς καὶ ἠθοποιοῖς. ἔπαινοι γὰρ ἦσαν ὡς τὰ πολλὰ τῶν τεθνηκότων ὑπὲρ τῆς Σπάρτης, εὐδαιμονιζομένων· καὶ ψόγοι τῶν δεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν καὶ κακοδαίμονα βιοτεύοντων βίον· ἐπαγγελία τε καὶ μεγαλαυχία πρὸς ἀρετὴν, πρέπουσα ταῖς ἡλικίαις, ὧν (ἕνεκα δείγματος) οὐ χεῖρόν ἐστιν ἕν τι παρενεγκαῖν. τριῶν γὰρ χορῶν κατὰ τὰς τρεῖς ἡλικίας συνιστάμενον ἐν ταῖς ἑορταῖς. ὁ μὲν τῶν γερόντων, ἀρχόμενος ἦδεν, Ἄμμες ποκ' ἦμες δὴ κιμοι νεανίαι· ὁ δὲ τῶν ἀκμαζόντων ἀμειβόμενος ἔλεγεν, Ἄμμες γ' εἰμί· αἰ δὲ λῆς, πεῖραν λάβε· ὁ δὲ τρίτος, ὁ τῶν παίδων, Ἄμμες δέ γ' ἐσόμεθα πολλῷ κάρρονες. ὅλως δὲ αὐτὸς ἐπιτρέψας τοῖς Λακωνικοῖς ποιήμασιν, ὧν ἐπὶ καθ' ἡμᾶς ἔνια διεσώζετο, καὶ τοὺς ἐμβατηρίους ῥυθμοὺς ἀναλαβὼν, οἷς ἐχρῶντο πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις, οὐ κακῶς ἡγήσαιτο, καὶ τὸν Τέρπανδρον καὶ τὸν Πίνδαρον τὼ ἀνδρείαν τῇ μουσικῇ συνάπτειν. ὁ μὲν γὰρ ὅτως πεποίηκε περὶ τῶν Λακεδαιμονίων,

Ἐνθ' αἰχμά τε νέων θάλλει καὶ μοῦσα λίγεια,
Καὶ δίκα εὐρυάγυια.

Πίνδαρος δέ φησιν,

Ἔνθα βουλαὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἔρις εὐόντων αἰχμαί, καὶ χορεοὶ καὶ μοῦσαι καὶ ἀγλαΐαι. μουσικωτάτοις γὰρ ἅμα καὶ πολεμικωτάτοις ἀποφαίνουσιν αὐτούς. Ἔρπει γὰρ αὐτὰ τοῦ σιδήρου καλῶς κιθαρίσδειν, ὡς ὁ Λακωνικὸς ποιητὴς εἴρηκε. καὶ γὰρ ἐν ταῖς μάχαις προεθύετο τῇ μούσαις ὁ βασιλεύς, ἀναμιμνήσκων (ὡς ἔοικε) τῆς παιδείας καὶ τῆς κρίσεως, ἵνα ὡς πρόθυμοι πρὸς τὰ δεινὰ, καὶ λόγου τινὸς ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις τῶν μαχομένων. ποτὲ δὲ καὶ τοῖς νέοις τὰ σκληρότατα τῆς ἀγωγῆς ἐπανιέντες, οὐκ ἐκώλυον καλλωπίζεσθαι περὶ κόμην, καὶ κόσμον ὅπλων καὶ ἱματίων, χαίροντες ὥσπερ ἵπποις γαυριῶσι καὶ φρυαττομένοις πρὸς τοὺς ἀγῶνας. διὸ κομῶντες εὐθὺς ἐκ τῆς τῶν ἐφήβων ἡλικίας, μάλιστα περὶ τοὺς κινδύνους ἐκπρεπέστερον τὸν κόμην, λιπαρόν τε φαίνεσθαι καὶ διαχεριμένον· ἀπομνημονεύοντές τινα καὶ Λυκούργου λόγον περὶ τῆς κόμης, ὅτι τοὺς μὲν καλοὺς εὐπρεπεστέρους ποιεῖ τοὺς δὲ αἰσχροὺς, φοβερωτέρους. ἐχρῶντο δὲ καὶ γυμνασίοις μαλακωτέροις πρὸς τὰς στρατείας· καὶ τὸν ἀγῶνα διαπτῶν οὐχ οὕτω κεκολασμένον οὐδὲ ἐπαχθύνον τοῖς νέοις παρεῖχον, ὥστε μόνοις αὐθέφτων ἐκείνοις τῆς εἰς τὸν πόλεμον ἀσκήσεως ἀνάπαυσιν εἶναι τὸν πόλεμον. ἤδη δὲ σωστιζομένης ἅμα τῆς φάλαγγος αὐτῶν, καὶ τῶν πολεμίων παρόντων, ὁ βασιλεὺς ἅμα τὸν τε χίμαιραν ἐσφαγιάζετο, καὶ στεφανοῦσθαι παρήγγελλε πᾶσι, καὶ τοὺς αὐλητὰς αὐλεῖν ἐκέλευε τὸ καστόρειον μέλος· ἅμα δὲ ἐξῆρχεν ἐμβατηρίου παιᾶνος. ὥστε σεμνὸν ἅμα καὶ καταπληκτικὸν τὸ ὄψιν εἶναι, ῥυθμῷ τε πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπιβαινόντων, καὶ μήτε θράσσαμα ποιούντων ἐν τῇ φάλαγγι, μήτε ταῖς ψυχαῖς θορυβουμένων, ἀλλὰ πρᾴως καὶ ἱλαρῶς ἐπὶ τὰ μέλεσι ἀγομένων ἐπὶ τὸν κίνδυνον. ὅτε γὰρ φόβον ὅτε θυμὸν ἐκπλήττεσθαι πλεονάζοντα τοῖς οὕτω θραττομένοις εἰκός ἐστιν, ἀλλ' εὐσταθὲς φρόνημα μετ' ἐλπίδος καὶ θράσους, ὡς τοῦ θεοῦ συμπαρόντος. ἐχώρει δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἔχων μὲν ἑαυτῷ στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότα.

καὶ φασὶ γέ τινα, χρημάτων πολλῶν ἐν ὀλυμπίοις διδο- A
μένων αὐτῷ, μὴ δεξάμενον, ἀλλὰ πολλῷ πόνῳ καταπαλαί-
σαντα τὸν ἀνταγωνιστὴν, ὥς τις εἴπεν αὐτῷ, Τίσι πλέον, ὦ
Λάκων, γέγονεν ἀπὸ τῆς νίκης; Φθάσαι μειδιάσαντα, Πρὸ
τοῦ βασιλέως τεταγμένος μαχοῦμαι τοῖς πολεμίοις. Δε-
ξαμένοι δὲ καὶ νικήσαντες ἐδίωκον, ὅσον ἐμβεβαιώσασθαι τὸ
νίκημα τῇ φυγῇ τῶν πολεμίων, εἶτα αὖθις ἀνεχώρουν, οὔτε
θηναῖον οὔτε Ἑλληνικὸν ἡγούμενοι, κόπτειν καὶ φονεύειν ἀπο-
λελυμένους καὶ τοῦ δικαιοχωρήσαντας. ἐν δὲ οὐ μόνον καλὸν τοῦ-
το καὶ μεγαλόψυχον, ἀλλὰ καὶ χρήσιμον. εἰδότες γὰρ οἱ μα B
χόμενοι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι τοὺς ὑφισταμένους ἀναιροῦσι, φεύ-
γοντας δὲ τῶν ἐνδιδόντων, τοῦ μὲν φεύγειν ἡγοῦντο λυσι-
τελέστερον. αὐτὸν δὲ τὸν Λυκοῦργον Ἱππίας μὲν ὁ Σοφιστὴς
πολεμικώτατον φησὶ γενέσθαι, καὶ πολλοὺς ἔμπειρον στρα-
τιῶν· Φιλοστέφανος δὲ καὶ τὴν κατ' οὐλαμοὺς τῶν ἱππέων
διαιρεμένην Λυκούργῳ προστίθεσιν. εἶναι δὲ τὸν οὐλαμὸν (ὡς
Δάφιος συγγέγραπται) ἱππέων πεντήκοντα τὸ πλῆθος ἐν τε-
τραγώνῳ σχήματι τεταγμένων. ὁ δὲ Φαληρεὺς Δημήτριος,
σπονδὰς ἀναιμοῦν πολεμικῆς τάξεως, ἐν εἰρήνῃ κα- C
ταστῆσαι τὴν πολιτείαν. ἔοικε δὲ καὶ τῆς ὀλυμπιακῆς ἐκε-
χειρίας ἡ βάσις οἷα, πρᾶγμα καὶ πρὸς εἰρήνην ἔχοντος οἰκεί-
ως ἀνδρὸς εἶναι. καίτοι φασί τινες (ὡς Ἑρμιππος μνημονεύει)
τὸν Λυκοῦργον οὐ παρεστῆναι οὐδὲ κοινωνῆσαι ἐν ἀρχῇ τοῖς
περὶ τὸν Ἶφιτον, ἀλλὰ τυχεῖν ἄλλως ἐπιδημοῦντα καὶ
θεωμένον· ἀκοῦσαι δὲ φωνῆς ὥσπερ ἀνθρώπου τινὸς ἐξόπι-
σθεν ἐπιτιμῶντος αὐτῷ, καὶ θαυμάζοντος ὅτι τοὺς πολίτας οὐ
παρέπεται κοινωνοῦντας τῆς πανηγύρεως. ὡς δὲ μεταστραφέν-
τος, οὐδαμοῦ φανερὸς ὁ φθεγξάμενος ἦν, θεῖον ἡγησάμενον,
οὕτω πρὸς τὸν Ἶφιτον βαπέσθαι, καὶ συνδιαχρησάμενα
τὴν ἑορτὴν, ἐνδοξοτέραν καὶ βεβαιοτέραν καταστῆσαι. ἡ δὲ D
παιδεία μέχρι τῶν ἐνηλίκων διέτεινεν· οὐδεὶς γὰρ ἦν ἀφε-
μένος ὡς ἐβούλετο ζῆν, ἀλλ' οἷς ἐν στρατοπέδῳ τῇ πόλει καὶ
διαιτᾶν ἔχοντες ὠειρομένοις, καὶ δεδιττεῖν πρὸς τὰ κοινά,
καὶ ὅλως νομίζοντες οὐχ αὑτῶν ἀλλὰ τῆς πατρίδος εἶναι διε-
τέλουν· εἰ μὴ τι πρᾶξαι εἴη ἕτερον παρεσκευασμένον, ἐπι-
σκοποῦντες τοὺς παῖδας, καὶ διδάσκοντές τι τῶν χρησίμων,
ἢ μανθάνοντες αὐτοὶ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ γὰρ ἔνι
τοῦτο τῶν καλῶν καὶ μακαρίων ἃ παρεσκεύασε τοῖς ἑ-
αυτοῦ πολίταις ὁ Λυκοῦργος, ἀργοῦσι χρῆσθαι, οἷς τέχνης μὲν
ἅπτεσθαι βαναύσου τὸ παράπαν οὐκ ἐφιέτο· χρηματισμοῦ E
δὲ συναγωγὴν ἔχοντος ἐργώδη καὶ πραγματείαν, οὐδὲ ὁ-
λιγωρεῖν ἔδει, ἀλλὰ δεινὸν ἦν τὸν πλοῦτον ἄζηλον γεγονέναι καὶ
ἄτιμον. οἱ δὲ εἵλωτες αὐτοῖς ἐργάζοντο τὴν γῆν, ἀποφορὰν
τὴν εἰρημένην τελοῦντες. ἐπιδημοῦντα δέ τις Ἀθηναῖος
δικαστηρίων ὄντων, καὶ πυθόμενος τινὰ δίκην ἀργίας ὠφλη-
κότα, βαδίζειν ἀθυμοῦντα, καὶ προπεμπόμενον ὑπὸ τῶν
φίλων συναχθομένων καὶ βαρέως φερόντων, ἐρέσθαι δέ-
ξαι τοὺς συμπαρόντας αὐτῷ, τίς ἐστιν ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐλε-
γκτικὸς δίκην. οὕτω δουλοπρεπεῖς ἡγοῦντο τὴν περὶ τὰς
τέχνας καὶ τὸν χρηματισμὸν ἀσχολίαν. δίκαι δὲ, ὡς εἰ- F
κὸς, ἐξέλιπον ἅμα τῷ νομίσματι, μήτε πλεονεξίας μή-
τε ἀπορίας αὐτοῖς παρούσης, ἰσότητος δὲ ἐν εὐπορίᾳ, καὶ
ῥαστώνης δι' εὐτελείαν γεγενημένης. χορεῖαι δὲ καὶ θυσίαι
καὶ εὐωχίαι, καὶ διατριβαὶ πρός τε θήρας καὶ γυμνάσια καὶ λέσχας, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐπεχωρίαζον, ὅτε
μὴ στρατεύοιμεν τύχοιεν. οἱ μὲν γε νεώτεροι τριάκοντα ἔτη τὸ παράπαν οὐ κατέβαινον εἰς ἀγορὰν,

A Ac referunt, quendam, quum offerretur ei Olympiis grandis pecunia, nõ accepisse eam: sed vt magno labore superauit aduersarium lucta, & quispiam diceret ei, Quò tibi hæc Lacon victoria? occurrisse subridẽtem, *Ante regem in acie consistens cum hostibus decertabo.* Fusos fugatosq; hostes hactenus consectabantur dum fuga eorum confirmassent victoriam, mox receptui canebant: cędere & contrucidare fractos & manus dantes, neque generosum rati neq; Græcis dignum. Erat id non præclarum modò & celsi animi, sed cõducibile quoque.
B Nanq; certi qui manus cum iis conserebant, occidere eos si qui subsisterent, terga vertentibus parcere: fugam capessere, quàm in acie manere ducebant commodius. Ipsum Lycurgum Hippias sophista insignem bello virum ostẽdit fuisse, multisque interfuisse expeditionibus. Philostephanus etiam equitum in vlamos contributionem adscribit Lycurgo. Vlamum autẽ esse (vt ille descripsit.) quinquagenum equitũ quadrata acie instructam turmam. Demetrius verò Phalereus rudem rei militaris pacatam constituisse remp. Sane videtur induciarum Olympiacarum inuentum placidi &
C quieti viri esse. Et quidem dictitant nonnulli (vt Hermippus meminit) non incubuisse initio in eam illum rem, neque eo in consilio socium fuisse Iphiti, sed quum casu eò venisset & esset spectator, vocem ibi à tergo velut hominis ei accidisse increpantis eum, & mirantis cur ciues suos ad concelebrandum illud solenne non excitaret: conuersum, vbi nusquam comparuit, qui fuerat loquutus diuinam vocem esse ratum. Itaq; ad Iphitum se aggregasse, sociumq; cõcinnandi festi clarius id & solidius effecisse. Disciplina eò vsq; pertinebat, dum adulti essent. Nemini enim licebat
D pro arbitrio suo viuere, sed in vrbe sicut castris stata erat vitæ lex, & in rep. occupatio: prorsusque in animum induxerant patriæ se non sibi ipsos esse natos. Itaq; perpetuò, ni aliud esset iniunctum, inspectabant pueritiam aut docebant, quod ex vsu foret, aut accipiebant ipsi a maioribus. Siquidem inter cætera bona & felicitatem, quæ ciuibus suis parauit Lycurgus, vnũ fuit copia otii, quibus sordidis artibus erat in totum interdictum. Pecuniam quærere, quæ magno labore & negotio accumulatur, quòd iacerẽt planè sordescerentq; diuitiæ, non operæ erat. Ilotes colebant iis agrum, vectigal quod ante diximus, pensitantes. Venerat
E quidam Athenis quum iudicia agerentur, hic quũ intellexisset quempiam otii damnatum mœstum discedere, & necessarios qui eum prosequebantur, vicem eius dolere, & grauiter angi rogauit eos qui vna aderant, vt sibi ostenderent quisnam ille ingenuæ noxæ iudicatus esset: adeo seruilem habebant ineptam in artificiis & quæstu districtionem. Iudicia nimirum vna emigrauerant cum nummis: quia neque affluentia inter eos neque indigentia erat, sed omnia æqualia in copia, & parabilia habebant ex frugalitate. Tripudia, festi dies, epulæ, commorationes in venationibus, in gymnasiis, & ad leschas, perpetua apud illos erant: nec vnquam, nisi ad bellum, peregrè proficiscebantur. Atque inferiores quidem triginta annis haud quaquam procedebant in forum,

verum explicabant ea quæ pertinebant ad negotia necessaria, per propinquos & amatores. Maioribus natu probrosum erat assidue ibi volutari, & non partem diei maximam in gymnasiis & leschis, quas vocabant, versari. Ibi coibant ferè, atque tempus inter se traducebant, nullam inferentes mentionem compendii faciendi vel forensium tractandorum negotiorum. Illius consuetudinis potissima occupatio erat vt aliquam virtutem laudarent, vel reprehenderent probrum cum ioco & risu leuiter, admonendi & corrigendi causa, pungente. Neque sane ipse fuit præfractè austerus Lycurgus: imò illum risus sigillum autor est Sosibius posuisse, vrbanitate, tanquam laboris & victus condimento, tempestiue conuiuia & similes congressus interpolantem. In summa assuefecit ciues ne vellent, neu scirent priuatim viuere: verùm vt apum more ad rempublicam conglobati semper, & inter se circa principem volutari, afflatuq; lymphatico atque gloriæ siti tantum non mente alienati, patriæ essent toti. Quam affectionem ex quibusdam eorum dictis colligas licet. Siquidem Pædaretus, non allectus inter trecentos, per quam alacris discessit, ceu lætitia elatus, quòd trecenti in ciuitate essent se præstantiores. Polystratidas legatus ad regis præfectos inter alios missus, iis rogantibus priuatim an publice missus esset, respondit, *Si compotes voti fuerimus, publicè: sin valerimus repulsam, priuatim.* Brasidæ mater Argileonis, quum Amphipoli quidam, qui commeasserant Lacedæmonem, illam inuiserent, an Brasidas, requisiuit, honeste & digne Sparta cecidisset: illis illum extollentibus, adiicientibusque parem Spartæ non esse alium, *Absit, hospites,* (inquit) *fuit enim honestus & egregius vir Brasidas, sed habet multos Sparta illo excellentiores.* Senes ipse (vti diximus) Lycurgus primum eos qui cepti sui fuerant participes, designauit, deinde in locum demortui sufficiendi iussit eum, virtute qui esset præstantissimus iudicatus, sexaginta annis maior. Quod quidem præ humanis omnibus certamen maximum esse & contentionis summæ videbatur. Quippe non qui ex pernicibus, pernicissimus: nec qui ex robustis, robustissimus, sed qui inter bonos & temperantes optimus & temperantissimus esset censitus, huic præmium cedebat victoriæ in virtute per totam vitam, vniuersa pene potestas in republica quod arbitrium haberet necis, ignominiæ, & in summa maximorum. Lectio agebatur ad hunc modum. Concione aduocata, delecti viri includebantur propinqua domo, hi neminem videbant, neque ipsi conspecti, strepitum tantùm exaudiebant concionis: nam acclamatione cum alia tum competitores probabant. Nec simul omnes, sed singuli introducebantur per sortem, tacitique per concionem transibant. Conclusi illi tabulas habebant, in quas referebant sigillatim plausus magnitudinem, nescii cui facta esset, tantum primum esse vel secundum vel tertium, aut quotusquisque fuisset introductus. Cui esset plurimus & maximus factus, hunc renuntiabant. Ille coronatus ad omnia templa circumibat. Sequebatur hinc grex iuuenum collaudantium eum & extollentium, hinc caterna mulierum carmine virtutem celebrantium,

A ἀλλὰ διὰ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ἐραστῶν ἐποιοῦτο τὰς ἀναγκαίας οἰκονομίας. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις οὐχὶ ἦν, συνελθόντας ὁρᾶσθαι περὶ ταῦτα διατείβοντας, ἀλλὰ τὸ μὴ πλεῖστον τῆς ἡμέρας περὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰς καλουμένας λέσχας ἀναστρέφεσθαι. καὶ γὰρ εἰς ταύτας συνιόντες ὀλιγόλογοι ἐγίνοντο μετ' ἀλλήλων, οὐδένος μεμνημένοι τῶν περὶ χρηματισμὸν ἢ χρείαν ἀγορᾶς συντελουμένων· ἀλλὰ δὲ πλεῖστον ἦν τῆς τοιαύτης διατριβῆς ἔργον, ἐπαινεῖν τι τῶν καλῶν, ἢ τῶν αἰσχρῶν ψέγειν, μετὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος, ἐλαφρῶς ὑποφέροντος εἰς νουθεσίαν καὶ διόρθωσιν. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἦν ἀκεραίως αὐστηρὸς ὁ Λυκοῦργος. ἀλλὰ καὶ τὸ γέλωτος ἀγαλμάτιον ὀκεῖον ἱδρύσασθαι Σωσίβιος ἱστορεῖ, τῷ παιδιῷ ὥσπερ ἥδυσμα τοῦ πόνου καὶ τῆς διαίτης, ἐμβαλόντα καιρὸν εἰς τὰ συμπόσια καὶ τὰς τοιαύτας διατριβάς. ὅ δ' ὅλον εἴθιζεν τοὺς πολίτας μὴ βούλεσθαι μήτε ὀλίγεσθαι κατ' ἰδίαν ζῆν, ἀλλ' ὥσπερ τὰς μελίττας, τῷ κοινῷ συμφυεῖς ὄντας ἀεὶ καὶ μετ' ἀλλήλων εἰλουμένους περὶ τὸν ἀρχηγέτα, μικροῦ δεῖν ἐξεστῶτας ἑαυτῶν ὑπὸ εὐθυσιασμοῦ καὶ φιλοτιμίας, ὅλους εἶναι τῆς πατρίδος· ὡς ἔστι καὶ φωνάς τινας αὐτῶν ἀποδεῖξαι τῆς διανοίας. ὁ μὲν γὰρ Παιδάρητος, οὐκ ἐγκριθεὶς εἰς τοὺς τριακοσίους, ἀπῆλθε μάλα φαιδρῶς, ὥσπερ χαίρων ὅτι βελτίονας αὐτοῦ τριακοσίους ἡ πόλις ἔχει. Γοργοπειθὴς δὲ ὁ πρεσβεύων πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς μετ' ἑτέρων, ἐρομένων αὐτῶν πότερον ἰδίᾳ πάρεισιν ἢ δημοσίᾳ πεμφθέντες, εἶπεν, Αἴκα τύχωμεν, δημοσίᾳ· αἴκα δ' ἀποτύχωμεν, ἰδίᾳ. ἡ δὲ Βρασίδου μήτηρ Ἀργιλεωνίς, ὡς ἀφικόμενοί τινες εἰς Λακεδαίμονα τῶν ἐξ Ἀμφιπόλεως εἰσῆλθον πρὸς αὐτήν, ἠρώτησεν εἰ καλῶς ὁ Βρασίδας ἀπέθανε τῇ τῆς Σπάρτης ἀξίως. μεγαλυνόντων δὲ ἐκείνων τὸν ἄνδρα, καὶ λεγόντων ὡς οὐκ ἔχει τοιοῦτον δεῖν ἡ Σπάρτη, Μὴ λέγετε (εἶπεν) ὦ ξένοι. καλὸς μὲν γὰρ ἦν καὶ ἀγαθὸς ὁ Βρασίδας· πολλοὺς δὲ ἄνδρας Λακεδαίμων ἔχει τινῶν κάρρονας. τοὺς δὲ γέροντας αὐτὸς μὲν, (ὡς εἴρηται) κατέστησε τὸ πρῶτον ἐκ τῶν μεταγόντων τὸ βουλεύμαθος. ὕστερον δὲ, αὐτὴ τοῦ τελευτῶντος, ἔταξε καθιστάναι τὸν ἄριστον ἀρετῇ κριθέντα, τῶν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότων. καὶ μέγιστος ἐδόκει τῶν ἐν ἀθλητοῖς ἀγώνων οὗτος εἶναι, καὶ στεφανηφόρος. οὐ γὰρ ἐν ταχέσι τάχιστος, οὐδὲ ἰσχυροῖς ἰσχυρότατος, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖς καὶ σωφροσιν ἄριστος καὶ σωφρονέστατος, ἔδει κριθέντα, νικητήριον ἔχειν τῆς ἀρετῆς διὰ βίου, ὅ σύμπαν (ὡς εἰπεῖν) κράτος ἐν τῇ πολιτείᾳ, κύριον ὄντα καὶ θανάτου καὶ ἀτιμίας, καὶ ὅλως τῶν μεγίστων. ἐγίνετο δὲ ἡ κρίσις τὸν δὲ τρόπον. ἐκκλησίας ἀθροισθείσης, δύσρες αἱρετοὶ καθείργνυτο πλησίον εἰς οἴκημα, τοῦ ὄψιν μὲν οὐχ ὁρῶντες οὐδὲ ὁρώμενοι, τοῦ δὲ κραυγοῦ μόνον ἀκούοντες ἐκκλησιαζόντων. βοᾷ γὰρ ὡς τἄλλα, καὶ τοῖς ἀμιλλωμένοις ἔκρινον, οὐχ ὁμοῦ πάντων, ἀλλ' ἑκάστου κατὰ κλῆρον εἰσαγομένου, καὶ σιωπῇ παραπορευομένου τοῦ ἐκκλησίαν. ἔχοντες οὖν οἱ κατακλεισθέντες γραμματεῖα, καθ' ἕκαστον ἐπεσημαίνοντο τῆς κραυγῆς τὸ μέγεθος, οὐκ εἰδότες ὅτῳ γένοιτο, πλὴν ὅτι πρῶτος, ἢ δεύτερος, ἢ τρίτος, ἢ ὁποσοστὸς εἴη τῶν εἰσαγομένων. ὅτῳ δὲ πλείστη γένοιτο καὶ μεγίστη, τοῦτον ἀνηγόρευον. ὁ δὲ στεφανωσάμενος περιῄει τοὺς θεοὺς· εἵποντο δὲ νέοι, ὑμνοῦντες τὸν ἄνδρα καὶ μεγαλυνόντες, πολλαὶ τε γυναῖκες ἐγκωμιάζουσαι δι' ὠδῆς τοῦ ἀρετοῦ,

καὶ τὸν βίον εὐδαιμονίζουσαν. τῶν δ' ἐπιτηδείων ἕκαστος αὐτῷ δεῖπνον ὡδαπεῖς ἔλεγεν, ὅτι ταύτῃ ἡ πόλις ἡμᾶς τῇ τραπέζῃ. περιελθὼν δ' εἰς τὸ συνήθες ἀπῄει, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐγένετο σωφρόνως· δευτέρας δ' μερίδος αὐτῷ ὡδατεθείσης, ἐφύλαττεν ἀράμενος· καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπὶ ταῖς θύραις τοῦ φιλτάτου, τῶν οἰκείων παρουσῶν γυναικῶν ἐν μάλιστα τυγχάνοι τιμῆς, προσεκαλεῖτο· καὶ διδοὺς τῷ μείζονι ἔλεγεν, ὅτι ταύτῃ αὐτὸς λαβὼν ἀρίστευσον, οἰκείῳ δίδωσιν, ὥστε κἀκείνῳ ζηλουμένῳ ὑπὸ τῶν ἄλλων προπέμπεσθαι γυναικῶν. καὶ μὲν καὶ τὰς περὶ τὰς ταφὰς ἀρίστα διεκόσμησεν αὐτός. πρῶτον μὲν γὰρ ἀνελὼν δεισιδαιμονίαν ἅπασαν, ἐν τῇ πόλει θάπτειν τοὺς νεκροὺς, καὶ πλησίον ἔχειν τὰ μνήματα τῶν ἱερῶν, οὐκ ἐκώλυσε, σωφρόνους ποιῶν ταῖς τοιαύταις ὄψεσι καὶ συνήθεις τοὺς νέους, ὥστε μὴ παρατρέπεσθαι, μηδ' ὀρρωδεῖν τὸν θάνατον, ὡς μιαινόντα τοὺς ἁπτομένους νεκροῦ σώματος, ἢ διὰ τάφων διεληλυθότας. ἔπειτα σωθάπτειν οὐδὲν εἴασεν, ἀλλὰ ἐν φοινικίδι καὶ φύλλοις ἐλαίας θέντες τὸ σῶμα, προὔτεινον. ἐπιγράψαι δ' πτῶμα θάψαντας οὐκ ἐξῆν τοῦ νεκροῦ, πλὴν ἀνδρὸς ἐν πολέμῳ, καὶ γυναικὸς, ἱερῶς ἀποθανόντων. χρόνον δ' πένθους ὀλίγον προσώρισεν, ἡμέρας ἕνδεκα· τῇ δ' δωδεκάτῃ θύσαντας ἔδει Δήμητρι λύειν τὸ πένθος. οὐδὲν γὰρ ἦν ἀργὸν οὐδὲ ἀφειμένον, ἀλλὰ πᾶσι κατεμιγνύετο τοῖς ἀναγκαίοις ἀρετῆς πινὰ ζῆλον ἢ κακίας ἀμβολήν· καὶ κατεπύκνου ὑπόδειγμάτων πλήθει τὴν πόλιν, οἷς ἀναγκαῖον ἦν ἐν τυγχάνοντας ἀεὶ καὶ συμβεβηκότας, ἄγεσθαι καὶ καταχρηματίζεσθαι ἰόντας πρὸς τὸ καλόν· ὅθεν οὐδὲ ἀποδημεῖν ἔδοξε τοῖς βουλομένοις καὶ πλανᾶσθαι, ξενικὰ συνάγοντας ἤθη, καὶ μιμήματα βίων ἀπαιδεύτων, καὶ πολιτευμάτων διαφορὰν· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀθεριζομένους ἐπὶ οὐδενὶ χρηστῷ καὶ παρεισρέοντας εἰς τὴν πόλιν, ἀπήλαυνεν, οὐχ ὡς Θουκυδίδης φησὶ, δεδιὼς μὴ τῆς πολιτείας μιμητὰς λάβωσι, καὶ πρὸς ἀρετήν τι χρήσιμον διδάσκαλοι κακοῦ τινος ὑπάρξωσιν. ἅμα γὰρ ξένοις σώμασιν ἀνάγκη λόγους ἐπεισιέναι ξένους. λόγοι δ' καινοὶ κρίσεις καινὰς ἐπιφέρουσιν· ἐξ ὧν ἀνάγκη πάθη πολλὰ φύεσθαι, καὶ προαιρέσεις ἀπαιδεύσας πρὸς τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, ὥσπερ ἁρμονίαν. διὸ μᾶλλον ᾤετο χρῆναι φυλάττειν τὴν πόλιν, ὅπως ἠθῶν οὐκ ἀναπλησθήσεται πονηρῶν, ἢ σωμάτων νοσερῶν ἔξωθεν ἐπεισιόντων. ἐν μὲν οὖν τούτοις οὐδέν ἐστιν ἀδικίας ἴχνος οὐδὲ πλεονεξίας, ἃ ἐγκαλοῦσιν ἔνιοι τοῖς Λυκούργου νόμοις, ὡς ἱκανοὺς ἔχοντας πρὸς ἀνδρείαν, οὐδεὶς δ' πρὸς δικαιοσύνην. ἡ δ' καλουμένη κρυπτία παρ' αὐτοῖς, εἴγε δὴ καὶ τοῦτο τῶν Λυκούργου πολιτευμάτων ἐν ἐστιν, (ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε) ταύτῃ αὐ εἴη καὶ τῷ Πλάτωνι περὶ τῆς πολιτείας καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀνειργασμένη δόξαν. ἐν δ' τοιαύτῃ τῶν νέων οἱ ἄρχοντες διὰ χρόνου τοὺς μάλιστα νοῦν ἔχειν δοκοῦντας εἰς τὴν χώραν δῆλον ἐξέπεμπον, ἔχοντας ἐγχειρίδια καὶ σοφὴν ἀναγκαίαν, ἄλλο δὲ οὐδέν· οἱ δ', μεθ' ἡμέραν μὲν εἰς ἀσυνδήλους διαστρεφόμενοι τόπους, ἀπέκρυπτον ἑαυτοὺς καὶ διεπαύοντο, νύκτωρ δ' κατιόντες εἰς τὰς ὁδοὺς, τῶν εἱλωτῶν τὸν ἁλισκόμενον ἀπέσφαττον. πολλάκις δ' καὶ τοῖς ἀγροῖς ἐπιπορευόμενοι, τοὺς ῥωμαλεωτάτους καὶ κρατίστους αὐτῶν ἀπέκτεινον. ὥσπερ καὶ Θουκυδίδης ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς ἱστορεῖ, τοὺς ἐπ' ἀνδρείᾳ προκριθέντας ὑπὸ τῶν Σπαρτιατῶν,

A & vitam eius in cœlum ferentium. Necessariorum quisque cœnam ei apponens dicebat, Hac te mensa ciuitas honorat. Quum eos circumisset, transibat ad solitum conuiuium, vbi cætera de more agebantur. Secundam portionem, vbi esset apposita, tollebat & seruabat. A cœna conueniebant ad ianuam triclinii mulieres familiares eius. Ibi eam quæ esset apud se maxima in existimatione, acciebat, cui partem eam donabat, addens, præmium se, quo fuisset decoratus, ei conferre. Vnde illa quoque magno honore à cæteris matronis deducebatur. Sepeliendi quoque ritum il-
B le dispensauit optime. Primum omnem eximens superstitionem, funerare in vrbe extinctos, & habere ante oculos rerum monumenta religiosarum non interdixit, quòd innutriri vellet talibus spectaculis & assuescere iuuentutem ne trepidarent vel horrerent mortem: quasi eos qui feralia attrectant aut commeant per sepulchra, polluat. Deinde prohibuit quicquam cum corpore condi, sed puniceo amiculo & foliis oleaginis cadauer inuoluebant. Conditorio inscribere non licebat nomen mortui, præterquam viri qui in bello, & mulieris quæ sancte fato concesserat. Luctum
C modico definiuit tempore, vndecim diebus: duodecimo sacrificare oportebat Cereri, & desinere luctum. Nihil erat enim otiosum aut neglectum, sed omnibus rebus necessariis attexebat vel aliquod virtutis præconium, vel insectationem improbitatis, omnesque angulos ciuitatis referciebat exemplis. In quæ quum incurrerent quotidie, eaque ante oculos spectarent, non poterant ad honestum nõ trahi & conformari. Quæ causa fuit cur non reliquerit peregrè proficisci & vagari liberum, ne externos mores adducerent secum vel ritus male formatos & diuersa instituta. Sed & ad-
D uenas nulla de causa vtili irrepentes in vrbem abegit, non (vt Thucydides autumat) veritus ne instituta sua effingerent, & aliquem haurirẽt ad virtutem profectum: quin potius ne doctores alicuius noxæ forent. Quippe externa corpora externos necesse est aduehant sermones: nouorum sermonum noua iudicia sunt comitantia, ex quibus fieri non potest quin multi affectus scaturiant & libidines à constituta republ. velut concentu dissona. Quo magis prouidendum putauit ne ciuitas perniciosis compleretur moribus, quam ne corpora aliunde immigrarent infecta. Atque in his quidem nullum extat iniuriæ vestigium, nullum
E iniquitatis, quam legibus Lycurgi impingũt quidam, quasi satis ad fortitudinem, parum ad iustitiã compositis. At illa quæ apud eos vocabatur Cryptia (si modò & ea ex institutis est Lycurgi, vt scripsit Aristoteles) eandem potuit opinionẽ Platoni quoq; de republica, & de illo imprimere. Ea erat huiuscemodi: Potestates solertissimos ex iuuentute certis temporis interuallis per agros nulla certa de causa mittebant, cum pugionibus & necessariis cibariis, nulla re præterea alia. Hi interdiu per latebras dispersi recondebant se & quieti dabant: noctu insidentes itinera, Ilotas, siqui in ipsos incidissent, perimebant. Nonnunquam interdiu
F in agros profecti occidebant robustissimos, & valentissimos inter eos, vt etiam tradit in historia belli Peloponnesiaci Thucydides, quos virtute præcellentissimos delegerant Lacedæmonij,

solitos quasi libertatem adeptos coronari, & circumire templa deorum, paulo pòst nusquam apparuisse omnes amplius bis mille: neque in præsentia vel post, quid factum iis esset, dicere quenquam habuisse. Aristot. inprimis autor est, ephoros inito magistratu primũ Ilotis bellum denuntiare, ne piaculum sit eos peremisse. Et verò cætera quoque agebant cum iis asperè & sæuè, atque multum meri coactos haurire introducebant in conuiuia, ostendentes iuuenibus quàm esset fœda res ebrietas. Cantilenas etiam compellebant eos canere, & choreas saltare enerues ridiculasq;, abstinere autem ingenuis. Vnde referũt postea in expeditione in Laconiã Thebanorum, Ilotas qui capti fuerant, psallere iussos Terpandri, Alcmanis & Spẽdontis Laconis carmina, excusasse, prohibere id dominos. Quare qui aiunt liberum Lacedæmone maxime liberũ esse, & seruum maxime seruum, nõ malè considerauerunt discrimen. Enim verò eas atrocitates ego sequutis temporibus existimo apud Lacedęmonios extitisse secundum magnum illum terræ motum, quo conspirasse cum Messeniis produnt Ilotas, aque ingenti clade oram illam afflixisse, periculumque creasse vrbi maximum. Neq; enim Lycurgo possum, ex reliqua illius moderatione & iustitia de moribus eius existimans, cui perhibuit vel Deus testimonium, tam execrabile istius Cryptiæ opus tribuere. Postquam præcipua eius præcepta moribus iam fuerunt subipso expressa, & satis adoleuisset respublica, seq; tueri ipsa per se & seruare valuit, sicut fabricato mundo & primum edente motum, Plato memorat exhilaratum Deum: ita lætus & acquiescens specie & maiestate legum suarum, quæ iam eductæ in opus erant & progrediebantur, studuit, quatenus effici humana prouidentia posset, immortales eas & stabiles relinquere in futurum. Igitur accitis in concionem omnibus, cæteris partibus rempub satis recte demonstrauit ad felicitatem & virtutem comparatam: potissimum verò & antiquissimum caput prius quàm consuluisset oraculum, non editurum se iis. Darent itaque operam vt præsentibus legibus inhærerent, neque variarent vel inflecterent quicquam, dum esset ipse Delphis regressus, quum recepisset se, quod Deus iussisset, id se acturum. Spondentibus cunctis, atque eum ad suscipiendum cohortantibus iter, vbi iureiurando adegit reges & senatum, deinceps reliquos ciues, obseruaturos se & vtiurpaturos, dum remeasset Lycurgus, formam illam reip. contendit Delphos. Vt venit ad oraculum, sacris Apollini factis, consuluit eum satisne leges recte, vt feliciter & cum virtute viueret ciuitas sua, essent latæ, Responso à Deo accepto, præclarè leges latas esse, & ciuitatem, quousque Lycurgi legibus viueret, permansuram clarissimam: sortes descriptas Spartam misit. Instauratis autem hostis, amicos & filium complexus, statuit ciues nunquam religione soluere sacramenti, & conciliare sibi mortem ibi voluntariã, id ætatis tum qua neq; viuere neq; vitam pœniteret deponere, & quum res suæ abunde latæ essent. Igitur mortem sibi inedia consciuit, virorum rempublicã tractantium nec mortem otiosam, nec inertem vitæ exitum,

A B C D E F

στεφανώσασθαι μὴ ὡς ἐλευθέροις γεγενότας, καὶ περιελθεῖν τὰ τῶν θεῶν ἱερά, μικρὸν ὕστερον ἀπολωλότας ἀφανὲς γενέσθαι, πλείονας ἢ δισχιλίους ὄντας· ὡς μήτε πρᾶγμα, μήτε ὕστερον ἔχειν τινὰ λέγειν τοῦ τρόπου διεφθάρησαν. Ἀριστοτέλης δὲ μάλιστα φησὶ καὶ τοὺς ἐφόρους, ὅτε πρῶτον εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσι, πρῶτον τοῖς εἵλωσι καταγγέλλειν πόλεμον, ὅπως βιαιότερον ἢ ὅσιον ἀποκτείνωσι. καὶ τἄλλα δὲ τραχέως προσεφέροντο καὶ σκληρῶς αὐτοῖς· ὥστε καὶ πίνειν ἀναγκάζοντες πολλὴν ἄκρατον εἰς τὰ συσσίτια παρεισῆγον, ἐπιδεικνύμενοι τὸ μεθύειν οἷόν ἐστι τοῖς νέοις. καὶ ᾠδὰς ἐκέλευον ᾄδειν, καὶ χορείας χορεύειν ἀγεννεῖς καὶ καταγελάστους, ἀπέχεσθαι δὲ τῶν ἐλευθέρων. διὸ καί φασιν ὕστερον ἐν τῇ Θηβαίων εἰς τὴν Λακωνικὴν στρατείᾳ τοὺς ἁλισκομένους εἵλωτας κελευομένους ᾄδειν τὰ Τερπάνδρου καὶ Ἀλκμᾶνος καὶ Σπένδοντος τοῦ Λάκωνος, παραιτεῖσθαι, φάσκοντας οὐκ ἐξεῖναι δεσποτικά. ὥστε τοὺς λέγοντας, ἐν Λακεδαίμονι καὶ τὸν ἐλεύθερον, μάλιστα ἐλεύθερον εἶναι, καὶ τὸν δοῦλον, μάλιστα δοῦλον, οὐ φαύλως τεθεωρηκέναι τὴν διαφοράν. τὰς μὲν οὖν τοιαύτας χαλεπότητας ὕστερον ἐλλείπειν τοῖς Σπαρτιάταις νομίζω, μάλιστα μετὰ τὸν μέγαν σεισμόν, ᾧ συνεπιθέσθαι τοὺς εἵλωτας μετὰ Μεσηνίων ἐπεχείρησαν, καὶ πολλὰ κακὰ τὴν χώραν εἰργάσασθαι, καὶ μέγιστον τῇ πόλει παρασχεῖν κίνδυνον. οὐ γὰρ ἔγωγε παραδείσῳ Λυκούργῳ μιαρὸν οὕτω τῆς κρυπτείας ἔργον· ἀπὸ τῆς ἀκμῆς αὐτοῦ παρόντος καὶ δικαιοσύνης τεκμηριούμενος τὸν τρόπον, ᾧ καὶ τὸ δαιμόνιον ἐπεμαρτύρησε. κατειλημμένον δὲ τοῖς ἐθισμοῖς ἤδη τοῦ κυριωτάτου ἐπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς πολιτείας ἐκτετραμμένης ἱκανῶς, καὶ δυναμένης φέρειν ἑαυτὴν καὶ σώζειν δι' ἑαυτῆς, ὥσπερ ὁ Πλάτων φησὶν ὅτι τοῦ κόσμου γεγενημένου καὶ κινηθέντος τὴν πρώτην κίνησιν διφεστηκέναι τὸν θεόν, οὕτως ἀγαθεὶς καὶ ἀγαπήσας τὸ τῆς νομοθεσίας κάλλος καὶ μέγεθος ἐν ἔργῳ γενομένης καὶ ὁδῷ βαδιζούσης, ἐπεθύμησεν ὡς δυνατὸν ἐξ αἰθεροπείνης προθυμίας, ἀθάνατον αὐτὴν ἀπολιπεῖν, καὶ ἀκίνητον εἰ τὸ μέλλον. συναγαγὼν οὖν ἅπαντας εἰς ἐκκλησίαν, τὸ μὲν ἀρχὴ μετείναι ἔχειν ἔφη καὶ ἱκανῶς πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ ἀρετὴν τῆς πόλεως· ὃ δ' κυριώτατόν ἐστι καὶ μέγιστον, οὐκ αὐ ἐξενεγκεῖν πρότερον πρὸς αὐτοὺς ἢ χρήσασθαι τοῦ θεοῦ. δεῖν οὖν ἐκείνους ἐμμένειν τοῖς καθεστῶσι νόμοις, καὶ μηδὲν ἀλλάττειν, μήτε μεταστήσειν, ἕως ἐπανέλθοι ἐκ Δελφῶν αὐτός. ἐπανελθὼν γὰρ ὅ, τι αὐτῷ δοκῇ ποιήσειν. ὁμολογούντων δὲ πάντων καὶ κελευόντων βαδίζειν, ὅρκους λαβὼν παρὰ τῶν βασιλέων καὶ τῆς γερουσίας, ἔπειτα παρὰ τῶν ἀστῶν πολιτῶν, ἐμμενεῖν καὶ χρήσασθαι τῇ καθεστώσῃ πολιτείᾳ μέχρις οὗ ἐπανέλθῃ ὁ Λυκοῦργος, ἀπῆρεν εἰς Δελφούς· παραγενόμενος δὲ πρὸς τὸ μαντεῖον, καὶ τῷ θεῷ θύσας, ἠρώτησεν εἰ καλῶς οἱ νόμοι καὶ ἱκανῶς πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ ἀρετὴν πόλεως κείμενοι τυγχάνουσιν. ἀποκριναμένου δὲ τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς νόμους καλῶς κεῖσθαι καὶ τὴν πόλιν ἐνδοξοτάτην διαμενεῖν τῇ Λυκούργου χρωμένῳ πολιτείᾳ, τὸ μαντεῖον γραψάμενος, εἰς Σπάρτην ἀπέστελλεν. αὐτὸς δὲ τῷ θεῷ πάλιν θύσας, καὶ τοῖς φίλοις ἀσπασάμενος καὶ τὸν υἱόν, ἔγνω μηκέτι τοῖς πολίταις ἀφεῖναι τὸν ὅρκον, αὐτὸς δὲ καταλύσαι τὸν βίον ἑκουσίως, ἡλικίας γεγενὼς ἐν ᾗ καὶ βιοῦν ἔτι καὶ πεπαῦσθαι βουλομένοις ὡραῖόν ἐστι, καὶ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἱκανῶς πρὸς εὐδαιμονίαν ἔχειν δοκούντων. ἐτελεύτησεν οὖν ἀποκαρτερήσας, ἡγούμενος χρῆναι τοῦ πολιτικοῦ ἀνδρὸς μηδὲ τὸν θάνατον ἀπολίτευτον εἶναι, μηδὲ ἀργὸν τοῦ βίου τέλος

ἀλλ' οὐ ἀρετῆς μεείδει καὶ πράξεως ἡγούμενον. αὐτῷ τε γὰρ A
ἐξειργασμένῳ τὰ κάλλιστα τὴν τελευτὴν εἰς ἀληθῶς ἐπι-
τελείωσιν εἶναι τῆς εὐδαιμονίας, καὶ τοῖς πολίταις ὧν ἕνεκα τοῦ
βίου παρεσκεύαστο καλῶν καὶ ἀγαθῶν, φύλακα τὸν θάνατον
ἀπολείψειν, ὀμνύουσι χρήσθαι τῇ πολιτείᾳ μέχρις αὖ ἐκεῖ-
νος ἐπανέλθῃ. καὶ οὐ διεψεύσθη τοῦ λογισμοῦ. τοσοῦτον γὰρ
ἐπιδώσει ἡ πόλις τὴν Ἑλλάδος εὐνομίᾳ καὶ δόξῃ, χρόνῳ
ἑπτὰ πεντήκοντα τοῖς Λυκούργου χρησαμένη νόμοις, οἷς, δε-
κατεσσάρων βασιλέων μετ' ἐκεῖνον εἰς Ἄγιν τὸν Ἀρχιδάμου
γενομένων, οὐδεὶς ἐκίνησεν. ἡ γὰρ τῶν ἐφόρων κατάστασις, οὐκ
εὔνοις ἦν, ἀλλ' ἐπίτασις τὴν πολιτείας, καὶ δοκοῦσα πρὸς τὸν B
δῆμον γενομένη, σφοδροτέραν ἐποίησε τὴν ἀριστοκρατίαν.
Ἄγιδος δὲ βασιλεύοντος, εἰσέρρυη νόμισμα πρῶτον εἰς τὴν
Σπάρτην, καὶ μετὰ τοῦ νομίσματος, πλεονεξία καὶ πλούτου ζῆ-
λος ἐπέβη, δι' Ἀλέξανδρον, μᾶλλον δὲ διὰ Λύσανδρον. ὃς
αὐτὸς ὢν ἀκάλλωστος ὑπὸ χρημάτων, ἐνέπλησε τὴν πατρίδα
φιλοπλουτίας, καὶ τρυφῆς. καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐκ τοῦ πολέ-
μου καταγαγών, καὶ τοὺς Λυκούργου καταπολιτευσάμενος
νόμους. ὧν ὑπήκοα τοιούτων τοῦ τιεῖν, οὐ πόλεως ἡ Σπάρτη
πολιτείαν, ἀλλ' ἀνδρὸς ἄσκησιν τοῦ καὶ σοφοῦ βίου ἔχουσα, μᾶλλον C
δὲ, ὥσπερ οἱ ποιηταὶ τὸν Ἡρακλέα μυθολογοῦσι δέρμα καὶ
ξύλον ἔχοντα τὴν οἰκουμένην ὑπὸ πορφύρεαν, κολάζοντα τοὺς
παρανόμους καὶ θηριώδεις τυράννους, ὕπως ἡ πόλις ἀπὸ σκυ-
τάλης μιᾶς καὶ τριβωνος, ἄρχουσα τῆς Ἑλλάδος ἑκούσης καὶ
βουλομένης, κατέλυε τὰς ἀδίκους δυναστείας καὶ τυραννίδας
ἐν τοῖς πολιτεύμασι, καὶ πολέμους ἐβράβευε, καὶ στάσεις κα-
τέπαυε, πολλάκις οὐδὲ ἀσπίδα κινήσασα μίαν, ἀλλ' ἕνα
πέμψασα πρεσβευτὴν, ὧ πάντες εὐθὺς ἐποίουν ὃ προσ-
ταττόμενον, ὥσπερ ἀμέλισσαν φανέντος ἡγεμόνος, συνῳδέ-
οντες καὶ κατακοσμούμενοι· ποῦ τοσοῦτον πρεσβεῖον εὐνομίας τῇ πό-
λει καὶ δικαιοσύνης. ὅθεν ἔγωγε θαυμάζω τῶν λεγόντων ὡς D
ἄρχεσθαι μὲν οὐκ ἠπίστασαν Λακεδαιμόνιοι. καὶ τὸν Θεόπομπου τοῦ βασιλέως ἐπαινοῦντων λόγον, ὃς,
εἰπόντος τινὸς, σώζεσθαι τὴν Σπάρτην ὑπὸ τοῦς βασιλεῖς
ἀρχικοὺς γεγονότας, Μᾶλλον (εἶπε) ὑπὸ τοὺς πολίτας πει-
θαρχικοὺς ὄντας. οὐ γὰρ ἀνέχεσθαι τοῦ πρεσβευτοῦ μὴ
δυναμένου. ἀλλ' ἡ πειθαρχία μάθημα μεγίστη ἀρχοντος·
ἐμποιεῖ γὰρ ὁ καλῶς ἄγων, ὃ καλῶς ἕπεσθαι. καὶ καθάπερ
ἱππικῆς τέχνης ἀποτέλεσμα, πρᾶον ἵππον καὶ πειθήνιον
παραδοῦναι, ὅτι βασιλικῆς ἐπιστήμης ἔργον, εὐπείθειαν ἐργά-
ζεσθαι. Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ εὐπείθειαν, ἀλλ' ἐπιθυμίαν E
ἐνηργάζοντο τοῖς ἄλλοις τοῦ ἄρχειν καὶ ὑπακούειν αὐτοῖς.
ἤτοι γὰρ ὑναῦς, ὅτε χρήματα παρ' αὐτῶν, οὐδὲ ὁπλίτας,
πέμποιτες, ἀλλὰ ἕνα Σπαρτιάτην ἡγεμόνα· καὶ λαβόντες
ἐχρῶντο μετὰ θυμοῦ καὶ δέους· ὥσπερ Γυλίππῳ Σικελιῶται,
καὶ Βρασίδᾳ Χαλκιδῆς, Λυσανδρῳ δὲ καὶ Καλλικρατίδᾳ καὶ Ἀγησιλάῳ, πάντες οἱ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες, τοὺς
μὲν ἄνδρας, δικαστὰς καὶ σωφρονιστὰς τῶν ἑκάστοτε δήμων
καὶ ἀρχόντων ὀνομάζοντες, πρὸς δὲ σύμπασαν τὴν τῶν
Σπαρτιατῶν πόλιν, ὥσπερ παιδαγωγὸν καὶ διδάσκαλον εὐχρή-
μονος βίου καὶ τεταγμένης πολιτείας, ἀποβλέποντες. εἷς δὲ καὶ F
Στρατόνικος ἐπισκῶπτων δοκεῖ, μετὰ παιδιᾶς, νομοθετῶν καὶ
κελεύων Ἀθηναίοις ἄγειν μυστήρια καὶ πομπὰς, Ἠλείοις δὲ
ἀγωνοθετεῖν, ὡς κάλλιστα τοῦτο ποιοῦντας. Λακεδαιμονίοις δὲ, εἰ ἀμφισβητοῦσιν ὅτι, δέοιτο. καὶ τοῦτο μὲν εἴρηται
χαίειν τοῦ γελοίου. Ἀντισθένης δὲ ὁ Σωκρατικὸς ἀπὸ τῆς ἐν λεύκτροις μάχης ὁρῶν τοὺς Θηβαίους μέγα φρονοῦντας,

sed eum quoque participem virtutis & actionis esse ratus debere. Sibi enim perpetratis pulcherrimis rebus consummationem interitum fore felicitatis: ac ciuibus, qui adiurauerãt legibus se eius, dum redisset, vsuros bonorum se quæ parauerat per vitam, relicturum excessum custodem. nec falsus opinione fuit. Vsq; eò ciuitas illa disciplina publica & gloria principatũ tenuit Græciæ quingentorum spatio annorum, vtendo Lycurgi legibus, quas ex quatuordecim regibus, qui eum sunt vsque ad Agin Archidami filium insequuti, nemo mouit: nam ephororum creatio, non remissio legum, sed contentio fuit. Quæ quanquam popularis appareret, optimatium vim amplificauit tamẽ. Agide regnante primum pecunia influxit in Spartam, comesque pecuniæ, habendi cupido & diuitiarum admiratio inuasit per Alexandrum, vel potius Lysandrum: qui inuictus ipse à pecunia, patriam impleuit opulentiæ cupiditate & luxu, deportatoque ex prẹda auro & argento, Lycurgi conuulsit leges. Quibus ante vigentibus, non ciuitatis Sparta republ. sed viri religiosi & sapientis vita prædita: imò sicut Herculem fingunt poetæ cum pelle & claua orbem terræ peragrasse, vlciscentem sceleratos & feros tyrannos, ita hæc ciuitas ex vna scytala & læna dominans in Græciam volentem & lubentem, obtriuit iniustas in rebus publicis potestates & tyrannides, bellorum arbitrium habuit, seditiones compressit crebro ne vno quidem moto clypeo, vno tantum legato misso, quem ilicò omnes audiebant, apum more superueniente duce concurrentes & sese componentes. Tanta effulsit disciplina & iustitia illius ciuitatis. Quo magis miror illos qui dictitant, obedire nosse, non nosse imperare Lacedæmonios: & Theopompi regis dictum laudant, qui quum diceret quidam per reges stare Lacedæmonem imperandi gnaros, *Imo* (inquit) *per ciues principibus obtemperare doctos.* Neque enim sustinent parere iis qui nesciunt præesse, sed est imperantis obediẽtia disciplina: siquidem efficit, qui bene ducit, vt bene sequaris. Atque vt artis est equarię consummatio, placidum equum & obsequentem reddere, ita est regiæ scientiæ efficere obedientiam munus. Lacedæmonii verò non obedientiam, sed desiderium infundebant aliis ipsos sequendi & obtemperandi. Nempe postulabant hi per legatos ab iis non classem, non pecuniam, nõ copias, sed vnum Spartiatam, ducem. Quem nacti, vtebantur eo cum honore & metu: ita Gylippo Siculi, Brasida Chalcidenses, Lysandro, Callicratida, Agesilao omnes qui Asiam incolunt. Appellabant quidem illos viros rectores moderatoresque populorum & magistratuum, vt ad quosque missi erant: Cæterum semper ciuitatem Lacedæmoniorum ceu magistram vel præceptricem honestæ vitæ & compositæ reipubl. respiciebant. Quo etiam vrbane cauillatum Stratonicum apparet, legem ferentem & iubentem vt Athenienses mysteria & pompas agerent, Elij ludos ederent, quod hoc facerent scientissimè: Lacedæmonii verò, vbi titubarent hi, eos verberarent. At fuit id dictum ridicule. Socraticus vero Antiphanes, Thebanos cernẽs ob Leuctricam pugnam animos attollere,

nihil inter eos & pueros dixit interesse, quod ce- A
ciderint præceptorem, exultantes. Atqui id caput
eo tempore non erat Lycurgo, vt multis imperan-
tem relinqueret vrbem suam, sed totam ciuitatem
ceu vnum hominem censens beatam vitam ex
virtute & ciuili trahere concordia, id spectans ma-
chinatus est & concinnauit, vt ingenui & frugi
redditi & continentes, quam diutissime durarent.
Hoc fundamentum Plato reipubl. sumpsit, Dio-
genes item ac Zeno, omnesq; quotquot commē-
tati de his in cœlum feruntur, quum præter scripta
& verba reliquerint nihil. Hic, qui non scripta, nō B
verba, sed re in lucem edidit rempubl. quam imi-
tari nemo queat, & arbitrantibus sapientem qua-
lis informatur, nunquam existere posse, ob oculos
posuit totam philosophantem ciuitatem, optimo
iure, quicunq; vnquam respub. in Græcia institue-
runt, antecelluit omnes gloria. Quamobrē illum
Aristoteles non satis amplos pro merito honores,
quanuis habeat amplissimos, habere ait Lacedæ-
mone. Extat enim ibi templum, vbi vt Deo anni-
uersaria sacra ei faciunt. Fama est, quum reliquiæ
eius in patriam relatæ essent, tumulum de cœlo
fuisse tactum, idque si discesseris ab Euripide, qui C
postmodum defunctus est, & in Macedonia pro-
pe Arethusam humatus, haud temere contigisse
cuiquam inter claros viros alii. Hoc quidem sup-
petit magnum argumentum & testimonium stu-
diosis Euripidis, quod soli ei post fata euenerit &
delatum fuerit illud, quod diis gratissimo & san-
ctissimo viro ante euenerat. Extinctum Lycur-
gum alii Cirræ affirmant, Apollothemis deporta-
tum Elim, Timeus & Aristoxenus in Creta vitam
finisse, & sepulchrum eius ostendi Aristoxenus ait
in Pergamia iuxta viam regiam. Filium tradunt
enim vnicum reliquisse Antiorum: quo sine prole D
defuncto familia eius exoleuit. Amici eius & fa-
miliares anniuersaria & conuentū, qui longo tem-
pore mansit, instituerunt: ac dies quibus conuen-
tum celebrabant, Lycurgidas appellauere. Aristo-
crates Hipparchi filius hospites Lycurgi memo-
rat, quum in Creta esset assumptus, rogatu eius
corpus combussisse, cineresque dissipasse in pela-
gus: quo caueret, ne si quando reliquiæ suæ essent
Lacedæmonem delatæ, tanquam ipse reuertisset,
& soluti essent iureiurando, rempublicam im-
mutarent. Hæc accepimus de Lycurgo. E

ὧδεν αὖθις ἔφη ἀφαφέρειν παιδαείων ὅτι ὦ συλλήψαι τὸν παιδαγωγὸν χαυειώντων. ἡ μὴν τό γε ὦ Λυκούργῳ κεφαλαιον ἐν τότε πλείστων ἡγεμόνην ἀπολιπεῖν τὴν πόλιν· ἀλλ' ὥσπερ ἑνὸς ἀνδρὸς βίῳ καὶ πόλεως ὅλης νομίζων εὐδαιμονίαν ἀπὸ ἀρετῆς ἐγγίνεσθαι καὶ ὁμονοίας τοῖς αὐτῇ, τοῖς τοῦτο συνέταξε καὶ συνήρμοσεν, ὅπως ἐλεύθεροι καὶ αὐτάρκεις ἡσύχιοι καὶ σωφρονοῦντες ὅτι πλεῖστον χρόνον ἀφατελῶσι. Ταύτῃ καὶ Πλάτων ἔλαβε τῆς πολιτείας ὑποθέσιν, καὶ Διογένης, καὶ Ζήνων, καὶ πάντες ὅσοι τι περὶ τούτων ὅτι χρήσαντες εἴπεν, ἐπαινοῦνται, γράμματα καὶ λόγους ἀπολιπόντες μόνον. ὁ δὲ οὐ γράμματα καὶ λόγους, ἀλλ' ἔργῳ πολιτείαν ἀμίμητον εἰς φῶς προσενεγκάμενος, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀνυπαρκτὸν εἶναι τὸν λεγομένον περὶ τὸν σοφὸν ἀφάθεσιν ὑπολαμβάνοσιν, ὅτι δείξας ὅλην τὴν πόλιν φιλοσοφοῦσαν, εἰκότως ὑπῆρε τῇ δόξῃ τοῖς πώποτε πολιτευσαμένοις ἐν τοῖς Ἕλλησι. διὸ ὅπερ Ἀριστοτέλης ἐλάττονας φησὶ τιμὰς ἢ προσῆκεν αὐτὸν ἔχειν ἐν Λακεδαίμονι, καίπερ ἔχοντας μεγίστας. ἱερόν τε γάρ ἐστιν αὐτοῦ, καὶ θύουσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὡς θεῷ. λέγεται δὲ, καὶ τῶν λειψάνων αὐτοῦ κομισθέντων οἴκαδε, κεραυνὸν εἰς τὸν τάφον καταστῆναι. ὅ τοι δὲ ῥᾳδίως ἑτέρῳ τινὶ τῶν ὅτι φανεῖν, πλὴν Εὐριπίδῃ συμπεσεῖν ὕστερον, τελευτήσαντι, καὶ ταφέντι τῇ Μακεδονίας περὶ Ἀρέθουσαν, ὥστε ἀπολόγημα καὶ μαρτύριον μέγα εἶναι τοῖς ἀγαπῶσιν τὸν Εὐριπίδην, ὃ μόνῳ συμπεσεῖν αὐτῷ μετὰ τελευτὴν, καὶ γενέσθαι ἀπὸ τῶν θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ πρότερον συνέπεσε. τελευτῆσαι δὲ τὸν Λυκοῦργον οἱ μὲν ἐν Κίρρᾳ λέγουσιν· Ἀπολλόθεμις δὲ, εἰς Ἦλιν κομισθέντα· Τίμαιος δὲ καὶ Ἀριστόξενος, ἐν Κρήτῃ καταβιώσαντα. καὶ τάφον Ἀριστόξενος αὐτοῦ δείκνυσθαι φησὶν ὑπὸ Κρητῶν τοῦ Περγαμίας περὶ τὴν ξενικὴν ὁδόν. υἱὸν δὲ λέγεται μονογενῆ καταλιπεῖν Ἀντίωρον· οὗ τελευτήσαντος ἀτέκνου, ὁ γένος ἐξέλιπεν. οἱ δὲ ἑταῖροι καὶ οἰκεῖοι διαδοχήν τινα καὶ συνοδὸν ὅτι πολλοῖς χρόνοις διαμείναντα κατέστησαν, καὶ τὰς ἡμέρας ἐν αἷς συνήρχοντο, Λυκουργίδας προσηγόρευσαν. Ἀριστοκράτης δὲ ὁ Ἱππάρχου φησὶ τοὺς ξένους τοῦ Λυκούργου τελευτήσαντος ἐν Κρήτῃ, καῦσαι τὸ σῶμα καὶ διασπεῖραι τὴν τέφραν εἰς τὴν θάλασσαν, αὐτοῦ δεηθέντος, καὶ φυλαξαμένου μή ποτε πρὸς τῶν λειψάνων εἰς Λακεδαίμονα κομισθέντων, ὡς ἐπανήκοντος αὐτοῦ, καὶ τῶν ὅρκων λελυμένων, μεταβάλλωσι τὴν πολιτείαν. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ Λυκούργου.

PLVTARCHI

Numa Pompilius.

ST etiam de rege Numa, qui tempore vixerit, non leuis concertatio: tametsi ad hunc autorem stemmata pro certo referre velint. Verùm Clodius quidam in libro, cui titulum fecit F
Indicem temporū, vetusta illa acta, quū excinderent Galli vrbē, abolita contendit fuisse: quæ verò nunc in manibus teruntur, esse à nonnullis in gratiam certorum hominum in nobilissimas familias & gentes, à quibus alienissimi sint, penetrantium, falso conscripta.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

Νουμᾶς.

ΣΤΙ δὲ καὶ περὶ τοῦ Νουμᾶ τοῦ βασιλέως χρόνων καθ' οὓς γέγονε, νεανικὴ διαφορά· καίπερ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸν καταγραφὴν τῶν γεγραμμένων ἀκριβῶς δοκούντων. ἀλλὰ καὶ Κλώδιός τις ἐν ἐλέγχῳ χρόνων (ὅτῳ γάρ πως ἐπιγέγραπται τὸ βιβλίον) ἰχνεύειν τὰς μὲν ἀρχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσι τοῦ πόλεως ἠφανίσθαι· τὰς δὲ νῦν φαινομένας, οὐκ ἀληθῶς συγκεῖσθαι, διὰ ἀνδρῶν χαριζομένων τισὶν, εἰς τὰ πρόσφατα γένη καὶ τοῖς ὑπερφανεστάτοις οἴκοις δοξάζοντων εἰσβιαζομένοις.

λεγομένῳ δὲ δοκῶ Νουμᾶς γνώριμος Πυθαγόρου γενέσθαι. οἱ μὲν ὅλως ἀξιοῦσι μηδὲν Ἑλληνικῆς παιδεύσεως Νουμᾶ μετεῖναι, καθάπερ ἢ φύσει δυνατὸν καὶ αὐτάρκη γενέσθαι πρὸς ἀρετὴν, ἢ βελτίονι Πυθαγόρου βαρβάρῳ τινὶ τοῦ βασιλέως ἀποδοῦναι παιδεύσαντι· οἱ δὲ Πυθαγόραν μὲν ὀλίγῳ γενεᾶς, καὶ τοῦ Νουμᾶ χρόνῳ ὁμοῦ τι πέντε γενεαῖς ἀπολείποντα φασὶν Πυθαγόραν δὲ τὸν Σπαρτιάτην, ὀλυμπιονικήσαντα τὴν ἑκκαιδεκάτην ὀλυμπιάδος, ἧς ἔτει τείτῳ Νουμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν κατέστη πλανηθέντα περὶ τὴν Ἰταλίαν, συγγενέσθαι τῷ Νουμᾷ, καὶ σοφὸν συμβουλεῦσαι τὴν βασιλείαν. ὅθεν οὐκ ὀλίγα τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιτηδεύμασι, τοῦ Λακωνικοῦ, ἀναμεμίχθαι, Πυθαγόρου διδάξαντος. δηλοῖ δὲ Νουμᾶς, γένος μὲν ὢν ἐκ Σαβίνων. Σαβῖνοι δὲ βούλονται Λακεδαιμονίων ἀποικοι γενέσθαι. τοὺς μὲν οὖν χρόνους ἀκριβοῦσθαι χαλεπὸν ὄντι, καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ τῶν ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφομένους. ὧν τὸν ἀναγραφεῖ ὀλίγοι φασὶν Ἱππίαν ἐκδοῦναι τὸν Ἤλιδον, ἀπ' οὐδενὸς ὁρμώμενον ἀναγκαίου πρὸς πίστιν. ἃ δὲ παρειλήφαμεν ἄξια λόγου ἡμεῖς περὶ Νουμᾶ, διέξιμεν, ἀρχὴν οἰκείαν λαβόντες.

Ἕβδομον ἐνιαυτὸν ἡ Ῥώμη καὶ τριακοστὸν ἤδη, Ῥωμύλου βασιλεύοντος, ὡκτώ· πέμπτῃ δὲ ἰσταμένου μηνὸς, (ἣν νῦν ἡμέραν νόνας καπρατίνας καλοῦσι) θυσίαν τινὰ δημοτελῆ περὶ τὴν πόλεως ὁ Ῥωμύλος ἔθυε, περὶ τὸ καλούμενον ἀγρὸς ἕλος, καὶ παρῴκει τε βυλὴ καὶ τὸ δῆμον ὁ πλεῖστον. ἐξαίφνης δὲ μεγάλης περὶ τὸν ἀέρα θορυβῆς γενομένης, καὶ νέφους ὑπὸ τὸν γῆν ἐρείσαντος ἅμα πνεύματι καὶ ζάλῃ, τὸν μὲν δῆμον ὅμιλον ἐκπλαγέντα συνέβη φυγὴν καὶ σκεδασθῆναι, τὸν δὲ Ῥωμύλον, ἀφανῆ γενέσθαι, καὶ μήτε αὐτὸν ἔτι, μήτε σῶμα τεθνηκότος εὑρεθῆναι. χαλεπὴν δὲ τὴν ὑποψίαν ἄφαλοι τῶν πατρικίων, καὶ ῥυῶσαι λόγον ἐν τῷ δήμῳ κατ' αὐτῶν, ὡς πάλαι βαρυνόμενοι τὴν βασιλείαν, καὶ μεμισηκότες ἐκ κράτους εἰς ἑαυτοὺς θέλοντες, ἀνέλοιεν τὸν βασιλέα. καὶ γὰρ ἐδόκει βαρυτέραν ἤδη τοῖς φέρειν καὶ μοναρχικώτερον αὐτοῖς, ἀλλὰ τοιούτῳ μὲν τινὶ ὑποψίαν ἐπεφάνη, εἰς θεῶν τιμὰς ἀνάγοντες ὡς ἀτεθνηκότα τὸν Ῥωμύλον, ἀλλὰ κρείττονος ὄντα μοίρας. καὶ Πρόκλος, ἀνὴρ ἐπιφανὴς, δωμόσατο Ῥωμύλον ἰδεῖν εἰς οὐρανὸν σὺν τοῖς ὅπλοις ἀναφερόμενον, καὶ φωνῆς ἀκοῦσαι κελεύοντος αὐτὸν ὀνομάζεσθαι Κυρῖνον. ἑτέρα δὲ παρακοὴ καὶ σάρις κατελάμβανε τὴν πόλιν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἀποδείκνυσθαι βασιλέως, ὅπως τοῦ ἐπηλύδων κομιδῇ τοῖς πρώτοις συγκεχεραμένων πολίταις, ἀλλ' ἔτι τοῦ τε δήμου πολλὰ κυμαίνοντος ἐν ἑαυτῷ, καὶ τῶν πατρικίων ἐν ὑποψίαις ὄντων τῶν πρὸς ἀλλήλους ὄντων. οὐ μὴν ἀλλὰ βασιλεύειν μὲν ἐδόκει πᾶσιν· εἴκειν τε καὶ διέκειτο οὐχ ὑπὲρ ἀνδρὸς μόνου, ἀλλὰ καὶ γένους, ὁπότερον παρέξει τὸν ἡγεμόνα. καὶ γὰρ οἱ μετὰ Ῥωμύλου πρῶτοι συνοικίσαντες τὴν πόλιν, οὐκ ἀνάρχητον ἐποιοῦντο πόλεως καὶ χώρας τοὺς Σαβίνους μεταλαβόντας, ἀρχὴν βιάζεσθαι τοῦ ὑπὲρ ταῦτα δεξαμένων· καὶ τοῖς Σαβίνοις εἴ τις ἐγνώμων λόγος, ἐπεὶ Τατίου τοῦ βασιλέως αὐτῶν ἀποθανόντος οὐκ ἐπείσαν τοὺς Ῥωμύλον, ἀλλ' εἴασαν ἀρχὴν μόνον, αὖθις ἀξιοῦντες τὸν ἄρχοντα γενέσθαι παρ' αὐτῶν. ὅτε γὰρ οὐκ ταπεινοτέρων κρείττοσι τοῖς γενέσθαι καὶ τοῖς γενομένοις, πλήθη τε ῥῶσαι καὶ τοῖς ἀγαγεῖν εἰς ἀξίωμα πόλεως οἰκείοις μεθ' ἑαυτῶν. ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων ἐπείθοντο. ὅπως δὲ μὴ σύγχυσιν ἐκ τῆς ἀναρχίας ἡ πᾶσα ἀφανίσῃ μετεώρου τοῦ πολιτεύματος ὄντος, ἔταξαν οἱ πατρίκιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντων αὐτῶν,

ἐν μέρει

Quum autem fama obtineat Pythagoræ Numam auditorem fuisse partim eum Græcas literas planè negant attigisse: quasi aut sua indole & per se aspirare ad virtutem quiuerit, aut præstantiori Pythagora tribui barbaro, nescio cui institutio possit regis: partim Pythagoram dictitant diu post sequutum, atque ab Numæ seculo quinque ferme remotum ætatibus: sed Spartiatem Pythagoram, qui Olympiis cursu victor fuit circa sextamdecimam Olympiadem, (cuius anno tertio est regnum Numa adeptus) quum peragraret Italiam, consuetudinem habuisse cum Numa, atque in constituendo regno consiliorum ei fuisse adiutorē. Quare ex præceptis huius Pythagoræ non pauca esse institura Lacedæmoniorum admixta Romanis. Et aliâs ortus fuit Numa ex Sabinis: Sabini colonos ferunt se Lacedæmoniorum. Cæterum ætates ad amussim exigere haud promptum sit, maxime si reducantur ad Olympionicas: quorum serò breuiarium Elium Hippiam ferunt nullis certis fultum argumentis edidisse. Nos quæ memoratu digna de Numa compertimus, exponemus exordio hoc sumpto conuenienti.

Annus à condita Roma septimus & trigesimus agebatur, regnante Romulo, quum quinto die mensis Iulii, quē nunc Nonas Capratinas vocant, sacrificium Romulus publicum extra vrbē ad Capræ paludē, quam vocant, faciebat. Aderant senatus & frequens populus. Ibi atrox subito coorta tēpestas, caligoq; cum procella & fragore ex aere in terram delata, cæterā turbam perculsam in fugam disiecit. Romulus autem est ex oculis elapsus, nec deinceps vel ipse vel corpus est defuncti visum. Vnde atroci suspicione patres cōtacti, ac manauit vulgò fama, iampridem regnum exosus, quo eius vim sui iuris facerent, regē interemisse: iam enim asperius cum iis atque imperiosius videbatur egisse. At eam opinionē decretis ei diuinis honoribus discusserunt, quasi non mortuus Romulus, sed supra sortē humanam foret. Proclus autē nobilis vir vidisse sublimem secum armis raptum Romulum adiurauit, vocemq; audiuisse, Quirinum appellari se iubentis. Mox alius de creando rege motus & fluctus, nondum satis coalitis inter peregrinos & Romanos veteres animis, versauit ciuitatē. Nam populus inter se grauiter adhuc æstuabat: & patres inuicem suspecti diffidebant. Esse igitur regem omnibus placebat, sed certabatur contendebaturq; non de viro tantum, sed & vtra gens principem daret. Neque enim hi qui vrbem cum Romulo condiderant, in animum inducebant concedere, vt recepti in ciuitatem & agrum Sabini imperare molirentur receptoribus. Contrā Sabinorum plena æquitatis erat ratio: quia extincto rege suo Tatio non insurrexissent aduersus Romulum, sed regnare vnum permisissent, nunc vicissim regem ex corpore suo postulabant creari. Nam nec humiliores se præstantioribus Romanis coniunxisse, & hac conglutinatione vires addidisse ex frequentia sua, corpusque illorum cum suo coniunctum ad dignationem ciuitatis prouexisse. Atquo hoc semen erat seditionis. Ne autem suspensa sine imperio republ. discordia omnia misceret, comparant inter se centum quinquaginta patres,

vt loco Quirini ſinguli viciſſim cum inſignibus imperii ſolennia ſacra obirent, & ius dicerent ſenis horis nocturnis & ſenis diurnis. Hæc temporis vtriuſq; diſtributio & adæqualitatem rectè comparata magiſtratib. videbatur, & viciſſitudo ſummi imperii ne id in oculos plebis incurreret, efficere: quum eundem conſpicerent eodem die & nocte priuatum ex rege factum. Forma ea imperii apud Romanos Interregnum appellata. Quanquam autem eos apparet ita populariter & moderatè præeſſe, non potuerunt tamen obtrectationem & murmur populi vitare, tanquam ſummam rerum ad paucorum arbitrium trahentes, & remp. ad nutum ſuum conuertentes, regem nollent. Conuenit inde inter vtranque factionem, vt altera regem ex alterius corpore legeret. Ita poſſe exiſtimarunt potiſſimùm tolli præſens certamen, eumq; qui creatus eſſet, fore æquabilem vtriſque, quòd iis qui ipſum creaſſent, eſſet ob beneficium deuinctus, & illis faueret ob neceſſitudinem. Quum permitterent veteribus Romanis Sabini lectionem, maluerunt ipſi regnum Sabino deferre, quàm accipere regem ex illorum ſuffragiis Romanum. Ita re inter ſe deliberata, ex Sabinis creant Numam Pompilium, virum qui Romam non commigrauerat: verùm adeò erat inclyta apud omnes illius virtus, vt audito eius nomine, maiore plauſu cum Sabini quàm illi qui detulerãt regnũ, acciperent. Vbi renuntiauerunt in concione quem dixiſſent regem, primores vtriuſque factionis ad eum oratum, vt ad regnum ſuſcipiendũ veniret, pariter mittunt. Curibus Numa celebri Sabinorum vrbe habitabat, à quibus Quirites ſe Romani vnà cum receptis Sabinis nominauêre. Filius fuit Pomponii illuſtris viri, ex quatuor fratribus minimus, diuino quodam caſu eadem genitus die qua Romulus condiderat Romam, ea eſt vndecimo Calend. Maias. Hic temperatum ſua ſponte ad omnem virtutem animum magis etiam doctrina, tolerantia & ſapientiæ ſtudio excoluerat. Quarum præſidio artium, non modò motus animi illos infames, verùm etiam honoratam apud barbaros violentiam & fraudulentiam extirpauerat: eam demum veram fortitudinem exiſtimans, quæ cupiditatibus animi ſui imponeret rationis frænos. Ita dum ſimul omnem luxum domo & delicias exigit, omnibus ciuibus & peregrinis integrum ſe in iudicando & conſilio dando præbet, otium ſuum non in luſtris & quæſtibus ponit, ſed in religione deorum immortalium, & in contemplanda per rationem eorum natura & poteſtate: ingenti nomine fuit & gloria, vt ille quem conſortem regni habebat Romulus, Tatius, vnicam filiam ei Tatiam nuptum daret. Nec tamen hæ nuptiæ ei tantos ſpiritus fecerunt, vt ad ſocerum migraret, ſed ibidem commoratus in Sabinis eſt, tuens patrem: ſimulq; Tatia viri priuati otium honoribus & ſplendore, quibus potuit per parentem frui Romæ, prætulit. Cæterùm hanc ferunt, poſtquam in Numæ matrimonio tredecim annos fuiſſet, deceſſiſſe. Hinc Numa relicta vrbana vita, plerumque ruſticari & errare ſolus voluit, egitque in lucis deorum ſacriſque pratis ac ſolitudinibus. Vnde potiſſimùm nata eſt de dea fama,

A ὃν μέρει ἕκαστον τοῖς βασιλικοῖς τοῦ δαίμονος κοσμούμενον, θύειν τε τοῖς θεοῖς τὰ νενομισμένα καὶ χρηματίζειν, ἐξ μὲν ὥρας τῆς νυκτὸς, ἑξ δὲ τῆς ἡμέρας κυείνῳ. καὶ γὰρ ἡ δημοκρατία τῶν καιρῶν ἑκατέρου τοῖς ἰσότητα καλῶς ἔχειν ἐδόκει τοῖς ἄρχουσι, καὶ τοῖς τὸ δῆμον ἡ μεταβολὴ τῆς ἐξουσίας ἀφαιρεῖν τὸ φθόνον, ὁρῶντα τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς τὸν αὐτὸν ἰδιώτην καὶ βασιλέως γιγνόμενον. ὃ δὴ ῥῆμα τοῦτο τῆς ἀρχῆς μεσοβασιλείαν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ἀλλὰ καὶ οὕτως πολιτικῶς καὶ ἀνεπαχθῶς ἀφηγεῖσθαι δοκοῦντες, ὑποψίας καὶ θορύβοις τοῖς ἐπιπολὺ, ὡς μεταιρούντες εἰς ὀλιγαρχίαν τὰ πράγματα, καὶ ἀναπαιδαγωγοῦντες καὶ σοφίσαι αὐτοῖς τὴν πολιτείαν, βασιλείας ὃ οὐκ ἐθέλοιεν. καὶ τοσοῦτο συνέβησαν ἀμφότεραι τοῖς ἀλλήλαις αἱ στάσεις, ὥστε τὴν ἑτέραν καὶ τῆς ἑτέρας ἀποδεῖξαι βασιλέα. μάλιστα γὰρ ἂν οὕτως ἔν τε τῷ παρόντι παύσασθαι τὴν φιλονεικίαν, καὶ τὸ ἀποδεικνύειν τοῖς ἀμφοτέροις ἴσον νενικέναι, τοὺς μὲν, ὡς ἐλομένους ἀγαπῶντα, τοῖς δὲ νίκην ὄντα ἀφ' συνῳδίαν. ὑπεξελόντων δὲ τοῖς τοῖς Ῥωμαίοις τὸ Σαβίνων τὴν αἵρεσιν, ἔδοξε μᾶλλον ἐλέσθαι Σαβῖνον αὐτοῖς ἀποδείξαντας, ἢ τοῦ δεῖν Ῥωμαῖον καὶ ἐκείνων ἑλομένων. καὶ βουλευσάμενοι καθ' ἑαυτοὺς ἀποδεικνύουσιν καὶ Σαβίνων Νουμᾶν Πομπίλιον, ἄνδρα τὸ μὲν εἰς Ῥώμην ἀπῳκισμένων γεγενημένον, γνώριμον δὲ οὕτω δι' ἀρετὴν ὅπερ πᾶσιν, ὥστε τῶν ἑλομένων τοσοῦτον ὄνομα θέντος αὐτοῦ δέξασθαι τοὺς Σαβίνους. φήσαντες οὖν ὃ δῆμος τὰ δεδογμένα, πρέσβεις καὶ πέμπουσι τοὺς τὸν ἄνδρα καὶ τὴν τοὺς τοσοῦτον ἀπ' ἀμφοτέρων, ἥκειν δεησομένους, καὶ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν. ἐν δὲ πόλεως μὲν ὁ Νουμᾶς ἐπιφανὴς καὶ Σαβίνοις τῶν Κυείτων. (ἀφ' ἧς Κυείτας Ῥωμαῖοι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῖς ἀνακηρυχθεῖσι Σαβίνοις τοσοῦτον ὠνομάσθησαν) υἱὸς ὁ Πομπωνίου, ἀνὴρ δόκιμος, τετάρων ἀδελφῶν νεώτατος· ἡμέρᾳ ὃ γενόμενος (κατὰ δὴ λόγον θείαν τύχην) καὶ ἡ τὴν Ῥώμην ἔκτισαν οἱ περὶ Ῥωμύλον. αὕτη δὲ ἐστι τοῦ δεκαμιαῖος καλανδῶν Μαΐων. φύσει ὃ τοῖς πᾶσαν ἀρετὴν δὲ κεκραμένος τὸ ἦθος, ἔτι μᾶλλον αὐτὸν ἐξημέρωσε διὰ παιδείας καὶ κακοπαθείας καὶ φιλοσοφίας, οὐ μόνον τὰ λοιδορούμενα πάθη τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν μισοῦσαν καὶ τοῖς βαρβάροις βίαν καὶ πλεονεξίαν καὶ πολὺν ποιησάμενος, ἀνδρείαν ὃ ἀληθῆ, τὴν ὑπὸ λόγου τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ αὐτῷ κάθαρσιν ἡγούμενος. καὶ ὃ τούτου, πᾶσαν οἴκοθεν ἅμα φυσικὴν καὶ πολυτελῆ ἐξελαύνων, πρῶτα δὲ πολίτῃ καὶ ξένῳ χρῆσθαι παρέχων ἑαυτὸν ἄμεμπτον δικαστὴν καὶ σύμβουλον, αὐτὸς δὲ ἑαυτῷ φυλάττοντι χρώμενος, οὐδὲ τοῖς ἡδυπαθείαις καὶ πολυτελείαις, ἀλλὰ θεραπείαν θεῶν καὶ θεωρίαν διὰ λόγου, φύσεώς τε αὐτῶν καὶ δυνάμεως, ὄνομα μέγα καὶ δόξαν εἶχεν, ὥστε καὶ Τάτιον τὸν καὶ Ῥώμῃ συμβασιλεύσαντα Ῥωμύλῳ, μιᾶς αὐτῷ θυγατρὸς οὔσης Τατίας, ποιήσασθαι γαμβρὸν ἐκεῖνον. οὐ μὴν ἐπήρθη γε τῷ γάμῳ μεθικίσασθαι τοῖς τὸν πενθερὸν, ἀλλ' αὐτὸν τοῦ πατέρα γηραιὸν καὶ Σαβίνοις, ἐπέμενεν, ἅμα καὶ τῆς Τατίας ἑλομένης τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἰδιώτου ὄντος ἡσυχίαν τοῦ τῆς καὶ Ῥώμῃ διὰ τὸν πατέρα τιμῆς καὶ δόξης. αὕτη μὲν οὖν λέγεται τρίτῳ καὶ δεκάτῳ μετὰ τὸν γάμον ἔτει τελευτῆσαι. ὁ δὲ Νουμᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ καὶ πλανᾶσθαι μόνος ἤθελεν, ἐν ἄλσεσι θεῶν, καὶ λειμῶσιν ἱερῶν, καὶ τόποις ἐρήμοις ποιούμενος τὴν διαίτην. ὅθεν οὐχ ἥκιστα τὴν ἀρχὴν ὁ περὶ τῆς θεᾶς ἔλαβε λόγος,

B

C

D

E

F

ὡς ἄρα Νεμᾶς ἐκεῖνος οὐκ ἀδημονίᾳ τινὶ ψυχῆς καὶ πλάνῃ τοῦ μετ' αἰθέρος ἀπολέλοιπε βίον ἀλλὰ σεμνοτέρας γεγευμένος ὁμιλίας, καὶ γάμων θείων ἠξιωμένος, Ἡγρίᾳ δαίμονι σεσωὼν ἐρώσῃ καὶ σεσυναυτώμενος, εὐδαίμων αἰνῆρ καὶ τὰ θεῖα πεπυυμένος γέγονεν. ὅτι μὲν οὖν ταῦτα πολλοῖς τῶν πάνυ παλαιῶν μύθων ἔοικεν, οἷς οἱ Φρύγες τε περὶ Ἄττεω, καὶ Βιθυνοὶ περὶ Ἡροδότου καὶ περὶ Ἐνδυμίωνος Ἀρκάδες, ἀγόντων τε πολλῶν εὐδαιμόνων δι' ἐκείνων καὶ θεοφιλῶν ἡγεμόνας δοκούντων, παραλαβόντες ἠγάπησαν, οὐκ ἀδηλόν ἐστι. καὶ που λόγος ἔχει τὸν θεὸν, οὐ φίλιππον, οὐδὲ φίλορνιν, ἀλλὰ φιλάνθρωπον ὄντα, τοῖς ἀφαφερόντως ἀγαθοῖς ἐθέλειν συνεῖναι, καὶ μὴ δυσχεραίνειν μηδὲ ἀτιμάζειν ἀνδρὸς θείου καὶ σώφρονος ὁμιλίαν. ὡς δὲ καὶ σώματος ἀνθρωπίνου καὶ ὥρας ἔστί τις θεῷ καὶ δαίμονι κοινωνία καὶ χάρις, ἔργον ἤδη καὶ τοῦτο πιθανῶν. καίτοι δοκοῦσιν οὐκ ἀπιθάνως Αἰγύπτιοι διαρεῖν, ὡς γυναικὶ μὲν οὐκ ἀδυνάτου πνεῦμα πλησιάσαν θεοῦ, καὶ νοῦν ἐντεκεῖν ἀρχὰς γενέσεως, ἀνδρὶ δ' οὐκ ἔστι σύμμιξις πρὸς θεὸν, οὐδὲ ὁμιλία σώματος. ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι ὃ μιγνύμενον, ᾧ μίγνυται, τοῦ ἴσου δύναται δοῦναι κοινωνίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ φιλίαν γε πρὸς ἀνθρώπου εἶναι θεὸν, καὶ τὸν ὑπὲρ ταύτης λεγόμενον ἔρωτα, καὶ φυόμενον εἰς ἐπιμέλειαν ἤθους καὶ ἀρετῆς, πρέπον ἂν εἴη. καὶ οὐ πλημμελοῦσιν οἱ τὸν Φορβάντα καὶ τὸν Ὑάκινθον καὶ Ἄδμητον ἐρωμένους Ἀπόλλωνος γεγονέναι μυθολογοῦντες. ὥσπερ αὖ καὶ τὸν Σικυώνιον Ἱππόλυτον, οὗ δὴ καί φασιν, ὁσάκις τύχοι ἀφαπλέων εἰς Κίρραν ὑπὸ Σικυῶνος, αὐτῷ χρᾶν τοῦ Πυθίου, οἷ ἀγαθυνομένου τοῦ θεοῦ καὶ χαίροντος, ἀποφαίνειν τόδε τὸ ἔπος,

Καὶ δ' αὖθ' Ἱππολύτοιο φίλον κάρη εἰς ἅλα βαίνῃ,
Γινδάρου θ' ἃ καὶ τῶν μελῶν ἔρασιν τοῦ ἡγεμόνα τε Πίνδαρον μυθολογοῦσιν. ἀπέδωκε δὲ ἕνα ἑκάστῳ καὶ Ἀρχιλόχῳ καὶ Ἡσιόδῳ τελευτήσασι παρὰ τὰς μούσας τὸ δαιμόνιον. Σοφοκλῆς θ' καὶ ζῶντι τὸν Ἀσκληπιὸν ἐπιξενωθῆναι λόγος ἐστὶ, πολλὰ μέχρι δεῦρο παρασώζων τεκμήρια· καὶ τελευτήσαντι τυχεῖν ταφῆς ἄλλως θεὸς (ὡς λέγεται) παρέσχεν. ἆρα οὖν ἄξιον ἐστὶ, ταῦτα συγχωρεῖν ἐπὶ τούτων, ἀπιστεῖν εἰ Ζαλεύκῳ, καὶ Μίνῳ, καὶ Ζωροάστρῃ, καὶ Νουμᾷ, καὶ Λυκούργῳ, βασιλείας κυβερνῶσι, καὶ πολιτείας διακοσμοῦσιν, εἰς τὸ αὐτὸ ἐφοίτα τὸ δαιμόνιον; ἢ τούτοις μὲν εἰκός ἐστι καὶ σπουδάζοντας θεοῖς ὁμιλεῖν, ἐπὶ διδασκαλίᾳ καὶ παραινέσει τῶν βελτίστων· ποιήταις δ' καὶ λυρικοῖς μικρεύζοντοιν, εἰ ἄρα, χρῆσθαι παίζοντας; εἰ δ' λέγοι τις ἄλλως, κατὰ Βακχυλίδην, Γλαυκεῖα κέλευθος. οὐδὲ γὰρ ἄτερος λόγος ἔχει τι φαῦλον περὶ Λυκούργου καὶ Νουμᾶ καὶ τοιούτων ἄλλων ἀνδρῶν λέγεται, ὡς δυσκάθεκτα καὶ δυσάρεστα πλήθη χειρούμενοι, καὶ μεγάλας ἐπιφέροντες ταῖς πολιτείαις καινοτομίας, πρεσβεύσαντο τοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ δόξαν, αὐτοῖς ἐκείνοις πρὸς οὓς ἐχρηματίζοντο, σωτήριον οὖσαν. ἀλλὰ γὰρ ἔτος ἤδη ἀφ' τελευῶν τῷ Νουμᾷ πεντεκαιεικοστὸν, ἦκον, ἀπὸ Ῥώμης οἱ πρέσβεις πρὸς καλοῦντες ἐπὶ τοῦ βασιλείαν. τοὺς δ' λόγους ἐποιήσαντο Πρόκλος καὶ Οὐέλεσος, ὧν πρότερον ἐπίδοξος ἦν ὁ δῆμος αἱρήσεσθαι τὸν ἕτερον βασιλέα· Πρόκλῳ μὲν τὸν Ῥωμύλου λαῶν, Οὐελέσῳ δ' τῶν Τατίου μάλιστα προσεχόντων. ἔτι μὲν οὖν βραχέα διελέχθησαν, οἰόμενοι τῷ Νεμᾷ τὸν σεσωτυχίαν ἀπαζομένῳ γεγενέναι· ἐν δ' οὐ μικρὸν (ὡς ἔοικεν) ἔργον, ἀλλὰ καὶ λόγων πολλῶν καὶ δεήσεως τὸ πεῖσαι καὶ μεταστῆσαι γνώμην αἰδοῦς ἡσυχίᾳ καὶ εἰρήνῃ βεβιωκότος εἰς ἀρχὴν πόλεως ὅπου τινὰ γεγενημένης πολέμῳ καὶ στάσει ξενικῆς.

A nullo Numam illum mœrore aut perturbatione mentis in ſeceſſu viuere, ſed ſublimioris guſtu cõtubernii & cœleſtibus nuptiis potitum, ex deæ Egeriæ ipſius amore flagrantis congreſſu atq; conſuetudine vitam beatam eſſe adeptum, & rerum diuinarum ſcientiam hauſiſſe. Haud obſcurum eſt hæc multas reſipiſcere veteres fabulas, quas Phryges de Atte, Bithyni de Herodoto, & de Endymione Arcades, deq; aliis compluribus, quos beatos ducebant & diis gratos, à maioribus acceptas probauerunt. Et ſane non mirum eſt, quum nõ equorum vel auium deus, ſed hominum amore teneatur, cum iis qui virtutibus excellunt, cupere eum

B vnà eſſe neq; reſpuere hominis diuini & ſapientis familiaritatem. At corporis quoq; humani & ſpeciei deum laremq; trahi conſuetudine & gratia, id vero eſt difficile creditu. Et quidem non abſurdè putantur Ægyptii digerere, nihil prohibere quin halitus dei appulſus mulieri, principia infundat generationis, ſed viro nullũ cum dea patere congreſſum vel corporis conſuetudinem. Verùm ignorant hi parem inuicẽ reddere commixta communicationem. Sed enim eſſe diis charum hominem, atq; hinc amorem illum, quem aiunt, exiſtere ad tuendam modeſtiam & virtutem, haud ſit abſonum. Neq; errent illi qui Phorbantem, Hyacinthum, Admetum, ab Apolline fabulantur adamatos, ſicut etiam Sicyonium Hippolytum, cui aiunt,

C quoties à Sicyone tranſmitteret Cirrham, ſortes Pythiam, quaſi ſentiente deo & exultante, dediſſe, vaticinariq; hunc verſum ſolitam,

Iamq; iterum Hippolyti charum caput æquora ſulcat.

Iam Pindari quoq; eiuſq; carminum Pana deſiderio captum fuiſſe eſt in fabulis. Ad hæc Archilocho & Heſiodo carminum gratia fato functis habitum à deo honorẽ. Sophoclis etiam viui Æſculapium hoſpitio vſum fama eſt, quæ multa ad hanc

D vſq; memoriã veſtigia retinet: & defuncto alium deum ſepulturam perhibent curaſſe. Sed quum his fidem habeamus, quid? num abnuemus Zaleuco, Minoë, Zoroaſtre, Numa, Lycurgo, regnis moderantib. & conſtituentibus reſp. deum vſum familiariter? An verò potius cum his deos dicemus, vt recta ſuggerant iis & moneant, eſſe ſeriò congreſſos: poëtis verò & lyricis vibriſſantibus, ſi tamen vnquam, per luſum frui? Sicui videtur aliter, lata eſt via, vt verbis Bacchylidis vtar. Sed nec altera fama, quæ de Lycurgo, Numa & ſimilibus viris refertur, quicquam habet abſurdi, quum fe-

E rocem multitudinem & difficilem tractarẽt, multaq; in ciuitatibus ſuis nouarent, commentos fuiſſe, vt authoritatem diuinam adhiberent illis ipſis, ad quos iſta ſimulabant, ſalutarem. Porrò Numam annum agentem quadrageſimum legati Romani acciuerunt ad accipiendum regnum. Verba fecerunt Proculus & Veleſus, quorum alterutrum populus antè videbatur ad regnum prouecturus. Proculi veteres Romani, Tatii factio fuerat Veleſi ſtudioſa. Breuis fuit oratio eorum fortunam delatam rati Numæ gratam fore. Atqui non parui negotii ſanè fuit, ſed multæ perſuaſionis & con-

F tentionis inducere eum & flectere ſententiam eius, vt ex tranquilla & quieta vita imperium reciperet ciuitatis in bello quaſi natæ & adultæ.

Igitur patre & Martio propinquo adhibitis, respondit omnem vitæ conuersionem lubricam homini esse, cui verò ad vitam tolerandam nihil absit, & cui res suæ satis debeant placere, eum nihil præter dementiam ex assuetis auferre & traducere, quæ si nulla re alia, quòd stabiliora certè sunt, præcellant incertis. Tametsi obscurus non sit status regni ex Romuli casibus coniicienti, quanta suspicione aspersus insidiarum collegę structarum Tatio fuerit, quantum etiam senatum, quasi necatus ab eo, presserit. Atqui Romulum hi vulgò (inquit) celebrant diis satum, diuinaq; ei incunabula tribuunt, & seruatum infantem incredibili modo autumant. Nobis mortale genus, nutrimenta & rudimenta sub hominibus quos cognoscitis. Laus verò morum meorum aliena est à regnaturo, magnum otium & tranquillitatis literarum studium. Ingens etiam mihi est & inueteratus pacis amor rerumq; quietarum & hominum cœtus ad deorum honorem, & ad se mutuò inuitandos celebrantium, cętera seorsum agros colentium aut pascentium. Vobis Romani multa bella Romulus inuitus fortasse reliquit. Ad ea sustinenda ciuitas ardentem desiderat & viuidum regem. Iam multum assuetus populus est armis, & ob secundum rerum cursum alacris: neq; quenquam latet tendere ad maiora eum & libidine flagrare in alios dominandi, vt planè despectui sit futurus is qui veneretur deos, & colere iustitiam, rapinam atque bellum odisse doceat ciuitatem, quæ ducem potius ad bellandum, quàm quærat regem. His verbis repudiantem regnum Romani maiorem in modum obtestari & orare ne iterum ipsos in seditionem & bellum ciuile coniiceret, quum alium, in quem consensura vtraq; factio esset, non haberent. Iam etiam parens & Martius summotis illis suadere & vrgere seorsum eum ad recipiendum ingens & cœleste donum. Siue diuitias tua contentus sorte (inquiunt) non desideras, neque splendorem imperii & potentiæ sectaris excellentiore præditus virtute, saltem regni administrationem ministerium existima dei, qui excitat, neque obsolescere & torpere istam patitur tantam iustitiam. Noli itaque declinare & defugere imperium, quod sapienti viro egregiorum & magnorum factorũ est stadium, in quo & deos colere magnificè, & ad pietatem mollire liceat homines, qui facillimè & promptissimè ad principis se mores conformant. Hi etiam Tatium dilexerunt aduenam principem, & Romuli memoriam honoribus diuinis consecrauerunt. Quid si victorem populum iam satietas capiet belli, triumphisque expletus & manubiis, sedatum principem & iustitiæ cultorem ad ciuitatem legibus & pace temperandam exoptat? Qui si vel immodico & insano bellandi ardeat studio, nónne satius sit habenas tenentem aliò diuertere feruorem eius, patriæque atque vniuersæ Sabinorum genti florentem ciuitatem & opulentam necessitudine & amicitia copulare? His accesserunt (vt fertur) fausta prodigia, contentioque ciuium eius & studium, vt diuulgatum est quid adferrent legati, rogantium iret, atque regnum capesseret ad vnanimitatem & concordiam inter ciues conciliandam. Vt in eam sententiam descendit, re diuina facta Romam profectus est. Prodiit ei obuiam incredibili desiderio senatus populusque.

A ἔλεγλν οὖν τοῦ τε παῖδος αὐτοῦ πατρόνος, καὶ Μαρκίου, τῶν συγγενῶν ἑνὸς, ὡς Πᾶσα μὲν ἀνθρωπίνου βίου μεταβολὴ, σφαλερόν· ᾧ δὲ μηδὲ ἄπεστι τῶν ἱκανῶν, μήτε μεμωρόν ἐστι τῶν παρόντων, τοῦτον οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἀποια μεταχωρεῖν καὶ μεθίστασθαι οὐκ ἂν σωφρόνων. οἷς κἂν εἰ μηδὲν ἕτερον πρεσβεία; τῷ βεβαιοτέρῳ διαφέροι τῶν ἀδήλων. ἀλλ' οὐδὲ ἄδηλα τὰ τῆς βασιλείας τοῖς Ῥωμύλου τεκμαιρομένοις παθήμασιν, ὡς πονηρὰν μὲν αὐτὸς ἔλαβε δόξαν, ὑπὸ βουλευόντων τῷ συνάρχοντι Τατίῳ, πονηρὰν δὲ τοῖς ὁμοτίμοις παρεσκεύασεν, ὡς ἀπηρημένος ὑπ' αὐτῶν. καὶ Ῥωμύλον μὲν οὗτοι παῖδα

B θεῶν ὑμνοῦσι φήμαις, καὶ θρεφεῖν δαιμόνιον αὐτὸν καὶ σωτηρίαν ἄπιστον ἔτι νηπίου λέγουσιν. ἐμοὶ δὲ καὶ γένος θνητὸν ἐστι, καὶ θρεπτὴ καὶ παίδευσις ὑπ' ἀνθρώπων, ὧν οὐκ ἄγνοιά τε γεγενημένη. τὰ δ' ἐπαινούμενα τοῦ βίου, βασιλεύειν πόρρω μέλλοντος ἀνδρὸς, ἡσυχία τε πολλὴ καὶ δίκαιος ἐπὶ λόγοις ἀπεφαίνομεν. ὁ δὲ δεινὸς οὗτος καὶ σεσοφὸς εἰρήνης ἔρως καὶ πραγμάτων ἀπολέμων, καὶ ἀνθρώπων ἐπὶ τιμῇ θεῶν καὶ φιλοφροσύναις εἰς ὃ αὐτὸ συνιόντων, τὰ δὲ ἄλλα καθ' ἑαυτοὺς γεωργούντων ἢ νεμόντων. ὑμῖν δὲ, ὦ Ῥωμαῖοι, πολλοὺς μὲν ἴσως ἀβουλήτους ἀπέλειπε πολέμους Ῥωμύλος, οἷς

C αὐτερείδοιτο ἡ πόλις ἐμπείρου δεῖται βασιλέως καὶ ἀκμάζοντος· πολλὴ δὲ καὶ σωφροσύνη καὶ προθυμία δι' εὐτυχίαν γέγονε τοῦ δήμου, καὶ οὐδένα λέληθεν αὔξεσθαι καὶ κρατεῖν ἑτέρων βουλόμενος· ὥστε καὶ γλῶσσα ἂν εἴη πᾶλλα, θεραπεύοντος θεοὺς καὶ δίκαιον τιμῶν, βίαν δὲ καὶ πόλεμον ἐξαφανῆ διδάσκοντος πόλιν στρατηλάτου μᾶλλον ἢ βασιλέως δεομένου. τοιούτοις λόγοις ἀφοσιούμενοι τὸν βασιλείαν τὸν ἀνδρὸς, οἵ τε Ῥωμαῖοι πᾶσαν ἐποιοῦντο σπουδὴν ἀντιβολοῦντες, καὶ δεόμενοι μὴ σφᾶς αὖθις εἰς στάσιν ἐμβαλεῖν καὶ πόλεμον ἐμφύλιον, οὐκ ὄντος ἑτέρου πρὸς ὃν ἀμφότεραι συνιοῦσαι αἱ στάσεις. ὅ, τε

D πατὴρ καὶ ὁ Μάρκιος, ἐκείνων μεταστάντων, ἰδίᾳ προσκείμενοι τὸν Νουμᾶν ἔπειθον δέχεσθαι μέγα καὶ θεῖον δῶρον. Εἰ δ' αὐτὸς οὔτε πλούτου δεῖ δι' αὐτάρκειαν, οὔτε δόξαν ἀρχῆς καὶ δυναστείας ἐζηλωκὼς κρείττονα, τὸν ἀπ' ἀρετῆς ἔχων. ἀλλ' ὑπηρέτην γε θεοῦ τὸ βασιλεύειν ἡγούμενος, ὃς γε αὐξήσει καὶ οὐκ ἐᾷ κεῖσθαι καὶ ἀργεῖν τὸν ἐν σοὶ τοσαύτην δικαιοσύνην· μὴ φεύγε, μηδὲ ἀποδίδρασκε τὸν ἀρχὴν, αἱδοῖ φερεγγίμῳ πρόξεων καλῶν καὶ μεγάλων οὖσαν χώραν· ἐν ᾗ καὶ θεραπεῖαι θεῶν μεγαλοπρεπεῖς εἰσι, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἀνθρώπων ἡμερώσεις, ῥᾷστα καὶ τάχιστα μεταχωρουμένων

E ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος. ἔστι καὶ Τάτιον ἔστερξεν ἔπαινον ἡγεμόνα, καὶ τὸν Ῥωμύλου μνήμην ἀποθεοῦσι τιμαῖς. τίς δὲ οἶδεν εἰ καὶ νικῶντι δήμῳ πολέμου κόρος ἔσται, καὶ μεστοὶ θριάμβων καὶ λαφύρων γεγενότες, ἡγεμόνα πρᾶον καὶ δίκης ἐταίρην ἐπ' εὐνομίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποθοῦσιν; εἰ δὲ δὴ καὶ πανταπάσιν ἀκρατῶς ἔχοιεν καὶ μανικῶς πρὸς πόλεμον, ἆρ' οὐχὶ βέλτιον ἀλλαχόσε τὴν ὁρμὴν αὐτῶν τρέπειν, ἢ καὶ χρὴς ἔχοντας τὰς ἰδίας; τῇ δὲ πατρίδι καὶ παντὶ τῷ Σαβίνων ἔθνει σύνδεσμον εὐνοίας καὶ φιλίας πρὸς πόλιν ἀκμάζουσαν καὶ δυνατὴν γενέσθαι; τούτοις προσῆν (ὡς λέγεται) σημεῖά τε

F χρηστὰ, καὶ σπουδὴ τῶν πολιτῶν, καὶ ζῆλος, ὡς ἐπύθοντο τὴν πρεσβείαν, δεομένων βαδίζειν καὶ παραλαμβάνειν τὴν βασιλείαν, ὅπῃ κοινωνία καὶ συγκράσει τῶν πολιτῶν. ὡς οὖν ἐδόκει, θύσας τοῖς θεοῖς προῆλθεν εἰς τὴν Ῥώμην. ἀπήντα δὲ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος, ἔρωτι θαυμαστῷ τοῦ ἀνδρὸς,

εὐφημίαι τε προπέμπουσαι γυναικῶν ἐγένοντο καὶ θυσίαι πρὸς
ἱερεῖς καὶ χαρὰ πάντων, ὥσπερ οὐ βασιλέα τῆς πόλεως,
ἀλλὰ βασιλείαν δεχομένης. ἐπεὶ δ' εἰς τὴν ἀγορὰν κατέστησαν,
ὁ μὲν τοῦ πρεσβυτέρου σκείναις σκυφληχὼς μεσοβασιλεὺς Σπόριος
Οὐέτιος, ψῆφον ἐπέδωκε τοῖς πολίταις, καὶ πάντες ἐκύρωσαν
προσφερομένων δὴ αὐτῷ τῶν βασιλικῶν παρασήμων, ὑπο-
χεῖν κελεύσας, ἔφη δεῖσθαι καὶ θεοῦ τὴν βασιλείαν ἐμπε-
δοῦντος αὐτῷ. παραλαβὼν δὲ μάντεις καὶ ἱερεῖς, ἀνέβαινεν
εἰς τὸ Καπιτώλιον. Ταρπήϊον αὐτὸ λόφον οἱ τότε Ῥωμαῖοι
προσηγόρευον. ἐνταῦθα τῶν μάντεων ὁ πρεσβύτατος, τὴν μὲν
εἰς μεσημβρίαν ψέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δ' παρασὰς
ἐξόπισθεν, καὶ τῇ δεξιᾷ τῆς κεφαλῆς ἐφαπτόμενος αὐτοῦ, κα-
τηύξατο, καὶ προεσκόπει τὰ παρὰ τῶν θεῶν οἰωνοῖς ἢ συμ-
βόλοις προφαινόμενα, πάντα χρόνον τοῦ ὄψεως προφέρων. σι-
γὴ δὲ ἄπιστος ἐν πλήθει τοσούτῳ τοῦ ἀγορᾶν κατεῖχε, κα-
ραδοκούντων καὶ σιωπωμένων τὰ μέλλοντα. μέρεις δ' παρέ-
φαίνησαν ὄρνιθες ἀγαθοὶ καὶ δεξιοὶ ἐπέβρεψαν. οὕτω δὲ τοῦ
βασιλικοῦ ἀναλαβὼν ἐσθῆτα κατέβαινε Νουμᾶς εἰς τὸ
πλῆθος ἀπὸ τῆς ἄκρας· τότε δὲ καὶ φωναὶ καὶ δεξιώσεις ἦσαν
ὡς εὐσεβέστατον καὶ θεοφιλέστατον δεχομένων. παραλαβὼν
δ' τοῦ ἄρχοντος, πρῶτον μὲν τοὺς τριακοσίους δορυφόρους σύ-
στημα διέλυσεν, οὓς Ῥωμύλος ἔχων ἀεὶ περὶ τὸ σῶμα, κέλε-
ρας προσηγόρευσεν, ὅ πρόσεστι ταχεῖς· ὅτε γὰρ ἀπιστεῖν πιστεύο-
σιν, οὔτε βασιλεύειν ἀπιστούντων ἠξίου. δεύτερον δ', τοῖς οὖσιν
ἱερεῦσι Διὸς καὶ Ἄρεος τρίτον Ῥωμύλου προσκατέστησεν, ὃν
Φλαμίνα Κυρινάλιον ὠνόμασεν. σκάλοιο δ' καὶ τοὺς προ-
γενεστέρους Φλαμίνας, ἀπὸ τῶν πρεσβυτικῶν πίλων, οἷς περὶ
ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι, πιλαμύας λινοῦς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν
Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνα-
κεκραμένων καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς λαίνας, ὁ Γόβας
χλαίνας φησὶν εἶναι· καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς
ἀμφιθαλῆ παῖδα, λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν
οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσ-
ηγόρευον. ταῦτα δ' ὁ Νουμᾶς ἐπὶ διανοίᾳ καὶ χάριτι τοῦ δήμου
πολιτευόμενος, εὐθὺς ἐπεχείρει τὴν πόλιν, ὥσπερ σίδηρον,
ἐκ σκληρᾶς καὶ πολεμικῆς, μαλακωτέραν ποιῆσαι καὶ δι-
καιοτέραν. ἀτεχνῶς γὰρ οὗ Πλάτων ἀποκαλεῖ φλεγμαίνου-
σαν πόλιν, ἐκείνην τοῦτ' ἐοῦσαν, συρράντων μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς
πόλεμον πινὶ καὶ παραβόλῳ θρασύτητι τῶν θρασυτάτων καὶ μα-
χιμωτάτων ἐκεῖ πάντα χρόνον ὠσαμένων, ταῖς δ' πολλαῖς στρα-
τείαις καὶ τοῖς συνεχέσι πολέμοις, ἐφῆκεν ἀναμένων καὶ αὐ-
ξήσει τῆς δυνάμεως, καὶ (καθάπερ τὰ καταπηνύμενα, τῶν
σείεσθαι μᾶλλον ἑδράζεται) ῥώννυσθαι δοκοῦσαν ἀπὸ τῶν κιν-
δύνων, οὕτω δ' μετέωρον καὶ τεταραγμένον δῆμον ἐν μικρᾷ καὶ
φαύλῃ οἰόμενος εἶναι) τῷ γραμματείας μεταλαβεῖν καὶ με-
ταχειρίσασθαι τοῖς εἰρηνικοῖς, ἠγάγετο τὴν ἀπὸ τῶν θεῶν βοή-
θειαν, τὰ μὲν πολλὰ θυσίαις καὶ πομπαῖς καὶ χορείαις, ἃς αὐτὸς
ὠργίασε καὶ κατέστησεν, ἅμα σεμνότητι ἀναγωγὸν ἐπιφέρων
καὶ φιλάνθρωπον ἡδονὴν ἐγείσας, δημαγωγῶν καὶ ψυχαγωγῶν
τὸ θυμοειδὲς καὶ φιλοπόλεμον· ἔστι δ' ὅτε καὶ φόβους λινοῦς
ἀπαγγέλλων παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ φάσματα δαιμόνων ἀλλόκο-
τα καὶ φωνὰς οὐκ ἀμυθεῖς, ἐδούλου, καὶ ταπεινοῦ ἐποίει τὴν
ἀθάνοιαν αὐτῶν ὑπὸ δεισιδαιμονίας· ἐξ ὧν καὶ μάλιστα λόγον εἶχεν ἡ σοφία καὶ ἡ παίδευσις τοῦ ἀνδρὸς ὡς Πυθαγόρᾳ
συνεγενόμενος. μέγα γὰρ οὖν μέρος, ὡς ἐκείνῳ τῇ φιλοσοφίας, καὶ τούτῳ τῇ πολιτείας ἡ περὶ τὸ θεῖον ἀγχιστεία καὶ θερα-
πεία. λέγεται δὲ καὶ τὸν ἔξωθεν ὄγκον καὶ σχηματισμὸν ἀπὸ τῆς αὐτῆς Πυθαγόρᾳ θαυμασίας περιβαλέσθαι

A Fœminæ eum festis acclamationibus exceperunt. Ad sacras ædes hostiæ cæsæ, tantaque omnium fuit lætitia, quasi non regem, sed exciperet ciuitas regnum. Vt in forum descenderunt, Spurius Vettius, qui per eas horas erat interrex, misit Quirites in suffragia, omnesque suffragiis illum regem dixêre. Cui quum insignia regni deferrentur, sustinere iussit, velle se Deos de regno consulere. Ita vnà cum auguribus & sacerdotibus in Capitolium ascendit, (Tarpeium collem appellabant tunc Romani) ibi princeps augurum eum capite velato ad meridiem conuertit, atque à tergo
B adsistens, dextra in capite Numæ imposita, precatus est, & in omnem partem circumlatis oculis, si qua auspicia vel ostenta dii darent, obseruauit. Mirum interea tantæ multitudinis in foro stantis silentium erat, expectantis & in euentum suspensæ, quousque secundæ & faustæ aues conspectæ rem comprobauerunt. Tum Numa veste regia indutus ex arce ad populum descendit, exceptusque est, vt vir religiosissimus & sanctissimus, plausu & complexu. Inito regno protinus cohortem trecentorum, quibus stipatus Romulus semper fuerat, quos appellauerat Celeres, ex-
C autorauit: neque enim diffidere fidem sibi habentibus, neque imperare diffidentibus in animum induxit. Inde duobus flaminibus Diali & Martiali, tertium Romuli addidit, quem vocauit Quirinalem. Nam & priscos flamines nominabant à pileis quibus caput tegebant, quasi pilamines (vt proditum memoriæ est) Græcis dictionibus tunc plus quàm hoc seculo Latinæ linguæ immixtis. Quas enim ferebant lænas reges, Iuba vult χλαίνας esse, & ministrum in æde Iouis pubescentem puerum dici Camillum, quo nomine Mercurium nonnulli Græci à ministerio appel-
D lauêre. Quum hæc instituisset Numa ad conciliandam sibi beneuolentiam & gratiam populi, ilicò ciuitatem ferri modo rigidam & bellis efferatam, ad humanitatem parat & iustitiam mollire. Et reuera illa tunc erat, quam vocat æstuantem ciuitatem Plato. Nam ab origine audacissimi quiq; & pugnacissimi, quos ferocitas & proiecta conglobauerat temeritas, illuc vndiq; confluxerant, crebrisq; expeditionibus & bellis perpetuis aluerat illa ciuitas & propagauerat vires, ac sicut tigna validius defiguntur agitata, ita induruisse ex periculis videbatur. Tam elatum & ferocem populum non vulgaris nec mediocris artis esse ratus
E tractare & reflectere ad pacem, à religione consilium mutuauit. Sacrificiis plurimùm & supplicationibus atque choreis, quæ ipse obibat dispensabatq;, cõiunctam venerandam grauitatem cum suaui oblectamento & festiuo habentib. mulcens ac pertractãs feruidos & martiales animos, interim metũ deorũ iniiciens, & spectra larium horrenda tristesq; voces nuntians, domabat atq; deprimebat spiritus eorũ religione. Vnde percrebuit præcipuè sapientiam hanc & eruditionẽ ex Pythagora hausisse Numam. Magna enim ex parte hic reipub. suę institutionem, philosophiam superior in rebus di-
F uinis posuit. Exteriorem speciem quoq; & personam eandem ac Pythagoras mente dicitur petisse.

Fertur ille ita mansuefecisse aquilam, vt certis vocibus sisteret & deuocaret superuolantem. Iam in conuentu Olympiaco transeuntem femur aureum protulisse, aliasque commemorant monstrificas eius artes & facta. Quare scripsit Timon Phliasius,

Pythagoram technis captantem nominis auram
Vita & mulcentem blandis sermonibus aures.

Numæ fabula deæ cuiuspiam aut nymphæ montanæ amor & arcanum cum ipso contubernium, vt supra diximus, erat, mutuaque cum Musis consuetudo. Plerasque autem diuinationes suas contulit in Camœnas. Vnam peculiariter atque eximiè venerari præcepit Romanis, Tacitam eam nominauit: quæ commemoratio visa est & obseruatio silentii Pythagorici. Iam huius de statuis scita, vndequaque Pythagoræ placitorum sunt germana. Neque enim ille sensui aut vlli dolori expositum rerum principium esse, sed inuisibile, incorruptum, sola mente existimauit apprehensibile. Hîc vetuit Romanis hominis vel bestiæ formam tribuere Deo, neque fuit vlla apud eos antè vel picta vel ficta imago Dei, sed primos centum sexaginta annos templa extruxerunt & cellas Diis, simulacrum per id temporis nullum habuerunt, nefas putantes augustiora exprimere humilioribus, neque aspirari aliter ad Deum quàm mente posse. Ad hæc hostiæ eius respondent planè victimis Pythagoricis: incruentæ enim erant, ac ferè farina, libaminibus ex vino & rebus simplicissimis parabantur. Aliis præterea argumentis vrgent remotioribus horum contubernium. Quorum vnum est, quòd donauerunt Pythagoram Romani ciuitate, vt author in libro quodam Antenori dicato comicus est Epicharmus, vir antiquus & ex schola Pythagorica. Alii quòd vnum Numa ex quatuor filiis suis nomine Pythagoræ filii appellauerit Mamercum. Ab illo Æmyliam quoque gentem patriciis insertam nomen referunt traxisse, regemque blando eo nomine expressisse illius in dicendo lepores & venustatem. Nos Romæ ex multis accepimus, quum narrarent ex Oraculo, quod olim iusserat Romanis vt sapientissimo & fortissimo inter Græcos statuas apud se locarent, duas æneas in foro posuisse, vnam Alcibiadis, alteram Pythagoræ. Verùm hæc ambiguitatis sunt plena, quæ certè stultæ sit pertinaciæ prolixius agitare vel adstruere. Iam etiam sacerdotum, quos Pontifices vocant, adscribunt ordines & primordium Numæ, aiuntque ipsum inter eos Pontificem maximum fuisse: inde ducto vocabulo (vt nonnulli volunt) quòd Deos curent, qui potestatem & arbitrium habent omnium rerum. Sunt qui à dictione Posse deducant, exemptis quibusdam literis, præcipiente sacerdotibus legislatore sacrificia facere quæ possent, nec, si quod interuenerit maius impedimentum, fatigante eos. Maxima pars nomen omnium absurdissimum approbant, neq; aliunde quàm à sacris quæ peragebatur in pontibus, sanctissimis & antiquissimis hos cognomen inuenisse: quorum tuendorum & reficiendorum, vt cæterorum perpetuorum & solennium sacrorum, ad hos sacerdotes cura pertineat:

καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀετόν τε δοκεῖ πρᾶσθαι φωνᾶς ἵσιν ὑπηρετήσας καὶ καταγαγὼν ὑπερπτάμενον, τόν τε μηρὸν ἀποφῆναι χρυσοῦν ὀλυμπιάσι διαπορευόμενος τὴν πομπήν. ἄλλας τε τερατώδεις μηχανὰς αὐτοῦ καὶ πράξεις ἀναλογίζεται· ἐφ' αἷς καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἔγραψε,

Πυθαγόρην ὃ γόητα ἀποκλίνοντ' ἐπὶ δόξας,
Θήρη ἐπ' ἀιθέρων, σεμνηγορείης ὀαριστύν.

τῷ δὲ Νουμᾶ, δρᾶμα θεᾶς τινος ἢ νύμφης ὀρείας ἔρως ἦν, καὶ συνουσία πρὸς αὐτὸν ἀπόρρητος, (ὥσπερ εἴρηται) καὶ κοινὰ μετὰ μουσῶν διατριβαί. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν μαντευμάτων, εἰς μούσας ἀνῆγε, καὶ μίαν μοῦσαν ἰδίως καὶ διαφερόντως ἐδίδαξε σέβεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, Τακίτην προσαγορεύσας, οἷς σιωπηλὴν ἢ νέφος· ὅπερ εἶδος δοκεῖ τὴν Πυθαγόρου ἀπομνημονεύοντος ἐχεμυθίαν καὶ τιμῶντος. ἔστι δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν ἀφιδρυμάτων νομοθετήματα πανταχόθεν τῶν Πυθαγόρου δογμάτων. ὅτε γὰρ ἐκεῖνος αἰσθητὸν ἢ παθητὸν, ἀόρατον δὲ καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν ὑπελάμβανεν εἶδος τὸ πρῶτον. οὗτος δὲ διεκώλυσεν αἰθεροπρεπῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα θεοῦ Ῥωμαίοις νομίζειν. οὐδ' ἐν ἀρχαῖς οὔτε γραπτὸν, οὔτε πλαστὸν εἶδος θεοῦ πρότερον, ἀλλ' ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔτεσι ναοὺς μὲν οἰκοδομούμενοι διετέλουν, καὶ καλιάδας ἱερὰς ἱστῶντες, ἄγαλμα δὲ οὐδὲν ἔμμορφον ποιούμενοι διετέλουν. ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίονα τοῖς χείροσιν, οὔτε ἐφάπτεσθαι θεοῦ δυνατὸν διανοίᾳ καὶ νοήσει. καὶ μὴν καὶ τὰ τῶν θυσιῶν ἔχεται τῆς Πυθαγορικῆς ἀγνείας· ἀναίμακτοι γὰρ ἦσαν, αἵ τε πολλαὶ δι' ἀλφίτου καὶ σπονδῆς καὶ τῶν εὐτελεστάτων πεποιημέναι. χωρὶς δὲ τούτων, ἑτέρωθεν ἔξωθεν ἐπαγωνίζονται τεκμηρίοις, τὸν ἄνδρα τῷ ἀνδρὶ συνοικειοῦντες. ὧν ἕν μέν ἐστιν, ὅτι Πυθαγόραν τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαῖοι προσέγραψαν, ὡς ἱστόρηκεν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς ἐν τινι λόγῳ πρὸς Ἀντίνορα γεγραμμένῳ, παλαιὸς ἀνὴρ, καὶ τῆς Πυθαγορικῆς διατριβῆς μετεχηκώς. ἕτεροι δὲ, ὅτι τεσσάρων υἱῶν βασιλεῖ Νουμᾷ γενομένων, ἕνα Μάμερκον ὀνόματι τῷ Πυθαγόρᾳ παιδὶ προσηγόρευσεν. ἀπ' ἐκείνου δὲ καὶ τὴν Αἰμυλίων οἶκον δυναμιζόμενα τοῖς πατρικίοις ὀνομασθῆναι φασὶν οὕτως, ὑποκορειζομένου τοῦ βασιλέως τινὰ ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ἀνδρὸς αἰμυλίαν καὶ χάριν. αὐτοὶ δὲ ἀκηκόαμεν πολλῶν ἐν Ῥώμῃ διεξιόντων ὅτι Ῥωμαίοις ποτὲ χρησμοῦ γενομένου, τὸν φρονιμώτατον καὶ τὸν ἀνδρειότατον Ἑλλήνων ἱδρύσασθαι παρ' αὐτοῖς, ἔρισμα ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς εἰκόνας χαλκᾶς δύο, τὴν μὲν, Ἀλκιβιάδου, τὴν δὲ, Πυθαγόρου. ταῦτα μὲν οὖν ἀμφισβητήσεις ἔχοντα πολλὰς, καὶ τὸ κινεῖν ἀμφὶ μακρότερον, καὶ τὸ πιστεύεσθαι, μειρακιώδους ἐστὶ φιλονεικίας. Νουμᾶ δὲ καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων, οὓς ποντίφικας καλοῦσι, διάταξιν καὶ κατάστασιν ἀποδιδόασι, καὶ φασὶν αὐτὸν ἕνα τούτων πρῶτον γενέσθαι, κεκλῆσθαι δὲ τοὺς ποντίφικας, οἱ μὲν ὅτι τοὺς θεοὺς θεραπεύουσιν, δυνατοὺς καὶ κυρίους ἁπάντων ὄντας· ὁ γὰρ δυνατὸς, ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομάζεται ποτνής· ἕτεροι δὲ φασι πρὸς ὑπεξαίρεσιν γεγονέναι τοῦνομα τῶν δυνατῶν, ὡς τοῦ νομοθέτου τὰς δυνατὰς ἐπιτελεῖν ἱερουργίας τοὺς ἱερεῖς κελεύοντος· δεῖ δὲ ἢ μὴ κώλυμα μεῖζον, τοῦ συνεφαπτοντος. οἱ δὲ πλεῖστοι μάλιστα καὶ τὸ λεγόμενον τοῦ ὀνόματος δοκιμάζουσιν, ὡς οὐδὲν ἀλλ' ἢ γεφυροποιοὺς τοὺς ἄνδρας ἐπικλήσεις ἀπὸ τῶν ποιουμένων ἐπὶ τοῦ γεφυρῶν ἱερῶν, ἁγιοτάτων καὶ παλαιοτάτων ὄντων· ποντὴν γὰρ οἱ Λατῖνοι τὴν γέφυραν ὀνομάζουσιν. εἰ δὲ μόνοι καὶ τὴν τήρησιν αὐτῶν καὶ τὸν ἐπισκευὸν, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀκινήτων καὶ πατρίων ἱερῶν, προσήκουσαν τοῖς ἱερεῦσιν.

οὐ γὰρ θεμιτὸν ἀλλ' ἐπάρατον ἡγεῖσθαι Ῥωμαίους τὴν κατάλυσιν τῆς ξυλίνης γεφύρας· λέγεται γὰρ καὶ ὁ πάμπολυς αἰδοῖος σιδήρου καὶ λίθου λόγον συνεγκεκρῶσθαι διὰ τῶν ξύλων. ἡ δὲ λιθίνη πολλοῖς ὕστερον ἐξειργάσθη χρόνοις ὑπὸ Αἰμιλίου Καμιλλίου τοῦ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ξυλίνην, τῶν Νουμᾶ χρόνων ἀπολείπεσθαι λέγουσιν. ὑπὸ Μαρκίου τοῦ Νουμᾶ θυγατριδοῦ βασιλεύοντος ἀποτελεσθεῖσαν. ὁ γὰρ μέγιστος τῶν ποντιφίκων, οἷς ἐξηγεῖται τοὺς καὶ τοὺς θεραφίτου, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει, οὐ μόνον τὰ δημοσίᾳ δρωμένων ἐπιμελούμενος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰδίᾳ θύοντας ἐπισκοπῶν, καὶ κωλύων παρασκευάζειν τὰ νενομισμένα, καὶ διδάσκων ὅπου τοῖς δεοῖς τοὺς θεοὺς ἡμῖν ἢ τοῦ αἰτήσουν. ὧν δὲ καὶ τὰς ἱερὰν παρθένων ἐπίσκοπος, ἃς ἑστιάδας προσαγορεύουσιν. Νουμᾶς γὰρ δὴ καὶ τὰς τῶν ἑστιάδων παρθένων καθιέρωσιν, καὶ ὅλως τὰ περὶ τὸ πῦρ τὸ ἀθάνατον, ὃ φυλάττουσιν αὗται, θεραπείαν τε καὶ ἡμῖν ἀποδιδόασιν, εἴτε ὡς καθαρὸν καὶ ἄφθαρτον τοῦ τοῦ πυρὸς οὐσίαν ἀκηράτοις καὶ ἀμιάντοις τοῦ παθεμένου σώμασιν, εἴ τε τὸ ἄκαρπον καὶ ἄγονον τῆς παρθενίας συνοικειοῦντες. ἐπεὶ τοι τὸ Ἑλλάδος ὅπου πῦρ ἄσβεστόν ἐστιν, ὡς Πυθοῖ καὶ Ἀθήνησιν, οὐ παρθένοι, γυναῖκες δὲ πεπαυμένᾳ γάμων, ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν. ἐὰν δὲ ὑπὸ τύχης τινὸς σκεδασθῇ, καθάπερ Ἀθήνησι μὴν, ἐπὶ τῆς Ἀρεοπαγίτου λέγεται τυραννίδος ἀποσβεσθεῖσαν τὸν ἱερὸν λύχνον, ἐν Δελφοῖς δὲ, τοῦ ναοῦ καταστρεφέντος ὑπὸ τῶν Μήδων, πρὸς δὲ τὰ Μιθριδατικὰ καὶ τὸν ἐμφύλιον Ῥωμαίων πόλεμον, ἅμα τῷ βωμῷ τὸ πῦρ ἠφανίσθη. ὃ φασι μὴ δεῖν ἀπὸ ἑτέρου πυρὸς ἀναίεσθαι, καινὸν δὲ ποιεῖν καὶ νέον ἀνάστατον ἀπὸ τοῦ ἡλίου φλόγα καθαρὰν καὶ ἀμίαντον. ἐξάπτουσι δὲ μάλιστα τοῖς σκαφείοις, ἃ κατασκευάζεται μὴν ἀπὸ πλευρᾶς ἰσοσκελοῦς ὀρθογωνίου τριγώνου κεκλασμένα, συνιόντα δὲ εἰς ἓν ἐκ τῆς περιφερείας κέντρον. ὅταν οὖν θέσιν ἀναστίαν λάβῃ πρὸς τὸν ἥλιον, ὥστε τὰς αὐγὰς πανταχόθεν ἀναπλουμένας ἀθροίζεσθαι καὶ συμπλέκεσθαι πρὸς τὸ κέντρον, αὐτόν τε διακαίει τὸν ἀέρα λεπτυνόμενον, καὶ τὰ κυφόταλα καὶ ξηρόταλα τῶν προσπιπτόντων ὀξέως ἀνάπτει καὶ τὴν ἀντέρεισιν, σῶμα καὶ πληγὴν πυρώδη τοῦ αὐγῆς λαμβανούσης. ἔνιοι μὴν οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἱερὰν παρθένων ἀλλ' ἢ τὸ ἄσβεστον ἐκεῖνο φρουροῦσι πῦρ νομίζουσιν· ἔνιοι δὲ εἶναί τινα φασὶν ἀθέατα τοῖς ἄλλοις ἱερὰ κρυπτόμενα, περὶ ὧν ὅσα καὶ πυθέσθαι καὶ φράσαι θεμιτὸν, ἐν τοῖς Καμίλλου βίοις γέγραπται. πρῶτον μὴν οὖν ὑπὸ Νουμᾶ καθιερωθῆναι λέγουσιν Γεγανίαν καὶ Βερενίαν, δεύτερον δὲ Κανουλήιαν καὶ Ταρπηίαν· ὕστερον δὲ Σερβίου δύο προσθέντος ἄλλας τοῖς ἀριθμοῖς, διατηρῆσαι μέχρι τοῦ χρόνων τούτων τὸ πλῆθος. ὡρίσθη δὲ ταῖς ἱεραῖς παρθένοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἄγνοια τριακονταέτις, ἐν ᾗ τὸν μὲν πρῶτον δεκαετίαν, ἃ χρὴ δρᾶν μανθάνουσι· τὸν δὲ μέσον, ἃ μεμαθήκασι δρᾶσι· τὸν δὲ τρίτον, ἑτέρας αὐταὶ διδάσκουσιν. εἶτα αὐταῖς τῇ βουλομένῃ μετὰ τὸν χρόνον τοῦτον ἤδη καὶ γάμου μεταλαμβάνειν, καὶ πρὸς ἕτερον τραπέσθαι βίον, ἀπαλλαγείσῃ τῆς ἱερουργίας. λέγονται δὲ πολλαὶ ταύτην ἀπαστάσαι τὴν ἄδειαν, οὐδὲ ἀπασαμένᾳ χρηστὰ πράγματα συντυχεῖν, ἀλλὰ μετανοίᾳ καὶ κατηφείᾳ συνοῦσαι τὸν λοιπὸν βίον, ἐμβαλεῖν τὰς ἄλλας εἰς δεισιδαιμονίαν, ὥστε μέχρι γήρως καὶ θανάτου διατελεῖν ἐγκαρτερούσας καὶ παρθενευομένας. ἡμᾶς δὲ μεγάλας ἀπέδωκεν αὐταῖς, ὧν ἐστι καὶ τὸ διαθέσθαι ζώντος ἐξεῖναι παῖδας καὶ τἄλλα πράττειν αὐτὸ πρᾶγμα, ὥσπερ αἱ τοῖ παῖδες. ῥαδιουργοῦσι δὲ πρεσβεύουσαι· κἂν ἀγορμίῳ τινὶ πρὸς θάνατον αὐτῆς συντύχωσιν οὐκ αἱρεῖται· δεῖ δὲ ἀπομόσαι τὴν παρθένον, ἀκούσιον καὶ τυχαίαν γεγενέναι. καὶ οὐκ ἐξεπίτηδες τὴν ἀπόστασιν.

A neq; enim licitum esse, sed nefas putare Romanos pontem sublicium soluere. Dicunt enim hunc ex oraculo quodam totum absq; ferro fuisse clauis ligneis iunctum: lapideus multis seculis pòst ædificatus ab Æmylio quæstore est. Imò sublicium quoq; referunt ab rege Anco Martio Numæ ex filia nepote fuisse excitatum. Pontifex maximus instar est interpretis & vatis: vel potius sacrorum antistitis, qui non tantùm publicarum ceremoniarum agit curam, verùm etiam sacrificia priuata obseruat, & vetat solennia excedere, docetq; quibus hostiis dii colendi vel placandi sint. Insuper virginum Vestalium custos erat, quarum item cõ-
B secrationem & perpetui ignis, quem asseruant hæ, curam & religionem assignant Numæ: siue puram & incorruptam ignis naturam integris & impollutis credidit corporibus, siue infœcundam & sterilem aggregauit virginitati. Siquidem in Græcia quoq; sicubi seruatur æternus ignis, sicut Delphis & Athenis, viduæ extra ætatem positæ nuptiarum, non virgines præsunt ei. Qui si fortè extinctus fuerit, vt Aristionis tyrannide sacra lucerna Athenis, & Delphis templo à Medis incenso, belloq; Mithridatico atque Romanorum ciuili vnà cum ara fuit deletus ignis, negant eum fas esse ex alio ac-
C cendi igne, sed nouum & recentem parandum, eliciendamq; puram ac liquidam ex sole flammam. Succendunt eam scaphiis cauatis in ęqualia latera orthogonia trigonalia, quæ ex circumferentia in vnum centrum sunt deuexa. His soli obuersi radiis vndique flagrantes coguntur & contrahuntur ad centrum. Ita quum ipsum aëra diuidunt attenuatum, tum leuissimum quodq; atq; aridissimum apposito fomentum inflammant extemplo, quòd accipiant reflexione radii corpus & ictum igneũ. Ac nonnulli apud virgines Vestales præter ignem illum æternum depositum nihil arbitrantur: alii
D sacra quædam nulli conspecta alii condita ibi esse. De quibus quatenus audire & dicere fas est, disseruimus in vita Camilli. Primas à Numa sacratas Geganiam & Vereniam perhibent, inde Canuleiã & Tarpeiam, pòst adiecisse duas prioribus Seruiũ: hunc numerum ad nostrum æuum retentum. His Vestalibus virginitas à rege tricennalis prescripta. Eius primo decennio, quæ ad ceremonias pertinent, discunt, medio funguntur sacerdotio, tertio alias instituunt: quo exacto spatio liberum iis est nubere, & relicto sacerdotio aliam instituere vitam. Quam facultatẽ paucas aiunt amplexas, neq;
E fuisse sequutis lætã, sed pœnitentiæ & mœroti per reliquũ vitę implicatas, cęteris religionẽ incussisse vt ad senectutẽ vsq; & mortẽ in virginitate persisterent. Tribuit his ingentes prærogatiuas, inter quas testamenta vel superstite patre nuncupandi ius, & sine tutore vel curatore liberũ rerum suarũ arbitrium, vt quibus tres sunt liberi. Prodeuntibus in publicum lictores apparent. Sicui fortè occurrerint ad supplicium rapto, is mortis pœna eximitur. Iusiurandum autẽ exigitur à virgine, fortuitũ fuisse & inconsultũ nec præmeditatũ occursum.

Is qui ſellam curulem earum ſubit dum vehuntur, necatur. Ob alia peccata virgines Veſtales cæduntur à pontifice maximo. Interdum nudam, quæ deliquit, loco obſcuro & obtenſo velo caſtigat. Stupri vero comperta, iuxta portam quæ dicitur Collina, viua defoditur. Tumulus ibi intra muros terreus eſt, in longum porrectus (agger Latino ſermone vocatur) in eo ædicula ſubterranea extruitur modica, gradus habet quibus deſcenditur ſuperne. In ea lectus ponitur ſtratus & lucerna accenſa, eorum quoq; quæ ad victum ſunt neceſſaria, pauca, vt panis, aqua in ampulla, lac, oleum, quaſi corpus abominentur maximis conſecratum ceremoniis fame conficere. Damnatam lecticæ indunt, atque vndique obnubunt eam, vinciuntq; loris, vt ne vocem quidem mittere illa, quæ valeat exaudiri, queat. Ita eam per forum deuehunt. Decedunt autem via omnes taciti, proſequunturque ſine voce atq; ingenti cum mœſtitia. Neq; eſt ſpectaculum illic vllum magis horrendum, nec triſtior facies ciuitatis vlla alia eſt die. Vbi ad locum illum eſt lectica delata, apparitores ei vincula demunt, pontifex maximus ante ſupplicium, preces quaſdam arcanas tenſis ad cœlum manibus peragit. Inde educit obuolutam, atq; in ſcalis, qua deſcenſus eſt in domunculam, conſtituit, tum auertit ſe cum aliis ſacerdotibus. Poſtquam illa deſcendit, retrahuntur ſcalæ, & ædicula multa iniecta deſuper humo contegitur, donec complanatum ſolum aggeris ſit. Ad eum modum plectuntur quæ ſacram virginitatem imminuerunt. Ferunt Numã ædem quoque Veſtæ ſacro igni orbicularem circumiecisſe, vt ibi aſſeruaretur, adumbrãs non effigiem terræ, quaſi ea Veſta ſit, ſed vniuerſi mundi, cuius in medio ignis ſedem locant Pythagorei, eamque Veſtam nominant & vnitatem. Terram vero non putant immobilem, neque mediam tenere regionem globi, ſed eſſe in gyrum circum ignem ſuſpenſam, neque numerari inter elementa mundi præcipua & prima. Eadem Platonem volunt iam ſenem de terra ſenſisſe, alio eam loco reponentem, medium vero domicilium alteri cuipiam attribuisſe præcellentiori. Pontifices præterea iuſta funebria, quibus opus eſt, præſcribunt, quos edocuit Numa, nihil vt eorum polluere arbitrarentur, ſed vt Deos inferos quoque colerent, qui præſtantiſſimam noſtri partem recipiant, præ cæteris eam quam appellant Libitinam, Deam præſidem eorum quæ defunctis ſunt feralia peragenda, ſiue ea Perſephone, ſiue potius (vt arbitrantur Quiritium eruditiſſimi) Venus ſit, haud male vni virtuti numinis rationem ortus & exceſſus adſcribentes. Idem luctus certis ætatibus & temporibus finiuit: vt puerum trimulo minorem nequis lugeat, maiorem ne plures menſes quam ille annos vixit vſque ad decem: nullam ætatem vltra. Longiſſimam luctus diem decem menſibus terminauit, quod ſpacium viduis quoque abſtinendi à morte viri præfinitum eſt à ſecundis nuptiis. Quæ ante nupſiſſet, ea bouem fœtam illius lege immolabat. Multorum quoque Numa aliorum ſacerdotiorum fuit autor. Eorum duo commemorabo, ex quibus elucet in primis illius religio, Saliorum & Fecialium:

ὁ ὃ ἐπελθὼν κομιζομένων ἐπὶ τὸ φορεῖον ἀποθνήσκει κόλασις δὲ τῶν μὴ ἄλλων ἁμαρτημάτων, πληγαὶ ταῖς παρθένοις, τοῦ μεγίστου ποντίφικος κολάζοντος. ἔστιν ὅτε καὶ γυμνὴν τὴν πλημμελήσασαν, ὀδύνης ἐν παλυσκίῳ τοῦ δατεινομένης. ἡ δὲ τῶν παρθενίαν καταισχύνασα, ζῶσα κατορύττεται, τοῦ δὲ τῶν Κολλίνων λεγομένου πύλιν. ἐν ᾗ ὅστι τὶς ἐντὸς τῶν πόλεως ὀφρὺς γεώδης, τοῦ δατείνουσα πόρρω· καλεῖται δὲ χῶμα ἀμφαλέκτῳ τῇ Λατίνων. ἐνταῦθα κατασκευάζεται κατάγαιος οἶκος οὐ μέγας, ἔχων ἄνωθεν κατάβασιν. κεῖται ὃ ἐν αὐτῷ κλίνη τε ἐπεστρωμένη, καὶ λύχνος καόμενος, ἀπαρχαί τε τῶν τοῖς τὸ ζῆν ἀναγκαίων βραχεῖαί τινες· οἷον ἄρτος, ὕδωρ, ἐν ἀγγείῳ γάλα, ἔλαιον· ὥσπερ ἀφοσιουμένων τὸ μὴ λιμῷ ἀμαφθείρειν σῶμα ταῖς μεγίσταις καθιερωμένων ἁγνείαις. αὐτὴν ὃ τὴν κολαζομένην εἰς φορεῖον ἐνθέμενοι, καὶ καταστεγάσαντες ἔξωθεν καὶ καταλαβόντες ἱμᾶσιν, ὡς μηδὲ φωνὴν ἐξακουστὸν γενέσθαι, κομίζουσι δι' ἀγορᾶς. ἐξίασται ὃ πομπαὶ σιωπῇ, καὶ τοῦ δακέμπουσιν ἄφθογγοι μετά τινος δεινῆς κατηφείας· οὐδὲ ὅστιν ἕτερον θέαμα φοβερώτερον, οὐδὲ ἡμέραν ἡ πόλις ἄλλην ἄγει συγκοτέραν ἐκείνης. ὅτοσν ὃ τοῦ ἐς τὸν τόπον κομισθῇ τὸ φορεῖον, οἱ μὲν ὑπηρέται τοὺς δεσμοὺς ἐξέλυσαν, ὁ ὃ τῶν ἱερῶν ἔξαρχος, δυὰς χεῖρας ἀπορρήτοις ποιησάμενος, καὶ χεῖρας ἀνατείνας θεοῖς τοῖς τῆς ἀνάγκης, ἐξάγει συγκεκαλυμμένην, καὶ καθίστησιν ἐπὶ κλίμακος εἰς τὸ οἴκημα κάτω φερούσης· εἶτα αὐτὸς μὲν ἀποτρέπεται μετὰ τῶν ἄλλων ἱερέων, τῆς δὲ καταβάσης, ἥ τε κλίμαξ ἀναιρεῖται, καὶ καταχρύπτεται τὸ οἴκημα, γῆς πολλῆς ἄνωθεν ἐπιφορουμένης, ὥστε ἰσόπεδον τῷ λοιπῷ χώματι γενέσθαι τὸν τόπον. οὕτω μὲν αἱ τοιαῦται τὴν ἱερὰν παρθενίαν κολάζονται. Νουμᾶς δὲ λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον τοιβαλέσθαι τῷ ἀσβέστῳ τοῦ φουγάνου· ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς ὡς Ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἵδρυσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦτο Ἑστίαν καλοῦσιν καὶ μονάδα. τὴν δὲ γῆν, οὔτε ἀκίνητον, οὔτε ἐν μέσῳ τῆς περιφορᾶς οὖσαν, ἀλλὰ κύκλῳ περὶ τὸ πῦρ αἰωρουμένην οὔτε τῶν πρεσβυτάτων, οὐδὲ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου μορίων ἐπάρχειν. ταῦτα ὃ καὶ Πλάτωνα φασὶ τοῖς πρεσβύτερον γενόμενον ἀμφιγνοεῖσθαι περὶ τῆς γῆς ὡς ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ καθεστώσης, τὴν δὲ μέσην καὶ κυριωτάτην ἑτέρῳ τινὶ κρείττονι τοιοῦσαν. οἱ δὲ ποντίφικες καὶ τὰ περὶ τὰς ταφὰς πάτρια τοῖς χρήζουσιν ἀφηγοῦνται, Νουμᾶ διδάξαντος μηδὲν ἡγεῖσθαι μίασμα τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκεῖ θεοῖς σέβεσθαι τοῖς νενομισμένοις, ὡς τὰ κυριώτατα τῶν ἡμετέρων ἐπιδεχομένοις. ἐξαιρέτως δὲ τὴν προσαγορευομένην Λιβίτιναν, ὁτιοῦν τὴν περὶ τοὺς θνήσκοντας ὁσίων θεὸν οὖσαν, εἴτε Περσεφόνην, εἴτε μᾶλλον, ὡς οἱ λογιώτατοι Ῥωμαίων ἐπολαμβάνουσιν, Ἀφροδίτην· οὐ κακῶς εἰς μίαν δύναμιν θεοῦ τὰ περὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰς τελευτὰς ἀνάπτοντες. αὐτὸς δὲ καὶ τὰ πένθη κατ' ἡλικίας καὶ χρόνους ἔταξεν· οἷον, παῖδα μὴ πενθεῖν νεώτερον τελετοῦς, μηδὲ πρεσβύτερον, πλείονας μιᾶς ὧν ἔβιωσεν ἐνιαυτῶν, μέχρι τῶν δώδεκα, καὶ πρωτέρω μηδεμίαν ἡλικίαν. ἀλλὰ τοῦ μακροτάτου πένθους χρόνον εἶναι δεκαμηνιαῖον, ἐφ' ὅσον καὶ χηρεύουσιν αἱ τῶν ἀποθανόντων γυναῖκες. ἡ δὲ πρότερον γαμηθεῖσα, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας Νουμᾶ διδάξαντος ἱεροσυνάς, βοῶν ἐγκύμονα κατέθυσεν ἐκείνου νομοθετήσαντος. ἔτι δυοῖν μνησθήσομαι, τῆς τεσαλίων, καὶ τῆς τῶν φιτιαλίων, αἳ μάλιστα τὴν εὐσέβειαν τοῦ ἀνδρὸς ἐμφαίνουσιν.

οἱ μὲν γὰρ φιτιάλιοι, εἰρηνοφύλακές τινες ὄντες, ὡς δὴ ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τοὐνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, λόγῳ τὰ νεικη κατέπαυον, οὐκ ἐῶντες κρατύνειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι. καὶ γὰρ εἰρηνίαν Ἕλληνες καλοῦσιν, ὅταν λόγῳ μὴ βίᾳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι, λύσωσι τὰς διαφοράς· οἱ δὲ Ῥωμαίων φιτιαλεῖς πολλάκις μὲν ἐβάδιζον ὡς τοὺς ἀδικοῦντας αὐτοὶ πείθοντες δυγνωμονεῖν. ἀγνωμονούντων δ', μαρτυρόμενοι θεοὺς καὶ κατοξύνοντες πολλὰ καὶ δεινὰ καθ' αὑτῶν αὐτοὶ καὶ τῆς πατρίδος, εἰ μὴ δικαίως ἐπεξίασιν, οὕτω κατήγγελλον αὐτοῖς τὸν πόλεμον. κωλυόντων δ' τούτων, ἢ μὴ συναινούντων, οὔτε στρατιώτῃ θεμιτὸν, οὔτε βασιλεῖ Ῥωμαίων ὅπλα κινεῖν· ἀλλὰ πρὸς τούτων ἔδει τοῦ ἀρχοῦ τοῦ πολέμου δεξάμενον, ὡς δίκαιον, τὰ ἄριστα, τότε σκοπεῖν πρὸς τὸ συμφέροντος. λέγεται δὲ καὶ τὸ Κελτικὸν ἐκεῖνο πάθος τῇ πόλει γενέσθαι τούτων τῶν ἱερῶν πρόξενομηδέντων. ἔτυχον μὲν γὰρ οἱ βάρβαροι Κλουσίνιοις πολιορκοῦντες· ἐπέμφθη δὲ πρεσβευτὴς Φάβιος Ἄμβουστος εἰς τὸ στρατόπεδον, διαλύσεις πράξων ὑπὲρ τῶν πολιορκουμένων. λαβὼν δ' ἀποκρίσεις οὐκ ἐπιεικεῖς, καὶ πέρας θεῖν ἀπὸ τοῦ πρεσβείας οἰόμενος, ἐνεδυνάσατο, ὑπὲρ τῶν Κλουσίνων ὅπλα λαβὼν, προκαλέσασθαι τὸν ἄριστον τῶν βαρβάρων. καὶ μὲν οὖν τῆς μάχης ἐτυχεῖτο, καὶ καταβαλὼν ἐσκύλευσε τὸν ἄνδρα· γνωρίσαντες δὲ οἱ Κέλτοι, πέμπουσιν εἰς Ῥώμην κήρυκα, τὸν Φάβιον κατηγορήσοντες ὡς ἔκσπονδον καὶ ἄπιστον καὶ ἀκατάγγελτον ἐξενηνοχότος πρὸς αὐτοὺς πόλεμον. ἐνταῦθα τοῦ μὲν σύγκλητον οἱ φιτιαλεῖς ἔπειθον ἐκδιδόναι τὸν ἄνδρα τοῖς Κελτοῖς· καταφυγὼν δὲ ἐκεῖνος εἰς τοὺς πολλοὺς, καὶ τῷ δήμῳ συνοικίζοντι χρησάμενος, διεκρούσατο τοῦ δίκην. μετ' ὀλίγον δ' ἐπελθόντες οἱ Κελτοὶ τὴν Ῥώμην πλὴν τοῦ Καπιτωλίου διεπόρθησαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς περὶ Καμίλλου μᾶλλον ἀκριβοῦται. τοὺς δ' Σαλίους ἱερεῖς ἐκ τῆς τοιαύτης λέγεται συστῆσαι πρόφασεως· ἔτος ὄγδοον αὐτοῦ βασιλεύοντος, λοιμώδης νόσος πρεσβεύουσα τοῦ Ἰταλίαν ἐτρόπωσε καὶ τὴν Ῥώμην. ἀθυμούντων δ' τῶν ἀνθρώπων, ἰσοῦται χαλκοῦν πέλτην ἐξ οὐρανοῦ καταφερομένην, εἰς τὰς Νουμᾶ πεσεῖν χεῖρας· ὅτι δὴ αὐτῇ θαυμάσιόν τινα λόγον λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὃν Ἠγερίας τε καὶ τῶν μουσῶν πυθέσθαι. τὸ μὲν γὰρ ὅπλον ἥκειν ὅτι σωτηρία τῆς πόλεως, καὶ δεῖν αὐτὸ φυλάττεσθαι, γνωμένων ἄλλων ἕνδεκα καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος καὶ μορφὴν ἐκείνῳ παραπλησίων, ὅπως ἄπορον εἴη τῷ κλέπτῃ, δι' ὁμοιότητα τοῦ διωκτοῦ ὅτι τυχεῖν· ἐπὶ δ' χρῖσαι μούσας καθιερῶσαι τὸ χωρίον ἐκεῖνο, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸ λειμῶνας, ὅπου τὰ πολλὰ φοιτῶσαι συν διατελοῖσιν αὐτῷ. τῷ δὲ πηγῷ ἢ καταρδεῖ τὸ χωρίον, ὕδωρ ἱερὸν ἀποδεῖξαι ταῖς ἑστίαις παρθένοις, ὅπως λαμβάνουσαι καθ' ἡμέραν, ἁγνίζωσι καὶ ῥαίνωσι τὸ ἀνάκτορον. τούτοις μὲν οὖν μαρτυρῆσαι λέγουσι καὶ τὰ τοῦ νόσου, πρόσχημα παυσάμενα. τῷ δὲ πέλτῃ πρεσθέντος αὐτοῦ, καὶ κελεύσαντος ἀμιλλᾶσθαι τοὺς τεχνίτας ὑπὲρ τῆς ὁμοιότητος, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀπειπεῖν, Βετούριον δὲ Μαμούριον, ἕνα τῶν ἄκρων δημιουργῶν, οὕτως ἐνθεασθαι τῆς ἐμφερείας, καὶ κατασκευάσαι πάσας ὁμοίας, ὥστε μηδὲ αὐτὸν ἐπὶ τῶν Νουμᾶν διαγινώσκειν. τούτων οὖν φύλακας καὶ ἀμφιπόλους ἀπέδειξε τοὺς σαλίους ἱερεῖς. σαλιοὶ δὲ ἐκλήθησαν, οὐχ ὡς ἔνιοι μυθολογοῦσι Σαμόθρακες ἀνδρὸς ἢ Μαντινέως ὄνομα σαλίου τὸ ὁπλίον ἐκδιδάξαντος ὄρχησιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως αὐτῆς ἀλτικῆς οὔσης, ἣν ὑποδυόμενοι διαπορεύονται τὴν πόλιν, ὅταν τὰς ἱερὰς πέλτας ἀναλάβωσιν ἐν τῷ Μαρτίῳ μηνί, φοινικοῦν μὲν ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκον, μίτραις δὲ χαλκαῖς

A siquidem pacis Feciales arbitri fuerunt, qui mea quidem opinione, nomen ex officio suo trahentes disceptatione comprimebant certamina, neque prius quam abscissa omni iuris obtinendi spe ad arma iri finibant. Pacem enim vocant, quum verbis non vi mutuas controuersias diremerunt. Feciales Romani frequenter commeabant ad eos qui iniuriam inferrent, poscebantque res reddi. Si non redderent, Deos testati multa diraque sibi ipsi ac patriæ suæ, ni iuste iniuriam vindicatum irent, imprecabantur: ita indicebant illis bellum. Intercedentibus his aut improbantibus, neq; mi-
B liti licebat neque regi Romano arma mouere, sed ab his auspicandum ei bellum vt iusto duci erat, inde quid expediret, expendendum. Ac cladem quidem illam Gallicam his violatis ceremoniis inuectam vrbi, fama est. Nam quum obsiderent Clusinos barbari, Fabius Ambustus in castra missus legatus fuit ad impetrandam obsessis pacem. Qui durioreaccepto responso, defunctum se munere ratus legationis, præceps arma induit pro Clusinis, ac fortissime dimicantem inter barbaros prouocauit. Obtinuit quidem victoriam oppresso Gallo: verum legentem spolia vbi Galli agnouerunt misso Romam caduceato-
C re vocauerunt Fabium in crimen quod bello non indicto contra ius gentium arma in ipsos tulisset. Ibi agentibus in senatu Fecialibus, vt Gallis dederetur, confugit ad populum Fabius, studioque plebis, perrupit periculum. Mox Galli agmen Romam rapuerunt, vrbemque dempto Capitolio deleuere. Cæterum hæc in historia Camilli explicantur fusius. Saliorum vero hæc proditur origo. Octauo anno regni Numæ, pestilentia quæ per Italiam vulgabatur, vrbem quoque vastabat. Perculsis ciuibus, tradunt peltam æneam in manus Numæ cælitus delapsam, de hac mira
D prædicasse regem, ex Egeria se & Camœnis accepisse, esse ea arma ad salutem vrbis missa & seruanda cum vndecim aliis, quæ pari figura, amplitudine, & forma facienda erant, nequis fur commode propter similitudinem interuertere cælestia valeret. Camœnis item eum consecrandum campum & circumiecta prata, vbi plerumque cum ipso congrediebantur: fontem quo irrigatur campus, sacrandum virginibus Vestalibus, cuius aqua lustrarent & aspergerent quotidie penetralia. His fidem factam narrant ex eo quod morbus statim conquieuerit. Eam peltam obtu-
E lit Numa artificibus, excitauitque eos similes ad effingendas. Torpentibus cæteris Veturium Mamurium insignem opificem ita expressisse effigiem, & imaginem eius repræsentasse, vt ne ipse quidem dignoscere vltra Numa posset. Horum custodes & ministros Salios constituit. Dicti autem Salii sunt, non (vt nonnulli fabulantur) ex nomine Salii viri Samothracis vel Mantinæi, qui armatum tripudium tradidit: verum ab ipso potius tripudio, quod saltando obeunt, quum mente Martio sacras peltas per vrbem ferunt trabeati, balteis latis succincti æneis,
F

galeasque æneas in capite gerentes, ac minutis pugionibus ad peltas concrepantes. Saltatus huius tripudii pedibus efficitur, motus enim edunt in gyrum haud inconcinnos & varios, modulis citatis & frequentibus cum robore & agilitate. Eas peltas ancylia ex figura vocant. Neq; enim circulus est, neq; peltæ orbem, sed habent incisuram lineæ tortuosæ, cuius reflexi sæpius apices, recurrentesq; continenter in se mutuo *ἀγκύλην, id est, curuam*, figuram reddunt, aut à cubito, *quem ἀγκῶνα Græci vocant*, quo gestant ancylia. Hæc Iuba, affectans à Græcis hoc nomen deriuare, prædicat, Potest etiam *ἀπὸ τῆς ἀνέκαθεν φορᾶς quod superne demissum fuisset*, nomen esse inditum, vel ab ægrorum medela, *quam ἄκεσιν Græci*, vel ab siccitatis liberatione, *αὐχμοὺς* nominant, vel à malorum depulsione, *quæ ἀνάσχεσις dicitur*. Vnde Castorem & Pollucem Athenienses *Ἀνακας* appellant: si vtiq; est ad sermonem Græcum deflectendum. Præmium artis Mamurio tributum autumant fuisse carmen quoddã, quod in illius memoriam Salii tripudio illo peragunt. Sunt qui Veturium Mamurium esse aiunt, qui celebratur: Veterem alii memoriam: Digestis sacris, regiam (quæ etiam hodie ita dicitur) iuxta ædem Vestæ ædificauit, vbi plurimum egit, res diuinas perpetrans, aut instruens sacerdotes, aut cũ iis ex ardore religionis tempus transigens. Alteram habuit domum in colle Quirinali, cuius adhuc locum ostendunt. In pompis & omnibus in supplicationibus sacerdotum antecedebant per vrbem præcones, veriasq; & iustitium indicebant. Siquidem, vt Pythagoreos aiunt non permittere vt obiter quis adoret & supplicet diis, verum vt domo statim mente ad id meditatus accedat, ita censuit Numa decere, nihil vt ciues rei diuinæ audirent vel viderent perfunctorie vel solute, sed vacui curis aliis velut summo negotio religionis aduerterent animum, viasq; à strepitu, crepitu, gemitu, & omnibus quæ comitantur necessarias & vulgares operas, ad sacras præstarent puras: quorum vestigium nonnullũ vel hoc æuo manet Romę. Quum consul auspicatur vel immolat, *Hoc age*, proclamant. Qua voce eos qui assistunt, admonent vt componant se ad id quod agitur. Huius edicta etiam magna ex parte præceptorum Pythagoricorum fuerunt æmula. Sicut illi præcipiebant, *Super chœnicem ne sedeas, Gladio ignem ne verses, Peregre proficiscens ne te conuertas, Diis superis imparia immoles, inferis paria*, quorum cuiusq; sensum tegunt ad vulgus. Eodem modo Numę quædam instituta rationem habent inuolutam, vt sunt illa, *Ne libes diis ex vite non putata, Ne sacrifices sine farre, Circumagas te dum deos adoras, sedeas quum adoraueris.* Quorum duo prima mansuetudinem præcipere, vt pietatis partem, videntur. Conuersio adorantiũ simulacrum orbis mundi dicitur esse. Quin magis videatur, qui adorat deos, quando orientem spectantibus templis auersus est ab ortu, eo se flectere, & mox conuertere ad Deum, orbem conficiens & committens ex ambobus consummationem precum. Nisi quid hercle similiter Ægyptiis rotis inuoluit, & significat hæc figuræ mutatio,

A τῷ γὰρ ὄντι τοῦ παρθενικοῦ χιτῶνος αἱ πτέρυγες οὐκ ἦσαν ἀνέρραμμαι κάτωθεν, ἀλλ' ἀνεπτύοντο καὶ σκωμμεγύμνον ὅλον ὀν τῷ βαδίζειν τὸ μηρόν. καὶ σαφέστατα ὁ γνώριμον εἴρηκεν Σοφοκλῆς ἐν τούτοις, Καὶ τὸν νεοργὸν ἄστε ἄστολος χιτὼν Θυραῖον ἀμφὶ μηρόν, πίπτουσ' ἄρα Ἑρμιόνην. διὸ καὶ θραασύτεραι λέγονται γίνεσθαι, καὶ πρὸς αὐτοὺς πρῶτον ἀνδρώδεις τοὺς ἄνδρας, ἅτε δὴ τῶν μὲν οἴκων ἄρχουσαι καὶ κράτος, ἐν δὲ τοῖς δημοσίοις πράγμασι, καὶ γνώμης μεταλαμβάνουσαι καὶ παρρησίας πρὸς τὸ μέγιστον. ὁ δὲ Νουμᾶς ταῖς γαμεταῖς τὸ μὲν ἀξίωμα καὶ τὴν τιμὴν ἐτήρησε πρὸς τοὺς ἄνδρας, ἣν εἶχον ὑπὸ

B Ῥωμύλου πεφυκυῖαι, τὴν δὲ τρυφὴν καὶ ἀδῶν πολλὰ ἐπέρρησεν αὐταῖς, καὶ πολυπραγμοσύνην ἀφῆλε, καὶ σιωπὴν ἐδίδαξε, καὶ σιωπῶν εἴθισεν, οἴνου μὲν ἀπεκωλύας τὸ παμπόνηρον, λόγῳ δὲ μηδὲ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἄνευ χρωμένας. λέγεται γοῦν ποτε γυναικὸς εἰπούσης δίκην ἰδίαν ἐν ἀγορᾷ, πέμψαι τὸν σύγκλητον εἰς θεοὺς, πυθανομένου τινὸς πρὸς τὴν πόλιν σημεῖον εἰ τὸ γεγενημένον. καὶ τῆς τε ἀγνῆς ἀπειθείας καὶ πραότητος αὐτῶν μέγα τεκμήριον ἡ μνήμη τῶν χρόνων. ὡς γὰρ παρ' ἡμῖν οἱ ἱστορικοὶ γράφουσι τοὺς πρώτους ἢ φόνον ἐμφύλιον ἐργασαμένους, ἢ πολεμήσαντας ἀδελφοῖς, ἢ πατρὸς αὐτοχρατορας ἢ μητρὸς φονεύσαντας, οὕτω Ῥωμαῖοι μνημονεύουσιν ὅτι πρῶτος μὲν ἀπεπέμψατο γυναῖκα Σπόριος Καρβίλιος, μετὰ τὴν Ῥώμης κτίσιν ἔτεσι τριακοσίοις καὶ χιλιοστοῖς τοῦδενὸς τοιούτου γεγενότος· πρώτη δὲ γυνὴ Πιναρίου Θαλαία τοὔνομα, διενέχθη πρὸς ἐκυρὰν αὐτῆς Γεγανίαν, Ταρκυνίου Σουπέρβου βασιλεύοντος. οὕτω καλῶς καὶ κοσμίως τεταγμένα τὰ τῶν γάμων ἐν ἐκείνοις τοῖς νομοθέταις. τὴν δὲ ἄλλην τῶν παρθένων ἀγωγὴν καὶ τὰς τριβὰς ἐκδόσεις ὁμολογεῖ τοῦ μὲν Λυκούργου πεπείρους καὶ ὀργώσας νυμφεύοντος, ὅπως ἥτε ὁμιλία δεομένης ἤδη τῆς φύσεως,

D χάριτος ἢ καὶ φιλίας ἀρχὴ μᾶλλον ἢ μίσους καὶ φόβου παρὰ φύσιν βιαζομένων· καὶ τὰ σώματα ῥώμην ἔχῃ πρὸς τὰς κυήσεις ἀναφέρειν καὶ τὰς ὠδῖνας, ὡς ἐπ' οὐδὲν ἄλλο γαμουμένων ἢ τὸ τῆς τεκνώσεως ἔργον· τῶν δὲ Ῥωμαίων, δωδεκαετεῖς καὶ νεωτέρας ἐκδιδόντων· ὅτω γὰρ αἱ μάλιστα καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ ἦθος καθαρὸν καὶ ἄθικτον ὑπὸ τῶν γαμοῦντι γενέσθαι. δῆλον οὖν ὅτι τὰ μὲν φυσικώτερον πρὸς τέκνωσιν, τὰ δὲ ἠθικώτερον πρὸς συμβίωσιν. ἀλλὰ μὴν ὑπισχνούμενος τε παίδων καὶ συναγελασμοῖς, καὶ παιδαγωγίαις καὶ κοινωνίαις πρός τε δεῖπνα καὶ γυμνάσια καὶ παιδιὰς αὐτῶν ἐμμελείαις καὶ ἀρμοσμάσιν, οὐδέν τι τοῦ τυχόντος νομοθέτου βελτίονα τὸν Νουμᾶν ὁ Λυκοῦργος ἀποδείκνυσιν, ὑπὸ ταῖς τῶν πατέρων ποιούμενον ὑπεξουσίαις ἢ χρείαις τὰς τῶν νέων ἀγωγὰς, εἴτε τις ἐργάτην γῆς βούλοιτο ποιεῖν τὸν υἱὸν, εἴτε ναυπηγὸν, ἢ χαλκέα διδάσκειν, ἢ αὐλητὴν, ὥσπερ οὐ πρὸς ἓν τέλος ὀφείλοντας ἐκ τῆς ἀρχῆς ἄγεσθαι, καὶ συνεπιστρέφεσθαι τοῖς ἤθεσιν, ἀλλ' οἷς εἰς ναῦν ὑπιβάντας ἕτερον ἐκ ἑτέρας ἤκοντα χρείας καὶ παραιρέσεως ἐν τοῖς κινδύνοις μόνον φόβου τοῦ ἰδίου σκοπεῖσθαι πρὸς τὸ κοινὸν, ἄλλως δὲ τὸ καθ' αὑτὸν σκοπεῖν ἔκαστον. καὶ

F τοῖς μὲν πολλοῖς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν νομοθέταις τοῖς ἐλλείποσιν ἢ δι' ἄγνοιαν, ἢ δι' ἀσθένειαν· ἀνδρὶ δὲ σοφῷ βασιλείαν παραλαβόντι δήμου νεωστὶ συνισταμένου καὶ πρὸς μηδὲν ἀντιτείνοντος, περὶ τί πρῶτον χρὴ σπουδάσαι πρὸς σῆκον, ἢ παίδων ἀκδοφίν, καὶ νέων ἄσκησιν, ὅπως μὴ διάφοροι μηδὲ παραχώδεις γένοιντο τοῖς ἤθεσι,

ἀλλ' εἰς ἕν τι κοινὸν ἀρετῆς ἴχνος αὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πλασθέντες καὶ τυπούμενοι συμβαίνοιεν ἀλλήλοις; ὃ δὴ καὶ τοὺς τε ἄλλα καὶ σωτηρίαν νόμων ὠφέλησε τὸν Λυκοῦργον. μικρὸς γὰρ ἦν ὁ τῶν ὅρκων φόβος, εἰ μὴ διὰ τὸν παιδείας καὶ τῆς ἀγωγῆς οἷς ἀνέδυσε τοῖς ἤθεσι τῶν παίδων, τοὺς νόμους, καὶ συνωκείωσε τῇ ψυχῇ τὸν ζῆλον τῆς πολιτείας· ὥστε πενταετιῶν ἐτῶν πλείω χρόνον τὰ κυριώτατα καὶ μέγιστα διαμεῖναι τῆς νομοθεσίας, ὥσπερ βαφῆς ἀκεράτου καὶ ἰσχυρᾶς καθαρθείσης. Νουμᾶς δὲ ὅσον ἐπὶ τέλος τῆς πολιτείας, ἐν εἰρήνῃ καὶ φιλίᾳ τὸν Ῥώμυλον τὸν δεσπότην, αὐθὺς συνεξέλιπε· καὶ μετὰ τὸν τελευτὴν ἐκείνου τὸν ἀμφίθυρον οἶκον, ὃν κεκλεισμένον αὐτὸς συνεῖχεν, ὥσπερ ὄντως ἐν αὐτῷ πεθησαυρισμένον καὶ κατεργασμένον τὸν πόλεμον, ἐξ ἀμφοτέρων ἀναπετάσαντες, αἵματος καὶ νεκρῶν τὴν Ἰταλίαν ἐνέπλησαν· καὶ οὐδὲ ὀλίγον χρόνον ἡ καλλίστη καὶ δικαιοτάτη κατάστασις ἔμεινεν, ἄτε δὴ καὶ τὸ συνδεῦν ἐν αὐτῇ τὴν παιδείαν οὐκ ἔχουσα. τί οὖν; (φήσει τις) οὐκ ὀψὲ τὸ βέλτιον προῆλθεν ἡ Ῥώμη τοῖς πολεμικοῖς; ἐρωτῶν ἐρώτημα μακρᾶς ἀποκρίσεως δεόμενον, πρὸς ἀνθρώπους τὸ βέλτιον ἐν πλούτῳ καὶ τρυφῇ καὶ ἡγεμονίᾳ μᾶλλον ἢ σωτηρίᾳ καὶ πραότητι καὶ τῇ μετὰ δικαιοσύνης αὐταρκείᾳ διεκρινομένοις οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ τοῦτο Λυκούργῳ παρεδόξῃ βοηθεῖν, τὸ Ῥωμαίοις μὲν τὸν ὀψὲ Νουμᾶν κατάστασιν ἐξενηνοχέναι, ὀψιδοῦναι τοῖς πράγμασι τοσοῦτον· Λακεδαιμονίοις δὲ, ἅμα τῷ πρῶτον ἐκβῆναι τὸν Λυκούργου διάταξιν, ἐκ μεγίστων ταπεινοτάτοις γενέσθαι, καὶ τὸν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν ἀποβαλόντας, κινδυνεύσαι περὶ αἱρέσεως, ἐκεῖνο μέντοι τῷ Νουμᾷ μέγα καὶ θεῖον ὡς ἀληθῶς τὸν ξένον, ὃ, ξένῳ μεταπέμπτῳ γενέσθαι, καὶ πάντα πειθοῖ μεταβαλεῖν, καὶ κρατῆσαι πόλεως οὔπω συμπεπνευκυίας, μήτε ὅπλων δεηθέντα, μήτε βίας τινός, (ὡς Λυκοῦργος ὀψὲ τὸν δῆμον ἦγε τοὺς ἀείστους) ἀλλὰ σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ πόλιν ὅλην ἄλλως προσαγαγόμενον καὶ συναρμόσαντα.

A sed mox ab incunabulis ad vnam figurati & conformati formam virtutis consentirent inter se? Id quod Lycurgo cùm ad alia multa, tum ad legum conseruationem fuit adiumento. Nam parui fuisset momenti iurisiurandi religio, nisi per disciplinam & institutionem leges puerorum moribus quasi tinxisset, & nutrimenta ardenti studio imbuisset institutorum suorum. Vnde præcipua & prima legum capita amplius quingentos annos, tanquam acri & valida infecta tinctura, viguerunt. Enimuero quò destinauerat Numa actiones suas, vt in otio & tranquillitate ageret Roma, protinus cum ipso expirauit, & ab excessu eius B biforem ædem, quam clausam tenuerat ipse, quasi reuera ibi constrictum domans bellum, vtrinque aperuerunt, cædibusq; ac sanguine inundauerunt Italiam. Ita elegantissimus ille & æquissimus status ne modico quidem tempore durauit: quippe vinculo deficiebatur institutionis. Quid ergo roges, númne fecit re militari Roma progressum? Quæstio hęc apud homines qui progressum in pecunia & luxu & imperio potius quàm in securitate, tranquillitate & continentia cum innocentia coniunctis collocant, longum flagitet responsum. Et quidem idipsum pro Lycurgo dicas facere, quòd C Romani, vbi à Numæ disciplina discesserunt, tanta incrementa imperii sumpserunt: contrà Lacedæmonii simul atque instituta deseruerunt Lycurgi, ex summo potentiæ apice ad infimam reciderint sortem, amissoque Græciæ imperio, fuerint in periculum excidii adducti. Illam tamen haud dubiè prærogatiuam habet Numa insignem & diuinam, quòd hospes ad regnum vocatus fuerit, omnia cum beneuolentia mutauerit, & moderatus sit ciuitati nondum consentienti, nullis ad id armis vsus vel vi, quomodo aduersus populum optimates duxit Lycurgus, sed sapientia & D iustitia, non temeritate omnes conglutinauerit & colligauerit.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ Βίοι παράλληλοι.

PLVTARCHI vitæ comparatæ.

ΣΟΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΠΟΠΛΙΚΟΛΑ.

SOLONIS ET POPLICOLÆ.

Σολων.

ΔΙΔΥΜΟΣ ὁ γραμματικὸς, ἐν τῇ πρὸς τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος ἀπογραφῇ πρὸς Ἀσκληπιάδην, Φιλοκλέους τινὸς τέθεικε λέξιν, ἐν ᾗ τὸν Σόλωνα παῖδα Εὐφορείωνος ἀποφαίνει, παρὰ τὴν τῶν ἄλλων δόξαν ὅσοι μεμνήκασι Σόλωνος. Ἐξηκεστίδου γὰρ αὐτὸν ἅπαντες ὁμαλῶς γεγονέναι λέγουσιν, ἀνδρὸς οὐσίᾳ μὲν (ὡς φασὶ) καὶ δυνάμει μέσου τῶν πολιτῶν, οἰκίας δὲ πρώτης κατ' γένος· ἐκ γὰρ Κοδρείδης ἀνέκαθεν. τὴν δὲ μητέρα τοῦ Σόλωνος Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ τῆς Πεισιστράτου μητρὸς ἀνεψιὰν γενέσθαι. καὶ φιλία πρώτον ἐκ ἀνάγκης, πολλὴ μὲν διὰ τὴν συγγένειαν, πολλὴ δὲ διὰ τὴν ἀφύειαν καὶ ὥραν,

SOLON.

DIDYMVS grammaticus in tabularum Solonis breuiario, quod ad Asclepiadem scripsit, testimonium citat Philoclis cuiusdam, quo præter opinionem aliorum qui Solonis meminerunt, asserit filium eum Phocionis fuisse. Omnes enim vno ore ab Execestide memorant genitum: viro (vti ferunt) inter ciues mediocriũ facultatũ, sed genere primę familię. Duxit enim à Codro originẽ. Matrẽ Solonis Heraclides Ponticus matris Pisistrati fuisse consobrinã tradit. fuitq; initio inter eos necessitudo ex propinquitate magna, magna itẽ ex indole & forma,

quod captus Pisistrati amore, vt nonnulli perhibent, esset Solon. Vnde (ni fallor) exorta post ciuili inter eos dissensione simultas illa nullam in acerbitatem aut atrocitatem excessit, sed constiterunt eorum animis vetera iura, ardentemque magni ignis viuam adhuc flammam conseruauerunt, memoriam & gratiam amatoriam. Nam aduersus formosos non fuisse Solonem munitum, neq; satis animi habuisse, vt quasi pugil congrederetur cum amore cominus, id cum ex versibus eius cognoscas, tum ex eo quod scripsit legem quæ diserte vetabat ne se serui vngerent, aut pueros amarent, quod id annumeraret inter res probatas & honesta studia, & ad ea quodam modo dignos inuitaret, à quibus arceret indignos. Fertur Pisistratus quoque amatorem Charmi fuisse, & signum Cupidinis in Academia, vbi ignem accendunt illi qui sacram facem decurrunt, sacrasse. Igitur Solon, quum facultates suas pater eius munificentia (vt ait Hermippus) & largitionibus attriuisset, nec deessent qui vellent suppeditare ei necessaria, erubescens accipere ab aliis, quod ex ea esset natus domo quæ succurrere consueuisset aliis, contulit se etiamnum adolescens ad mercaturam. Quamuis alii dicant multarum rerum vsus & cognitionis potius gratia Solonem quam quæstus vagatum per orbem fuisse. Erat enim sapientiæ ex professo amator. Quippe qui vel grauis ætate iam senescere se diceret multa in dies addiscentem. Diuitias non nimium sectatus est, aitq;,

Haud magis est diues, cui argenti atque affluit auri
Copia, tum frugum fertilis arua soli,
Grex quoque equum, mulique, atque hæc cui sola supersunt,
Vt valeat venter, cum pedibusque latus.
Huc si natorum florens accesserit ætas,
Et decor vxoris, rite beatus erit.

At alio loco ait,

Non sperno nummos, si sit possessio iusta.
At nolo iniustos: vltio nam sequitur.

Quid autē causæ est quin boni & politici viri nec solicitentur illorum parandorum cura superuacaneorum, nec rerum vtilium & commodarum respuant vsum? Enimuero illo seculo (vt ait Hesiodus) nullum opus vitio vertebatur, neq; adferebat ars discrimen. Mercatura etiam in dignatione erat, quæ commoda ex regionibus barbaris adsciscceret, amicitias cum regibus conciliaret, & multarum rerum conferret peritiam. Aliqui insuper mercatores magnarū conditores vrbium fuerunt, vt qui Massiliam cōdidit primus, quem Galli Rhodani accolæ cupide amplexi sunt. Ad hæc Thalem memorant mercaturis faciendis operam dedisse, Hippocratem quoq; mathematicum, Platoni itē occasionem fuisse peregrinationis, olei in Ægypto distractionē. Cæterum quod fuerit profusior Solon & vita mollior, atq; in versibus licentiore vsus sit quam pro philosopho de voluptatibus oratione, id ex vita mercatoria putant ei hæsisse. Siquidem pro multis & grauibus, in quibus versatur periculis, lautitias aliquas & delicias eam postulare. Nam quod in pauperum se potius numero quam opulentorum reponeret, ex hisce liquet:

Diues enim plerumque malus, sed rectus egenus:
At virtutis opes non nisi rectus habet.
His non cedo malis, quarum est possessio firma: ast
Esse potest locuples improbus, atque probus.

A (ὡς ἔνιοι φασὶν) ἐρωτικῶς τὸν Πεισίστρατον ἀσπαζομένου τοῦ Σόλωνος. ὅθεν ὕστερον (ὡς ἔοικεν) εἰς διαφορὰν αὐτῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ καταστάντων, οὐδὲν ἐμέγκεν ἡ ἔρδρα σκληρὸν οὐδὲ ἄγριον πάθος, ἀλλὰ παρέμεινεν σκεῖα τὰ δίκαια ταῖς ψυχαῖς, καὶ παρεφύλαξε τυφομένου ἀδρὸν πυρὸς ἐπὶ ζῶσαν φλόγα τοῦ ἐρωτικοῦ μνήμου καὶ χάριν. ὅτι δὲ πρὸς τοὺς καλοὺς οὐκ ἐμέγκεν ὁ Σόλων, οὐδὲ ἔρωτι θαρραλέος ἀντιμαχῆναι, πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, ἔκ τε τῶν ποιημάτων αὐτοῦ λαβεῖν ἔστι, καὶ νόμον ἔγραψε διαγορεύοντα δοῦλον μὴ ξυναλοιφεῖν μηδὲ παιδεραστεῖν, εἰς τὴν τῶν καλῶν μορφὴν καὶ σεμνῶν ἐπιτηδευμάτων τιθέμενος τὸ πρᾶγμα, καὶ τέκμαρ τινὰ τοῖς ἀξίοις, προσκαλούμενος ὧν τοὺς ἀναξίους ἀπήλαυνε. λέγεται δὴ καὶ Πεισίστρατος ἐραστὴς Χάρμου γενέσθαι, καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ ἔρωτος ἐν Ἀκαδημίᾳ καθιερῶσαι, ὅπου τὸ πῦρ ἀνάπτουσιν οἱ τὴν ἱερὰν λαμπάδα διαθέοντες. ὁ δὲ οὖν Σόλων, τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς ἐλαττώσαντος εἰς φιλανθρωπίας τινὰς (ὡς φησὶν Ἕρμιππος) καὶ χάριτας, οὐκ αἰσχυνόμενος τῶν βουλομένων ἐπαρκεῖν, αἰδούμενος δὲ λαμβάνειν παρ' ἑτέρων, ἐξ οἰκίας γενναίως εἰθισμένης ἑτέροις βοηθεῖν, ὥρμησε νέος ὢν ἐπὶ πρὸς ἐμπορείαν. καί-
C τοι φασὶν ἔνιοι, πολυπραγμοσύνης ἕνεκα μᾶλλον καὶ ἱστορίας, ἢ χρηματισμοῦ πλανηθῆναι τὸν Σόλωνα. σοφίας μὲν γὰρ οὖν ὁμολογουμένως ἐραστής, ὅς γε καὶ πρεσβύτερος ὤν, ἔλεγε γηράσκων ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος πλοῦτον δὲ οὐκ ἐθαύμαζε, ἀλλὰ καὶ φησὶν ὁμοίως πλουτεῖν

---ὥστε πολὺς ἄργυρός ἐστι
Καὶ χρυσὸς, καὶ γῆς πυροφόρου πεδία,
Ἵπποι θ' ἡμιόνοί τε, καὶ ὧν μόνα ταῦτα πάρεστι,
Γαστρί τε καὶ πλευρῇ καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν.
Παῖδός τ' ἠδὲ γυναικὸς ἐπὴν καὶ ταῦτ' ἀφίκηται,
D Ἥβη σὺν δὲ ὥρη γίγνεται ἁρμονία. ἀλλ' ἑτέρωθι λέγει,
Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω· πάντως ὕστερον ἦλθε δίκη. κωλύει δὴ οὐδὲν τὸν ἀγαθὸν καὶ πολιτικὸν ἄνδρα μήτε τῶν πολιτῶν τοῦ κτᾶσθαι ἐν ἀποδεῖξεσθαι, μήτε τῆς χρείας τῶν ἀναγκαίων καὶ ἱκανῶν καταφρονεῖν. ἐν δὲ τοῖς τότε χρόνοις, κατὰ Ἡσίοδον, ἔργον οὐδὲν ἐν ὄνειδος, οὐδὲ τέχνη διαφορὰν ἔφερεν· ἐμπορία δὲ καὶ δόξαν εἶχεν οἰκειουμένη τὰ βαρβαρικά, καὶ πρόξενοι φιλίας βασιλέων. καὶ πραγμάτων ἐμπειρίας ποιοῦσα πολλῶν. ἔνιοι δὲ καὶ πόλεων οἰκισταὶ γεγόνασι μεγάλων,
E ὡς καὶ Μασσαλίας πρῶτος ἐν τοῖς Κελτοῖς τῶν πρὸς τὸν Ῥοδανὸν ἀγαπητός. καὶ Θαλῆν δέ φασιν ἐμπορίᾳ χρήσασθαι, καὶ Ἱπποκράτη τὸν μαθηματικὸν, καὶ Πλάτωνι τῆς ἀποδημίας ἐφόδιον, ἐλαίου τινὸς ἐν Αἰγύπτῳ διαθέσιν γενέσθαι. τὸ δ' οὖν εὐδάπανον τῷ Σόλωνι καὶ ὑγρὸν πρὸς τὸν βίον, καὶ τὸ φορτικώτερον ἢ φιλοσοφώτερον ἐν τοῖς ποιήμασι διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἡδονῶν, τὸ ἐμπορικὸν οἴονται βίον προσπεφεύχθαι. πολλοὶς γὰρ ἔχοντα κινδύνοις καὶ μεγάλοις, ἀπαιτεῖν πάλιν εὐπαθείας τινὰς καὶ ἀπολαύσεις. ὅτι δὲ αὐτὸν ἐν τῇ τῶν πενήτων μορίῳ μᾶλλον ἢ τῇ τῶν πλουσίων ἔταττε, δῆλόν ἐστιν ἐκ τούτων,

Πολλοὶ γὰρ πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται.
Ἀλλ' ἡμεῖς ἀρετῆς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον ἐπεὶ τὸ μὲν, ἔμπεδόν ἐστι,
F Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

τῇ δὲ ποιήσει κατ' ἀρχὰς μὲν, εἰς οὐδὲν ἄξιον σπουδῆς, ἀλ- A
λὰ παίζων, ὡς ἔοικε, προσχρήσασθαι, καὶ προσιάγων ἑαυτὸν
ἐν ὥρᾳ παίζειν· ὕστερον δὲ, καὶ γνώμας ἐνέτεινε φιλοσόφοις,
καὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ συγκατέπλεκε τοῖς ποιήμασιν, οὐχ
ἱστορίας ἕνεκεν καὶ μνήμης, ἀλλ' ἀπολογισμοί τε τῶν πε-
πραγμένων ἔχοντα, καὶ προτροπὰς ἐπιπλοῦ καὶ νουθεσίας,
καὶ ἐπιπλήξεις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. ἔνιοι δέ φασιν ὅτι καὶ
τοὺς νόμους ἐπεχείρησεν ἐντείνας εἰς ἔπος ἐξενεγκεῖν, καὶ ἐξαμμνη-
μονεύουσι τοῦ ἀρχοῦ οὕτως ἔχουσαν,

Πρῶτα μὲν εὐχώμεθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆϊ,
Θεσμοῖς τοῖσδε τύχοι ἀγαθοῦ καὶ κῦδος ὀπάσαι.

φιλοσοφίας δὲ καὶ ἠθικῆς μάλιστα τὸ πολιτικὸν, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι
τῶν τότε σοφῶν, ἠγάπησεν. ἐν δὲ τοῖς φυσικοῖς ἁπλοῖς ὄντι λίαν καὶ
ἀρχαῖος, ὡς δῆλον ἐκ τούτων;

Ἐκ νεφέων πέλεται χιόνος μόρος ἠδὲ χαλάζης·
Βροντὴ δ' ἐκ λαμπρᾶς γίνεται ἀστεροπῆς.
Ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα τεραίνεται· ὧν δέ τις αὐτῶν
Μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη. καὶ ὅλως ἔοικεν
ἡ Θάλεω μόνον σοφία τότε περαιτέρω τῆς χρείας ἐξικέσθαι τῇ
θεωρίᾳ, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπὸ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς, ὄνομα τῆς
σοφίας ἐπωνύμασε. θαυμάζεται δὲ μετ' ἀλλήλων ἔν τε Δελφοῖς ὁμῶ C
λέγονται, καὶ πάλιν ἐν Κορίνθῳ, Περιάνδρου σύλλογόν τι-
να κοινὸν αὐτῶν καὶ συμπόσιον κατασκευάσαντος. ἔτι δὲ μᾶλ-
λον εἰς ἀξίωμα καὶ δόξαν αὐξῆσαι κατέσχεν ἡ τοῦ τρίποδος
πορεία, καὶ διὰ πόλεων ἀναχώρησις καὶ ἀθύπειξις, μετ'
εὐμενείας φιλοτίμου γινομένη. Κῴων γὰρ (ὡς φασι) κατα-
γόντων σαγήνην, καὶ ξένων ἐκ Μιλήτου φορτιζομένων τὸν βό-
λον οὔπω φανερὸν ὄντα, χρυσοῦς ἐφάνη τρίπους ἑλκόμενος, ὃν
λέγουσιν Ἑλένῃ πλέουσαν ἐκ Τροίας αὐτόθι καθεῖναι,
χρησμοῦ τινος αὐτὰ μνησθεῖσαν παλαιοῦ. θορυβούντων δὲ τοῖς ξέ-
νοις πρῶτον ἀντιλογίας πρὸς τοὺς ἁλιέας περὶ τοῦ τρίποδος, D
εἶτα τῶν πόλεων ἀναδεξαμένων τοῦ διαφορᾶν ἄχρι πολέ-
μου προελθοῦσαν, ἀνεῖλεν ἀμφοτέρους ἡ Πυθία, τῷ σοφω-
τάτῳ τὸν τρίποδα ἀποδοῦναι. καὶ πρῶτον μὲν ἀπεστάλη
πρὸς Θαλῆν εἰς Μίλητον, ἐκείνοις Κῴων ἑνὶ δωρουμένων
ἐκείνῳ τοῦ τρίποδος ἅπασι δὲ πρὸς ἄπαντας ὁμοῦ Μιλησίους ἐπολέμησαν.
Θάλεω δὲ Βίαντα σοφώτερον ἀποφαίνοντος αὐτοῦ, πρὸς ἐκ-
εῖνον ἦκεν. ἀπ' ἐκείνου δὲ αὖθις ἀπεστάλη πρὸς ἄλλον ὡς
σοφώτερον. εἶτα περιιὼν καὶ ἀναπεμπόμενος οὕτως, ὅθι Θα-
λῆν τὸ δεύτερον ἀφίκετο· καὶ τέλος εἰς Θήβας ἐκ Μιλήτου κο-
μισθεὶς, τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι κατιερώθη. Θεόφραστος δὲ E
φησι πρῶτον μὲν εἰς Πριήνην Βίαντι τὸ τρίποδα πεμφθῆναι,
δεύτερον δὲ εἰς Μίλητον Θάλῃ Βίαντος ἀποπέμψαντος· οὕτω
δὲ διὰ πάντων, πάλιν εἰς Βίαντα περιελθεῖν, τέλος δὲ εἰς
Δελφοὺς ἀποσταλῆναι. ταῦτα μὲν οὖν ὑπὸ πλείονων τεθρύλ-
ληται, πλὴν ὅτι τὸ δῶρον αὐτὶ τοῦ τρίποδος οἱ μὲν φιάλην ὑπὸ
Κροίσου πεμφθεῖσαν, οἱ δὲ ποτήριον Βαθυκλέους ἀπολιπόντος
φασὶ λέγειν. ἰδίᾳ δὲ Ἀναχαρσεώς τε πρὸς Σόλωνα, καὶ πάλιν
Θάλεω συνουσίαν τινὰ καὶ λόγους ἀναγράφουσι τοιούτους. Ἀ-
νάχαρσιν μὲν εἰς Ἀθήνας φασὶν ὅτι τοῦ Σόλωνος οἰκίαν ἐλθόν-
τα, κόπτειν, καὶ λέγειν ὡς ξένος ὢν ἀφῖκται φιλίαν ποιησόμε-
„ νος καὶ ξενίαν πρὸς αὐτόν. ἀποκρινομένου δὲ τοῦ Σόλωνος, Οἴ- F
„ κοι βέλτιόν ἐστι ποιεῖσθαι φιλίας, Οὐκοῦν (φάναι τὸν Ἀνάχαρσιν)
„ αὐτὸς ὢν οἴκοι σὺ ποίησαι φιλίαν καὶ ξενίαν πρὸς ἡμᾶς. οὕτω
δὴ θαυμάσαντα τὸν ἀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς τὸν Σόλωνα, δέξασθαι φιλοφρόνως, καὶ χρόνον τινὰ σχεῖν παρ' αὐτῷ,

A Poetica ab initio non vllam ad rem grauem, verum ludibundus videtur temporis per otium fallendi gratia vsus obiter, atque in ea se exercuisse. Post & sententias inclusit versibus philosophicas, & ex iis quæ gesserat in repub. intexuit multa, non scribendi historiam vel memoriæ causa, sed ad defendendas actiones suas, interim ex excitandos castigandosq; & obiurgandos Athenienses. Tradunt aliqui & leges suas aggressum in carmine illigare, ac principium recensent huiuscemodi,

Oramus primum, rex vt Saturnius hisce
B *Legibus aspiret, velut & concedere laudem.*

Ex philosophia ethica, præcipue politica, sicut pleriq; sapientum, est sectatus: in physicis mire est simplex & antiquarius, vt ex his patet,

Nubibus è gelidis niuium vis densa creatur,
Et quæ per tectum grando crepare solet:
At tonitru è claro spectatur fulmine nasci:
Et pelagus venti si incubuere, mouent.
Verum id si flatus conturbet nullus, in orbe
Æquum vel placidum nil magis esse potest.

Omnino sola tunc videtur Thalis sapientia vsum excessisse speculatione, reliqui ciuilibus ab artibus nomen inuenerunt sapientiæ. Fuisse vna perhibentur & Delphis & post Corinthi, vbi communem quendam conuentum eorum & conuiuium C Periander instruxerat. Maiorem autoritatem iis & gloriam mensæ orbis, & per omnes circulus, mutuaq; inter ipsos cum honorifica modestia concessio conciliauit. Nam quum Coi (vt fama est) verriculum traherent, cuius iactum adhuc incertum hopites emerant Milesii, auream mensam conspexerunt extractam, quam fuisse ab Helena aiunt à Troia remeante, quum veteris oraculi reminiscereturdeiectam. Concertatione de mensa inter hospites & piscatores exorta, excipient bus inde ciui- D tatibus contentionem, quæ in bellum vsq; erupit, responsum vtrisq; ab oraculo Delphico est, vt sapientissimo mensam donarent. Ita primum Miletum est ad Thalem missa, Cois vni illi id, de quo cum vniuersis Milesiis arma contulerant, vltro dono dantibus. Thale Biantem se sapientiorem asserente, ad illũ peruenit, ab illo rursus ad alium missa est tanquam sapientiorem. Inde ita circulans & remissa, rediit iterum ad Thalem. Ad vltimum ex Mileto Thebas deportata, & Apollini Ismenio est sacrata. Theophrastus autor est Prienẽ eam primũ ad Biantẽ fuisse destinatã, deinde ad Thalẽ remit- E tente eam Miletum Biante: ita ambitu omniũ confecto redisse ad Biantem, ad extremũ Delphos deportatã. Hæc fama est à plerisq; vulgata, nisi quod donum pro mensa, alii phialam à Cræso missam, alii relictum ibi à Bathycle poculum prodant. At priuatã consuetudinẽ & colloquia cum Solone Anacharsis atq; etiam Thalis litteris tradunt huiuscemodi. Anacharsim autumant, quum ad ędes Solonis commeasset, fores pulsasse, atq; edidisse aduenam se esse, qui ad contrahendam cum eo amicitiã & ius hospitii eo accessisset. Responsum reddente Solone, *Præstat domi amicitias conciliare: Quin* F *tu igitur*, subiecisse Anacharsim, *qui domi es, iungis nobiscum amicitiam & hospitium*? Eam illius sagacitatem quum stuperet Solon, hominem excepisse benigne, atque aliquamdiu apud se detinuisse,

quum rempublicam gereret, & leges conſcriberet. Enimuero re intellecta deriſiſſe Anacharſim molitionem Solonis, qui ciuium ſe iniurias & cupiditates putaret refrænaturum ſcriptura, quæ nihil à telis araneorum differret, ſed ſicut illæ, imbecillos tenueſque eſſet, quos comprehendiſſet, retentura: validos vero & pecunioſos tranſmiſſura. Quibus Solonem ferunt occurriſſe, ſtare homines etiam pactis conuentis, quæ neutri parti expediat violare, ac leges ita ſe temperare ciuibus omnibus vt futurum perſpicuum eſſet, antiquius eſſe colere iuſtitiam quam ius violare. Verum horũ quidem euentus Anacharſis coniecturæ potius quam ſpei reſpondit Solonis. Iam hoc quoq; dixit ſe mirari Anacharſis, quum concioni interfuiſſet, quod dicerent apud Græcos ſapientes, ſtulti iudicarent. Quum profectus eſſet Miletum, ad Thalem, Solon, aiunt mirum ſibi eum dixiſſe videri, quod nuptias & ſobolis procreationem omnino negligeret. Thalem autem in præſentia quidem tacuiſſe, aliquot vero dierum interuallo ſubornaſſe peregrinum quendam, qui modo decimo die ab Athenis profectum ſe diceret. Quærente Solone, num quid Athenis noui, hominem quæ diceret edoctũ, Nihil, reſpondiſſe, aliud, niſi ſane quod adoleſcens efferretur, & proſequeretur funus tota ciuitas. Nam erat, vt ferebatur (inquit) clari viri filius & virtute inter ciues primi: nec aderat ille, ſed longo iam ſpatio dixerunt eum peregre eſſe. O hominem infortunatum, dixiſſe Solonem. Quodnam ferebant eius nomen? Audiui equidem, inquit, nomen, homo, ſed excidit mihi, tantum memini multam habitam mentionem eius ſapientiæ & iuſtitiæ. Ita ſcilicet admoto ad ſingulas interrogationes metu, Solonem iam tandem commotum ipſum hoſpiti ſuggeſſiſſe nomen, ac requiſiſſe Solonisne ille defunctus eſſet filius. Quo annuente, cœpiſſe illum caput cædere, aliaque & facere & dicere quæ mœrore oppreſſi aſſolent. Tum Thalem repreſſo Solone ridentem dixiſſe, At hæc me Solon à connubio deterruerunt, & à liberis tollendis, quæ te etiam infringunt, virum conſtantiſſimum. Te vero nihil hic nuntius moueat. hæc enim ficta ſunt. Atque hæc quidem Hermippus Patæcum, qui Æſopi ſe ferebat animam habere, ſcribere refert. Atqui ineptus & ignauus ſit, qui formidine amiſſionis res comparare neceſſarias negligat. Eadem enim ratione neque opes, neque gloriam, neque ſapientiam, quum hanc habeas, trepidans ea ſpoliari, amplectaris. Etenim virtutem, cuius nihil fructu præſtantius vel iucundius, ex morbis cernimus & venenis labefactari. Atque ipſe Thales nihilo magis à terrore ſecurior per cœlibatum erat, niſi ſane amicos, familiares, patriam refugit habere. Imo vero filium etiam ipſe habuit adoptiuum ex ſorore natum, vt aiunt, Cybiſtum. Nam quum animo quidam inſiti ſint igniculi amatorii, natuſque ille ſit, ſicut ad ſentiendum, cogitandum, reminiſcendum: ita ad diligendum: arrepit & adhæreſcit quid externi iis quos deficit proprium. Quum velut domum & prædium legitimis orbum ſucceſſoribus, alieni & non iuſti filii pium animum captant obſequiis, cui ſimulatq; inſinuauerint ſe, & occupauerint eum, infundunt vna cum amore curam ſui ac ſolicitudinem. Itaq; cernas eos qui durius quam pro natura de nuptiis & ſuſcipiendis liberis verba faciunt,

A ἤδη τὰ δημόσια πράττοντα καὶ σωματούμενον τοῖς νόμοις. τὸν οὖν Ἀνάχαρσιν πυθόμενον, καταγελᾶν τῆς γραμματείας τοῦ Σόλωνος, οἰομένου γράμμασιν ἐφέξειν τὰς ἀδικίας καὶ πλεονεξίας τῶν πολιτῶν, ἃ μηδὲν τῶν ἀραχνίων διαφέρειν, ἀλλ' ὡς σκεῦα, τοῖς μὲν ἀσθενεῖς καὶ λεπτοῖς τῶν ἁλισκομένων καθέξειν, ὑπὸ δὲ τῶν δυνατῶν καὶ πλουσίων διαῤῥαγήσεσθαι. τὸν δὲ Σόλωνα πρὸς ταῦτα φασὶν εἰπεῖν, ὅτι καὶ συνθήκας ἀνθρωποι φυλάττουσιν ἃς οὐδετέρῳ λυσιτελές ἐστι παραβαίνειν τῶν δεομένων· καὶ τοῖς νόμοις αὐτὸς οὕτως ἁρμόσεται τοῖς πολίταις, ὥστε πᾶσι τοῦ πραγματεῖν βέλτιον ἐπιδείξαι ἢ δικαιοπραγεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς Ἀνάχαρσις εἴκαζεν ἀπέβη μᾶλλον, ἢ κατ' ἐλπίδα τοῦ Σόλωνος. ἔφη δὲ κἀκεῖνο θαυμάζειν ὁ Ἀνάχαρσις, ἐκκλησίᾳ παραγενόμενος, ὅτι λέγοιτο μὲν οἱ σοφοὶ παρ' Ἕλλησι, κρίνοιτο δὲ οἱ ἀμαθεῖς. πρὸς Θαλῆν δ' εἰς Μίλητον ἐλθόντα τὸν Σόλωνα, θαυμάζειν ὅτι γάμου καὶ παιδοποιΐας τοσοῦτον ἠμέλησε. καὶ τὸν Θαλῆν τότε μὲν σιωπῆσαι, διαλιπόντα δ' ὀλίγας ἡμέρας, ἄνδρα παρασκευάσαι ξένον, ἀρτίως ἥκειν φάσκοντα δεκαταῖον ἐξ Ἀθηνῶν. πυθομένου δὲ τοῦ Σόλωνος εἰ δή τι καινὸν ἐν ταῖς Ἀθήναις, δεδιδαγμένον ἃ χρὴ λέγειν τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲν εἰπεῖν ἕτερον, εἰ μὴ νὴ Δία νεανίσκου τινὸς ἐν σκοφοῖ, καὶ προπέμπειν ἡ πόλις. ἐν γὰρ υἱὸς (ὡς ἔφασαν) ἀνδρὸς ἐνδόξου καὶ προφερόντος ἀρετῇ τῶν πολιτῶν. οἱ παρεῖναι δὲ, ἀλλ' ἀποδημεῖν ἔφασαν αὐτὸν ἤδη πολὺν χρόνον. ὡς δυστυχὴς ἐκεῖνος, φάναι τὸν Σόλωνα. Τίνα δ' ὠνόμαζον αὐτόν; Ἤκουσα, φάναι, ἐννόμα, τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' οὐ μνημονεύω· πλὴν ὅτι πολὺς λόγος ἐν αὐτῷ σοφίας καὶ δικαιοσύνης. οὕτω δὴ καθ' ἑκάστην ἀπόκρισιν τῷ φόβῳ προσαγόμενον τὸν Σόλωνα, καὶ τέλος ἤδη σωματούμενον, αὐτὸν ὑποβάλλειν ἐννόμα τῷ ξένῳ, πυθανόμενον μὴ Σόλωνος ὁ τεθνηκὼς υἱὸς ὠνομάζετο. φήσαντος δὲ ἀνθρώπου, τὸν μὲν ὁρμῆσαι παίειν τὴν κεφαλὴν, καὶ πάλλα ποιεῖν καὶ λέγειν ἃ συμβαίνει τοῖς πεπονθοῦσι. τὸν δ' Θαλῆν ἐπιλαβόμενον αὐτοῦ, καὶ γελάσαντα, Ταῦτά τοι (φάναι) ὦ Σόλων, ἐμὲ γάμου καὶ παιδοποιΐας ἀφίεσιν, ἃ καί σε κατερείπει τὸν ἐρρωμενέστατον. ἀλλὰ θαῤῥεῖ τῶν λόγων ἕνεκα τούτων· οὐ γὰρ εἰσὶν ἀληθεῖς. ταῦτα μὲν οὖν Ἑρμιππος ἱστορεῖν φησι Πάταικον, ὃς ἔφασκε τὴν Αἰσώπου ψυχὴν ἔχειν. ἄτοπος δὲ καὶ ἀλυνὴς ὁ τῷ φόβῳ τῆς ἀποβολῆς, τὴν κτῆσιν ὧν χρὴ

E πρεσβεύεσθαι. οὕτω γὰρ οὔτε πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐ σοφίαν ἀγαπήσειε θαυμαζομένῳ, δεδιὼς στέρεσθαι. καὶ γὰρ ἀρετὴν ἧς κτῆμα μεῖζον οὐδὲν οὐδ' ἥδιον, ὀξίσταμεν ὑπὸ νόσων καὶ φαρμάκων ὁρῶμεν. αὐτῷ τε Θαλῆ μὴ γήμαντι, πλέον οὐδὲν εἰς ἀφοβίαν, εἰ μὴ καὶ φίλων κτῆσιν ἔφυγε καὶ οἰκείων καὶ πατρίδος. ἀλλὰ καὶ παῖδα θετὸν ἔχε ποιησάμενος αὐτὸς τὸν τῆς ἀδελφῆς (ὥς φασι) Κύβισθον. ἐνοῦσης γὰρ τοῖς ψυχῆς ἀγαπητικὸν ἐν ἑαυτῇ, καὶ πεφυκυίας ὥσπερ αἰσθάνεσθαι καὶ διανοεῖσθαι καὶ μνημονεύειν, ὅτῳ καὶ φιλεῖν, ἐνδύεται τοῦτο καὶ προσφύεται τῶν ἐκτὸς, οἷς οἰκεῖον οὐδέν ἐστι· καὶ

F καθάπερ οἶκον καὶ χώραν γνησίων ἔρημον διαδόχων, τὸ φιλόστοργον ἀλλότριοι καὶ νόθοι θεραπεύοντες, εἰσοικισάμενοι καὶ καταλαβόντες, ἅμα τῷ φιλεῖν ὃ φροντίζειν καὶ δεδιέναι περὶ αὐτῶν ἐνεποίησαν. ὥστ' ἴδοις ἂν ἀνθρώπους τρεῤῥοτέρους τῇ φύσει περὶ γάμου καὶ γενέσεως παίδων διαλεγομένους,

εἶτα τοὺς αὐτοὺς ὅτι παισὶν οἰκετεύοντας, ἢ θρέμμασι παλ-
λακῶν νοσοῦσι καὶ θνήσκουσι τοῦ ἀτειλημένους πόθῳ, καὶ φω-
νὰς ἀλγεινὰς ἀφιείσας. ἔνιοι δὲ καὶ κυνῶν θανάτῳ καὶ ἵππων,
ἀσχέως καὶ ἀβιώτως ὑπὸ λύπης διετέθησαν. ἀλλ' ἕτε-
ροί γε παῖδας ἀγαθοὺς ἀποβαλόντες, οὐδὲν ἔπαθον δεινόν,
οὐδὲ ἐποίησαν αἰσχρόν, ἀλλὰ καὶ χρώμενοι τῷ λοιπῷ βίῳ
κατὰ λόγον διετέλεσαν. ἀοθένεια γὰρ οὐκ εὔνοια λύπας ἀπε-
φάντοις ἐπάγεται καὶ φόβους ἀνθρώποις ἀσκήτοις ὑπὸ
λόγου τοῖς τύχαις, οἷς οὐδὲ ἀπόλαυσις ἐγγίνεται τοῦ πονου-
μένου παρόντος, τοῦ μέλλοντος ὠδῖνας ἀεὶ καὶ θέμεις καὶ ἀγῶ-
νας, εἰ σεσῴσονται, παρέχοντος αὐτοῖς. δεῖ δὲ μήτε πενίᾳ τοῖς B
χρημάτων πεπαῦσθαι σέρησιν, μήτε ἀφιλίᾳ τοῖς φίλων ἀπο-
βολῇ, μήτε ἀπαιδίᾳ τοῖς τέκνων θάνατον, ἀλλὰ τῷ λο-
γισμῷ τοῖς πάντα. καὶ ταῦτα μὲν, ὡς ἐν ᾧ παρόντι, πλείονα
τῶν ἱκανῶν. ἐπεὶ δὲ μακρόν τινα καὶ δυσερῆ πόλεμον οἱ ἐν ἄ-
στει τοῖς Σαλαμινίων νήσου Μεγαροῦσι πολεμοῦντες ἐξέ-
καμον, καὶ νόμον ἔθεντο, μήτε γράψαι τινὰ, μήτ' εἰπεῖν αὖθις
ὡς χρὴ τὴν πόλιν ἀτιμοποιεῖσθαι τῆς Σαλαμῖνος, ἢ θανάτῳ ζη-
μιοῦσθαι, βαρέως φέρων τὴν ἀδοξίαν ὁ Σόλων, καὶ τοὺς νέους ὁρῶν
πολλοὺς δεομένους ἀρχῆς ὅτι τὸν πόλεμον, αὐτοὺς δὲ μὴ θαρ-
ροῦντας ἄρξασθαι παρὰ τὸν νόμον, ἐσκήψατο μὲν ἔκστασιν τῶν C
λογισμῶν, καὶ λόγος εἰς τὴν πόλιν ἐκ τῆς οἰκίας διεδόθη πα-
ρακινητικῶς ἔχειν αὐτόν· ἐλεγεῖα δὲ κρύφα συνθεὶς, καὶ μελε-
τήσας ὥστε λέγειν ἀπὸ στόματος, ἐξεπήδησεν εἰς τὴν ἀγορὰν
ἄφνω πιλίον θεὶς θέμενος. ὄχλου δὲ πολλοῦ συνδραμόντος, ἀ-
ναβὰς ὅτι τὸν τοῦ κήρυκος λίθον, ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν,
ἧς ἐστιν ἀρχή, Αὐτὸς κήρυξ ἦλθον ἀφ' ἱμερτῆς Σαλαμῖνος

Κόσμον ἐπέων ᾠδὴν αὐτ' ἀγορῆς θέμενος.

τοῦτο δὲ ποίημα Σαλαμὶς ὑπεγέγραπται, καὶ στίχων ἑκατόν ἐστι
χαριέντως πάνυ πεποιημένων. τότε δὲ ἀθέντος αὐτοῦ, καὶ τῶν
φίλων τοῦ Σόλωνος ἀρξαμένων ἐπαινεῖν, μάλιστα δὲ Πει-D
σιστράτου τοῖς πολίταις ἐγκελευομένου καὶ παρορμῶντος πει-
θοῦσαι τῷ λέγοντι λύσαντες τὸν νόμον, αὖθις ἤρξαντο τοῦ πολέ-
μου, στρατηγοῦντος τοῦ Σόλωνος. τὰ μὲν οὖν δημοσίᾳ τοῦ λεγο-
μένων, τοιαῦτ' ἐστὶν, ὅλη πλεύσας ὅτι Κολιάδα μετὰ τοῦ Πεισι-
στράτου, καὶ καταλαβὼν αὐτόθι πάσας τὰς γυναῖκας τῇ Δήμητρι
τῷ πάτριον θυσίαν ὑπιτελούσας, ἔπεμψεν ἄνδρα πιστὸν
εἰς τὴν Σαλαμῖνα, προσποιούμενον αὐτόμολον εἶναι, κελεύοντα
τοὺς Μεγαρεῖς, εἰ βούλονται τῶν Ἀθηναίων τὰς πρώτας λαβεῖν
γυναῖκας, ὅτι Κολιάδα μετ' αὐτοῦ πλεῖν τὴν ταχίστην. ὡς δὲ πει-
σθέντες οἱ Μεγαρεῖς ἄνδρας ἐξέπεμψαν ἐν ᾧ πλοίῳ, καὶ κατι-
δὼν ὁ Σόλων τὸ πλοῖον ἐλαυνόμενον ἀπὸ τῆς νήσου, τὰς μὲν
γυναῖκας ἐν ποδὼν ἀπελθεῖν ἐκέλευσε, τῶν δὲ νεωτέρων τοὺς
μηδέπω ἡφηβοῦντας ἐνδύμασι καὶ μίτραις καὶ ὑποδήμασι τοῖς
ἐκείνων σκευασαμένους, καὶ λαβόντας ἐγχειρίδια κρυπτὰ, παί-
ειν καὶ χορεύειν προσέταξε πρὸς τῇ θαλάσσῃ, μέχρις οὗ ἀπο-
βῶσιν οἱ πολέμιοι, καὶ λήψωνται τὸ πλοῖον ὑποχείριον. οὕτω
δὴ τούτων πραττομένων, ὑπαχθέντες οἱ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει, καὶ
προσμίξαντες ἐγγὺς, ὀξεπήδων ὡς ὅτι γυναῖκας ἁμιλλώ-
μενοι πρὸς ἀλλήλους· ὥστε μηδένα δραφυγεῖν, ἀλλὰ πάντας
ἀπολέσθαι, καὶ τὴν νῆσον ὅτι πλεύσαντας αὖθις ἔχειν τοὺς Ἀθη-
ναίους. ἄλλοι δέ φασιν οὐ τοῦτον τὸν τρόπον λεγέσθαι τὴν κατάληψιν,
ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτῷ τὸν ἐν Δελφοῖς θεὸν χρῆσαι,

Ἀρχηγοὺς χώρας θυσίαις ἥρωας ἐνοίκει
Ἴλαιον, τοὺς κόλπος Ἀσωπιὸς ἀμφικαλύπτει.

A mox eosdem ex vernarum filiis & alumnis pellicum ægrotantibus & morientibus confectos desiderio & in voces erumpentes abiectas. Sunt qui canum & equorum interitum fœde & perdite luxerunt, quum alii certe filiis orbati bonis neq; afflixerint sese, neq; turpes præbuerint, imo etiam vitam reliquam transegerint moderate. Imbecillitas enim non charitas affert hominibus, qui ratione ad fortunam non occaluerunt, ægritudines immensas & trepidationes, quibus nec frui præsentia rei optatę licet, quod expectatio, ne spolientur, dolores & tremores & anxietates his offundat perpetuos. Non oportet autem ab egestate consilium B mutuari ad pecuniæ ereptionem, neque ad amicorum amissionem ab eorundem solitudine, neq; ab orbitate ad liberorum occasum, verum ex ratione ad omnia. Cæterum de his vt hoc loco plus satis. Quum autem Athenienses diuturno bello & graui de Salaminiorum insula cum Megarensibus gesto fatiscentes sanxissent lege pœnam capitalẽ, siquis rogationem ferret vel referret iterum ad ciues de asserenda Salamine, eam infamiam Solon grauiter ferens, quum videret iuuentutem magna ex parte occasionem quærere arma mouendi, neque eos tamen metu legis audere id inceptare, simulauit dementiam, rumorq; per vrbem ex domo eius percrebuit esse cum furore correptum. Composuerat autem clam elegos, quos meditatus, vt memoriter recitare eos posset, pileatus prosiliit repente in forum. Ingenti concursu facto, suggestum pręconis conscendit, & cantu eos versus pronuntiauit, quorum hoc est exordium,

Adsum præclaræ præco Salaminis ab ora,
In cœtum vestrum dulce poema ferens.

Huius poematis inscriptio Salamis est, & versus continet centum sane quã venuste scriptos. Quos D vbi cantauit, & amici eius cœperunt laudare, præcipue autem adhortatus Pisistratus ciues est, & inflammauit ad parendum dicenti, soluerunt legem, bellumque de integro susceperunt, rebus gerendis præfecto Solone. Ac fama quidem vulgaris est huiuscemodi. Porro ad Coliadem nauigauit cum Pisistrato. Ibi quum omnes fœminas offendisset solennia sacra Cereri facientes, hominem fidum transfugæ specie misit Salamina, qui moneret, si primarias Athenienses matronas redigere cuperẽt in potestatem suam, secum vt quamocyssime na- E uigarent ad Coliada. Postquam pellecti Megarenses viros aliquot naui impositos miserunt, ac Solon eam aduertit ex insula aduehi, imperauit vt mulieres facesserent, adolescentes autem ad hæc imberbes earum stolis, mitris, & calceis ornati, pugionibusq; sub veste abditis muniti lusitarent & saltarent in littore, dum hostis descendisset, & nauem ipsi haberent opportunam. Dum hæc ad eum modum aguntur, Megarenses ea falsi facie, quum prope applicuissent, effuderunt certatim se, velut fœminas capturi. Ita nemo effugit, sed occubue- F runt omnes, & profecti Athenienses in insulam, ilico sunt ea potiti. Alii negant eo modo occupatam, verum primum Apollinem Delphicum ei sortes hasce dedisse,

Heroas terræ proceres venerabere sacris,
Quos ager Asopiæ pullata condidit vrna:

Qua vespertinus spectatur Phœbus in vndis.

Solonem autem, quum in insulam nocte transmisisset, immolasse Periphemo & Cichri heroibus victimas. Inde ab Athenienſibus quingentos accepisse voluntarios cum decreto si obtinuissent insulam, vt hi arbitrium haberent reip. ibi moderandæ. Nauigiis deductis multis piscatoriis comitante vna naue, quæ triginta remis agebatur, iecisse eum anchoras prope Salamina ad brachiũ Eubœæ obiectum. Megarenses qui Salamine erant, co nuntio allato, sed incerto, tumultuarii ad arma concurrisse, & nauem speculatum quid agerent hostes misisse. Qua oppressa quum propius mouisset, cæsisq; Megarensibus imposuisse naui huic Solonem delectos quosq; Athenienses: quibus iussit, vrbem peterent, ac se, quatenus fieri posset, tegerent: simul cæteris assumptis Athenienſibus pugnam terrestrem cum Megarensibus commisisse, dum decernitur prælio, maturasse illos qui in naue erant, vrbem occupare. Videntur vero huic famæ ea quæ agebantur, adstipulari. Siquidem nauis quædam Attica silentio primum appellebat: inde illis cum clamore & fremitu aduolantibus, vir vnus armatus exiliebat, atque ad promontorium Sciradion terra venientibus vociferans currebat. Iam extat secundum littus sacellum, quod ædificauit Solon: superauit enim Megarenses, & quoscunque prælii calamitas reliquos fecerat, datis induciis omnes missos fecit. Verum enimuero Megarensibus in pertinacia persistentibus, multisque cladibus vltro citroque illatis, arbitros & iudices Lacedæmonios sumpsere. Ac Homeri autoritatem pleriq; autores sunt fuisse Soloni suffragatam. Nam versum quum in recensu nauium interiecisset, in iudicio eum recitasse hæc carmina,

Bis sex adduxit curuas Salamine carinas
Aiax inuictus, quas instatione tenebat,
Vrbis Athenarum qua castra habuere phalanges,

Cæterum ipsi ducunt hæc Athenienses pro vanis, Solonem vero planum fecisse aiunt iudicibus Philæum & Eurysacem Aiacis filios ciuitate ab Athenienſibus donatos ipsis insulam hanc tradidisse, habitauisseque hunc in Braurone Atticæ, illum in Melite, trahereque curiam Philaidarum, vnde erat Pisistratus, ex Philęo nomen. Quo autem magis Megarenses reuinceret, nixum humandi ritu fuisse defunctorum, quos non ita vt illi, sed vt ipsi humarent. Terra autem mortuos à Megarensibus condi ostenderunt ad orientem obuersos, ad occasum ab Athenienſibus. Cui reclamans Megarensis Hereas ait, Megarenses quoq; cadauera in occasum versa collocare. Et eo iam maius insuper indicium, singulos loculos habere Athenienses, Megarenses ternos & quaternos singulis loculis condi. At Soloni etiam oracula quædam Apollinis, quibus Salamina ille Deus Ioniam appellauit, dicuntur suffragata. Hanc causam disceptauerunt quinq; Spartiatæ, Critolaidas, Amonpharetus, Hypsechidas, Anaxilas, Cleomenes. Erat iam vel hinc celebris Solon & inclytus, maius tamen nomen & clarius apud Græcos parauit, quum causam defendit tẽpli Delphici, esse ei succurrendũ, nec permittendũ vt Cerrhæi profanarẽt oraculum, sed causa Apollinis esse Delphis subueniendũ. Ab illo inducti iuerunt ad arma Amphictyones, vt testantur cũ alii, tum in Pythionicarum breuiario Aristoteles,

A Οἱ φθίμυοι δερκόνται εἰς ἠέλιον δυόντα.

τὸν δὲ Σόλωνα λαθὼν πλεύσαντα νυκτὸς εἰς τὴν νῆσον, ἐντεμεῖν σφάγια Περιφήμῳ καὶ Κίχρῃ τοῖς ἥρωσιν. εἶτα τοῦδε τῶν Ἀθηναίων ἐθελοντὰς λαβεῖν πεντακοσίους, δόγματος γνομένου, οὗτοις, ἂν κατάσχωσι τὴν νῆσον, κυρίοις εἶναι τοῦ πολιτεύματος. ἀναχθέντα δὲ συχναῖς ἁλιάσιν ἅμα τριακοντόρου συμπλεούσης, ὑφορμίσασθαι τῇ Σαλαμῖνι κατὰ χηλήν τινα πρὸς τὴν Εὔβοιαν ἀποβλέπουσαν. πυθομένους δὲ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι Μεγαρεῖς, ἔκ τινος φήμης οὐδὲν βέβαιον, αὐτοὺς μὲν εἰς τὰ ὅπλα θορυβουμένους βαδίζειν, ναῦν δὲ ἀποστεῖλαι κατασκεψομένην τὴν πολεμίων· B ἧς ἐγγὺς ἐλθούσης, κρατῆσαι τὸν Σόλωνα καὶ καθείρξαι τοὺς Μεγαρεῖς· ἐμβιβάσαι δὲ τῶν Ἀθηναίων τοὺς κρατίστους, κελεύσαντα πλεῖν ὅπῃ τὴν πόλιν ὡς, ἂν ἐνδέχηται, μάλιστα κρύπτοντας ἑαυτούς. ἅμα δὲ τοὺς ἄλλους Ἀθηναίους ἀναλαβόντα πεζῇ συμφέρεσθαι τοῖς Μεγαρεῦσι· καὶ τῆς μάχης ἔτι συνεστώσης, φθάσαι τοὺς ἀπὸ τῆς νεὼς καταλαβόντας τὴν πόλιν. ἔοικε δὲ καὶ τῷ λόγῳ τούτῳ τὰ δρώμενα μαρτυρεῖν. ναῦς γάρ τις Ἀττικὴ προσέπλει σιωπῇ θορυβοῦντι, εἶτα κραυγῇ καὶ ἀλαλαγμῷ προσφερομένων, εἷς ἀνὴρ ἔνοπλος ἐξαλλόμενος, μετὰ βοῆς ἔθει πρὸς ἄκρον τὸ Σκιράδιον ἐκ γῆς προσφερομένοις. πλησίον δὲ τοῦ Ἐνυαλίου τὸ ἱερόν ἐστιν ἱδρυσαμένου Σόλωνος. ἐνίκησε γὰρ τοὺς Μεγαρέας, καὶ ὅσοι μὴ διεφθάρησαν ἐν τῇ μάχῃ πρότερον ἀσπόνδους ἀφῆκεν. οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν Μεγαρέων ἐπιμενόντων, πολλὰ κακὰ καὶ δρῶντες ἐν τῷ πολέμῳ καὶ παθόντες, ἐποιήσαντο Λακεδαιμονίους διαλλακτὰς καὶ δικαστάς. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῷ Σόλωνι συναγωνίσασθαι λέγουσι τὴν Ὁμήρου δόξαν. ἐμβαλλόντα γὰρ αὐτὸν ἔπος εἰς νεῶν κατάλογον, ὅπῃ τῆς δίκης διαγνῶναι, D

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι, τὸν δὲ Σόλωνα φασὶν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς ὅτι Φιλαῖος καὶ Εὐρυσάκης Αἰακοῦ υἱοί, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς, καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, ὁ δὲ ἐν Μελίτῃ. καὶ δῆμον ἐπώνυμον Φιλαΐδου τοῦ Φιλαϊδῶν ἔχουσιν, ὅθεν καὶ Πεισίστρατος. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐξελέγξαι τοὺς Μεγαρέας βουλόμενον, ἐρωτήσασθαι τοὺς νεκρῶν, ὡς οὐχ ὃν E τρόπον ἐκεῖνοι θάπτουσι κεκηδευμένων, ἀλλ' ὃν αὐτοί. θάπτουσι δὲ Μεγαρεῖς πρὸς ἕω τοὺς νεκροὺς στρέφοντες, Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ἑσπέραν. Ἡρέας δὲ ὁ Μεγαρεὺς ἀντιλέγων λέγει καὶ Μεγαρεῖς πρὸς ἑσπέραν τετραμμένα τὰ σώματα τῶν νεκρῶν τιθέναι. καὶ μεῖζον ἔτι τούτου μίαν ἕκαστον Ἀθηναίων ἔχειν θήκην, Μεγαρέων δὲ καὶ τρεῖς καὶ τέτταρας ἐν μιᾷ κεῖσθαι. τῷ μὴν τοι Σόλωνι καὶ Πυθικοί τινας βοηθῆσαι λέγουσι χρησμοί, ἐν οἷς ὁ θεὸς Ἰωνίαν τὴν Σαλαμῖνα προσηγόρευσε. ταύτην τοῦ δίκην ἐδίκασαν Σπαρτιατῶν πέντε ἄνδρες, Κριτολαΐδας, Ἀμομφάρετος, Ὑψηχίδας, Ἀναξίλας, Κλεομένης. ἤδη μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων ἔνδοξος ἦν ὁ Σόλων καὶ μέγας. ἐθαυμάσθη δὲ καὶ διεβοήθη μᾶλλον ἐν τοῖς Ἕλλησιν, εἰπὼν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς, ὡς χρὴ βοηθεῖν καὶ μὴ προιδεῖν Κιρραίους ὑβρίζοντας εἰς τὸ μαντεῖον, ἀλλὰ προσαμύνειν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ Δελφοῖς. πειθέντες γὰρ ὑπ' ἐκείνου, πρὸς τὸν πόλεμον ὥρμησαν οἱ ἀμφικτύονες, ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν πυθιονίκων ἀναγραφῇ,

Σόλωνι τὴν γνώμην ἀνατιθεῖς. ὁ μὴν οὖν στρατηγὸς ὑπὲρ τοῦ- A traditque eius sententiæ Solonem autorem fuisse.
τον ἀπεδείχθη τὸν πόλεμον, ὡς λέγειν φησὶν Ἕρμιππος Εὐ- Non fuit ille tamen ad bellum hoc designatus
ανθὴς τὸν Σάμιον. οὔτε γὰρ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τοῦτ' εἴρηκεν, ἔν τε dux, vt tradere Samium Euanthem Hermippus
τοῖς περὶ Δελφῶν ὑπομνήμασιν Ἀλκμαίων, οὐ Σόλων, Ἀθη- ait. Neque enim id orator prodidit Æschines,
ναίων στρατηγὸς ἀναγέγραπται. ὁ δὲ Κυλώνειον ἄγος ἤδη μὲν & in Delphorum commentariis Alcmæon, non
οὐκ ὀλίγον διετέλει τὴν πόλιν, ἐξ οὗ τοὺς συνωμότας τοῦ Κύ- Solon, est Atheniensium dux relatus. Porro Cy-
λωνος ἱκετεύοντας τὴν θεὸν Μεγακλῆς ὁ ἄρχων ὑπὲρ δίκης κα- lonium scelus iam peragitabat diu ciuitatem, ex
τελθεῖν ἔπεισεν· ἐξάψαντας δὲ τοῦ ἕδους κρόκην κλωστήν, καὶ quo consortes coniurationis Cyloniæ supplices
ταύτης ἐχομένους, ὡς ἐλύοντο πρὸς τὰς σεμνὰς θεὰς, καταβαί- Mineruę domum redire archon Megacles ad cau-
νοντες, αὐτομάτως τῆς κρόκης ῥαγείσης, ὥρμησε συλλα- sam dicendam impulit. Hos annexum simulacro
μβάνειν ὁ Μεγακλῆς καὶ οἱ συνάρχοντες, ὡς τῆς θεοῦ τοῦ B filum tenentes, vbi in descensu appropinquauerũt
ἱκεσίαν ἀπολειπομένης· καὶ τοὺς μὲν ἔξω κατέλαβον, οἱ δὲ πρὸς venerandis deabus, rupto sua sponte filo Megacles
βωμοῖς προσφυγόντες ἀπεσφάγησαν. μόνοι δ' ἀφείθησαν cum collegis institerunt, quasi reiiciente supplices
οἱ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἱκετεύσαντες. ἐκ τούτου δὲ κληθέν- Dea, corripere. Atq; eos qui extra templum erant
τες ἐναγεῖς ἐμισοῦντο· καὶ τῶν Κυλωνείων οἱ περιγενόμε- saxis obruerunt, qui vero ad aras recurrerunt, hos
νοι, πάλιν ἦσαν ἰσχυροί, καὶ στασιάζοντες ἀεὶ διετέλουν πρὸς iugulauerunt. Solos missos fecerunt illos qui ad v-
τοὺς ἀπὸ τοῦ Μεγακλέους. ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ τῆς στάσεως xores ipsorum manus tetẽdissent. Hinc vocati impi-
ἀκμὴν λαβούσης μάλιστα, καὶ τοῦ δήμου ἀφεστάντος, ἤδη ati, detestabiles habebantur. Qui vero Cylonio-
δόξαν ἔχων ὁ Σόλων, παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον ἅμα τοῖς ἀρίστοις rũ supererant, denuo opibus pollebant, ac perpe-
τῶν Ἀθηναίων, καὶ δεόμενος καὶ διδάσκων ἔπεισε τοὺς ἐνα- tuas cum genere Megaclis exercebant discordias.
γεῖς λεγομένους, δίκην ὑποσχεῖν καὶ κριθῆναι, τριακοσίων Quo autem tempore maxime flagrabat seditio &
ἀριστίνδην δικαζόντων. Μύρωνος δὲ τοῦ Φλυέως κατηγο- discesserat in partes populus, iam in autoritate erat
ρήσαντος, ἐάλωσαν οἱ ἄνδρες, καὶ μετέστησαν οἱ ζῶντες· τῶν δὲ Solon, qui principib. adhibitis Athenienſium in-
ἀποθανόντων τοὺς νεκροὺς ἀνορύξαντες, ἐξέρριψαν ὑπὲρ τοὺς terceſſit, rogandoq; & monendo induxit illos qui
ὅρους. ταύταις δὲ ταῖς παραχαῖς καὶ Μεγαρέων συνεπιθε- C impiati dicebantur, causam vt dicerent, & iudiciũ
μένων, ἀπέβαλόντε Νισαίαν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ Σαλαμῖνος subirent. Apud trecentos delectos ex primoribus
ἐξεπεσον αὖθις. καὶ φόβοι τινὲς ἐκ δεισιδαιμονίας ἅμα καὶ iudices Myrone postulante Phlyensi damnati, &
φάσματα κατεῖχε τὴν πόλιν· οἵτε μάντεις ἄγη καὶ μιασ- in exilium, qui supererant, acti sunt, defunctorum
μοὺς δεομένους καθαρμῶν προσφαίνεσθαι διὰ τῶν ἱερῶν D cadauera effossa trans fines proiecere. Inter hos
ἠνάγκαζον. οὕτω δὴ μεταπέμπτος αὖθις ἦκεν ἐκ Κρήτης Ἐπι- motus ingruentibus etiam Megarensibus amise-
μενίδης ὁ Φαίστιος, ὃν ἕβδομον ἐν τοῖς σοφοῖς καταριθμοῦσιν runt Athenienses Nisæam, Salamisq; iis est iterum
ἔνιοι τῶν οὐ προσεπεμένων τὸν Περίανδρον. ἐδόκει δέ τις εἶναι elapsa. Iam terrores ex superstitione pariterq; ciui-
θεοφιλὴς καὶ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, τοῦ ἐνθουσιαστικὴν καὶ τε- tati oblata visa, ac vates piacula quædam noxasq;,
λεστικὴν σοφίαν. δι' ὃ καὶ παῖδα νύμφης ὄνομα Βάλτης, καὶ quæ expianda essent, significari denunciarunt ex-
κούρητα νέον αὐτὸν οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον. ἐλθὼν tis. Eam ob causam accitus ex Creta venit Epime-
δ', καὶ τῷ Σόλωνι χρησάμενος φίλῳ, πολλὰ προσυπεργάσατο D nides Phæstius, quem in numero sapientum qui-
καὶ προσωδοποίησεν αὐτῷ τὴν νομοθεσίαν. καὶ γὰρ θυσίας dam, reiicientes Periandrum, recensent septimũ.
ἐλαφρὰς ἐποίησε τὰς ἱερουργίας, καὶ πρὸς τὰ πένθη προσοτέρους, habebatur is vir religiosus, in rebusq; sacris sapien-
θυσίας τινὰς ἀδὺς ἀναμίξας πρὸς τὰ κήδη, καὶ τὸ σκληρὸν tia præcellens fanatica & mystica. Vnde nymphæ
ἀφελὼν καὶ τὸ βαρβαρικὸν ᾧ συνείχοντο πρότερον αἱ filium Baltæ nomine, ac nouum Cureta eum illius
πλεῖσαι γυναῖκες. τὸ δὲ μέγιστον, ἁγνισμοῖς τισι καὶ κα- ætatis homines dicebant. Qui vbi adfuit, & vsus est
θαρμοῖς καὶ ἱδρύσεσι κατοργιάσας καὶ καθοσιώσας τοῦ πόλι- familiariter Solone, multa ei clam præstruxit, & vi-
ν, ὑπήκοον τοῦ δικαίου καὶ μᾶλλον εὐπειθῆ πρὸς ὁμόνοιαν E am præmuniit ad leges conscribendas. Nam res
κατέστησε. λέγεται δ', τοῦ Μοιρυχίαν ἰδὼν καὶ καταμαθὼν diuinas reddidit minoris impensæ, ciuesq; ad lu-
πολὺ χρόνον, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρόντας ὡς τυφλὸν ὄντ' ἐκεῖνον ctum mansuetiores, sacrificia quædam statim exe-
μέλλοντος αὐθέφατος. ἐκφαγεῖν γὰρ Ἀθηναίους τοῖς αὐτῶν ὀδοῦσιν, εἰ πρόσθεσαν ὅσα τὴν πόλιν ἀνιάσει τὸ quiis adiiciens detracta asperitate barbarica, qua
χωρίον. ὅμοιον δέ τι καὶ Θαλῆς εἰκάσαι λέγεται. κελεύσαι deuinctę ante mulieres fuerãt, &, quod caput erat,
γὰρ αὐτὸν ἔν τινι τόπῳ τῆς Μιλησίας φαύλῳ καὶ παρορωμένῳ propitiationibus, procurationibus, ac signis dedi-
τελευτήσαντα θεῖναι, προφανῶς ἀγορὰ ποτὲ τοῦ Μιλησίων ἔσται τὸ χωρίον. Ἐπιμενίδης μὲν οὖν μάλιστα θαυμα- F candis, lustrans vrbem atq; expians, parentes iusti-
θεὶς, καὶ χρήματα δίδοται πολλὰ καὶ τιμὰς μεγάλας τῶν tiæ magisq; sequaces ciues reddidit ad vnitatem.
Ἀθηναίων, οὐδὲν ἢ θαλλὸν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας αἰτησάμενος, καὶ λαβὼν, ἀπῆλθεν. αἱ δ' Ἀθῆναι τῆς Κυλωνείου πε- Fertur hic, quum Munychiam vidisset diuq; con-
πανμένης ταραχῆς, καὶ μεθεστώτων (ὥσπερ εἴρηται) τοὺς ἐναγῶν, τοὺς παλαιὰν αὖθις στάσιν ὑπὲρ τῆς πολιτείας ἐστασίαζον, sideraſſet, dixisse ad coronam: *Quam cæcutit ad futu-*
ra homo! Suis ipsorum dentibus peresuri hunc locum Athenienses sint, si præuiderent quantum is fatigaturus sit ciuitatem. Simile quid diuinasse aiunt Thalem. Iussisse enim loco certo se agri Milesii vili & contemto tumulari fato functum, prædicens fore vt is locus aliquando forum esset Milesiorum. Ac Epimenides quidem summis laudibus atque ingentibus honoratus donis à populo Athenienſe, præter surculum ex sacra olea, nulla re petita aut accepta discessit. Porro Cylonio sopito tumultu & exterminatis (vt dictum est) iis qui eo scelere fuerunt contacti, de integro sunt in veterem relapsi de republic. seditionem,

ὅσας ἡ

atque in tot partes est ciuitas, quot discrimina regio habebat, distracta. Siquidem Diacriorum (qui montani erant) familia erat imprimis popularis: Pædiæi (campestres erant hi) paucorum potentũ studiosissima: medium quendam & mistum reipub. tenorem tertii Parali (maris erant accolæ) sequentes obstabant, & vtrosque remorabantur à dominatu. Quia verò flagrabat eadem tempestate pauperum cum diuitibus ex inæqualitate dissensio, ciuitas prorsus in lubrico versabatur. Vna autem superesse ratio videbatur ad salutẽ & quietem, si res delatæ ad dominatum essent. Totus enim erat populus ære alieno oppressus à diuitibus. Nam aut illis arabant, sextantem fructuum pensitantes, vnde sextantuli & capite censi fuerunt vocati: aut versuram facientes, corporis nexu duci à creditoribus poterant, quorum partim seruiebant ibi, partim extra patriam venundabantur. Multi etiam liberos suos distrahere compellebantur, (neque vetabat lex) & vrbem propter fœneratorum crudelitatem deserere. Ibi maxima & validissima pars coitione facta sese mutuò cohortati sunt, ne ea tolerarent, sed vnum caperent ducem virum fidum, eosque qui intra diem iudicatum non fecissent, eximerent, agrum diuiderent, atque in totum reipublicæ statum inuerterent. Hi qui inter Athenienses maximè sani erant, aduertentes Solonem præcipuè vacare crimine, neque opulentorum in iniuria socium esse, neque necessitatibus implicatum, inopum, orauerunt eum vt rempublicam capesseret & componeret controuersias ciuium. Atqui Phanias Lesbius ipsum dicit Solonem ad seruandam rempublicam dolo vtranq; partem circumuenisse, atque ostendisse occultè egenis legem agrariam, pactorum firmitudinem pecuniosis. Verùm ipse primò se Solon dubitauisse hanc actionem refert suscipere, deterritum horum auaritia, illorum insolentia. Creatus fuit secundum Philombrotum archon, simulq; concordiæ arbiter & legislator. Fuit autẽ pergratus diuitibus vt locuples: vt probus pauperibus. Vox etiam dicitur eius, quam antea miserat, in ore populi fuisse, *Aequalitatem certaminis autorem non esse*, eamq; tam locupletibus placuisse quàm inopibus: quòd æqualitatem hi mensura ac numero assequuturos se confiderent, illi dignitate ac virtute. Vnde in spem erecta magnam vtraque factione principes fauebant Soloni, sequestrique dominatus incendebant eum, qui haberet in arbitrio suo ciuitatem, ad rem maiore mole capessendam. Medii etiam ciues, quia videbant mutationem ex ratione & lege laboriosam esse & arduam, non abhorrebant ab vno creando principe iustissimo & prudentissimo. Sunt qui dicant Soloni sortes quoque has ab Apolline datas,

Ad puppim residens moderator dirige cursum,
Multus Athenarum populus tua signa sequetur.

Præter cæteros insectabãtur eum necessarii quòd nomine deterreretur tyrannidis, quasi non virtutis esset eam suscipientis mox versura in regnum. Id accidisse quondam Euboicis, qui Tynnondam, in præsenti Mitylenæis, qui tyrannum creauerant Pittacum. Horum nihil Solonem de sententia mouit, sed dixit (vt fertur) ad amicos, *Præclarum fundum tyrannidem esse, sed non habere exitum.* Ad Phocum autem versibus scribens,

A ὅσας ἡ χώρα διαφορὰς εἶχε, τοσαῦτα μέρη τῆς πόλεως διῃρᾶτο. ἦν γὰρ ὁ μὲν τῶν Διακρίων λεώς δημοκρατικώτατον, ὀλιγαρχικώτατον δὲ ὁ τῶν πεδιέων· τέταρτοι δ' οἱ πάραλοι μέσον τινὰ καὶ μεμιγμένον αἱρούμενοι πολιτείας τρόπον, ἐμποδὼν ἦσαν καὶ διεκώλυον τοὺς ἑτέρους κρατῆσαι. τότε δὲ τῆς τῶν πενήτων πρὸς τοὺς πλουσίους ἀνωμαλίας ὥσπερ ἀκμὴν λαβούσης, παντάπασιν ἐπισφαλῶς ἡ πόλις διέκειτο, καὶ μόνως ἂν ἐδόκει καταστῆναι καὶ παύσασθαι ταραττομένη τυραννίδος γενομένης· ἅπας μὲν γὰρ ὁ δῆμος ὑπὸ χρέως τῶν πλουσίων. ἢ γὰρ ἐγεώργουν ἐκείνοις

B ἕκτα τῶν γινομένων τελοῦντες, ἐκτημόριοι προσαγορευόμενοι καὶ θῆτες· ἢ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν, οἱ μὲν αὐτοὶ δουλεύοντες, οἱ δ' ἐπὶ τῇ ξένῃ πιπρασκόμενοι. πολλοὶ δὲ καὶ παῖδας ἰδίους ἠναγκάζοντο πωλεῖν. οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐκώλυε καὶ τὴν πόλιν φεύγειν διὰ τὴν χαλεπότητα τῶν δανείζοντων. οἱ δὲ πλεῖστοι καὶ ῥωμαλεώτατοι συνίσταντο καὶ παρεκάλουν ἀλλήλους μὴ ὑπομένειν, ἀλλ' ἑλομένους ἕνα προστάτην, ἄνδρα πιστὸν, ἀφελέσθαι τοὺς ὑπερημέρους, καὶ γῆν ἀναδάσασθαι, καὶ ὅλως μεταστῆσαι τὴν πολιτείαν. ἐνταῦθα δὴ

C τῶν Ἀθηναίων οἱ φρονιμώτατοι, συνορῶντες τὸν Σόλωνα μόνον μάλιστα τῶν ἁμαρτημάτων ἐκτὸς ὄντα, καὶ μήτε τοῖς πλουσίοις κοινωνοῦντα τῆς ἀδικίας, μήτε ταῖς τῶν πενήτων ἀνάγκαις ἐνεχόμενον, ἐδέοντο τοῖς κοινοῖς προσελθεῖν, καὶ καταπαῦσαι τὰς διαφοράς. καίτοι Φανίας ὁ Λέσβιος αὐτὸν ἱστορεῖ τὸν Σόλωνα χρησάμενον ἀπάτῃ πρὸς ἀμφοτέρους ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως, ὑποσχέσθαι κρύφα τοῖς μὲν ἀπόροις τὴν νέμησιν, τοῖς δὲ χρηματικοῖς, βεβαιώσειν τὰς συμβολαίων. ἀλλ' αὐτὸς ὁ Σόλων, ὀκνῶν, φησὶ, τὸ πρῶτος ἅψασθαι τῆς πολιτείας, καὶ δεδοικὼς τὴν μὲν τὴν φιλο-

τοῦ δ' Ἐρετριέως παραμυθούμενον λέγειν πρὸς αὐτὸν, Ἦ γὰρ (ἔφη) καὶ ὑμῖν περὶ πολέμου τις ἐστὶ λόγος, οἱ, καθάπερ αἱ τευθίδες, μάχαιραν μὲν ἔχετε, καρδίαν δ' οὐκ ἔχετε; λέγεται δ' ὑπονοῆσαι, τὸν μὲν Θεμιστοκλέα περὶ τούτων ἀπὸ τοῦ καταστρώματος ἄνωθεν τῆς νεὼς ἀναλέγεσθαι, γλαῦκα δ' ὀφθῆναι παραπετομένην ὅτι τὰ δεξιὰ τῶν νεῶν, καὶ τοῖς κυβερνήταις ὅτι καθίζοιεν· διὸ δὴ καὶ μάλιστα πρεσβεύειν τὴν γνώμην, καὶ παρεσκευάζειν ναυμαχήσοντες. Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν πολεμίων ὁ στόλος τῇ Ἀττικῇ κατ' ὀλίγον προσφερόμενος, τοὺς πέριξ ἀπεκρύψεν αἰγιαλοὺς, αὐτός τε βασιλεὺς μετὰ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ καταβὰς ὅλοι τὴν θάλατταν, ἅμα δεῖσε ὤφθη, τῶν δυνάμεων ὁμοθυμαδὸν, ἐξερρύησαν οἱ τοῦ Θεμιστοκλέους λόγοι τῶν Ἑλλήνων, καὶ πάλιν ἐπάτταινον οἱ Πελοποννήσιοι πρὸς τὸν Ἰσθμὸν, εἴ τις δυνήσεται λέγοι χαλεπαίνοντες. ἐδόκει δ' τῆς νυκτὸς ἀποχωρεῖν, καὶ παρεσκευάζετο πλοῖα τοῖς κυβερνήταις. ἔνθα δὴ βαρέως φέρων ὁ Θεμιστοκλῆς εἰ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ τῶν γειτόνων πρόθυμοι βοήθειαν οἱ Ἕλληνες ἀναλυθήσονται πόλεις, ἐβουλεύετο καὶ συνετίθη τὴν πρὸς τὸν Σίκινον πραγματείαν. οὗτος δ' ἦν τῷ γένει Πέρσης ὁ Σίκινος αἰχμάλωτος, οἰκέτης δ' τῶν Θεμιστοκλεῦς καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ παιδαγωγός. ὃν ἐκπέμπει πρὸς τὸν Πέρσην κρύφα, κελεύσας λέγειν ὅτι Θεμιστοκλῆς ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, αἱρούμενος τὰ βασιλέως, ἐξαγγεῖλαι πρῶτος αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας ἀποδιδράσκοντας, καὶ ἀναχελεύειν μὴ παρεῖναι φυγεῖν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐν ᾧ τάττοιντο τῶν πεζῶν χωρὶς ὄντες, ὅπιθεν καὶ ἀναφθεῖραι τὴν ναυτικὴν δύναμιν· ταῦτα δ' ὁ Ξέρξης ὡς ἀπ' διανοίας λελεγμένα δεξάμενος, ἥσθη, καὶ τέλος εὐθὺς ἐξέφερε πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῶν νεῶν. τὰς μὲν δύας πληρῶν καθ' ἡσυχίαν, ἀναχοίας δ' ἀνατείνας ἤδη προβαλέσθαι τὸν πόρον ἐν κύκλῳ πάντα, καὶ ἀναζῶσαι τὰς νήσους, ὅπως ἐκφύγῃ μηδεὶς τῶν πολεμίων. τούτων δ' προπορευομένων, Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου πρῶτος αἰσθόμενος ἦκεν ὅτι τὴν σκηνὴν τοῦ Θεμιστοκλέους, οὐκ ὢν φίλος, ἀλλὰ καὶ δι' ἐχθρὸν ὀξυστρακισμένος, ὡς περ εἴρηται· προσελθόντι δ' τῷ Θεμιστοκλεῖ φράζει τὴν κύκλωσιν· ὁ δ', τήν τε δυλλίν καλοκαγαθίαν τοῦ ἀνδρὸς εἰδὼς, καὶ τῆς τότε παρουσίας ἀγάμενος, φράζει τὰ περὶ τὸν Σίκινον αὐτῷ, καὶ παρεκάλει τῶν Ἑλλήνων συνεπιλαμβάνεσθαι καὶ συμπροθυμεῖσθαι, πίστιν ἔχοντα μᾶλλον, ὅπως ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχήσωσιν. ὁ μὲν οὖν Ἀριστείδης ἐπαινέσας τὸν Θεμιστοκλέα, τοὺς δυνήσεις ἐπῄει στρατηγοὺς καὶ τριηράρχους ὅτι τὴν μάχην παρεξιόντων· ἔτι δ' ὄψεσι ἀπιστούντων, ἐφαίνετο τριακόσια μία τριήρης αὐτομολοῦσα, ἧς ἐναύαρχος Παναίτιος, ἀπαγγέλλουσα τὴν κύκλωσιν· ὥστε καὶ θυμῷ τοὺς Ἕλληνας κινῆσαι μετ' ἀνάγκης πρὸς τὸν κίνδυνον. ἅμα δ' ἡμέρᾳ Ξέρξης μὲν ἄνω καθῆστο τὸν στόλον ἐποπτεύων καὶ τὴν παράταξιν, ὡς μὲν Φανόδημος φησὶν, ὑπὸ τὸ Ἡράκλειον, ἣ βραχεῖα πόρῳ διείργεται τῆς Ἀττικῆς ἡ νῆσος· ὡς δ' Ἀκεστόδωρος, ἐν μεθορίῳ τῆς Μεγαρείδος, ὑπὸ τὰ καλούμενα κεράτων, χρυσοῦν δίφρον θέμενος, καὶ γραμματεῖς πολλοὺς παραστησάμενος, ὧν ἔργον ἦν ἀπογράφεσθαι κατὰ μάχην τὰ πραττόμενα. Θεμιστοκλῆς δ' παρὰ τὴν ναυαρχίδα τριήρη σφαγιαζομένῳ τρεῖς προσήχθησαν αἰχμάλωτοι, κάλλιστοι μὲν ἰδέσθαι τὴν ὄψιν, ἐσθῆσι δ' καὶ χρυσῷ κεκοσμημένοι παραπρεπῶς. ἐλέγοντο δ' Σανδαύκης παῖδες εἶναι τῆς βασιλέως ἀδελφῆς καὶ Αὐτάρκτου. τούτοις ἰδὼν Εὐφραντίδης ὁ μάντις, ὡς ἅμα μὲν ἀνέλαμψεν ἐκ τῶν ἱερῶν μέγα καὶ περιφανὲς πῦρ,

A Quum Eretrius quidam dicere contra eum intenderet, *Num vos quoq; (inquit) dicere quid de bello vultis, qui sicut loligines, gladium habetis, cor non habetis?* Dum ita disserit Themistocles, in foris ex superiore loco nauis perhibent quidam visam fuisse noctuam ad dextram classis volantem atq; in antennis considentem. Quod potissimum in causa fuit vt assentirentur ei, atque ad prælium nauale accingerent se. Vt verò classis hostium terræ Atticæ ad Phalericum admota vicina obtexit littora, atque ipse cum terrestri agmine rex ad mare descendit, vt semel cum omnibus copiis in conspectu esset, effluxerunt ex Græcorũ animis Themistoclis admonitiones, & Isthmum ceperunt denuò Peloponnesii respectare, frementes siquis aliud proponeret. Visum est igitur nocte vela facere, atque edictum gubernatoribus vt parati ad nauigandum essent. Hic anxius Themistocles, quòd loci & angustiarum commoditate Græci amissa, in suum quisq; oppidum dilaberentur, commentus est & struxit illum per Sicinum astum. Erat natione Sicinus Perses, captiuus, sed amans Themistoclis & liberorum eius pręceptor, quem occultè ad Persam mittit nunciatum Athenienſium ducem Themistoclem cum rege sentientem, ei primùm enunciare Græcos fugam circumspectare, monereque ne iis facultatem det fugiendi: sed interea dum tumultuantur destituti terrestribus legionibus, adoriatur & deleat copias nauales. Eum nuntium Xerxes quasi à beneuolo animo profectum amplexus est, gratumque habuit: denique edixit nauium præfectis, cæteras naues vt silentio instruant, cum ducentis autẽ profecti totum transitum vndique claudant, & circumueniant insulas, ne quis elabatur hostium. Id agi Aristides Lysimachi primus sentiens contendit tacitus ad tabernaculum Themistoclis, non quidem quod gratia ei cum illo intercederet, imò fuerat (vt diximus) illius opera exterminatus: prodeunti ad ipsum declarat circumseptos se. Qui quum aliâs integritatem eius haberet perspectam, lætus tunc eius præsentia, aperit ei quid per Sicinum egisset, hortatur Græcos vt retineat, secumq; in id incumbat (quia maior ei adhibeatur fides) vt in faucibus pugnam naualem committant. Igitur collaudato Themistocle Aristides, alios duces & trierarchos adit & ad prælium accendit. Nondum adiungentibus tamen ei his fidem, ecce triremis vna Tenedia, cui pręerat Panętius, transfugit ad Græcos, quæ cinctos ipsos esse nuntiauit. Ita iam ira quoque pręter necessitatem stimulauit Græcos ad confligendum. Vbi diluxit, Xerxes in edito consedit, classem & aciem speculans, vt Phanodemus ait, supra fanum Herculis, quà angusto freto dirimitur ab Attica insula: vt Acestodorus, in Megaridis confinio super colles, quos Gerata appellant: Aureo sedit solio multis adhibitis scribis, quorum erat munus, vt quæque res in prælio gereretur excipere. At Themistocli super nauem prætoriam sacrificanti, tres captiui oblati sunt forma venustissima, vesteque & auro eximie exculti. Dicebãtur Sandauces regis sororis & Autarcti filii esse. Quos contuitus vates Euphrantides, vt simul & magnam hostiæ & lucidam flammam ediderant,

B C D E F

νία ex Herodoto Palmer.

ac bonum omen ſternutamento à dextera parte A
eſt datum, dexterã Themiſtoclis complexus ado-
leſcentes illos omnes iuſſit vt victimã & hoſtiam
Omeſti Baccho, votis nuncupatis, immolarent: ita
pariter Græcis ſalutem promitti & palmam. Stu-
pẽte Themiſtocle eo vaticinio tãto & tam atroci,
vulgus, vt in grandibus ſolet periculis & rebus a-
ſperis, ſalutem potius ex abſonis quàm conſenta-
neis ſperans, cœpit Deũ ſimul vna voce ciere, ad-
ductiſq; ad aram captiuis ſacra ex præſcripto vatis
fieri coegit. Hæc philoſophus, & hiſtoriarum non
rudis, Lesbius Phanias, memorię prodidit. De na-
uium barbaricarum numero Æſchylus poeta, vt B
certus & firmans, in tragœdia Perſis ita ait,

Xerxi, ſcio, naues erant certò quidem mille:
Verùm ducentæ & ſeptem erant celeres
Supra modum: ſic obtinet rumor volans.

Atticæ C LXXX. erant numero. Singulæ habebant
octonos denos, qui ex foris pugnarent: eorum e-
rant quatuor ſagittarij, reliqui grauis armaturæ.
Videtur autem nõ ſecus tempus Themiſtocles ac
locum animaduertiſſe & captaſſe, neq; prius ad-
uerſam barbaris aciem explicuit, quàm conſueta
hora adfuit, qua ventus ex mari increbreſcens flu-
ctum per fretũ impelleret, cuius impetus Græco- C
rum nauibus non oberat, compactis & humiliori-
bus: barbaricas verò editioribus puppibus foriſq;
excelſioribus, & ob pondus minus agiles, retor-
quebat, ac Græcis acriter incurrentibus, & ad
Themiſtoclis, vt qui maxime videret quid è re eſ-
ſet, iuſſa intentis, tranſuerſas obiiciebat. Iam vbi
agebat Themiſtocles, Xerxis claſſis præfectus A-
riamenes, ingenti vectus naue, iacula & ſagittas
velut è muro ingerebat, qui vir inſignis erat, &
regis fratrum longe fortiſſimus & iuſtiſſimus. Eum
Amenias Decelenſis & Soſicles Pedienſis, vnà ve-
cti, vt concurrentes infeſtæ naues & in ſe mutuò
impactæ roſtris cohæſere, inſilientem in ipſorum D
nauem exceperunt, haſtiſq; afflictum præcipita-
uerunt in mare. Corpus eius inter cætera fluitans
naufragia, Artemiſia agnitum deportauit ad Xer-
xem. Dum ita certatur, fama eſt ingens lumen ab
Eleuſine refulſiſſe, campumque Thriaſium ſtre-
pitu & vocibus, ſicut ex cœtu hominum myſti-
cum Iachum deducentium, ad mare vſque perſo-
naſſe. Ab agmine vocem edentium aſſurgens
paularim à terra viſa iis nubes deflectere à conti-
nente, & in naues incumbere. Alii ſpecies vide-
re viſi ſunt virorum armatorum manus ab Ægi-
na pro Græcorum claſſe protendentium. Eos pu- E
tabant eſſe Æacidas, quos votis ante pugnam im-
plorauerant. Princeps nauem cœpit ciuis Athe-
nienſis Lycomedes trierarchus: cuius abſcidit in-
ſignia atque Apollini victori ſacrauit. Reliqui æ-
quantes inanguſtiis barbarorum frontem, inue-
hentes carptim illos ac ſemetipſos turbantes,
quum in ſerum extraxiſſent pugnam, fuderunt
fugauerunteque, atque inſignem illam & nobilem
victoriam, vt Simonides ait, qua neque apud Gre-
cos neque apud barbaros clarius decus vllum ex-
titit nauale, retulerunt virtute & ſtrenuitate com-
muni omnium militum, conſilio verò & pruden- F
tia Themiſtoclis. Secundũ præliũ nauale Xerxes,

ἅμα ὁ πάρμος ἐκ τῶν δεξιῶν ἐσήμηνε, τὸν Θεμιστοκλέα δεξιωσάμενος, ἐκέλευσε τοῦς νεανίσκους καταρξάσθαι, καὶ θεραῦσαι πόλεις, ὠμηστῇ Διονύσῳ προσευξάμενος. οὕτω γὰρ ἅμα σωτηρίαν τε καὶ νίκην ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι. ἐκ πλήθους δὲ τὸ Θεμιστοκλέους ὡς μέγα τὸ μάντευμα καὶ δεινὸν, οἷς εἴωθεν ἐν μεγάλοις ἀγῶσι καὶ πράγμασι χαλεποῖς, μᾶλλον ἐκ τῶν παρὰ λόγον, ἢ τῶν εὐλόγων τὴν σωτηρίαν ἐλπίζοντες οἱ πολλοὶ, τὸν θεὸν ἅμα κοινῇ κατεκαλοῦντο φωνῇ, καὶ πρὸς αἰχμαλώτους ὡς βωμῷ προσαγαγόντες, ἠνάγκασαν, ὡς ὁ μάντις ἐκέλευσε, τὴν θυσίαν συντελεσθῆναι. ταῦτα μὲν οὖν αὐτὸς φιλόσοφος καὶ γραμμάτων ἐκ ἄπειρος ἱστορικῶν Φανίας ὁ Λέσβιος εἴρηκε. πρὸς δὲ τὸ πλῆθος τῶν βαρβαρικῶν νεῶν Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς, ὡς αὐ εἰδὼς καὶ ἀληθεύων ἐν τραγῳδίᾳ Πέρσαις, λέγει ταῦτα,

Ξέρξη δ' (καὶ γὰρ οἶδα) χιλιὰς μὲν ἦν
Νεῶν τὸ πλῆθος· αἱ δ' ὑπερκόμποι τάχει,
Ἑκατὸν δὶς ἦσαν, ἔπλα θ' ὧδ' ἔχει λόγος.

τῶν δ' Ἀττικῶν, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα τὸ πλῆθος ὄντων, ἑκάστη πρὸς ἀπὸ τοῦ καταστρώματος μαχομένους, ὀκτωκαίδεκα εἶχεν· ὧν τοξόται τέσσαρες ἦσαν, οἱ λοιποὶ δὲ ὁπλῖται. δοκεῖ δ' οὐχ ἥττον δὲ τὸν καιρὸν ὁ Θεμιστοκλῆς ἢ τὸν τόπον σοφιδὼν καὶ φυλάξας, μὴ πρότερον ἀντιπρόρους καταστῆσαι τοῖς βαρβαρικοῖς τὰς τριήρεις, ἢ τὸν εἰωθυῖαν ὥραν παρελθέσθαι, τὸ πνεῦμα λαμπρὸν ἐκ πελάγους ἀεὶ καὶ κῦμα δὲ τῶν νεῶν κατάγουσαν· ὃ τὰς μὲν Ἑλληνικὰς ἐκ ἔβλαπτε ναῦς, ἀτειδεῖς οὔσας καὶ ταπεινοτέρας, τὰς δὲ βαρβαρικὰς, ταῖς τε πρύμναις ἀνεστώσας, καὶ τοῖς καταστρώμασιν ὑψηρέφεις καὶ βαρείας ὑπιφερομένας, ἔστρεφε πρὸς πίπτον, καὶ παρεδίδου πλαγίας τοῖς Ἕλλησιν ὀξέως προσφερομένοις, καὶ τῷ Θεμιστοκλεῖ προσέχοντιν, ὡς ὁρῶντι μάλιστα τὸ συμφέρον· καὶ ὅτι κατ' ἐκεῖνον ὁ Ξέρξου ναύαρχος Ἀριαμένης, ναῦν ἔχων μεγάλην, ὥσπερ ἀπὸ τείχους ἐπόξευε καὶ ἠκόντιζεν, αὐτὸς ἀγαθὸς ὤν, καὶ τῶν βασιλέως ἀδελφῶν πολὺ κράτιστός τε καὶ δικαιότατος. τοῦτον μὲν οὖν Ἀμεινίας ὁ Δεκελεὺς, καὶ Σωσικλῆς ὁ Πεδιεὺς ὁμοῦ πλέοντες, ὡς αὐτὴ πρῴρα πρεσπεσοῦσα καὶ συνερείσασα τοῖς χαλκώμασιν ἐνεχέθησαν, ἐπιβαίνοντα τῆς αὐτῶν τριήρους, ὑποστάντες καὶ τοῖς δόρασι τύποντες, εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον· καὶ τὸ σῶμα μετ' ἄλλων φερόμενον ναυαγίων Ἀρτεμισία γνωρίσασα, πρὸς Ξέρξην ἀνήνεγκεν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἀγῶνος ὄντος, φῶς μὲν ἐκλάμψαι μέγα λέγουσιν Ἐλευσῖνόθεν, ἦχον δὲ καὶ φωνὴν τὸ θριάσιον κατέχειν πεδίον, ὅχλου τῶν θαλάττης, ὡς αὐθεόπτων ὁμοῦ πολλῶν τὸ μυστικὸν ἐξαγαγόντων Ἴακχον. ἐκ δὲ τοῦ πλήθους τῶν φερομένων, καὶ μικρὸν ἀπὸ γῆς ἀναφερόμενον νέφος ἔδοξεν αὐτοῖς ὑπονοεῖν καὶ κατασκήπτειν εἰς τὰς τριήρεις. ἕτεροι δὲ φάσματα καὶ εἴδωλα καθορᾶν ἔδοξαν ἐκ πλοίων δυδρῶν, ἀπὸ Αἰγίνης τὰς χεῖρας ἀνεχόντων πρὸς τὸ Ἑλληνικῶν τριήρων. οὓς εἴκαζον Αἰακίδας εἶναι, προσκεκλημένους δι' ἀρετὴν πρὸς τῆς μάχης ὅτι τὸ βοηθῆσαν. πρῶτος μὲν οὖν λαμβάνει ναῦν Λυκομήδης ἀνὴρ Ἀθηναῖος, τριήραρχος, ἧς τὰ πρόσημα περικόψας ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι δαφνηφόρῳ. οἱ δ' ἄλλοι τοῖς βαρβάροις ἐξισούμενοι τὸ πλῆθος, ἐν γενῇ καὶ μέρει δείλης ἀπορίας, ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης, τὸ κάλλιστον ἐκτίλιον καὶ πρόβλητον ἀρετῆς νίκης, ἥ τε Ἕλλησι καὶ βαρβάροις κοινὸν ἔργον εἴργασαν λαμπρότερον. ἀνδρείᾳ μὲν καὶ προθυμίᾳ κοινῇ τῶν ναυμαχησάντων, γνώμῃ δὲ καὶ δεινότητι Θεμιστοκλέους. μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν, Ξέρξης.

μὴν ἔτι θυμομαχῶν πρὸς τὴν ἀπόστασιν ἐπεχείρει διὰ χωμάτων ἐπάγειν, ὃ πεζὸν εἰς Σαλαμῖνα, τοῖς Ἕλλησιν ἐμφράξας τὸν διὰ μέσου πόρον. Θεμιστοκλῆς δὴ ἀποπειρώμενος Ἀριστείδου λόγῳ, γνώμην ἐποιεῖτο λύειν ὃ ζεῦγμα ταῖς
„ ναυσὶν ὅπως πλεύσαντες εἰς Ἑλλήσποντον, Ὅ πῶς (ἔφη) τὴν
„ Ἀσίαν ἐν τῇ Εὐρώπῃ λάβωμεν. διεγειρόντος δ' Ἀριστεί-
„ δου, καὶ λέγοντος ὅτι Νῦν μὲν ψυφῶντι τῷ βαρβάρῳ πε-
„ πολεμήκαμεν, εἰ δ' καταπλεύσωμεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ
„ καταφήσωμεν εἰς ἀνάγκην ὑπὸ δέους ἄνδρα τηλικούτων
„ δυνάμεων κύριον, οὐκέτι κεκρημένος ὑπὸ σκιάδι χρυσῇ
„ θεάσεται τὴν μάχην ἐφ' ἡσυχίας, ἀλλὰ πρῶτα πολεμῶν καὶ
„ πᾶσιν αὐτὸς παρὼν διὰ τὸν κίνδυνον, ἐπανορθώσεται τὰ
„ παραμένα, καὶ βουλεύσεται βέλτιον ὑπὲρ τῶν ὅλων. Οὐ
„ τὴν οὖσαν οὖν (ἔφη) δεῖ γέφυραν ὦ Θεμιστοκλῆς ἡμᾶς ἀνα-
„ αιρεῖν, ἀλλ' ἑτέραν, εἴπερ οἷόν τε, πρὸς καταλύσαντας,
ἐκβαλεῖν διὰ τάχους τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῆς Εὐρώπης.
Οὐκοῦν (εἶπεν ὁ Θεμιστοκλῆς) εἰδὼς ταῦτα συμφέρειν,
ὅρα σκοπεῖν καὶ μηχανᾶσθαι πρῶτας ἡμᾶς ὅπως ἀπαλλαγήσονται τὴν ταχίστην ἐκ τῆς Ἑλλάδος. ἐπεὶ δ' ταῦτα ἔδοξε, πέμπει τινὰ τῶν βασιλικῶν εὐνούχων ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνδρῶν, Ἀρνάκην ὄνομα, φράζειν βασιλεῖ κελεύσας, ὅτι τοῖς μὲν Ἕλλησι δέδοκται τῷ ναυτικῷ κρατηκότας, ἀναπλεῖν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ὅπὶ τὸ ζεῦγμα, καὶ λύειν τὴν γέφυραν· Θεμιστοκλῆς δ' κηδόμενος βασιλέως, παραγιγνώσκει ἀπιέναι ὅπὶ τὴν ἑαυτοῦ θάλασσαν, καὶ φράζεσθαι, μέχρις αὐτὸς ἐμποιεῖ τινας διατριβὰς τοῖς συμμάχοις καὶ μελλήσεις πρὸς τὴν δίωξιν· ταῦθ' ὁ βάρβαρος ἀκούσας, καὶ δεδιὼς φόβος, διὰ τάχους ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν. καὶ πεῖραν ἡ Θεμιστοκλέους καὶ Ἀριστείδου φρόνησις ἐν Μαρδονίῳ παρέσχεν, εἴγε πολλοστημορίῳ τῆς Ξέρξου δυνάμεως διαγωνισάμενοι Πλαταιάσιν, εἰς τὸν πρὶν ὅλων κίνδυνον κατέστησαν. πόλεων μὲν οὖν τὴν Αἰγινητῶν ἀρίστην φησὶν Ἡρόδοτος, Θεμιστοκλῆς (καίπερ ἄκοντες ὑπὸ φθόνου) ὃ πρωτεῖον ἀπέδοσαν ἄπορντες. ἐπεὶ γὰρ ἀναχωρήσαντες εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί, πρῶτον μὲν ἕκαστος ἑαυτὸν ἀπέφαινεν ἀρετῇ, δεύτερον δὲ μετ' ἑαυτὸν, Θεμιστοκλέα. Λακεδαιμόνιοι δὲ εἰς τὴν Σπάρτην αὐτὸν καταγαγόντες, Εὐρυβιάδῃ μὲν, ἀνδρείας, ἐκείνῳ δὲ σοφίας ἀριστεῖον ἔδοσαν, θαλλοῦ στέφανον· καὶ τῶν κατ' τὴν πόλιν ἁρμάτων ὃ πρωτεῖον ἐδωρήσαντο, καὶ τριακοσίοις τῶν νέων πομποὺς ἄχρι τῶν ὅρων συνεξέπεμψαν. λέγεται δὲ ὀλυμπίων τῶν ἐφεξῆς ἀγωνιζόντων, καὶ παρελθόντος εἰς τὸ στάδιον τοῦ Θεμιστοκλέους, ἀμελήσαντας τῶν ἀγωνιστῶν τοὺς παρόντας, ὅλην τὴν ἡμέραν ἐκεῖνον θεᾶσθαι, καὶ τοῖς ξένοις ὅπιδεικνύειν ἅμα θαυμάζοντας καὶ κροτοῦντας. ὥστε καὶ αὐτὸν ἡδέως, πρὸς τοὺς φίλους ὁμολογῆσαι τὸν καρπὸν ἀπέχειν τῶν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος αὐτῷ πονηθέντων. καὶ γὰρ ἐν τῇ φύσει φιλοτιμότατος, εἰ δέ τι κομψεύεσθαι διὰ τὸ ἀπομνημονεύομενον. αἱρεθεὶς τε γὰρ ναύαρχος ὑπὲρ τῆς πόλεως, οὐδὲν ὅτε τὸν ἰδίων ὅτε τὸν κοινῶν κατὰ μέρος ἐχρημάτιζεν, ἀλλὰ πρῶν ἀνεβάλλετο τὸ πρόσπαιον εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην καθ' ἣν ἐκπλεῖν ἔμελλεν, ἵν' ὁμοῦ πολλὰ πράττων πράγματα, καὶ πρωτεύειν τοῖς ἀθρόοις ὁμιλῶν, μέγας εἶναι δοκῇ, καὶ πλεῖστον δύνασθαι τοῦ τε ἐκφανῶν τοῖς ἐκπεσοῦσι βοηθεῖν πρὸς τὴν θάλασσαν, ὡς εἶδε πρόκειμένα φιάλια χρυσᾶ καὶ κρεπῶδεις, αὐτὸς μὲν παρῆλθε, τῷ δ' ἑπομένῳ φίλῳ δείξας, εἶπεν,

A adhuc cum re malè gesta luctans, aggreditur per aggeres Salamina traducere in Græcos, copias terrestres freto, quod erat interfusum, obsepto. Themistocles autē verbis Aristidem pertentans, censere simulauit se, vt classe in Hellespontum profecti pontē rescinderent, *Quo Asiam* (inquit) *in Europa capiamus.* Quod cùm improbaret Aristides, diceretq;, Hactenus quidem cum barbaro ludente contulimus arma, quem si in Græcia incluserimus & metu ad necessitatem adegerimus, virum tam multis subnixum legionibus, non vltrà sub vmbraculo sedens aureo pugnā solute spectabit, sed
B omnia audebit, & omnibus rebus ipse metu vrgēte occurrens, quod titubatum est, corriget, consiliumq; de summa rerum inibit sanius. Non est igitur, Themistocles (inquit) hic nobis soluendus pons, verum etiā, si qua fieri queat, parandus alter, quo istum properè ex Europa exturbemus. Ergo, Themistocles, si ita esse, inquit, ex vsu videtur, tempus est vt rationem ineamus omnes struamusque, quo Græcia excedat quam ocyssimè. Vbi in eam sententiam itum est, quendam ex regiis eunuchis, quem inuenit inter captiuos, Arnacem nomine, mittit, qui renunciet regi, decreuisse mari nunc victores Græcos Hellespontum classe pe-
C tere, ad pontem, qui ibi constratus sit, interciendum: Themistoclem autem, de rege laborantem, monere, vt properato itinere ad mare suum contendat, & transmittat dum moras aliquas ipse sociis nectit & cunctationes ad insequendum. Hoc barbarus nuntio expauescens, properauit se recipere. Documentum autem præbuit in Mardonio Themistoclis & Aristidis prudentia. siquidem signa ad Plataeas Xerxis minima ex parte exercitus quum contulissent, aleam subierunt summæ. Inter ciuitates palmam tulit (vt tradit Herodotus) ciui-
D tas Æginetarum: Themistocli verò, quamuis inuiti, obstante inuidia, omnes tribuerunt palmam. Vt enim concesserunt omnes in Isthmum, & suffragia duces ab ara tulerunt, primū virtute semetipsum quisque, secundum à se renunciauit Themistoclem. Lacedæmonij verò deduxerunt eum Spartā, vbi Eurybiadi virtutis, sapientiæ præmium illi tribuerunt oleaginam coronam, & curruum, qui in ciuitate erant, primarium ei donauerunt. Trecentos præterea miserunt, ex iuuētute sua, qui eum ad fines vsq; prosequerentur. Fama est proximis insequentibus Olympiis quum in curriculū concessisset Themistocles, contemptis certatori-
E bus spectatores totum diem oculos in illum defixisse, peregrinisq; stupentes illū magno cum plausu monstrasse: vt ille lætitia perfusus non obscure tulerit apud amicos, satis se fructus suorum pro Græcia susceptorum laborū percepisse. Erat nanque (si fides habenda iis est quæ de eo commemorantur) natura auidus supra modum gloriæ. Siquidem designatus à populo nauarchus, nulli rei publice vel priuatim vacauit sigillatim, verùm quæcunq; res esset ad ipsum delata, illam in eum reiecit diem quo erat conscensurus, quo vno tempore multis rebus intentus & à diuersis appellatus ho-
F minibus, magnus esse & summæ videretur autoritatis. Cadauera in littore erecta inspiciens, vbi exornata vidit armillis aureis & torquibus, ipse præteriit, sed comitanti ostendit ea dixitque amico,

Tolle ea tibi: neque enim tu Themistocles es. Ad Antiphatem, qui formosus fuerat, & gesserat quondam se aduersus ipsum insolentius, tunc autem propter autoritatem assectaretur, *Serò*, inquit, *adolescens, ambo tamen simul cœpimus sapere.* Athenienses ipsum referebat non habere in honore vel admiratione, sed sicut sub platanum, sub se, tempestate coorta & ingruentibus periculis, refugere: quum disserenuerit apud eos, castrare se & rescindere ramos. Quum exprobraret ei Seriphius quidam, nõ sua eum sed patriæ gloria splendorem assequutum, *Rectè ais*, inquit. *At neque ego si Seriphius sim, euasissem clarus: nec tu, si Atheniensis.* Dux quispiam, qui vtilem operam nauasse se existimabat ciuitati, huic, quum insultaret Themistocli & res gestas suas contenderet cum ipsius, *Cum festo*, inquit, *altercans dies posterus, iactauit illum laboribus & sudoribus districtum esse, se verò fruenda præbere feriantibus apparata.* Ad quæ respondisse festum, *Rectè sanè: at ni ego essem, tu non esses. sic nisi ego*, inquit, *tunc fuissem, vbi nunc vos essetis?* Filium suum, qui licentius abutebatur matris indulgentia, & per illum sua, falsè dicebat plus quàm vllus Græcorum pollere. Cæteris enim imperare Athenienses, se Athenensibus, sibi illius matrem, matri illum. Quum omni in re facere aliquid vellet singulare, prædium distrahens iussit pronuntiari etiam bonum id vicinum habere. Ex illis qui nuptias filiæ suæ ambirent, quum probum prætulisset pecunioso, ait virum se quærere potius qui pecunia egeret, quàm pecuniam quæ viro. Atque in facetiis erat huiuscemodi. Explicatus bello mox institit vrbem instaurare & muris cingere, ephoris, ne aduersarentur, pecunia, vt Theopompus scribit, redemptis: vt plerique alii, elusis hoc modo: Spartam specie legationis profectus est. Ibi conquerentibus Spartiatis quòd muro circundarent vrbem, & ad criminandum Athenienses ex composito, poliarcho ab Ægina misso, inficias iuit, & mittere eos iussit ad res inspiciendas: simul vt spatium ex mora excitando muro pararet, & legatos pro se obsides retinerent Athenienses. quod euenit. Nam re comperta nihil læserunt eum Lacedæmonii, sed dissimulata ira sua dimiserunt. Hinc Piræum, commoditate animaduersa portus, extruxit, totamque vrbem ad mare accommodauit, contrariam quodammodo sectam in ciuitate ac veteres Atheniensium reges instituens. Illi enim (vt fertur) intendentes reuocare à mari ciues, atque ad relinquendas naues colendumque assuefacere agrum, dissipauerant illam de Pallade fabulam: ambigente de illa regione Neptuno, quum ostendisset iudicibus oliuam, causam eam obtinuisse. At Themistocles nõ (vt comicus ait Aristophanes) vrbi commisit Piræum, imò vrbem annexuit Piræo, & terram mari. Quæ res vires populi aluit contra optimates, eumq; audacia inflauit, omni ad nautas, hortatores, & gubernatores redundante autoritate. Vnde suggestum, qui erectus in Pnyce erat vt spectaret mare, conuerterunt post terram versus triginta tyranni, imperium maritimum rati gignere populi potentiam, & paucorum principatu minus offendi agricolas. Enimuerò Themistocles rẽ conceperat animo de viribus naualib. eelsiorem.

A Ἀνελοῦ σαυτῷ· σὺ γὰρ οὐκ εἶ Θεμιστοκλῆς. πρὸς δέ τινα τῶν καλῶν γεγενότων, Ἀντιφάτῳ, ὑβρηφαίως αὐτῷ κεχρημένον πρότερον, ὕστερον δ' ἐπιδόντα τὴν δόξαν, Ὦ μειράκιον, (εἶπεν) ὁ μὲν, ἀμφότερον δ' ἅμα νοῦν ἐφήκαμεν. ἔλεγε δὲ τοῖς Ἀθηναίοις, οὐ τιμᾶν αὐτὸν οὐδὲ θαυμάζειν, ἀλλ' ὥσπερ πλατάνῳ χειμαζομένοις μὲν ὑποφέρειν καὶ κινδυνεύοντας, εὐδίας δὲ πάλιν αὐτοῖς γενομένης πάλιν καὶ καλύειν. τοῦ δὲ Σεριφίου πρὸς αὐτὸν εἰ πόνος ὡς οὐ δι' αὐτὸν ἔφηκε δόξαν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν, Ἀληθῆ λέγεις· (εἶπεν) ἀλλ' οὔτ' ἂν ἐγὼ Σεριφιος ὤν, ἐνεδόξουν, οὔτε σὺ, Ἀθηναῖος. ἐπέρ δέ τινος τῶν στρατηγῶν, ὡς ἔδοξέ τι χρήσιμον διαπεπρᾶχθαι τῇ πόλει, θρασυνομένου πρὸς τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ τὰς ἑαυτοῦ πράξεις πράξεσιν αὐτοῦ παραβαλλόντος, ἔφη τῇ ἑορτῇ τὴν ὑστέραν ἐρεῖσαι, λέγουσαν ὡς ἐκείνη μὲν ἀργίαν τε μετὰ καὶ κοπώδης ἐστὶν, ἐν αὐτῇ δὲ πολλοὶ ἀπολαύουσι τῶν παρεσκευασμένων σχολάζοντες. τῇ δ' ἑορτῇ πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν, Ἀληθῆ λέγεις· ἀλλ' ἐμοῦ μὴ γενομένου, σὺ οὐκ ἂν ἦσθα. κἀμοῦ τοίνυν (ἔφη) τότε μὴ γενομένου, ποῦ δὴ ἦτε νῦν ὑμεῖς; τὸν γὰρ ἐν βυφαίνῃ τῇ μητρὶ, καὶ δι' ἐκείνην αὐτῷ, σκώπτων, ἔλεγε πλεῖστον τῶν Ἑλλήνων δυνάσθαι· τοῖς μὲν γὰρ Ἕλλησιν ἐπιτάττειν Ἀθηναίους, Ἀθηναίοις δὲ αὐτὸν, αὐτῷ δὲ τὴν ἐκείνου μητέρα, τῇ μητρὶ δὲ ἐκεῖνον. ἴδιος δέ τις ἐν πᾶσι βουλόμενος εἶναι, χωρίον μὲν πιπράσκων, ἐκέλευε κηρύττειν ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει. τὸν δὲ μνωμένων αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, τὸν ἐπιδεῖξαι τοῦ πλουσίου τοῦ κείνας, ἔφη ζητεῖν ἄνδρα χρημάτων δεόμενον, μᾶλλον ἢ χρήματα ἀνδρός. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀποφθέγμασι τοιοῦτός τις. ἐν δὲ γενόμενος δ' ἀπὸ τῶν πράξεων ἐκείνων, ἀνθὶς ἐπεχείρει τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν καὶ τειχίζειν, ὡς μὴ ἐξορεῖν Θεόπομπος, χρήμασι πείσας μὴ ἐναντιοῦσθαι τοὺς ἐφόρους· ὡς δ' οἱ πλεῖστοι, τοῦ χρυσάμενος. ἦκε μὲν γὰρ εἰς Σπάρτην, ὄνομα πρεσβείας ἐπιγραψάμενος· ἐγκαλούντων δὲ τῶν Σπαρτιατῶν ὅτι τειχίζουσι τὸ ἄστυ, καὶ πολιάρχου κατηγορουντος, ἐπίτηδες ἐξ Αἰγίνης ἀποσταλέντος, ἠρνεῖτο, καὶ πέμπειν ἐκέλευεν εἰς Ἀθήνας τοὺς κατηγορήσοντας· ἅμα μὲν ἐμβάλλων τῷ τειχισμῷ χρόνον ἐκ τοῦ διατριβῆς, ἅμα δὲ βουλόμενος αὐτὸ αὐτοὺς τοὺς πεμπομένους ὑπαρχεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. ὃ καὶ συνέβη· γνόντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸ ἀληθὲς, οὐκ ἠδίκησαν αὐτὸν, ἀλλ' ἀδήλως χαλεπαίνοντες, ἀπέπεμψαν. ἐκ δὲ τούτου τὸν Πειραιᾶ κατεσκεύαζε, τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν κατανοήσας, καὶ τὴν πόλιν ὅλην ἁρμοττόμενος πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ τόπον τινὰ τοῖς παλαιοῖς βασιλεῦσι τῶν Ἀθηναίων ἀντιπολιτευόμενος. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ (ὡς λέγεται) πρεσβευόμενοι τὸν πολίτας ἀποστῆσαι τῆς θαλάσσης, καὶ σωφρονίσαι ζῆν μὴ πλέοντας, ἀλλὰ τὴν χώραν φυτεύοντας, τὸν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς διέδοσαν λόγον, ὡς ἐρίσαντος περὶ τῆς χώρας τοῦ Ποσειδῶνος, δείξασα τὴν μορίαν τοῖς δικαστᾶις, ἐνίκησε. Θεμιστοκλῆς δὲ οὐχ, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμιξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιῶς, καὶ τὸν γῆν τῇ θαλάττῃ· ὃ καὶ τὸν δῆμον αὔξησε κατὰ τὸν ἀείρων, καὶ θράσος ἐνέπλησεν, εἰς ναύτας καὶ κελευστὰς καὶ κυβερνήτας τῆς δυνάμεως ἀφικομένης. διὸ καὶ τὸ βῆμα τὸ ἐν Πνυκὶ πεποιημένον, ὥστ' ἀποβλέπειν πρὸς τὴν θάλασσαν, ὕστερον οἱ τριάκοντα πρὸς τὴν χώραν ἀπέστρεψαν, οἰόμενοι τὴν μὲν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν, γίνεσθαι (τῇ δημοκρατίᾳ, ὀλιγαρχίᾳ δ' εἶναι δυσχεραίνειν τοὺς γεωργοῦντας. Θεμιστοκλῆς δὲ καὶ μείζονα τὴν περὶ τῆς ναυτικῆς διενοήθη δυνάμεως.

B

C

D

E

F

ἐπεὶ γὰρ ὁ τῶν Ἑλλήνων στόλος ἀπηλλαγμένου Ξέρξου κατῆρεν εἰς Παγασάς, καὶ διεχείμαζε, δημηγορῶν ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, ἔφη, ἣν ἀπόρρητον δὲ πρὸς τοὺς πολλούς. τῶν δὴ Ἀθηναίων Ἀριστείδῃ μόνῳ φράσαι κελευόντων, κἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, πράττειν· ὁ μὲν Θεμιστοκλῆς ἔφρασε τῷ Ἀριστείδῃ, ὡς νεώριον ἐμπρήσας φανοῖεν τῶν Ἑλλήνων· ὁ δὲ εἰς τὸ δῆμον παρελθὼν, ἔφη, τῆς πράξεως ἣν φανοῖεν πράττειν ὁ Θεμιστοκλῆς, μηδεμίαν οὔτε λυσιτελεστέραν μήτε ἀδικωτέραν. οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι φασὶ ταῦτα παύσασθαι τῷ Θεμιστοκλεῖ προστάξαι. ἐν δὲ τοῖς Ἀμφικτυονικοῖς συνεδρίοις τῶν Λακεδαιμονίων εἰσηνεγκόντων ὅπως ἀπείργωνται τῆς Ἀμφικτυονίας οἱ μὴ συμμαχήσασαι κατὰ τοῦ Μήδου πόλεις, φοβηθεὶς μὴ Θεσσαλοὶ καὶ Ἀργεῖοι, ἔτι δὲ Θηβαῖοι ἐκβαλόντες τοῦ συνεδρίου, πολυτελῶς ὑπεκρατήσωσι τῶν ψήφων, καὶ γένηται ὃ δοκοῦν ἐκείνοις, συνείπετο τοῖς πόλεσι, καὶ μετέθηκε τὰς γνώμας τῶν πυλαγόρων. διδάξας ὡς τριάκοντα καὶ μία μόναι πόλεις εἰσὶν αἱ μεταδοῦσαι τοῦ πολέμου, καὶ τούτων αἱ πλείοσι πολυτάπασι μικραί. δεινὸν οὖν εἰ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐκτὸς ὄντου γνωμένης, ὑπὸ ταῖς μεγίσταις δυσὶν ἢ τρισὶ πόλεσιν ἔσται τὸ συνέδριον. ἐκ τούτου μὲν οὖν μάλιστα τοῖς Λακεδαιμονίοις προσέκρουσε. διὸ καὶ τὸν Κίμωνα προήγαγε τῆς τιμῆς, αὐτίπαλον ἐν τῇ πολιτείᾳ τῷ Θεμιστοκλεῖ καθιστάντες. ἐν ᾧ καὶ τοῖς συμμάχοις ἐπαχθὴς, περιπλέων τε τὰς νήσους καὶ χρημαλιζόμενος ἀπ' αὐτῶν· οἷα καὶ πρὸς Ἀνδρίους λέγουσιν αὐτοῦ φασὶν αὐτὸν Ἡρόδοτος εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι. δύο γὰρ ἥκειν ἔφη θεοὺς κομίζων, πειθὼ καὶ βίαν, οὐδ' ἔφασαν εἶναι καὶ παρ' αὐτοῖς θεοὺς μεγάλους δύο, πενίαν καὶ ἀπορίαν, ὑφ' ὧν κωλύεσθαι δοῦναι χρήματα ἐκείνῳ. Τιμοκρέων δὲ ὁ Ῥόδιος μελοποιὸς ἐν ἄσματι καθάπτεται πικρότερον τοῦ Θεμιστοκλέους, ὡς δῆθεν μὲν ὑπὲρ χρήματι φυγάδας παραπεμψάμενον κατελθεῖν, αὐτὸν δ' ξένον ὄντα καὶ φίλον προδόμενον δ' ἀργύριον. λέγει δ' οὕτως, Ἀλλ' εἰ τύ γε Παυσανίαν, ἢ καὶ τύ γε Ξάνθιππον αἰνεῖς, ἢ τύ γε Λευτυχίδαν· ἐγὼ δ' Ἀριστείδαν ἐπαινέω, ἄνδρα ἱερῶν ἀπ' Ἀθανῶν ἐλθεῖν ἕνα λῷστον· ἐπεὶ δὲ Θεμιστοκλῆα ἤγαγε Λατὼ φεύγαν, ἄδικον, προδότην. ὃς Τιμοκρέοντα ξεῖνον ἐόντα, ἀργυρείοισι σκυβαλικοῖσι πειθεὶς, οὐ κατάγει εἰς πατρίδα Ἰάλυσον. λαβὼν δὲ τρία ἀργυρίου τάλαντ' ἔβαπλέων εἰς ὄλεθρον, τοὺς μὲν κατάγων ἀδίκως, τοὺς δ' ἐκδιώκων, τοὺς δὲ κάμνων, ἀργυρείων ἐπόπλεως. Ἰσθμοῖ δ' ἐπανδοκεύει γελοίως ψυχρὰ κρέα παρέχων· οἱ δ' ἤθιον, κ' νύγιον μὴ ὥραν Θεμιστοκλέους λυέσθαι. πολὺ δ' ἀσελγεστέρα καὶ ἀναπεπταμένη μᾶλλον εἰς τὸν Θεμιστοκλέα κέχρηται βλασφημίᾳ μετὰ τὸν φυγὼ αὐτοῦ καὶ καταδικάσω ὁ Τιμοκρέων, ἄσμα ποιήσας ὅ ἐστιν ἀρχή, Μῶσα τῶδε τοῦ μέλεος κλέος ἀν' Ἕλλανας πάσας ὡς ἔοικος καὶ δίκαιον. λέγει δ' ὁ Τιμοκρέων ὑπὲρ μηδισμῷ φυγεῖν, συκοφαντήσαντα τοῦ Θεμιστοκλέους. ὡς δὴ ὁ Θεμιστοκλῆς αἰτίαν ἔχοι μηδίζειν, ταῦτ' ἐποίησε πρὸς αὐτὸν, Οὐκ ἄρα Τιμοκρέων μόνος Μήδοισιν ὅρκια τέμοι, ἀλλ' ἐστὶ κ' ἄλλοι δὴ πολλοί, οὐκ ἐγὼ μόνα κλέπτεις· ἐστὶ καὶ ἄλλαι ἀλώπεκες.

A Quum enim classis Græcorum à discessu Xerxis Pagasas decurrisset in portum, ibique hybernaret, pro concione ostendit Athenienſibus habere rem se conducibilem ipsis & salutarem, sed non edendam in vulgus. Athenienſibus, vt eam vni aperiret Aristidi iubentibus: qui si probaret, exequeretur eam. Ita ostendit Aristidi Themistocles classem Græcorum in animo habere se incendere. Mox concionem hic ingressus, re, ait, quam in animo haberet Themistocles, nullam esse neque vtiliorem neque iniquiorem. ita præcepit ei populus Athenienſis vt ab isto consilio desisteret.

B Quum in conuentibus Amphictyonicis referrent Lacedæmonii ad concilium, vt ab eo concilio arcerentur ciuitates quæ arma non consociassent aduersus Medum, timens ne summotis à consessu Thessalis, Argiuis, præterea Thebanis, illi haberent semel ad nutum suum suffragia, atque ex eorum voluntate omnia gererentur, patrocinatus est hisce ciuitatibus, & sententias Pylagorarum circumegit, docens, quæ consortes belli fuissent, vnam & triginta ciuitates esse, atque has magna ex parte planè exiles. Non esse igitur ferendum, si exclusa à fœdere reliqua Græcia, concilium hoc ad duarum vel trium amplissimarum arbitrium ciuitatum redigeretur. Ex eo incurrit potissimùm in Lacedæmonios: quapropter Cimonem prouexerunt honoribus, quo Themistocli eum in repub. excitarent aduersarium. Fatigauit & socios circumuectus insulas, ac nummos ab iis exprimens. Atque apud Andrios, quum eos pecuniam posceret, refert illum Herodotus hæc dixisse & audiuisse: Duas ait deas secum adduxisse, *Suadam & vim.* Illi respondeunt apud se quoque duas esse magnas deas, à quibus illi pecuniam dare prohiberentur, *Paupertatem & Inopiam.* Timocreon, Rhodius Poëta, mordet in cantico Themistoclem acerbius, quòd exulibus aliis mercede reditum in patriam confecisset, se verò hospitem & amicum prodidisset, pecunia adductus. Eius hi sunt versus,

Si tu modo Pausaniam laudéve Xantippum effers vel tibi Leutychidam:
Ego autem Aristidem cano virum, sacris optimus vnus qui venit Athenis.
Mendacem enim, iniquum, proditorem odit Latona Themistoclem,
Qui sordidulam ob pecuniolam suum minimè reduxit auarus hospitem in patriam Ialyson:
Sed inde tria arripiens talēta, vadit in malum exitiū,
Iniquè aliquos reuehens, quosdam exigens, hos & trucidans nactus onus pecuniæ.
Nunc pandochus ineptus in Isthmo est, ridiculum faciens
Actum, apparatq; frigidas carnes. Verùm autem epulantur illi,
Precantur & Themistocli vt ne horā quidem supersit.

Longè verò petulantioribus & apertioribus probris Themistoclem iam exulem & damnatum proscidit Timocreon, composuitq; carmen, cuius hoc fecit exordium,

Musa, carminis decus huius, inuulga per Græciam, vt par atque iustum est.

Fertur Timocreon, quòd partes secutus Medorum fuisset, inter alios etiam Themistoclis calculo damnatus atque exterminatus fuisse. Vt iam partes Medicæ sunt Themistocli crimini datæ, hæc in eum scripsit,

Haud quippe Timocreon solus fidem dedit Medis: sunt alii non improbi minus.
Non claudica solus: latent vulpes aliæ.

Quia verò ciues iam ex inuidia libenter in eum calumnias recipiebant, coactus est factis suis crebrò ad populum commemorandis, stomachum ei facere, & ad infensos, Quid tumultuamini (inquit) si sæpius ab iisdem beneficia accipitis? Momordit etiam multitudinē æde extruenda Dianæ, quam Aristobulen (quasi optima consilia ipse ciuitati & Græcis dedisset) appellauit. Iuxta domū suam delubrum hoc in Melita struxit, vbi nunc cadauera supplicio affectorū carnifices proiiciunt, vestesq; & laqueos efferunt eorū qui strangulati & interfecti fuerunt. Pręterea pusillum signum positū Themistoclis etiam nostra fuit ætate in Aristobules fano, elucetq; ex eo non animus modò, sed species etiam illius augusta. Igitur inflixerunt ei decennale exilium, vt dignitatem & autoritatē eius deprimerent, quod ex more habebant in omnib. quorū opes ipsis graues erant, & mediocritatē fastus excesserant popularem. Nanque pœna non erat decennale exilium, sed mitigatio & alleuatio inuidię: quæ præcellentiores gaudebat detrahere, atq; odium suum in hanc euomebat cōtumeliam. Postquam expulsus vrbe fuit, dum Argis agit, casus Pausaniæ maleuolis eius materiam suggessit. Proditionis crimen intentauit ei Leobotes Alcmæonis filius, Agraulensis, subscribentibus accusationi Lacedæmoniis. Pausanias enim struens illud proditionis facinus, primò Themistoclem id, licet amicum, celauit. Vt eiectum vidit vrbe & indignè id ferentem, nō dubitauit eum ad consortium cœptorum inuitare, ostenditq; ei literas regis, in Græcos ipsum, vt improbos & ingratos, inflammans. Qui quanquam eam solicitationem reiecit, societatemq; semel repudiauit, nemini patefacit tamen id consilium: quia sperabat fore, vel vt desisteret ab ea mente, vel alia ratione, qui res absurdas & ancipites affectaret temere, detegeretur. Punito ea de causa Pausania, repertæ sunt nonnullæ litteræ & scripta quæ de his agebant, quæ Themistoclem in suspicionem adduxerunt. Atq; hinc Lacedæmonii eum calumniabantur, hinc criminabantur inuidi ciues non præsentem, sed per epistolas purgantem, præcipuè priora crimina. Nam ad inimicorum calumnias scripsit ciuibus, se qui imperare vellet, ad parendum autem neq; factus esset, neq; haberet voluntatem, nunquam animum inducturum vt barbaris & hostibus semetipse cum Græcia venderet. Nihilominus inductus ab accusatoribus populus, misit certos quibus imperatum erat vt comprehenderent eum attraherentq; ad causam in consilio Græcorum dicendam. Quod vt præsensit, traiecit in Corcyram, quæ ciuitas beneficia sua habebat. Quum enim illum cōtrouersiæ quam habebant cū Corinthiis, cepissent iudicem, diremit pugnā eorum, iudicauitq; vt viginti talenta Corinthii iis pēderent, & Leucadē possiderent cōmunem vtriq; coloniā. Inde fugit in Epirū. Quū verò Athenienses & Lacedæmonii eum persequerentur, coniecit se in asperā & cæcam spem, & ad regem Molossorum recurrit Admetum. Hic quum nescio quid ab Athenienſib. postulauisset, ignominiosè à Themistocle, tunc in ciuitate florente, reiectus perpetuò habuit eum odio, ac pręse tulit, si in ipsum incidisset, pœnas se ab eo petiturū.

A ἤδη ὑ καὶ τῶν πολιτῶν ἀφ' φθονεῖν ἡδέως τὰς ἀφαβολὰς προσπεμπόντων, ἠναγκάζετο λυπηρὸς εἶ, τ αὐτὸ πράξεων ἐν τῷ δήμῳ πολλάκις μνημονευομένων. καὶ πρὸς τοὺς δυσχερανοῦντας, Τί κοπιᾶτε (εἶπεν) ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις εὖ πάσχοντες; ἐωίασε ὑ τοῖς πολλοῖς καὶ ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰσάμενος, ἐν Ἀεισβούλιον μὲν προσηγόρευσεν, ὡς ἄεισα τῇ πόλει καὶ τοῖς Ἕλλησι βουλευσάμενος· πλησίον δὲ τῆς οἰκίας κατεσκεύασεν ἐν Μελίτῃ ὁ ἱερὸν, οὗ νῦν τὰ σώματα τ θανατουμένων οἱ δήμιοι προβάλλουσι, καὶ τὰ ἱμάτια καὶ τοὺς βρόχους τῶν ἀπαγχομένων καὶ καθαιρεθέντων ἐκφέρουσιν. ἔκαιτο ὑ καὶ τὸ Θεμισοκλέους εἰκόνιον ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀεισβούλης ἔτι καθ' ἡμᾶς. καὶ φαίνεταί τις οὐ τῷ ψυχῷ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἡρωϊκὸς ἐρρωμένος. τ μὲν οὖν ὀξοστρακισμὸν ἐποίησαν κατ' αὐτὸ, καθαιρούντες ὁ ἀξίωμα καὶ τῷ ὑπεροχῇ, ὥσπερ εἰώθεσαν ὅτι πολλῶν οὐς ὤοντο τῇ δυνάμει βαρεῖς, καὶ πρὸς ἰσότητα δημοκρατικῇ ἀσυμμέτρους εἶ. κόλασις γὰρ οὐκ ἦν ὁ ὀξοστρακισμὸς, ἀλλὰ πραμυθία φθόνου καὶ κουφισμὸς, ἡδομένου τῷ ταπεινοῦν τοὺς ὑπερέχοντας, καὶ τῷ διεκφέρειν εἰς ταύτῃ τ ἀτιμίαν ἀποπνέοντος. ἐκπεσόντος δὲ τῆς πόλεως αὐτὸ καὶ φαρμακεύοντος

B ἐν Ἄργεσι, τὰ περὶ Παυσανίαν συμπεσόντα, κατ' αὐτὸ παρέσχε τοῖς ἐχθροῖς ἀφορμάς. ὁ δὲ γραψάμενος αὐτὸν προδοσίας, Λεωβότης ὁ Ἀλκμαίωνος, Ἀγραύλης ἦν, ἅμα συνεπαιτιωμένων τ Σπαρτιατῶν. ὁ γὰρ Παυσανίας, πράττων ἐκεῖνα δὴ τὰ περὶ τ προδοσίαν, πρότερον μὲν ἀπεκρύπτετο τ Θεμισοκλέα, καίπερ ὄντα φίλον· ὡς δὲ εἶδεν ἐκπεπτωκότα τ πολιτείας καὶ φέρονα χαλεπῶς, ἐθάρσησεν ὅτι τῷ κοινωνίαν τῶν πραττομένων προσκαλεῖ τὰ γράμματα τ βασιλέως ὅτι δεικνύμενος αὐτῷ, καὶ παροξύνων ὅτι τοὺς Ἕλλωας, ὡς πονηροὺς καὶ ἀχρείους. ὁ ὑ τῷ μὲν δέησιν ἀπε-

D τείψατο τ Παυσανίου, καὶ τ κοινωνίαν ὅλως ἀπείπατο· πρὸς οὐδένα ὑ τοὺς λόγους ἐξήνεγκεν, οὐδὲ κατεμήνυσε τῷ πρᾶξιν· εἴτε παύσεσθαι προσδοκῶν αὐτὸν, εἴτ' ἄλλως κατασφανῆ γενήσεσθαι, σὺν οὐδενὶ λογισμῷ πρᾳγμάτων ἀτόπων καὶ παραβόλων ὀρεγόμενον. οὕτω δὴ τοῦ Παυσανίου θανατωθέντος, ὅτι ἐπιστολαί τινες ἀνῃρεθεῖσαι καὶ γράμματα περὶ τούτων, εἰς ὑποψίαν ἐνέβαλον τ Θεμισοκλέα· καὶ κατεβόων μὲν αὐτὸ Λακεδαιμόνιοι, κατηγόρουν δ' οἱ φθονοῦντες τῶν πολιτῶν, ὁ παρόντος, ἀλλὰ ἀφ' γραμμάτων ἀπολογουμένου μάλιστα τοῖς πρεσβείαις κατηγορίας.

E ἀφαβαλόμενος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, πρὸς τοὺς πολίτας ἔγραφεν, ὡς ἀρχὴν μὲν ἀεὶ ζητῶν, ἄρχεσθαι δὲ μὴ πεφυκὼς, μηδὲ βουλόμενος, οὐκ ἄν ποτε βαρβάροις καὶ πολεμίοις αὐτὸν ἀποδοῦναι τῆς Ἑλλάδος. οὐ μὴν ἀλλὰ συμπεισθεὶς ὑπὸ τῶν κατηγορούντων ὁ δῆμος, ἔπεμψεν ἄνδρας οἷς εἴρητο συλλαμβάνειν καὶ ἀνάγειν κελευσόμενον αὐτὸν ἐν τοῖς Ἕλλησιν. πρᾳαθόμενος δ' ἐκεῖνος, εἰς Κέρκυραν διεπέρασεν, οὔσης αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν εὐεργεσίας· ἡνόμενος γὰρ αὐτῶν κειτὴς πρὸς Κορινθίους ἐχόντων δίκαφορὰν, ἔλυσε τ ἔριδας, εἴκοσι τάλαντα κελεύσας τοὺς Κορινθίους

F καταβαλεῖν, καὶ Λευκάδα κοινὴ νέμειν, ἀμφοτέρων ἄποικον. ἐκεῖθεν δ' εἰς Ἤπειρον ἔφυγε· καὶ διωκόμενος ὑπὸ τ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων, ἔρριψεν αὑτὸν εἰς ἐλπίδας χαλεπὰς καὶ ἀπόρους, καταφυγὼν πρὸς Ἄδμητον, ὃς βασιλεὺς μὲν ἦν Μολοττῶν, δεινὸς δὲ ἦν τ Ἀθηναίων, καὶ πρόσπλακεὶς ὑπὸ τ Θεμισοκλέους ὅτ' ἤκμαζεν ἐν τῇ πολιτείᾳ, δι' ὀργῆς εἶχεν αὐτὸν ἀεὶ, καὶ δῆλος ἦν, εἰ λάβοι, ἐμφρησόμενος.

ἐν δὲ τῇ τότε φυγῇ μᾶλλον ὁ Θεμιστοκλῆς φοβηθεὶς συγγε- A
νῆ καὶ πρόσφατον φθόνον, ὀργῆς παλαιᾶς καὶ βασιλικῆς,
ταύτῃ φέρων ἐπέθηκεν ἑαυτὸν ἱκέτης τοῦ Ἀδμήτου κατα-
σάς, ἰδιόν τινα καὶ παρηλλαγμένον τρόπον. ἔχων γὰρ αὐτοῦ τοῦ υἱὸν
ὄντα παῖδα πρὸς τὴν ἑστίαν προσέπεσε, ταύτῃ μεγίστῃ
καὶ μόνῃ σχεδὸν ἀναπόρρητον ἡγουμένων ἱκεσίαν τῶν Μολοσ-
σῶν· ἔνιοι μὲν οὖν Φθίαν τὴν γυναῖκα τοῦ βασιλέως λέγου-
σιν ὑποθέσθαι τῷ Θεμιστοκλεῖ τὸ ἱκέτευμα τοῦτο, καὶ τοῦ υἱὸν
ὅτι τὴν ἑστίαν καθίσαι μετ' αὐτοῦ. τινὲς δ' αὐτὸν τὸν Ἄδμη-
τον, ὡς ἀφοσιώσαιτο πρὸς τοὺς διώκοντας τὴν ἀνάγκην, δι'
ἣν οὐκ ἐκδίδωσι τὸν ἄνδρα, φθαρεῖναι καὶ στραγγαλήσα- B
σαι τὴν ἱκέσιον. οἰκεῖοι δ' αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας
ἐκκλέψας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Ἐπικράτης ὁ Ἀκαρνάν, ἀπέστειλεν· ὃν ὄνομα τούτῳ Κίμων ὕστερον κείνας ἐθανάτωσεν, ὡς
ἱστορεῖ Στησίμβροτος. εἶτ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπιλαθόμενος τού-
των, ἢ τὸν Θεμιστοκλέα ποιῶν ἐπιλαθόμενον, πλεῦσαί φησιν
εἰς Σικελίαν, καὶ παρ' Ἱέρωνος αἰτεῖν τοῦ τυράννου τὴν θυ-
γατέρα πρὸς γάμον, ὑπισχνούμενος αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας
ὑπηκόους ποιήσειν. ἀποστρεφομένου δὲ τοῦ Ἱέρωνος, οὕτως εἰς
τὴν Ἀσίαν ἀπᾶραι. ταῦτα δ' οὐκ εἰκὸς ἐστιν οὕτω γενέσθαι.
Θεόφραστος γὰρ ἐν τοῖς περὶ βασιλείας ἱστορεῖ τὸν Θεμιστο- C
κλέα, πέμψαντος εἰς Ὀλυμπίαν Ἱέρωνος ἵππους ἀγωνι-
σάς, καὶ σκηνὴν τινα κατεσκευασμένην πολυτελῶς στήσαν-
τος, εἰπεῖν ἐν τοῖς Ἕλλησι λόγον, ὡς χρὴ τὴν σκηνὴν ἁρπάσαι τοῦ τυράννου, καὶ κωλύσαι τοὺς ἵππους ἀγωνίσασθαι. Θουκυδίδης δὲ φησι καὶ πλεῦσαι αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἑτέραν καταβαίνοντα θάλασσαν ἀπὸ Πύδνης, οὐδενὸς εἰδότος ὅστις εἴη τῶν πλεόντων, μέχρις οὗ πνεύματι τῆς ὀλκάδος εἰς Νάξον κατα-
φερομένης ὑπὸ Ἀθηναίων πολιορκουμένην τότε, φοβη-
θεὶς, ἀναδείξας εἰς Νάξον ἑαυτὸν τῷ τε ναυκλήρῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ· καὶ τὰ μὲν δεόμενος, τὰ δ' ἀπειλῶν, καὶ λέγων, ὅτι κατηγορήσοι καὶ καταφανεῖς ποιήσοιτο πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς οὐκ ἀγνοοῦντες ἀλλὰ χρήμασι πεισθέντες ἐξαρχῆς ἀναλάβοιεν αὐτόν, ὅπως ἀναγκάσειε παραπλεῦσαι καὶ λαβέσθαι τῆς Ἀσίας. τὴν δὲ χρημάτων αὐτῷ πολλὰ μὲν ὑπεκκλαπέντα διὰ τῶν φίλων εἰς Ἀσίαν ἔπλω, τὴν δὲ φανερῶν γενομένων καὶ συναχθέντων εἰς τὸ δημόσιον, Θεόπομπος μὲν, ἑκατὸν τάλαντα, Θεόφραστος δὲ ὀγδοήκοντα φησὶ γενέσθαι τὸ πλῆθος, οὐδὲ τριῶν ἄξια ταλάντων κεκτημένου πρὸ Θεμιστοκλέους πεῖν ἄπορεῖν τῆς πολιτείας. ἐπεὶ δὲ κατέπλευσεν εἰς Κύ-
μην, καὶ πολλοὺς ἤκουετο τὴν θαλάττην παραφυλάττοντας
αὐτὸν λαβεῖν, μάλιστα δὲ τοὺς περὶ Ἐργοτέλην καὶ Πυθόδωρον· E
(οὗτος γὰρ ἡ ἡμέρα λειτουργὸς τοῖς κερδαίνειν ἀπὸ πάντος ἀγαπῶσι, παρασκευὴν ἐπιτεκηρυγμένων αὐτῷ τάλαντων ὑπὸ τοῦ βασιλέως (ἔφυγεν εἰς Αἰγὰς, Αἰολικὸν πολισμάτιον, ὑπὸ πάντων ἀγνοούμενος πλὴν τοῦ ξένου Νικογένους, ὃς Αἰολέων πλείστην οὐσίαν ἐκέκτητο, καὶ τοῖς ἄνω δυνατοῖς γνώριμος ὑπῆρχε. παρὰ τούτῳ κρυπτόμενος ἡμέρας ὀλίγας διέτριψεν, εἶτα μετὰ δεῖπνον ἐν θυσίᾳ νυκτὸς, Ὄλβιος ὁ τῶν τέκνων τοῦ Νικογένους παιδαγωγὸς, ἔκφρων γενόμενος καὶ θεοφό-
„ ρητος, ἀνεφώνησε μέσῳ ταυτί, Νυκτὶ φωνῶ, νυκτὶ βουλεύω,
„ νυκτὶ τὴν νίκην δίδου. καὶ μετὰ ταῦτα κοιμηθεὶς ὁ Θεμιστο-

A At illa in fuga formidans magis Themistocles domesticum & recens odium, quàm veterem iram & regiam, huic se permissum iuit, ac supplex Admetum adiit nouo & inusitato more. Nam filium eius puerũ admodum tenens abiecit se ad focum eius. Hunc maximum & probè solum qui non reiiciatur, Molossi modum ducunt supplicandi. Aliqui Phthiam aiunt regis coniugem eam rationem supplicãdi suggessisse Themistocli, filiumq; suum apud focum cum eo locasse: alii Admetum ipsum, vt necessitatem apud eos qui illum insequerentur, cur non dederet eum, excusaret, modum
B istum supplicandi struxisse ei & machinatũ fuisse. Vxorem & liberos eius clàm Athenis exportauit Epicrates Acharnensis, quos illuc misit: quem eo nomine Cimon pòst capitis damnauit, vt scribit Stesimbrotus. Mox horum nescio quomodo oblitus, aut Themistoclem faciens oblitum, nauigisse autumat eum in Siciliam, atq; ab Hierone tyranno filię eius nuptias petisse, recipens in ditionem eius se Græciam redacturum, quod aspernante Hierone, tum contendisse in Asiam. Cæterum abhorret à fide hæc ita facta fuisse. Siquidem Theophrastus in libris De regno Themistoclem scribit,
C quum ad Olympia certatum Hiero misisset, & tabernaculum erexisset splendidè adornatum, pro sententia apud Græcos dixisse, vt tentorium tyranni diriperent, & arcerent à certamine equos eius. Thucydides naue conscensa à Pydna refert eum ad alterum mare profectum, nec quenquam vectorum, qui esset, nosse: quoad ventis nauem onerariam Naxum, quæ id temporis ab Atheniensibus circunsidebatur, rapientibus exterritus, nauiculatori tum & gubernatori aperuerit se, & quà precibus quà minis agens denuntiansq; apud Athenienses se crimine & mendaciis ipsos pressu-
D rum, non imprudentes, verùm mercede inductos initio ipsum recepisse. Hac ratione expressit vt præteruecti transmitterent in Asiam. Pecunia eius magna ex parte furtim per amicos egesta & in Asiam est deuecta. Deprehensam & publicatã summam, centum Theopompus, Theophrastus octoginta talentûm dicit fuisse: quum vires bonorum Themistoclis priusquam ad rempublicam accederet, trium non essent talentorum. Vt delatus Cymam, multos sensit rei maritimę pręfectos insidias ad se capiendum tendere, præcipuè Ergotelem & Pythodorũ (erat enim præda, compendium ex re qualibet captantibus, opima, quòd præmiũ rex in
E caput eius ducenta talenta pronuntiasset) Ægas Æolicum oppidulum refugit, nulli extra hospitẽ Nicogenẽ notus. Erat Æolũ hic locupletissimus, & principibus, qui circa regem erant, familiaris. Apud eum paucos delituit dies. Inde à cœna sacrificio facto, magister liberorũ Nicogenis Olbius, mente motus lymphatusq; exclamauit hunc versum, *Nocti consilium, vocem da victoriamq;*. Hinc sopitus Themistocles, vidit in somniis draconem ventrẽ suum circumiectũ & arrepentem collo, vbi faciem attigit, versum in aquilam & cõplexum se alis sustulisse, longamq; viam auexisse,
F deniq; in aureo caduceo, quod se obtulit, securè statuisse immenso pauore & terrore exemptum.

κλῆς, ὄναρ ἔδοξεν ἰδεῖν δράκοντα κατὰ τὴν γαστέρα αὐτοῦ περιελιττόμενον, καὶ προσαιρόμενα τῷ τραχήλῳ, γενόμενον δ' ἀετὸν ὡς ἥψατο τοῦ προσώπου, περιβαλόντα ταῖς πτέρυγαις, ἐξάραι καὶ κομίζειν πολλὴν ὁδὸν, εἶτα χρυσοῦν τινὸς κηρυκείου φανέντος, ὅπερ τούτου σῆσαι βεβαίως αὐτὸν, ἀμηχάνου δείματος καὶ ταραχῆς ἀπαλλαγέντα.

Mittitur igitur ab Nicogene, qui rem est huiuscemodi fabricatus. Quia nationes barbaræ ferè & præter cæteras Persica æmulatione erga mulieres asperæ natura sunt & atroces. Neque enim vxores solum, sed ancillas quoq; emptitias & pellices anxia sepiunt custodia, ne à quo non domestico conspiciantur, verùm domi degant cõclusæ. Per viam vndiq; septæ in tentorio vehuntur curribus. Tali Themistocles tectus vehiculo ferebatur. Comites eius obuiis & percunctantib. responderunt Græcã mulierẽ se ab Ionia ad quendam regis admissionalem agere. Ac Thucydides quidem & Charon Lampsacenus, Xerxe defuncto produnt in sermonem venisse Themistoclem filio eius: Ephorus, Dion, Clitarchus, Heraclides, aliique complures, ipsum conuenisse Xerxem. Verùm Thucydidem magis cum annalibus, licet ne hi quidem consarcinati sint fideliter, apparet congruere. Vbi Themistocles ad ipsum iam discrimen peruenit, primùm Artabanum conuenit tribunum militum, ostenditq; Græcum se esse, velle autem cum rege maximis de rebus, & de iis, quæ potissimùm eum solicitent, agere. At ille, Leges, hospes, inquit, mortalibus discrepantes sunt, aliis alia honesta: omnib. autem honestum est domestica ornare & tueri. ac libertatem vos præ cæteris & æquabilitatem spectare fama est, nobis inter multas & præclaras leges hæc est præclarissima, venerari regem, & imaginem adorare omnia conseruantis Dei. Si igitur accommodare te moribus nostris in animo est, regemq; adorare, copia tibi erit & contemplandi eius & appellandi: sin alia est sententia, veteris ad eum internuntiis. Regi enim non est vllum audire, qui eum non adoret, solenne. Ad quæ Themistocles respondit in hunc modum, Ego verò, Artabane, adsum, quo regis nomen & potentiam reddam ampliora; & quando ita Deo, qui euexit Persas, visum est, cùm ipse parebo vestris legibus, tum efficiam vt plures hunc adorent regem. Proinde nihil hoc impedimenti adferat sermonibus quos cum rege statui conferre. At quêmnam, inquit, ex Græcis, Artabanus, referã venisse? neq; enim vulgaris hominis præ te fers ingenium. Cui Themistocles, Id, Artabane, prior rege audiet nemo. ita narrat Phanias. Eratosthenes in cõmentario quem scripsit De diuitiis, attexit fœmina administra Eretrica, quæ tribuni pellex erat, colloquiũ cum & gratiã obtinuisse illius. Vt ergo introductus ad regem est, eoq; adorato constitit tacitus, imperauit interpreti rex vt quereret qui sit. Rogante interprete respondit, Adsum tibi, rex, Themistocles ego Athenienſis exul, quem Græci persequuntur, cui multas quidẽ pœnas Persę, sed plurima debent præmia ob impeditam à me insectationem, quum patriæ incolumitas, Græcia iam in tuto collocata, nonnihil vobis gratificandi tribuit mihi facultatem. Equidem comparaui omnino me ad præsentem calamitatem, veniq; paratus ad beneficium à placato & reconciliato accipiendum, & ad deprecandũ iram infesti. Tu age, quum testes meorum erga Persas meritorũ meos habeas hostes, abutere mea fortuna potius ad virtutem probandam tuam quàm ad explendam iram. Conseruabis enim supplicem tuum, & perdes Græcorum hostem.

A πέμπεται γοῦν ὑπὸ τοῦ Νικογένους μηχανησαμένου τι τοιοῦτον. τοῦ βαρβαρικοῦ γένους ὁ πολὺ καὶ μάλιστα ὁ Περσικὸν, εἰς ζηλοτυπίαν τῶν περὶ τὰς γυναῖκας ἄγριον φύσει καὶ χαλεπόν ἐστιν. οὐ γὰρ μόνον τὰς γαμετὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς περιφυλάττουσιν ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ' οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι κατακεκλεισμένας, ἐν δὲ ταῖς ὁδοιποιίαις, ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ὅπῃ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι. τοιαύτης τοῦ Θεμιστοκλεῖ κατασκευασθείσης ἀπιούσης, καταδῆς ἐκομίζετο, τῶν περὶ αὐτὸν ἀεὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ

B πυνθανομένοις λεγόντων ὅτι γυναῖκα Ἑλληνικὸν ἄνδρισιν ἀπ' Ἰωνίας, πρὸς τινα τῶν ὅπῃ θύραις βασιλέως. Θουκυδίδης μὲν οὖν, καὶ Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς, ἱστοροῦσι, τεθνηκότος Ξέρξου, πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τοῦ Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν. Ἔφορος δὲ καὶ Δείων καὶ Κλείταρχος καὶ Ἡρακλείδης, ἔτι δὲ ἄλλοι πλείονες, πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὸν Ξέρξου. τοῖς γὰρ χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης συμφέρεσθαι, καίτοι οὐδὲ αὐτοῖς ἀβέβαια συνταττομένοις. ὁ δὲ οὖν Θεμιστοκλῆς γενόμενος παρ' αὐτὸ τὸ δεινὸν, ἐντυγχάνει πρῶτον Ἀρταβάνῳ τῷ χιλιάρχῳ, λέγων Ἕλλην μὲν

C εἶναι, βούλεσθαι δὲ ἐντυχεῖν βασιλεῖ περὶ μεγίστων πραγμάτων, καὶ πρὸς ἀντυχεῖν μάλιστα σπουδάζειν ἐκεῖνος. ὁ δὲ φησιν, Ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων ἀλλήλοις καὶ τὰ καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα κοσμεῖν καὶ σώζειν. ὑμᾶς μὲν οὖν ἐλευθερίαν μάλιστα θαυμάζειν καὶ ἰσότητα, λόγῳ· ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων, κάλλιστος οὗτός ἐστι, τὸ τιμᾶν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα θεοῦ τὰ πάντα σώζοντος εἰ μὲν οὖν ἐπαινῶν τὰ ἡμέτερα, προσκυνήσεις, ἔστι σοι καὶ βασιλέα θεάσασθαι καὶ προσειπεῖν· εἰ δὲ ἄλλο τι φρονεῖς, ἀγγέλοις ἑτέροις χρῆσαι πρὸς αὐτόν.

D βασιλεῖ γὰρ οὐ πάτριον ἀνδρὸς ἀκροᾶσθαι μὴ προσκυνήσαντος. Ταῦτα ὁ Θεμιστοκλῆς ἀκούσας λέγει πρὸς αὐτόν, Ἀλλ' ἔγωγε τῷ βασιλέως, ὦ Ἀρτάβανε φήμῃ καὶ δύναμιν αὐξήσων ἀφῖγμαι, καὶ αὐτός τι πείσομαι τοῖς ὑμετέροις νόμοις, (ἐπεὶ θεῷ τῷ μεγαλωστὶ Πέρσας, οὕτω δοκεῖ) κἀγὼ δὲ ἐμὲ πλείονες τῶν νῦν βασιλέα προσκυνήσουσιν. ὥστε τοῦτο μηδὲν ἐμποδὼν ἔστω τοῖς λόγοις οὓς βούλομαι πρὸς ἐκεῖνον εἰπεῖν. Τίνα δὲ (εἶπεν ὁ Ἀρτάβανος) Ἑλλήνων ἀφῖγμαί σε φαμεν; οὐ γὰρ ἰδιώτῃ τῷ γνώμῃ ἔοικας. καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς, Τοῦτ' οὐκέτ' ἂν (ἔφη) πύθοιτό τις Ἀρτάβανε πρότερος βασιλέως. ὅτῳ μὲν ὁ Φανίας φησίν. ὁ δὲ Ἐρατοσθένης ἐν

E τοῖς περὶ πλούτου, πρωτοτόκοις, γυναικὸς Ἐρετικῆς, ἣν ὁ χιλίαρχος εἶχε, τοῦ Θεμιστοκλῆς τὴν πρὸς αὐτὸν ἔντευξιν γενέσθαι καὶ σύστασιν. ὅπου δὴ εἰσήχθη πρὸς βασιλέα, καὶ προσκυνήσας ἔστη σιωπῇ, προστάξαντος τοῦ ἑρμηνέως τὸν βασιλέως ἐρωτῆσαι τίς ἐστι, καὶ τοῦ ἑρμηνέως ἐρωτήσαντος εἶπεν, Ἥκω σοι βασιλεῦ Θεμιστοκλῆς ὁ Ἀθηναῖος ἐγὼ, φυγὰς ὑφ' Ἑλλήνων διωχθεὶς, ὧν πολλὰ μὲν ὀφείλουσι κακὰ Πέρσαι, πλείω δὲ ἀγαθὰ κωλύσαντι τὴν δίωξιν, ὅτε τὴν Ἑλλάδος σῴζομένης, παρέχει τὰ οἴκοι σωζόμενα χρήσασθαί τι καὶ ὑμῖν.

F ἐμοὶ μὲν οὖν πάντα πρέποντα τῶν παρόντων συμφορῶν ἐστι, καὶ παρεσκευασμένος ἀφῖγμαι δέξασθαί τε χάριν, ἀμυνόμενος μεταλαμβανόμενος, καὶ τῶν αἰτεῖσθαι μνησικακήσων τοῦ ὀργῆς. σὺ δὲ τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς μάρτυρας θέμενος ὧν ἀνεργέτησα· Πέρσας ἀπόλεσον τῇ ἐμῇ τύχῃ πρὸς ἐπίδειξιν ἀρετῆς μᾶλλον ἢ πρὸς ἀποπλήρωσιν ὀργῆς. σώσεις μὲν γὰρ ἱκέτην σόν, ἀπολεῖς δὲ Ἑλλήνων πολέμιον γενόμενον.

ταῦτ' εἰπὼν ὁ Θεμιστοκλῆς, ἐπεθείασε τῷ λόγῳ παρεσδιελθὼν τὴν ὄψιν ἣν εἶδεν ἐν Νικογένους, καὶ τὸ μάντευμα τοῦ Δωδωναίου Διός, ὡς κελευθεὶς πορεύεσθαι πρὸς τὸν ὁμώνυμον τοῦ θεοῦ βαδίζειν, συμφρονήσειε πρὸς ἐκεῖνον ἀναπέμπειν. μεγάλους γὰρ ἀμφοτέρους εἶναί τε καὶ λέγεσθαι βασιλέας. ἀκούσας δὴ ὁ Πέρσης, ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν ἀπεκρίνατο, καίτοι θαυμάσας τὸ φρόνημα καὶ τὴν τόλμαν αὐτοῦ· μακαρίσας δὲ πρὸς τοὺς φίλους ἑαυτὸν, ὡς ἐπὶ εὐτυχίᾳ μεγίστῃ, καὶ κατευξάμενος ἀεὶ τοῖς πολεμίοις τοιαύτας φρένας διδόναι τὸν Ἀριμάνιον, ὅπως ἐλαύνωσι τοὺς ἀρίστους ἐξ ἑαυτῶν, θύσαι τοῖς θεοῖς λέγεται, καὶ πρὸς πόσιν εὐθὺς τραπέσθαι, καὶ νύκτωρ ἐπὶ πολὺ χαρᾶς ἕνεκα μέσων τῶν ὕπνων βοῆσαι τεὶς, Ἔχω Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ συγκαλέσας τοὺς φίλους, εἰσήγαγεν αὐτὸν, μηδὲν ἐλπίζοντα χρηστὸν, ἐξ ὧν ἑώρα τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς ἐπύθοντο τοὔνομα παρόντος αὐτοῦ, χαλεπῶς ἀναχειμένους καὶ κακῶς λέγοντας. ἐπὶ δὲ Ῥωξάνης ὁ χιλίαρχος ὡς κατ' αὐτὸν ἰὼν ὁ Θεμιστοκλῆς προσιὼν, καθημένου βασιλέως, καὶ τῶν ἄλλων σιωπώντων, ἀδέμα φθέγξας εἶπεν, Ὄφις Ἑλλὼν ὁ ποικίλος, ὁ βασιλέως σε δαίμων ἤγαγεν. οὐ μὲν δὴ εἰς ὄψιν ἐλθόντος αὐτοῦ, καὶ πάλιν προσκυνήσαντος, ἀασπασάμενος καὶ προσειπὼν φιλοφρόνως ὁ βασιλεὺς, ἤδη μὲν ἔφησεν αὐτῷ ἀναχόσια τάλαντα ὀφείλειν· χρήσαντα γὰρ αὐτὸν, ἀπολήψεσθαι δικαίως τὸ ὑπεκηρυχθὲν τῷ ἀγαθῷ· πολλῷ δὲ πλείω τούτων ὑπισχνεῖτο, καὶ παρεθάρρυνε· καὶ λέγειν ἐκέλευε περὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἃ βούλοιτο παρρησιαζόμενον. ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς ἀπεκείνατο τὸν λόγον ἐοικέναι τοῦ ἀνθρώπου τοῖς ποικίλοις γράμμασιν. ὡς γὰρ ἐκεῖνα καὶ τοῦτον, ἐκτεινόμενον μὲν, ὑπιδείκνυσθαι τὰ εἴδη, συγκελλόμενον δὲ, κρύπτειν καὶ ἀφανίζειν ὅλον αὐτῷ χρόνου δεῖν· ἐπεὶ δὴ ἡσθέντος τοῦ βασιλέως τῇ εἰκασίᾳ, καὶ λαμβάνειν κελεύσαντος, ἐκείνου αἰτησάμενος, καὶ τὴν Περσίδα γλῶτταν ἀποχρώντως ἐκμαθὼν, ἐπετύγχανε βασιλεῖ δι' αὐτοῦ, τοῖς μὲν ἐκτὸς δόξαν παρέχων περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων διειλέχθαι. πολλῶν δὲ καινοτομουμένων περὶ τὴν αὐλὴν καὶ τοῖς φίλοις τοῦ βασιλέως ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, φθόνον ἔχε πρὸς τοῖς δυνατοῖς, ὡς καὶ περὶ ἐκείνου παρρησίᾳ χρήσασθαι πρὸς αὐτὸν ἀποτολμηκώς. οὐδὲν γὰρ ἦσαν αἱ ἡμῶν τῆς τῶν ἄλλων ἐοικυῖαι ξένων, ἀλλὰ καὶ κωμηρεσίων βασιλεῖ μετέχε καὶ τῶν οἴκοι θαρρεῖν, ὥστε καὶ μητρὶ τοῦ βασιλέως εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, καὶ γνωρίσθαι σωνήθης· θαρρήσαι δὲ καὶ τῶν μαγικῶν λόγων, τοῦ βασιλέως κελεύσαντος· ὅτε δὲ Δημάρατος ὁ Σπαρτιάτης, αἰτήσασθαι δωρεὰν κελευσθεὶς, ἠτήσατο τὴν κίθαριν, ὥσπερ οἱ βασιλεῖς, ἐπιθυμήσας εἰσελθεῖν παρὰ Σαρδέων, Μιθραυστῆς μὲν ἀνεψιὸς ὢν βασιλέως εἶπε, τοῦ Δημαράτου τῆς χεὶς ἁψάμενος, Αὕτη μὲν κίθαρις οὐκ ἔχει ἐγκέφαλον ὃν ὑπικαλύψῃ· σὺ δὲ οὐκ ἔσῃ Ζεὺς εἰ λάβῃς κεραυνόν. ἀπωσαμένου δὲ τὸν Δημάρατον ὀργῇ θαρρεῖν τὸ αἴτημα τοῦ βασιλέως, καὶ δυσχερῶς ἀποδεχομένου τὴν ἐκ τοῦ αὐτὸν, ὁ Θεμιστοκλῆς δεηθεὶς ἔπεισε καὶ διήλλαξε. λέγεται δὲ καὶ τοὺς ὕστερον βασιλεῖς, ἐφ' ὧν μᾶλλον αἱ Περσικαὶ πράξεις τῆς Ἑλληνικῆς συναπεχρήσαντο, ὁσάκις δεηθεῖεν ἀνδρὸς Ἕλληνος, ἐπαγγέλλεσθαι καὶ γράφειν ἕκαστον ὡς μείζων ἔσοιτο παρ' αὐτῷ Θεμιστοκλέους. αὐτὸν δὲ Θεμιστοκλέα φησὶν, ἤδη μέγαν ὄντα καὶ θεραπευόμενον ὑπὸ πολλῶν, λαμπρᾶς ποτὲ τραπέζης παρατεθείσης, πρὸς τοὺς παῖδας εἰπεῖν, Ὦ παῖδες ἀπολόμεθα ἄν, εἰ μὴ ἀπολόμεθα. πόλεις δ' αὐτῷ τρεῖς

A Ita fatus Themistocles orationi diuinum ostentum, quod fuerat ei in Nicogenis ædib. oblatum, subiunxit, & Iouis Dodonæi oraculum, quo ad cognominem deo pergere iussus conceperat animo remitti se ad illum. Magnum enim vtrunq; & esse & dici regem. Postquam dicendi finem fecit, nihil ei respōdit Perses, quanuis animos eius stuperet & audaciā: sed apud amicos eum fuisse sibi ipsum gratulatum vt de fortuna sua adeò secunda, precatumq; Arimanium, hostibus suis semper daret eam mentem vt præstantissimos de medio sui summouerent, diis ferunt sacrificasse, inde mox conuiuium inisse, ac præ gaudio nocte in medio somno B ter exclamasse, *Themistoclem habeo Athenienſem.* Vbi illuxit, conuocatis amicis, acciuit eum omni destitutum bona spe, vbi ianitores vidit audito præsentis nomine infestos sibi, atque maledicta ingerentes. At hæc tribunus Roxanes, quum ipsum præteriret, rege sedente & silentibus cæteris, submissè ducto suspirio ait, *Serpens Græce versipellis fortuna te regis huc egit.* At verò vt in conspectum regis venit, & denuò eum adorauit, rex salutauit appellauitque eum benignè. Ac iam tibi ipsi, inquit, ducenta talenta debeo. Quum enim temet ipse adduxeris, meritò quod in caput tuum C fuit pronuntiatum præmium te ducenti, feres. Multo his plura promisit ei, eumque confirmauit, atque liberè iussit vt diceret de rebus Græcorum, quæ visa essent. Cui responsum Themistocles reddidit, sermonem hominis instar esse pictorum stragulorum. Nam vt hæc, ita illum aperire expansum imagines, contractum tegere & deprauare. itaque esse tempore sibi opus. Capto ea similitudine rege, & vt sumeret imperante, annum postulauit. Interea lingua Persica abundè percepta, appellauit per se regem. Atque remotioribus opinionem tribuit agere de rebus Græ- D ciæ. Sed quia multa per id tempus in aula & circa regis amicos nouabantur, contraxit apud principes inuidiam: quasi etiam de illis licentiam apud regem vsurparet loquendi. Haudquaquam enim erant huius honores & reliquorum exterorum comparandi. At rex adhibuit eum etiam venationibus & domesticis oblectationibus, vt ad matrem quoque regis admitteretur, eaque vteretur familiariter, acceperit insuper iussu regis præcepta magica. Quum Demaratus Lacon iussus poscere munus popoſcisset vt more regum directa citari Sardis inucheretur: Mithropaustes regis E consobrinus, apprehensa Demarati manu, dixit, *Hæc quidem citaris non habet cerebrum quod tegat: tu verò vt fulmen accipias, haud fueris proinde Iupiter.* Ob eam postulationem quum despiceret per iram rex Demaratum, præ se ferentem implacabilem se ei esse, induxit precibus Themistocles, vt reconciliaretur ei. Memorant subsequutos quoque reges, quorum temporibus maior communicatio cum Græcis rerum fuit Persicarum, quoties cuiuspiam Græci indigerent opera, polliceri solitos & scribere omnes, maiorem apud se fore Themistocle. Ipsum quoque aiunt Themistoclem, vbi F iam ingens euasit, & colebatur à multis, splendida aliquando apposita mensa filiis dixisse, *Perieramus filii, nisi perissemus.* Vrbes tres tradunt

plerique ei in panem, vinum, & esculenta datas, Magnesiam, Lampsacum, Myunta. Duas adiiciunt alias Cyzicenus, Neanthes & Phanias, Percoten & Palæscepsin, in stratum & vestem. Descendenti ad mare ob pertinentia ad Græciam negotia Themistocli Perses quidam Epixyes nomine, superioris Phrygiæ satrapa, insidias struxit paratis iam pridem Pisidis, qui in oppido, quod Leontocephalon vocant (*significat ea vox Caput leonum*) pernoctantem trucidarent. Cui matrem Idæam perhibent oblatam per somnium meridianti dixisse, Deuita, Themistocles, leonum caput, ne in leonem incurras. Pro hoc ego abs te postulo ancillam Mnesiptolemam. Vnde pauore offusus Themistocles, adorata Dea, declinauit viam regiam, ac locum illum alio circuitu præterlatus iam nocte consedit. Quum autem vnum ex iumẽtis quæ portabant tentorium eius, esset in fluuium delapsum, serui Themistocles aulæas madefactas expanderunt ad siccandum. Interea accurrunt cum gladiis Pisidæ. Quum autem ea quæ siccabantur, non satis peruiderent ad lunam, arbitrabantur ea Themistoclis esse tentorium, atque se illum intus inuenturos quiescentem. Vbi iam suggressi propius sustulerunt aulæam, intenti serui inuolauerunt in eos ac corripuerunt. Ita defunctus periculo in Deæ, quæ sibi fuerat oblata, venerationem Magnesiæ templum Dyndimenæ condidit, cuius filiam suam creauit Mnesiptolemam sacerdotem. Vt Sardos venit, & per otium ædium sacrarum molitiones spectauit, viditque numerum signorum, & in Matris magnæ virginem, quam Hydrophoron vocant, ex ære factam magnitudine cubitali, quam ipse super aquas Athenis positus, deprehensis iis qui fuerant aquam suffurati & auerterant, ex mulctatitia factam dedicauerat pecunia, siue captiuitate eius signi motus, siue ad ostentandum Athenienſibus quanto in honore, & quanta esset apud regem autoritate, egit apud satrapam Lydiæ, vt hoc signũ sibi mittere liceret Athenas. At stomachante barbaro, & regi se per litteras id significaturũ minitante, trepidus Themistocles confugit ad mulieres, conciliatisq; pellicibus eius pecunia, & illius demulsit iram, & in posterum circumspectius egit, quod iam inuidiã formidaret barbarorũ. Neq; enim pererrauit, vt Theopompus ait, Asiam, sed Magnesiæ sedes habens, magnisque cultus donis, atque pari in honore ac primores Persarum habitus, perdiu vitam egit securam: quod superiorum prouinciarum rex distractus negotiis, non admodum attenderet animum ad res Græciæ. Vt vero Ægypti rebellio adiutoribus Athenienſibus, nauesq; Græcorum vsq; ad Cyprum & Ciliciam prouectæ, dominansq; Cimon mari, eum ad occurrendum Græcis, & ad eorum reprimendum aduersus se incrementum reuocauerunt, iamq; delectus habebatur, duces dimittebantur, & Magnesiam ad Themistoclem cũ mandatis regiis veniebant nuntii, vt res Græciæ susciperet, præstaretque promissa, neque ira inflammatus in ciues suos vlla est, neque tantis honoribus & potentia incitatus ad bellum, sed & effectum rei fortassis in expedito non ratus esse, præsertim quod haberet ea tempestate duces Græcia

A μὲν οἱ πλεῖστοι δοθῆναι λέγουσιν, εἰς ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄψον, Μαγνησίαν καὶ Λάμψακον καὶ Μυοῦντα. δύο δὲ ἄλλας προστίθησιν ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης καὶ Φανίας, Περκώτην τε καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην. καταβαίνοντι δὲ αὐτῷ πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις ἐπὶ θάλατταν, Πέρσης τις ἀνὴρ Ἐπιξύης ὄνομα, σατραπεύων τῆς ἄνω Φρυγίας, ἐπεβούλευσε, παρεσκευακὼς ἔκπαλαι Πισίδας ἀποκτεννοῦντας, ὅτου ἐν τῇ καλουμένῃ πόλει λεοντοκεφάλῳ γενόμενος καταυλισθῇ. τοῦ δὲ λέγεται καθεύδοντι μεσημβρίας τὴν μητέρα τῶν θεῶν ὄναρ φανῆναι εἰπεῖν, Ὦ Θεμιστόκλεις, "
B ὑφέρει κεφαλὴν λεόντων, ἵνα μὴ λέοντι προσπέσῃς. ἐγὼ δὲ " αὐτὴ τούτου σε αἰτοῦμαι θεράπαιναν Μνησιπτολέμαν. διαταρα- " χθεὶς οὖν ὁ Θεμιστοκλῆς, προσευξάμενος τῇ θεῷ, τὴν μὲν λεωφόρον ἀφῆκεν, ἑτέρᾳ δὲ παρελθὼν, καὶ παραλλάξας τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἤδη νυκτὸς οὔσης κατηυλίσατο. τῶν δὲ τὴν σκηνὴν κομιζόντων ὑποζυγίων ἑνὸς εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντος, οἱ τοῦ Θεμιστοκλέους οἰκέται τὰς αὐλαίας διαβεβρεγμένας ἠμφιάσαντες ἀνέψυχον. οἱ δὲ Πισίδαι τὰ ξίφη λαβόντες ἐν τούτῳ προσεφέροντο, καὶ τὰ ψυχόμενα
C πρὸς τὴν σελήνην οὐκ ἀκριβῶς ἰδόντες, ᾤηθησαν εἶναι τὴν σκηνὴν τοῦ Θεμιστοκλέους, κἀκεῖνον ἔνδον εὑρήσειν ἀναπαυόμενον. ὡς δὲ ἐγγὺς γενόμενοι τὴν αὐλαίαν ἀνέστελλον, ἐπιπίπτουσιν αὐτοῖς οἱ παραφυλάττοντες, καὶ συλλαμβάνουσι. διαφυγὼν δὲ τὸν κίνδυνον οὕτω, καὶ θαυμάσας τὴν ἐπιφάνειαν τῆς θεοῦ, ναὸν κατεσκεύασεν ἐν Μαγνησίᾳ, Δινδυμήνης, καὶ τὴν θυγατέρα Μνησιπτολέμην, ἱέρειαν ἀπέδειξεν. ὡς δ' ἦλθεν εἰς Σάρδεις, καὶ σχολὴν ἄγων ἐθεάσατο τοῦ ἱεροῦ τὴν κατασκευὴν, καὶ τῶν ἀναθημάτων τὸ πλῆθος εἶδε, καὶ ἐν μη-
D δενὸς ἱερῷ τὴν καλουμένην ὑδροφόρον, χάλκην, μέγεθος δίπηχυν· ἣν αὐτὸς ὅτε τῶν Ἀθηναίων ὑδάτων ἐπιστάτης ὤν, εὑρὼν τοὺς ὑφηρημένους τὸ ὕδωρ καὶ παρεγχεύσαντας ἀνέθηκεν ἐκ τῆς ζημίας ποιησάμενος, εἴτε δὴ παθόν τι πρὸς τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ ἀναθήματος, εἴτε βουλόμενος ἐνδείξασθαι τοῖς Ἀθηναίοις ὅσην ἔχει τιμὴν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς βασιλέως πράγμασι, λόγον τῷ Λυδίας σατράπῃ προσήνεγκεν, αἰτούμενος ἀποστεῖλαι τὴν κόρην εἰς τὰς Ἀθήνας. χαλεπαίνοντος δὲ τοῦ βαρβάρου, καὶ βασιλεῖ γράψειν φήσαντος ἐπιστολὴν, φοβηθεὶς ὁ Θεμιστοκλῆς, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κατέφυγε, καὶ τὰς παλλακίδας αὐτοῦ θεραπαίνας χρήμασιν,
E ἐκεῖνόν τε κατεπράυνε τῆς ὀργῆς, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παρεῖχεν ἑαυτὸν δι' ἀλαβέστερον, ἤδη καὶ τὸ φθόνον τῶν βαρβάρων δεδοικώς. ὁ γὰρ πλανώμενος περὶ τὴν Ἀσίαν (ὡς φησι Θεόπομπος) ἀλλ' ἐν Μαγνησίᾳ μὲν οἰκῶν, καρπούμενος δὲ δωρεὰς μεγάλας, καὶ τιμώμενος ὅμοια Περσῶν τοῖς ἀρίστοις, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀδεὴς διῆγε, καὶ πάνυ τι τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασι προσέχοντος τοῦ βασιλέως, ἐν ἀχολίᾳ περὶ τὰς ἄνω πράξεις. ὡς δὲ Αἴγυπτός τε ἀφεστηκὼς βοηθούντων Ἀθηναίων, καὶ τριήρεις Ἑλληνικὰ
F μέχρι Κύπρου καὶ Κιλικίας ἀναπλεύσασαι, καὶ Κίμων θαλασσοκρατῶν ἐπέστρεψεν αὐτὸν αὖτε πιχρεῖν τοῖς Ἕλλησι, καὶ κωλύειν αὐξανομένους ἐπ' αὐτὸν, ἤδη τε καὶ δυνάμεις ἐκινοῦντο καὶ στρατηγοὶ διεπέμποντο, καὶ κατέβαινον εἰς Μαγνησίαν ἀγγελίαι πρὸς Θεμιστοκλέα, τῶν Ἑλληνικῶν ἐξάπτειν κελεύοντος βασιλέως, καὶ βεβαιοῦν τὰς ὑποσχέσεις, οὔτε δι' ὀργήν τινα παροξυνθεὶς κατὰ τὴν πόλιν, οὔτε ἐπαρθεὶς τιμῇ τοσαύτῃ καὶ δυνάμει πρὸς τὸν πόλεμον, ἀλλ' ἴσως μὲν οὐκ ἐφικτὸν ἡγούμενος τὸ ἔργον, ἄλλως τε μεγάλοις τοῦ Ἑλλάδος ἐχούσης στρα-

τηρεῖς τότε, καὶ Κίμωνος ὑπερφυῶς ἐπιμελουμένου ἐν τοῖς
Ἑλληνικοῖς· ὁ δὲ πλεῖστον, ᾠήθη τῆς τε δόξης τῶν πραξέων
ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ἐπαίνων ἐκείνων, ἄξιος ἐπιθεῖναι τῷ βίῳ τῷ τελευτῷ πρέπουσαν, ἔθυσε τοῖς θεοῖς,
καὶ τοὺς φίλους συναγαγών, καὶ δεξιωσάμενος, ὡς μὴ ὁ πο-
λὺς λόγος, αἷμα ταύρειον πιών, ὡς οἱ ἔνιοι, φάρμακον ἐφή-
μερον προσενεγκάμενος, ἐν Μαγνησίᾳ κατέστρεψε, πεντε
πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βεβιωκὼς ἔτη, καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐν
πολιτείαις καὶ ἡγεμονίαις. τὴν δ' αἰτίαν τοῦ θανάτου καὶ τὸν
ἔπαινον τυδόμενον βασιλέα, λέγουσιν ἐπὶ μᾶλλον θαυμάσαι
τὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῦ καὶ οἰκείοις χρώμενον ἀφα-
τελεῖν φιλανθρώπως. ἀπέλιπε δὲ Θεμιστοκλῆς παῖδας,
ἐκ μὲν Ἀρχίππης τῆς Λυσάνδρου τοῦ Ἀλωπεκήθεν, Ἀρχέ-
πολιν καὶ Πολύευκτον, καὶ Κλεόφαντον· οὗ καὶ Πλάτων ὁ
φιλόσοφος ὡς ἱππέως ἀρίστου, τἄλλα δ' οὐδενὸς ἀξίου γενο-
μένου, μνημονεύει. τῶν δὲ πρεσβυτάτων, Νεοκλῆς μὲν, ἔτι παῖς
ὤν, ὑφ' ἵππου δηχθεὶς ἀπέθανε, Διοκλέα δὲ Λύσανδρος ὁ
πάππος, υἱὸν ἐποιήσατο θυγατέρας δὲ πλείους ἔσχεν, ὧν Μνη-
σιπτολέμαν μὲν, ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης γυναικὸς, Ἀρχέ-
πολις ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὢν ὁμομήτριος ἔγημεν· Ἰταλίαν δὲ
Παυθείδης ὁ Χῖος, Σύβαριν δὲ Νικομήδης Ἀθηναῖος· Νι-
κομάχην δὲ Φρασικλῆς ὁ ἀδελφιδοῦς Θεμιστοκλέους, ἤδη
τετελευτηκότος ἐκείνου, πλοῦσας εἰς Μαγνησίαν, ἔλαβε
παρὰ τῶν ἀδελφῶν, νεωτάτην δὲ πάντων τῶν τέκνων Ἀ-
σίαν ἔθρεψε. καὶ ταφὴν μὲν αὐτοῦ λαμπρὰν ἐν τῇ ἀγορᾷ
Μάγνητες ἔχουσι· πίστιν δὲ τῆς φάσεως ὅτι Ἀιδικίδης παρέσχε-
κεν ἄξιον, τοῦ πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντος, φωραθεῖσαν
τὰ λείψανα ἀφαρπάσαι τοὺς Ἀθηναίους. ψεύδεται γὰρ ὅτι
τὸν δῆμον παρεξιόντων τοῖς ὀλιγαρχικοῖς. ὅ, τε Φύλαρχος
ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ τῇ ἱστορίᾳ μονονοῦ μηχανὴν ἄρας, καὶ
παρεισαγαγὼν Νεοκλέα τινὰ καὶ Δημόπολιν, υἱοὺς Θεμιστο-
κλέους, ἀγῶνα βούλεται κινεῖν καὶ πάθος· οὐδ' ἂν ὁ τυχὼν ἀ-
γνοήσειεν ὅτι πέπλασται. Διόδωρος δὲ ὁ περιηγητὴς ἐν τοῖς
περὶ τῶν μνημάτων εἴρηκεν (ὡς ἱστορῶν μᾶλλον ἢ γινώ-
σκων) ὅτι περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἀλ-
κιμον ἀκρωτηρίου, πρόκειταί τις οἷον ἀγκών, καὶ κάμψαντι
τοῦτον ἐντός, ἡ ὑπόδυον τῆς θαλάττης, κρηπίς ἐστιν ἀμε-
γέθης, καὶ ὁ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς, τάφος τοῦ Θεμιστο-
κλέους. οἴεται δὲ καὶ Πλάτωνα τὸν κωμικὸν αὐτῷ μαρτυρεῖν
ἐν τούτοις,

Ὅσος δὲ τύμβος ἐν καλῷ κεχωσμένος
Τοῖς ἐμπόροις πρόσρησις ἔσται πανταχοῦ,
Τοὺς τ' ἐκπλέοντας εἰς πλέοντάς τ' ὄψεται,
Χὠπότε ἅμιλλα τῶν νεῶν θεάσεται.

ἄκρον, ἁλιρρόντα
ner.

Τοῖς δὲ ἀπὸ γένους τοῦ Θεμιστοκλέους, καὶ τιμαί τινες ἐν
Μαγνησίᾳ φυλαττόμεναι μέχρι τῶν ἡμετέρων χρόνων ἦσαν,
ἃς ἐκαρποῦτο Θεμιστοκλῆς Ἀθηναῖος, ἡμέτερος συνήθης καὶ φίλος παρ' Ἀμμωνίῳ τῷ φιλοσόφῳ γενόμενος.

A inclytos & mirifica esset Cimonis in rebus Græcorum gerendis felicitas, maxime autem rubore gloriæ rerum gestarum & illorum trophæorum, optime deliberauit vitæ conuenientem colophonem imponere. Itaq; sacris operatus, conuocatosque complexus amicos, hausto, vt celebris fama est, taurino sanguine: vt aliqui volunt, veneno præsentaneo sumpto, annos natus quinq; & sexaginta, quos fere in republica administranda & imperio transegit, Magnesiæ vitam cum morte commutauit. Causa & ratione mortis intellecta, regem opinionem de eo maiorem habuisse, amicosque eius
B & familiares perpetua benignitate memorant cõplexum. Liberos reliquit Themistocles ex Lysandri Alopecensis filia Archippa Archeptolin, Polyeuctum, & Cleophantum, cuius Plato philosophus, vt optimi equitis, cætera inertis meminit. Ex maximis natu Neocles, morsu equi interiit admodum puer. Dioclem auus adoptauit Lysander. Filias habuit complures, quarum Mnesiptolemam, ex secundis nuptiis genitam, frater non ex eadem matre Archeptolis, adiunxit sibi matrimonio, Italiam Panthedes Chius, Sybarin Athenienſis Nicomedes, Nicomachiam Phrasicles Themistoclis
C fratris filius, illo iam defuncto, Magnesiam profectus, accepit à fratribus. Minimam hic omnium liberorum eius eduxit Asiam. Eius habent Magnetes amplum in foro conditorium. De reliquiis non est addenda fides Andocidi, qui in libro ad amicos scribit peruestigasse reliquias eius & dissipasse Athenienses. Mentitur enim id, quo principum factionem incendat in populum. At Phylarchus in historia, quasi in tragœdia exitans machinã, Neoclem quendam ac Demopolin, Themistoclis filios, inducit: eoq; mouere animos & incitare niti-
D tur, quod nemo est tam indoctus qui fictum esse ignoret. Diodorus Periegetes in libris quos De monumentis scripsit, magis suspicione ductus quam certitudine rei, prodidit apud portum Piræei excurrere ab Alcimi promontorio sicut cubitum quendam, & vbi intra hunc flexeris, qua subtranquillum est mare, ingentem extare basim: a q; illam, quę in ea extat, aræ speciem sepulcrum Themistoclis esse. Arbitratur etiam Platonem Comicum sibi adstipulari hisce versibus,

Tua tumba stat cumulata commodo loco,
Mercator hanc semper salutabit pius,
Aduectus & reuectus hic videbitur,
E *Aliquando certamina simul naualia.*

Posteritati Themistoclis Magnesiæ vsque ad nostram memoriam mansere certi honores, quibus fruebatur Themistocles Athenienſis, quicum consuetudo nobis & amicitia apud Ammonem philosophum intercessit.

A

PLVTARCHI

CAMILLVS.

INTER ea quæ de Marco Furio Camillo referuntur multa & eximia, singulare imprimis videtur ac mirandum, quod qui victorias Imperator plurimas & præclarissimas retulit, dictator quintum fuit dictus, quater triumphauit, alter etiam Romæ appellatus conditor, ne semel quidem consul fuerit. In causa fuit reipublicæ status, quo populus à patribus dissidens, ne consules crearentur, obstitit, sed tribunos rebus prefecit, quorum, propter numerum, tametsi consulari essent & autoritate & potestate, minus in plebis oculos incurrebant imperium. Quippe quos paucorum offendebat potentia, his minus molestum erat sex viros quam duos rempublicã tenere. Per id tempus quum potissimum Camillus gloria & rebus gestis floreret, quamuis ciuitas medio tempore comitia consularia habuerit subinde, non sustinuit tamen consul inuito fieri populo. In cæteris magistratibus, quos multos cepit & varios, ita se gessit, vt potestatem suam, quum vel solus obtineret, supremam in medium conferret, gloria vero ad eum redundaret vnum, vbi etiam collegas habebat. Huius causa fuit eius prudentia, qua superabat citra controuersiam omnes, illius modestia sine inuidia imperantis. Nam quum gens esset Furiorum ea tempestate non admodum illustris, nomen factis suis hic parauit primus, quo tempore sub dictatore Posthumio Tuberto, in magno cõtra Æquos & Volscos certamine, stipendia faciebat. Ibi equo ante aciem profectus, accepto in femore vulnere, non remisit tamen pugnam, sed quum infixum ex vulnere iaculum recepisset, cõgressus cum fortissimis hostium, vertit eos in fugam. Inde cum alios est honores adeptus, tum, quæ in magna id temporis erat dignatione, censuram. Huius recensetur vnum eo in magistratu eximium factum, quod cælibes partim blande appellando, partim denuntianda mulcta, viduis, quæ ob bella erant multæ, matrimonio copulauerit: necessarium alterum, quod, qui ante immunes fuerant, censuerit pupillos. assidua bella, quæ sumptus requirebant ingentes, id expressere. Vrgebat vero præcipue obsidio Veiorum: (hos quidam Venetanos appellant) caput hæc vrbs erat Hetruriæ, armorum copia & militum numero Roma nihilo inferior. Ei opulentia, luxus, deliciæ, & splendor animos fecit, vt cum populo Romano de gloria atque imperio certans, sæpe & egregie pugnauerit. Cæterum sub ea tempestate multis accisi Veientes cladibus, ambitione remissa, excelsis & validis muris cinxerant vrbem, armisque atque telis, & commeatu & omnis generis apparatu importato, sustinebant alacres obsidionem.

B

C

D

E

F

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΚΑΜΙΛΛΟΣ.

ΠΕΡΙ δὲ Φουρίου Καμίλλου πολλῶν καὶ μεγάλων λεγομένων, ἴδιον εἶναι δοκεῖ μάλιστα καὶ θαυμαστόν, ὅτι πλείστα μὲν ἡγεμονίας καὶ μέγιστα κατορθώσας, δικτάτωρ δὲ πεντάκις αἱρεθείς, θριαμβεύσας δὲ τετράκις, κτίστης δὲ τῆς Ῥώμης ἀναγραφεὶς δεύτερος, οὐδὲ ἅπαξ ὑπατεύσει. τούτου δ' αἴτιον, ἡ τῆς τότε πολιτείας κατάστασις, ἐκ διαφορᾶς τοῦ δήμου πρὸς τὴν σύγκλητον· ὑπάτους μὲν εἰσιέναι μὴ ἀποδεικνύειν, χιλιάρχους δ' χειροτονοῦντος ὅτι τὴν ἡγεμονίαν, ὧν καὶ παρ' ἀξιοσίας καὶ δυνάμεως ὑπατικῆς ἄπορα πρεσβύτων, ἧττον εἰς ὄψιν ἐπαίρεν ἡ ἀρχή, διὰ τὸ πλῆθος. ὁ γὰρ ἐξ ἀνδρὸς ἑνὸς μὴ δύο τοῖς πράγμασιν ἐφεστάναι, παρεμυθεῖτο τοὺς βαρυνομένους τὴν ὀλιγαρχίαν. κατὰ τοῦτο δὴ καιρὸν μάλιστα τῇ δόξῃ καὶ τοῖς πράγμασιν ἀκμάσας ὁ Κάμιλλος, ὕπατος μὲν οὐκ ἠξίωσεν ἄκων τὸν δῆμον αἱρεῖσθαι (καίπερ ἐν τῷ διὰ μέσου δεξαμένης ὑπατικὴν ἀρχαιρεσίας ἡ πολιτεία πολλάκις) ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἡγεμονίαις, πολλαῖς καὶ παντοδαπαῖς χρωμέναις τοιοῦτον αὐτὸν παρέχειν, ὥστε τὴν μὲν ἐξουσίαν, καὶ μοναρχοῦντος εἶναι κοινήν, τὴν δ' δόξαν, ἰδίαν, καὶ μὴ ἑτέρων κρατηνομένου· ὧν δὲ μὲν ἡ μετριότης αἴτιον ἀνεπιφθόνως ἄρχοντος, τοῦ δ' ἡ φρόνησις, δι' οὗ ὁμολογουμένως ἐπρέπετο. ὅπου δὲ τότε πρὸς τὸν τῶν Φουρίων οἶκον οὔσης μεγάλης ἐπιφανείας, αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ πρῶτος εἰς δόξαν προῆλθεν, ἐν τῇ μεγάλῃ μάχῃ πρὸς Αἰκανοὺς καὶ Οὐολούσκους ὑπὸ δικτάτορι Ποστουμίῳ Τουβέρτῳ στρατευόμενος. προϊππεύων γὰρ ὁ στρατοῦ, καὶ πληγὴ προσπεσὼν εἰς τὸν μηρὸν, οὐκ ἀνῆκεν, ἀλλ' ἐγκείμενον τῷ τραύματι παρέλκων ὀκοντίσμα, καὶ συμπλεκόμενος τοῖς ἀρίστοις τῶν πολεμίων, τρεψὶν ἐποίησεν. ἐκ δὲ τούτου τά τ' ἄλλων γερῶν ἔτυχε, καὶ θιμητὴς ἀπεδείχθη, μέγα τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα. ταύτης δὲ τῶν τότε χρόνων ἐχούσης. μνημονεύεται δ' αὐτοῦ θιμητοῦ ὄντος καλὸν μὲν ἔργον, ὃ τοὺς ἀγάμους, λόγοις τε πείθοντα, καὶ ζημίαις ἀπειλοῦντα, συγκαταζεύξαι ταῖς χηρευούσαις γυναιξί· πολλαὶ δ' ἦσαν αὗται διὰ τοὺς πολέμους. ἀναγκαῖον δὲ καὶ τοὺς ὀρφανοὺς ὑποτελεῖς ποιῆσαι, πρότερον ἀνεισφόρους ὄντας. αἰτίαι δ' ἦσαν αἱ συνεχεῖς στρατεῖαι, μεγάλων ἀναλωμάτων δεόμεναι· καὶ μάλιστα κατήπειγεν ἡ Βηΐων πολιορκία· (τούτους ἔνιοι Οὐενετανοὺς καλοῦσιν) ἦν δὲ πρόσημα τῆς Τυρρηνίας ἡ πόλις, ὅπλων μὲν ἀριθμῷ, καὶ πλήθει τῶν στρατευομένων οὐκ ἀποδέουσα τῆς Ῥώμης, πλούτῳ δὲ καὶ βίων ἁβρότητι καὶ τρυφῇ καὶ πολυτελείαις ἀγαλλομένη, πολλοὺς καὶ καλοὺς ἀγῶνας ἠγωνίσατο, πρὸς δόξης καὶ δυναστείας πολεμοῦσα Ῥωμαίοις. ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ τῆς μὲν φιλοτιμίας ἀφειστήκει, συντεινομένη μεγάλοις μάχαις· ἐπεφράγμενοι δὲ τεῖχη μακρὰ καὶ καρτερὰ, καὶ τὴν πόλιν ὅπλων καὶ βελῶν καὶ σίτου καὶ παντοδαπῆς ἁπάσης ἐμπλήσαντες, ἀδεῶς ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν, μακρὰν μὲν οὖσαν, οὐχ ἧττον δὲ τοῖς πολιορκοῦσιν ἐργώδη καὶ χαλεπὴν γιγνομένην.

εἰθισμένοι γὰρ οὐ πολὺν χρόνον ἅμα ὥρᾳ θέρους ἔξω στρατεύειν, οἴκοι δὲ διαχειμάζειν, τότε πρῶτον ἠναγκάσθησαν ὑπὸ τῶν χιλιάρχων, φρούρια κατασκευασάμενοι καὶ τὸ στρατόπεδον τειχίσαντες ἐν τῇ πολεμίᾳ, χειμῶνα καὶ θέρος συνάπτειν, ἤδη τρεῖς ἔτους ἑβδόμου τοῦ πολέμου τελευτῶντος. ὥστε καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐν αἰτίᾳ γενέσθαι, καὶ μαλακῶς πολιορκεῖν δοκοῦντας ἀφαιρεθεῖσαι τὴν ἀρχήν, ἑτέρων αἱρεθέντων ἐπὶ τὸν πόλεμον· ὧν ἦν καὶ Κάμιλλος, τότε χιλιάρχων τὸ δεύτερον. ἔπραξε δὲ τοῦτο τὴν πολιορκίαν τοῦδε ἐν ἐκείνῳ τοῦ χρόνῳ, λαχὼν Φαλερίοις καὶ Καπηνάταις πολεμεῖν, οἳ δι' ἀγροῖκίαν πολλὰ τῆς χώρας τότε καταδῃωσάντες, καὶ τοσοῦτον πόνον τὸν Τυρρηνικὸν πόλεμον ἐκκλήσαντες, ἐπέθησαν ὑπὸ τῷ Καμίλλῳ, καὶ συνεσάλησαν εἰς τὰ τείχη, πολλοὺς ἀποβαλόντες. ἐκ τούτου τοῦ πεδίου Ἀλβανίδα λίμνην πάθος ἀκμάζοντι τοῦ πολέμου συνέβη, τοιοῦτος ἦθος τῶν ἀπίστων πυθέσθαι θαυμάσιον, αἰτίας καινῆς ἀπορίαν, καὶ λόγου φυσικοῦ ἔχοντος ἀρχήν, ἐφόβησεν. οὐ μὴν οὐδὲ ὥρα μετοπωρινὴ, καὶ τὸ θέρος ἔληγε, οὔτε ὕομβρον, οὔτε πνεύμασι νοτίοις χαλεπὸν ἐπιδήλως γενόμενον. πολλὰς δὲ λίμνας καὶ ποταμοὺς καὶ νάματα πολυτοδαπὰ τῆς Ἰταλίας ἐκτρύσης, τὰ μὲν ἐξέλιπε κομιδῇ, τὰ δὲ ἀστεῖχε γλίσχρως καὶ μόλις. οἱ δὲ ποταμοὶ πολῖται ὥσπερ ἀεὶ κοῖλοι καὶ ταπεινοὶ διὰ θέρους ἐρρύησαν. τὸ δὲ τῆς Ἀλβανίδος λίμνης, ἀρχὴν ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τελευτῶν, ὄρεσιν ἀγχοῖοις περιεχόμενον, ἀπ' οὐδενὸς αἰτίου, πλὴν εἴ τι θεῖον, αὐξόμενον ἐπιδήλως διωγκοῦτο, καὶ προσίσατο τῆς ὑποχωρείας, καὶ τῷ ἀκρωτάτῳ λόφῳ ὁμαλῶς ἐπέφανεν, οὐδὲ σάλου καὶ κλύδωνος ἐξανιστάμενον. καὶ πρῶτον μὲν οἱ ποιμένες θαῦμα καὶ βοτῆρες· ἐπεὶ δὲ τοῦ διείργοντος ἀπὸ τῆς κάτω χώρας ὀχυρώματος τῷ λίμνῃ ὑπεκραγέντος ὑπὸ τῆς πλήθους καὶ βάσεως, μέγα ῥεῦμα κατέβαινε διὰ τῶν ἀρουμένων καὶ φυτευομένων ἐπὶ τὴν θάλατταν, οὐ μόνον αὐτοῖς παρέχε Ῥωμαίοις ἔκπληξιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐδόκει τοῖς τὴν Ἰταλίαν κατοικοῦσι μηδενὸς μικροῦ σημεῖον εἶναι. πλῆθος δ' αὐτοῦ λόγος οὐ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ πολιορκοῦντι τοὺς Βηΐους, ὥστε κἀκείνοις ἔκπυστον γενέσθαι τὸ περὶ τὴν λίμνην πάθος. οἷα δὴ ἐν πολιορκίᾳ διὰ χρόνου μῆκος ἐπιμιξίας τε πολλὰς ἔχουσι καὶ κοινολογίας πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐγένετο τινὶ Ῥωμαίῳ συνήθεια καὶ παρουσία πρὸς ἕνα τῶν πολεμίων, ἀνθρωπον ἔμπειρόν τε λόγων παλαιῶν, καὶ τι πλέον εἰδέναι τῶν ἄλλων ἀπὸ μαντικῆς δοκοῦντα· τοῦτον οὖν ὁ Ῥωμαῖος, ὡς ἤκουσε τὴν ἐπίδοσιν τῆς λίμνης, ὁρῶν ὑπερηδόμενόν τε καὶ καταγελῶντα τῆς πολιορκίας, οὐ ταῦτα μόνα ἔφη συνοχέναι θαυμαστὰ τὸν παρόντα χρόνον, ἀλλ' ἕτερα τούτων ἀτοπώτερα τούτων σημεῖα Ῥωμαίοις γεγονέναι· πρὸς ὃν ἐθέλειν ἐκείνῳ κοινωσάμενος, εἴ τι δυνατὸν θέσθαι τῶν ἰδίων ἀμείνονα, ἐν τοῖς κοινοῖς νοσοῦσιν. ὑπακούσαντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου προθύμως καὶ διδόντος ἑαυτὸν εἰς κοινολογίαν, ὡς ἀπορρήτων τινῶν ἀκροατὴν ἐσόμενον, κατὰ μικρὸν οὕτω διαλεχθέντος, καὶ ὑπάγων αὐτὸν, ὡς πορρωτέρω τῶν πυλῶν ἐγεγένεισαν, αἴρει τε μετέωρον ῥωμαλεώτερος ὤν, καὶ πλειόνων ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου συνδραμόντων, χειρωσάμενος καὶ κρατήσας, παρέδωκε τοῖς στρατηγοῖς. ἐν τούτῳ δὴ ἀνάγκης γενομένης ὁ ἀνθρωπος, καὶ μαθὼν ἄρα τὸ πεπρωμένον ὡς ἄφυκτον εἴη, λόγια προεφώνει ἀπόρρητα περὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος, ὡς οὐκ οὔσης ἁλωσίμου πρότερον ἢ τὴν Ἀλβανίδα λίμνην ἐκχυθεῖσαν, καὶ φερομένην εἰς ὁδοὺς ἑτέρας, ὥσαντες ὀπίσω καὶ περιαπάσαντες οἱ πολέμιοι, κωλύσουσι μίγνυσθαι τῇ θαλάττῃ.

A Longinqua ea fuit, iuxtaq; oppugnantibus laboriosa & molesta. Nam qui non diu æstatis hora militare, & hybernare domi assueuerant, tunc à tribunis primum præsidia, compulsi fuerunt extruere, castra in hostico munire, itaq; cum æstate hyemẽ continuare. Iam annus huius belli septimus ad exitum vergebat, quum vocabantur in discrimen duces, & quod segniter vrgere viderentur obsidionẽ, abrogatum est iis imperium, subrogatiq; ad bellũ alii, inter quos Camillus tribunus tunc iterũ fuit. Is eo tempore non interfuit obsidioni. Quippe bellum erat sortitus aduersus Faliscos & Capenates, B qui Romanis alia districtis re, quum fines eorum fœde id temporis vastassent, ac per totum bellum Hetruscum Romanos solicitassent, repressi à Camillo sunt, multisq; amissis, muris inclusi. Inde res laçui Albano accidit medio belli ardore cum quouis rarissimo miraculo conferenda: quæ, quia vulgati causa & ratione carebat ex rerum natura ducta, pauorem incussit. Æstas erat extrema & præceps, nec cælestib. aucta aquis, aut ventis admodũ fuerat turbulenta austrinis, Lacus autem & amnes & riui & fontes, quos habet Italia frequentes, partim iam plane exaruerant, partem tenuem & exiguam trahebant vndã. Fluuii æstatis causa, vt semper, humili & angusto alueo ferebantur, quum C lacus Albanus, qui neq; aliunde ducit originem, neque alio se effundit, pinguib. clausus montib. nulla de causa (nisi siqua diuina) in flatus dilucide intumuit, vt pertingeret ad dorsa montiũ, & summos vndequaq; æquaret tumulos, sine æstu tamen insurgeret vel fluctu. Id pastoribus erat primum ac bubulcis miraculo. Verũ vbi repagulo, quod veluti ceruix à subiectis campis arcebat lacum, præ copia & mole refracto, magno iam impetu per sata & arbusta in mare defluxit, tum non Romanos modo consternauit, verum etiam omnib. Italiam D incolentibus visum est magni quid portendere. Plurimum etiam in castris Veios obsidentib., quo iam lacus allatum miraculum fuerat, hoc agitabatur sermonibus. Id quod in obsidione solet diuturna, vt commercia multa inter se hostes & congressus habeant, familiaritatem Romanus quidam contraxit, & colloquia habuit cum Veiente quodam, veteris homine disciplinæ, qui præstare scientia diuinandi dicebatur. Romanus, vbi hunc vidit de lacus incremento exultantem, atq; obsidionẽ habentem ludibrio, Non id solum, inquit, prodigii hac tempestate, sed longe fœdiora sunt alia E Romanis facta portenta, de quibus ad ipsum ait se referre velle, vt rebus suis consulere in communi calamitate valeat. Ille Romano prompte morem gerere, & sedulo sermones cum eo miscere, velut res abditas auditurus. Dum abducitur inter confabulandum longius à porta, tum hominem Romanus, pruçalens viribus, sublimem arripit, pluribusque ex statione accurrentibus capit, atque in potestatem redactum deducit ad imperatores. Ita oppressus ille, considerato fatum ineuitabile esse, sortes patriæ suę occultas aperit, non ante expugnabilem eam quam lacum Albanũ hostes effusum retro abcursu suo deriuarent, atq; auerterent à mari. F

His nuntiatis, ſenatus, re deliberata, oratores qui Apollinem conſulerent, Delphos decreuit. Legati fuerunt celebres magnique viri, Licinius Coſſus, Valerius Potitus, & Fabius Ambuſtus. Qui, curſum nacti proſperum, conſulto Apolline ſortes domum retulerunt cum alias, tum quæ ſolennes Latinarum ceremonias ediſſerebant neglectas: & vt Albani lacus aquam, quoad eius fieri poſſet, à mari in priſtinum alueum reducerent: quod ſi non valerent, riuis foſſiſque eam extinguerent per agros demotam. His relatis, ſacerdotes ſacrificare, populus operi ſe ad aquam auertendam accingere. Decimo huius belli anno reliquis abrogatis magiſtratibus, dictator ab ſenatu Camillus dictus, magiſtrum equitum dixit Cornelium Scipionem. inde pro imperio vota nuncupauit, ſi huiuſce belli fauſtum exitum dii dediſſent, ludos magnos ſe facturum, ædemque deæ, quam Matutam matrem vocant Romani, dedicaturum. Hanc, ſi ceremonias reſpicias ſacrorum eius, Leucotheam ſane cenſeas eſſe. Ancillam enim in penetralia abductam cædunt alapis, poſt expellunt eam, fratrumque liberos amplectuntur præ ſuis. In ſacrificio imitantur nutricum Liberi patris geſtus atque Inus pellicis cauſa caſus. Votis ſuſceptis fecit in fines Faliſcorum Camillus expeditionem, eoſque atque anxiliares eorum Capenates magno fudit prælio. Mox ad obſidionem conuerſus Veiorum, quum difficilem murorum oppugnationem cerneret & arduam, cuniculos, acceptante foſſuram circa vrbem humo, vt deprimi eatenus opus poſſet, ne animaduerteretur ab hoſtibus, egit. Quod vbi ex voto ſucceſſit, vt ad muros eliceret hoſtem, vrbem propalam aggreditur. Alii per cæcos cuniculos clam Iunonis ædem, quæ in arce erat, multo omnium ampliſſimam eius vrbis celebratiſſimamque, occupant. Quo tempore ferunt, rege Hetruſcorum ſacrificante, aruſpicem extis intentum exclamaſſe, qui hoſtiæ eius exta proſecuiſſet, ei victoriam deos ſpondere: eamque vocem, qui in cuniculo erant, Romanos excepiſſe, ac proruto pauimento, cum clamore ac crepitu armorum proſiliſſe, hoſtibuſq; expaueſcentibus ac fugientibus corripuiſſe exta, & Camillo obtuliſſe. Cæterum hæc fabuloſa videantur. Vrbe expugnata, militibuſque ingentem egerentibus prędam, contemplans ex arce cuncta Camillus, primum illacrymauit: deinde, quum celebraretur à circumſtantibus felicitas eius, manus ad cœlum tollens precatus eſt, Iupiter Opt. Max. diiq; recte ac male factorum arbitri, haud vos latet non iniuſte nos, ſed neceſſitate compulſos ab infeſtorum & nefariorum hoſtium ciuitate perſequi pœnas. Siqua tamen nos manet viciſſim huius inuidia proſperitatis, oro vt eam luere ego pro vrbe exercituque Romano quamminimo meo priuato incommodo valeam. Simul atq; ita fatus eſt, (vt in more eſt Romanis, à precibus & veneratione deorum ſeſe conuertere dextrorſum,) dum circumagit ſe, prolabitur. Perculſis illis qui aderant, quum humo erexiſſet ſe, Ab immenſa felicitate, inquit, leui ex voto defunctus ſum caſu. Vrbe direpta,

A ταῦτα τῇ συγκλήτῳ πυθομένῃ, καὶ ἅμα πρεσβύσῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξε, πέμψαντας εἰς Δελφοὺς ἐρέσθαι τὸ θεόν. οἱ δὲ πεμφθέντες, ἄνδρες ἔνδοξοι καὶ μεγάλοι, Κόσσος Λικίνιος καὶ Οὐαλέριος Ποῖτος, καὶ Φάβιος Ἄμβουστος, πλῷ τε χρησάμενοι καὶ τοῦ θεοῦ τυχόντες, ἦκον ἄλλας τε πολυτείας κομίζοντες, αἱ πατρίων τινῶν περὶ τὰς καλουμένας Λατίνας ἑορτὰς ὀλιγωρίαν ἔφραζον αὐτοῖς, καὶ ὅ τῆς Ἀλβανίδος ὕδωρ σκέλλον, εἴργοντας ὡς αὐχοῦν ὄντ' θαλάσσης ἄνωθεν εἰς τὸ ἀρχαῖον πόρον, ἢ τοῦτο μὴ δυναμένοις, ὀρύγμασι καὶ τάφροις παράγειν εἰς τὸ πεδίον καὶ κατοικαλίσκειν. ἀπαγγελθέντων δὲ

B τούτων οἱ μὲν ἱερεῖς τὰ περὶ τὰς θυσίας ἔπρασσον, ὁ δὲ δῆμος ἐχώρει πρὸς τὰ ἔργα, καὶ τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπεν. ἡ δὲ σύγκλητος εἰς τὸ δέκατον ἔτος τοῦ πολέμου καταλύσασα τὰς ἄλλας ἀρχάς, δικτάτορα Κάμιλλον ἀπέδειξεν· ἵππαρχον δὲ ἑκάστου αὐτῷ προσελόμενος Κορνήλιον Σκιπίωνα, πρῶτον μὲν ὑγιᾶς ἐποιήσατο τοῖς θεοῖς, ὅτι τῷ πολέμῳ τέλος εὐκλεὲς λαβόντι τὰς μεγάλας θεὰς ἄξειν, καὶ νεὼν θεᾶς ἣν μητέρα Ματοῦτα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καθιερώσειν. ταύτῃ δὴ τις ἀπὸ τῶν δρωμένων ἱερῶν μάλιστα Λευκοθέαν νομίσειεν εἶναι. καὶ τὴν

C θεραπαινὶς εἰς τὸν σηκὸν εἰσάγουσα ῥαπίζουσιν, εἶτα ἐξελαύνουσι, καὶ τὰ τοῦ ἀδελφοῦ τέκνα περὶ τοῦ ἰδίου ἀναλαμβάνοντα, καὶ δρῶσι περὶ τὴν θυσίαν ἃ ταῖς Διονύσου τροφοῖς, καὶ τοῖς ἅμα τῇ παλλακῇ πάθεσι τῆς Ἰνοῦς προσέοικε. μετὰ δὲ ταῦτα Κάμιλλος εἰς τὴν Φαλίσκων ἐνέβαλε, καὶ μάχῃ μεγάλῃ πύτοις τε καὶ Καπηνάτας προσβοηθήσαντας, αὐτοῖς ἐνίκησεν· ἔπειτα πρὸς τὴν πολιορκίαν παρόμενος τῶν Βηίων, καὶ τὸν ἐκ προσβολῆς ἀγῶνα χαλεπὸν καὶ δύσεργον ὁρῶν, ὑπονόμους ἔτεμνε, τοῦ περὶ τὴν πόλιν χωρίων ἐνδιδόντων

D τοῖς ὀρύγμασι, καὶ καταδεχομένων εἰς βάθος ἄγειν ἄδηλον τοῖς πολεμίοις τὰ ἔργα. διὸ προιούσης ὁδῷ τῆς ἐλπίδος, αὐτὸς μὲν ἔξωθεν προσέβαλλεν ἐκκαλούμενος ὅτι τὰ τείχη τοὺς πολεμίους· ἄλλοι δ' ἀδήλως ὑποπορευόμενοι διὰ τοῦ ὑπονόμου, ἔλαθον ἐντὸς γενόμενοι τῆς ἄκρας, κατὰ Ἥρας ἱερόν, ὃ μέγιστον ἦν ἐν τῇ πόλει καὶ μάλιστα τιμώμενον. ἐνταῦθα λέγεται τυχεῖν κατ' ἐκεῖνο χωρεῖν τὸν ἡγεμόνα τῶν Τυρρηνῶν ὅτι ἱερεῖς· τὸν δὲ μάντιν εἰς τὰ σπλάγχνα κατιδόντα, καὶ μέγα φθεγξάμενον, εἰπεῖν ὅτι νικᾷ ὁ θεὸς δίδωσι τοῦ καταχολυθήσαντι τοῖς ἱερεῖς ἐκείνοις. ταύτης δὲ τῆς φωνῆς

E τοῖς ἐν τοῖς ὑπονόμοις Ῥωμαίοις ἐπακούσαντας, ταχὺ δραμεῖν τὸ ἔδαφος. καὶ μετὰ βοῆς καὶ ψόφου τῶν ὅπλων ἀναδοθέντας, ἐκπλαγέντων τῶν πολεμίων καὶ φυγόντων, ἁρπάσαντας τὰ σπλάγχνα, κομίσαι πρὸς τὸν Κάμιλλον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐοικέναι δόξει μυθεύμασιν. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως κατὰ κράτος, καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀγόντων καὶ φερόντων ἄπειρόν τινα πλοῦτον, ἐφορῶν ὁ Κάμιλλος ἀπὸ τῆς ἄκρας τὸ παρεστῶμενα, πρῶτον μὲν ἐπὶ πολὺ ἐδάκρυσεν, εἶτα μακαριστὸς ὑπὸ τῶν παρόντων, ἀνέβλεψε τὰς χεῖρας τοῖς θεοῖς, καὶ προσευχόμενος εἶπε, Ζεῦ μέγιστε, καὶ θεοὶ γενικοὶ ἐπίσκοποι καὶ πονηρῶν ἔργων, αὐτοί που σώσετε Ῥωμαίοις ὡς οὐ δικαίως, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκην ἀμυνόμενοι, μετερχόμεθα δυσμενῶν ἀνδρῶν καὶ πολεμίων πόλιν. εἰ δ' ἄρα τις (ἔφη) καὶ ἡμῖν ἀντίστροφος

F ὀφείλεται τῆς παρούσης νέμεσις εὐπραξίας, εὔχομαι ταύτῃ ὑπὲρ τε πόλεως καὶ στρατοῦ Ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι. ταῦτ' εἰπών, (καθάπερ ὅτι Ῥωμαίοις ἔθος ἐπευξαμένοις καὶ προσκυνήσασιν ὅτι δεξιὰ ὀξελίττειν,) ἐσφάλη πρὸς δεξιὰ στρεφόμενος. ἅμα πεσόντων δὲ τῶν παρόντων, πάλιν ἀναλαβὼν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ πτώματος, εἶπεν ὡς γέγονεν αὐτῷ κατ' εὐχὴν σφάλμα μικρὸν, ἐπ' εὐτυχίᾳ μεγίστῃ. ἅμα πορθήσας δὲ τὴν πόλιν,

ἔγνω δ' ἄγαλμα τῆς Ἥρας μεταφέρειν εἰς Ῥώμην, ὥσπερ ηὔξατο. καὶ συνιόντων ὅτι τούτῳ τῶν τεχνιτῶν, ὁ μὲν ἔθυε καὶ προσηύχετο τῇ θεῷ, δέχεσθαί τε τὴν προθυμίαν αὐτῶν, καὶ μὴ χαλεπῶς τε φέρειν συνοικοῦσαν τοῖς λαχοῦσι τὴν Ῥώμην θεοῖς. ὃ δὴ ἄγαλμα φασὶν ὑποφθεγξάμενον εἰπεῖν ὅτι καὶ βούλεται καὶ συγκατανεύει. Λιούιος δ' φησὶν εὔχεσθαι μὲν τὸν Κάμιλλον ἀπόμενον τῆς θεοῦ καὶ προσκαλεῖν, ἀποκρίνασθαι δὲ τινας τῶν παρόντων ὅτι καὶ βούλεται καὶ συγκατανεύει, καὶ συνακολουθεῖ προθύμως. οἱ δ' ἰσχυριζόμενοι καὶ τῷ παραδόξῳ βοηθοῦντες, μεγίστην μὲν ἔχουσι συνήγορον τὴν τύχην τῆς πόλεως, ἐκ σμικρᾶς καὶ καταφρονουμένης ἀρχῆς ὅτι μέγα δόξης καὶ δυνάμεως προελθεῖν, εἶτα θεοῦ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ὅτι φανείαις ἑκάστοτε συμπαρόντος, ἀμήχανον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συνάχθεσιν ὁμολογοῦσί τινα, τοῦτο μὲν, ἱδρῶτας ἀγαλμάτων πολλάκις ἐκχυθέντας, τοῦτο δ', στεναγμοὺς ἀκουσθέντας, ἀποστροφάς τε δεικνυούσας, καὶ καταμυήσεις ξοάνων, ἃς ἱστορήκασιν οὐκ ὀλίγον τῶν παλαιοτέρων· πολλὰ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκηκοότες αὐθέκαστα λέγειν ἔχομεν ἄξια θαύματος, ὧν οὐκ ἄν τις εἰκῇ καταφρονήσειεν. ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις καὶ ὅ τις δύνασφόδρα, καὶ ὅ λίαν ἀπιστεῖν, ὅπισφαλές ἐστι, δεῖ τὴν αὐθεκαστίνων ἀθένειαν, ὅ,τι οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ κρατοῦσαν αὐτῶν, ἀλλ' ἐκφερομένων ὅπου μὲν εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τύφον, ὅπου δὲ εἰς ὀλιγωρίαν τῶν θείων καὶ παρεφρόνησιν. ἡ δὲ ἀλάθεια, καὶ ὅ μηδὲν ἄγαν, ἄριστον· ὁ δὲ Κάμιλλος, εἴτε μεγέθει τοῦ ἔργου, πόλιν ἀνίκητον τῆς Ῥώμης ἔτει δεκάτῳ τῆς πολιορκίας καθηρηκώς, εἴτε ὑπὸ τῶν δαιμονιζόντων αὐτὸν, εἰς ὄγκον ἐξαρθεὶς καὶ φρόνημα νομίμου καὶ πολιτικῆς ἀρχῆς ἐπαθέστερον, τά τε ἄλλα σοβαρῶς ἐθριάμβευσε, καὶ τέθριππον ὑποζεύξαμενος λευκοπῶλον ἐπέβη, καὶ διεξῆλασε τῆς Ῥώμης, οὐδενὸς τοῦτο ποιήσαντος ἡγεμόνος πρότερον οὐδ' ὕστερον. ἱερὸν γὰρ ἡγοῦνται τὸ τοιοῦτον ὄχημα, τῷ βασιλῆ καὶ πατρὶ τῶν θεῶν ὅτι πεφημισμένον. ἔκ τε δὴ τούτου διεβλήθη πρὸς τοὺς πολίτας οὐκ εἰθισμένους ὑπερυφᾶσθαι, καὶ δευτέραν ἔλαβεν αἰτίαν, ὑπισχόμενος νόμῳ διοικίζοντι τὴν πόλιν. εἰσηγοῦντο γὰρ οἱ δημαρχοι τόν τε δῆμον καὶ τὴν σύγκλητον εἰς μέρη δύο νεμηθῆναι, καὶ τοὺς μὲν αὐτόθι κατοικεῖν, τοὺς δὲ κληρῷ λαχόντας, εἰς τὴν αἰχμάλωτον μεταστῆναι πόλιν, ὡς εὐπορωτέρων ἐσομένων, καὶ δυσὶ μεγάλοις καὶ καλοῖς ἄστεσι τήν τε χώραν ὁμοῦ καὶ τὴν ἄλλην εὐδαιμονίαν φυλαττόντων. ὁ μὲν οὖν δῆμος ἤδη πολὺ γεγονὼς καὶ χρηματισάμενος, ἐδέξατο, καὶ συνεχῆς ἦν τοῖς περὶ τὸ βῆμα θορύβοις, αὐτῶν τὴν ψῆφον· ἡ δὲ βουλὴ, καὶ τῶν ἄλλων οἱ κεφαλαιοτεροι πολιτῶν, οὐ διαίρεσιν ἀλλ' ἀναίρεσιν ἡγούμενοι τῆς Ῥώμης πολιτεύεσθαι τοὺς δημάρχους, καὶ δυσανασχετοῦντες, ὅτι τὸν Κάμιλλον κατέφυγον. κἀκεῖνος ὁρῶν τὸν ἀγῶνα, προφάσεις ἐνέβαλε τῷ δήμῳ καὶ ἀσχολίας, δι' ὧν ἀεὶ τὸν νόμον ἐξέκρουεν. ἐν μὲν οὖν τούτοις λυπηρός. ἡ δὲ φανερωτάτη καὶ μεγίστη τῶν ἀπεχθειῶν αὐτῷ πρὸς τὸν δῆμον ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν λαφύρων ὑπῆρξεν, οὐκ ἄλογον, εἰ καὶ μὴ πάνυ δικαίως, ἀρχὴν τῶν πολλῶν λαβόντων. ηὔξατο μὲν γὰρ, ὅτι τοὺς Βηΐους (ὡς ἔοικε) βαδίζων, εἰ τὴν πόλιν ἕλοιτο, θεῷ τούτῳ τὴν δεκάτην καθιερώσειν. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως καὶ διαρπαθείσης, εἴτ' ὀκνήσας ἀποχλῆσαι τοῖς πολίταις, εἴτε λήθη τις αὐτὸν ὑπὸ τῶν παρόντων πραγμάτων ἔλαβε, τὴν ἐν χῇ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἤδη πεπαυμένος, ἀνέβαλε περὶ τούτων εἰς τὴν σύγκλητον· εἶτα μαντεῖς ἤγγελον ὅτι τοῖς ἱερεῖς προφαίνεσθαι θεὸν μῆνιν,

A Iunonis signum Romam deportare, vt vouerat, visum est. Conuocatis ad id artificibus, Camillus sacra fecit, precatusque Deam vt studium amplectereturRomanorum, volensq; & propitia diisRomam incolentibus commigraret. Signum ferunt summissa voce velle & annuere dixisse. Liuius tradit inter precandum attrectasse Camillum Deam & inuitasse: inde velle & annuere ac sequi libentem respondisse ex adstantibus nonnullos, cæterum hoc miraculum adstruentibus & defendentibus fortuna magnopere suffragatur vrbis, quę ex paruo & humili exordio, sine numinis perpetuo ex multis & magnis signis præsentis fauore, euadere ad eam gloriam & potentiam haudquaquam potuisset. Adferunt præterea non absimilia, sudasse sæpe simulacra, aliquando gemitus edidisse, visasq; eas etiam aduertisse se & nictatas esse, quæ nõ pauci veterum memoriæ prodiderunt. Multa itẽ, quæ accepimus ex nostræ memoriæ hominibus, habemus referre miranda, quæ non contemnas facile. Cæterum fidem iis adhibere vel detrahere nimiam, anceps sit humanam ob imbecillitatem, quæ nullis certis circumscripta cancellis est, neq; sui compos, sed recedit modo in superstitionem & vanitatem, modo in deorum neglectum & fastidium. Præstat autem cautio & mediocritas. At Camillus, siue rerum gestarum magnitudine, quod vrbem Romæ æmulam deleuisset in decimum annum obsessam, siue ab adulatoribus inflatus, maiores spiritus sustulit quam pro legitimo & ciuili magistratu: triumphum duxit cum alias superbũ, tum quod curru quatuor iuncto equis albis sit inuectus, nullo exemplo vel priorum vel insequentium imperatorum. Sacrum enim eum currum habent deorum regi & patri dicatum. Quare ciues alienæ insuetos insolentiæ offendit. Accessit huc altera causa, quod legem, qua populus distrahebatur, impediret. Si quidem ferebant tribuni vt plebs & senatus diuiderentur, pars Romæ remaneret, in captam vrbem pars cui obuenisset sorte, transmigraret. Ita fore opulentiores, qui magnis duabus & ornatis vrbibus, simulq; agris essent & reliquis opibus fruituri. Plebs, quæ admodum iam aucta erat & locupletata, actiones eas approbabat tribunorum, neque desistebat tumultuari in concionibus, postulans vt in suffragia mitteretur. At senatus cum optimatibus non populi diuisionem tribunos, sed euersionem moliri vrbis Romæ existimans, Camilli anxius implorat opem. Ille certamen formidans, moras plebi impedimentaque, quibus de die in diem reiiceret rogationem, nectebat. Atque hac quidem re offendit vulgus. Prædæ vero decima pars eum in apertissimum & acerrimum plebis odium, quum ansam illa, si non vndequaque iustam, non leuem haberet certe, coniecit, Quippe quum Veios peteret, si vrbe potitus esset, Apollini decimam partem se vouerat sacraturum. Vrbe capta & direpta, siue interpellare ciues dubitauit, siue rebus præsentibus distento voti effluxit memoria, concessit illis prędam. Postquam se dictatura iam abdicauit, retulit hac de re ad senatum: & aruspices in victimis obnuntiauerunt portendi deorum iram,

ἰλασμοῦ

quæ expiationibus & piaculis esset placanda. Tum senatusconsultum factum est, non quin præda maneret diuisa, (neque enim fieri commodè aliter poterat) sed vt prædæ, quam quisque habuisset, partem decimam iuratus in medium conferret. Fuit id acerbum magnopere & graue militibus, hominibus egenis, post labores exudatos multos, eorum quæ quæsiuerant & iam absumpserant, tantam cogi inferre portionem. Quorum tumultu quum Camillus vndique percelleretur, neque causam expediret commodiorem, descendit ad ineptissimam, oblitum se voti confessus. Illi verò fremebant, eum qui votum conceperat de rerum hostilium sacranda decima, nunc eam cogere ex fortunis ciuium. Attamen ex iis quæ omnes pro rata quisque contulerunt, decreuerunt crateram auream faciendam & Delphos mittendam. Quia verò auri Romæ copia deerat, magistratibus vnde compararent consultantibus, matronę vltrò, cœtibus ad eam deliberationem habitis, aurea ornamenta corpori suo dicata omnia, octo talentorum pondere, accommodauerunt ad donum. Honos iis à senatu meritus est habitus, decreto vt in matronarum laudem oratio funebris, vt fieri viris solet, (neque enim laudari publicè fœminam defunctam antè fuerat receptum) haberetur. Inde ex principibus tres oratores in naui longa, viris delectis instructa & ornatu solenni, Delphos mittunt. Erat autem & hyems & cœlum serenum. At operæpretium est audire quemadmodum illi in summum adducti periculum, præter spem tamen euaserint. Liparensium naues eos ad Æoli insulas vento destitutos pro prædonibus persequebantur. Qui vbi supplices manus tetenderunt, à vi quidem abstinuerũt illi, sed nauem alligatam deuexerunt in portum. Quum autem piratica iudicassent, & res atque corpora sub hasta venderent, ęgrè vnius virtute & autoritate viri Timosithei sunt prætoris inducti vt dimitterent eos, quos est cum præsidio etiam nauium suarum prosequutus, adiutorq; in dedicando dono fuit. Quæ res meritò ei Romæ honori cessit. Tribunis plebis postea rogationem de transmigrando Veios renouantibus, quòd in tempore aduersus Faliscos exortum bellum esset, comitia in principum fuerunt potestate, quibus cum aliis quinque tribunus militum Camillus creatur. Quippe ducem res postulabant autoritate & nomine cum rerum vsu præditum. Postquam suffragia dedit populus, Camillus, exercitu cõscripto, mouit in Faliscos, vrbemq; munitam atq; omnibus ad bellum necessariis instructam circumsedit Falerios. Quanquam autem capi vrbem nec procliue erat, nec breuis esse perspiceret spatii, parabat versare tamen ciues & distinere, ne domi resides, tribunorum plebis intenderent concionibus & seditionibus. Quo remedio ferè semper vtebantur, medicorum more, ad motus turbulentos ex ciuitate propellendos. Falisci autem, quibus septos vndiq; credebant se, munitionibus freti, vsq; adeò contemnebant obsidionem, vt præter stationes in muris dispositas togati per vrbem reliqui obseruarentur, liberiq; eorum circa ludos literarios frequentes essent, & circa muros ambulationis exercitationisq; causa producerẽtur à magistro. Communi enim demandabant, Græcorũ more, Falisci liberos, vt iisdẽ à prima ætate rudimentis contubernioq; assuescerent.

A ἱλασμοῦ καὶ χαριστηρίων δεομένῳ. ψηφισαμένης δ' τῆς βουλῆς τὴν μὴν ὠφέλειαν, (χαλεπὸν γὰρ ἦν ἀνάδασον μὴ γενέσθαι) τοὺς δὲ λαβόντας αὐτοὺς σὺν ὅρκῳ τὴν δεκάτην παραφέρειν εἰς μέσον ἐγίνετο πολλὰ λυπηρὰ καὶ βίαια τοῖς στρατιώταις, δυσθεώτους πένητας καὶ πολλὰ πεπονηκότας, ἀναλισκομένους ὧν ἐκέκτηντο καὶ κατεκέχρηντο, μέρος εἰσφέρειν τοσοῦτον. θορυβουμένῳ δ' ἐπ' αὐτῷ τῷ Καμίλλῳ, καὶ παραφάσεως ἀπορουντι βελτίονος, εἰς τὸν ἀποπάτου τῶν λόγων συνέβαινε καταφυγεῖν, ὁμολογοῦντι ὑπιλαθέσθαι τῆς εὐχῆς. οἱ δ' ἐχαλέπαινον, εἰ τὰ τῶν πολεμίων δε-
B κατεύειν ἠξίουν τότε, νῦν δεκατεύειν τὰ τῶν πολιτῶν. οὐ μὴν ἀλλὰ πάντων ὅσον ἔδει μέρος εἰσενεγκόντων, ἐδόξε κρατῆρα χρυσοῦν κατασκευάσαντας, εἰς Δελφοὺς ἀποστεῖλαι. χρυσίου δ' οὐ παρόντος τῇ πόλει, καὶ τῶν ἀρχόντων ὅθεν εὐπορεῖν σκοπούντων, αἱ γυναῖκες αὐταὶ καθ' αὑτὰς βουλευσάμεναι, τὸν ὄντα χρυσοῦν ἑκάστη τοῦ σῶμα κόσμον ἐπέδοσαν εἰς τὸ ἀνάθημα, σταθμῷ χρυσίου γενόμενον ὀκτὼ ταλάντων. καὶ ταύταις μὴν ἡ σύγκλητος ἀποδιδοῦσα τιμὴν πρέπουσαν, ἐψηφίσατο μετ' θάνατον, ὥσπερ ἐπὶ τοῖς ἀνδράσι, καὶ ταῖς γυναιξὶ λέγεσθαι τὸν ἄξιον ἔπαινον. οὐ
C γὰρ ἦν εἰθισμένον πρότερον ἐγκωμιάζεσθαι γυναῖκα δημοσίᾳ, τελευτήσασαν. ἑλόμενοι δὲ τρεῖς ἄνδρας ἐκ τῶν πρέσβεων τριήρεσι, καὶ ναῦν μακρὰν εὐανδροῦντι πληρώματι καὶ κόσμῳ πανηγυρικῷ κατασκευάσαντες ἐξέπεμψαν. ἦν δ' ἄρα καὶ χειμὼν, καὶ γαλήνη θαλάσσης. ἐργαλέον ὡς ἐκείνοις συνέτυχε τότε παρ' ὀλίγον ἐλθόντας ἀπολέσθαι, διαφυγεῖν αὖθις ἀπροσδοκήτως τὸν κίνδυνον. ἐπέπλευσαν γὰρ αὐτοῖς Λιπαρέων πειρατεῖς πρὸς τὰς Αἰόλου νήσους, τοῦ πνεύματος ἐκλιπόντος ὡς λῃσταῖς. δεομένων δ' καὶ προσιόντων χεῖρας ἐμβολῆς μὴν ἔχοντο, τὴν δὲ ναῦν ἀναφάμενοι καταγαγόντες, ἐπεκήρυττον ἅμα καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ σώματα, πραγματικὰ κρίναντες εἶναι. μόλις δ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετῇ καὶ δυνάμει Τιμησιθέου τοῦ στρατηγοῦ πραθέντες, μεθῆκαν. ὃς καὶ παρεκκαλέσας ἴδιον πλοῖα παρέπεμψε, καὶ συνεκτέρωσε τὸ ἀνάθημα· δι' ὃ καὶ τιμὰς ἔχει ἀξίας ἐν Ῥώμῃ. τοῦ δ' δημάρχων αὖθις ἐπεγείροντων περὶ τοῦ διοικισμοῦ νόμου, ὁ πρὸς Φαλίσκους πόλεμος ἐν καιρῷ παραφανεὶς, ἔδωκε τοῖς πρώτοις ἀνδράσιν ἀναχαρεσάσαι κατ' γνώμην. καὶ Κάμιλλον ἀπέδειξε μετ' ἑτέρων πέντε χιλίαρχον, ὡς τῶν πραγμάτων ἡγεμόνος δεομένων ἀξίωμα καὶ δόξαν μετ' ἐμπειρίας ἔχοντος.
E ψηφισαμένου δ' τοῦ δήμου, λαβὼν δυνάμιν ὁ Κάμιλλος, εἰς τὴν Φαλίσκων ἐνέβαλε· καὶ πόλιν ἐρυμνὴν καὶ κατεσκευασμένην πᾶσιν εἰς πόλεμον καλῶς, Φαλερείους, ἐπολιόρκει· τὸ μὲν ἑλεῖν οὐ μικρὸν ἔργον, οὐδὲ χρόνου τοῦ τυχόντος ἠθύμουν, ἄλλως δὲ τρίβειν τοὺς πολίτας καὶ πρόσοδον βουλόμενος, ὡς μὴ φλυαρεῖν, οἴκοι καθήμενοι, δημαγωγεῖσθαι καὶ στασιάζειν· ὑπεφκῶς γὰρ ἀεὶ φαρμάκῳ τούτῳ χρώμενοι διετέλουν, ὥσπερ ἰατροὶ, τὰ πρακτικὰ πάθη τῆς πολιτείας, ἔξω βέποντες. οὕτως δὲ τῆς πολιορκίας κατεφρόνουν οἱ Φαλέριοι, τῷ πάντοθεν ἐξωχυρῶσθαι πιστεύοντες, ὥστε πλὴν τοῦ τὰ τείχη φυλαττόντων, τοὺς ἄλλους ἐν ἱματίοις κατὰ τὴν πόλιν διαστρέφεσθαι· τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν εἴς τε τὰ διδασκαλεῖα φοιτᾶν, καὶ περὶ τὰ τείχη περιπατήσοντας καὶ γυμνασομένους ὑπὸ τοῦ διδασκάλου καταβιβάζεσθαι. κοινῷ γὰρ ἐχρῶντο τῷ διδασκάλῳ, ὥσπερ Ἕλληνες, οἱ Φαλέ-

ειοι, βουλόμενοι συνδέφεσθαι καὶ συναγελάζεσθαι μετ' ἀλ-
λήλων αὐτοὺς ἐξ ἀρχῆς τοὺς παῖδας. ὅτε οὖν ὁ διδάσκα-
λος ἐπιβουλεύων τοῖς Φαλερίοις διὰ τῶν παίδων, ἐξῆγεν αὐ-
τοὺς ἡμέρας ἑκάστης ἔξω τοῦ τείχους, ἐγγὺς τοπεῖον, εἶτα
ἀπῆγεν αὖθις εἴσω γυμνασαμένους. οὐκ ἐν τούτοις μικρὸν
ἐπάγων εἰθίσει θαρρεῖν, ὡς πολλῆς οὔσης ἀδείας· καὶ τέλος
ἔχων ἀπόνοιαν, εἰς τοὺς προφύλακας τῶν Ῥωμαίων ἐνέβα-
λε, καὶ παρέδωκεν, ἄγων κελεύσας πρὸς τὸν Κάμιλλον.
ἀγθεὶς δὲ καὶ καταστὰς εἰς μέσον, ἔλεγε παιδαγωγὸς μὲν εἶ καὶ
διδάσκαλος, τιμῶν δὲ πρὸς ἐκεῖνον χάριν αὐτὸ τούτων ἑλόμε-
νος τῶν δικαίων, ἥκειν αὐτῷ τὴν πόλιν ἐν τοῖς παισὶ κομίζων. δει-
νὸν οὖν ἀκούσαντι τὸ ἔργον ἐφάνη Καμίλλῳ· καὶ πρὸς τοὺς
παρόντας εἰπὼν ὡς χαλεπὸν μὲν ἐστι πόλεμος, καὶ διὰ πολ-
λῆς ἀδικίας καὶ βιαίων προαγόμενος ἔργων, εἰσὶ δὲ καὶ πολέ-
μων ὅμως τινὲς νόμοι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι· καὶ τὸ νικᾶν οὐχ
οὕτω διωκτέον ὥστε μὴ φεύγειν τὰς ἐκ κακῶν ἢ ἀσεβῶν ἔρ-
γων χάριτας· (ἀρετῇ γὰρ οἰκείᾳ τὸ μέγιστον κρατηθέν, οὐκ
ἀλλοτρίᾳ θαρροῦντα κακίᾳ, χρῆσθαι κρατοῦν) προσέ-
ταξε τοῖς ὑπηρέταις, τὸν μὲν αὐθέκαστον καταρρηγνύναι τὰ
ἱμάτια, καὶ τὰς χεῖρας ὀπίσω δεῖν, τοῖς δὲ παισὶ διδόναι
ῥάβδους καὶ μάστιγας, ὅπως κολάζοντες τὸν προδότην, ἐ-
λαύνωσιν εἰς τὴν πόλιν. ἔτι τῶν Φαλερίων ἠθημένων
τὴν τοῦ διδασκάλου προδοσίαν, καὶ τὴν μὲν πόλιν, οἷς εἰ-
κὸς, ὑπὸ συμφορᾶς τηλικαύτης θρηνοῦν καταλαβούσης, ἄνδρας
δὲ δοκίμους καὶ γυναῖκας ἐπὶ τὰ τείχη καὶ τὰς πύλας συν-
δραμόντας θορυβῶν, προσῆγον οἱ παῖδες τὸν διδάσ-
καλον, γυμνὸν καὶ δεδεμένον προσπελακίζοντες, τὸν δὲ Κά-
μιλλον, σωτῆρα καὶ θεὸν καὶ πατέρα ἀνακαλοῦντες· ὥστε
μὴ μόνον τοῖς γονεῦσι τῶν παίδων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πο-
λίταις ταῦτ' ὀφθῆναι θαυμάσαι καὶ πόθον ἐμπεσεῖν τοῦ τοῦ Κα-
μίλλου δικαιοσύνης. καὶ συνδραμόντες εἰς ἐκκλησίαν πρέ-
σβεις ἔπεμψαν ἐκείνῳ, τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέποντες, οὓς ὁ
Κάμιλλος ἀπέστελλεν εἰς Ῥώμην. ἐν δὲ τῇ βουλῇ καθε-
σάντες εἶπον ὅτι Ῥωμαῖοι τῆς νίκης τῷ δικαιοσύνῃ προ-
ῃρήσαντες, ἐδίδαξαν αὐτοὺς τῷ πάντων ἀγαπῆσαι πρὸ τῆς
ἐλευθερίας, οὐ πρότερον τῇ δυνάμει λείπεσθαι δοκοῦντας ὅ-
σον ἡττᾶσθαι τῆς ἀρετῆς ὁμολογοῦντας. ἀποδοῦσης δὲ τῆς βου-
λῆς πάλιν ἐκείνῳ τὸ κρῖναι καὶ διαιτῆσαι ταῦτα, χρήματα
λαβὼν παρὰ τῶν Φαλερίων, καὶ φιλίαν πρὸς ἀπόνοιαν Φα-
λίσκοις θέμενος, ἀνεχώρησεν. οἱ δὲ στρατιῶται διαρπάσαν προσ-
δοκήσαντες τοὺς Φαλερίους ὡς ἐπανῆλθον εἰς Ῥώμην κενοῖς
χεροὶ, κατηγόρουν τοῦ Καμίλλου πρὸς τοὺς ἄλλους πολίτας
ὡς μισοδήμου, καὶ φθονήσαντος ὠφεληθῆναι τοῖς πένησιν. ἐ-
πεὶ δὲ τοῦ διοικισμοῦ νόμον οἱ δημαρχοῦντες, αὖθις ἐπὶ τὴν ψῆφον κάλουν τὸν δῆμον, ὁ δὲ Κάμιλλος τοῦδε
μιᾶς ἀπειθείας τοῦδε παρρησίας φεισάμενος, ἐφάνη μάλιστα
πάντων ἐκβιαζόμενος τοὺς πολλοὺς, τὸν μὲν νόμον ἄκοντες
ἀπεψηφίσαντο, τὸν δὲ Κάμιλλον δι' ὀργῆς εἶχον. ὥστε καὶ δυσ-
A Senatu cueſtigio conuocato, Camilli annuntiat victoriam adhuc ignaris, & mandata exercitus edit, admonens vt imperium Camillo, quod vni illi abſentes milites dicto fore audientes viderentur, confirmarent. His acceptis, ac re deliberata, dictatorem Camillum dicunt, Pontiumq; eadem remittunt. Is pari fortuna & hoſtes fefellit, & ciuibus qui extra vrbem erant retulit ſenatus decretum. Camillus magna lætitia receptus ab iis, inuenit iam viginti millia armatorum, maiorem numerum ipſe ex ſociis conſcripſit, & ad Gallos adoriendos expediebat ſe. Ita Camillus dictator iterum
B dictus, Veios profectus concionem ad milites habuit, ibidemque maioribus copiis ex ſociis contractis, ſtatuit aggredi hoſtem. Romæ barbari, qua Pontius nocte Capitolium ſuperauerat, tranſeuntes animaduertunt paſſim pedum veſtigia & manuum, vt quodque vel apprehenderat vel complexus fuerat, paſſim etiam diruptis innatorum obtritus & terræ procidua, renuntiantque regi. Ille locum ipſum contemplatus, in præſentia tacuit. Sub noctem expeditiſſimo quoque de ſuis, & montibus maxime aſſueto, delecto: Viam nobis, inquit, quam ignorabamus, ad ſe hoſtes ipſi
C demonſtrant non inuiam neque inacceſſam eſſe hominibus. Pudendum autem ſit, quum habeas principium, exitum non perſequi, & a loco abſtinere tanquam inexpugnabili, quum qua capi poſſit, ipſe ſuggerat hoſtis. Nam qua vni procliuis aſcenſus, illac nec multis eſt ſingulatim arduus: imo qui ſimul aggrediuntur, multum alterni innixi ſubleuanteſque mutuo habent adminiculi. Præmia autem & honores pro cuiuſque merito habebuntur. Ita rege fato, Galli prompte operam ſuam polliciti ſunt. Noctis conticinio multi ſimul cœperunt ſilenti agmine petram ſcandere. Qui, quãquam cum locis præruptis, & confragoſis colluctabantur, ſpe tamen molliora tentantibus & pro-
D niora erant. Itaque primi vbi verticem attigerunt, atque ſe in ordinem diſpoſuerunt, tantum non murum tenuerunt, ſtationemque inuaſerunt ſopitam. nam nec homo eos nec canis ſenſit. Sacri anſeres ad ædem Iunonis alebantur alias liberaliter, tunc parce, & anguſto ſuppeditante ipſis commeatu neglecti affligebantur. Eſt autem illud animal alioqui ſua ſponte acris auditus, & ad omnem ſtrepitum expaueſcens. Hos, & inedia inſomnes & turbidos, minime Gallorum ingreſſus fefellit, ſed, curſu & clangore delati ad
E Romanos, omnes excitauerunt. Et iam barbari quoque vt ſenſerunt ſe detectos, ingentem ſuſtollentes clamorem, maiore vi intulerunt ſeſe. Romani raptis confeſtim armis, quæ cuique obuia erant ex præſenti copia, obiiciunt ſe hoſtibus. Primus omnium Manlius, vir conſularis, cum corpore valido tum animo inſigni, duobus ſimul hoſtibus occurrens, alterius, qui ſuſtulerat ſecurim, quam copida vocant, dexteram eius enſe amputat: alterum, vmbone in faciem ictum, retro præcipitat de ſaxo. Inde muro ſuperſtans cum iis quos feſtinatio ei aggregauit, paucos reliquos, qui aſcenderant, quum
F nihil deſignaſſent memorabile, deturbat.

Ita depulso periculo præfectum vigilum prima luce præcipitant de saxo ad ima. Manlio victoriæ præmium honore quam emolumento amplius decernunt, cui omnes, quantum quisque in diem commeatus recipiebat, selibras farris, vel quartarios vini contulere. Inde cœperunt Galli cadere animis. Etenim tum annona eos premebat angustior, quod timor arceret eos à frumentando, Camilli: tum morbus in eos vulgabatur ex cadauerib̃us promiscue aceruatis, castra habentes inter rudera, cinerisque cumuli aera torridum acremque, quum quid venti motum esset excitantis vapore corpora, inter respirandum affecerunt. Præcipue natiui cæli commutatio, quum ex locis vmbrosis & æstate amœnorum plenis recessuum, in humilem & grauem sub autumnum se coniecissent: & obsidio Capitolii, otiumque diuturnum (nam mensem iam septimum resides circumsidebant arcem) mouit eos, strageſque in castris tanta erat, vt ne sepelirentur quidem præ multitudine funera. Neque erant interim in meliore statu obsessi. Nam cum fames gliscebat, tum, quid ageret Camillus quia ignorabant, languescebant animis. Quia enim custodiebant barbari vrbem arcte, nemo valebat ad eos penetrare. Itaque in tali rerum vtrobiq; statu, qui in stationibus erant milites, intulerunt inter se primo de paciscendo mentionem. Quod vbi principibus placuit, inter Sulpitium tribunum militum & Brennum colloquio transacta res est, vt Romanus mille pondo auri daret: illi, vt his acceptis, statim vrbe & finibus decederent. His iureiurando firmatis, auroque apportato, pondera à Gallis allata iniqua, primum clam, mox aperte detractum lancis momentum, & peruersum est. Id Romanis indigne ferentibus, Gallus, addita insolentia & contumelia, gladium discinxit, quem vna cum balteo adiecit ponderibus. Tum Sulpitio quærente quid hoc rei esset, *Quid aliud*, inquit, *quam veh victis?* quod postea in prouerbium abiit. Apud Romanos alii indignati, censereque recepto abeundum auro esse, sustinendamque obsidionem: alii dissimulandam putare mediocrem iniuriam, nec probrum cumulo pretii attribuendum ipsis, qui vel aliquid dare, temporibus postulantibus, non honeste quidem, sed necessario sustinerent. Interea, dum Romani cum Gallis & inter se altercantur, venit Camillus cum exercitu ad portas. Qui, re intellecta quæ agebatur, iussit reliquos instructos composito gradu subsequi, ipse cum primorib. ad Romanos se actutum citato confert gradu. Romanis ei loco decedentib. recipientibusq; vt summum magistratum modeste & cum silentio, aurũ ex lance sublatum lictorib. tradit, trutinam & pondera recipere Gallis, & facessere iubet. Addit, ferro patriam non auro seruare Romanis solenne esse. Fremẽte Brenno, & contra pacta affici se iniuria conquerente, negat rite factam esse, neq; ratam pactionem. Se namq; creato dictatore, quum penes alium neminem imperiũ lege sit, cum iis quibus ius non esset pactos esse. Nunc dicendũ esse quid velint, se adesse penes quẽ arbitriũ lege sit petentib. veniã dandi, & suppliciũ sumendi, nisi pœniteat ab autorib̃.

A οὕτω δὲ τὸν κίνδυνον διεκφυγόντες, ἅμ' ἡμέρᾳ τὸν μὲν ἄρχοντα τῶν φυλάκων ἔρριψαν εἰς τοὺς πολεμίους κατὰ τῆς πέτρας, τῷ δὲ Μαλλίῳ τῆς νίκης ἀρετεῖα πρὸς τιμὴν μεγάλην μᾶλλον ἢ χρείαν ψηφισάμενοι, συνεισήνεγκαν ὅσον ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν εἰς βοφίν, σίτου μὲν ἡμίλιτρον βπιχωρίου (οὕτω γὰρ καλοῦσιν αὐτὸ) οἴνου δὲ κοτύλης Ἑλληνικῆς τέταρτον. ἐκ τούτου τὰ τῶν Κελτῶν ἦν ἀθυμότερα. καὶ γὰρ βπιτηδείων ἐπαπορίζον, εἰργόμενοι τῆς νομῆς, φόβῳ τοῦ Καμίλλου. καὶ νόσος ἐποιεῖτο αὐτοὺς, ἐν νεκρῶν πλήθει καὶ κόνει καταβεβλημένων, σκηνουντας ἐν ἐρειπίοις. τό, τε B βάθος τῆς τέφρας ἀέρα ξηρότητι καὶ δριμύτητι φαῦλον ὑπὸ πνευμάτων καὶ καυμάτων ἀναθυμιώσης, ἐλυμαίνετο τὰ σώματα διὰ τῆς ἀναπνοῆς, μάλιστα δ' ἡ μεταβολὴ τοῦ σκοτεῖνου διαίτης ἐκ τόπων σκιεροῦ καὶ θέρους καταφυγὰς ἀλύπους ἐχόντων ἐμβαλόντας εἰς χώραν ταπεινὴν, καὶ κεκαυμένην ἀφυοῦς πρὸς ὃ μετόπωρον, ἐκίνησεν αὐτοὺς. ἥ τε πρὸς τῷ Καπιτωλίῳ καθέδρα καὶ ὁλοὴ διαμένη χρόνιος, (ἑβδομον γὰρ ἐκείνην οἰκοῦσιν μόνα πολιορκούντες) ὥς τε φθορὰν εἰ) πολλὴν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ μηδὲ θάπτειν διὰ πλῆθος ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκοντας. οὐ μὴν τοῦδε τοῦτο βελ- C τίω τὰ πράγματα τοῖς πολιορκουμένοις ἦν. ἐπέτεινε γὰρ ὁ λιμὸς, ἥ τε τῶν περὶ Κάμιλλον ἄγνοια παρεῖχε δυσθυμίαν. οὐδεὶς γὰρ ἐφοίτα παρ' αὐτῶν, διὰ τὸ φρουρεῖσθαι τὴν πόλιν ἀκριβῶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ὅθεν οὕτω πράττοιεν ἀμφοτέροις ἐγίνοντο συμβατικοὶ λόγοι διὰ τῶν προφυλάκων τοιοῦτον ἀλλήλοις ἐντυγχανόντων· εἶτα ὡς ἔδοξε τοῖς κρατίστοις, συνελθόντος εἰς λόγους Βρέννου Σουλπικίου τοῦ χιλιάρχου τῶν Ῥωμαίων, ὡμολογήθη τοὺς μὲν χιλίας λίτρας καταβαλεῖν χρυσοῦ, τοὺς δὲ, λαβόντας ἐκ τῆς πόλεως αὐτίκα καὶ τῆς χώρας ἀναχωρεῖν. ἐπὶ τούτοις γὰρ ὀμνύντων ὅρκων, καὶ τοῦ χρυσίου κομισθέντος, τῶν Κελτῶν πρὸς τὸν σταθμὸν ἀγνωμονούντων χρύσα τοιοῦτον, εἶτα καὶ φανερῶς ἀφελκόντων καὶ διαστρεφόντων τὸν ῥοπὸν, ἠγανάκτουν οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς αὐτοὺς· ὁ δὲ Βρέννος, οἷς ἐφυβρίζων καὶ καταγελῶν, ἀπολυσάμενος τὸν μάχαιραν ἅμα καὶ τὸν ζωστῆρα, προσέθηκε τοῖς σταθμοῖς. πυνθανομένου δὲ τοῦ Σουλπικίου τί τοῦτο· Τί γὰρ ἄλλο (εἶπεν) ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; καὶ τοῦτο μὲν οὖν ἤδη παροιμιώδης λόγος γέγονε. τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ μὲν ἠγανάκτουν, καὶ τὸ χρυσίον ᾤοντο δεῖν λαβόντας αὖθις, ἀπιέναι, καὶ τὸν πολιορκίαν ὑπομένειν· οἱ D δὲ συγχωρεῖν ἐκέλευον ἀδικουμένοις μέτρια, καὶ μὴ ὦ πλέον διδόναι πρὸς λογίζεσθαι τὸ αἰσχρὸν, αὐτό γε τὸ δοῦναι διὰ τὸν καιρὸν, οὐ καλῶς ἀλλ' ἀναγκαίως ὑπομένοντας. οὔσης δὲ περὶ τούτων πρός τε τοὺς Κελτοὺς καὶ πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς, ἄγων τὸν στρατὸν ὁ Κάμιλλος ἐν ταῖς πύλαις ἦν· καὶ πυθόμενος τὰ γινόμενα, τοὺς ἄλλους ἐκέλευσεν ἐν τάξει καὶ σκέδῳ ἐπακολουθεῖν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν ἀρίστων ἐπειγόμενος, θὺς ἐπορεύετο πρὸς τοὺς Ῥωμαίους. διαστάντων δὲ πολλῶν καὶ δεξαμένων αὐτὸν ὡς αὐτοκράτορα κόσμῳ καὶ σιωπῇ, τὸν μὲν χρυσὸν ἄρας ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ τοῖς ὑπηρέταις E ἔδωκε, τὸν δὲ ζυγὸν καὶ τὰ σταθμὰ τοὺς Κελτοὺς λαβόντας ἀποχωρεῖν ἐκέλευσεν, εἰπὼν ὡς σιδήρῳ πάτριόν ἐστι Ῥωμαίοις, οὐ χρυσῷ τὴν πατρίδα σώζειν. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Βρέννου, καὶ φάσκοντος ἀδικεῖσθαι λυομένης τῆς ὁμολογίας, αὐτεῖπε μὴ νομίμως γεγενέναι, μηδὲ κυρίας εἶναι τὰς συνθήκας. ἤδη γὰρ αὐτὸς δικτάτωρος ἠρημένου, καὶ μηδενὸς ἄρχοντος ἑτέρου νόμῳ, πρὸς οὓς ἔχοιτο ἐξουσίαν ὁμολογηθῆναι. νυνὶ δὲ χρῆναι λέγειν ὅ, τι βούλονται· νόμῳ γὰρ ἥκειν κύριος γεγενῆσθαι συγγνώμην τε δεομένοις δοῦναι, καὶ δίκην, εἰ μὴ μετανοοῦσιν, ὑπιδεῖναι τοῖς αἰτίοις. F

πρὸς ταῦτα θορυβηθεὶς ὁ Βρέννος, ἥψατο μὲν ἀμμαχίας, καὶ παρῆλθον ἄχρι ξιφουλκίας ἑκάτεροι καὶ διωθισμῶν, ἀναμεμιγμένοι πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ εἰκὸς, ἐν οἰκίαις καὶ στενοποῖς ἀναστρεφόμενοι, καὶ χωρίοις δέξασθαι τὰ τάξιν οὐ δυναμένοις· τάχυ δ' συμφορήσας ὁ Βρέννος, ἀπήγαγε τοὺς Κελτοὺς εἰς τὸ στρατόπεδον, οὐ πολλῶν πεσόντων. καὶ νυκτὸς ἀναστήσας ἅπαντας ἐξέλιπε τὴν πόλιν, καὶ προελθὼν ἑξήκοντα σταδίους, κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὴν Σαβινίδα ὁδόν. ἅμα δ' ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Κάμιλλος ἐπ' αὐτὸν, ὡπλισμένος λαμπρῶς, καὶ τεθαρρηκὼς ἔχων τότε τοὺς Ῥωμαίους. καὶ γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης ὀπτὶ πολὺν χρόνον, αὐτούς τε τρέπεται πολλῷ φόνῳ, καὶ λαμβάνει τὸ στρατόπεδον. τῶν δ' φυγόντων οἱ μὲν εὐθὺς ἀνῃρέθησαν καταδιωχθέντες, τοὺς δὲ πλείστους διαφυγόντας ἐπεκθέοντες ἐκ τῶν πέριξ κωμῶν καὶ πόλεων ἔκτεινον. οὕτως μὲν ἡ Ῥώμη τάχιστα μεγάλως ἥλω, καὶ τάχιστα μεγαλοπρεπέστερον ἐσώθη, μιᾶς ἑωθὰ τοὺς πάντας ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένης. παρελθόντες γὰρ εἰς αὐτὴν ὀλίγας ἡμέρας ὕστερον τῶν Κουιντιλίων εἰδῶν πρὸ τῶν Φεβρουαρίας εἰδῶν, ἐξέπεσον. ὁ δὲ Κάμιλλος ἐθριάμβευσε μὲν (ὡς εἰκὸς ἦν) τὸν ἀπολωλυῖαν σωτῆρα πατρίδος γενόμενον, καὶ καταγαγόντα τὴν πόλιν αὐτὴν εἰς ἑαυτήν. οἵ τε γὰρ ἔξωθεν ἅμα παισὶ καὶ γυναιξὶν εἰσελαύνοντος κατήεσαν, οἵ τε πολιορκηθέντες ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, μικροῦ δεήσαντες ἀπολέσθαι διὰ λιμὸν, ἀπιόντων προβάλλοντες ἀλλήλους, καὶ δακρύοντες ἀπιστίᾳ τῆς παρούσης ἡδονῆς. ἱερεῖς τε καὶ ζάκορεγενέσθων, ὅσα φυγόντες αὐτόθι τῶν ἀβεβήλων ἔκρυψαν, ἢ σὺν αὐτοῖς ἐξέκλεψαν, ἀνασωζόμενα κομίζοντες, ἐπεδείκνυντο, πολυμυθίας ὄψεις τοῖς πολίταις δεχομένοις μετὰ χαρᾶς, ὥσπερ αὐτῶν τῶν θεῶν αὖθις εἰς τὴν Ῥώμην συγκατεργομένων. θύσας δὲ τοῖς θεοῖς καὶ καθάρας τὴν πόλιν, ὀξηγουμένων τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, τὰ μὲν ὄντα τῶν ἱερῶν κατέστησεν, αὐτὸς δὲ ἱδρύσατο νεὼν φήμης καὶ κλήδονος, αὐθυρῶν ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐν ᾧ νύκτωρ ἡ καταγγέλλουσα τὴν τῶν βαρβάρων στρατιὰν ἐκ θεοῦ τῷ Κεδικίῳ Μάρκῳ φωνὴ προσέπεσε. χαλεπῶς μὲν οὖν καὶ μόλις αὐτῶν ἱερῶν ἀνεκαλύπτοντο χώραν φιλοτιμίᾳ τοῦ Καμίλλου καὶ πόνῳ πολλῷ τῶν ἱεροφαντῶν· ὡς δὲ καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν ἔδει πολλάπασι διεφθαρμένην, ἀθυμία πρὸς τὸ ἔργον ἐνέπιπτε τοῖς πολλοῖς, καὶ μέλλησις ἐν ἐστερημένοις ἀπόρων, καὶ τινος ἐν τῷ παρόντι ῥαστώνης καὶ ἀναπαύσεως ἐκ κακῶν δεομένοις μᾶλλον, ἢ κάμνειν καὶ ἀποτρύχειν ἑαυτοὺς, οὔτε χρήμασιν οὔτε σώμασιν ἐρρωμένοις. οὕτω δὴ πρὸς τοὺς Βηΐους αὖθις ἀποστρεφόμενοι, πόλιν ἅπασι κατεσκευασμένην καὶ θαυμάζουσαν, ἀρχὰς δημαγωγῶν ἐνέδοσαν τοῖς πρὸς χάριν εἰθισμένοις ὁμιλεῖν. καὶ λόγων ἠκροῶντο στασιαστικῶν πρὸς τὸν Κάμιλλον, ὡς ἐκείνου φιλοτιμίας ἕνεκα καὶ δόξης ἰδίας, ἀποστερήσαντος αὐτοὺς πόλεως ἐπίμηνος, καὶ βιασμὸν σκηνοῦν ἐρείπια, καὶ πυρκαϊὰν τοσαύτην ἐγείρειν, ὅπως μὴ μόνον ἡγεμὼν Ῥώμης καὶ στρατηγὸς, ἀλλὰ καὶ κτίστης λέγηται, παρώσας Ῥωμύλον, ἐκ τούτου φοβηθεῖσα τὴν θόρυβον ἡσυχίᾳ, τὸν μὲν Κάμιλλον οὐκ εἴασε βουλόμενον ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ, καὶ πρὶν ἓξ μῆνας ὑδαμῶς ὑπερβάλλοντος ἑτέρου δικτάτωρος· αὐτὴ δὲ παρεμυθεῖτο καὶ κατεπράυνε πείθουσα καὶ δεξιουμένη τὸν δῆμον· ἐπιδεικνυμένη μὲν ἡρῶα καὶ τάφους πατέρων, ἐπομνύουσα δὲ χωρίων ἱερῶν καὶ τόπων ἁγίων, οὓς Ῥωμύλος ἢ Νουμᾶς, ἤ τις ἄλλος αὐτοῖς τῶν βασιλέων ἐπιθειάσας παρέδωκεν. ἐν πρόσθοις δὲ τῶν θείων, τῷ τε νεοσφαγῆ κεφαλῇ προσθύφερον,

ἐν τῇ

A His Brennus turbatus cœpit tumultuari. Et iam manus vtrinque gladiis admouebant, atque impellebant se inuicem confusi, vtpote qui inter ædificia & viarum angustias versarentur, in locisq; vbi instrui non posset acies. Cæterum Brennus confestim ad se reuersus, paucis desideratis, in castra Gallos reduxit. Nocte excitatis omnibus excessit vrbe, progressusque ad octauum lapidem via Gabina castra metatus est. Simulatque diluxit, institit ei Camillus fulgentibus armis, cum exercitu tunc animi pleno, commissaq; ad multum diei acri pugna Gallos ingenti cæde fudit, fugauitque:
B cepit & castra eorum. Multos ex iis qui effusi in fugam erant, euestigio Romani adepti, interfecerunt: maximam partem illi qui in vicis circa & oppidis habitabant inuaserunt dissipatam, trucidaueruntque. Ita Roma magna miraculo capta, maiore est recuperata, quum septem totos menses in hostium potestate fuisset. Occupauerunt eam Galli paucis diebus post Idus Quintiles, exacti fuerunt Idibus Februariis. Camillus triumphauit, vt meritus erat, qui amissam seruauit patriam, ciuitatemque ipsam in se reduxit: nam qui profugerant cum liberis & coniugibus, cum triumphante redierunt vrbem inuecto. Obsessii in Capitolio, qui
C pene extincti fame fuerant, occurrerunt aliis cum lacrymis, se mutuo præ insperato præsenti gaudio complectentes, sacerdotesque deorum immortalium & æditui, quæ in fuga sacra aut ipsi defoderant, aut clam secum asportauerant, salua reportantes, lætum præbuerunt spectaculum ciuibus: qui eos, vt si ipsi cum illis Romam dii remearent, cum gratulatione receperunt. Camillus sacris operatus, lustrauit vrbem præeuntibus pontificibus, inde ædes sacras restituit priores. Nouum etiam templum extruxit Aio Loquutio, quo loco
D nuntiam cælitus barbarorum aduentus vocem audierat M. Ceditius. Incumbente Camillo, annitentibusq; sacerdotibus, sacra loca magno labore inuenta. Vt visum est vrbem instaurare, quæ proruta tota erat, desperatio plebem incœptus incessit cunctatioque, omnium rerum egenam. Quippe alleuationem potius & refocillationem desiderabant quam vt fatigarent & affligerent se, neque argento neque corporibus valentes. Ita sensim Veios respicientes, vrbem omnibus instructam rebus & stantem, materiam præbuerunt hominibus ambitiosis populum concitandi, & sermonibus aduersus Camillum seditiosis. Illum enim ambitione
E adductum & priuata gloria vrbem ipsis inuidere paratam, compellere vero ad ruinas colendas & ad excitandam, quæ prostrata flamma erat, vrbem: quo non solum dux Romanus & imperator, verũ etiam, amoto Romulo, conditor appelletur. Hinc seditionem senatus metuens (licet nullius vnquã excesserat sex mensium spatium dictatura) vt abdicaret se intra annum dictatura Camillus, quum vellet, non permisit. Ipse etiam senatus hortando & prensando populum leniebat, mulcebatque, nunc monumenta & sepulcra maiorum ostendẽs, nunc subiiciens fana & loca sacra quæ Romulus,
F Numa, aliive reges sacrauerant, atque ipsis reliquerant. Inter prima sacra recens caput proposuit,

quod in moliendo Capitolii fundamento inuentum, locum illum portendit caput Italiæ fore. Ad hæc si Vestæ ignes à virginibus post bellum accensos obruerent iterum atque extinguerent relicta vrbe, cessurum ipsis ignominiæ: siue ab aliis habitatam Romam aduenis vel alienigenis, siue desolatam aspiciant ac desertam. Hæc apud ciues priuatim & publice sæpe quiritantes, rursus à plebe commouebantur præsentem lamentante inopiam, precanteque ne se tanquam ex naufragio nudos & omnium rerum indigos in vnum cogerent, vt vrbis reliquias euersæ, quum parata esset præ manibus altera, compingerent. Visum igitur Camillo est sententias senatus perquirere. Quum autem multis ipse disseruisset pro patria, multis etiam alii, quibuscunque esset visum: postremò L. Lucretium, qui princeps dicere solebat primo loco sententiam, deinde ordine reliquos rogauit. Silentio facto quum iam dicturus sententiam Lucretius esset, forte centurio cohortem stationis diurnæ reducens illac, locum consilii transibat. Is ad primipilum exclamauit vt ibi maneret, signumque statueret, Optime enim, inquit, hic manebimus. Huic voci tam opportune auditæ, eique omni & ænigmati Lucretius adoratis diis est assensus, omnesque alii pedibus in eam sententiam discesserunt. Mirifica etiam in plebe consequuta voluntatis mutatio est, excitantibus se mutuò & incumbentibus ad ędificandum. Promiscue cœperunt & sine discrimine, prout paratus quisque fuit, aut qua cuique libuit, in vacuo ædificare. Vnde festinatio & acceleratio curam exemit vicos dirigendi in ædificanda vrbe, distinguendique ædificia. nam intra annum asseuerant nouam tum mœnibus tum priuatis tectis stetisse vrbem. Pontifices qui à Camillo loca sacra requirere & terminare erant iussi, omnibus mistis, vt ad Martis curiam Palatium lustrantes peruenerunt, offendunt eam sicut reliquas prostratam à barbaris atque exustam. In moliendo & purgando loco reperiunt sub magno cumulo cineris Romuli baculum, quo vti ad auspicia solitus erat. Is ab altera extremitate inflexus est, Lituum vocant. Huius in cœli regionibus describendis vsus est auspicantibus, ad quod ille augurandi peritissimus illum habuerat. Romulo deinde ex conspectu hominum ablato, hunc baculum sacerdotes à contactu hominum seruauerunt, vt rem sacram. Eo tunc amissis cæteris integro inuento, læti spem conceperunt Romam hoc omine æternam significari fore. Hauddum his defunctos ærumnis repentè occupat bellum. Æqui simulque Volsci & Latini fines Romanos populabantur. Thusci Sutrium obsidebant, socium populi Romani oppidum. Quum autem tribuni militum, qui exercitui præerant, ad Martium montem, vbi castra habebant, obsiderentur à Latinis, significassentque Romam quanto in periculo castra, ne expugnarẽtur à Latinis, versarentur, Camillus tertium dictator dicitur. Fama de hoc bello est duplex: fabulas primùm percensebo. Latinos aiunt, siue in speciem, siue reipsa, instituisse de integro contrahere inter vtranque gentem affinitatem, ac legatos misisse,

ἐν τῇ θεμελιώσει τῇ τοῦ Καπιτωλίου φαίσαν, ὡς τοῦ τόπου πεπρωμένου ἐκείνου τῆς Ἰταλίας κεφαλὴν γενέσθαι, καὶ ὅ τε Ἑστίας πῦρ ὁ μετὰ τὸν πόλεμον ὑπὸ τῶν παρθένων ἀναπτόμενον, αὖθις ἀφανίζειν καὶ σβεννύειν τοὺς προσλιπόντας τὴν πόλιν, ὄνειδος αὐταῖς ἐσόμενον, εἴ τε ὑπ' ἄλλων οἰκουμένην ὁρῶσιν ἐπηλύδων καὶ ξένων, εἴτ' ἔρημον οὖσαν καὶ μηλόβοτον. Ταῦτα καὶ πρὸς ἕκαστον ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πολλάκις ἐν τῷ δήμῳ θετταλιάζοντες, ἐπεκαλοῦντο πάλιν ὑπὸ τῶν πολλῶν, τὴν παροῦσαν ὀλοφυρομένων ἀμηχανίαν, καὶ δεομένων, μὴ σφᾶς ὥσπερ ἐκ ναυαγίου γυμνοὺς καὶ ἀπόρους σωθέντας, προσδιάζεσθαι τὰ λείψανα τῆς διεφθαρμένης συμπηγνύναι πόλεως, ἑτέρας ἑτοίμης παρούσης. ἔδοξεν οὖν βουλῇ προσθεῖναι τῷ Καμίλλῳ· καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸς διεξῆλθε προσκαλῶν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος· τέλος δὲ τὸν πρῶτον εἰωθότα λέγειν γνώμην, Λούκιον Λουκρήτιον, ἀναστήσας, ἐκέλευσεν ἀποφήνασθαι πρῶτον, εἶπε πρὸς ἄλλους ἑφεξῆς. γενομένης δὲ σιωπῆς, καὶ τοῦ Λουκρητίου μέλλοντος ἐναρχεσθαι, κατὰ τύχην ἔξωθεν ἑκατοντάρχης ἄγων τάγμα φυλακῆς ἡμερινῆς παρεπορεύετο καὶ τὴν φέρουσα πρῶτον τὸ σημεῖον μεγάλῃ φωνῇ προσαγορεύσας, ἐκέλευσεν αὐτοῦ μένειν καὶ τὸ σημεῖον πήγνυσθαι. καλλίστα γὰρ ἐν ταύτῃ καθεδεῖσθαι καὶ μένειν. ἅμα δὲ τῷ καιρῷ, καὶ τῇ τοῦ τὴν μέλλοντος συνοίᾳ καὶ ἀδηλότητι τῆς φωνῆς γενομένης, ὅ, τε Λουκρήτιος ἔφη προσκυνήσας τῷ θεῷ προσπίπτειν τὸν ἑαυτοῦ γνώμην, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ἐπηκολούθησε. θαυμαστὴ δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἔσχε μεταβολὴ τῆς ὁρμῆς, ἀλλήλοις προσκαλουμένων καὶ βεπομένων πρὸς τὸ ἔργον, οὐκ ἐκ προσταγῆς νομῆς τινος ἢ τάξεως, ἀλλ' ὡς ἕκαστος ἑτοιμότητος ἢ βουλήσεως ἔχοι, τῶν χωρίων καταλαμβανομένων. διὸ καὶ τεταραγμένον τοῖς στενωποῖς καὶ συμπεφυρμένον ταῖς οἰκήσεσιν ἀνήγαγον τὴν πόλιν ὑπὸ σπουδῆς καὶ τάχους. ἐντὸς γὰρ ἐνιαυτοῦ λέγεται καὶ τοῖς τείχεσι καινοῖς, καὶ ταῖς ἰδιωτικαῖς οἰκοδομαῖς ἀνεστῶσαι πάλιν. οἱ δὲ τοὺς ἱεροὺς τόπους ἀναλαβόντες καὶ ὁρίσαντες ὑπὸ τοῦ Καμίλλου, συνεκεχυμένων πάντων, ὡς ἦκον ὅπου τὴν καλλιάδα τοῦ Ἄρεως, περιοδεύοντες τὸν Παλάτιον, αὐτὸν μὲν ὡς τὰ δόρατα διεφθαρμένον καὶ κατακεκαυμένον εὗρον ὑπὸ τῶν βαρβάρων· σκυλευόμενοι δὲ καθαίρουσι τὸ χωρίον, ἐντυγχάνουσι τῷ μαντικῷ ξύλῳ τοῦ Ῥωμύλου κατὰ τέφρας πολλῆς καὶ βαθείας κατακεκυκλῶν. τοῦτο δὴ ἔστι μὲν ὅπι καμπὲς ἐκ θατέρου πέρατος, καλεῖται δὲ λίτυον· χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰς τῶν πλινθίων ὑπογραφάς, ὅτῳ ἐπ' ὄρνισι θαυμαντευόμενοι καθέζονται, ὃ καὶ ἐκεῖνος ἐχρῆτο μαντικώτατος ὤν. ἐπεὶ δὲ ἐξ αἰθέρος ἠφανίσθη, περιλαβόντες οἱ ἱερεῖς τὸ ξύλον, ὥσπερ δόρατι τῷ ἱερῷ, ἄψαυστον ἐφύλαττον. τοῦτο δὴ τότε, τῶν δόρατων ἀπολωλότων, αὐθεντοῦντες θαρρεῖν τὴν φθορὰν, ἡδίοις ἐλπίσιν ὑπὲρ τῆς Ῥώμης, ὡς ἀΐδιον αὐτῇ τὴν σωτηρίαν τοῦ σημείου βεβαιοῦντος, ὅπου τῆς περὶ ταῦτα πεπαυμένοις ἀρχαίας αὖθις, ἐπιπίπτει πόλεμος, Αἰκανῶν μὲν ἅμα καὶ Οὐολουσκῶν καὶ Λατίνων εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντων, Τυρρηνῶν δὲ πολιορκούντων Σούτριον, συμμαχίδα Ῥωμαίων πόλιν. ἐπεὶ δὲ οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντες χιλίαρχοι στρατοπεδευσάμενοι περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος ὑπὸ τῶν Λατίνων ἐπολιορκοῦντο, καὶ κινδυνεύοντες ἀποβαλεῖν τὸ στρατόπεδον, εἰς Ῥώμην ἔπεμψαν, ἀποδείκνυν τὸ τρίτον Κάμιλλος δικτάτωρ. περὶ τούτου τοῦ πολέμου διττοὶ λόγοι λέγονται, δίδωμι δὲ τὴν μυθώδη πρότερον. φασὶ τοὺς Λατίνους (εἴτε προφάσει χρωμένους, εἴτε βουλομένους ὡς ἀληθῶς δυναμίζεσθαι τὰ γένη πάλιν δὲ ἐξ ὑπαρχῆς) πέμψαντας

αἰτεῖν τοὺς τῶν Ῥωμαίων παρθένους ἐλευθέρας γυναῖκας· A
ἀποροῦντων δὲ τῶν Ῥωμαίων τί χρὴ ποιεῖν, (καὶ γὰρ τὸν πόλεμον ὠρρώδουν, οὔπω καθεστηκότες ἔτι· ἀνειληφότες αὐτοὺς· καὶ τὴν αἴτησιν τῶν γυναικῶν ὑπόπτου ἐξομήρευσιν εἶναι), τὸ δὲ εὐπρεπὲς χάριν ἐπιγαμίας καλεσάντες θεραπαινίδα ἑνὶ ὀνόματι Τυτόλαν, ὡς δέ τινες λέγουσι, Φιλωτίδα, τοῖς ἄρχουσι παρεσκευάσαι, πέμπειν σὺν αὐτῇ τῶν εὐμορφοτάτων ἃς ἐν ὥρᾳ μάλιστα καὶ ταῖς ὄψεσιν ἐλευθερίους, κοσμήσαντας ὡς νύμφας εὐπρεπῶς, τὰ λοιπὰ δ' αὐτῇ μελήσειν. πειθέντας δ' τοὺς ἄρχοντας, ἐπιλέξασθαι τῶν θεραπαινίδων ὅσαι σκεύη πρὸς τὴν χρείαν ἐδοκίμασε, καὶ κοσμήσαντας B
ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ, παραδοῦναι τοῖς Λατίνοις, καὶ πολὺ πόρρω τῆς πόλεως στρατοπεδεύουσι, νύκτωρ δ', πάσας μὲν ἀνδρὸς ὑφελέσθαι τὰ ἐγχειρίδια τῶν πολεμίων, τὴν δ' εἴτε Τυτόλαν, εἴτε Φιλωτίδα, προσβᾶσαν ἐρυθρῷ μεγάλῳ καὶ παρατείνασαν ὀπίσω τὸ ἱμάτιον, ἅψαι πυρσὸν εἰς τὴν Ῥώμην, ὡς ἐπὶ τὸν συγκείμενον αὐτῇ πρὸς τοὺς ἄρχοντας, οὐδενὸς ἀνδρὸς τῶν πολιτῶν εἰδότος. διὸ καὶ θορυβώδη γένεσθαι τὴν τῶν στρατιωτῶν ἔξοδον, ὡς κατέπειγον οἱ ἄρχοντες, ἀλλήλους ἀνακαλοῦντων, καὶ μόλις εἰς τὴν τάξιν καθισταμένων. ἐπελθόντας δ' τῷ χάρακι, τῶν πολεμίων ὑποδεχομένων καὶ καθευδόντων, ἑ C
λὼν τὸ στρατόπεδον, καὶ διαφθείραι τοὺς πλείστους. τοῦτο δ' ἡμέρᾳ τῇ νῦν Ἰουλίαις, τότε δὲ Κοϊντιλλίαις νόνναις· καὶ τὴν ἀγομένην ἑορτὴν, ὑπόμνημα τῆς πράξεως ἐκείνης εἶναι. πρῶτον μὲν γὰρ ὀξύοντες ἀθρόοι διὰ τῆς πόλεως, πολλὰ τῶν ἐπιχωρίων καὶ κοινῶν ὀνομάτων βοὴ φθέγγονται, Γάϊον, Μάρκον, Λύκιον, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· μιμούμενοι τὴν τότε γενομένην μετ' σπουδῆς ἀλλήλων ἀνάκλησιν, ἔπειτα κεκοσμημένοι λαμπρῶς αἱ θεραπαινίδες, περιάσι παίζουσαι διὰ σκωμμάτων εἰς τοὺς ἀπαντῶντας, ἔστι δὲ καὶ μάχη τις αὐταῖς πρὸς ἀλλήλας, ὡς καὶ τότε τοῦ πρὸς τοὺς Λατίνους D
ἀγῶνος σπουδῇ λαμβανομένας. ἐστιώμεναι δὲ καθέζονται, κλάδοις συκῆς σκιαζόμεναι· καὶ τὴν ἡμέραν νόνναις καπρατίνας καλοῦσιν, ὡς οἴονται διὰ τὸ ἐρινεόν, ἀφ' οὗ τὴν παιδίσκην τὸ πυρσὸν ἆραι· τὸ γὰρ ἐρινεόν, καπρίφικον ὀνομάζουσιν. ἕτεροι δὲ πούτων τὰ πλείστα δρᾶσθαι καὶ λέγεσθαί φασιν ἐπὶ τοῦ Ῥωμύλου πάθει. κατ' αὐτὸν γὰρ ἀφανισθῆναι τὴν ἡμέραν αὐτὸν ἔξω πύλης, ζόφου καὶ θυέλλης ἄφνω περιχύσης· ὡς δέ τινες νομίζουσιν, ἐκλείψεως ἡλίου γενομένης. καὶ τὴν ἡμέραν ἀπὸ τούτου, νόνναις καπρατίναις κληθῆναι· τὴν γὰρ αἶγα κάπραν ὀνομάζουσιν. ὁ δὲ Ῥωμύλος ἠφανίσθη δημηγο- E
ρῶν περὶ τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος προσαγορευόμενον, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται. τὸν δ' ἕτερον λόγον οἱ πλείστοι τῶν συγγραφέων δοκιμάζοντες, ὅτι λέγουσιν, ἀποδιδρᾶσθαι δικτάτωρ τὸ τεῖχος ὁ Κάμιλλος, καὶ πυθόμενος μετὰ τῶν χιλιάρχων στράτευμα πολιορκούμενον ὑπὸ τῶν Λατίνων καὶ τῶν Οὐολούσκων, ἠναγκάσθη καὶ τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἤδη προβεβηκότας καθοπλίσαι. περιελθὼν δὲ μακρὰν περίοδον περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος, καὶ λαθὼν τοὺς πολεμίους, ἵδρυσε τὴν φαλαγγὰ κατόπιν αὐτῶν, καὶ πυρὰ πολλὰ καύσας, διεσήμηνε τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν, οἱ μὲν οὖν πολιορ- F
κούμενοι θαρρήσαντες, ἐπιέναι διενοοῦντο, καὶ μάχῃ συνάπτειν. οἱ δὲ Λατῖνοι καὶ Οὐολοῦσκοι, συστείλαντες εἴσω τοῦ χάρακος ἑαυτοὺς, ἀπεταύρουν ξύλοις πολλοῖς καὶ διεφράττοντο πολλαχόθεν τὸ στρατόπεδον, ἀμφίβολοι γενόμενοι ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ τὴν ἐνεδρεύουσαν ἐγνωκότες ἑτέραν οἴκοθεν δύναμιν· ἅμα δὲ καὶ Τυρρηνῶν προσδεχόμενοι βοήθειαν. τοῦτο δὲ ἀγαθόμενος ὁ Κάμιλλος, καὶ δεδοικὼς παθεῖν ὅπερ ἐποίησεν, αὐτὸς τοὺς πολεμίους κυκλωσάμενος

A qui ingenuarum puellarum à Romanis poscerent connubia. Fluctuantibus quid consilii caperent Romanis (quippe & bellum, qui nondum respirauerant neq; collegerant se, horrebant, & postulatione connubii obsides suspicabantur peti, quod specioso titulo vocarent connubium) ancillã Tutolã nomine, vt alii dicunt, Philotidẽ, principibus subiecisse, secum vt mitterent ancillas, quæ ætate florente & liberali essent forma, in virginum ingenuarum morem excultas, reliqua sibi curæ fore. Principes probato consilio delegisse ex ancillis quas ad eam rem illa probasset, easque veste ornatas & mundo, Latinis, qui statiua non procul habebant ab vrbe, tradidisse. Nocte cæteras gladios hostibus subtraxisse, Tutolam, vel Philotidẽ, conscensa edita caprifico, & stola aduersus castra obtensa, facem Romam versus sustulisse, quod ei cũ magistratibus signum aliis insciis ciuibus conuenerat. Quapropter tumultuariè à militibus excursum fuisse, quum instarent duces, sese mutuò appellantibus, vix vt instrui possent in aciem. Vallũ nec opinantibus hostibus sopitisque adortos cepisse castra, atque maxima ex parte hostes obtruncasse, idq; gestum Nonis Quintilibus, quas nunc appellant Iulias. In huius rei memoriam festum agi, quo primùm agmine erumpentes vrbe nomina plurima patria & vulgaria cient, Caium, Marcum, Lucium, & his similia, referentes mutuam illam in properando appellationem. Deinde splendide comptæ vrbem circumeunt ancillæ, dicteria in obuium quenq; iacientes. Pugnam quoq; inter se conserunt, vt quæ etiam tum in prælio cum Latinis inito operam nauauerint suam. Ad epulum considẽt ficulneis inumbratæ ramis. Eum diem Nonas Capratinas à caprifico, vt arbitrantur, ex qua facem edidisse ferunt puellam illam, nominant. Alii pleraque, quæ hîc aguntur & dicuntur, referunt ad Romuli casum. Illo enim die ex oculis hominum extra portam abiisse Romulum, caligine subitò cum procella coorta: vt autem nonnulli arbitrantur, sole deficiente. Atque hinc diem illum Nonas Capratinas à capra dictum. Nam Romulus (vt in vita eius retulimus) quum ad paludem capræ appellatam haberet concionem, ex conspectu hominum ablatus est. Cæterùm plerique scriptores historiam alteram magis probant, quam hoc modo narrant: Dictator tertium Camillus dictus nunciato legiones cum tribunis militum à Latinis & Volscis obsideri, delectum habere non iuniorum solum, sed maiorum natu quoq; coactus est, ac longo flexu Martium montem exercitu circunducto, castra à tergo hostium clàm est metatus. Multis inde accensis ignibus significauit aduentum suum. Ea re confirmati qui obsidebantur, inuadere hostem & manus conserere adoriuntur. Latini & Volsci recipiunt se intra Vallum, eum multa materia sepiunt, castraque vndique muniunt ancipiti ab hostibus trepidatione, certi alteras copias ab domo expectare, simulq; auxilia respicientes Hetruscorum. Hoc Camillus animaduerso, veritus ne, quod ipse fecerat, qui hostes cinxerat, in se verteret,

A ἔπαθλον τοῦ κάματον. ὄντος δὲ τοῦ φλογμοῦ ξυλίνου, καὶ πνεύματος μεγάλου κατιόντος ἀπὸ τῶν ὀρέων, ἔμα φάος πυρὰ πολλὰ ἐφλόγισε, καὶ τὸν ὄρθρον ἐξαγαγὼν τὴν δύναμιν, τοὺς μὲν ἀνὴρ ἐκέλευσε χρῆσθαι βέλεσι, καὶ καθ' ἕτερον μέρος κρατεῖν. αὐτὸς δὲ τοῖς τοῦ πυρὸς ἀφήσειν μέλλοντας ἔχων, ὅτε εἰς ἄφθονα μάλιστα προσπίπτοιεν ἄνεμος τοῦ φράγματος τῶν πολεμίων, ἀνέμενε τὴν ἄρχειν. ἐπεὶ δὲ συνεστώσης τῆς μάχης ὁ τε ἥλιος ἀνῆκε, καὶ τὸ πνεῦμα λαμπρὸν ἐξέπιπτε, σημήνας ὑπεσφόμιον, κατέφερε τοῦ χάρακος ἄφθονα τῶν πυροβόλων. ταχὺ δὲ ἡ φλὸξ ἐν ὕλῃ πυκνῇ καὶ φαυλώμασι ξυλίνοις ἀναδραφείσης, καὶ κύκλῳ περιεμαίνετο, οὐδὲν ἄκος οὐδὲ σωτήριον ἔχοντες οἱ Λατῖνοι παρεσκευασμένοι, ὡς πλήρες ἤδη τὸ στρατόπεδον πυρὸς, ἐν ὀλίγῳ συστελλόμενοι τόπῳ, ἐξέπεσον ὑπὸ ἀνάγκης πρὸς ὡπλισμένους καὶ παρατεταγμένους πρὸς τὸν χάρακος τοὺς πολεμίους. καὶ τούτων μὲν ὀλίγοι διέφυγον, τοὺς δὲ καταληφθέντας ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολλοὺς διέφθειρε τὸ πῦρ. μίαν οὖν καταστρεσάντες οἱ Ῥωμαῖοι τὰ χρήματα διήρπασαν. γενομένων δὲ τούτων, ἀπολιπὼν ὅτι τὸ στρατόπεδον τὸν ἐν Λουκίου φύλακα τῶν ἡλωκότων ἀνθρώπων καὶ χρημάτων, αὐτὸς

B εἰς τὴν τῶν πολεμίων ἐνέβαλε. καὶ τὴν Αἰκανῶν πόλιν ἑλών, καὶ προσαγαγόμενος τοὺς Οὐολούσκους, εὐθὺς ἦγε τὴν στρατιὰν πρὸς τὸ Σουτρῖον, οὔπω τὰ συμβεβηκότα τοῖς Σουτρίνοις πεπυσμένος, ἀλλ' ὡς ἐπὶ κινδυνεύουσι καὶ πολιορκουμένοις ὑπὸ τῶν Τυρρηνῶν βοηθήσαι σπεύδων. οἱ δὲ ἔτυχον ἤδη τὴν μὲν πόλιν τοῖς πολεμίοις παραδεδωκότες, αὐτοὶ δὲ πάντων ἐνδεεῖς, ἐν ἱματίοις μόνον ἀφιγμένοι· καὶ καθ' ὁδὸν ὄντι τῷ Καμίλλῳ μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν ἀπείρων, ὀδυρόμενοι τὰς ἑαυτῶν τύχας. ὁ δὲ Κάμιλλος, αὐτός τε πρὸς τὴν ὄψιν ἐπικλασθεὶς, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ὁρῶν, ἐμφυομένων αὐτοῖς τῶν

C Σουτρίνων, δακρύοντας καὶ δυσανασχετοῦντας ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις, ἔγνω μὴ ποιήσασθαι τῆς τιμωρίας ἀναβολήν, ἀλλ' εὐθὺς ἄγειν ἐπὶ τὸ Σουτρῖον ἐκείνης τῆς ἡμέρας, λογιζόμενος, αἰθέρους εὐδαίμονα καὶ πλουσίαν πόλιν ἀρτὶ κατειληφότας, καὶ μηδένα τῶν πολεμίων ὑπολελοιπότας ἐν αὐτῇ, μηδὲ προσδεχομένους ἔξωθεν, ἐκλελυμένους πάντα πάσι καὶ ἀφύλακτους εὑρήσειν· ὀρθῶς λογισάμενος. οὐ γὰρ μόνον τὴν χώραν ἔλαθε διελθὼν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῖς πύλαις γενόμενος, καὶ τὰ τείχη καταλαβών. ἐφύλαττε γὰρ οὐδεὶς, ἀλλ' ἐν οἴνῳ καὶ συνουσίαις ἦσαν ἐσκεδασμένοι κατὰ τὰς οἰκίας. ἐπεὶ δὲ ἡσθοντο τοὺς πολεμίους κρατοῦντας ἤδη, οὕτω διέκειτο μαθητὰς ὑπὸ πλησμονῆς καὶ μέθης, ὡς μηδὲ πρὸς φυγὴν ὁρμῆσαι πολλοὺς, ἀλλ' ἐν ταῖς οἰκίαις αἰχμὰς πάντων ὑποτεμόντας ἀποθνήσκειν, ἢ παραδιδόναι σφᾶς αὐτοὺς τοῖς πολεμίοις. τὴν μὲν οὖν Σουτρίνων πόλιν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ λυθεῖσαν, οὕτω συνέβη καὶ τοὺς ἔχοντας ἀποδοῦναι καὶ τοὺς ἀφηρημένους ἀπολαβεῖν παρὰ Καμίλλου. ὁ δὲ ἀπὸ τούτων θρίαμβος αὐτῷ χαρὰν οὐκ ἐλάττονα καὶ κόσμον ἐποίει τῶν πρόσθεν δυοῖν. καὶ γὰρ τοὺς πάνυ βασκαίνοντας τὸν πολίτην, καὶ πάντα βουλομένους δυστυχίᾳ τινὶ μεῖζον ἢ παρὰ ἀρετὴν κατορθῶσαι, τότ' ἠνάγκαζον αἱ πράξεις τῇ δόξῃ καὶ τῷ θαυμαστῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀποδιδόναι τὴν δόξαν. ἐπὶ δὲ τῶν

praeripere maturat occasionem. Erat sepes, quà se munierant, lignea, & vis magna venti deferebatur à montibus simulatque diluceſceret. Igitur multo igne parato, copias ſummo mane eductas diſtribuit, vt alii in hoſtem miſſilia iacularentur, & magnum clamorem ex altera parte tollerẽt: alios, qui flammam iniecturi erant, qua potiſſimum incumbere in vallum hoſtium ſolebat ventus, ducẽs, horam operiebatur. Vbi iam commiſſa pugna, ſol exortus eſt, & increbuit ventus, ſigno aggrediendi dato, grandinem telorum ignitorum ingeſſit vallo. Flamma vt materiam contextam, & vallum ilicò amplexa ligneum, in proxima ſe vndique diſſipauit: Latini, qui nihil haberent ad manum quo arcerent reſtinguerentq; incendium, quum tota caſtra iam depaſceretur ignis, anguſto conglobati loco, in armatos & inſtructus pro vallo hoſtes cõpulſi ſunt effundere ſe. Pauci horum euaſere. Qui in caſtris reſtiterunt, flamma omnes abſumti, dũ igni reſtincto prędam Romani dirupuerunt. His actis Camillus, ad prædam captiuoſq; ſeruandos præfecto caſtris Lucio filio, profectus eſt ad fines hoſtium depopulandos, captoque Æquorum oppido, & Volſcis ad deditionem redactis, conteſtim Sutrium mouit, magniſq; itineribus, vt in periculo conſtitutis & obſeſſis ab Hetruſco ſubueniret, (nondum enim clades ad eum perlata Sutrinorũ fuerat) contendit. At illi dediderant iam hoſtibus vrbem, omnibuſque rebus exuti, atque cum ſingulis emiſſi veſtimentis, in agmen Camilli cum liberis coniugibuſq; inciderunt, ſuamque lamentabantur ſortem. Miſerabili commotus ſpecie ipſe Camillus, quum Romanos cerneret obteſtãtibus eos Sutrinis, non tenentes lachrymas, ac moleſtè caſum eorum ferentes, decreuit inſtare vltioni, eoque ipſo die Sutrio admouere exercitum, reputans ſe hoſtes, copioſa modò capta & opulenta vrbe, in qua nullus reliquus hoſtis eſſet, neque aliunde timerent, ſolutos prorſus ac ſine ſtationibus deprehenſurum. Nec eum fefellit opinio, non ſolum iter eius per fines inexploratum hoſtibus fuit, verùm etiam antequam adimaduerterent ad portas acceſſit, muroſque tenuit. neglecta enim inuenit omnia. Effuderant ſeſe omnes intra tecta in vinum & epulas. Vbi ſenſerunt hoſtes iam in vrbe eſſe adeo demerſi epulis erant & crapula, vt plerique ne fugam quidem tentarent, ſed intra tecta cum ſumma turpitudine, vel cæderentur vel in poteſtatem ſe darent hoſtium. Ita Sutrium bis eodem die captum eſt, euenitq; vt qui oppidum ceperant, id amitterent, & qui amiſerant, opera id recuperarent Camilli. Ductus hinc triumphus non ſecus gratus clariſque ac duo priores fuit. Nam ciues præcipue in eum maleuolos, quique omnia eius præclara facta fortunæ potius accepta quàm virtuti eius referebant, tum res geſtæ conſilio eius atq; virtuti adegerunt omnẽ adſcribere gloriam. Inter aduerſarios & æmulos eius princeps erat M. Manlius, is qui ex arce depulerat primus Gallos, quum Capitolium eſſent nocte adorti: vnde nomen illi inditum Capitolino. Hic primatum affectans in ciuitate, quum bonis artibus ſuperare laudes Camilli non valeret,

ἀμφισβητούντων αὐτῷ καὶ πρεσφθονούντων ἐπιφανέστατος, Μάρκος Μάνλιος, ὁ πρῶτος ὠσάμενος τοὺς Κελτοὺς ἀπὸ τῆς ἄκρας, ὅτε τῷ Καπιτωλίῳ ἀμφὶ νυκτὸς ἐπέθεντο, καὶ ἀφ' οὗ τὸν Καπιτωλῖνος ἐπικληθείς. οὗτος γὰρ ἀξιῶν πρῶτος εἶναι τῶν πολιτῶν, καὶ μὴ δυνάμενος τὸν Κάμιλλον ἀπὸ τοῦ βελτίστου τρόπου τῇ δόξῃ παρελθεῖν,

ὑπόθεσιν τυραννίδος ἐποιήσατο κοινὴν καὶ στασιώδη, δημαγωγῶν τοῖς πολλοῖς, μάλιστα δ' τῶν ὀφειλόντων χρέα, τοῖς μὲν ἀμυνῶν καὶ συνδικῶν ὅτι τοὺς δανείσας, τοῖς δ' ἀφαιρούμενος βίᾳ, καὶ κωλύων ἄγεσθαι πρὸς τὸν νόμον· ὥστε πολλοὺς τῶν ἀπόρων ταχὺ περὶ αὐτὸν γενέσθαι καὶ πολὺν φόβον παρέχειν τοῖς βελτίστοις τῶν πολιτῶν θρασυνομένοις καὶ ταραττομένοις τὴν ἀγορά. ἐπεὶ δὲ καταγνοὺς ὅτι τοῦτο δικαστὴς Κόϊντος Καπιτωλῖνος εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐνέβαλε τὸν Μάνλιον, ὁ δὲ δῆμος γνομένου τούτου, μετέβαλε τὴν ἐσθῆτα, πρᾶγμα γνόμενον ὅτι συμφορᾶς μεγάλας καὶ δημοσίας, δείσασα τὸν δόρυβον ἡ σύγκλητος ἐκέλευσεν ἀφεθῆναι τὸν Μάλλιον. ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον ἀφεθεὶς ἀμείνων, ἀλλὰ βαρύτερον ἐδημαγώγει, καὶ διεταράττε τὴν πόλιν. αἱρεθῆναι δὲ πάλιν χιλίαρχον τὸν Κάμιλλον. εἰσαγομένων δὲ τῶν κατ' τοῦ Μανλίου δικῶν, μεγάλα τοῖς κατηγόροις ἔβλαπτεν ἡ ὄψις. ὁ γὰρ τόπος ἐφ' οὗ βεβηκὼς ὁ Μάλλιος ἐνυκτομάχησε πρὸς τοὺς Κελτοὺς, ἐπεφαίνετο τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου. καὶ παρεῖχεν οἶκτον τοῖς ὁρῶσιν αὐτὸς τὰς χεῖρας ὀρέγων ἐκεῖσε, καὶ δακρύων ἐπεμίμνησκε τῶν ἀγώνων, ὥς τε τοῖς κρίνουσι δύσπορον, καὶ πολλάκις ἀναβοᾶσθαι τὸν δικάζοντα, μήτ' ἀφιέναι βουλομένους ὅτι τεκμηρίοις φανεροῖς τὸ ἀδίκημα, μήτε χρήσασθαι τῷ νόμῳ δυναμένους, ἐν ὀφθαλμοῖς τῆς πράξεως οὔσης ἀφ' οὗ τόπου. ὁ δὲ συμφρονήσας ὁ Κάμιλλος μετήγαγε ἔξω πύλης τὸ δικαστήριον εἰς τὸ Πετηλῖνον ἄλσος· ὅθεν οὐκ ὄντος τοῦ Καπιτωλίου καταφανοῦς, ὅ, τε διώκων ἐχρήσατο τῇ κατηγορίᾳ, καὶ τοῖς κρίνουσι παρεχώρησεν ἡ μνήμη τῶν γενομένων, ἀξίαν λαβεῖν ὀργὴν ὅτι τοῖς παροῦσιν ἀδικήμασιν. ὁ μὲν οὖν Μάλλιος ἁλοὺς, εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀπήχθη, καὶ κατὰ τῆς πέτρας ὠθεὶς, τὸν αὐτὸν τόπον ἔσχε καὶ τῶν ἀτυχεστάτων ἔργων καὶ τῶν μεγίστων ἀτυχημάτων μνημεῖον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ κατασκάψαντες, ἱερὸν ἱδρύσαντο θεᾶς ἣν Μονήτην καλοῦσιν, καὶ τὸ λοιπὸν ἐψηφίσαντο μηδένα τῶν πατρικίων ὅτι τῆς ἄκρας κατοικεῖν. ὁ δὲ Κάμιλλος ὅτι χιλιαρχίαν ἕκτην καλούμενος, παρῃτεῖτο, γεγονὼς μὴ ἡλικίας ἤδη πρέσω, καὶ ποῦ τινὰ καὶ φθόνον δεδιὼς καὶ νέμεσιν ὅτι δόξῃ τοσαύτῃ καὶ κατορθώμασιν. ἡ δὲ φανερωτάτη τῶν αἰτιῶν, ἡ ἀῤῥωστία τοῦ σώματος. ἐτύγχανε γὰρ νοσῶν περὶ ἐκείνας τὰς ἡμέρας. οὐ μὴν παρῆκεν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ὁ δῆμος, ἀλλὰ βοῶν, μήτε ἱππεύοντος αὐτοῦ μήτε ὁπλομαχοῦντος ἐν τοῖς ἀγῶσι δεῖσθαι, βουλευομένου δὲ μόνον καὶ παρεστάτοντος, ἠνάγκασεν ὑποδέξασθαι τὴν στρατηγίαν. καὶ μετ' ἑνὸς τῶν συναρχόντων Λουκίου Φουρίου τὸν στρατὸν ἄγειν οὗτοι ὅτι τοῖς πολεμίοις. οὗτοι δὲ ἦσαν Πραινεστῖνοι καὶ Οὐολουσκοι, μετὰ πολλῆς δυνάμεως τὴν συμμαχίδα τῶν Ῥωμαίων πορθοῦντες. ἐξελθὼν δὲ καὶ παρατοπεδεύσας τοῖς πολεμίοις, αὐτὸς μὲν ἠξίου τείχειν τὸν πόλεμον χρόνῳ κἂν εἰ μάχης δεήσοι, ῥώσας τὸ σῶμα παρασκευάσασθαι. Λουκίου δὲ τοῦ συναρχοντος ὅτι θυμίᾳ δόξης φερομένου πρὸς τὸν κίνδυνον ἀκαταστάτως, καὶ συνεξορμῶντος ἅμα ταξιάρχοις καὶ λοχαγοῖς, φοβηθεὶς μὴ φθόνῳ δή τινι δοκῇ κατόρθωμα καὶ φιλοτιμίαν ἀφαιρεῖσθαι νέων ἀνδρῶν, συνεχώρησεν ἄκων ἐκείνῳ παρατάξαι τὴν δυνάμιν· αὐτὸς δὲ ἅμα τῇ ἀυγῇ ἐπανῆλθε μετ' ὀλίγων ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. τοῦ δὲ Λουκίου προπετῶς χρησαμένου τῇ μάχῃ, καὶ σφαλέντος, ἀναθορὼν τὴν τάχιστα, τῶν Ῥωμαίων, οὐ κατέσχεν αὐτὸν, ἀλλ' ἀναθορὼν ἐκ τῆς στιβάδος, ἀπήντα μετὰ τῶν ὀπαδῶν ὅτι τὰς πύλας τοῦ χάρακος

A viam ad tyrannidem affectauit communem illam & vulgatam ſubeunda plebe, maximè obæratis. Itaque dum hos aduerſus fœneratores defendit patrocinaturque, illos vi eripit ac duci lege prohibet, breui magna manus ſtipat eum egenorum, quorum audacia & tumultus in foro in ingentem optimates adduxit metum. Dictator Q. Capitolinus ob hanc cauſam dictus, in vincula quum duci Manlium imperaſſet, plebs, quod fieri niſi in grauibus calamitatibus & publicis non ſolet, veſtem mutauit. Ita ſenatus ſeditionis timore dimitti iuſſit Manlium. Ille ob id nihilo factus meli-
B or, inſolentius factionibus & ſeditionibus ciuitatem implet. Camillo igitur rurſus creato tribuno militum, quum eſſet Manlio dies dicta, accuſatores impediebat magnopere loci conſpectus. Nam locus, vnde nocte reiecerat Manlius Gallos, erat ex Capitolio in foro conſpicuus, mouebatq; præſentes, quum eò manus tẽderet, & lachrymabundus illius decoris renouaret memoriam. Vnde perplexi iudices diem ſæpius diffuderunt: qui neque liberare eum manifeſtis conuictum indiciis crimine poterant in animum inducere, neque, quum locus tantum ſubiiceret oculis factum, le-
C ge agere valebant. Quod vbi conſiderauit Camillus, extra portam in Petelinum lucum, vnde conſpectus non eſſet in Capitolium, iudicium traduxit. Ibi accuſator crimen intendit, iudiceſq;, facinoribus eius ob oculos poſitis, dignas præſentibus ſceleribus pœnas ei irrogauerũt. Manlius, vbi damnatus eſt, in Capitolium ductus, ac de ſaxo præcipitatus, locum eundem habuit & eximiæ gloriæ & triſtiſſimi exitus monumentum. Populus Romanus domum eius demolitus, in area ædem deę, quam Monetam vocant, ædificauerunt, latumq; ad populum eſt, Nequis poſthac patricius in arce
D habitaret. Porrò Camillus ſextum tribunatum ſibi oblatum deprecatur. Nam pręterquam quòd exacta iam eſſet ætate, etiam inuidiam habebat viciſſitudinemque fortunæ ex tanta gloria & felicitate ſuſpectam. Apertiſſime autem excuſauit ob corporis valetudinem: ſiquidem iiſdem fortè diebus morbo detinebatur. Enimverò non concedere ei vacationem populus, ſed clamare, non equitis ab eo, non peditis in præliis munus, conſilium duntaxat & ductum requirere. Itaque ſuſcipere magiſtratum, & vno adiuncto ex collegis L. Furio, compulerunt eum in hoſtes ducere. Prę-
E neſtini & Volſci hi erant, qui ingentibus copiis vaſtabant ſociorum populi Romani fines. Ab vrbe profectus caſtra hoſtium caſtris contulit, eo animo vt bellum traheret: quòd ſi dimicandum planè eſſet, confirmato corpore vt pugnaret. Quũ verò collega eius Lucius gloriæ cupidine poſtularet ferociter conflictum, incenderetque ſimul centuriones ac manipulares, veritus ne inuidia videretur iunioribus victoriam & decus è manibus eripere, quum inuitus educere illi in aciem permiſiſſet legiones, ob valetudinẽ & imbecillitatem cum paucis ſubſtitit in caſtris. Poſtquam inconſultè Lucius in certamen prouectus
F titubauit, animaduerſo Camillus Romanos terga dare, non continuit ſe, ſed exiliens ex lectulo, occurrit cum comitatu ſuo ad portas caſtrorum,

& per medios fugientes intulit ſe in inſtantem vi- A
ctis hoſtem. Ergo Romani partim ex templo pugnam repetentes ſequuntur Camillum, partim qui adhuc ſe ex fuga recipiebant, obijciunt ſe pro duce conglobantque cohortantes inter ſe, ne deſererent ducem. Hoc modo tũ hoſtes ab inſectando repreſſi. Poſtero die educit copias Camillus, hoſteſq; ſignis collatis fundit, atque, in caſtra vnà cum effuſis in fugam illatus, ingentẽ ſtragem edit. Inde quum expugnatum Sutrium intellexiſſet à Thuſcis, & colonos fœdè trucidatos, pleroſque milites & grauem armaturam remiſit Romam. Trahens autem ſecum ex delecta iuuentute impi- B
gerrimos quoſque, eos qui oppidum tenebant adortus Thuſcos eſt. Fuſos partim expulit vrbe, partim interfecit. Regreſſus cum ingenti præda Romam, demonſtrauit prudentiſſimos eſſe, qui non deterriti valetudine & ætate ducis, vſu & animo præditum vegeto tergiuerſantem deſignauerant, affectumque præ florentibus ætate & ambitioſis. Quare quum defectio Tuſculanorum nunciaretur, mandant id bellum Camillo, vnum tantum ex quinque collegis allegeret ſibi. Ille cæteris, quanuis peterent & cuperent omnes, præteritis, contra expectationem omnium optauit L. Furium. Is il- C
le erat, qui modo inuito Camillo conflictus autor, in præcipitem caſum remp. adduxerat. At hic, vt ſcilicet obrueret eam calamitatem, ac collegæ infamiam leuaret, præpoſuit eum cæteris. At Tuſculani errorem callide auertentes, quum eſſet iam in expeditione aduerſus ipſos Camillus, aratoribus paſtoribuſque agros vt in alta pace compleuerant, patebant portæ, pueri in ludis operam literis dabant, ex vulgo opifices ſuo quiſque operi intenti conſpiciebantur, ſpectatiores in foro obuerſabantur togati, magiſtratus ſedulo circumibant ad deſignandum Romanis hoſpitia, tan- D
quam remoti ab omni ſuſpicione eſſent mali, nec cuiuſquam ſibi commiſſi conſcij. Hæc res non exemit quidem eos apud Camillum proditionis opinione, ſed illorum pœnitentia ex proditione flexit eum ad miſericordiam, ſenatum adire iuſſit iis pœnam deprecatum. Deprecantibus adfuit Camillus, vt & crimine liberarentur, & ciuitatem impetrarent. Hæc Camilli præclariſſim ain ſexto tribunatu geſta fuere. Poſt hæc Licinio Stolone ingentem in vrbe concitante tumultum (nam plebs inſurgebat aduerſus patres, vt duorum conſulum, qui quotannis deſignarentur, al- E
ter ex ſuo corpore crearetur, non patricij ambo (tribuni militum creati ſunt, comitia conſularia impediuit plebs. Quum res, magiſtratibus non creatis, ad grauiorem ſpectaret motum, Camillus quartùm dictator à ſenatu plebe inuita creatus eſt, haud ſane etiam ipſe volens, vt qui committi nollet cum hominibus, quibus licebat ex multis & ancipitibus præliis liberè & verè dicere plura ſecum ipſis militiæ, quàm domi geſſiſſe cum patriciis: nunc verò eorum odio eſſet lectus, vt aut ipſe, ſi ſuperior foret, multitudinem opprimeret, aut opprimeretur victus. Attamen quò mederetur huic malo, F

ἀφ' τῶν φθονούντων ὠθούμενος εἰς τὴν διώκησιν. ὥς τε πολὺ μὲν ὀλίγους ἀναστρέφειν καὶ συναγωνιζόμενος, πολὺς δ', προσφερομένους ἔξωθεν, ἴσασθαι πρὸς αὐτὸν καὶ συναπαντᾶν, παρακελευόμενος ἀλλήλοις μὴ ἀπολείπεσθαι τοῦ στρατηγοῦ. τότε μὲν οὖν οὕτως ἀπεστράφησαν τῆς διώξεως οἱ πολέμιοι, τῇ δ' ὑστεραίᾳ προσαγαγὼν τῷ δυνάμει ὁ Κάμιλλος, καὶ συνάψας μάχην, αὐτός τε νικᾷ κατ' κράτος, καὶ τὸν χάρακα λαμβάνει συνεισπεσὼν τοῖς φεύγουσι, καὶ ἀφθονίας πολλῆς. ἐκ δ' τούτου πυθόμενος πόλιν Σατείαν ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐαλωκέναι, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀπεσφάχθαι, Ῥωμαίους ἄνδρας ὄντας, τὴν μὲν πολλὴν καὶ βαρεῖαν τῆς δυνάμεως εἰς Ῥώμην ἀπέστελεν, αὐτὸς δ' τοὺς ἀκμάζοντας μάλιστα καὶ προθυμοτάτους ἀναλαβὼν, ἐπεβοήθει τοῖς τὴν πόλιν ἔχουσι Τυρρηνοῖς· καὶ κρατήσας, τοὺς μὲν ἀξήλασεν αὐτῶν, τοὺς δ' ἀπέκτεινεν. ἐπανελθὼν δ' μετ' πολλῶν λαφύρων εἰς Ῥώμην, ἐπέδειξε φρονιμωτάτους ἀνδρῶν, τοὺς μὴ φοβηθέντας ἀποδιδράσκειν καὶ χῆρας ἡγεμόνος ἐμπειρίαν καὶ τόλμαν ἔχοντος, ἀλλ' ἑλομένους ἐκεῖνον ἄκοντα καὶ νοσοῦντα μᾶλλον ἢ τῶν ἐν ἡλικίᾳ τοὺς δεομένους καὶ σπουδάζοντας ἀρχήν. διὸ καὶ Τουσκλανῶν ἀφεστάναι λεγομένων, ἐκέλευον ἐξιέναι τὸν Κάμιλλον ἐπ' αὐτοὺς, ἕνα τῶν πέντε συστρατήγων προστελόμενον. ὁ δ', καίπερ ἀνδρῶν βουλομένων καὶ δεομένων, ἐάσας τοὺς ἄλλους, προστείλετο Λούκιον Φούριον, οὐδενὸς δὴ προσδοκήσαντος. ἐκεῖνος γὰρ ἐκεῖνον τὸν Καμίλλου ἀγωνίσασθαι προθυμηθεὶς ἔναγχος, καὶ δυστυχήσας περὶ τὴν μάχην. ἀλλὰ βουλόμενος (ὡς ἔοικεν) ἀποκρύψαι τὴν συμφορὰν, καὶ τὴν ἀγνοίαν ἀπαλλάξαι τοῦ ἀνδρὸς, αὐτὸ πάντων πρῶτον προεῖπον. οἱ δ' Τουσκλανοὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐπανορθούμενοι πανουργῶς, ἤδη βαδίζοντος ἐπ' αὐτοὺς τοῦ Καμίλλου, τὸ μὲν πεδίον ἀνθεῶπων ὡς ἐν εἰρήνῃ γεωργούντων καὶ νεμόντων ἐνέπλησαν, τὰς δ' πύλας εἶχον ἀνεῳγμένας, καὶ τοὺς παῖδας ἐν τοῖς διδασκαλείοις μανθάνοντας. τοῦ δ' δήμου τὸ μὲν βαίνοντ' ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων ἑωρᾶτο πρὸς τὰς τέχνας, τὸ δ' ἀστεῖον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐν ἱματίοις· οἱ δ' ἄρχοντες περιήεσαν σπουδῇ καταλύσαι τοῖς Ῥωμαίοις ἐπαγγέλλοντες, ὡς οὐδὲν κακὸν προσδοκῶντες, οὐδὲ συνειδότες. τούτων δ' πραττομένων, ἀπιστεῖν μὲν οὐκ ἐπῄει τῷ Καμίλλῳ τὴν προδοσίαν, οἰκτείρας δ' τὴν ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ μετάνοιαν αὐτῶν, ἐκέλευσε πρὸς τὴν σύγκλητον ἐλθόντας παραιτεῖσθαι τὴν ὀργήν· καὶ παραιτησαμένοις συνέπραξεν αὐτὸς, ἀφεθῆναί τε τὴν πόλιν αἰτίας ἁπάσης, καὶ μεταλαβεῖν ἰσοπολιτείας. αὗται μὲν οὖν ἐγένοντο τῆς ἕκτης χιλιαρχίας ἐπιφανέστατα πράξεις. μετὰ δ' ταῦτα, Λικιννίου Στολωνος ἐν τῇ πόλει μεγάλην στάσιν ἐγείροντος, ὥστ' ὁ δῆμος ἐστασίαζε πρὸς τὴν σύγκλητον, βιαζόμενος, δυοῖν ὑπάτων καθισταμένων, τὸν ἕτερον ἐκ δημοτῶν εἶναι, καὶ μὴ συναμφοτέρους πατρικίους, δήμαρχοι μὲν ἠρέθησαν, τὰς δ' ὑπατικὰς ἀρχαιρεσίας ἐπιτελεσθῆναι διεκώλυσαν οἱ πολλοί. καὶ πραγμάτων δ' ἀναρχίας φερομένων ἐς μείζονας ταραχὰς, ἀποδείκνυται δικτάτωρ ὁ Κάμιλλος ὑπὸ τῆς βουλῆς ἄκοντι τῷ δήμῳ, οὐδὲ βουλόμενος ἐκμανθάνειν πρὸς ἀνθρώπους παρρησίαν ἔχοντας ὡς πλείονα μετ' αὐτῶν διαπεπραγμένος ἐν στρατηγίαις, ἢ μετ' τῶν πατρικίων ἐν ταῖς πολιτείαις· καὶ νῦν διὰ φθόνον ἐκείνων ἠρημένος ὑπ' αὐτῶν, ὅπως ἢ καταλύσῃ τὸν δῆμον ἰσχύσας, ἢ καταλυθεὶς μὴ κρατήσας. οὐ μὴν ἀλλὰ πειρώμενος ἀμύνειν τοῖς παροῦσι,

τὴν ἡμέραν γνοὺς ἐν ᾗ νομοθετεῖν οἱ δήμαρχοι διενοῦντο, προσέγραψε γραπτὰς καταλογὴν, καὶ μετεκάλει τὸν δῆμον ἐκ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸ πεδίον, μεγάλας ζημίας ἀπειλῶν κατὰ τοῦ μὴ ὑπακούσαντος. τῶν δὲ δημάρχων ἐκεῖθεν αὖ πάλιν αὐτομισθωσαμένων τὰς ἀπειλὰς καὶ διομνυμένων πέντε μυριάσιν ἀργυρίου ζημιώσειν, εἰ μὴ παύσοιτο τὸ δῆμου τὸν νόμον ἀφαιρούμενος καὶ τὴν ψῆφον, εἴτ' οὖν δείσας φυγὴν ἑτέραν καὶ καταδίκην, ὡς ἀν ἤδη προβεβυτὴ καὶ κατειργασμένῳ πολλὰ μὴ προπεσοῦσαν, εἴτε τοῦ πλήθους τὴν βίαν ἄμαχον οὖσαν καὶ δυσκίνητον, ὑποβδέεσθαι μὴ δυνάμενος, τότε μὲν ὑπεχώρησεν οἴκαδε· τῇς δὲ ἑξῆς ἡμέραις σκηψάμενος ἀρρωστεῖν, ἐξωμόσατο τὴν ἀρχήν. ἡ δὲ σύγκλητος ἕτερον δικτάτορα κατέστησε· κἀκεῖνος ἀποδείξας ἵππαρχον, αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα τῆς στάσεως Στόλωνα, παρῆκεν ἐπικυρῶσαι τὸν νόμον τὸν μάλιστα λυποῦντα τοὺς πατρικίους. ἐκέλευσε δὲ οὔτε μηδένα πλέθρων πεντακοσίων πλείονα χώραν κεκτῆσθαι. τότε μὲν οὖν λαμπρὸς ὁ Στόλων ἐγένετο, τῇ ψήφῳ κρατήσας· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον αὐτὸς ἑαυτῷ κεκτημένος ὅσην ἔξεστι κωλύει ἑτέροις, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν νόμον δίκην ἔδωκεν. ἐπολὺ πλῆθος δὲ τῆς περὶ τῶν ὑπατικῶν ἀρχαιρεσιῶν φιλονικίας (ὁ δὲ χαλεπώτατον τῆς στάσεως ἦν, καὶ πρῶτον ἤρξε, καὶ πλεῖστα πρόσταγματα τῇ βουλῇ παρέσχε διαφερομένῃ πρὸς τὸν δῆμον) ἀδημονίαν πρόσπεσον σφᾶς, Κελτοὶ αὖθις ἀπὸ τῆς Ἀδριατικῆς ἀναστάντες θαλάσσης μυριάσι πολλαῖς ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνουσιν. ἅμα δὲ τοῖς λόγοις καὶ τὰ ἔργα τοῦ πολέμου παρῆν, πορθουμένης τῆς χώρας, καὶ τῶν αὐθρώπων ὅσοις μὴ ῥᾴδιον ἦν εἰς τὴν Ῥώμην καταφυγεῖν, δυὰ τὰ ὄρη σκεδαννυμένων. οὗτ' ὁ φόβος κατέπαυσε τὴν στάσιν, καὶ συνελθόντες εἰς ταὐτὸ τοῖς πολλοῖς οἱ κράτιστοι καὶ τῇ βουλῇ τῶν δημοτικῶν, εἵλοντο πάντες ἐκ μιᾶς γνώμης δικτάτορα τὸ πέμπτον, τὸν Κάμιλλον. ὁ δὲ ἐν τῷ μὲν σφόδρα γέρων, καὶ μικρὸν ἀπέλιπεν ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονέναι· συνορῶν δὲ τὴν ἀνάγκην καὶ τὸν κίνδυνον, οὔτε ὑποτίμησιν εἰπὼν, ὡς πρότερον, οὔτε προφάσει χρησάμενος, ἀλλ' αὐτόθεν ὑποσὰς τὴν στρατηγίαν, κατέλεγε τοὺς μαχησομένους· εἰδὼς δὲ τῆς τῶν βαρβάρων ἀλκῆς τὴν βιαιοτάτην ἐν ταῖς μαχαίραις οὖσαν, ἃς βαρβαρικῶς καὶ σὺν οὐδεμιᾷ τέχνῃ καταφέροντες, ὤμοις μάλιστα καὶ κεφαλαῖς ἔκοπτον, ἐχαλκεύσατο μὲν κράνη τοῖς πλείοσι ὁλοσίδηρα καὶ λαμπρὰ ταῖς προσφερείαις, ὡς ἀπολισθαίνειν ἢ κατάγνυσθαι τὰς μαχαίρας· τοῖς δὲ θυρεοῖς κύκλῳ προσήρμοσε λεπίδα χαλκῆν, τὸ ξύλου καθ' αὑτὸ τὰς πληγὰς μὴ φέροντος· αὐτὸς δὲ τοὺς στρατιώτας ἐδίδαξε τοῖς ὑστοῖς μακροῖς ἀμφὶ χεῖρας χρῆσθαι, καὶ τοῖς ξίφεσι τῶν πολεμίων ὑποδεχομένους ἐκδέχεσθαι τὰς καταφορά. ἐπεὶ δὲ πλησίον ἦσαν οἱ Κελτοὶ περὶ τὸν Ἀνίωνα ποταμὸν, στρατόπεδον βαρὺ καὶ μεστὸν ἀφθόνου λείας ἔχοντες, ἀξιαγανὸν τὴν δύναμιν, ἵδρυσε κατ' νάπης μαλακῆς καὶ συγκλείσας πολλὰς ἐχούσης. ὥστε τὸ μὲν πλῆθος ἀποκρύπτεσθαι, τὸ δὲ ὁρώμενον δοκεῖν ὑπὸ δέους εἰς χωρία προσάντη κατειλῆσθαι. ταύτην δὲ τὴν δόξαν αὐτῶν ὁ Κάμιλλος αὔξειν βουλόμενος, οὐ προήμυνε τὴν ὑπὸ πόδας πορθουμένων, ἀλλὰ τὴν χάρακα φραξάμενος ἠρέμει. μέχρις οὗ τοὺς μὲν ἐν προσομαλεῖ ἐσκεδασμένους κατεῖδε, τοὺς δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πᾶσαν ὥραν ἐμπιπλαμένους ἀφειδῶς καὶ μεθύοντας. τότε δὲ νυκτὸς ἔτι τοὺς ψιλοὺς προσεκπέμψας, ἐμποδὼν εἶναι τοῖς βαρβάροις εἰς τάξιν καθισταμένοις, καὶ διαταράττειν ἀθρόους ἐπεξιόντας, κατεβίβαζεν ὄρθρου τοὺς ὁπλίτας, καὶ παρέτασσεν ἐν τοῖς ὑπωπέδοις,

A quum diem præsciret qua ferre rogationem destinauerant tribuni plebis, in eam delectum edicit, populumque euocat ex concione in campum, magnam mulctam denuntians ei qui ad nomen non respondisset. Contrà tribuni certare minis atque deierare, si pergeret, quo minus suffragia inire de lege valeret populus, obstare, quingenûm millium æris ei mulctam dicturos. Igitur, siue alterum exilium & damnationem veritus, vt ætate iam graui & tantis rebus gestis indignam, siue tantæ plebis procellæ & pertinaciæ impar, tunc quidem domum se recepit: insequentibus die-
A Athenienſibus, & apud ſe de controuerſia diſceptare, dicto non fuerunt audientes. Eo igitur cum claſſe profectus, paucorum vim, qui dominabãtur Sami, diſſoluit, obſides accepit quinquaginta ex primoribus, totidemq; pueros, quos miſit Lemnũ. Sunt autem qui tradant, obſides omnes ſingula talenta in capita ei ad ſe redimendum obtuliſſe, multa inſuper eos qui à populari ditione abhorrebant. Ad hæc Piſſuthnes Perſa, Samiorum ſtudioſus, ad veniam his impetrandam miſit ei decem millia aureorum: ex quibus ille tamen nihil accepit, ſed rebus apud Samios pro arbitrio ſuo compoſitis, translataque ad populum ſumma poteſtate, A B thenas retro claſſe abiit. Mox illi rebellauerunt, quum opera Piſſuthnis obſides clam profugiſſent, bellumque ſumma ope pararunt. In quos iterum mouit Pericles. nec illi pacati fuerunt aut metu perculſi, ſed maximo animo inſtituerunt mare aſſerere. Atrox prælium nauale, apud inſulam quam Tragiam dicunt, fuit commiſſum: quo reportauit nobilem victoriam Pericles: qui quatuor & quadraginta nauibus oppreſſit ſeptuaginta, quarum erant armatæ viginti. Inſequens victos occupauit portum, ac Samios obſedit: ne tum quidem fra- C ctos, ſed eruptione pro muris prælium miſcere plane auſos. Verum altera ſuperueniente ex Athenis maiore claſſe, quũ Samii vndiq; clauſi eſſent, claſſe nauium ſexaginta in exterum pelagus nauigauit, hoc conſilio (vt pleriq; autores ſunt) quo nouo ſubſidio quod ex Phœnicia veniebat Samiis occurreret, & quam remotiſſime dimicaret cum eo, ſeu, vt Steſimbrotus, quo Cyprũ peteret: quod non videtur conſentaneum. Vtracunq; fuerit eius deliberatio, videtur parum ei ex ſententia cecidiſſe. Poſtquam enim profectus cum claſſe eſt, Meliſſus Ithagenis philoſophiæ deditus, qui id temporis prætor erat Samiorum, contempta paucitate D nauium aut ducum imperitia, incitauit ciues vt Athenienſes adorirentur. Ita Samii, certamine cõmiſſo, fuderunt Athenienſes, quorum permultis captis, multis etiam depreſſis nauibus, libero potiti ſunt mari, atque neceſſaria ad bellum, quibus ante deficiebantur, importarunt. A Meliſſo ipſum etiam (ait Ariſtoteles) Periclem fuiſſe prius nauali prælio ſuperatum. Captiuorum Athenienſium Samii reddita contumelia, frontem inſcripſerunt noctua: vt ipſorum frontem ante Athenienſes Samæna. Eſt Samæna nauis prora demiſſa, concaua autem magis & ventricoſa, vt ad E mare commodior & agilior ſit. Nomen hoc obtinuit, quod in Samo primo viſa ſit, à tyranno parata Policrate. Ad hæc ſtigmata aiunt Ariſtophanem obſcure alluſiſſe,

Samii periti literis quamplurimum.

At Pericles, nuntiata exercitus clade, tulit propere ſubſidium, ac Meliſſo acie fuſo fugatoque, hoſtes confeſtim muro circumuallauit, ſumptu & diuturnitate potius quam vulneribus & periculis ciuium vincere & ſubiugare ſtudens oppidum. Verum quum moræ Athenienſes pertæſos & pugnandi cupidos non facile eſſet reprimere, in octo partes diſtributis copiis ſortem duxit, cui obueniſſet F alba faba, huic epulari feriarique, dum pugnarent reliqui, permittebat. Vnde albam diem, qua quis genio indulſit, aiunt ab alba faba nominari.

Addit Ephorus & machinis vſum Periclem, quũ captus eſſet nouæ rei admiratione, & habuiſſe ſecum Artemona mechanicum: quem, quod claudus eſſet, &, ſi quando neceſſitas eum vocaret ad opera, lectica deferretur, Periphoretum dictum. Id confutat Ponticus Heraclides verſibus Anacreontis, in quibus Artemonis Periphoreti multis ante bellum Samium & has res geſtas ætatibus mentio fit. Hic Artemona refert fuiſſe mollem hominẽ meticuloſum & pauidũ, domi fere reſidem, ſupra cuius caput, nequid decideret ſuperne, duo ſerui clypeum æneum tenerent. Quum neceſſe haberet exire, circumferri ſolitum in lectulo penſili humi pene: hinc nuncupatum Periphoretum. Nono menſe Samii fecerant deditionem: quorum muros Pericles diruit, naues ademit, atq; ingenti ſumma pecunię eos mulctauit, cuius partem repræſentauerunt Samii, reliquam pacti certa die ſoluere, obſides dederunt. Exaggerat hæc Duris Samius, magnamque atrocitatem in Athenienſes & Periclem confert, de qua nihil meminit nec Thucydides, nes Ephorus, nec Ariſtoteles. Sed mentiri illum reor, trierarchos claſſiarioſq; Samios in forum Mileſiorum eum produxiſſe, & aſſeribus decem dies alligaſſe, demum ſemianimis iam iuſſiſſe fuſtibus concidi capita, atq; ita eos interfici: inde inſepulta proiici cadauera. Verum enimuero videtur Duris, qui, vel vbi nullo priuato rapitur affectu, veritatis in hiſtoria ſolitus eſt limites tranſire, quo inuidiam Athenienſibus conflaret, atrocius patrię intendiſſe calamitates. Subacta Samo, vt regreſſus Athenas Pericles eſt, exequias fecit ſplendide eorum qui in bello occubuerant, orationemq; funebrem de more habuit luculentam. De ſuggeſtu deſcendentem cæteræ fœminæ complexæ ſunt, coroniſq; & vittis, vt athletam, victorem ornarunt. Elpenice vero propius accedens, Præclara vero res, inquit, Pericles, & digna coronis, qui dum bellum facis non Phœnicibus aut Medis, ſicut meus fecit frater Cimon, ſed ſociam & cognatam vrbem exſcindis, multos nobis & fortes ciues amiſiſti. Sic fata Elpenice, ſubriſit Pericles, & ſubmiſſe hoc ei reſpondit Archilochi,

Quando anus es, vngi minus tibi conuenit.

Diuictis Samiis, mire ſcribit ſupraque modum cum Ion animum ſuſtuliſſe, quod, quum barbaram vrbem Agamemnon decem annis: menſibus nouem ipſe principes Ionum & opulentiſſimos ſubiugaſſet. Neque iniuria gloriatus eſt, imo tam anceps ſors & diſcrimen tam ingens fuit huiuſce belli, vt, quod tradit Thucydides (ſi modo id verum ſit) Samiorum ciuitas pene imperio maris exuerit Athenienſes. Secundum hæc, quum æſtuaret iam bellum Peloponneſiacum, Corcyræis, quos perſequebantur Corinthii bello, autor populo fuit vt mitteret ſuppetias & ciuitatem mari pollentem adiungeret ſibi, quod Peloponneſii bellum in ipſos moturi propediem eſſent. Vt populus auxilium iuſſit ferri, Lacedæmonium miſit eo Cimonis filium, cui in contumeliam tantum decem naues attribuit. Siquidem magna intercedebat Cimonis familiæ cum Lacedæmoniis neceſſitudo & amicitia.

A Ἔφορος δὲ καὶ μηχαναῖς χρήσασθαι τὸν Περικλέα τῇ καινότητι θαυμάσαντα, Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ παρόντος, ὃν χωλὸν ὄντα, καὶ φορείῳ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν ἔργων προσκομιζόμενον, ὀνομαζῶσι Περιφόρητον. τοῦτο μὲν οὖν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐλέγχει τοῖς Ἀνακρέοντος ποιήμασιν, ἐν οἷς ὁ Περιφόρητος Ἀρτέμων ὀνομάζεται, πολλοὺς ἔμπροσθεν ἡλικίας τοῦ περὶ Σάμον πολέμου, καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων. τὸν δ' Ἀρτέμωνα φησὶ τρυφερόν μέν τινα τῷ βίῳ, καὶ πρὸς τοὺς φόβους μαλακὸν ὄντα καὶ καταπλῆγα, τὰ πολλὰ μὲν οἴκοι καθέζεσθαι, χαλκῆν ἀσπίδα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ δυοῖν οἰκετῶν ὑποφερόντων, ὥστε μηδὲν ἐμπεσεῖν τῶν ἄνωθεν· εἰ δὲ βιαθείη προελθεῖν, ἐν κλινιδίῳ κρεμαστῷ φορεῖσθαι τὸν γοῦν αὐτοῦ περιφερόμενον κομίζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι Περιφόρητον. ἐνάτῳ δὲ μηνὶ τῶν Σαμίων παραδόντων, ὁ Περικλῆς τὰ τείχη καθῆλε, καὶ τὰς ναῦς παρέλαβε, καὶ χρήμασι πολλοῖς ἐζημίωσεν· ὧν τὰ μὲν ἤδη ἐνέγκαν οἱ Σάμιοι. τὰ δ' ἐν χρόνῳ ῥητῷ παρέμελλον καταθήσειν, ὁμήρους ἔδωκαν. Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος τούτοις ἐπιτραγῳδεῖ, πολλὴν ὠμότητα τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ Περικλέους κατηγορῶν, ἣν οὔτε Θουκυδίδης ἱστόρηκεν, οὔτε

C Ἔφορος, οὔτ' Ἀριστοτέλης· (ἀλλ' οὐδ' ἀληθεύειν ἔοικεν) ὡς ἄρα τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς ἐπιβάτας τῶν Σαμίων εἰς τὴν Μιλησίων ἀγορὰν ἀγαγὼν, καὶ σανίσι προσδήσας ἐφ' ἡμέραις δέκα, κακῶς ἤδη διαχειμῶνος προστάξαι αὐλεῖν, ξύλοις τὰς κεφαλὰς συγκόψαντας, εἶτα προβαλεῖν ἀκήδευτα τὰ σώματα. Δοῦρις μὲν οὖν οὐδ' ὅπου μηδὲν αὐτῷ προσεστὶν ἴδιον πάθος, εἰωθὼς κρατεῖν τοῦ διήγησιν ἐπὶ τῆς ἀληθείας, μᾶλλον ἔοικεν ἐνταῦθα δεινῶσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορὰς ἐπὶ διαβολῇ τῶν Ἀθηναίων. ὁ δὲ Περικλῆς καταστρεψάμενος τοῦ Σάμου, ὡς ἐπανῆλθεν εἰς τὰς

D Ἀθήνας, παρά τε τῶν ἀποθανόντων κατὰ τὸν πόλεμον ἐνδόξους ἐποίησε, καὶ τὸν λόγον εἶπεν, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐπὶ τῶν σωμάτων, ἐθαυμάσθη. καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο, καὶ στεφάνοις ἀνέδουν καὶ ταινίαις, ὥσπερ ἀθλητοῦ νικηφόρον· ἡ δ' Ἐλπινίκη προσελθοῦσα πλησίον, Ταῦτ', ἔφη, θαυμαστὰ Περίκλεις, καὶ ἄξια στεφάνων, ὃς ἡμῖν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀπώλεσας πολίτας, οὐ Φοίνιξι πολεμῶν οὐδὲ Μήδοις, ὥσπερ οὗμος ἀδελφὸς Κίμων, ἀλλὰ σύμμαχον καὶ συγγενῆ πόλιν καταστρεφόμενος. ταῦτα τῆς

E Ἐλπινίκης λεγούσης, Περικλῆς μειδιάσας ἀτρέμα, λέγεται ὃ τοῦ Ἀρχιλόχου πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν, Οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφεο. θαυμαστὸν δέ τι καὶ μέγα φρονήσαι, καταπολεμήσαντα τοὺς Σαμίους, φησὶν αὐτὸν ὁ Ἴων, ὡς τοῦ μὲν Ἀγαμέμνονος ἔτεσι δέκα βαρβάρων πόλιν· αὐτοῦ δ' ἐννέα μηνὶν ἐνέα τοῖς πρώτοις καὶ δυνατωτάτοις Ἰώνων ἑλόντος. καὶ οὐκ ἐν ἀδίκῳ ἡ ἀξίωσις, ἀλλ' ὄντως πολλὴν ἀδηλότητα καὶ μέγαν ἔχε κίνδυνον ὁ πόλεμος, εἴπερ (ὡς Θουκυδίδης φησὶ) παρ' ἐλάχιστον ἦλθε Σαμίων ἡ πόλις ἀφελέσθαι τῆς θαλάττης τὸ κράτος Ἀθηναίοις. μετὰ ταῦτα, κυμαίνοντος

F ἤδη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, Κερκυραίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Κορινθίων, ἔπεισε τὸν δῆμον ἀποστεῖλαι βοήθειαν, καὶ προσλαβεῖν ἐρρωμένῳ ναυτικῇ δυνάμει νῆσον, ὡς ὅσον οὐδέπω, Πελοποννησίων ἐκπολεμωμένων πρὸς αὐτούς. ψηφισαμένου δὲ τοῦ δήμου τοῦ βοηθεῖν, ἀπέστειλε δέκα ναῦς μόνας ἔχοντα Λακεδαιμόνιον, τὸν Κίμωνος υἱὸν, οἷς ἐφυβρίζων. πολλὴ γὰρ ἦν εὔνοια καὶ φιλία τῷ Κίμωνος οἴκῳ πρὸς Λακεδαιμονίους·

ὡς αὖ οὖν εἰ μηδὲν ἔργον μέγα μηδ' ἐπιφανὲς ἐν τῇ στρατηγίᾳ τοῦ Λακεδαιμονίου γένοιτο, τοσοῦτον ἀφαιρεθείη μᾶλλον εἰς τὸν λακωνισμόν, ὀλίγας αὐτῷ ναῦς ἔδωκε, καὶ μὴ βουλόμενον ἐξέπεμψε· καὶ ὅλως διετέλει κωλύων ὡς μηδὲ τοῖς ὀνόμασι γνησίοις, ἀλλ' ὀθνείοις καὶ ξένοις, ὅτι τοῦ Κίμωνος ὑοῦν ὁ μὲν εἷς Λακεδαιμόνιος ὄνομα, τοῦ δ' Θεσσαλός, τοῦ δ' Ἥλιος. ἐδόκουν δ' πάντες ἐκ γυναικὸς Ἀρκαδικῆς γεγενέναι. κακῶς οὖν ὁ Περικλῆς ἀκούων ἀφ' ἑαυτοῦ δέκα ταύτας τριήρεις, ὡς μικρὰν μὲν βοήθειαν τοῖς δεομένοις, μεγάλην δὲ τοῖς φασιν τοῖς ἐγκαλοῦσι παρεσκευάσας, ἑτέρας αὖθις ἔστειλε πλείονας εἰς τὴν Κέρκυραν, αἳ μετὰ τινὰ μάχην ἀφίκοντο. χαλεπαίνοντι δὲ τοῖς Κορινθίοις, καὶ κατηγορούσι τῶν Ἀθηναίων ἐν Λακεδαίμονι, τοσοῦτον ἐγένοντο Μεγαρεῖς, ἀντιπράττοντες, πάσης μὲν ἀγορᾶς, πάντων δ' λιμένων ὧν Ἀθηναῖοι κρατοῦσιν, εἴργεσθαι καὶ ἀπελαύνεσθαι, τοῦδε τὰ κοινὰ δίκαια καὶ τοὺς γεγενημένους ὅρκους τοῖς Ἕλλησιν. Αἰγινῆται δ' κακοῦσθαι δοκοῦντες καὶ βίαια πάσχειν, ἐποτνιῶντο κρύφα τοὺς Λακεδαιμονίους, φανερῶς ἐγκαλεῖν τοῖς Ἀθηναίοις οὐθαρρεῖν. ἐν δ' τούτῳ καὶ Ποτίδαια πόλις ἄποικος Ἀθηναίων, ἄποικος δ' Κορινθίων, ἀποστᾶσα καὶ πολιορκουμένη, μᾶλλον ἐπετάχυνε τὸν πόλεμον. οὐ μὴν ἀλλὰ πρεσβειῶν τε πεμπομένων Ἀθήναζε, καὶ τοῦ βασιλέως τοῦ Λακεδαιμονίων Ἀρχιδάμου τὰ πολλὰ τῶν ἐγκλημάτων εἰς διαλύσεις ἄγοντος καὶ τοῖς συμμάχοις παρακαλοῦντος, οὐκ οὖν ἐδόκει συμπεσεῖν ἐκεῖνό τε τῶν ἄλλων αἰτιῶν ὁ πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ τὸ ψήφισμα καθελεῖν τὸ Μεγαρικὸν ἐπείθησαν, καὶ διδαλαγῶσι πρὸς αὐτούς. διὸ καὶ μάλιστα πρὸς τοῦτο Περικλῆς ἀναπεισθείς, καὶ παροξύνας τὸν δῆμον, ἐμμένειν τῇ πρὸς Μεγαρεῖς φιλονεικίᾳ, μόνος ἔσχε τοῦ πολέμου τινὰ αἰτίαν. λέγουσι δ' πρέσβεις, Ἀθήναζε περὶ τούτων ἐκ Λακεδαίμονος ἀφιγμένους, καὶ τοῦ Περικλέους νόμον τινὰ προβαλομένου, κωλύοντα καθελεῖν τὸ πινάκιον ἐν ᾧ τὸ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανεν, εἰπεῖν Πολυάρκην τῶν πρέσβεων τινά, Σὺ δ' μὴ καθελῇς, ἀλλὰ στρέψον ἔσω τὸ πινάκιον. οὐ γὰρ ἔστι νόμος ὁ τοῦτο κωλύων. κομψοῦ δ' τοῦ λόγου φανέντος, οὐδέν τι μᾶλλον ὁ Περικλῆς ἐνέδωκεν. ἰσχὺν μὲν οὖν τις (ὡς ἔοικεν) αὐτῷ καὶ ἰδίᾳ πρὸς τοὺς Μεγαρεῖς ἀπέχθεια· κοινῇ δ' καὶ φανερὰν ποιησάμενος τὴν αἰτίαν κατ' αὐτῶν, ἀποτίμησεσθαι τὴν ἱερὰν ὀργάδα, γράφει ψήφισμα, κήρυκα πεμφθῆναι πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους τὸν αὐτόν, κατηγορήσοντα τῶν Μεγαρέων. τοῦτο μὲν οὖν τὸ ψήφισμα Περικλέους ἐστίν, θυμῳδεστάτου καὶ φιλανθρώπου δικαιολογίας ἐχόμενον. ἐπεὶ δ' ὁ πεμφθεὶς κῆρυξ Ἀνθεμόκριτος αἰτίαν τῶν Μεγαρέων ἀποθανεῖν ἔδοξε, γράφει ψήφισμα κατ' αὐτῶν Χαρῖνος, ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ἰᾶν δ' δὶς ἑκάστου τοῦ Ἀττικῆς Μεγαρέων, θανάτῳ ζημιοῦσθαι. τοῖς δ' στρατηγοῖς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πατρῷον ὅρκον, ἐπομνύειν ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι. ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. Μεγαρεῖς δὲ, τὸν Ἀνθεμοκρίτου φόνον ἀπαρνούμενοι, τὰς αἰτίας εἰς Ἀσπασίαν καὶ Περικλέα τρέπουσι, χρώμενοι τοῖς παρεβοήτοις καὶ δημώδεσι τούτοις ἐκ τῶν Ἀχαρνέων

» σιχιδίοις, Πορνῶν δ' Σίμαιθαν, ἰόντες Μεγάραδε νεανίαι
» κλέπτουσι μεθυσοκόραβοι· κἀθ' οἱ Μεγαρεῖς ὀδυνᾶς
» πεφυσιγγωμένοι, ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο.

A Quo igitur maiorem ex gratia Lacedæmoniorum traheret Lacedæmonius inuidiam, si nihil insigne aut memorabile gestum esset ductu suo, exiguum numerum ei nauium dedit, extrusitque inuitum, omnibusque modis filiorum Cimonis incremento offecit, quasi ne nominibus quidem indigenarum, sed peregrinorum & hospitum: quod vni Lacedæmonio, alteri Thessalo, Elio tertio esset nomen, omnes autem vulgo ferrentur ex muliere progeniti Arcadica. Ergo quum esset ob decem has naues infamis Pericles, quod exiguum auxilium indigentibus, magnam autem ansam præ-
B buisset lacerandi sui inuidis, alias inde plures Corcyram misit, quæ post pugnam venere. Infensis Corinthiis, & Athenienses Lacedæmone criminantibus, associauere se Megarenses, incessentes præterius gentium, & iusiurandum inter Græcos datum, omnibus emporiis, omnibus se portubus, quos obtinerent Athenienses, prohiberi & arceri: Æginetæ, quorum miserabilis conditio & afflicta videbatur, quia accusare propalam non audebant Athenienses, clam apud Lacedæmonios quiritabantur. Dum hæc aguntur, Potidæa (quod oppidum formulę erat Athenienſium, sed Colonia Corinthiorũ) quia desciuerat, circumsidebatur. Quæ
C res bellum maturauit magis. Verumtamen, quum mitterentur Athenas legati, & studeret rex Lacedæmoniorum pleraque crimina Archidamus pacare, sociosque mulceret, verisimile est non fuisse eos Athenienſibus illaturos cæteras ob causas arma, si adduci, vt plebiscitum Megaricum circumducerent, pacemque componerent cum illis, potuissent. Cui quia præcipue intercessit Pericles, & populo inflammato præfracte oppugnauit Megarenses, solus autor habitus est belli. De his ferunt legatos venisse à Lacedæmoniis Athenas, & quum legem Pericles certam obtenderet, quæ tabulam
D interdiceret in quam plebiscitum esset relatum reuellere, dixisse vnum ex legatis Polyarcem, Tu vero ne reuulseris, sed conuerte tabulam intro, quũ non sit hoc quæ impediat lex vlla. Hoc dictum quamuis facetum videretur, nihilo fuit remissior tamẽ Pericles. Et sane persequebatur priuato quodam odio (vti reor) Pericles Megarenses: prætendens autem publicam & manifestam aduersus eos noxam, interuertisse eos agrum sacrũ, scribit plebiscitum, vt caduceator ad eos mittatur, atq; idem ad Lacedæmonios, qui Megarenses in crimen vocet. At ea rogatio Periclis æquam continet & le-
E nem querelam: verum quoniam caduceatori, qui missus fuerat, Anthemocrito quæsita mors dicebatur à Megarensibus bellum iis ex Charini rogatione internecinum & implacabile indicitur. Si quis attingeret Megarensis finem Atticum, mors ei denunciaretur. Prætores in solenni iureiurando adderẽt: vt bis quotannis agrum Megarensem popularentur, tumularetur Anthemocritus iuxta portam Thriasiam, quam nunc Dipylon nuncupant. Megarenses vero cędem inficiantes Anthemocriti, causam omnem in Aspasiam detorquent & Periclem, allegantque celebratos & vulgatos hosce
F versus Aristophanis ex Acharnibus,

Iuuenes profecti Megaram ebrii auferunt
Simætham ex scortatione nobilem:
Megarensis hinc populus dolore percitus,
Furatur Aspasiæ duo scorta haud impiger.

Ac origo

scilicet Athenienſium, ut contra Megarenſes prius ad Act. XII. v. 3.

Ac origo quidem belli, vnde manarit, haud procliue est nosse. Plebisciti verò illius non antiquati iuxtà omnes causam conferunt in Periclem. Verùm hi ex animi celsitudine ferunt coniuncta cum prudentia eum restitisse, quum arbitraretur eo præcepto tentari an cessuri ipsis Athenienses essent, & debilitatis esse concessionem confessionem: alii peruicacia potius & concertatione, ad ostentandam potentiam suam, despexisse Lacedæmonios. Deterrima causa omnium (cui tamen assentiuntur plerique omnes) hæc perhibetur esse. Phidias plastes, signum (vt dictum est) Mineruæ conduxerat faciendum. Familiaritate hic Periclis vsus est, plurimumque apud eum potuit: quare inuidiam contraxit, ac nonnullos habuit eius causa infestos. Alii, quo periculum in illo facerent qui populus in Periclem futurus iudex esset, Menonem quendam, cuius opera vtebatur Phidias, constituunt in foro supplicem, petentem fidem publicam dare sibi, indicaturum se & delaturum certa de Phidia. Quum populus illum admisisset, & quæstio in foro haberetur, nulla prolata furta fuerunt. Aurum enim sic à principio fuerat Periclis consilio simulacro illigatum & circumiectum, vt detrahi vniuersum & approbari valeret ad stateram: quod vt facerent, prouocauit tunc Pericles accusatores. Enimuerò premebat excellentia operum Phidiam, præcipuè quòd in pugna Amazonica, quem finxit in clypeo Mineruæ, effigiem suam expressisset, calui senis saxum ambabus manibus sublatum tenentis, præclaram item inclusisset Periclis imaginem, manus cum Amazone conserentis. Figura manus qua attollit hastam, ita erat fabrefacta, vt prætensa oculis Periclis, quasi tegere conetur vtrinque elucentem similitudinem. Ac Phidias quidem in vincula ductus, morbo interiit. Alii veneno volunt ab inimicis, ad inuidiam Pericli mouendam, sublatum. Indici Menoni, ferente ad populum Glycone, immunitas data, commendauit insuper prætorib. securitatem illius populus. Eadem tempestate Aspasia violatæ religionis est rea facta, accusatore comœdiarum scriptore Hermippo: obiecit præterea eam liberas fœminas, quibus illudebat Pericles, recipere. Ad hæc rogationem tulit Diopithes, nomina vt deferrentur eorum qui esse deos negarent, aut qui sermones de rebus ęthereis sererent, ea suspicione perstringens Anaxagoræ causa Periclem. Quum præberet his aures populus, quæstionesq; reciperet, tum demum plebiscitum fit rogante Dracontide, vt rationes expensæ pecuniæ Pericles apud Prytanas deponeret, iudicesq; sententiam ex ara ferrent, atq; in vrbe hanc cognitionem exercerent. Agnon hoc ex rogatione circumduxit. Tulit autem, vt causa apud mille quingentos iudices ageretur, siue peculatus & repetundarũ, siue iniuriæ vellet quis crimen appellare. Ac Aspasiam quidẽ eripuit Pericles precibus, pro qua vim lacrymarum in causa dicenda (vt scribit Æschines) profudit, obsecrauitq; iudices: Anaxagoram trepidans ablegauit, atque ex vrbe deduxit. Quum verò Phidiæ causa offendisset populũ, ideoq; horreret iudicia, cunctanti & fumare incipienti subdidit faces bello, sperans fore vt crimina discuteret, & leniret inuidiã, quum arduis in negotiis & discriminibus esset ad ipsum vnum propter autoritatem & opes ipsius se ciuitas collatura.

A τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ὅπως ἔχοι οὐ ῥάδιον γνῶναι. τὸν δὲ μὴ λυθῆναι τὸ ψήφισμα πολλοὶ ὡσαύτως τὴν αἰτίαν ὀνομάζουσι τῷ Περικλεῖ. πλεῖστοι οἱ μὲν οὐκ φρονήματος μεγάλου καὶ γνώμης καὶ τὸ βέλτιστον ἀπιχειρεῖσθαι φασὶν αὐτὸν πεῖραν ἐνδόσεως τὸ πρόσταγμα, καὶ τὴν συνχώρησιν, ἐξομολόγησιν ἀσθενείας ἡγούμενοι· οἱ δὲ, μᾶλλον αὐθαδείᾳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ, πρὸς ἔνδοξον ἰσχὺν προσφερόμενοι Λακεδαιμονίων. ἡ δὲ χειρίστη μὲν αἰτία πασῶν, ἔχουσα δὲ πλείστους μάρτυρας, οὕτω πως λέγεται· Φειδίας ὁ πλάστης, ἐργολάβος μὲν ὢν τὸν ἄγαλμαβος, ὡς καὶ εἴρηται, φίλος δὲ τοῦ Περικλέους γενόμενος, καὶ μέγιστον παρ' αὐτοῦ δυνηθεὶς, τοὺς μὲν δι' αὐτὸν ἔχεν ἐχθρούς, φθονούμενος, οἱ δὲ, τὸν δῆμον ποιούμενοι πεῖραν ἐν ἐκείνῳ, ποῖος τις ἔσοιτο Περικλεῖ κριτὴς, Μένωνά τινα τοῦ Φειδίου συνεργῶν πείσαντες, ἱκέτην ἐν ἀγορᾷ καθίζουσιν, ἀπύμνουν ἄδειαν ὅπῃ μηνύσει καὶ κατηγορήσῃ τοῦ Φειδίου προσδεξαμένου δὲ τὸν δῆμον τὸν ἄνθρωπον, καὶ γενομένης ἐν ἐκκλησίᾳ διώξεως, κλοπαὶ μὲν οὐκ ἐλέχθησαν. τὸ γὰρ χρυσίον οὕτως ἀνθὸς ἐξ ἀρχῆς ἀγάλματι προσειργάσατο καὶ προσέθηκεν ὁ Φειδίας, γνώμῃ τοῦ Περικλέους, ὥστε πάνυ δυνατὸν εἶναι προσελόντα ἀποδεῖξαι τὸν σταθμόν. ὃ καὶ τότε τοὺς κατηγόρους ἐκέλευσε ποιεῖν ὁ Περικλῆς. ἡ δὲ δόξα τῶν ἔργων ἐπίεζε φθόνῳ τὸν Φειδίαν, καὶ μάλιστ' ὅτι τὸν πρὸς Ἀμάζονας μάχην ἐν τῇ ἀσπίδι ποιῶν, αὐτοῦ τινα μορφὴν ἐνετύπωσε, πρεσβύτου φαλακροῦ, πέτρον ἐπηρμένου δι' ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν, καὶ τοῦ Περικλέους εἰκόνα παγκάλλιστα ἐνέθηκε, μαχομένου πρὸς Ἀμαζόνα. τὸ δὲ σχῆμα τῆς χειρὸς ἀνατεινούσης δόρυ, πρὸ τῆς ὄψεως τοῦ Περικλέους, πεποιημένον ἀμηχάνως, οἷον ἐπικρύπτειν βούλεται τὴν ὁμοιότητα προφαινομένην ἑκατέρωθεν. ὁ μὲν οὖν Φειδίας εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχθεὶς, ἐτελεύτησε νοσήσας. ὡς δέ φασιν ἔνιοι φαρμάκοις ὅπῃ βλαβῇ τοῦ Περικλέους, τῶν ἐχθρῶν προδιδασκάσαντων, τῷ δὲ μηνυτῇ Μένωνι, γράψαντος Γλύκωνος, ἀτέλειαν ὁ δῆμος ἔδωκε, καὶ προσέταξε τοῖς στρατηγοῖς ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀσφαλείας τοῦ ἀνθρώπου. πρὸς δὲ τούτοις τὸν χρόνον Ἀσπασία δίκην ἔφυγεν ἀσεβείας, Ἑρμίππου τοῦ κωμῳδοποιοῦ διώκοντος, καὶ προσκατηγορήσαντος ὡς Περικλεῖ γυναῖκας ἐλευθέρας εἰς τὸ αὐτὸ φοιτώσας ὑποδέχοιτο. καὶ ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν, εἰσαγγελλόντας τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας, ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας· ἀπφειδόμενος εἰς Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου τὴν ὑποψίαν. δεχομένου δὲ τοῦ δήμου καὶ προσιεμένου τὰς διαβολὰς, ὅπως ἤδη ψήφισμα κυρῶσι, Δρακοντίδου γράψαντος, ὅπως οἱ λόγοι τῶν χρημάτων ὑπὸ Περικλέους εἰς τοὺς Πρυτάνεις ἀποτιθεῖεν· οἱ δὲ δικασταὶ τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες, ἐν τῇ πόλει κρίνοιεν. Ἄγων δὲ τοῦτο μὲν ἀφεῖλε τὴν ψηφισμάτων, κρίνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἔγραψεν, ἐν δικασταῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις, εἴτε κλοπῆς καὶ δώρων, εἴτ' ἀδικίας βούλοιτό τις ὀνομάζειν τὴν δίωξιν. Ἀσπασίαν μὲν οὖν ἐξῃτήσατο πολλὰ πολὺ τοῦ δὲ τὴν δίκην, ὡς Αἰσχίνης φησὶν, ἀφεὶς ὑπὲρ αὐτῆς δάκρυα, καὶ δεηθεὶς τῶν δικαστῶν· Ἀναξαγόραν δὲ, φοβηθεὶς, ἐξέπεμψε καὶ προέπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως. ὡς δὲ καὶ Φειδίου προσέπταισε τῷ δήμῳ, φοβηθεὶς τὸ δικαστήριον, μέλλοντα τὸν πόλεμον καὶ ὑποπτοφόβου ἐξέκαυσεν, ἐλπίζων διασκεδάσειν τὰ ἐγκλήματα, καὶ ταπεινώσειν τὸν φθόνον, ἐν πράγμασι μεγάλοις τὸ κινδυνῶδες τῆς πόλεως ἐκείνῳ μόνῳ διὰ τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν δυνάμιν ἀναθείσης ἑαυτῷ.

αἱ μὲν οὖν αἰτίαι δι' ἃς οὐκ εἴασεν ἐνδοῦναι Λακεδαιμο- A
νίοις τὸν δῆμον, ἄδηλοι λέγονται· ὁ δὲ ἀληθὲς, ἄδηλον. οἱ δὲ
Λακεδαιμόνιοι γνώσκοντες ὡς ἐκείνου καταλυθέντος, εἰς
πόλεμα μαλακωτέροις χρήσονται τοῖς Ἀθηναίοις, ἐκέλευον
αὐτοῖς ὁ ἄγχος ἐλαύνειν ᾧ ὁ μηδένα χρόνον τοῦ Περι-
κλέους ἔνοχον ὢν, ὡς Θουκυδίδης εἴρηκεν, ἡ δὲ πεῖρα παρέστη
τοῖς πέμψασιν εἰς τοὐναντίον. αὐτὴ γὰρ ὑποψίας καὶ ἀφο-
λῆς, ὁ Περικλῆς ἔτι μείζονα πίστιν ἔσχε καὶ ἀμείνω δόξαν
τοῖς πολίταις, ὡς μάλιστα μισούντων καὶ φοβουμένων ἐκείνον
τοὺς πολεμίους. διὸ καὶ παρὰ ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἀττικὴν τὸν
Ἀρχίδαμον ἔχοντα τοὺς Πελοποννησίους, παρῄνει τοῖς Ἀ- B
θηναίοις, εἰ ἄρα πάντα δηοῦν ὁ Ἀρχίδαμος, ἀπέχηται τῶν
ἐκείνου, ἀφὰ τὴν ξενίαν τὴν οὖσαν αὐτοῖς, ἢ ἀφαιρῆται
τοῖς ἐχθροῖς ἐνδίδοὺς ἀφορμὰς, ὅτι τῇ πόλει καὶ τὴν χώραν
καὶ τὰς ἐπαύλεις ὑπεδίδωσιν. ἐμβάλλουσιν οὖν εἰς τὴν Ἀττικὴν
στρατῷ μεγάλῳ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τῶν συμμάχων, Ἀρχι-
δάμου τοῦ βασιλέως ἡγουμένου. καὶ δηοιοῦντες τὴν χώραν, παρ-
ῆλθον εἰς Ἀχαρνὰς, καὶ κατεστρατοπέδευσαν, ὡς τῶν Ἀθηναίων
οὐκ ἀνεξομένων, ἀλλ' ὑπὲρ γῆς καὶ φανήματος ἀγωνιουμένων
παρὰ αὐτούς· τῷ δὲ Περικλεῖ δεινὸν ἐφαίνετο παρὰς
ἑξακισμυρίους Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν ὁπλίτας (πλεῖ- C
στοι γὰρ ἦσαν οἱ τοσοῦτον ἐμβαλόντες) ὑπὲρ αὐτῆς τῆς πό-
λεως μάχην συνάψαι· τοὺς δὲ βουλομένους μάχεσθαι, καὶ
διεπαθοῦντας παρὰ τὰ γενόμενα, κατεπράυνε λέγων ὡς
δένδρα μὲν τμηθέντα καὶ κοπέντα φύεται ταχέως, ἀνδρῶν δὲ
ἀφαιρεθέντων, αὖθις τυχεῖν οὐ ῥᾴδιον ἐστι. τὸ δὲ δῆμον εἰς
ἐκκλησίαν οὐ συνῆγε, δεδιὼς βιασθῆναι παρὰ γνώμην,
ἀλλ' ὥσπερ νεὼς κυβερνήτης, ἀέρος καλοῦντος ἐν πελάγει,
θέλων πάντα καὶ καταστείνας τὰ ὅπλα, χρῆται τῇ τέχνῃ,
δάκρυα καὶ δεήσεις ὑπιβάντων καὶ φοβουμένων ἐάσας,
οὕτως ἐκεῖνος, τό, τε ἄστυ συγκλείσας, καὶ καταλαβὼν D
πάντα φυλακαῖς παρὰς ἀσφάλειαν, ἐχρῆτο τοῖς αὐτοῦ λο-
γισμοῖς, βραχέα φροντίζων τῶν καταβοώντων καὶ δυσχερα-
ινόντων. καίτοι πολλοὶ μὲν αὐτοῦ τῶν φίλων δεόμενοι παρεκέλευ-
το, πολλοὶ δ' ἐχθρὸν ἀπειλοῦντες καὶ κατηγοροῦντες· πολλοὶ δ'
ᾖδον ἄσματα καὶ σκώμματα παρὰς ἀγανοίαν, ἐφυβρίζοντες
αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν, ὡς δύανδρον καὶ παρίεμένον τὰ πράγμα-
τα τοῖς πολεμίοις. ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων ἤδη δι' ἀρχῆς τῆς παρὰς
ἐκεῖνον ὀργὴν τῶν πολιτῶν πορευόμενος ὅτι τὴν δημαγωγίαν.
„ὥστ' ἀναπαίσας ταῦτα δηλοποιήσαντος Ἑρμίππου. Βασιλεῦ
„σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν E
„περὶ πολέμου δεινοὺς παρέχῃ, ψυχὴν δ' τέλητος ὑπέστης; καὶ δε-
„ειλίαν δ' ἀκίνησκλησε παρεδηγμένην βρύχει κεφάλας. δηλη-
θεὶς αὐθωνι Κλέωνι. πλὴν ἀλλ' οὐδενὸς ἐκινήθη τῶν τοιούτων
ὁ Περικλῆς, ἀλλὰ παρέως καὶ σιωπῇ τὴν ἀδοξίαν καὶ τὴν
ἀπέχθειαν ὑφιστάμενος, καὶ νεὼν ἑκατὸν ὅτι τὴν Πελοπόννη-
σον ὅλην ἐκπέμπων, αὐτὸς οὐ συνεξέπλευσεν, ἀλλ' ἔμεινεν
οἰκουρῶν καὶ δι' ἀχθεὸς ἔχων τὴν πόλιν, ἕως ἀπηλλάγησαν οἱ Πε-
λοποννήσιοι· θεραπεύων δὲ τοὺς πολλοὺς, ὄμφης ἀγαλλοιτας ὅτι
τῷ πολέμῳ, δι' ἀνομαστῆς τε χρημάτων ἀνελάμβανε, καὶ κληρου-
χίας ἀνέγραφεν. Αἰγινήτας γὰρ ἐξελάσας ἅπαντας, διένειμε F
τὴν νῆσον Ἀθηναίων τοῖς λαχοῦσιν. ἐν δέ τις παρηγορία καὶ ἀφ'
ὧν ἔπασχον οἱ πολέμιοι. καὶ γὰρ οἱ περιπλέοντες τὴν Πελο-
πόννησον, χώραν τε πολλὴν, κώμας τε καὶ πόλεις μι-
κρὰς διεπόρθησαν, καὶ κατ' γῆν αὐτὸς ἐμβαλὼν εἰς τὴν

A Hæ esse causæ referuntur quamobrem non permiserit Lacedæmoniis populum morem gerere: veritas in obscuro latet. At Lacedæmonii, pro certo habentes vndequaque remissiores se oppresso Pericle præbituros Athenienses, iusserunt eis piaculum eiicere, quo erat (vt tradit Thucydides) ex genere materno contactus Pericles. Verùm cœptum iis qui miserant longè aliter cecidit. Quippe pro suspicione & inuidia fidem & existimationem Pericles ad populum multo accepit maiorem, hostem quum cernerent eum præcipuè & odisse & metuere. Itaque antequam
B Atticam incursaret cum Peloponnesiis Archidamus, denuntiauit Athenienſibus, si deuastatis cæteris, à suis prædiis Archidamus vim abstineret propter ius hospitii quod cum illo intercedebat sibi, aut quò maleuolis suis ansam calumniandi præberet, agrum se & villas reipubl. donare. Magnis igitur copiis Lacedæmonii cum sociis Atticam, rege duce Archidamo, ineunt, fœdandoque fines Acharnas vsque progressi sunt. Vbi castra communiuere, rati non passuros id Athenienses, sed pro solo & gloria secum decertaturos. At Pericles anceps duxit cum sexaginta
C millibus Peloponnesiorum & Bœotiorum peditum (hic enim numerus fuit copiarum quæ primùm infuderunt se in Atticam) de ipsa dimicare vrbe. Eos qui pugnã poscebant, & angebantur vastatione agrorum, demulsit, dicens arbores cæsas & deiectas mox renasci, virorum cæsorum iterum non promptam fore facultatẽ. Populi concionem non habuit, veritus ne inuitum de instituto depelleret suo: sed vt gubernator nauis, coorta in
D mari tempestate, vbi prospexit omnibus, & armamenta composuit, vtitur arte, lachrymas & obtestationes negligens nauseantium & trepidantium vectorum: ita ille obseratis portis, omnia firmauit præsidiis ad securitatem, suaque sequens consilia, contempsit obstrepentes & stomachantes: quamuis multi eum amici obtunderent precibus, multi minitarentur aduersarii insectarenturque, multi carmina canerent & dicteria probrosa, conuitiisque incesserent eius imperium vt molle & prodens hostibus rempubl. Et verò etiam Cleon, incensam conspiciens in illum ciuitatem, mordebat eum, auram popularem captans. id quod hisce versibus declarauit Hermippus,

Cur ferre Satyrûm rex recusas hastulam,
Mira interim loquens tamen de prælio?
At induisti animum Teletis territum,
Ensisq; tu stricti atque acuti aciem extimes,
Te punxerit licet Cleon stimulis acris.

Verùm istorum mouit Periclem nihil: sed comiter & tacitè tulit ignominiam & inuidiam. Classem centum nauium misit in Peloponnesum. hanc tamen ille non duxit, sed continuit domi se, vt ciuitatem in potestate retineret dum se recepissent Peloponnesii. Quo plebem placaret tamen ob bellum frementem, largitionibus eam leniuit, & leges tulit de coloniis deducendis.
F Æginetas enim omnes eiecit, quorum insulam diuisit sortitò ciuibus Athenienſibus. Aliqua etiam ex parte hostium calamitates leuabant dolorem eorum. Classe enim Peloponnesum circumuecti, latè vastarunt agrum, & vicos & modica oppida. Ipse, terrestri exercitu in fines

Megaricos ducto, eos vndequaq; conculcauit. Et profectò multis vltrò citroque, hinc illatis cladibus terra, illinc mari acceptis, in tam longum Peloponnesii non duxissent bellum, sed mox elanguissent, sicut à primordio prædixerat Pericles, ni vis quædam consiliis humanis diuina obstitisset. Nunc pestilens lues primùm inuasit vrbem, & florem depasta est & robur iuuentutis: inde corporũ contractus affectus, animos omnino in Periclem efferauit. Vt autem morbo qui insaniunt in medidicum vel patrem, ita violare hunc instituerunt ab inimicis inducti, agrestem turbam, quæ in vrbem confluxerat, morbum vulgare, quòd tempore æstiuo multi vnà nullo discrimine, angustis in tectis & tabernaculis coacti æstuosis, in vmbra & otio marcescerent, quum ante in aëre libero & laxo consuessent agere: cuius esse autorem, qui bello plebem intra muros rusticanam contraxisset, neque vllam ad rem tam multos viros adhiberet, sed sineret inclusos veluti pecora, mutua obrui contagione, nec loci commutationem vel refrigerium præberet vllum. His vt mederetur, simulq; flagellaret ex parte hostes, naues instructas centũ quinquaginta compleuit, multisq; impositis & egregiis peditibus equitibusq;, soluturus in magnam spem erexit ciues, atq; ostentando tantas copias, trepidationem iniecit non minorem hostibus. Ecce autem quum iam omnes conscendissent, & Pericles se in suam triremem contulisset, fortè defecit sol: quumque obducta nox cœlo esset, terror, vt prodigio oblato magno, incessit omnes. Gubernatorem verò Pericles trepidum & stupentem cernens, chlamydem obiecit oculis eius, intectumque interrogauit nunquid horrendi id esset, aut portenderet grauius? Abnuente eo, Quid autem, infit, inter hoc & illud interest, nisi quatenus illud quod caliginem inuexit, chlamyde est grandius? Cæterùm hæc in philosophorum scholis referuntur. Postquam vela fecit, cùm in hac expeditione nihil sanè eo apparatu Pericles dignum gessit, tum obsidentem sacram Epidaurum, quam capi sperabat posse, morbus distinuit. Hic enim non ipsos solùm, sed quoscunque etiam huius participes expeditionis affecit afflixitque. Commotum inde in se populum Athenienſem quum demitigare studeret & erigere, non potuit iram eius prius frangere tamen neque placare, quàm in suffragia aduersus ipsum missi, pro arbitrio suo imperium ei abrogarunt, mulctamque dixerunt: cuius summam, qui minimam, quindecim talenta, quinquaginta, qui maximam, scribunt. Hoc iudicio accusatorem se professus est, vt tradit Idomeneus, Cleon, vt Theophrastus, Simmias: Ponticus Heraclides Lacratidam refert. Cęterùm publica quidem, quia iram in eum plebs, vt aculeum, vnà cum ictu deposuerat, breui erant quietura: res verò domestica eius exulcerata erat. Absumpserat enim non paucos eius familiares pestilentia, & domesticos turbauerat iampridẽ alienatio ab eo. Siquidem maximus iustæ stirpis Xanthippus filius, cum sua sponte erat prauus, tum vxorem iuuenem sumptuosamque duxerat, filiam Isandri filii Epilyci. Hũc patris offendit frugalitas, in suppeditanda minutatim pecunia restrictioris.

A Μεγαρικῷ, ἔφθειρε πᾶσαν. ἣ καὶ δῆλον ὅτι πολλὰ μὲν δρῶντες κακὰ τοῖς Ἀθηναίοις, πολλὰ δὲ πάσχοντες ὑπ' ἐκείνων ἐκ θαλάττης, οὐκ ἂν εἰς μῆκος πολέμου τοσοῦτον προέβησαν, ἀλλὰ ταχέως ἀπεῖπον, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ὁ Περικλῆς προηγόρευεν, εἰ μή τε δαιμόνιον ὑπῳκοδομήθη τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς. νῦν δὲ πρῶτον μὲν ἡ λοιμώδης ἐπέπεσε φθορά, καὶ κατενεμήθη τὴν ἀκμάζουσαν ἡλικίαν καὶ δύναμιν· ὑφ' ἧς καὶ τὰ σώματα κακούμενοι καὶ τὰς ψυχὰς, πρὸς πάσαν ἠγριώθησαν πρὸς τὸν Περικλέα, καθάπερ πρὸς ἰατρὸν ἢ πατέρα τῇ νόσῳ προσφθονήσαντες, ἀδικεῖν ἐπεχείρησαν· ἀπαιδεύτοις ὑπὸ τῆς ἐρήμης, ὡς τὴν μὲν νόσον ἡ τοῦ χωρίου πλήθους εἰς ὀλίγον συμφορήσις ἐργάζεται, θέρους ὥρᾳ πολλῶν ὁμοῦ κοιτῶν ἐν οἰκήμασι μικροῖς καὶ σκηνώμασι πνιγηροῖς ἀναγκασθέντων διαιτᾶσθαι δίαιταν οἰκουρὸν καὶ ἀργὸν ἀντὶ καθαρᾶς καὶ ἀναπεπταμένης τὸ πρότερον. τούτου δ' αἴτιος ὁ τοῦ πολέμου τὸν ἀπὸ τῆς χώρας ὄχλον εἰς τὰ τείχη καταχέας, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀνθρώποις ποσοῖς χρώμενος, ἀλλ' ἐῶν ὥσπερ βοσκήματα καθειργμένους, ἀναπιμπλάσθαι φθορᾶς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μεταβολὴν μεταβολῇ ἀναψύχειν ἐκποιεῖν B ταῦτα βουλόμενος ἰᾶσθαι, καὶ τὴν θαλαττοκρατίαν τοῖς πολεμίοις, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ναῦς ἐπλήρου, καὶ πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὁπλίτας καὶ ἱππέας ἀναβιβασάμενος, ἔμελλεν ἀνάγεσθαι, μεγάλην ἐλπίδα τοῖς πολίταις, καὶ φόβον οὐκ ἐλάττω τοῖς πολεμίοις, ἀπὸ τοσαύτης ἰσχύος παρασχών. ἤδη δὲ πεπληρωμένων τῶν νεῶν, καὶ τοῦ Περικλέους ἀναβεβηκότος ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ τριήρη, τὸν μὲν ἥλιον ἐκλιπεῖν συνέβη, καὶ γενέσθαι σκότος, ἐκπλαγῆναι δὲ πάντας, ὡς πρὸς μέγα σημεῖον· ὁρῶν οὖν ὁ Περικλῆς τεταραγμένον τὸν κυβερνήτην καὶ διηπορημένον, ἀνέσχε τὴν χλαμύδα πρὸ τῆς ὄ- D ψεως αὐτοῦ, καὶ παρακαλύψας, ἠρώτησε μή τι δεινὸν ἢ δεινοῦ τινος οἴεται σημεῖον· ὡς δ' οὐκ ἔφη, Τί οὖν (εἶπεν) ἐκεῖνο τούτου διαφέρει, πλὴν ὅτι μεῖζόν τι τῆς χλαμυδός ἐστι ὃ πεποίηκεν ἡ ἐπισκότησις; ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταῖς σχολαῖς λέγεται τῶν φιλοσόφων. ἐκπλεύσας δ' οὖν ὁ Περικλῆς, οὔτ' ἄλλο τι δοκεῖ τῆς παρασκευῆς ἄξιον δρᾶσαι· πολιορκήσας τε τὴν ἱερὰν Ἐπίδαυρον, ἐλπίδα παρασχοῦσαν ὡς ληψόμενος, ἀπέτυχε διὰ τὴν νόσον. ἐπιγινομένη γὰρ οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁπωσοῦν τῇ στρατιᾷ συμμίξαντας προσδιέφθειρεν. ἐκ τούτου, χαλεπῶς διακειμένους τοὺς Ἀθηναίους πρὸς αὐτὸν, ἐπειρᾶτο παρηγορεῖν καὶ ἀναθαρρύνειν. οὐ μὴν ἔλυσε τὴν ὀργὴν, οὐδὲ μετέπεισε πρότερον, ἢ τοὺς ψήφους λαβόντας ἐπ' αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ἠνωμένους κυρίους, ἀφελέσθαι τὴν στρατηγίαν, καὶ ζημιῶσαι χρήμασιν. ὧν ἀριθμὸν οἱ τὸν ἐλάχιστον, πεντεκαίδεκα τάλαντα, πεντήκοντα δ', οἱ τὸν πλεῖστον, γράφουσιν. ἐπεγράφη δ' τῇ δίκῃ κατήγορος, ὡς μὲν Ἱδομενεὺς λέγει, Κλέων· ὡς δ' Θεόφραστος, Σιμμίας. ὁ δ' Ποντικὸς Ἡρακλείδης Λακρατίδην εἴρηκε. τὰ μὲν οὖν δημόσια ταχέως ἔμελλε παύσασθαι, καθάπερ κέντρον εἰς τοῦτον ἅμα πληγῇ τῷ θυμὸν ἀφεικότων τῶν πολλῶν. τὰ δ' οἰκεῖα μοχθηρὰς εἶχεν αὐτῷ κατά τε τὸν λοιμὸν οὐκ ὀλίγους ἀποβαλόντι τῶν ἐπιτηδείων, καὶ τάσει διαστασιαζομένων πόρρωθεν. ὁ γὰρ πρεσβύτατος αὐτοῦ τῶν γνησίων υἱῶν, Ξάνθιππος, φύσει τε δαπανηρὸς ὤν, καὶ γυναικὶ νέᾳ καὶ πολυτελεῖ συνῳκῶν, Ἰσανδρου θυγατρὶ τοῦ Ἐπιλύκου, χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκείδειαν, γλίχρα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγουντος.

πέμψας οὖν πρός τινα τῶν φίλων, ἔλαβεν ἀργύριον, ὡς τοῦ
Περικλέους κελεύσαντος. ἐκείνου δὲ ὕστερον ἀπαιτοῦντος, ὁ
μὲν Περικλῆς καὶ δίκην αὐτῷ προσέλαχε· τὸ δ' μειράκιον ὁ
Ξάνθιππος ὅτι τούτῳ χαλεπῶς διατεθεὶς ἐλοιδόρει τὸν πα-
τέρα, πρῶτον μὲν ἐκφέρων ὅτι γέλωτι τὰς οἴκοι διατρι-
βὰς αὐτοῦ, καὶ τοὺς λόγους οὓς ἐποιεῖτο μετὰ τῶν σοφιστῶν. πεντά-
θλου γὰρ ἵππων ἀκοντίῳ παταξάντος Ἐπιτιμίου τοῦ Φαρσα-
λίου ἀκουσίως, καὶ κτείναντος, ἡμέραν ὅλην ἀναλώσαι μετὰ
Προταγόρου διαπορούμενον πότερον τὸ ἀκόντιον, ἢ τὸν βα-
λόντα, ἢ τοὺς ἀγωνοθέτας κατὰ τὸν ὀρθότατον λόγον αἰτίους χρὴ
τοῦ πάθους ἡγεῖσθαι. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τὸν τοῦ γυναικὸς
διαβολὴν ὑπὸ τοῦ Ξανθίππου φησὶν ὁ Στησίμβροτος εἰς
τοὺς πολλοὺς διαπαρῆναι· καὶ ὅλως ἀνήκεστον ἄχθος τελευ-
τῆς τῶν νεανίσκῳ πρὸς τὸν πατέρα τοιαμεῖναι τὴν διαφορά.
ἀπέθανε γὰρ ὁ Ξάνθιππος ἐν τῇ λοιμῷ νοσήσας. ἀπέθανε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν ὁ Περικλῆς τότε, καὶ τῶν κηδε-
στῶν καὶ φίλων τοὺς πλείστους καὶ χρησιμωτάτους πρὸς τὰ
πολιτεύματα, οὐ μὴν ἀπεῖπεν, οὐδὲ προὔδωκε τὸ φρόνημα
καὶ τὸ μέγεθος τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῶν συμφορῶν· οὐδὲ
κλαίων, οὐδὲ κηδεύων, οὐδὲ πρὸς τὰ φέρεινος ὄφθη τὴν ἀνάγ-
καιον, πρίν γε δὴ καὶ τὸν τοιοῦτον αὐτοῦ τῶν γνησίων ἀπο-
βαλεῖν Πάραλον. ὅτι τούτῳ δὲ καμφθεὶς, ἐπειρᾶτο μὲν ἐγ-
καρτερεῖν τοῦ ἤθους καὶ διαφυλάττειν τὸ μεγαλόψυχον· ὅτι-
φέρων δὲ τῷ κεφαλῇ στέφανον, ἡττήθη τὸ πάθος πρὸς τὴν ὄψιν, ὥστε
κλαυθμόν τε ῥῆξαι, καὶ πλῆθος δακρύων χεῦαι, οὐδέποτε
τοιοῦτον οὐδὲν ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ πεποιηκώς. τῆς δὲ πό-
λεως πειρωμένης τὸν δήμον στρατηγῶν εἰς τὸν πόλεμον καὶ ῥητόρων,
ὡς οὐδεὶς βάρος ἔχων ἰσόροπον, οὐδ' ἀξίωμα πρὸς τοσαύ-
την ἐχέγγυον ἡγεμονίαν ἐφαίνετο, ποθούσης δὲ ἐκεῖνον καὶ κα-
λούσης ὅτι τὸ βῆμα καὶ τὸ στρατήγιον, ἀθυμῶν καὶ κείμενος οἴκοι
δι' τὸ πένθος, ὑπὸ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων ἐπείσθη φίλων
προσιέναι. ἀπολογησαμένου δὲ τοῦ δήμου τὴν ἀγνωμοσύνην τὴν
πρὸς αὐτὸν, ὑποδεξάμενος αὖθις τὰ πράγματα, καὶ στρα-
τηγὸς αἱρεθεὶς, εἰσηγήσατο λυθῆναι τὴν περὶ τῶν νόθων νόμον, ὃν
αὐτὸς εἰσενεγκὼν πρότερον· ὡς μὴ πολυπάσιν ἐρημία διαδο-
χῆς, τὴν οἴκοι κλίποι τοῦνομα καὶ ὁ οἶκος. εἶχε δ' οὕτω τὰ περὶ
τὸν νόμον· ἀκμάζων ὁ Περικλῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸ πολύ
πολλῶν χρόνων, καὶ παῖδας ἔχων (ὡς προείρηται) γνησίους, νόμον
ἔγραψε, μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γε-
γονότας. ἐπεὶ δὲ τὴν βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων δωρεὰν τῷ δήμῳ
πέμψαντος τετρακισμυρίους πυρῶν μεδίμνους, ἔδει διανέμεσθαι
τοὺς πολίτας, πολλαὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ
γράμματος ἐκείνου, τέως διαλανθάνουσαι καὶ παροράμεναι·
πολλοὶ δὲ καὶ συκοφαντήμασι περιέπιπτον. ἐπράθησαν οὖν
ἁλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττους, οἱ δὲ μείναντες ἐν τῇ
πολιτείᾳ καὶ κριθέντες Ἀθηναῖοι, μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ
τετταράκοντα ὁ πλῆθος ἐξηπάθησαν. ὄντος οὖν δεινοῦ τὸ κατ'
ποῦ ἰσχύσαντα τὸν νόμον, ὑπὸ αὐτοῦ πάλιν διαλυθῆναι τοῦ
γράψαντος, ἡ παροῦσα δυστυχία τῷ Περικλεῖ πρὸς τὸν οἴκοι, ὡς
δίκην τινὰ δεδωκότι τὴν ὑπεροψίας καὶ τὴν μεγαλαυχίας ἐκείνης,
ἐπέκλασε τοὺς Ἀθηναίους· καὶ δόξαντες αὐτὸν νεμεσητά τε πα-
θεῖν, καὶ θεραπεύειν τε δεῖσθαι, συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νό-
θον εἰς τοὺς φρατέρας, ὄνομα θέμενον τοῦ αὐτοῦ. καὶ τοῦτον μὲν ὕστε-
ρον ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχήσαντα Πελοποννησίους ἀπέ-
κτεινεν ὁ δῆμος μετὰ τῶν συναιτίων, τότε δὲ τὸν Περικλέους ἔοικεν ὁ

A Misit itaque ad amicum quendam, à quo patris nomine nummos accepit mutuo: quem, post quum repetereret suum, etiam in iudicium Pericles vocauit. Adolescens eo facto offensus Xanthippus, insectatus est parentẽ. Primùm ad ludibrium extulit domestica eius oblectamenta & sermones quos habebat cum sophistis. Nam quum quinquertio equum Epitimius Pharsalius ictu iaculi interemisset imprudens, totum diem cum Protagora patrem triuisse, quærendo iaculúmne an qui misisset, an verò agonothetæ veriùs authores habẽdi eius casus essent. Infamiam etiam à sua ipsius
B vxore Stesimbrotus per Xanthippum memoriæ prodidit vulgatam, atq; omnino simultate adolescentem ad mortem vsq; atroci patrem persequutum fuisse. in pestilentia enim Xanthippum sustulit morbus. Eadem tempestate Pericles sororem amisit, præterea propinquos & amicos plerosque, quorum in republ. opera fuerat potissimùm vsus. Non elanguit tamen, neq; submisit malis spiritus & animi magnitudinem, nec illacrymauit, neq; iusta fecit, imò ne accessit quidem ad cuiusquam funus necessariorum, dum eum qui vnus reliquus erat ex iustis filiis amisit Paralum.
C Tunc verò fractus, quanuis tenderet grauitatem tueri & retinere animi celsitudinem, quum coronam tamen ingereret mortuo: oppressus est quum aspiceret eum, dolore, vt (quod reliqua vita nunquam fecerat) erumperet in eiulatum & magnam vim profunderet lacrymarum. Porrò ciuitatem, quæ per bellum periclitata erat cæteros duces & oratores, vbi neminem vllum perspexit pari grauitate & autoritate quæ tanto esset imperio sustinendo, desiderium cepit Periclis, inuitauitq; eum ad suggestum & imperium suscipiendum. At illum, domi abiecto animo ex luctu tabescentem, Alcibiades & reliqui amici ad progrediendum ex-
D citauerunt. Ibi populo suam aduersus eum ingratitudinem purgante, suscepit rursus rempubl. ac lectus prætor, ne orbitate nomen familiæ suæ, & progenies semel interiret, legem de nothis, quam ipse tulerat antè, suasit antiquandam. Quod autem ad legem hanc pertinet, sic se habuit: Quum in republ. pridem floreret Pericles succinctus (vt diximus) legitimis filiis, legem rogauit vt soli ex duobus nati Athenienſib. ciues essent Athenienses. Quum autem rex Ægypti dono misisset populo XL. millia medimnûm tritici, & id diuidendum ciuibus esset, nothis controuersiæ ex eo ple-
E biscito multæ, quæ hactenus fuerant tectæ atque neglectæ, motæ sunt, multi etiam calumniis circumuenti. Conuicti fuere paulò minus quinque millia, qui venditi sunt: eos qui ciuitatem retinuerunt, ac censiti inter ciues Athenienses sunt, inuenerunt quatuordecim millia quadraginta numero. Quum esset igitur res indigna, vt quæ contra tam multos vim habuerat, ab eodem lex qui tulerat eam, rursus abrogaretur: præsens Periclis clades domestica (vt qui pœnam luisse iam fastus & arrogantiæ illius suæ videretur) infregit populum Athenienſem, putauitq; eum, deorum op-
F pressum inuidia, esse humanitate alleuandum. quare indulsit ei vt in curia sua nothus censeretur nomine paterno. Hunc pòst, quum apud Arginusas Peloponnesios prælio nauali prætor fudisset, vnà cum collegis populus morte mulctauit. Per id tempus videtur corripuisse pestis Periclem,

non perinde vt cæteros acris nec acuta, ſed quæ lento morbo diuturnoque & ſæpius alternante corpus eius ſenſim conficeret, & vim obtunderet mentis. Scriptum reliquit in Ethicis Theophraſtus, vbi diſputat an mutentur cum fortuna mores, & corporis agitati affectibus deſciſcant à virtute, ægrum Periclem amico cuipiam, qui ipſum inuiſebat, amuletum oſtendiſſe à mulieribus ex collo ſuo ſuſpenſum, quaſi, quum eas etiam toleraret ineptias, grauiter admodum ægrotaret. Inſtante iam morte, aſſidentes præſtantiſſimi ciues, & amici eius, qui ſupererant, commemorabant quantis enituiſſet virtutibus & opibus, res geſtas etiam recenſebant, & numerum victoriarum: nouem enim trophæa ciuitati prætor & victor excitauerat. Hæc illi inter ſe, quaſi illo non iam intelligente & omni orbato ſenſu, diſſerebant. At ille omnia attentè audierat, & in medium loquutus, *Miror*, inquit, *hæc vos celebrare & in ore habere facta mea, quorum partem fortuna vendicat, & quæ multis iam obtigerunt ducibus, præteritis autem excellentiſsimum & maximum: nemo enim* (inquit) *ex omnibus ciuibus mea opera pullam veſtem ſumpſit.* Præclarum virum non lenitate modò & manſuetudine, quam multis in negotiis & inimicitiis retinuit acerbis, ſed grauitate etiam, qui in virtutibus ſuis præſtantiſſimum exiſtimauit quod in tanta potentia nihil inuidiæ aut iræ indulſiſſet, aut vlli implacabilis inimico fuiſſet. Mihi quidem videtur inſolentis & faſtuoſi cognominis, quòd Olympius appellaretur, vnum hoc tollere inuidiam, & propriè id ei verè conciliare placidi mores, & vita in ſumma poteſtate innocens & incruenta. Sicut dignam arbitramur deorum gentem, quæ per ſe eſt propitia, & nullius autor mali, vt rebus præſit & moderetur, non vt poëtæ ineptis nos opinionibus percellentes, ſuis ipſi arguuntur fabulis, dum locum quem incolere deos aiunt, ſecuras ſedes vocant & tranquillas, non ventis, non imbribus obnoxias, ſed ſerenitate molli & pura, perpetuò æquè circumfulgentes luce, quòd ea beatis & immortalibus maximè conueniat ſtatio: ipſos verò deos diſſenſionum, offenſionum, iræ atque aliarum plenos perturbationum, abhorrentium etiam ab hominibus cordatis introducant. verùm hæc alterius fortaſſe commentationis ſint. Porrò Perielis citò Athenienſibus ſenſum & deſiderium negotia præbuêre. Quippe qui viui offendebantur, quaſi luminibus ipſorum officiente potentia, ilicò eo ſublato, quum alios libarent oratores & duces multitudinis, palàm tulerunt moderatius in ſeueritate, vel grauius in manſuetudine nullum viſum ingenium: atque inuidioſam illam potentiam, quæ regnum antè & tyrannis fuit appellata, tunc ſalutarem reipubl. apparuit arcem fuiſſe. Tanta tabes & vorago extitit in republ. improbitatis, quam ille debilitatam & proſtratam tegebat, opprimebatque, ne licentia in inſanabilem erumperet peſtem.

A ὁ λοιμὸς λαβέσθαι λαβὼν οὐκ ὀξεῖαν, ὥσπερ ἄλλον, οὐδὲ στενότονον, ἀλλ' ἀλληγεᾷ τινι νόσῳ καὶ μακρᾷ σὺν ποικίλαις ἐχούσῃ μεταβολαῖς παραχρωννύων τὸ σῶμα βραδέως, καὶ ὑποφείποντα τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς. ὁ γοῦν Θεόφραστος ἐν τοῖς ἠθικοῖς παραπορήσας εἰ πρὸς τὰς τύχας μέτεστι τὰ ἤθη, καὶ κινούμενα τοῖς τῶν σωμάτων παθήσεσι, παρίστησι τῆς ἀρετῆς, ἱστόρησεν ὅτι νοσῶν ὁ Περικλῆς ἐπισκοπουμένῳ τινὶ τῶν φίλων δείξειε περίαπτον ὑπὸ τῶν γυναικῶν τῷ βραχίονι περικρεμάμενον, ὡς σφόδρα κακῶς ἔχων ὁπότε καὶ τούτῳ ὑποτιθεμένοις τὴν ἀβελτερίαν. ἤδη δὲ πρὸς τῷ τελευτᾷν ὄντος αὐτοῦ, B περιεκαθήμενοι τῶν πολιτῶν οἱ βέλτιστοι, καὶ τῶν φίλων οἱ πρεσβύτατοι, λόγον ἐποιοῦντο τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς δυνάμεως ὅσην ἠρίθμουν, καὶ τὰς πράξεις ἀνεμνημόνευον, καὶ τῶν τροπαίων τὸ πλῆθος. (ἐννέα γὰρ ἐπὶ τούτῳ στησάντων καὶ νικῶν ἔστησεν ὑπὲρ τῆς πόλεως) ταῦτα, ὡς οὐκέτι συνιέντος ἀλλὰ καθηρημένου τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ, διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους· ὁ δὲ πᾶσιν ἐτύγχανε τὸν νοῦν προσεσηκώς, καὶ φθεγξάμενος εἰς μέσον, ἔφη θαυμάζειν ὅτι ταῦτα μὲν ἐπαινοῦσιν αὐτοῦ καὶ μνημονεύουσιν, ἃ καὶ πρὸς τύχην ἐστὶ κοινά, καὶ γέγονεν ἤδη πολλοῖς στρατηγοῖς· τὸ δὲ κάλλιστον καὶ μέγιστον, οὐ λέγουσιν. C Οὐδεὶς γὰρ (ἔφη) δι' ἐμὲ τῶν ὄντων Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον περιεβάλετο. θαυμαστὸς οὖν ὁ ἀνὴρ οὐ μόνον τῆς ἐπιεικείας καὶ πραότητος, ἣν ἐν πράγμασι πολλοῖς καὶ μεγάλαις ἀπειρίαις διετήρησεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ φρονήματος, εἰ τῶν αὐτοῦ καλῶν ἡγεῖτο βέλτιστον εἶναι τὸ μήτε φθόνῳ, μήτε θυμῷ χαρίσασθαι μηδὲν ἀπὸ τηλικαύτης δυνάμεως, μηδὲ χρήσασθαί τινι τῶν ἐχθρῶν ὡς δυσκόλῳ. καί μοι δοκεῖ τὴν μεγαλωσύνην καὶ σοβαρὰν ἐκείνην προσωνυμίαν ἐν τούτοις ποιεῖν ἀνεπίφθονον καὶ πρέπουσαν ὄντως, δίκαιος ἦθος, καὶ βίος ἐν ἐξουσίᾳ καθαρὸς καὶ ἀμίαντος, Ὀλύμπιον προσαγορεύεσθαι καθάπερ τὸ τῶν θεῶν γένος ἀξιοῦμεν, αἴτιον μὲν ἀγαθῶν, D ἀναίτιον δὲ κακῶν πεφυκός, ἀρχὴν καὶ βασιλείαν τῶν ὄντων. οὐχ ὥσπερ οἱ ποιηταὶ συνταράττοντες ἡμᾶς ἀμαθεστάτας δόξας, ἀλίσκονται τοῖς αὐτῶν ποιήμασι, τὸν μὲν τόπον ἐν ᾧ τοῖς θεοῖς κατοικεῖν λέγουσιν, ἀσφαλὲς ἕδος καὶ ἀσάλευτον καλοῦντες, οὐ πνεύμασιν, οὐ νέφεσι χρώμενον, ἀλλ' αἰθρίᾳ μαλακῇ καὶ φωτὶ καθαρῷ τὸν ἄπαντα χρόνον ὁμαλῶς περιλαμπόμενον, ὡς τοιαύτης τοῦ μακαρίου καὶ ἀθανάτου διαγωγῆς μάλιστα πρεπούσης. αὐτοὺς δ' τοὺς θεοὺς παραχῆς καὶ δυσμενείας καὶ ὀργῆς, ἄλλων τε μεστοὺς παθῶν ἀποφαίνοντες, οὐδὲ αἰθεσπίοις νοῦν ἔχουσι προσηκόντων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἑτέρας δόξει πραγματείας εἶναι. τοῦ δὲ Περικλέους παρεῖναι αἴσθησιν καὶ σαφῆ πόθον Ἀθηναίοις ἐνεργάζεσθαι τὰ πράγματα. καὶ γὰρ οἱ ζῶντος βαρυνόμενοι τὴν δυνάμιν ὡς ἀμαυρούσαν αὐτοὺς, βύθιος ἐκποδὼν γενομένου, πειρώμενοι ῥητόρων καὶ δημαγωγῶν ἑτέρων, ἀνωμαλόγησαν τὸ μετριώτερον ἐν ὄγκῳ, καὶ σεμνότερον ἐν πραότητι μὴ φωραθέντος· ἡ δ' ἐπίφθονος ἰσχὺς ἐκείνη, μοναρχία λεγομένη καὶ τυραννὶς πρότερον, ἐφάνη τότε σωτήριον ἔρυμα τῆς πολιτείας γενομένη. τοσαύτη φθορὰ καὶ πλῆθος ἐπέκειτο κακίας τοῖς πράγμασιν, ἣν ἐκεῖνος ἀθενῆ καὶ ταπεινὴν ποιῶν ἀπέκρυπτε, καὶ κατεκώλυεν δυνήσεσθαι ἐξουσίᾳ χρήσασθαι.

A

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

Φάβιος Μάξιμος.

ΤΟιοῦτος δὲ τοῦ Περικλέους ἐν τοῖς ἀξίοις μνήμης γενόμενος, ὡς παρειλήφαμεν, ὅτι τὸν Φάβιον τὴν ἰσοφίαν μεγαλάγωμεν. νυμφῶν μιᾶς λέγουσιν, οἱ δὲ γυναικὸς ἐπιχωρίας Ἡρακλεῖ μιγείσης B παρὰ τὸν Θύμβριν ποταμόν, γενέσθαι Φάβιον, ἄνδρα πολὺ καὶ δόκιμον ἐν Ῥώμῃ. Ὁ Φαβίων γένος ἀπ' αὐτοῦ πολυάνθρωπον. οἱ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τούτου, πρότερον τῇ δι' ὀρυγμάτων χρησαμένους ἄγρᾳ, φοδίους ἰσχύσιν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιόν. ὅτε γὰρ ἄγοιεν νῦν αἱ δορυγαὶ, φόσσας, καὶ φόδερε τὸ σκάφας καλοῦσι. χρόνῳ δὲ τῶν δυοῖν φθόγγων μεταπεσόντων, Φάβιοι προσηγορεύθησαν. πολλοὺς δὲ μεγάλους τῆς οἰκίας ἐξενεγκαμένης ἄνδρας, ἀπὸ Ρυλιάνου τοῦ μεγίστου, καὶ διὰ τοῦτο Μάξιμον πρὸς Ῥωμαίοις ἐπονομασθέντος, τέταρτος ἦν Φάβιος Μάξιμος, περὶ οὗ πάδε γράφομεν. ἦν δὲ αὐτῷ σωματικὸν μὲν παρωνύμιον, ὁ Βερύκωνος· εἶχε γὰρ ἀκροχορδόνα μικρὸν ἐπάνω τοῦ χείλους ἐπιπεφυκυῖαν. ὁ δὲ Οὐικύλας σημαίνει τὸ πρόβατον· ἐτέθη δὲ πρὸς τὴν πραότητα καὶ βαρύτητα τοῦ ἤθους ἔτι παιδὸς ὄντος. τὸ γὰρ ἡσύχιον αὐτοῦ καὶ σιωπηλὸν καὶ μετὰ πολλῆς εὐλαβείας τῶν παιδικῶν ἀπολαύειν ἡδονῶν, βραδέως δὲ καὶ ἀφαπόνως δεχόμενον τὰς μαθήσεις, εὔκολον δὲ πρὸς τοὺς συνήθεις καὶ κατήκοον, ἀβελτηρίας τινὸς καὶ νωθρότητος ὑπόνοιαν εἶχε παρὰ τοῖς ἔξω, ὀλίγοι δ' ἦσαν οἱ τὸ δυσκίνητον ὑπὸ βάθους, καὶ τὸ μεγαλόψυχον καὶ λεοντῶδες ἐν τῇ φύσει καθορῶντες αὐτοῦ. τὰ χρόνου προϊόντος, ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐγυμνούμενος, διεσήμαινε καὶ τοῖς πολλοῖς ἀπάτην μὲν οὖσαν τὴν δοκοῦσαν ἀπραγμοσύνην, δυσβουλίαν δὲ, τὴν δυλαβείαν· τὸ δὲ πρὸς μηδὲν ὀξὺ μηδ' ἀκίνητον, ἐν πᾶσι μόνιμον καὶ βέβαιον. ὁρῶν δὲ καὶ τὴν πολιτείας τὸ μέγεθος, καὶ τῶν πολέμων τὸ πλῆθος, ἤσκει τὸ μὲν σῶμα πρὸς τοὺς πολέμους, ὥσπερ ὅπλον σύμφυτον, τὸν δὲ λόγον, ὁρμὴν πειθοῦς πρὸς τὸν δῆμον, ἀμάλακτον τῷ βίῳ καταχρησόμενον. ὁ γὰρ ἐπιεικὴς κόσμος, οὐδὲ κενὴ καὶ ἀγεννὴς χάρις, ἀλλὰ νοῦς ἴδιον καὶ πειθὼ ἐν γνωμολογίαις χῆμα καὶ βάθος ἔχων, ἃς μάλιστα πᾶς Θουκυδίδου προσεοικέναι λέγουσι. διασώζεται γὰρ αὐτοῦ λόγος, ὃν εἶπεν ἐν τῷ δήμῳ, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ μετ' ὑπατείαν ἀποθανόντος ἐγκώμιον. πέντε δὲ ὑπατείας ἃς ὑπάτευσεν, ἡ πρώτη τὸν ἀπὸ Λιγύων θρίαμβον ἔχει. νικηθέντες γὰρ ὑπ' αὐτοῦ μάχῃ, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, εἰς τὰς Ἄλπεις ἀνεστάλησαν, καὶ τὴν πρόσοικον ἐπαύσαντο τῆς Ἰταλίας λῃζόμενοι καὶ κακῶς ποιοῦντες. ἐπεὶ δ' Ἀννίβας ἐμβαλὼν εἰς Ἰταλίαν, καὶ μάχῃ πρῶτον περὶ τὸν Τρεβίαν ποταμὸν νικήσας, αὐτὸς μὲν ἤλαυνε διὰ Τυρρηνίας, πορθῶν τὴν χώραν, ἔκπληξιν δὲ δεινὴν καὶ φόβον εἰς τὴν Ῥώμην ἐνέβαλε· σημεῖα δὲ τὰ μὲν, σεσήπει Ῥωμαίοις, ἀπὸ κεραυνῶν, τὰ δ' ὅλως ἀλλόκοτα καὶ πολλὴν ἀπορίαν ἔχοντα προσέπιπτε, (θυρεοὺς τε γὰρ ἀφ' αὐτῶν αἵματι ῥεῦσαι δοκοῦσι θερισμοὺς ἐλέχθη, καὶ θέρη σταχύων περὶ Ἄντιον ἔναιμα κείρεσθαι, καὶ λίθους μὲν ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους καὶ φλεγομένους φέρεσθαι, τοῦ δὲ ὑπὸ φλογείου οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γράμματα, καὶ τούτων ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν

ἀδυτητα emendat Krebsius p. 104.

PLVTARCHI

Fabius Maximus.

A missos vos dixeritis cum mandatis liberis, imperandi & extundendi vobis nullum faciet modum. Quin mittitis hanc amentiam, si æqua à populo Athenienſe impetrare, nec inuitis vultis vobis quid extorqueri: ita verò agite cum populo Athenienſe, quasi poteſtatem non habeatis plenam, nos in Lacedæmoniorum gratiam erimus vobis præstò. Ita fatus, iuſiurandum dedit iis, traduxitq; eos ab Nicia fidem vt ſibi haberent, mirantes eius, vt non vulgaris viri, & ſolertiam & prudentiam. Inſequenti die conuenit populus, quò legati proceſſerunt. Rogati ſanè quàm comiter ab Alcibiade, quid veniſſent, negauerunt libera mandata habere. Mox Alcibiades inſtare cum clamore, quasi non eos iniuria afficeret, ſed afficeretur ipſe, perfidos & verſipelles appellans: neq; vt quicquam boni vel facerent vel dicerent, oſtendens veniſſe: fremere etiam ſenatus, exardeſcere ira populus, Nicias, impoſturæ & doli ignarus, ſtupore & pudore ex iſtorum hominum inconſtantia defixus eſſe. Ita exploſis Lacedæmoniis Alcibiades deſignatus prætor, Argiuos, Mantineos, & Elios adiunxit extemplo populo Athenienſi ſocios. Huius facti nemo rationem commendauit, ingens fuit tamen res ab eo perpetrata, qui penè vniuerſam diſſociauerit & concuſſerit Peloponneſum, atq; vno die tot legiones in acie ad Mantineam Lacedæmoniis obiecerit, certamenq; iis & periculũ remotiſſimè ab Athenienſium finibus conflauerit, in quo non multum operę pretii fecerunt ex victoria victores, &, ſi offendiſſent, vix eſſe Sparta poterat incolumis. Secundum pugnam mille viri Argis cõfeſtim populi imperium moliti ſunt diſſoluere, & ciuitatem in ſuum redigere ditionem. adfuerunt etiam Lacedæmonii, & ius populi ſuſtulerũt. Hic, quum plebs arma reſumpſiſſet & eſſet victor, ſuperueniens Alcibiades, victoriam præſtitit populo ſolidam, & vt longos muros deducerent fuit autor, atque his mari iunctis vrbem penitus populi Athenienſis viribus annecterent. Ille fabros & lapicidas ex Athenis adduxit, atq; omne ſtudium præſtitit iis: qua re non minorẽ ſibi ipſi quàm ciuitati Athenienſi gratiam & opes quæſiuit. Suaſit item Patrenſibus vt murorum brachiis committerent vrbem mari. Hic quum admonerent quidam Patrenſes, Athenienſes vos deuorabunt, Alcibiades, Fortaſſis carptim, inquit, & à pedibus: Lacedæmonii verò à capite & ſemel. Enimuerò conſuluit etiam populo Athenienſi, vt terram quoque aſſereret, & obiecto iuuentuti ſemper illo quo adiguntur agrauli iureiurando, id vt præſtarent re, admonuit. Iurant enim terminos ſe Atticæ habituros, triticum, hordeum, vineas, oleas, quo ſuggerebatur iis, omnem vt aſſererent terram cultam & frugiferam. His actionibus, orationibus, prudentiæ & eloquentiæ ingentem ex altera parte immiſcebat vitæ luxum, comeſſationes, amores, proteruiam, mollitiem, veſtium purpurearum, quas per forum trahebat, inſolentem profuſionem, inciſuras in triremibus fororum quo mollius cubaret, quum iniecta haberet faſciis non aſſeribus ſtragula, clypeum deauratum, in quo non aſſueta Athenienſibus inſignia, ſed Cupido fulmen tenens erat ſculptus. Quę principes quum viderent, tum execrabantur ferebantque grauiter, tum extimeſcebant iſtam hominis diſſolutionem & contemptum legum,

velut tyrannica & monstrifica. Animum adversus eum populi exprimit hisce versibus Aristophanes,

Cupit quidem, sed odit, ipsum vult tamen.

Alio loco grauans magis eum suspicione,

In ciuitate ne leonem nutrias,
Sin educasti obtempera eius moribus.

Largitiones enim ludorumque exhibitiones & munificentia in populum, quibus addi poterat nihil, claritas maiorum, dicendi vis, corporis decor, roburque cum militaris rei coniunctum peritia & virtute efficiebant, in reliquis vt conuiueret omnibus, eaque ferret populus Athenienſis moderate, vtque vocabulis peccata eius leniſſimis ludos appellaret atque humanitatem: vt quum Agatarchum pictorem vinxit, exinde quum pinxiſſet domum ſuam, muneribus dimiſit honoratum. Taurea ex aduerſo ludos edenti, quod ſecum certaret pro victoria, colaphum infregit. Meliam mulierem ex captiuis ſumpſit, cuius ex complexu puerum natum tulit. Eam enim vocabant humanitatem. Cauſam tamen vt Melii puberes omnes interficerentur, quia ſcriptũ in id defendit plebiſcitum, præcipue dedit. Quum pinxiſſet Ariſtophon Nemeam, quæ ſedentem in complexu ſuo Alcibiadem tenebat, ſpectauerunt tabulam, lætiq; eo concurrere. At maioribus natu erant hæc quoque vt tyrannica & intoleranda offenſæ: neq; abſurde viſus eſt Archeſtratus dicere, Duos Græciam Alcibiades non potuiſſe ferre. Quum Timon ab hominum odio μισάνθρωπος dictus, Alcibiadem, quẽ, quum in concione obtinuiſſet id quod agebat, proſequebatur populus magno honore, non præteriret neq; defugeret, ſicut ſoleret alios, ſed iret obuiam, dataq; dextra, Macte, inquit, incremento fili eſto, magna enim omnes hos cumulabis calamitate: partim riſere, partim inceſſere eum conuitiis: nonnullos magnopere id dictum permouit. adeo varia erat ob morum eius inconſtantiam de eo opinio. Porro Siciliæ, viuo etiam Pericle, adiecerat oculos populus Athenienſis, & defuncto, man' admouit, atq; ſocietatis ſpecie auxilia & ſubſidia armorum mittebat aſſidue iis qui ab Syracuſanis infeſtabantur, gradum faciens ad maiorem expeditionem. At qui prorſus eum inflammauit ardorem, induxitq; vt ne carptim neq; minutim, ſed ingenti claſſe expeditionem ſuſciperẽt & ſubigerent eam inſulam, Alcibiades fuit, qui ſpem populi inflauit ad grandia, & grandioribus ipſe inhiabat: ſiquidem exordium eſſe ad ea quæ complexus ſpe erat, expeditionis, non terminum, ſicut cæteri, cogitabat Siciliam. At Nicias quidem, quod ardua foret res capere Syracuſas, reuocabat populũ ab eo conſilio: Alcibiades vero Carthaginem ſomnians & Africam, horum acceſſione Italiam & Peloponneſum iam amplexus, tantum non pro promptuario belli ducebat Siciliam. Ac iuuentutem habuit ſtatim ſua ſponte ſpe arrectam. Senes hi audiebant mira de ea expeditione memorantes, vt multi in palæſtris ac hemicyclis ſedentes, figuram inſulæ, ſitum Africæ & Carthaginis depingerent. Verum Socratem philoſophum & aſtrologum Metonem nihil ferunt ciuitati ex ea expeditione auguratos boni, ſuperiorem ex præſentia & prædictione (vt arbitror) dæmonii ſui familiaris: Meton, ſiue reputanda ſecum re metuens futuri, ſiue ratione aliqua diuinandi inſaniam ſimulauit,

A ὡς τυραννικὰ καὶ ἀλλόκοτα. τοῦ δὲ δήμου ὃ πάθος ὃ πρὸς αὐτόν, οὐ κακῶς ἐξηγούμενος ὁ Αἰσχυλίνης ταῦτ' εἴρηκεν. Ποθεῖ μὲν, ἐξαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν. ἔτι δὲ μᾶλλον τῇ ὑπονοίᾳ πιέζων, Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν· Ἢν δ' ἐκτρέφῃς, τοῖς ἤθεσι ὑπηρετεῖν. ἐπιδόσεις γὰρ καὶ χορηγίας, καὶ φιλοτιμήματα πρὸς τὴν πόλιν ὑπερβολὴν μὴ ἀπολείποντα, καὶ δόξα προγόνων, καὶ λόγου, δυνάμις, καὶ σώματος εὐπρέπεια, καὶ ῥώμη μετ' ἐμπειρίας τῶν πολεμικῶν καὶ ἀλκῆς, πολύπαλλα συγχωρεῖν ἐποίει καὶ φέρειν μετείως τοὺς Ἀθηναίους, ἀεὶ τὰ προσόματα τῶν ὀνομάτων τοῖς ἁμαρτήμασι πθεμένους, παιδιὰς καὶ φιλανθρωπίας. οἷς καὶ τὸν Ἀγαθαρχον τὸν ζωγράφον εἷλκυσε, εἶτα γράψαντα τὴν οἰκίαν, ἀφεῖναι δωρησάμενον· καὶ Ταυρέαν αὐτοχορηγοῦντα ῥαπίσαι, φιλοτιμούμενον ὑπὲρ τῆς νίκης· καὶ τὸν Μηλίαν γυναῖκα ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐξελόμενον, καὶ συνοικεῖν θρέψαι παιδάριον ἐξ αὐτῆς. καὶ γὰρ τοῦτο φιλάνθρωπον ἐκάλουν· πλὴν ὅτι τοὺς Μηλίους ἡβηδὸν ἀποσφαγῆναι τὴν πλείστην αἰτίαν ἔχει, τῷ ψηφίσματι συνειπών. Αἰσχυλίνου δὲ Νεμέαν γράψαντος, ἐν παῖς ἀγκάλαις αὐτῆς καθήμενον Ἀλκιβιάδην ἔχουσαν, ἐθεώντο καὶ συνέτρεχον χαίροντες, οἱ δὲ πρεσβύτεροι καὶ τούτοις ἐδυσχέραινον ὡς τυραννικοῖς καὶ ὑπερφανόμοις. ἐδόκει δὲ καὶ Ἀρχέστρατος οὐκ ἄπο τρόπου λέγειν ὡς ἡ Ἑλλὰς οὐκ ἀνήνεγκε δύο Ἀλκιβιάδας. ἐπεὶ δὲ Τίμων ὁ μισάνθρωπος ἀπήντησε τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ προπεμπόμενον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπιφανῶς, οὐ παρῆλθεν οὐδ' ἐξέκλινεν, ὥσπερ εἰώθει τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἀπαντήσας καὶ δεξιωσάμενος, Εὖ γ', ἔφη, ποιεῖς αὐξόμενος ὦ παῖ· μέγα γὰρ αὔξησας ἅπασι τούτοις· οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δ' ἐβλασφήμουν. ἐνίοις δὲ καὶ πόνον ὀλίγον ἐπέστρεφεν. οὕτως ἄκριτος ἦν ἡ δόξα περὶ αὐτοῦ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνωμαλίαν. Σικελίας δὲ, καὶ Περικλέους ἔτι ζῶντος, ἐπεθύμουν Ἀθηναῖοι, καὶ τελευτήσαντος ἤπλουν, καὶ τὰς λεγομένας βοηθείας καὶ συμμαχίας ἔπεμπον ἐκάστοτε τοῖς ἀδικουμένοις ὑπὸ Συρακουσίων, ὀπισθάθρας τῆς μείζονος στρατείας ποιοῦντες· ὁ δὲ πανταπασι τὸν ἔρωτα τοῦτον ἀναφλέξας αὐτῷ, καὶ πείσας μὴ κατ' μέρος μηδὲ κατ' μικρὸν, ἀλλὰ μεγάλῳ στόλῳ πλεύσαντας ὀπιχειρεῖν καὶ καταστρέφεσθαι τὴν νῆσον, Ἀλκιβιάδης ἦν, τόν τε δῆμον μεγάλα πείσας ἐλπίζειν, αὐτός τε μείζονων ὀρεγόμενος. ἀρχὴν γὰρ εἶναι πρὸς ἃ ἠλπίκει διενοεῖτο τῆς στρατείας, οὐ τέλος, ὥσπερ οἱ λοιποὶ, Σικελίαν. καὶ Νικίας μὲν, ὡς χαλεπὸν ἔργον ὂν τὰς Συρακούσας ἑλεῖν, ἀπέτρεπε τὸν δῆμον· Ἀλκιβιάδης δὲ Καρχηδόνα καὶ Λιβύην ὀνειροπολῶν, οὐκ δὲ τούτων προσγενομένων, Ἰταλίαν καὶ Πελοπόννησον ἤδη περιβαλλόμενος, ὀλίγου δεῖν ἐφόδια τοῦ πολέμου Σικελίαν ἐποιεῖτο καὶ τοὺς μὲν νέους αὐτόθεν εἶχεν ἤδη ταῖς ἐλπίσιν ἐπηρμένους, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐκρατοῦντο, πολλὰ θαυμάσια περὶ τῆς στρατείας διηγούντων, ὥστε πολλοὺς ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ τοῖς ἡμικυκλίοις καθεζομένους, τῆς τε νήσου τὸ σχῆμα καὶ θέσιν Λιβύης καὶ Καρχηδόνος ὑπογράφοντας. Σωκράτη μὲν τοι τὸν φιλόσοφον, καὶ Μέτωνα τὸν ἀστρολόγον, οὐδὲν ἐλπίσαι τῇ πόλει χρηστὸν ἀπὸ τῆς στρατείας ἐκείνης λέγουσιν. ὁ μὲν (ὡς ἔοικε) τοῦ συνήθους δαιμονίου γνομένου καὶ προσημαίνοντος· ὁ δὲ Μέτων, εἴτε δείσας ἐκ λογισμοῦ τὸ μέλλον, εἴτε μαντικῆς τινὶ τρόπῳ χρησάμενος,

ἐσκήψατο μεμηνέναι, καὶ λαβὼν δᾷδα καταμιμεῖσθαι, οἷος ἦν A ac face arrepta ardente domum ſuam inſtitit ſuccendere. Quidam nullam dementiæ ſpeciem à Metone aiunt adumbratam, ſed nocte eum domum inflammaſſe, mox progreſſum mane ad concionem oraſſe ſupplicem populum, vt ad tantæ alleuationem calamitatis filium ſibi ab iſta expeditione relinquerent immunem. Ita ludificatus ille ciues, quod petebat, obtinuit. Nicias prætor fuit inuitus deſignatus, fugiens quantum poterat prouinciam hanc vel collegæ cauſa. Exiſtimauerunt enim Athenienſes bellum geſtum iri rectius, ſi ſolutum non miſiſſent Alcibiadem, ſed eius audaciam cum Niciæ temperaſſent cautione. Nam tertium prætorem Lamachum, etſi vergentem annis, nihilo apparebat eſſe ex certis præliis Alcibiade minus flagrantem & temerarium. Quum deliberaretur de copiis & apparatus ratione, iterum obſiſtere Nicias cœpit & bellum compeſcere. Sed quum repugnaret Alcibiades, & eſſet in ſententiam eius diſceſſum, rogationem tulit orator Demoſtratus, de apparatu & tota belli ratione vt prætoribus permitteretur. Facto in id plebiſcito, inſtructiſq; ad claſſis expeditionem omnibus, tetra prodigia maxime ſolennibus apparuere. Incurrentibus in dies illos Adoniis, ſpecies paſſim mortuis qui efferuntur, ſimiles, exponebant fœminæ, & exequias planctibus repræſentabant cantileniſque lugubribus. At vero truncati vna nocte Hermæ, quos vocant, qui maxima ex parte mutilati facie erant, multos perculerunt, etiam illos talia qui contemnebant. Manauit fama Syracuſanorum cauſa colonorum ſuorum Corinthios, quo iis oſtentis reprimeretur populus Athenienſis, bellumque deponeret, hæc patraſſe. Nihil populum tamen vel hic rumor mouit vel portenta, haud quicquam fœdi ducentem accidiſſe, ſed cuiuſcemodi deſignare iuuenes temulenti in laſciuiam ex luſu delapſi ſolent: iram vero ſimul & metum ei res, velut ex coniuratione ad magnos deſignata motus, excitauit. Itaq; acriter quamuis ſuſpicionem excuſſit tam ſenatus huius rei cauſa habitus, quam concio vt paucis diebus ſæpius aduocata. Interea ſeruos nonnullos & incolas produxit Androcles concionator, qui Alcibiadem eiuſq; amicos aliorum laceratorum ſignorum & effictorum per vinum myſteriorum inſimulauerunt. Hi Theodorum quendam oſtenderunt egiſſe præconem, Politionem tædiferum, Alcibiadem hierophantem, cæteros ſodales adſtitiſſe myſteriis initiatos appellatoſq; myſtas. Quippe hæc continebat Theſſali Cimonis filii accuſatio: qui Alcibiadis nomen de ſpfanatis Cereris & Proſerpinæ ſacris detulit. Frendente ira populo atq; in eum incenſo, & Androcle (erat enim Alcibiadis hic, vt alius nullus, hoſtis) facem ſubdente, fuit Alcibiades initio perturbatus. Verum vbi nautas aduertit, quotquot nauigaturi in Siciliam erant, ſtudioſos ſui eſſe, ſimulq; milites Argiuoſq; & Mantineos, qui mille peditum erant, audiret diſerte dicentes, Alcibiadis ſe gratia tranſmarinam & longinquam expeditionem ſuſcepiſſe, quem ſiquis læſiſſet, abſceſſuros ilico domum, animum recepit atq; occurrit ad ſe defendendũ. Ita fracti iterum ſunt inimici eius, veritique ne populus, quod eius opera indigeret, mollior foret in iudicando. Igitur quo huic rei occurrerent,

B C D E F

ἀυτῷ τῶν οἰκίαν ὑφάπτειν. ἔνιοι δὲ φασιν προαποίημα μὴ μανίας μηδὲν ἐσκιαγράφθαι τὸν Μέτωνα, καταφρήσαι δ' τῶν οἰκίαν νύκτωρ, εἶθ' ἕωθεν προελθόντα, δεῖσθαι καὶ παρακαλῶν ὑπὲρ συμφορᾶς τηλικαύτης τὸν υἱὸν αὐτῷ παρεθῶσαι, τὴν στρατείας. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἔτυχεν ὧν ἠξίου τῷ δημοκρουσάμενος τοῖς πολίταις. ὁ δὲ Νικίας ἄκων μὲν ἠρέθη στρατηγὸς, οὐχ ἥκιστα τῶν ἀρχῶν καὶ δόξαν τὴν στασιαστικὴν φεύγων. ἐφαίνετο γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις τὰ τοῦ πολέμου βέλτιον ἕξειν, μὴ προιεμένοις τὸν Ἀλκιβιάδην ἄκρατον, ἀλλὰ μιγθείσης τοῖς τόλμαν αὐτοῦ τῆς Νικίου προνοίας. καὶ γὰρ ὁ τέταρτος στρατηγὸς Λάμαχος ἡλικίᾳ προήκων, ὅμως ἐδόκει μηδὲν ἧττον εἶναι τοῦ Ἀλκιβιάδου θρασύτερος καὶ φιλοκίνδυνος ἐν ταῖς ἀγῶσι. βουλευομένων δὲ περὶ πλήθους καὶ τάξεως τῶν δυνάμεων, ἐπεχείρησεν αὖθις ὁ Νικίας ἀνίστασθαι καὶ καταπαύειν τὸν πόλεμον. ἀντειπόντος δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ κρατήσαντος, ἔγραψε τῶν ῥητόρων Δημόστρατος καὶ εἶπεν ὡς χρὴ τοῖς στρατηγοῖς αὐτοκράτορας εἶναι καὶ τῆς παρασκευῆς καὶ τοῦ πολέμου πάντος· ὑπιψηφισαμένου δὲ τοῦ δήμου καὶ νομισάντων ἑτοίμων πάντων πρὸς τὸν ἔκπλουν, ἀκρωτηριάσθησαν τὰ τῆς ἑορτῆς. Ἀδωνίων γὰρ εἰς ταύτας ἡμέρας ἐκείνας καθηκόντων, εἴδωλα πολλαχοῦ νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προσέκειντο ταῖς γυναιξὶ, καὶ τὰς φάσεις ἐμιμοῦντο κοπτόμεναι, καὶ θρηνώδεις ᾖδον. ἡ μὴν τῶν Ἑρμῶν πρείκοπτο μιᾷ νυκτὶ τὰ πλείστων ἀκρωτηριασθέντων τὰ πρόσωπα, πολλοὶ καὶ τῶν περιφρονούντων τὰ τοιαῦτα, διεπάραξεν. ἐλέχθη μὲν οὖν ὅτι Κορίνθιοι φασὶ τοῖς Συρακουσίοις ἀποίκοις ὄντας, ὡς ὑπὸ τέρατος ἐσομένης πρὸς τῶν οἰκείων, ἢ μεταγνώσεως τοῦ πολέμου, ταῦτα δρᾶσαι. οὐ μὴν ἤνεγκέ γε τὸ πολλῶν οὔθ' οὗτος ὁ λόγος, οὔθ' ὁ τῶν σημείων, δεινὸν εἶναι μηδὲν οἰόμενον, ἀλλ' οἷα φιλεῖ φέρειν ἄκρατος ἀκολάστων νέων εἰς ὕβριν ἐκ παιδιᾶς ὑποφερομένων. ὀργὴ δ' ἅμα καὶ φόβος ὁ γεγενὸς λαμβάνοντες, ὡς ἀπὸ συνωμοσίας ὑπὲρ πράγματι μεγάλοις τετολμημένων, ἅπασαν ἐξήταζον ἐπιστασίαν πικρῶς, ἥ τε βουλὴ συνιοῦσα περὶ τούτων καὶ ὁ δῆμος ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις πολλάκις. ἐν δὲ τούτῳ δούλους τινὰς καὶ μετοίκους προήγαγεν Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς, ἄλλων τε ἀγαλμάτων περικοπὰς, καὶ μυστικῶν παρ' οἶνον ἀπομιμήσεις, τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν φίλων κατηγορήσας. ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μὲν τινα δρᾶν τὰ τοῦ κήρυκος, Πολυτίωνα δὲ τὰ τοῦ δᾳδούχου, τὰ δὲ τοῦ ἱεροφάντου τὸν Ἀλκιβιάδην, τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι, μύστας προσαγορευομένους. ταῦτα γὰρ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ γέγραπται Θεσσαλοῦ τοῦ Κίμωνος εἰσαγγείλαντος Ἀλκιβιάδην ἀσεβεῖν περὶ τὼ θεὼ τελεσθεντοῦ δὲ τοῦ δήμου, καὶ πικρῶς πρὸς Ἀλκιβιάδην ἔχοντος, καὶ τοῦ Ἀνδροκλέους (ἦν γὰρ οὗτος ἐχθρὸς ἐν τοῖς μάλιστα τοῦ Ἀλκιβιάδου) παροξυνόντος, ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπαράθησαν οἱ περὶ τὸν Ἀλκιβιάδην· ἀγωνιῶντες δὲ τοὺς τε ναύτας ὅσοι πλεῖν ἔμελλον εἰς Σικελίαν εὔνους ὄντας αὐτοῖς, καὶ τὸ στρατιωτικὸν, Ἀργείων δὲ καὶ Μαντινέων χιλίων ὄντων ὁπλιτῶν, ἀκούοντες ἀναφανδὸν λεγόντων ὡς δι' Ἀλκιβιάδην στρατεύοιντο ἀγαθοῦ καὶ μάχιμον στρατείαν· ἐὰν δέ τις ἀγνωμονῇ περὶ τοῦτον, εὐθὺς ἀποστήσεσθαι, ἀνεθάρρουν καὶ παρεῖχαντο τῷ καιρῷ πρὸς τὴν ἀπολογίαν, ὥστε τοὺς ἐχθροὺς πάλιν ἀθυμεῖν καὶ φοβεῖσθαι μὴ περὶ τὴν κρίσιν ὁ δῆμος ἀμβλύτερος αὐτῷ γένηται, διὰ τὴν χρείαν. πρὸς ταῦτα οὖν

hoc ſtruxerunt vt oratores qui ſpecie Alcibiadi non iniqui, odiſſent eum tamen non ſecus atque illi ex profeſſo qui eſſent Hoſtes, in concione dicerent, Rem indignam eſſe tanti imperatorem exercitus cum libera poteſtate creatum legionibus ſociiſque conſcriptis, inter ſorte ductos iudices & aquam infundentes corrumpere tempora. Nunc vero, quod felix fauſtumq; ſit, pergeret: bello confecto iiſdem legibus præſens cauſam diceret. Verum ea malitia prolationis non fefellit Alcibiadē, ſed pro concione durum demonſtrauit eſſe, vt relictis contra ſe criminibus & calumniis, timore ſuſpenſus iudiciali cum tanto exercitu mitteretur. Decere enim, niſi crimina purgaret, vt animaduerteretur in ſe: ſin purgaſſet ſe, & eſſet compertus inſons, ad hoſtes vt ſe liberatum calumniatorum metu conuerteret. Cæterum vbi non audiuit eum populus, iuſſus ſoluere, vela fecit cum collegis. Triremes habebat non multum intra quadraginta & centum, pedites quinq; millia centum, ſagittarios funditoreſq; & leues milites ad mille trecentos, apparatumq; alium ingentem. Inde vt appulit ad Italiam & tenuit Rhegium, propoſuit ibi conſilium ſuum, quemadmodum inſtituendum bellum foret. Cui repugnante Nicia, adſtipulante vero Lamacho, in Siciliam vectus Catanam ad deditionē ſubegit. Nihil geſſit præterea, quod confeſtim eſſet reuocatus ad iudicium. Primum namq; frigidis (vt diximus) ſuſpicionibus Alcibiades & calumniis aſperſus fuit per ſeruos & incolas: deinde, quia laceſſiuerunt maleuoli abſentem acrius, & cum violatis ſimulacris myſteriorum crimen, quaſi ab eadem perpetratum coniuratione ad res nouandas, confuderunt, coniecerunt in carcerem eos qui quauis de cauſa fuerūt delati inauditos, pœnituitq; eos quod flagrantibus delictis tantis, in iudicium non rapuiſſent damnaſſentq; Alcibiadem. Quiſquis in conceptam aduerſus illum flammam incurrit neceſſarius vel amicus vel familiaris, ſæuioribus illis vſus eſt. Delatores omiſit Thucydides appellare: alii tamen Dioclidem & Teucrum edunt, in quibus Phrynichus eſt comicus, cuius hi verſus ſunt,

O ſignum amabile, Herme, ne cadas, caue, aut te afflixeris vſquam,
Præbeas ne anſam alicui alteri Dioclidi praui aliquid facere volenti: Cauero.
Non Teucro enim dare iudicii volo ſceleſto præmia hoſpiti.

Et quidem nihil certi vel firmi indices demonſtrarunt. De quibus rogatus vnus quemadmodum vultus eorum, qui truncauerant ſimulacra, cognouiſſet: vbi reſpondit, Ad lunam, toto cœlo errauit: nam fuerunt hæc interlunio admiſſa. Excitauit id quidem ſanorum hominum ſtrepitum, populum vero ne hoc quidem fecit ad calumnias remiſſiorem, ſed eodem, quo cœperat, perrexit impetu in vincula dare & coniicere quicunque eſſet delatus. Inter cuſtodias & vinctos illorum criminum cauſa etiam orator erat Andocides, quem refert Hellanicus hiſtoriographus inter Vlyſſis poſteros. Habebatur minime popularis, ſed de factione paucorum potentium, Andocides: cui præcipue ſuſpicionem attulit mutilatorum ſignorum amplum ſignum propter domum eius locatum Ægeidis tribus monumentum. Nam inter admodum pauca ſimulacra nobilia

τεχνάζοιτο τῶν ῥητόρων τὸν οὐ δοκιμῶντας ἐχθροὺς τοῦ Ἀλκιβιάδου, μισοῦντας δὲ αὐτὸν οὐχ ἧττον τῶν ὁμολογούντων, αἰσχυνόμενοι τῷ δήμῳ λέγειν ὡς ἄπορόν ἐστιν αὐτοκράτορι στρατηγῷ τηλικαύτης ἀποδεδειγμένῳ δυνάμεως ἠθροισμένης στρατιᾶς καὶ τῶν συμμάχων, μεταξὺ συγκλητικῶν δικαστήριον, καὶ ὕδωρ ἀναμεμιγμένων, ἀπολλύναι τὸν καιρόν. ἀλλὰ νῦν μὲν ἀγαθῇ τύχῃ πλεέτω, τοῦ δὲ πολέμου διαπραχθέντος ὅτι τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀπολογείσθω παρών. οὐκ ἐλάνθανε μὲν οὖν ἡ κακηθεία τῆς ἀναβολῆς τὸν Ἀλκιβιάδην, ἀλλ' ἐλεγεπαιών, ὡς δεινόν ἐστιν αἰτίας ἀπολιπόντα καθ' ἑαυτὸν καὶ διαβολάς, οὐκ πέμπεσθαι μετέωρον ὅτι τοσαύτης δυνάμεως. ἀποθανεῖν γὰρ αὐτῷ προσήκει μὴ λύσαντι τὰς κατηγορίας· λύσαντι δὲ καὶ φανέντι καθαρῷ, τρέπεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, μὴ δεδικασμένοις τοὺς συκοφάντας. ἐπεὶ δ' οὐκ ἔπειθεν, ἀλλὰ πλεῖν ἐκέλευον αὐτόν. ἀνήχθη μετὰ τῶν συστρατηγῶν ἔχων τριήρεις μὲν οὐ πολλῷ τῶν τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν ἀποδεδεσμένας, ὁπλίτας δὲ πεντακισχιλίους καὶ ἑκατόν, τοξότας δὲ καὶ σφενδονήτας καὶ ψιλοὺς περὶ τριακοσίους καὶ χιλίους, καὶ τἄλλα πολλὰ παρασκευὴν ἀξιόλογον. προσβαλὼν δὲ Ἰταλίᾳ, καὶ Ῥήγιον ἑλών, εἰσηγήσατο γνώμην ὅπῃ δεῖ πολεμητέον ἐστί. καὶ Νικίου μὲν ἀντιλέγοντος, Λαμάχου δὲ προσθεμένου, πλεύσας εἰς Σικελίαν, προσηγάγετο Κατάνην, ἄλλο δ' οὐδὲν ἔπραξε, μετάπεμπτος ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὅτι τὴν κρίσιν οὐδὲν ἡμόλυνεν. πρῶτον μὲν γὰρ (ὥσπερ εἴρηται) ψυχραί τινες ὑποψίαι καὶ διαβολαὶ κατὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου προσεπίπτον, ἀπὸ δούλων καὶ μετοίκων· ἔπειτα τῶν ἐχθρῶν ἀπόντος αὐτοῦ καθαπτομένων σφοδρότερον, καὶ τοῖς περὶ τοὺς Ἑρμᾶς ὑβρίσμασι καὶ τὰ μυστικὰ συμπλεκόντων, ὡς ἀπὸ μιᾶς ὅτι νεωτερισμῷ συνωμοσίας πεπραγμένα, τοὺς μὲν ὀπτωσοῖν ἐπαιτιαθέντας ἐνέβαλον ἀκρίτους εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἤχθοντο δὲ τὸν Ἀλκιβιάδην μὴ λαβόντες ὑπὸ τὰς ψήφους τότε, μηδὲ κρίναντες ἐπ' αἰτίας τηλικαύτας. ὁ δὲ τῇ πρὸς ἐκείνον ὀργῇ παρεσῶν οἰκεῖος, ἢ φίλος ἢ συνήθης, χαλεπωτέροις αὐτοῖς ἐχρήσατο. τοὺς δὲ μιμούσαντας, ὁ μὲν Θουκυδίδης ὀνομάσαι παρῆκεν, ἄλλοι δ' ὀνομάζουσι Διοκλείδαν καὶ Τεῦκρον, ὧν καὶ Φρύνιχός ἐστιν ὁ κωμικὸς ταυτὶ πεποιηκώς,

Ὦ φίλταθ' Ἑρμῆ, καὶ φυλάττου μὴ πεσὼν Αὐτὸν παράσχῃς καὶ παρούσῃ, καὶ παρόντος χῆς διαβολαῖς Ἑτέρῳ Διοκλείδᾳ βαλομένῳ κακόν τι δρᾶν. Φυλάξομαι· Τεύκρῳ γὰρ οὐχὶ βούλομαι Μιούτερα δοῦναι τῶν παλαμναίων ξένῳ. καίτοι βέβαιον οὐδὲν οὐδ' ἰσχυρὸν οἱ μιμούντες ἐδείκνυσαν. εἷς δ' αὐτῶν ἐρωτώμενος ὅπως τὰ πρόσωπα τῶν ἑρμοκοπιδῶν γνοίειε, καὶ ἀποκρινάμενος ὅτι πρὸς τὴν σελήνην, ἐσφάλη τοῦ πρώτου, εἴνης καὶ νέας οὔσης ὅτε ταῦτ' ἐδρᾶτο· θόρυβον μὲν παρέσχε τοῖς νοῦν ἔχουσι, τὸν δῆμον δ' οὐδὲ τοῦτο μαλακώτερον ἐποίησε πρὸς τὰς διαβολάς, ἀλλ' ὥσπερ ὥρμησεν ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἐπαύσατο, φέρων καὶ καταβάλλων εἰς τὸ δεσμωτήριον ὅ τις κατείποι. τῶν οὖν δεδεντων καὶ φυλαττομένων ὅτι κρίσει τότε, καὶ Ἀνδοκίδης οὗ ὁ ῥήτωρ, ὃν Ἑλλάνικος ὁ συγγραφεὺς εἰς τοὺς Ὀδυσσέως ἀπογόνους ἀνήγαγον. ἐδόκει δὲ μισόδημος καὶ ὀλιγαρχικὸς ὁ Ἀνδοκίδης· ὑποπτον δὲ οὐχ ἥκιστα τῆς τῶν Ἑρμῶν πρεσκοπῆς ἐποίησεν ὁ μέγας Ἑρμῆς, ὁ πλησίον αὐτοῦ τῆς οἰκίας ἀνάθημα τῆς Αἰγηίδος φυλῆς ἱδρυμένος. ἐν γὰρ ὀλίγοις πολὺ τῶν ἐπιφανῶν,

μόνος ἀβλαβὴς ἀπέφυγε· διὸ καὶ νῦν Ἀνδοκίδου, καλεῖται, καὶ πάντες οὕτως ὀνομάζουσι, τῆς ἐπιγραφῆς αὐτὴν μαρτυρούσης. συνέβη δὲ τῷ Ἀνδοκίδῃ μάλιστα τῶν τὰ αὐτὰ αἰτίαν ἐχόντων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ δοκεῖν φίλον, ἔνδοξον μὲν οὐχ ὁμοίως ἐκείνῳ, συνέσει δὲ καὶ τόλμῃ θαυμαστόν, ὄνομα Τίμαιον. οὗτος διαπείθει τὸν Ἀνδοκίδην ἑαυτῷ καταθέσθαι καὶ τινῶν ἄλλων δοκεῖν μὴ πολλῶν. ὁμολογήσαντι γὰρ, ἄδειαν εἶναι τῷ ψηφίσματι δήμου. τὰ δὲ τῆς κρίσεως ἄδηλα πᾶσι, τοῖς δυνατοῖς φοβερώτατα. βέλτιον δὲ σωθῆναι ψευδόμενον ἢ μετὰ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἀποθανεῖν ἀδόξως καὶ ἀνιηρῶς τοῖς πολλοῖς, συμφέρον ὀλίγοις καὶ ἀμφιβόλοις τοῖς πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἐξελέσθαι τῆς ὀργῆς. ταῦτα τοῦ Τιμαίου λέγοντος καὶ διδάσκοντος, ὁ Ἀνδοκίδης ἐπείθη. καὶ δεδεμένος μόνος καθ' ἑαυτὸν καὶ κατ' ἄλλων, ἔφετο τοῦ ψηφίσματος ἄδειαν αὐτός· οὓς δὲ ὠνόμασε, πάντες πλὴν τῶν φυγόντων ἀπώλοντο. καὶ πίστεως ἕνεκα προσέθηκεν αὐτοῖς οἰκέτας ἰδίους ὁ Ἀνδοκίδης. οὐ μὴν ὅ γε δῆμος τοῦ ὀργῆς ἅπασαν ἀφῆκεν ἐν τούτῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπαλλαγεὶς τῶν Ἑρμοκαπιδῶν, ὥσπερ χολάζοντι τῷ θυμῷ πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην, ὅλως ἐρρύη. καὶ τέλος ἀπέστειλε τὴν Σαλαμινίαν πρὸς αὐτὸν, οὐ φαύλως αὐτό γε τοῦτο πρασσόντας μὴ βιάζεσθαι, μηδ' ἅπτεσθαι τοῦ σώματος, ἀλλὰ μετείῳ λόγῳ χρῆσθαι, κελεύοντας ἀκολουθεῖν ἐπὶ τὴν κρίσιν, καὶ πείθειν τὸν δῆμον. ἐφοβοῦντο γὰρ παρακαίρου τὸ στρατεύμαθος ἐν πολεμίᾳ γῇ, καὶ φασιν, ὁ ῥᾳδίως ἂν ἐξειργάσατο βουληθεὶς ὁ Ἀλκιβιάδης· καὶ γὰρ ἠθύμουν ἀπόντος αὐτοῦ, καὶ πολλοὺς τελοῦν προστιθέντων καὶ μῆκος ἀργὸν ἐν τῷ Νικίᾳ τὸν πόλεμον ἔξειν, καθάπερ μύωπος ἀφῃρημένου τῶν πράξεων. ὁ γὰρ Λάμαχος οὐ μὴν πολεμικὸς καὶ ἀνδρώδης, ἀξίωμα δὲ οὐ πρὸς ἐκείνῳ, οὐδ' ὄγκος αὐτῷ δι' ἀπορίαν δυνάμεως μὴ ὄντων ἀποπλέων ὁ Ἀλκιβιάδης, ἀφείλετο Μεσσήνιον τοῖς Ἀθηναίοις. ἦσαν γὰρ οἱ μέλλοντες ἐκδιδόναι τοῦ πόλιν, οὓς ἐκεῖνος εἰδὼς παρέσαπα, τῶν Συρακουσίων φίλοις ἐμίαινε, καὶ διέφθειρε τὴν πρᾶξιν. ἐν δὲ Θουρίοις γενόμενος, καὶ ἀποβὰς τῆς τριήρους, ἔκρυψεν ἑαυτὸν, καὶ διέφυγε τοὺς ζητοῦντας. ἐπιγνόντος δέ τινος καὶ εἰπόντος, Οὐ πίστεύεις, ὦ Ἀλκιβιάδη, τῇ πατρίδι; Τὰ μὲν ἄλλ, ἔφη, πάντα· περὶ δὲ τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς, οὐδὲ τῇ μητρὶ, μήπως ἀγνοήσασα, τοῦ μέλαιναν ἀντὶ τῆς λευκῆς ἐπενέγκῃ πένθος. ὕστερον δ' ἀκούσας ὅτι θάνατον αὐτοῦ κατέγνωκεν ἡ πόλις, Ἀλλ' ἐγὼ (εἶπε) δείξω αὐτοῖς ὅτι ζῶ. τοῦ μὲν οὖν εἰσαγγελίαν οὕτως ἔγραψαν ἀναγράφοντες, Θεσσαλὸς Κίμωνος, Λακιάδης, Ἀλκιβιάδου Κλεινίου Σκαμβωνίδου εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὸ θεῶ, τοῦ Δήμητρα καὶ τοῦ κόρου, ἀπομιμούμενον τὰ μυστήρια, καὶ δεικνύοντα τοῖς αὐτοῦ ἑταίροις ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἔχοντα στολὴν οἵαν περ ἱεροφάντης ἔχων, δεικνύει τὰ ἱερὰ, καὶ ὀνομάζοντα αὐτὸν μὲν ἱεροφάντου, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον Φυγεέα· τοῖς δὲ ἄλλοις ἑταίροις, μύστας προσαγορεύοντα καὶ ἑπόπτας, πρὸς δὲ τὰ νόμιμα καὶ τὰ καθεστηκότα ὑπὸ τε Εὐμολπιδῶν καὶ κηρύκων καὶ τῶν ἱερέων τῶν ἐξ Ἐλευσῖνος. ἐρήμου δὲ αὐτοῦ καταγνόντες, καὶ τὰ χρήματα δημεύσαντες, ἔτι καταρᾶς προσεψηφίσαντο πάντας ἱερᾶς καὶ ἱερείας, ὧν μόνην φασὶ Θεανὼ τοῦ Μένωνος Ἀγραυλῆθεν, αἰτεῖπεῖν πρὸς τὸ ψήφισμα, φάσκουσαν οὐχ ὑπὲρ καταρῶν ἱέρειαν γεγονέναι. τοσούτων δὲ κατεψηφισμένων Ἀλκιβιάδου καὶ κατεγνωσμένων, ἐτύγχανε μὲν ἐν Ἄργει διατρίβων, ὡς τότε πρῶτον ἐκ Θουρίων ἀποδρᾶς εἰς Πελοπόννησον διεκομίσθη.

A inuiolatum remanserat prope solũ. Qua de causa vocatur adhuc Andocidis, omnesq;, licet reclamet inscriptio, ita id nominant. Accidit vt supra cæteros, qui ex eadem causa vincti erant, consuetudo Andocidi & amicitia cum quodam esset non paris homine dignitatis, intelligentiæ autem & audaciæ singularis, Timæo nomine. Hic Andocidi consulit, semetipse cum paucis aliis vt deferat: confitenti enim concedi explebiscito impunitatẽ, exitum incertum iudicii, potentib. maxime terribile esse. Satius esse vt per mendacia incolumis sit quã eodem ex crimine pereat ignominiose. Qui si cõmodum publicum spectet, conducere vt paucis cõdonatis & dubiis multos & bonos viros eximat iræ populi. His Timæi verbis & monitionib. inductus Andocides, quum de semetipso & cæteris confessus esset, veniã habuit ex lege. Quos detulit, nisi qui profugissent, necati omnes sunt. Ac maioris fidei causa, adiecit iis Andocides proprios seruos. Neque hîc tamẽ deposuit omnẽ iram populus, verũ postquã à violatorib. signorum discessit, acrius, quasi otiante bile, in Alcibiadẽ totus incubuit. Postremo misit ad eum triremem Salaminiam. Atq; hoc quidem diserte dedit missis in mandatis, vim ei ne admouerent, neq; iniicerent manus, sed lenib. verbis vt aggrederentur eum, denuntiarentq; vt ad causã dicendã sequeretur, & purgaret se ad populum. Timebãt enim tumultum in hostico exercitus & seditiones, quod Alcibiadi, si ei libuisset, facile erat factu. Quippe ob discessum eius animũ abiiciebãt, magnaq; cunctatione expectabant ac inerti mora, velut calcare rerum amoto, ducturum Niciã bellum. Nam bellator quidẽ erat Lamachus & vir fortis, sed autoritate ob inopiam dignitateque deficiebatur. Extemplo igitur in discessu suo Alcibiades Messanam ademit Athenienſibus: erant.n. parati certi ad dedendum oppidum. Quos ille quũ optime nosset, indicauit eos Syracusanorum amicis, remq; corrupit. Thurios progressus, quum ex naue descendisset, abdidit se, elapsusq; est inuestigantibus ipsum. Cognitum à quodam, qui dixit, *Non fidis Alcibiades patriæ tuæ? Cætera*, inquit, *omnia, sed de capite meo ne matri quidem: ne forte pro albo atrum calculum imprudens iniiciat.* Post audito capitis se damnatum à ciuibus, *At ego*, inquit, *illis ostendam me viuere.* Accusationem illam hisce verbis perscribunt: Thessalus Cimonis filius Laciades, Alcibiadem Cliniæ Scambonidem, quod aduersus ceremonias & instituta Eumolpidarum, præconũ & sacerdotum Eleusinensium mysteria simulauit, & familiaribus suis domi ea ostendit, veste indutus quali ostendit sacra hierophantes, seipse hierophantem nominauit Polytionem tædiferum, præconem Theodorum Phygeensem, cæteros sodales mystas appellauit, & spectatores violatarum dearum Cereris & Proserpinæ, detulit. Damnauerunt eum indicta causa, publicauerunt bona eius, insuper sciuerunt vt omnes sacerdotes caput eius sacrarent, quarum vnam aiunt Theano Menonis filiam, Agraulensem, plebiscito intercessisse, ac votorum se dixisse non execrationum esse sacerdotem. Tam multis iugulatus plebiscitis atq; iudiciis Alcidiades, vt primum Thuriis profugus traiecit in Peloponnesum, Argis hæsit aliquamdiu.

φυγέα Palmer. at Leunclau

Formidans autem inimicos, deposita recuperandæ spe patriæ, Spartam ad petendam fidem publicam misit, priores iniurias ostendens, quibus se fuerat vltus, maioribus commodis & emolumentis pensaturum. Qua data, recipientibusq; eum Spartiatis, alacris eo profectus, vnum illico perfecit, vt, omissa cunctatione & procrastinatione, Syracusanis ferrent suppetias, erexitque eos atq; incitauit, vt duce misso Gylippo conuellerent vires in Sicilia Athenienſium: alterum etiam mouerent Athenienſibus ex Peloponneſo bellum: tertium & maximum, vt munirent Deceleam, quod vrbẽ Athenienſem atque ac nihil aliud preſſit contriuitque. Alcibiades cum hinc publice fuit probatus & ſuſcipiendus, tum priuatim auram popularem captauit, ac multitudinem dementauit, ad vitam Laconicam accommodando ſe, vt corpore quum viderent cute tenus raſum, frigida lauantem, offa victitantem, iure utentem nigro, haud crederent, mirarenturq; ſi coquum hic vir domi vnquam habuiſſet, vel aſpexiſſet vnguentarium, aut Mileſiam ſuſtinuiſſet attingere lænam. Nempe habebat (vt fama tenet) inter cæteras hanc vnam artem & ad capiendos homines fabricã, ut aggregaret ſe & conuerteret ad ſtudia & mores aliorum, citioribus quam chamæleon varians mutationibus: veruntamen vnum ille (vt aiunt) neſcit repræſentare colorem album. Alcibiades vero iuxta inter bonos verſans & prauos, nihil non imitari, nihil non valebat exprimere: verum Spartę exercitationib. intentus, frugalis, auſterus eſſe: in Ionia voluptuarius, lætus, ſegnis: in Thracia vino & equitationi indulgere: ſi cum Tiſſapherne ſatrapa ageret, pompa & luxu Perſicum ſuperare ſplendorem. Non quo ſeſe tam expedite in alios ex aliis ritus deflecteret, aut omnem reciperet viciſſitudinem moribus, ſed quod, ſi ingenium ſequeretur ſuum, incurſurus eſſet in eos quibus vtebatur familiariter: figuram & ſpeciem ſemper arripiebat & induebat eam quę illis eſſet appoſita. Ac Lacedæmone quidem foris ſi aſpiceres hominem, diceres, Non iſte Achillis filius, ſed ipſe ſit quem inſtituit Lycurgus. Ad veros autem eius animi motus & facta exclames, Priſtina eſt mulier. Siquidem regis Agidis vxorem Timæam in caſtris agentis & abſentis ita peruertit, ex ſe vt vterum geſſerit, neque id iret inficias. Quæ quum virilem ſtirpem edidiſſet, foris appellabat eam Leotychidem, domi inſuſurratum auribus familiarium & pediſſequarum à matre nomen Alcibiadi erat. Ita iſta mulier eius deperibat amore. Ille per inſolentiam iactabat non contumelię cauſa ſe id feciſſe nec libidine victum, ſed vt progenies apud Lacedæmonios regnaret ſua. Hæc ita agi multi detulerunt ad Agim, cui fecit potiſſimum fidem tempus: quod terræ motu exterritus fugiſſet ex thalamo ab vxore, nec decem menſibus poſt conſuetudinem cum ea habuiſſet, poſt quos natum noluit agnoſcere Leotychidem. quod in cauſa fuit vt ab regno poſtmodum Leotychides decideret. Porro ſecundum cladem quam acceperant in Sicilia Athenienſes, Chiorum, Lesbiorum, & Cyzicenorum legati vna ad defectionem ineundam venerunt Spartam. Hîc pro Lesbiis quum Bœotii facerent, Pharnabazus pro Cyzicenis, de conſilio Alcibiadis ſtatuerunt ante cæteros Chiis opem ferre. Soluit etiam ipſe, atque vniuerſam fere Ioniam impulit ad rebellandum,

A φοβούμενος ὑπὸ τοὺς ἐχθροὺς, καὶ πολυτάπασι τῆς πατρίδος ἀπεγνωκώς, ἔπεμψεν εἰς Σπάρτην, αἰτῶν ἄδειαν αὐτῷ ἡμέρας, καὶ πίστιν ὅτι μείζοσι χρείαις καὶ ὠφελείαις, ὧν πρότερος αὐτὸς ἀμωμόμενος ἔβλαψε. δόντων δὲ τῶν Σπαρτιατῶν καὶ δεξαμένων τὸν ἀφικόμενον πρόθυμος, ἓν μὴ ὀκνοῦς ἐξειργάσατο, μέλλοντας καὶ διαβαλλομένους βοηθεῖν Συρακουσίοις· ἐγείρας καὶ παρώξυνας πέμψαι Γύλιππον ἄρχοντα, καὶ φράσας τὸν κατ' ἐκεῖνον τῶν Ἀθηναίων δύναμιν. ἕτερον δὲ, κινῶν τὸν αὐτόθεν πόλεμον ὅτι τοῖς Ἀθηναίοις. τὸ δὲ τρίτον καὶ μέγιστον, ὅτι τειχίσας Δεκέλειαν. οὐ μᾶλλον τοῦδε διειργάσατο καὶ κατοικοδόμησε τὴν πόλιν. ἐνδοξιμῶν δὲ δημοσίᾳ καὶ θαυμαζόμενος οὐκ ἦττον ἰδίᾳ, τοῖς πολλοῖς τότε ἐδημαγώγει, καὶ κατεγήτευε τῇ διαίτῃ λακωνίζων. ὥστε ὁρῶντας ἐν χρῷ κουρεῖσθαι, καὶ ψυχρολουτοῦντα, καὶ μάζῃ σιτούμενα, καὶ ζωμῷ μέλανι χρώμενον, ἀπιστεῖν καὶ διαπορεῖν εἴ ποτε μάγειρον ὅτι τῆς οἰκίας τοῦτ' ἀνὴρ ἔσχεν, ἢ προσέβλεψε μυρεψὸν, ἢ Μιλησίας ἐπέθετο θίγειν χλανίδος. ἐπεὶ γὰρ (ὥς φασι) μία δεινότης αὕτη τῶν πολλῶν ἐν αὐτῷ καὶ μηχανὴ θήρας ἀνθρώπων, συνεξομοιοῦσθαι καὶ συνομιλεῖν τοῖς ὑπιτηδεύμασι καὶ ταῖς διαίταις, ὀξυτέρας τρεπομένῳ τροπὰς τοῦ χαμαιλέοντος. πλὴν ἐκεῖνος μὲν (ὡς λέγεται) πρὸς ἓν ἀδυνατεῖ χρῶμα τὸ λευκὸν ἀφομοιοῦν ἑαυτόν· Ἀλκιβιάδης δὲ διὰ χρηστῶν ἰόντι καὶ πονηρῶν ὁμοίως, οὐδὲν ἦν ἀμίμητον, οὐδὲ ἀνεπιτήδευτον. ἀλλ' ἐν Σπάρτῃ γυμνασιώδης, ἀπλοῦς σκυθρωπός· ἐν Ἰωνίᾳ, χαλιδανός, ὑπόπτερπνος, ῥᾴθυμος· ἐν Θρᾴκῃ, μεθυστικὸς, ἱππαστικός· Τισσαφέρνῃ δὲ τῷ σατράπῃ συνὼν, ὑπερέβαλλεν ὄγκῳ καὶ πολυτελείᾳ τὴν Περσικὴν μεγαλοπρέπειαν· οὐχ αὐτὸν ἐξιστὰς οὕτω ῥᾳδίως εἰς ἕτερον ἐξ ἑτέρου τρόπον, οὐδὲ πᾶσαν δεχόμενος τῷ ἤθει μεταβολὴν, ἀλλ' ὅτι τῇ φύσει χρώμενος ἔμελλε λυπεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας, εἰς πᾶν ἀεὶ ὃ προσφορὰν ἐκείνοις σχῆμα καὶ πλάσμα κατεδύετο καὶ κατέφθανεν. ἐν γοῦν τῇ Λακεδαίμονι, πρὸς τὰ ἔξωθεν εἰπεῖν, Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ἐκεῖνος εἶν αὐτὸς οἷς Λυκοῦργος ἐπαίδευσε. τοῖς δ' ἀληθινοῖς αὖ τις ἐπεφώνησεν αὐτοῦ πάθεσι καὶ πράγμασιν, Ἔστιν ἡ παλαιγενής. Τιμαίαν γὰρ τὴν Ἀγίδος γυναῖκα τοῦ βασιλέως, στρατευομένου καὶ ἀποδημοῦντος, οὕτω διέφθειρεν ὥστε καὶ κύειν ἐξ Ἀλκιβιάδου, καὶ μὴ ἀρνεῖσθαι· καὶ τεκούσης παιδάριον ἄρρεν, ἔξω μὲν Λεωτυχίδην καλεῖν, ὃ δὲ ἐντὸς αὐτοῦ ψιθυριζόμενον ὄνομα πρὸς τὰς φίλας καὶ τοὺς ὀπαδοὺς ἀπὸ τῆς μητρὸς, Ἀλκιβιάδην εἶν· ποσοῦτος ἔρως κατεῖχε τὴν ἀνθρωπον. ὁ δὲ ἐντρυφῶν ἔλεγον οὐχ ὕβρει τοῦτο πράττειν, οὐδὲ κρατούμενος ὑφ' ἡδονῆς, ἀλλ' ὅπως Λακεδαιμονίων βασιλεύσωσιν οἱ ἐξ αὐτοῦ γεγενότες. οὕτω πραττόμενα ταῦτα πολλοὶ κατηγόρουν πρὸς τὸν Ἄγιν. ὅτις δυσὶ τοῦ χρόνου μάλιστα, ὅτι σεισμοῦ γενομένου φοβηθεὶς, ἐξέδραμε τοῦ θαλάμου πρὸς τῆς γυναικός. εἶτα δέκα μῆνας οὐκέτι συνῆλθεν αὐτῇ, μὴ οἰόμενος τὸν Λεωτυχίδην ἀπέφησεν ἐξ αὐτοῦ μὴ γεγενέναι· καὶ διὰ τοῦτο τῆς βασιλείας ἐξέπεσεν ὕστερον ὁ Λεωτυχίδης. μετὰ δὲ τὴν ἐν Σικελίᾳ τῶν Ἀθηναίων δυστυχίαν, ἐπρέσβευσαν εἰς Σπάρτην ἅμα Χῖοι καὶ Λέσβιοι, καὶ Κυζικηνοὶ περὶ ἀποστάσεως. πραττόντων δὲ Βοιωτῶν μὲν Λεσβίοις, Φαρναβάζου δὲ Κυζικηνοῖς, Ἀλκιβιάδην πειθόντες, εἵλοντο Χίοις πρῶτον βοηθεῖν. ἐκπλεύσας δὲ καὶ αὐτὸς ἀπέστησεν ὀλίγου δεῖν ἅπασαν Ἰωνίαν,

καὶ πολλὰ συνῶν τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων στρατηγοῖς, ἔβλα- A
πτε τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δ' Ἄγις, ἐχθρὸς μὲν ὑπῆρχεν αὐτῷ
διὰ τὴν γυναῖκα, κακῶς πεποιηκώς· ἠχθετο δὲ καὶ τῇ δόξῃ.
τὰ γὰρ πλεῖστα γίνεσθαι καὶ προχωρεῖν δι' Ἀλκιβιάδου λό-
γους ἦν. τῶν δ' ἄλλων Σπαρτιατῶν οἱ δυνατώτατοι καὶ φιλοτι-
μότατοι ἤδη τὸν Ἀλκιβιάδην ἐβαρύνοντο διὰ φθόνον. ἔγνωσαν
οὖν καὶ διεπράξαντο τοὺς οἴκοθεν ἄρχοντας ἐπιστεῖλαι πρὸς
Ἰωνίαν, ὅπως ἀποκτείνωσιν αὐτόν· ὁ δ' ἡσυχῇ προγνοὺς καὶ φο-
βηθεὶς, τὸν μὲν πράξεων πασῶν ἐκείνῳ τοῖς Λακεδαιμονίοις.
ὁ δ' εἰς χεῖρας ἴέναι, πρωτάπασιν ἔφυγε. Τισαφέρνη καὶ τῷ B
βασιλέως σατράπῃ δοὺς ἑαυτὸν ὑπὲρ ἀσφαλείας, ἀνθ' ὧν ἐν
παρ' αὐτῷ πρῶτος καὶ μέγιστος. ὁ μὲν γὰρ πολύτροπον καὶ
πρεπτὸν αὐτοῦ τῆς δεινότητος, οὐκ ὢν ἁπλοῦς, ἀλλὰ κακοήθης
καὶ φιλοπόνηρος, ἐθαύμαζεν ὁ βάρβαρος. ταῖς δ' καθ' ἡμέ-
ραν ἐν τῷ συμπολιτεύεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι χάρισιν, οὐδὲν
ἦν ἄπιγκτον ἦθος, οὐδὲ φύσις ἀνάλωτος· ἀλλὰ καὶ δεδιόσι καὶ
φθονοῦσιν, ὅμως ὁ συγγενέσθαι καὶ προσιδεῖν ἐκεῖνον, ἡδο-
νήν τινα καὶ φιλοφροσύνην παρεῖχε. πάλιν οὖν ὡμὸς ὢν καὶ
μισέλληνι ἐν τοῖς μάλιστα Περσῶν ὁ Τισαφέρνης, οὕτως ἐνε-
δίδου τῷ Ἀλκιβιάδῃ κολακεύομενος, ὥστ' ὑπερβάλλειν C
αὐτὸν αὐτὴν κολακεύων ἐκεῖνος. ὧν γὰρ ἐκέκτητο παραδείσων τε
κάλλιστον, καὶ ὑδάτων καὶ λειμώνων ὑγιεινῶν ἕνεκεν, καὶ πρατο-
βάς ἔχοντα καὶ καταφυγὰς ἡσκημένας βασιλικῶς καὶ πε-
πεισμένως, Ἀλκιβιάδην καλεῖν ἔθετο· καὶ πρώτοις οὕτω κα-
λοῦντες καὶ προσαγορεύοντες διετέλουν. ἀπογνοὺς οὖν ὁ
Ἀλκιβιάδης τὰ τῶν Σπαρτιατῶν ὡς ἄπιστα, καὶ φοβούμενος,
τὸν Ἄγιν ἐκάκου καὶ διέβαλλε πρὸς τὸν Τισαφέρνην, οὐκ
ἐῶν βοηθεῖν αὐτοῖς πρόθυμος, οὐδὲ καταλύειν τοὺς Ἀθη-
ναίους, ἀλλὰ γλίσχρως χορηγοῦντα, θλίβειν καὶ ἀποκναίων D
ἀτρέμα, καὶ ποιεῖν ἀμφοτέρους βασιλεῖ χειροήθεις, καὶ κα-
τατόνους ὑπ' ἀλλήλων. ὁ δ' ἐπείθετο ῥᾳδίως, καὶ δῆλος
ἦν ἀγαπῶν καὶ θαυμάζων, ὥστ' ἀποβλέπεσθαι τὸν Ἀλ-
κιβιάδην ἑκατέρωθεν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, τοὺς δ' Ἀθη-
ναίους καὶ μεταμέλεσθαι τοῖς γνωσθεῖσι περὶ αὐτοῦ, κακῶς πά-
σχοντας, ἄχθεσθαι δὲ κἀκεῖνον ἤδη καὶ φοβεῖσθαι μὴ πρωτάπα-
σι τῆς πόλεως ἀναιρεθείσης, ὑπὸ Λακεδαιμονίοις λυπη-
θῆναι μισούμενος. ἐν δὲ τῇ Σάμῳ τότε πρῶτα τὰ πράγματα
τοῖς Ἀθηναίοις κρεῖττον ὑπῆρχε, κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι τῇ
ναυτικῇ δυνάμει, τὰ μὲν ἀπεκτῶντο τῶν ἀφεστώτων, τὰ δ' ἐ-
φύλαττον, ἀμφισβήτησιν ἐπὶ τοῖς πολεμίοις τῇ θαλάττῃ ὄντες
ἀξιόμαχοι, Τισαφέρνῃ δὲ φοβούμενοι. καὶ γὰρ λεγομέ-
νας ὅσον οὔπω παρεῖναι Φοινίσσας τριήρεις πεντήκοντα καὶ ἑκα-
τὸν οὔσας· ὧν ἀφικομένων, οὐδεμιᾶς σωτηρίας ἐλπὶς ὑπε-
λείπετο τῇ πόλει. ταῦτα δ' εἰδὼς Ἀλκιβιάδης, ἔπεμπε
κρύφα πρὸς τοὺς ἐν Σάμῳ δυνατοὺς τῶν Ἀθηναίων, ἐλπί-
δας ἐνδιδοὺς παρέξειν τὸν Τισαφέρνην φίλον, οὐ τοῖς πολλοῖς
χαριζόμενος, οὐδὲ τοῖς δύων ἐκείνοις, ἀλλὰ τοῖς χρίσοις, εἰ
τολμήσειαν ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, καὶ παύσαντες ὑβρί-
ζοντα τὸν δῆμον, αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν σώζειν τὰ πράγματα καὶ
τὴν πόλιν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι σφόδρα προσεῖχον τῷ Ἀλ- F
κιβιάδῃ, τῶν δὲ στρατηγῶν εἷς, Φρύνιχος ὁ Διεραδιώτης,
ὑποπτεύσας (ὅπερ ἦν) τὸν Ἀλκιβιάδην οὐδέν τι μᾶλλον
ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας δεόμενον, ζητοῦντα δὲ πρώτως
κατελθεῖν ἐκ φυγῆς τοῦ δήμου, προθεραπεύειν καὶ
ὑποδύεσθαι τοῖς δυνατοῖς, ἀπίστατο. κρατούμενος δὲ τῇ γνώμῃ, καὶ φανερῶς ἤδη τοῦ Ἀλκιβιάδου γεγενῶς ἐχθρὸς,

Διεραδιώτης Palmer.

ἐξηγγέλλε

multaq; detrimenta, adiunctus Lacedæmoniorũ ducibus, populo Athenienſi inflixit. At Agis ob ſtupratæ iniuriam vxoris illi infeſtus, angebatur inſuper gloria eius. Pleraq; enim geri & ſuccedere fama erat Alcibiadis opera: reliquorum quoque Spartiatarum potentiſſimi quiq; & ambitioſiſſimi inuidia iam in Alcibiadem flagrabant. Itaq; incubuerunt in hoc, idque perfecerunt, vt magiſtratus vrbani ſcriberent in Ioniam eum vt de medio tollerent. Hic quum id clam reſciuiſſet, cauit ſibi, atque in omnibus quidem quæ agenda eſſent, faciebat pro Lacedæmoniis: ſed ſedulo declinabat ne in poteſtatem eorum veniret. Ad Tiſſaphernem autem quum ſecuritatis cauſa contuliſſet ſe, mox primus apud eum & maximus fuit. Namq; verſutiam eius & inſignem calliditatem (quia integer non erat, ſed prauus & verſutorũ ſtudioſus) ſuſpiciebat barbarus. At quotidiana eius in familiari conſuetudine & conuictu vrbanitate, nulli mores non flectebantur, nullum non capiebatur ingenium: ſed etiam timentibus ipſum æmuliſq; erat vſus eius & adſpectus tamen iucundus & gratus. Igitur ferus alias atq; Græcorũ, vt nullus alius Perſes, oſor Tiſſaphernes, adeo mancipatus Alcibiadi erat, eius delinitus aſſentationibus, vt viciſſim ipſe blandiẽdo eum ſuperaret. Siquidem hortos, quos præter cæteros habebat amœniſſimos, fontium & pratorum ſalubrium gratia, in quibus prætoria erant & receſſus regio exquiſitoq; exculti ſplendore, vocari Alcibiadem voluit, omneſq; deinceps ita vocauerunt & appellauerunt. Repudiatis igitur Lacedęmoniorum partibus, vt infidis, Agideq; ſuſpecto, obterebat eos & inſectabatur apud Tiſſaphernem, obſiſtens ne ſedulo illis auxiliaretur, neu opprimeret Athenienſes, ſed vt maligne ſuppeditando premeret eos & attereret ſenſim, redderetq; vtroſq; regi opportunos, vbi cladibus ſeſe mutuis confeciſſent. Hic vero eſt aſſenſus facile, neq; diſſimulauit eũ ſe ferre in oculis & magnifacere. Vnde reſpiciebant vtrinq; Græci Alcibiadem, & populum Athenienſem pœnitebat afflictum: quod ita de illo conſuluiſſent. Dolebat ẽt ipſe de fortunis eorum, metuebatq; ne illa ſemel conuulſa ciuitate in arbitrium veniret infenſorum ſibi Lacedæmoniorum. In Samo omnes pene fortunæ Athenienſium vertebantur, atq; ex illo portu claſſe prouecti partim ea quæ deſciuerant recipiebãt, partim tuebantur ſua, hoſtibus adhuc mari vtcunq; pares. Verum metuebant Tiſſaphernem, & quæ mox adfuturæ dicebantur, naues Phœniſſas centum quinquaginta numero: quæ ſi veniſſent, ſpes nulla relicta ciuitati erat ſalutis. Hæc quum cerneret Alcibiades, miſit clam ad primores Athenienſium, qui Sami erant, ſpem oſtentans conciliaturum ſeipſis Tiſſaphernem, non in gratiam multitudinis, cui nihil fideret, ſed optimatum, ſi viri fortes eſſe, & repreſſa populi inſolentia, capeſſere ipſi remp. & cõſeruare vellẽt vrbẽ. Ac cæteri quidẽ aures præbebãt Alcibiadi, vnꝰ vero inter duces, Phrynichꝰ Diradiotes, ſuſpicatus id quod erat, nihil Alcibiadis referre, in populi eſſet an in paucorũ nutu reſp. ſed omnib. modis reditũ eum in patriã quærere, propterea ex inſectatione populi principum animos ſibi parare iiſq; ſurrepere, reclamauit: cæterũ victꝰ ſentẽtia: & iã ex profeſſo Alcibiadis factus inimicꝰ,

clàm id classis hostium præfecto Aystocho significauit, vt caueret monens, Alcibiademque inconstantem atque vtrisque partibus sese venditantem comprehenderet. Atqui imprudens proditor cum proditore agebat. Nam Tissaphernis Astyochus obseruans, cernensque quanta in gratia foret apud eum Alcibiades, detexit ei monita Phrynichi. Alcibiades ad Phrynichum in crimen vocandum confestim misit certos Samum. Frementibus omnibus & in Phrynichum coortis, quum non haberet aliud quemadmodum hinc se expediret, aggressus malum est maiore emendare malo. Iterum mittit ad Astyochum de iudicio expostulatum, cum pollicitatione classem se & castra Atheniensium ei proditurum. Veruntamen nihil Atheniensibus Phrynichi proditio, ob proditionem alteram Astyochi, incommodauit. nam & hanc quoque aperuit Alcibiadi Phrynichi conditionem. At Phrynichus id prospiciens, & ab Alcibiade expectans secundam insimulationem, occupauit ipse Atheniensibus classem hostium prædicere aduentaturam, monuitque vt à classe ne digrederentur, ac castra munirent. Quum his intenti Athenienses, acciperent iterum ab Alcibiade literas, monente vt asseruarent Phrynichum, qui tradendam in potestatem hostium classem susceperat, non habuerunt iis fidem, quòd Alcibiadem existimarent, cui planè nota erant hostium consilia & cœpta, illis ad circumueniendum Phrynichum abuti: verùm falsi fuêre. Postea tamen, Phrynichum quum vnus excubitorum Hermon pugione in foro percussisset, Athenienses causa cognita Phrynichum proditionis mortuum damnauere: Hermonem eiusq; consortes donauerunt coronis. Ibi Alcibiadis amici Sami superiores Pisandrum mittunt Athenas ad mouendam rempublicam, & incitandos principes, vt summam rerum arriperent, populique conuellerent vim, Alcibiadem ea conditione ipsis Tissaphernis amicitiam & societatem adiuncturum. Hic color erat, hic prætextus res in paucorum redigentium ius. Vbi opes suas constituerunt, & rerum sunt potiti illi qui quinque millia dicebantur, quum essent solùm quadringenti, in minimis iam Alcibiadem ponebant, ac segnius prosequebantur bellum: partim quòd nondum fiderent ciuibus ab ea abhorrentibus conuersione, partim quòd Lacedæmonios semper paucorum potentiæ studiosos remissius secum arbitrarentur acturos. At plebs vrbana inuita per metum quiescebat. Non pauci enim, qui quadringentis repugnabant apertè, obtruncabantur. Qui Sami erant, his nuntiatis indignantes, instituerunt Piræum abnauigare, Alcibiademque acciuere, cui delato imperio, in tyrannos ducere eosque iusserunt opprimere. Enimverò hic non, vt fortassis alius quispiam qui multitudinis euectus beneficio esset, egit vel acquieuit, omnia vt censeret indulgenda, nec quicquam luctandum cum iis qui ex errone & exule tantæ classis, castrorum & copiarum tantarum ducem atque prætorem creauerant: sed, quod magni erat ducis officium, vt resisteret ira præcipitibus. Itaque prohibendo eos nequid secus admitterent, in præsentia quidem certè illi ciuitati citra controuersiam conseruauit imperium. Si enim domum inde essent profecti, hostes statim facultatem habuissent

A ἐξήγγειλε κρύφα τοῖς Ἀστύοχον τὸν τῶν πολεμίων ναύαρχον, ἐξελθόμενος φυλάττεσθαι καὶ συλλαμβάνειν ὡς ἐπαμφοτερίζοντα τὸν Ἀλκιβιάδην· ἐλεληθὼς δὲ ἅμα τοῖς τοῦ δόλου τοῖς τοῦ δόλῳ ἐξελεγόμενος. τὸν γὰρ Τισαφέρνην σκηπτόμενος ὁ Ἀστύοχος, καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην ὁρῶν παρ' αὐτῷ μέγιστον ὄντα κατεμέμψατο τὰ τοῦ Φρυνίχου πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης αὖθις εἰς Σάμον ἔπεμψε τὰ τοῦ Φρυνίχου κατηγορήσοντας. ἀγανακτούντων δὲ πάντων καὶ συνιστάμενον ἐπὶ τὸν Φρύνιχον, οὐκ ὁρῶν ἑτέραν ἐξαφυγὴν ἐκ τῶν παρόντων, ἐπεχείρησεν ἰᾶσθαι μείζονι κακῷ τὸ κακόν. αὖθις γὰρ ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἀστύοχον

B ἐγκαλῶν μὲν ὑπὲρ τῆς μεταστάσεως, ἐπαγγελλόμενος δὲ τάς ναῦς καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Ἀθηναίων ὑποχείριον αὐτῷ παρέξειν. οὐ μὴν ἔβλαψε τοὺς Ἀθηναίους ἡ τοῦ Φρυνίχου προδοσία, διὰ τὴν Ἀστύοχου πάλιν προδοσίαν. καὶ γὰρ ταῦτα κατεῖπε τοῦ Φρυνίχου πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀλκιβιάδην, ὁ δὲ Φρύνιχος προαισθόμενος καὶ προσδεχόμενος δευτέραν κατηγορίαν παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου, φθάσας αὐτὸς προεῖπε τοῖς Ἀθηναίοις ὅτι μέλλοισιν ὅπι πλεῖν οἱ πολέμιοι, καὶ παραινέσε πρὸς τὰς ναῦσιν εἶναι, καὶ προτειχίσαι τὸ στρατόπεδον· ἐπεὶ δὲ προσαττόντων ταῦτ' Ἀθηναίων ἦκε γράμματα πάλιν παρὰ τοῦ

C Ἀλκιβιάδου φυλάττεσθαι κελεύοντος τὸν Φρύνιχον ὡς προδιδόντα τοῖς πολεμίοις τὸν ναύσταθμον, ἠπίστησαν, οἰόμενοι τὸν Ἀλκιβιάδην εἰδότα σαφῶς τὰ τῶν πολεμίων παρασκευὴν καὶ διάνοιαν, ἀποχρῆσθαι πρὸς τὸν Φρύνιχον διαβολῇ οὐκ ἀληθῶς. ὕστερον μὲν τοι τὸν Φρύνιχον, ἑνὸς τῶν περιπόλων Ἑρμῶνος ἐν ἀγορᾷ παπάξαντος ἐγχειριδίῳ καὶ διαφθείραντος, οἱ Ἀθηναῖοι δίκης γενομένης, τὸν μὲν Φρύνιχον προδοσίαν κατεψηφίσαντο τεθνηκότος, τὸν δὲ Ἑρμῶνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συνεργάσαντας ἐστεφάνωσαν. ἐν δὲ τῇ Σάμῳ τότε κρατήσαντες οἱ Ἀλκιβιάδου φίλοι, πέμπουσι Πείσανδρον εἰς ἄστυ κινήσοντα τὴν πολιτείαν,

D καὶ προδιαπαρρησιαζόμενοι τοῖς δυνατοῖς τῶν πραγμάτων δυνάμει μεμενηκέναι καὶ καταλύειν τὸν δῆμον, ὡς ὑπὲρ τοῦ τῶν Ἀλκιβιάδου Τισαφέρνει αὐτοῖς φίλον καὶ σύμμαχον παρέξοντος. αὕτη γὰρ ἦν τοῦ φάσις, καὶ τοῦτο πρόσχημα τοῖς καθιστᾶσι τὴν ὀλιγαρχίαν. ἐπεὶ δὲ ἦρξαν καὶ παρέλαβον τὰ πράγματα, οἱ πεντακισχίλιοι λεγόμενοι, τετρακόσιοι ὄντες, ἔλαχιστα τῷ Ἀλκιβιάδῃ πρόσοιχον ἤδη, καὶ μαλακώτερον ἔπραττον τὸν πόλεμον τὰ μὲν, ἀπιστοῦντες ἔτι πρὸς τὴν μεταβολὴν ξενοπαθοῦσι τοῖς πολίταις, τὰ δὲ, οἰόμενοι μᾶλλον ἐνδώσειν αὐτοῖς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἀεὶ πρὸς ὀλιγαρχίαν ὑπιτηδείως ἔ-

E χοντας. ὁ μὲν οὖν κατὰ τὴν πόλιν δῆμος, ἄκων ὑπὸ δέους ἡσυχίαν ἦγε. καὶ γὰρ ἀπεσφάγησαν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐναντιουμένων φανερῶς τοῖς τετρακοσίοις. οἱ δὲ ἐν Σάμῳ ταῦτα πυθανόμενοι καὶ ἀγανακτοῦντες, ὥρμουν πλεῖν αὐτοῦ ὑπὲρ τοῦ Πειραιᾶ καὶ μεταπεμψάμενοι τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ στρατηγὸν ἀποδείξαντες, ἐκέλευον ἡγεῖσθαι καὶ καταλύειν τοὺς τυράννους. ὁ δὲ οὐχ οἷος ἂν τις ἐξαίφνης χαίρει τῶν πολλῶν μέγας γενόμενος, ἔπαθε καὶ ἠγάπησε, πάντα δεῖν αὐτοῦ οἰόμενος χαρίζεσθαι καὶ μηδὲν ἀντιλέγειν τοῖς ἐκ πλείστου καὶ φυγάδος αὐτὸν, νεῶν τοσούτων καὶ στρατοπέδου καὶ δυνάμεως

F τηλικαύτης ἀποδείξασιν ἡγεμόνα καὶ στρατηγόν. ἀλλ' ὅπερ ἐν τῷ πρόσθεν μεγάλῳ πρόσκειται, αἰτίασθαι φερομένοις ὑπὸ ὀργῆς, κωλύσας ἁρπάζειν. τότε γὰρ τὰ πράγματα τῇ πόλει φανερῶς ἔσωσεν. εἰ γὰρ ἄρτι ἀπέπλευσαν οἴκαδε, τοῖς μὲν πολεμίοις αὐθὶς ἔχειν ὑπῆρχεν

Ἰωνίαν ἅπασαν, Ἑλλήσποντον ἀμφοτέροις καὶ τὰς νήσους, Ἀθηναίοις δὲ πρὸς Ἀθηναίους μάχεσθαι, τὸν πόλεμον εἰς τὴν πόλιν ἐμβαλόντας, ὃν μόνος μάλιστα μὴ γενέσθαι διεκώλυσεν ὁ Ἀλκιβιάδης, οὐ μόνον πείθων καὶ διδάσκων τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕνα τοὺς μὲν ἀντιβολῶν, τοὺς δὲ ἐπιλαμβανόμενος. συνέπρεσβευε δὲ αὐτῷ καὶ Θρασύβουλος ὁ Στειριεὺς ἅμα παρὼν καὶ κεκραγώς· ἦν γὰρ (ὡς λέγεται) μεγαλοφωνότατος Ἀθηναίων. ἐκεῖνο τε δὴ καλὸν τὸ Ἀλκιβιάδου καὶ δεύτερον, ὅτι ἐπορεύετο τὰς Φοινίσσας ναῦς ἃς προσδέχοντο Λακεδαιμόνιοι βασιλέως πέμψαντος, ἢ μεταστήσειν πρὸς αὐτοὺς, ἢ διαφθεῖραι, μηδὲ πρὸς ἐκείνους κομιεῖν καὶ, δι' ἐλάχιστον ἐξέπλευσε. καὶ τὰς μὲν ναῦς ἐκφανείσας περὶ Ἄσπενδον οὐκ ἤγαγεν ὁ Τισσαφέρνης, ἀλλ' ἐψεύσατο τοὺς Λακεδαιμονίους· τοῦ δ' αἰτίαν τοῦ ἀποδρᾶναι, παρ' ἀμφοτέροις ὁ Ἀλκιβιάδης εἶχε, καὶ μᾶλλον ἔτι πρὸς τοῖς Λακεδαιμονίοις, ὡς διδάσκων τὸν βάρβαρον αὐτοὺς ὑφ' αὑτῷ περιορᾶν ἀπολλυμένους τοὺς Ἕλληνας. οὐ γὰρ ἦν ἄδηλον ὅτι τοῖς ἑτέροις δυνάμεις τοσαύτας προσγενομένας, τοὺς ἑτέρους ἀφαιρήσετο κομιδῇ τὸ κράτος τῆς θαλάσσης. ἐκ τούτου κατελυθῆσαι μὲν οἱ τεταγμένοι, τῶν Ἀλκιβιάδου φίλων προθύμως συλλαμβανομένων τοῖς τοῦ δήμου φρονοῦσι. βουλομένων δὲ τῶν ἐν ἄστει καὶ κελευόντων καλεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, αὐτὸς ᾤετο δεῖν μὴ κεναῖς χερσὶ μηδὲ ἀπροσκόπτοις, οἴκτῳ καὶ χάριτι τῶν πολλῶν, ἀλλ' ἐνδόξως κατελθεῖν. διὸ πρῶτον μὲν ὀλίγαις ναυσὶν ἐκ Σάμου παρέπλει τὸν Κνιδίων καὶ Κῴων θάλασσαν· ἐκεῖ δὲ ἀκούσας Μινδαρον τὸν Σπαρτιάτην εἰς Ἑλλήσποντον αἰαπλεῖν τῷ στόλῳ πρωΐ, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐπακολουθεῖν, ἠπείγετο βοηθῆσαι τοῖς στρατηγοῖς. καὶ κατὰ τύχην εἰς τοῦτο καιροῦ συνέβη πλέον ὀκτωκαίδεκα τριήρεσιν, ἐν ᾗ πάσας ὁμοῦ τὰς ναῦς συμπεσόντες εἰς τὸ αὐτὸ καὶ διαναυμαχοῦντες περὶ Ἄβυδον ἀμφότεροι, τοῖς μὲν ἡττωμένοις μέρεσι, τοῖς δὲ νικῶντες, ἄγχει δείλης ἀγῶνι μεγάλῳ συνείχοντο. καὶ παρέσχε μὲν σαφῆ δόξαν ἀμφοτέροις ὀφθείς, ὥστε θαρρεῖν μὲν τοὺς πολεμίους, θορυβεῖσθαι δὲ τοὺς Ἀθηναίους. ταχὺ δὲ σημεῖον ᾖρας ἀπὸ τῆς ναυαρχίδος φίλιον, ὥρμησεν εὐθὺς ὀπὶ τοὺς κρατοῦντας καὶ διώκοντας τὸν Πελοποννησίων. φεύγοντος δὲ αὐτοὺς ἐξέωσεν εἰς τὴν γῆν, καὶ προσκείμενος, ἔκοψε τὰς ναῦς, καὶ συνεπίδωσκε τοὺς ἀνδρῶν ἐκνεόντων, καὶ φαρναβάζου πεζῇ προσβοηθοῦντος, αὐτοῖς καὶ μαχομένου πρὸς τὴν θάλασσαν ὑπὲρ τῶν νεῶν. τέλος δὲ τῶν μὲν πολεμίων τριάκοντα λαβόντες, ἀνασώσαντες δὲ τὰς αὑτῶν, τρόπαιον ἔστησαν. ὅπου δὲ λαμπρᾷ χρησάμενος τύχῃ, καὶ φιλοτιμούμενος εὐθὺς ἐγκαλλωπίσασθαι τῷ Τισσαφέρνῃ, ξένια καὶ δῶρα προσκυνησάμενος, καὶ θεραπείαν ἔχων ἡγεμονικήν, ἐπορεύετο πρὸς αὐτόν. οὐ μὴν ἔτυχεν ὧν προσεδόκησεν, ἀλλὰ πάλαι κακῶς ἀκούων ὁ Τισσαφέρνης ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ φοβούμενος αἰτίαν λαβεῖν ἐκ βασιλέως, ἔδοξεν ἐν καιρῷ τὸν Ἀλκιβιάδην ἀφικέσθαι, καὶ συλλαβὼν αὐτὸν εἶρξεν ἐν Σάρδεσιν, ὡς λύσιν ἐκείνης τῆς βλασφημίας τῷ ἀδικίαν ταύτην ἐσομένῳ. τριάκοντα δὲ ἡμέρας βλασφημούμενος, ὁ Ἀλκιβιάδης ἵππου ποθὲν εὐπορήσας, καὶ ἀποδρᾶς τοὺς φύλακας, εἰς Κλαζομενὰς διέφυγε. καὶ τὸν μὲν Τισσαφέρνην προσδιέβαλλεν ὡς ὑπὸ τοῦ ἐκείνου μεθειμένος, αὐτὸς δὲ πλεύσας εἰς τὸ στρατόπεδον τῶν Ἀθηναίων, καὶ πυθόμενος Μίνδαρον ὁμοῦ καὶ Φαρνάβαζον ἐν Κυζίκῳ γεγενέναι, τοῖς μὲν στρατιώταις παρώρμησεν ὡς ἀνάγκην οὖσαν αὐτοῖς καὶ ναυμαχεῖν καὶ πεζομαχεῖν καὶ μὰ Δία τειχομαχεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους.

A totius sine puluere occupandæ Ioniæ, Hellesponti & insularum, dum cum Athenienſibus Athenienſes bello ciuili decertarent intra vrbis mœnia. Quod ne fieret vnus potissimùm impediuit Alcibiades, non suadendo modò & docendo multitudinem, sed etiam singulos partim obsecrando partim corripiendo. Adiuuit eum Thrasybulus quoq; Stirienſis cùm præsentia sua tum clamoribus: erat enim (vt ferunt) Athenienſium hic vocalissimus. Iam alterum Alcibiadis præclarum factum est, quòd quum ostendisset classem Phœnissam se, quam ab rege expectabant, vel ad ipsos traductu-
B rum, vel præstaturum certè ne illis coniungerentur, properè conscendit. Has naues, quum circa Aspendum essent conspectæ, non adduxit Tissaphernes, sed Lacedæmonios delusit. Causa auersæ classis apud vtrasque partes collata in Alcibiadem fuit, magis apud Lacedæmonios tamen, quòd barbaro suggessisset, vt Græcos sineret sese mutuò obterere. Neque enim obscurum erat, vtris accessissent partibus tantę vires, eas maris imperium extorturas alteris fuisse. Inde quadringenti illi oppressi sunt, quòd Alcibiadis necessarii promptè opitularentur factioni populari. Quum vellet au-
C tem iuberetq; plebs vrbana vt Alcibiades ab exilio reuerteretur, non existimauit ille inani sibi & inutili misericordia & beneficio plebis, sed gloriosè redeundum esse. Quare paucis nauibus primùm ex Samo Cnidiorum & Coorum pelagus obiuit. Ibi comperto Mindarum Spartiatem pergere cum tota classe in Hellespontũ & insequi Athenienses, maturauit ducibus Athenienſib. suppetias ire. Ac fortè fortuna in eo articulo aduenit octodecim nauibus quo vtrinq; classes vniuersæ cõcurrerant circa Abydum, & confligentes altero cornu victrices, victæ altero in serum vsque acrem trahebant pugnam. Aduentu suo contrariam vtrisque expe-
D ctationem præbuit, vt erigerentur hostes, Athenienses terrore percellerentur. Mox signo ex naue prætoria sublato amicum se esse, magno impetu in victores & insectantes est Peloponnesios inuectus. fugatos in terram expulit, &, tergis inhærens fugientium, naues eorum concidit, peremitq; multos ex iis qui conabantur enatare, quanuis Pharnabazus iis terra subueniret, nauesque enitereturin littore seruare. Postremò captis de hoste triginta nauibus, suis receptis, trophæum excitauêre. Tam nobili potitus victoria, quum affectaret ilicò ostentare se Tissapherni, cum muneribus
E donisq; & comitatu imperatorio cõtendit ad eum. Verùm frustratus est spe sua: nam apud Lacedæmonios iam pridem malè audienti & metuenti ne crimen sibi pararetur apud regem, in tempore visus est Alcibiades adesse, & comprehensum coniecit Sardibus in vincula, illius calumniæ mutuaturus ex hac iniuria purgationem. Triginta post diebus habita Alcibiades alicunde equi copia, elapsus custodibus profugit Clazomenas, Tissaphernem insuper calumniatus, emissum se ab illo fuisse. Profectus in castra Athenienſium, nuntiato Mindarum & Pharnabazum Cyzici conuenisse, co-
F hortatus est milites, necessarium demonstrans esse vt nauali & terrestri prælio decernerent cum hostibus, & verò etiam muros oppugnarent.

nam ni vndique victores essent, difficultatem fore stipendii. Mox quum omnes imposuisset nauibus, & Proconnesum decurrisset, edixit vt in medium reciperent minora nauigia, ac darent operam ne quà præsentisceret aduentum suum hostis. Fortè imber repentinus & ingens cum tonitru effusus adiumento fuit, simulq; cœpta texit. Neque enim hostes modò latuit, sed Athenienses quoque, quòd, quum præter eorum expectationem conscendere iussisset, soluerit. Paulò post & tempestas discussa est, & Peloponnesiorum in conspectu fuit classis, quę in ancoris pro Cyzicenorum portu stabat in salo. Veritus igitur Alcibiades ne conspecta nauium suarum multitudine refugerent in terram, ducibus iussit vt lentius nauigantes sequerentur à tergo, ostendit se cum nauibus quadraginta, hostesque lacessiuit. Postquam ludificati contempta paucitate, quasi cum his solùm futurum sibi certamen esset, atque ita infesti in Alcibiadem iuerunt, confestim coorti in pugnam manus conseruêre. At vt reliquæ in dimicantes iam intulerunt se, perculsi terga dederunt. Alcibiades autem, nauibus viginti præstantissimis mediam perrumpens aciem, ad terram successit, &, excensione facta, institit fugientibus ex nauibus, multosq; obtruncauit. Mindarum & Pharnabazum opem his ferentes fudit, ac Mindarum strenuè dimicantem interemit, Pharnabazus consuluit fugæ. Multis interfectis spoliatisque naues omnes ceperunt: Cyzico etiam, quum id esset à Pharnabazo desertum & contrucidati Peloponnesii, capto, non Hellespontum modò confirmauerunt sibi, verùm etiam mari vi expulêre Lacedæmonios. Interceperunt scriptas quoque Laconicè de hac clade ad ephoros literas. Effluxerunt præclaræ res, Mindarus interiit, esuriunt milites, hæremus quid faciendum sit. In tantum verò animos sustulere Alcibiadis milites, tantosq; sumpserunt spiritus, vt dedignarentur aliis militibus se subinde victis inuictos vbique, commiscere. Nam fortè non multo ante ad Ephesum re à Thrasyllo malè gesta, æreum trophæum Ephesii in opprobrium Athenienſium erexerant. Hæc improperabant Thrasylli militibus milites Alcibiadis, extollentes se & suum imperatorem, nec eos ad eadem gymnasia vt tenderent apud se in castris dignabantur. Vt verò Pharnabazus magno equitatu & pedestribus copiis populantes Abydenorum fines est adortus, suppetias veniens Alcibiades fugauit eum, persequutusque ad noctem vsque est cum Thrasyllo: ac tunc se cum eo coniunxit, atque inter se congratulantes ouantesque in castra redière. Postero die excitauit trophæum, & Pharnabazi prouinciam, nemine ire contra auso, ferro & igni vastauit. Sacerdotes ibi aliqui capti, sed sine pretio ab eo dimissi. In Chalcedonios, quòd desciuissent, præsidiumque ac præfectum recepissent Lacedæmoniorum, mouit arma: sed omnem prædam vbi eos intellexit, ex agris coactam apud amicos suos Bithynos deposuisse, eorum finibus exercitum admouit, & caduceatore prę-
F missio incusauit Bithynos. Qui trepidantes prędam illi tradiderunt, amicitiamq; iunxerunt cum eo. Dum Chalcedon ex mari in mare circumuallatur, accurrit Pharnabazus ad soluendam obsidionem, & præfectus Hippocrates, contractis copiis suis, eruptionem fecit ex vrbe in Athenienses.

A χρήματα γὰρ οὐκ εἶη), μὴ πολύτη κρατοῦσι. πληρώσας γὰρ τὰς ναῦς καὶ καταρσας εἰς Προικόννησον, ἐκέλευσεν αὐτὸς παρεμβάλλειν τὰ λεπτὰ πλοῖα καὶ παραφυλάττειν, ὅπως μηδεμία τοῖς πολεμίοις ὑπιπλέοντες αὐτῶν γνοῖεν μηδαμόθεν παρεμβαίνοντες· ἔτυχε γὰρ καὶ πολὺ ὄμβρον ἐξαίφνης ὑπιπεσόντα, καὶ βροντὰς καὶ ζόφον ποιήσαντα καὶ ποιεπικρύψαντα τὴν παρασκευήν. ὁ γὰρ μόνον τοὺς πολεμίους ἔλαθεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἀπεγνωκότας ἤδη, ἐμβιῶναι κελεύσας, ἀπῆγεν. καὶ μετὰ μικρὸν ὅτε ζόφος διελύθη, καὶ κατέφανησαν αἱ τῶν Πελοποννησίων νῆες, ἀγκυρόμεναι περὶ τὸν λιμένα τῶν Κυζικηνῶν.

B δείσας οὖν ὁ Ἀλκιβιάδης μὴ δεῖσαι τὸ πλῆθος αὐτῶν παρεῖδόντες, εἰς τὴν γῆν καταφύγωσι, τοὺς μὲν στρατηγοὺς ἐκέλευσεν ἡσυχῇ πλέοντας ἀκολουθεῖν, αὐτὸς δὲ τεσσαρακοντα ναῦς ἔχων ἐφαίνετο, καὶ παρεκάλει τοὺς πολεμίους. ἐπεὶ δὲ ὀλιγωρήσαντες τὴν ὀλιγότητα, καταφρονήσαντες ὡς ὑπὸ τοσαυτας αὐτεξήλασαν, αὐτοὶ μὲν θυμῷ ἐξήεσαν καὶ συνεπλέκοντο, τῶν δὲ ἄλλων ἤδη μαχομένοις ὑπιφερομένων, ἐκπλαγέντες ἔφευγον. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης εἴκοσι ταῖς ἀρίσταις διεπλεύσας καὶ παρεμβαλὼν τῇ γῇ καὶ ἀποβὰς, ἐνέκειτο τοῖς φεύγουσιν ἐκ τῶν νεῶν καὶ πολλοὺς ἔφθειρε. Μινδάρου δὲ καὶ Φαρναβάζου παρεσβοηθούντων

C κρατήσας, τὸν μὲν Μινδαρον ἀνεῖλεν ἐρρωμένως ἀγωνιζόμενον, ὁ δὲ Φαρνάβαζος ἔφυγε. πολλῶν δὲ καὶ νεκρῶν καὶ ὅπλων κρατήσαντες, τάς τε ναῦς ἁπάσας ἔλαβον, χρησάμενοι δὲ καὶ Κυζικηνῶν ἐκλιπόντος τὸν Φαρναβάζου καὶ τῶν Πελοποννησίων διαφθαρέντων, ἀ μόνον τὸν Ἑλλήσποντον εἶχον βεβαίως, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην θαλάσσης ἐξήλασαν κατὰ κράτος τοὺς Λακεδαιμονίους. ἐάλω δὲ καὶ γράμματα λακωνικῶς φέροντα τοῖς ἐφόροις τὴν γενομένην ἀτυχίαν. Ἔρρει τὰ καλά· Μίνδαρος μὲν ἀπέθανε· πεινῶντί τε ὕδρες· ἀπορέομεν τί χρὴ δρᾶν. οὕτω δὲ ἐπήρθησαν οἱ μετὰ Ἀλκιβιάδου στρατευσάμενοι, καὶ

D τοσοῦτον ἐφρόνησαν, ὥστε ἀπαξιοῦν, ἐπὶ τοῖς ἄλλοις καταμιγνύναι στρατιώτας ἑαυτοὺς, πολλάκις ἡττημένοις, ἀνικήτους ὄντας. καὶ γὰρ ὁ πολὺς τρόπαιον συνεβεβήκει τροπαίσαντος τοῦ Ἐφεσον τὸν Θρασύλλου, ὃ χαλκοῦν ἀνεστάναι βούλεται ὑπὸ τῶν Ἐφεσίων ἐπὶ αἰσχύνῃ τῶν Ἀθηναίων. ταῦτ' οὖν ὠνείδιζον οἱ μετ' Ἀλκιβιάδου τοῖς μετὰ τοῦ Θρασύλλου μεγαλυνόντες αὐτοὺς καὶ τὸν στρατηγὸν, ἐκείνοις δὲ μήτε γυμνασίων μήτε χώρας ἐν στρατοπέδῳ κοινωνεῖν ἐθέλοντες. ἐπεὶ δὲ Φαρνάβαζος ἱππέας τε πολλοὺς ἔχων καὶ πεζοὺς ἐπῆλθεν αὐτοῖς ἐμβεβληκόσιν εἰς τὴν Ἀβυδηνῶν, ὁ Ἀλκιβιάδης ἐκβοηθήσας ἐπ' αὐτὸν,

E ἐδέξατο καὶ κατεδίωξεν ἄχρι νυκτὸς μετὰ Θρασύλλου, καὶ ἀνεμίγνυτο, καὶ κοινῇ φιλοφρονούμενοι καὶ χαίροντες ἐπανῆεσαν εἰς τὸ στρατόπεδον. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ στήσας τρόπαιον, ἐλεηλάτει τὴν Φαρναβάζου χώραν, οὐδενὸς ἀμυνάσασθαι τολμῶντος. ἱερεῖς μὲν τινὰς καὶ ἱερείας ἔλαβε μόνον, ἀλλ' ἀφῆκεν αὖθις λύσων. Χαλκηδονίοις δὲ ἀφεστῶσι καὶ δεδεγμένοις φρουρὰν καὶ ἁρμοστὴν Λακεδαιμονίων, ὡρμημένος πολεμεῖν, ἀκούσας δὲ ὅτι τὴν λείαν πᾶσαν ἐκ τῆς χώρας συναγαγόντες εἰς Βιθυνοὺς ἐκτίθενται φίλοις ὄντας, ἦκεν ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἄγων τὸ στράτευμα· καὶ κήρυκα πρεσβεύσας, ἐνεκάλει τοῖς Βιθυνοῖς. οἱ

F δὲ δείσαντες, τὴν τελείαν ἀπέδοσαν αὐτῷ, καὶ φιλίαν ὡμολόγησαν. ἀποτειχιζομένης δὲ τῆς Χαλκηδόνος ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν, ὁ Φαρνάβαζος ἦκεν ὡς λύσων τὴν πολιορκίαν· καὶ Ἱπποκράτης ὁ ἁρμοστὴς ἐκ τῆς πόλεως συναγαγὼν τὸν σὺν αὐτῷ δυνάμιν, ἐπεχείρει τοῖς Ἀθηναίοις.

ὁ δ' Ἀλκιβιάδης ἅμα πρὸς ἀμφοτέρους ἀντιπάξας τὸ στρά-
τευμα, τὸν μὲν Φαρνάβαζον αἰσχρᾶς φυγὴν ἠνάγκασε, τὸν δ'
Ἱπποκράτη διέφθειρε, καὶ συχνοὺς τῶν περὶ αὐτὸν ἀπηνέγκας. εἶτ'
αὐτὸς μὲν ἐκπλεύσας εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ἠγωνιζόμενον, καὶ
Σηλυβρίαν εἷλεν, ἀφειδήσας ἑαυτοῦ πρὸς τὸν κίνδυνον. οἱ γὰρ ἐν-
διδόντες τὴν πόλιν, σιωπῇ μὲν αἰσθήσειν πυρὸν αὐτῷ με-
σούσης νυκτός. ἐπιταχύνθησαν δ' τοῦτο ποιῆσαι πρὸς τὸν κινδυνον, τῶν
συνωμοτῶν φοβηθέντες μίαν ἐξαίφνης μεταβαλλόμενον·
ἀρθέντος δὲ τοῦ πυρσοῦ μηδέπω τὴν στρατιᾶς οὔσης ἑτοίμης, αἱρα-
λαβὼν ὅσον τριάκοντα περὶ αὐτὸν, ἠπείγετο, δρόμῳ πρὸς τὰ
τείχη, τοὺς ἄλλους ἕπεσθαι κελεύσας. οἱ δ' ἐξαίφνης δὲ
τὴν πόλιν αὐτῷ, καὶ προσθεμένων τοῖς τριάκοντα πελταστῶν
εἴκοσι, παρεισπεσὼν βίᾳ, ἔθετο τοὺς Σηλυβριανοὺς ἐξ ἐναντί-
ας μετὰ τῶν ὅπλων ἐπιφερομένους. ἐπεὶ δὲ ὑποστάντι μὲν οὐκ
ἐφαίνετο σωτηρία, πρὸς ὃ δὲ φυγεῖν ἀπήντων ἄγει τὴν ἡμέρας
ἐκείνης ἐν ταῖς στρατηγίαις γεγενῶς, φιλονεικότερον εἶχε, τῇ
σάλπιγγι σημήνας σιωπῇ, ἐκέλευσεν ἕνα τῶν παρόντων εἰπεῖν,
Σηλυβριανοὺς Ἀθηναίοις ἐναντία ὅπλα μὴ λαβεῖν. τοῦτο δὲ κήρυγμα τοὺς μὲν, ἀμβλυτέρους ἐποίησε πρὸς τὴν μά-
χην, ὡς τῶν πολεμίων ἔνδον ὄντων ἀπρόπτων· οἱ δ', ταῖς ἐλπίσιν
ἡδίους ἐλθόντες πρὸς τὰς ἀναλύσεις. ἐν ᾧ δ' συστάντες ἀλλή-
λοις ἐδίδοσαν λόγον, ἐπῆλθεν ἡ στρατιὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου, καὶ
τεκμαιρόμενος (ὅπερ ἦν) εἰρωνικὰ φρονεῖν τοὺς Σηλυβριανοὺς, ἔδεισε μὴ τὴν πόλιν οἱ Θρᾷκες ἁρπάσωσιν. (ἦσαν δὲ
πολλοὶ χαίροντες τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ δι' εὔνοιαν στρατευόμενοι
πρόθυμως) ἀπέπεμψεν οὖν τούτους ἄπαντας ἐκ τῆς πόλεως,
τοὺς δὲ Σηλυβριανοὺς δεηθέντας οὐδὲν ἠδίκησεν, ἀλλὰ χρήμα-
τα λαβὼν, καὶ φρουρὰν ἐγκαταστήσας, ἀπῆλθεν. οἱ δὲ πολιορκοῦν-
τες τὴν Χαλκηδόνα στρατηγοὶ, σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς Φαρ-
νάβαζον ὅτι ὦν χρήματα λαβεῖν, καὶ Χαλκηδονίους ὑπηκόους
πάλιν Ἀθηναίοις εἶναι, τὸν δὲ Φαρνάβαζον χώραν μὴ ἀδικεῖν·
Φαρνάβαζον δὲ πρέσβεσιν Ἀθηναίων πρὸς βασιλέα πομ-
πὴν μετ' ἀσφαλείας παρασχεῖν. ὡς οὖν ἐπαιτοῦντα τὸν Ἀλ-
κιβιάδην ὁ Φαρνάβαζος ἠξίου καὶ αὐτὸν ὀμόσαι πρὸς τὸν ὁμολο-
γημένων, οὐκ ἔφη πρότερον ἐκείνου ὀμόσαι. βουλομένων
δὲ τὸν ὅρκον, ὅτι Βυζαντίους ἀφεστῶτας ἦλθε, καὶ περιετείχιζε
τὴν πόλιν. Ἀναξιλάου δὲ καὶ Λυκούργου καὶ τινων ἄλλων
συνθεμένων ὅτι σωτηρίαν παραδώσειν τὴν πόλιν, ἀφα-
δοὺς λόγον ὡς αἰτήσειν αὐτοὺς πράγματα νεώτερα συνιστά-
μενα περὶ τὴν Ἰωνίαν, ἡμέρας ἀπέπλει τῆς ναυσὶ πάσαις,
νυκτὸς δ' ὑποστρέψας, αὐτὸς μὲν ἀπέβη μετὰ τῶν ὁπλιτῶν,
καὶ παρελθὼν τοῖς τείχεσιν ἡσυχίαν ἦγε· αἱ δὲ ναῦς ὅτι τὸν
λιμένα πλεύσασαι, καὶ βιαζόμεναι κραυγῇ τε πολλῇ καὶ
θορύβοις καὶ ψόφοις, ἅμα μὲν ἐξέπληττον τῇ ἀπροσδοκήτῳ
τοὺς Βυζαντίους, ἅμα δὲ τοῖς ἀπικίζουσι παρεῖχον ἐπ' ἀ-
δείας τὸν Ἀλκιβιάδην δέχεσθαι, πολλῶν ὅτι τὸν λιμένα καὶ
τὰς ναῦς βοηθούντων. οὐ μὴν ἀμαχεὶ παρεσχήρησαν. οἱ γὰρ
παρόντες ἐν τῷ Βυζαντίῳ Πελοποννήσιοι καὶ Βοιωτοὶ καὶ Με-
γαρεῖς, τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν νεῶν ἐρέψαντο καὶ καθεῖρξαν εἰς
τὰς ναῦς πάλιν, τοὺς δ' Ἀθηναίους ἔνδον ὄντας αἰσθόμενοι,
καὶ συνταξάντες ἑαυτοὺς, ἐχώρουν ὁμόσε. καρτερᾶς δὲ μάχης
γενομένης, ἐνίκησεν Ἀλκιβιάδης τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων,
Θηραμένης δὲ τὸ εὐώνυμον, καὶ τῶν πολεμίων τοὺς πρὸς-
γενομένους ὅσον τριακοσίους, ζῶντας ἔλαβε. Βυζαντί-
ων δὲ μετὰ τὴν μάχην οὐδεὶς ἀπέθανεν οὐδ' ἔφυγεν.

A Alcibiades directa aduersus vtrunque acie, Pharnabazum in fœdam fugam auertit, Hippocratem cum magno militum numero profligatum oppressit. Inde ad conficiendam pecuniam prouectus est in Hellespontum. Selybriam ibi cepit, vbi intempestiuè in periculum coniecit se magnum. Nam qui dedere receperant ei oppidum, signum face constituerant media nocte dare. Id maturius facere metu vnius ex coniuratis, qui mutabat consilium, subacti fuere. Igitur quum esset fax sublata exercitu nondum parato, raptis secum militibus ad triginta, & reliquis properè
B sequi iussis, cursu contendit ad mœnia. Porta ei patefacta, adiunctisque ad xxx. suos cetratis viginti simulatque vrbem irrupit, sensit Selybrianos ex diuerso armatos inuehere se. Quum verò subsistenti nulla appareret salus, & ad fugam capessendam, in imperiis suis semper ad eam diem inuictus, esset ambitiosior, tuba silentio indicto præcepit vni ex adstantibus pronuntiare, ne Selybriani in Athenienses arma sumerent. Hoc edictum partim segniores fecit ad certamen, ratos omnes hostes intra mœnia esse, partim spe erecti ad pacificationem fuere. Dum inter congressos vltro citroque
C verba fiunt, superuenerunt copiæ Alcibiadis. Coniiciens autem id quod erat, non abhorrere à pace ciues, metuit ne vrbem Thraces diriperent: frequentes enim erant qui Alcibiadis gratia & beneuolentia adducti strenuam præstabant in bello operam. Quare omnes eos emouit oppido, suppliceſque nihil violauit Selybrianos, sed exacto stipendio & præsidio imposito discessit. At prætores, qui Chalcedonem circumsidebant, pepigerunt cum Pharnabazo fœdus hisce legibus, vt stipendium præstaret, &
D Chalcedonii iterum in ditionem cederent populi Athenienſis, ne fines Pharnabazi Athenienses incursarent, Pharnabazus Athenienſium legatis ad regem duces & fidem publicam daret. Postquam igitur postulauit Pharnabazus, vt reuersus Alcibiades etiam in fœdus iuraret, abnuit, ni prior ille iurasset. Iureiurando vtrinque præstito, mouit in Byzantinos qui defecerant, vrbemque eorum circumuallauit. Quum verò Anaxilaus & Lycurgus adiunctis quibusdam aliis vrbem recepissent ei pacta incolumitate tradere, sermonem dissipauit rebus nouis se circa Ioniam exortis reuocari, ac de die omni cum classe discesE sit. Nocte reuersus, & cum militibus armatis egressus in terram tenuit se silentio sub mœnibus. Naues in portum inuectæ, & impressionem ingenti edito clamore, tumultu, & strepitu facientes, simul re inopinata torpidos Byzantinos defixerunt, & sentientibus cum Athenienſibus liberum spatium (quòd omnes essent in portum & classem intenti) Alcibiadem recipiendi dedere. Haud processit tamẽ res sine certamine, siquidem qui Byzantii in præsidio erant, Peloponnesii, Bœotii, & Megarenses, naualem manum auerterunt & redegerunt ad naues: cum Athenienſibus, quos
F in vrbe senserant esse, infesta acie manus conseruerunt, atque acri commissa pugna, Alcibiades in dextro cornu vicit, Theramenes in sinistro. Hostes, quos Mars reliquos fecit, viui ad trecentos in potestatem venere. Byzantinorum post prælium nemo interfectus, neque patria pulsus.

His enim conditionibus aperuerant illi portas, atque hæc receperant, omnia sua vt ipsis salua forent. Quapropter proditionis Anaxilaus Lacedæmone postulatus, non deformauit factum suum oratione. negauit enim ciuem se Lacedęmonium, sed Byzantinum, quum non Spartam cerneret, sed Byzantium in præcipitem casum adductum, vrbe circumuallata, nemine quicquam importante, commeatum, qui præ manibus esset, Peloponnesiis & Bœotiis consumentibus, Byzantinis verò cum liberis & coniugibus esurientibus, non prodidisse hostibus, sed bello & calamitatibus exemisse patriam suam, æmulantem Lacedæmoniorum excellentissimos, quib. vnum tantùm esset honestum & iustum quod ex re sit patriæ. Grata fuit Lacedæmoniis oratio, illosq; iudicio liberauere. At Alcibiades iam visere cupiens penates, vel potius toties fusis fugatisque hostibus, videri affectans à ciuibus, vela fecit. Naues Athenienſium vi magna clypeorum & manubiorum vndique adornatæ erant, magnum agmen trahebat secum captiuarum, plura deportabat concisarum ab se & oppressarum insignia, quæ ducentarum omnes explebant numerum. Quæ verò his Samius Duris (qui stirpem se ferebat Alcibiadis) attexit, ad tibiam eum remos concitasse, classicos modulante Chrysogeno pythionice, hortatorem Callipedem fuisse tragœdiarum histrionem, statis, xystide, & reliquo cultu, quo prodire in scenam solitus erat velatum, nauem prætoriam velo purpureo in portum decurrisse, quasi vinosus comessabundusque aduentaret: ea neque Theopompus, neque Ephorus, neque Xenophon prodidit. Neque illum verisimile sit ab exilio & ærumnis tantis tam procaciter cum Athenienſibus egisse in reditu. Imò etiam inuectus in portum timidè est, neque, quum in portu staret, prius ex triremi excendit in terrã, quàm in foris consistens præstò videret consobrinum suum Euryptolemum amicosque atque necessarios frequentes, qui prodirent ei obuiam & inuitarent. Postquam descendit reliquos duces ne aspicere quidem dignabantur homines qui obuiam processerant: sed concursu ad illum facto plaudebant, salutabant, prosequebantur eum, coronis redimibant qui adire poterant, qui non poterant, spectabant illum à longè, iuuenibusq; monstrabant senes. Multum etiam lacrymarum permixtum publicæ erat lætitiæ, & recordatio cum his lætis rebus cladium superiorum, reputantibus iis non futurum fuisse vnquam ab Sicilia vt decidissent, vel vlla ipsis alia elapsa spes fuisset, si ea tempestate imperium & exercitum reliquissent Alcibiadi, quando tunc quum ciuitatem suscepit mari propè expulsam, terra vix suburbia tenentem, & domesticis distractam seditionibus, ex reliquiis excitatam exilibus atq; debilibus, non in pristinum modò maris restituerit imperium, sed terra quoque hostium vbique victricem reddiderit. Ac lex antè de illius reditu perlata fuerat ex Critiæ Callæschri filii rogatione, vt ipse hisce elegiis commonens Alcibiadem beneficii, cecinit,

In cætu populi dixi hanc, sententia quæ te
Cum plausu lætum restituit patriæ.
Hæc est ad plebem per me ipsa rogatio lata:
Hoc tibi sit pignus quod mea lingua dedit.

Ibi aduocato ad concionem populo procedens

A ἐπὶ τούτοις γὰρ οἱ ἄνδρες παρέδοσαν τὴν πόλιν, καὶ ταῦτα
συνέθεντο, μηδὲν αὐτοῖς ἴδιον ἐπεξελεῖν· διὸ καὶ δίκην παρε-
δόσας ἐν Λακεδαίμονι φεύγων ὁ Ἀναξίλαος, ἐφάνη τῷ
λόγῳ τὸ ἔργον οὐκ αἰσχύνων. ἔφη γὰρ οὐκ ὢν Λακεδαιμόνιος,
ἀλλὰ Βυζάντιος, οὐδὲ τὴν Σπάρτην κινδυνεύουσαν, ἀλλὰ
τὸ Βυζάντιον ὁρῶν, τῆς μὴ πόλεως ἀποτετειχισμένης, μη-
δενὸς δ' εἰσαγομένου, τῶν δ' ὄντα σῖτον ἐν τῇ πόλει Πελο-
ποννησίων καὶ Βοιωτῶν ἐσθιόντων, Βυζαντίων δὲ πεινώντων
σὺν τέκνοις καὶ γυναιξίν, οὐ παραδοῦναι τοῖς πολεμίοις,
ἀλλὰ πολέμῳ καὶ κακῶν ἀπαλλάξαι τὴν πόλιν, μιμούμενος
B τοὺς ἀρίστους Λακεδαιμονίων, οἷς ἓν καλὸν ἁπλῶς καὶ δίκαιόν
ἐστι τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον. οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι
ταῦτ' ἀκούσαντες, ἠδέσθησαν καὶ ἀπέλυσαν τοὺς ἄνδρας. ὁ δ'
Ἀλκιβιάδης, ἰδεῖν τε ποθῶν ἤδη τὰ οἴκοι καὶ ἔτι μᾶλλον ὀφθῆ-
ναι βουλόμενος τοῖς πολίταις νενικηκὼς τοὺς πολεμίους πολλα-
κις, δύνῃ, πολλαῖς μὲν ἀσπίσι καὶ λαφύροις κύκλῳ κε-
κοσμημένων τῶν Ἀττικῶν τειχῶν, πολλὰς δ' ἐφελκόμενος
αἰχμαλώτους, ἐπὶ ᾗ πλείω κομίζων ἀκροστόλια τῶν διεφθαρ-
μένων ἐπ' αὐτοῦ καὶ κεκρατημένων· ἦσαν γὰρ οὐκ ἐλάττοις
συναμφότεραι δεκάσιν. ἃ δὴ Δοῦρις ὁ Σάμιος (Ἀλκιβιά-
C δου φάσκων ἀπόγονος εἶ) προστίθησι τούτοις, αὐλεῖν μὲν εἱρε-
σίαν πρὸς ἐλαύνοντι Χρυσόγονον τὸν πυθιονίκην, κελεύσαι δὲ Καλ-
λιπίδην τὸν τραγῳδῶν ὑποκριτὴν στῆσαι καὶ ζυστίδα καὶ τὸν
ἄλλον ἀγώνιον ἀμπεχόμενον κόσμον, ἱστίῳ δ' ἀλουργῷ τὴν
ναυαρχίδα προσφέρεσθαι τοῖς λιμέσιν ὥσπερ οὐκ μέθης ἐπι-
κωμάζοντας, οὔτε Θεόπομπος, οὔτ' Εὔφορος, οὔτε Ξενοφῶν
γέγραφεν· οὔτ' εἰκὸς ἦν οὕτως ὑβρίσαι τοῖς Ἀθηναίοις,
μετὰ φυγὴν καὶ συμφορὰς τοσαύτας κατεργόμενον. ἀλλ'
ἐκεῖνος καὶ δεδιὼς κατήγετο, καὶ καταχθεὶς οὐ πρότερον ἀ-
πέβη τῶν πειρατῶν πρὶν στὰς ἐπὶ τοῦ καταστρώματος, ἰδεῖν Εὐρυ-
D πτόλεμόν τε τὸν ἀνεψιὸν παρόντα καὶ τοὺς ἄλλων φίλων καὶ οἰκεί-
ων συγγενεῖς ἐκδεχομένους καὶ προσκαλουμένους. ἐπεὶ δ' ἀ-
πέβη, τοὺς μὲν ἄλλους στρατηγοὺς οὐδ' ὁρᾶν ἐδόκει ἀποστρε-
φόμενοι οἱ ἄνθρωποι, πρὸς δ' ἐκεῖνον συνδραμόντες, ἐβόων,
ἠσπάζοντο, παρέπεμπον, ἐστεφανοῦν προσιόντες· οἱ καὶ μὴ δυ-
νάμενοι προσελθεῖν, ἄπωθεν ἐθεώντο, καὶ τοῖς νέοις ἐδείκνυσαν
οἱ πρεσβύτεροι· πολὺ δὲ καὶ δάκρυον τοῦ χαίροντι τῆς πόλε-
ως ἀνεκέκραστο, καὶ μνήμη πρὸς τὴν παροῦσαν εὐτυχίαν τῶν
πρόσθεν ἀτυχημάτων, λογιζομένοις ὡς οὔτ' ἂν Σικελίας δι-
ήμαρτον, οὐδ' ἄλλοτι τῶν προσδοκηθέντων ἐξέφυγεν αὐτοὺς, ἐά-
E σαντας Ἀλκιβιάδην· ὅτι τῶν τότε πραγμάτων καὶ τῆς δυ-
νάμεως ἐκείνης, εἰ νῦν τὴν πόλιν τοσαλαβὼν, ὀλίγου δεῖσαν
ἐκπεσοῦσαν τῆς θαλάσσης, καὶ τὴν γῆν ἡ μόλις τῶν παρα-
κείων κρατοῦσαν, αὐτῇ ἡ πρὸς ἑαυτὴν στασιάζουσαν, ἐκ
λυπρὸν ἔτι λειψάνων καὶ ταπεινῶν δυνάστησας, οὐ μόνον γε
τῆς θαλάσσης τὸ κράτος ἀπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ πεζῇ νι-
κῶσαν ἀποδείκνυσι πάντας τοὺς πολεμίους. τὸ μὲν οὖν
ψήφισμα τῆς καθόδου πρότερον ἐκεκύρωτο Κριτίου τοῦ
Καλλαίσχρου γράψαντος, ὡς αὐτὸς ἐν ταῖς ἐλεγείαις πε-
ποίηκεν, ὑπομιμνήσκων τὸν Ἀλκιβιάδην τῆς χάριτος, ἐν
F τούτοις,

Γνώμην δ' ἧσε κατήγαγ', ἐγὼ ταύτην ἐν ἅπασιν
Εἶπον, καὶ γράψας τοῦργον ἔφρασα τόδε.
Σφραγὶς δ' ἡμετέρης γλώττης ὅτι τοῖς δεσι κεῖται.

τότε δὲ τοῦ δήμου συνελθόντος εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρελθὼν

ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ τὰ μὲν αὐτῷ παθὴ κλαύσας καὶ ὀλοφυράμε-
νος, εἴκαλέσας ὀλίγα καὶ μέτρια τῷ δήμῳ, τὸ δὲ σύμπαν δυα-
θεὶς αὐτῷ πνεῦμα τύχης πονηρᾶς, καὶ φθονερῷ δαίμονι, πλεῖστα δὴ
εἰς ἐλπίδας τῶν πολεμίων, καὶ πρὸς τὸ θαρρεῖν ἐξελεθεὶς
καὶ παρορμήσας, στεφάνοις μὲν ἐστεφανώθη χρυσοῖς, ἠρέθη δὲ
καὶ αὐτοκράτωρ μετὰ καὶ θάλασσαν στρατηγὸς αὐτοκράτωρ.
ἐπηφίσαντο δὲ τοῦ οἰκίαν ἀποδοῦναι αὐτῷ, καὶ τὰς ἀρὰς ἀ-
φανισθῆναι πάλιν Εὐμολπίδας καὶ κήρυκας οἱ ἐποίη-
σαντο τοῦ δήμου πρεσβεύσαντος. ἀφοσιουμένων δὲ τῶν ἄλλων,
Θεόδωρος ὁ ἱεροφάντης. Ἀλλ' ἐγὼ (εἶπεν) οὐδὲ κατηρα-
σάμην αὐτῷ κακὸν οὐδέν. εἰ μηδὲν ἀδικεῖ τὴν πόλιν. οὕτω
δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου λαμπρῶς δυνηθέντος, ὥστε ἔθραττεν ἐνίους ὅμως ὁ τῆς καθόδου καιρός. ἡ γὰρ ἡμέρα κατέπλευσεν, ἐδρᾶτο τὰ πλυντήρια τῇ θεῷ. δρῶσι δὲ τὰ ὄργια πρᾶξιεργίδαι Θαργηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος ἀπόρρητα. τόν τε κόσμον καθελόντες, καὶ τὸ ἕδος καταπετάσαντες. ὅθεν δὴ τῆς μάλιστα τῶν ἀποφράδων τὴν ἡμέραν ταύτην ἄπρακτον Ἀθηναῖοι νομίζουσιν. οὐ φιλοφρόνως οὖν οὐδὲ εὐμενῶς ἐδέχετο πρεσδεχομένη τὸν Ἀλκιβιάδην ἡ θεὸς τὸ δὲ κατακαλύπτεσθαι καὶ ἀπελαύνειν ἑαυτῆς. οὐ μὴν ἀλλὰ πάντων γενομένων τῷ Ἀλκιβιάδῃ κατὰ νοῦν, καὶ πληρουμένων ἑκατὸν τριήρων, αἱ αὖθις ἐκπλεῖν ἔμελλον, φιλοτιμία τις οὐκ ἀμμονὴς προσπεσοῦσα κατέχει αὐτὸν ἄχρι μυστηρίων. ἀφ' οὗ γὰρ ἐπετειχίσθη Δεκέλεια, καὶ τῶν εἰς Ἐλευσῖνα παρόδων ἐκράτουν οἱ πολέμιοι παρόντες, οὐδένα κόσμον εἶχεν ἡ τελετὴ περιπομπὴ καὶ θάλασσαν, ἀλλὰ καὶ θυσίαι καὶ χορεῖαι καὶ πολλὰ τῶν δρωμένων κατ' ὁδὸν ἱερῶν, ὅτανν ἐξελαύνωσι τὸν Ἴακχον, ὑπὸ ἀνάγκης ἐξελείπετο. καλὸν οὖν ἐφαίνετο τῷ Ἀλκιβιάδῃ καὶ πρὸς θεῶν ὁσιότητα, καὶ πρὸς ἀνθρώπων δόξαν ἀποδοῦναι τὸ πάτριον σῆμα τοῖς ἱερεῦσι, παρεμβαλὼν πεζῇ τὴν τελετὴν, καὶ δορυφορήσας παρὰ τοὺς πολεμίους. ἢ γὰρ ἀθεμήστατα κωμῳδῆν κωλύουσιν καὶ ταπεινώσειν τὴν Ἄγιν, ἢ μάχῃ ἱερὰν καὶ θεοφιλῆ πρὸς τῶν ἁγιωτάτων καὶ μεγίστων ἐν ὄψει τῆς πατρίδος μαχεῖσθαι, καὶ πολίτας ἕξειν μάρτυρας τοὺς πολίτας τῆς ἀνδραγαθίας. ὡς δὲ ταῦτ' ἔγνω καὶ προεῖπεν Εὐμολπίδαις καὶ κήρυξι, σκοποὺς μὲν ὀπὶ τῶν ἄκρων ἐκάθισε, καὶ προδρόμους λυκάς ἅμ' ἡμέρᾳ προεξέπεμψεν· ἱερεῖς δὲ καὶ μύστας καὶ μυσταγωγοὺς ἀναλαβὼν, καὶ τοῖς ὅπλοις προκαλύψας, ἦλθεν ἐν κόσμῳ καὶ μετὰ σιωπῆς· θέαμα σεμνὸν καὶ θεοπρεπὲς τὴν στρατηγίαν ἐκείνην ὀπιδεικνύμενος, ὑπὸ τῶν μὴ φθονούντων ἱεροφαντίαν καὶ μυσταγωγίαν προσαγορευομένων. μηδενὸς δὲ τῶν πολεμίων ὀπιθέσθαι τολμήσαντος, ἀσφαλῶς ἐπαγαγὼν εἰς τὴν πόλιν, ἤρθη μὲν αὐτὸς τῷ φρονήματι, καὶ τὴν στρατηγίαν ἐπῆρεν, ὡς ἄμαχον καὶ ἀήττητον οὖσαν ἐκείνου στρατηγοῦντος, τοὺς δὲ φορτικοὺς καὶ πένητας ὅπως ἐδημαγώγησεν, ὥστε ἐρᾶν ἔρωτα θαυμαστὸν ὑπ' ἐκείνου τυραννεῖσθαι, καὶ λέγειν ἐνίους καὶ πρεσβεύειν τοὺς παρακελευομένους, ὅπως τὸν φθόνον κρείττων γενόμενος, καὶ καταβαλὼν ψηφίσματα, καὶ νόμους, καὶ φυλακὰς ἀπολλυούσας τὴν πόλιν, ὡς αὐτὸς ἄρξῃ καὶ χρήσηται τοῖς πράγμασι μὴ δεδιὼς τοὺς συκοφάντας. αὐτὸς μὲν οὖν ἐκεῖνος ἐν εἶχε διάνοιαν περὶ τὴν τυραννίδος, ἀδηλόν ἐστιν· οἱ δὲ δυνατώτατοι τῶν πολιτῶν φοβηθέντες, ἐπαύσασαν αὐτὸν ἐκπλεύσαντα τὴν πάλιν, πάντ' ἀνῆκα ψηφισάμενοι, καὶ στρατηγοὺς οὓς ἐκεῖνος ἠθέλησεν. ἐκπλεύσας οὖν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶ καὶ προσβαλὼν Ἄνδρῳ, μάχῃ μὲν ἐκράτησεν αὐτῶν καὶ Λακεδαιμονίων ὅσοι παρῆσαν,

A Alcibiades, quum suas defleuisset deplorassetque calamitates, populum parum & modicè castigasset, omnia autem malæ fortunæ suæ & inuido adscripsisset fato, plurimumque de hostium spe disseruisset, & ad sumendum animum incitasset eos, coronis aureis donatus est, ac terra marique imperator cum libera potestate creatus. Sciuerunt etiam vt res familiaris ei restitueretur, ad hæc Eumolpidæ & præcones, quas fecerant populi iussu, denuo expiarent deuotiones. Quas quum expiarent cæteri sacerdotes, Theodorus, Ego verò, inquit, nihil in illius caput, si nihil rempubl. læsit, execratus sum. In hoc Alcibiadis secundo rerum
B cursu, conturbauit tamen nonnihil aliquos ipse reditus articulus. Quo enim est die in portum delatus, Plynteria Mineruæ agebantur. Hæc sacra Praxiergidæ arcana vigesimoquinto die faciunt mensis Thargelionis, omnemque ornatum deæ detrahunt, & simulacrum eius operiunt: vnde hunc diem habet præcipuè populus Athenienſis inter nefastos feriatum. Non volens igitur vel propitia visa excipere Minerua Alcibiadem, sed intecta facie auersari eum & reiicere. Verùm succedentibus Alcibiadi ex voto omnibus, dum
C complentur centum triremes, quæ profecturæ iterum ad bellum erant, cupido quædam oblata Alcibiadi non ignaua est, quæ tenuit eum vsque ad mysteria. Nam vt munita Dicelea fuit, & infestam hostes, qua itur Eleusina, viam tenebant, nullam ceremoniæ, quæ per mare agebantur speciem habebant, sed prætermittebantur necessariò sacrificia, tripudia, atque multa quæ in itinere agebantur sacra, quum Iaccum deducunt. Præclarum itaque existimauit Alcibiades, & ad deorum religionem & ad hominum laudem, vt sacris veterem ritum restitueret, prosequens terrestribus copiis sacrum & præter hostes stipans. Siquidem Agim
D se maiorem in modum, si quiesceret, deiecturum & fracturum, aut sacram & piam pugnam de sanctissimis & maximis ceremoniis in conspectu patriæ initurum, atque omnes habiturum ciues virtutis testes suæ. Vbi hæc ei deliberata sunt, Eumolpidisque & præconibus denuntiauit, speculatores posuit in verticibus montium, & lucis principio certos antecursores præmisit. Sacerdotes, mystas, & mystagogos accipiens atque armis tegens, ritè deduxit & sine strepitu, amplumq; exhibuit & augustum illius spectaculum expeditionis, quam appellabant candidi hierophantis & mystagogi fun-
E ctionem. Quia verò adoriri eum nullus ausus est hostium, reductis in vrbem sacris, sustulit animos, præturamque in eam euexit existimationem, inexuperabilis & inuicta vt haberetur suis auspiciis. Infimam verò & egenam plebem vsque adeo illexit, vt nihil æquè atq; eum aueret tyrannum habere, dicerentq; nonnulli & eum adirent hortantes, inuidiam opprimeret, plebiscita legesque tolleret ac nugatores, qui euerterent remp. quo citra calumniarum metum ageret, & res gereret. Atque ille quidem quid in animo habuerit de vsurpando dominatu, incertum est. Principes certè ciuitatis,
F metu perculsi, institerunt vt primo quoque tempore cõscenderet, decreueruntq; ei cùm alia, tum quos ei visum esset collegas. Soluit igitur cum centum nauium classe. Delatus Andrum, ciues & Lacedæmonios, quotquot se ei obtulere, concidit:

non cepit tamen oppidum: quod quidem ſemen aduerſus eum communium criminum præbuit aduerſariis. Equidem exiſtimo, Alcibiadem: ſiquē vnquam, ab ſua ipſius conuulſum gloria. Quæ ingens quum eſſet, audaciæ & prudentiæ eius ex rebus collecta pręclare geſtis exiſtimatio, ſuſpectum eum reddebat, ſicubi titubaſſet, quaſi res ſibi non eſſet curæ, neq; cuiquam fides fiebat non potuiſſe. nam ſedulo agentem nihil non valuiſſe arbitrabantur aſſequi. Exſpectabant etiam Chiorum ſubactorum & reliquæ Ioniæ nuntium. Quare moleſte ferebant non confeſtim omnia, neq; è veſtigio adferri tranſacta, non reputantes ærarii anguſtias, quibus, bellum gerens cum hominib. quibus erat rex magnus præbitor, ſubinde haberet neceſſe, relicto exercitu ad ſtipendium proficiſci, & ad commeatum explicandum. Etenim nouiſſimum crimen hinc emanauit. Quippe Lyſander cum imperio ab Lacedæmoniis ad claſſem miſſus, quaternos obolos pro ternis, ex ſubminiſtrata à Cyro pecunia, nautis dabat in capita: hic vero quum ægre iam ternos ſuggereret, in Cariam ad pecuniā conficiendam contendit. Quem autem præfecerat claſſi, Antiochus, bonus quidem erat gubernator, cæterum vecors & licentior. Cui quum imperatum ab Alcibiade foret, etiamſi laceſſerent eum hoſtes, ne prælio decertaret, eo prorupit proteruię & contemptus, vt completa naue ſua & altera præterea de claſſe, Epheſum infeſtus pergeret, & nauium hoſtilium proras cum ingenti petulantia factorum dictorumq; ſcurrilium præueheretur. Hic primo Lyſander paucis prouectus nauibus eſt, atque eum inſequutus, Athenienſibus tota claſſe ei ſubſidio venientibus, ſoluit item ſuas, ac potitus victoria ipſum interemit Antiochum, naues multas ſimul & capita cepit, trophæumque excitauit. Ad eum nuntium regreſſus Samum Alcibiades, & cū tota claſſe in altum prouectus, prouocauit Lyſandrum: verum ille hac victoria contentus non mouit ſe. At ex iis quos habebat in exercitu Alcibiades maleuolos, Thraſybulus Thraſonis filius, inimicus eius, Athenas profectus eſt, ad eum criminandum, incenſiſque inimicis vrbanis eius, pro concione omnia dixit Alcibiadem perdidiſſe, nauesque amiſiſſe, quod ageret inſolentius in imperio: cui homines imponeret qui ex compotationibus & nautica dicacitate plurimum apud eum poſſent, dum ipſe ad pecuniam faciendam libere vagaretur, vinoq; & luſtris confectus, atq; inter ſcorta Abydena & Ionica in omnē proteruiam proiectus eſſet, hoſtib. in propinqua ſtatione agentibus. Obiecerunt item arcem, qua in Thracia prope Bizanthem munierat ſibi receptum, quaſi viuere in patria aut non poſſet aut nollet. Ita impulſi Athenienſes, prodita ſua in illum ira & felle, alios legerunt prætores. Quibus cognitis, percitus metu Alcibiades exceſſit in totum caſtris, conſcriptoq; externo milite, liberis Thracibus bellū ſuo nomine intulit. Magnam argenti vim ex præda coegit, ſimulq; finitimus Græcis ſecuritatē præſtitit à barbaris. Quum vero prætores Tydeus, Menander, & Adimantus, cunctas, quæ tunc Athenienſibus erant, naues in Ægos flumine tenerent, atque id haberent inſtituti, vt quotidie infeſti peterent Lyſandrum, qui ſtationem habebat apud Lampſacum, ſub luce laceſſentes eum inde retro redirent, diemque ſolute & ſupine traducerent

A οὐχ εἷλε δὲ τὴν πόλιν. ἀλλὰ τοῦτο τῶν κοινῶν ἐγκλημάτων πρῶτον ὑπῆρξε κατ' αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς. ἔοικε δὴ εἴτις ἄλλος, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης καταλυθεὶς καὶ Ἀλκιβιάδης. μεγάλη γὰρ οὖσα, καὶ τόλμης καὶ συνέσεως γέμουσα ἀφ' ὧν κατώρθωσεν, ὕποπτον αὐτοῦ τὸ ἐλλιπὲς ὡς ἀποσυδάσαντος, ἀπιστίαν τοῦ μὴ δυνηθεῖναι παρῆχε. ἀποσυδάσαντα γὰρ οὐδὲν ἀν δι' ἀμφιβολίας ἤλπιζον οἱ κατὰ Χίους ἁλωκότας ἀκούσεσθαι, καὶ τὴν ἄλλην Ἰωνίαν. ὅθεν ἠχθόμενοι μὴ ταχὺ πάντα μηδ' εὐθέως, ὡς ἐβούλοντο, πυνθανόμενοι δι' ἀπεπραγμένον· οὐχ ὑπολογιζόμενοι τὴν ἀχρηματίαν ἀφ' ἧς πολεμοῦν πρὸς αὐθέκτους βασιλέα μεγάλα χορηγὸν ἔχοντας, ἠναγκάζετο πολλάκις ὑπὸ πλέων καὶ ἀπολείπων τὸ στρατόπεδον, μισθοῦ καὶ τροφὰς ποιεῖν. καὶ γὰρ τὸ τελευταῖον ἔγκλημα δι' ταύτην ἔλαβε τὴν αἰτίαν. Λυσάνδρου γὰρ ὑπὸ τὴν ναυαρχίαν ἀποσταλέντος ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ τετρώβολον ἀντὶ τριωβόλου τοῖς ναύταις διδόντος ἐξ ὧν ἔλαβε παρὰ Κύρου χρημάτων, αὐτὸς ἤδη γλίσχρως χορηγῶν καὶ τὸ τριώβολον, ἀπῄει ἀργυρολογήσων ὑπὲρ Καρίας. ὁ δ' ἀποληφθεὶς ὑπὸ τὴν ναῦν ὑπὸ μελητὴς Ἀντίοχος, ἀγαθὸς μὲν εἰς κυβερνήτης, ἀνόητος δὲ πάλλα καὶ φορτικός. ἔχων δὲ πρόσταγμα παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου μηδ' εἰ ὑπὸ πλέοσιν οἱ πολέμιοι, μὴ ναυμαχεῖν, οὕτως ὑβρίσθη καὶ κατεφρόνησεν, ὥστε τὴν αὐτοῦ πληρωσάμενος τριήρη καὶ τῶν ἄλλων μίαν, ὑπὲρ πλοῦσαν τὴν Ἔφεσον, καὶ παρὰ τὰς πρῴρας τῶν πολεμίων ναῦς, πολλὰ καὶ πρόπαιον καὶ φθεγγόμενος ἀκόλαστα καὶ βωμολόχα, παρεξελαύνειν. ὁ μὲν οὖν πρῶτον Λύσανδρος ὀλίγας ναυσὶν ἐπαναχθεὶς ἐδίωκεν αὐτόν, τῶν δ' Ἀθηναίων ὑπὸ βοηθούντων πάσας, ἀναχθεὶς καὶ κρατήσας, αὐτόν τε διέφθειρε τὸν Ἀντίοχον, καὶ ναῦς ἔλαβε πολλὰς καὶ ἀνθρώπους, καὶ τρόπαιον ἔστησεν. ὡς δὲ ταῦτ' ἤκουσεν ὁ Ἀλκιβιάδης ἐπανελθὼν εἰς Σάμον, ἀνήχθη πανδημεὶ τὸν στόλον, καὶ παρεκάλει τὸν Λύσανδρον. ὁ δὴ ἠγάπα νενικηκώς, καὶ οὐκ ἀντεμήχετο τὸν μισοπόνηρον Ἀλκιβιάδην ἐν ᾧ στρατοπέδῳ, Θρασύβουλος ὁ Θρασώνος, ἐχθρὸς ὤν, ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας κατηγορήσων. καὶ τοὺς ἐκεῖ παρεξιώνας ἔλεγε πρὸς τὸν δῆμον ὡς Ἀλκιβιάδης διέφθαρκε τὰ πράγματα καὶ τὰς ναῦς ἀπολώλεκεν, ἐν ὑφῶν τῇ ἀρχῇ καὶ παραδιδοὺς τὴν στρατηγίαν αὐθέκτοις ἐν πότοις καὶ ναυτικῆς ἀπερμολογίας δυναμένοις πυρ' αὐτῷ μέγιστον, ὅπως αὐτὸς ἐπ' ἀδείας χρηματίζοιτο πρὸς πλέων, καὶ ἀκολασταίνοι μεθυσκόμενος, καὶ συνὼν ἑταίραις Ἀβυδηναῖς καὶ Ἰωνίσιν, ἐφορμοῦντων δι' ὀλίγου τῶν πολεμίων. ἐκεκάλουν δὴ αὐτὸν καὶ τὰ τεῖχη κατασκευάζειν, ἃ κατεσκεύασεν ἐν Θρᾴκῃ πρὸς Βισάνθην, αὐτὸν καταφυγεῖν, ὡς ἐν τῇ πατρίδι μὴ δυνάμενος βιοῦν, ἢ μὴ βουλόμενος. οἱ δ' Ἀθηναῖοι πεισθέντες, ἑτέροις εἵλοντο στρατηγοὺς. ἐνδεικνύμενοι τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὀργὴν καὶ κακόνοιαν. ἃ δὴ πυνθανόμενος ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ δεδοικὼς, ἀπῆλθεν ἐκ τοῦ στρατοπέδου πανταπασι· καὶ συναγαγὼν ξένους, ἐπολέμει τοῖς βασιλεῦσι Θρᾳξὶν ἰδίᾳ, καὶ πολλὰ χρήματα ξυνήγαγε ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων· καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἅμα τοῖς πρὸς οἰκοῦσιν ἄδειαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων παρεῖχεν. ἐπεὶ δ' οἱ περὶ Τυδέα καὶ Μένανδρον καὶ Ἀδείμαντον στρατηγοὶ πάσας ὁμοῦ τὰς ὑπαρχούσας τότε ναῦς τοῖς Ἀθηναίοις ἔχοντες ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς, εἰώθεσαν ὑπὲρ πλοῦν τῷ Λυσάνδρῳ ναυλοχοῦντι πρὸς Λάμψακον, ἅμ' ἡμέρᾳ προσκαλούμενοι, καὶ πάλιν ἀναστρέφειν ὀπίσω καὶ διημερεύειν ἀπάκτους καὶ ἀμελῶς,

ἅτε δὴ καταφρονοῦντες, ἐγγὺς ὢν ὁ Ἀλκιβιάδης οὐδὲν οὐδ' ἠμέλησεν, ἀλλ' ἵππῳ προσελάσας ἐδίδασκε τοὺς στρατηγοὺς ὅτι κακῶς ὁρμοῦσιν ἐν χωρίοις ἀλιμένοις καὶ πόλιν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ πόρρωθεν ἐκ Σηστοῦ τὰ ἐπιτήδεια λαμβάνοντες, καὶ προσορῶντες τὸ ναυτικόν, ὅταν ἐπὶ τῆς γῆς ἡμῶσι, πλανώμενον ὅποι τῆς θέλοι καὶ διαπορεύεσθαι· αὐτεφορμοῦντος αὐτοῖς τοῦ στόλου, πρὸς ἐπίταγμα μοναρχικὸν εἰθισμένου σιωπῇ πάντα ποιεῖν. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀλκιβιάδου, καὶ παραινοῦντος εἰς Σηστὸν μεταορμίσαι τὸν στόλον, οὐ προσεῖχον οἱ στρατηγοί· Τυδεὺς δὲ καὶ πρὸς ὕβριν ἐκέλευσεν ἀποχωρεῖν· οὐ γὰρ ἐκείνου ἀλλ' ἑτέρους στρατηγεῖν. ὁ δ' Ἀλκιβιάδης ὑποψιάσας τι καὶ προδοσίας ἐν αὐτοῖς, ἀπῆλθε, καὶ τοῖς προπέμπουσι τῶν ἀπὸ σκηνῆς γνωρίμων ἔλεγεν ὅτι μὴ προπηλακισθεὶς οὕτως ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ὀλίγας ἂν ἡμέρας ἠνάγκασε Λακεδαιμονίους συμναυμαχεῖν αὐτοῖς ἄκοντας, ἢ τὰς ναῦς ἀπολιπεῖν. ἐδόκει δὲ τοῖς μὲν ἀλαζονεύεσθαι, τοῖς δ' εἰκότα λέγειν, εἰ Θρᾷκας ἐκ γῆς ἐπαγαγὼν πολλοὺς ἀκοντιστὰς καὶ ἱππεῖς, προσμάχοιτο καὶ συμπαρατάττοι τὸ στρατόπεδον αὐτῶν· ὅτι μὲν τοι τὰς ἁμαρτίας τῶν Ἀθηναίων ὀρθῶς ἐνόησε, παχὺ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν. ἄφνω γὰρ αὐτοῖς καὶ παρὰ δόκησιν τοῦ Λυσάνδρου προσπεσόντος, ὀκτὼ μόναι διήρεις ἐξέφυγον μετὰ Κόνωνος. αἱ δ' ἄλλαι μικρὸν ἀπολείπουσαι διακόσιαι, ἀπήχθησαν αἰχμάλωτοι· τοὺς δ' ἀνθρώπους τρισχιλίους ἑλὼν ζωντας ἀπέσφαξεν ὁ Λύσανδρος. ἔλαβε δὲ καὶ τὰς Ἀθήνας ὀλίγῳ χρόνῳ, καὶ τὰς ναῦς ἐνέπρησε, καὶ τὰ μακρὰ τείχη καθεῖλεν. ἐκ δὲ τούτου φοβηθεὶς ὁ Ἀλκιβιάδης ἀρχοντας ἤδη καὶ γῆς καὶ θαλάττης τοὺς Λακεδαιμονίους, εἰς Βιθυνίαν μετέῃ, πολλὰ μὲν ἄγων χρήματα, πολλὰ δὲ κομίζων, ἔτι δὲ πλείω καταλιπὼν ἐν οἷς ᾤκει τείχεσιν. ἐν δὲ Βιθυνίᾳ πάλιν, οὐκ ὀλίγα τῶν ἰδίων ἀπολέσας, καὶ στερηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκεῖ Θρᾳκῶν, ἔγνω μὲν ἀναβαίνειν πρὸς Ἀρταξέρξῃ, ἑαυτόν τε μὴ χείρονα Θεμιστοκλέους πειρωμένῳ βασιλεῖ φανεῖσθαι νομίζων, καὶ κρείττονα τῷ πρόφασιν· ὁ γὰρ ἐπὶ τοὺς πολίτας ὡς ἐκείνον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὑπουργήσειν, καὶ δεήσεσθαι τῆς βασιλέως δυνάμεως. ὑποψίαν δὲ τῆς ἀπόδου μετὰ ἀσφαλείας μάλιστα Φαρνάβαζον οἰόμενος παρέξειν, ᾤχετο πρὸς αὐτὸν εἰς Φρυγίαν, καὶ συνδιῆγε θεραπεύων ἅμα καὶ τιμώμενος. Ἀθηναῖοι δὲ χαλεπῶς μὲν ἔφερον καὶ τῆς ἡγεμονίας ἀποστερηθέντες· ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφελόμενος αὐτῶν ὁ Λύσανδρος δυνάστας τριάκοντα παρέδωκε τῇ πόλει, οἷς οὐκ ἐχρήσαντο σώζεσθαι δυνάμενοι λογισμοῖς, ἀπολωλότων ἤδη τῶν πραγμάτων συνίεσαν ὀλοφυρόμενοι, καὶ διεξιόντες τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν καὶ ἀγνοίας· ὧν μεγίστην ἐποιοῦντο τὴν δευτέραν πρὸς Ἀλκιβιάδην ὀργήν. ἀπεῤῥίφη γὰρ οὐδὲν ἀδικῶν αὐτός, ἀλλ' ὑπηρέτῃ χαλεπήναντες ὀλίγας ἀποβαλόντι νεὼς αἰσχρῶς, ἄριστον ἀνδρὶ τε κρείττονι καὶ πολεμικώτατον ἀφείλοντο τὴν πόλεως στρατηγίαν. ἔτι δ' οὖν ὅμως οὐκ τῶν παρόντων ἀνέφερέ τις ἐλπὶς ἁμυδρά, μὴ παντάπασιν ἔῤῥειν τὰ πράγματα τῶν Ἀθηναίων Ἀλκιβιάδου πρεσβεύοντος. ὅτε γὰρ πρόθυμον ἠγάπησε φεύγων ἀπραγμόνως ζῆν καὶ μετ' ἡσυχίας, ὅτι νῦν, εἰ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἱκανῶς ἔχει, πρεσβεύσεται Λακεδαιμονίους ὑβρίζοντας, καὶ τοὺς τριάκοντα παρανοοῦντας. ταῦτα δ' οὐκ ἐν ἄλλῳ νενεωτερηκεῖν ὅτι τοὺς πολλοὺς, ὁπότε καὶ τοῖς τριάκοντα φθονεῖν ἐπῄει καὶ συμπυνθάνεσθαι, καὶ λόγον ἔχειν πλεῖστον ὧν ἐκεῖνος ἔπραττε καὶ

A per contemptum hostium: Alcibiades, qui in propinquo agebat, haud flocci pependit id vel neglexit, sed equo aduectus, incommodam stationẽ docuit eos delegisse locis importuosis & oppido carentibus: è longinquo autem necessaria Sesto petere, & sinere socios nauales, quum in terram descendissent, quo cuiusq; animus ferret, vagos palari, quum classis ipsis obiecta staret ad vnius iussum imperatoris omnia facere obsequenter assueta. Hæc monenti Alcibiadi, & ad traducendam Sestum classem hortanti, non auscultauerunt prætores. Tydeus insuper contumeliose, vt facesseret imperauit: neque enim penes ipsum sed alios esse imperium. Ita Alcibiades, suspicatus etiam nonnihil in iis proditionis, abscessit, & ad familiares, qui ex castris ipsum prosequebantur, dixit, nisi tam insigni cõtumelia esset affectus à ꝓtorib., paucis diebus compulsurum fuisse se Lacedæmonios, vt classe confligerent cum ipsis, aut desererent naues. Visus quibusdam id est ostentanti gratia iactasse, aliis dixisse consentanea, si Thracib. ex continenti immissis multis iaculatorib. & equitibus oppugnaret quateretq; eorum castra, nam peccata eum Athenienſium res ipsa breui comprobauit recte peruidisse. Siquidem quum subito hos & ex improuiso adortus Lysander esset, octo naues cum Conone solæ effugerunt, reliquæ paulo minus ducentæ captę atq; abstractæ. Tria millia capitum cepit atque trucidauit Lysander: Athenas quoq; breui post in potestatẽ redegit, naues inflammauit, longos muros diruit. Hinc Alcibiades, formidine imperantiũ terra iam mariq; Lacedæmoniorũ, secessit in Bithyniam, magnamq; vim deportari curauit pecuniæ, magnam tulit secum, maiorem etiam in qua degebat arce reliquit. In Bithynia, inde magna fortunatũ suarũ parte nudatus & ab illius loci Thracibus exutus, statuit ad Artaxerxem contendere, ratus non deteriorẽ se Themistocle experimentũ agenti regi probaturum & meliorem causa. Neq; enim aduersus ciues se, vt illum, sed pro patria aduersus hostes operam suam præstaturum, & postulaturum à rege opem. Facultatem itineris tuti imprimis censens Pharnabazum præbiturum, contendit ad eum in Phrygiam, egitq; apud eum, inuicem colens eum, & ipse honorifice habitus. At Athenienses ægre ferebant vel imperiũ sibi extortũ: vbi vero, libertate quoq; iis adempta, triginta rectores Lysander imposuit vrbi, quæ non venerant in mentem, quum esse possent incolumes, rebus iã profligatis perspexere, lamentantesq; peccata & imprudentiam suam, quorũ ducebãt maximum alteram in Alcibiadem indignationem. Namq; proiectus fuit nihil ipse secus meritus, sed incensi in ministrum, qui paucas naues fœde amiserat, fœdius ipsi præstantissimo bellicosissimoq; ciuitatem spoliauerunt imperatore. Adhuc tamen ex præsenti rerũ statu spes quædã vtiq; affulgebat exulis, haud semel esse in columi Alcibiade de rep. Athenienſe actũ. Qui.n. ante non satis habuisset in otio & quiete viuere exul, ne nunc quidẽ, si res saluæ sint ipsius, eum Lacedæmoniorũ superbiã & tyrannorum neglecturum cõtumeliã. Hæc non erat absonũ plebẽ somniare, quando triginta illis quoq; in mentẽ venit curã agere, sedulo explorare, atque aduertere quid ille moliretur vel

deliberaret. Postremo docuit Lysandrum Critias non posse Lacedæmonios, dum reipub. arbitrium apud populum Athenis foret, secure imperium tenere, & vt placide & patienter paucorum ditionē Athenienses ferant, acquiescere eos tamen rebus præsentibus non permissurum Alcibiadem. Cæterum non prius hæc Lysandrum mouerunt, quam à magistratibus vrbanis est scytala allata, quæ iuberet vt Alcibiadem tolleret, siue illi quoque solertiam eius & in rebus gerendis felicitatē timuerunt, siue Agidis id dederunt gratiæ. Quum igitur misso nuntio Lysander ad Pharnabazum id ei mandasset exequendum, atque ille Magæo fratri & Susamithri patruo hoc facin° delegasset, agebat forte Alcibiades in vico quodam Phrygiæ, eratq; vna amica Timandra. Ei imago secundum quietem huiuscemodi oblata est. Visus est amicæ esse amictus amiculo, & in vlnis illa caput suum tenens faciem comete more fœminæ, pigmentoque & fuco illinere. Alii vidisse eum ferunt à Magæo se in somno obtruncari, & corpus suum comburi, atque hanc fuisse ei speciem non multo ante obitum obiectam aiunt. At illis, qui missi ad eum fuerunt, non fuit animus committere se in domum vbi agebat: sed corona circumfusi succenderunt eam. Qua re animaduersa Alcibiades, vestes & stragula pleraq; glomerata igni iniecit, ac lacerna sua circum sinistram intorta, dextra strictum tenens gladium, deiecit se in ignem, ex quo inuiolatus ante euasit quam deflagrarent vestes, barbarosque conspectu suo dissipauit. Nemo enim præstolatus est eum, neq; cominus congressus, sed eminus iacula & sagittas ingessere. Quum ad eum modum cecidisset, & recessissent barbari, sustulit Timandra cadauer, suisque obuelatum & inuolutum tunicis ex præsenti copia splendide & prolixe funerauit. Huius ferunt filiam fuisse Laidem, quæ dicta fuit Corinthia, quum Hyccaris Siciliæ oppidulo fuerit captiua abducta. Nonnulli in cæteris Alcibiadis fato his assentiuntur: autorem cædis tamen non Pharnabazum fuisse, neq; Lysandrum, neq; Lacedæmonios: sed puellam Alcibiadem nobilis loci pellectam in contubernio habuisse, cuius fratres grauiter contumeliam ferentes, domum in qua degebat Alcibiades inflammasse, atq; illum se deiecisse, vt dictum est, & per ignem erupisse.

διενοεῖτο. τέλος δὲ Κριτίας ἐδίδασκε Λύσανδρον ὡς Ἀθηναίων οὐκέτι δημοκρατουμένων ἀσφαλῶς ἀρχὴν Λακεδαιμονίοις τῆς Ἑλλάδος· Ἀθηναίους δ', κἂν πρᾴως πολὺ καὶ καλῶς πρὸς ὀλιγαρχίαν ἔχωσιν, οὐκ ἐάσειν ζῶν Ἀλκιβιάδην ἀρξεμεῖν ὅπου τῶν καθεστώτων. οὐ μὴν ἐπείθη γε πρότερον τούτοις ὁ Λύσανδρος ἢ πρᾶγμα τῶν οἴκοι τελῶν σκυτάλην ἐλθεῖν, κελεύουσαν οὐκ ποδὼν ποιήσασθαι τὸν Ἀλκιβιάδην· εἴτε καὶ κείνων φοβηθέντων τὸ ὄξυτον καὶ μεγαλοπραγμοσύνην τοῦ ἀνδρὸς, εἴτε τῷ Ἄγιδι χαριζομένων. ὡς οὖν ὁ Λύσανδρος ἔπεμψε πρὸς τὸν Φαρνάβαζον ταῦτα πράττειν κελεύων, ὁ ὁ Μαγαίῳ τε τῷ ἀδελφῷ καὶ Συσαμίθρῃ τῷ θείῳ πρεσβύτατος ὢν ἔργον· ἔτυχε μὲν ἐν κώμῃ τινὶ τῆς Φρυγίας ὁ Ἀλκιβιάδης τότε διαιτώμενος, ἔχων Τιμάνδραν μεθ' αὐτοῦ τινὰ ἑταίραν· ὄψιν δὲ κατὰ τοὺς ὕπνους εἶδε τοιαύτην· ἐδόκει περικείμενος μὲν αὐτὸς τὴν ἐσθῆτα τῆς ἑταίρας, κεκοσμῆσθαι δὲ τὴν κεφαλὴν ἐν τῇ ἀγκάλαις ἔχουσαν αὐτοῦ κόσμῳ τὸ πρόσωπον ὥσπερ γυναικὸς, ὑπογράφουσαν καὶ ψιμυθιοῦσαν. ἕτεροι δέ φασιν ἰδεῖν τὴν κεφαλὴν ἀποτεμνόντας αὐτοῦ τοὺς περὶ τὸν Μαγάον ἐν τοῖς ὕπνοις, καὶ τὸ σῶμα κατακαίοντα. ἀλλὰ τὴν μὲν ὄψιν οὐ πολὺ χρόνῳ τῆς τελευτῆς· οἱ δὲ πεμφθέντες πρὸς αὐτὸν, οὐκ ἐτόλμησαν εἰσελθεῖν, ἀλλὰ κύκλῳ τὴν οἰκίαν περιστάντες, ἐνεπίμπρασαν. αἰσθόμενος δ' ὁ Ἀλκιβιάδης, τὴν μὲν ἱματίων τὰ πλεῖστα καὶ τῶν στρωμάτων συναγαγὼν, ἐπέρριψε τῷ πυρί· τῇ δ' ἀριστερᾷ χειρὶ περὶ τὸν ἑαυτοῦ χλαμύδα περιελίξας, τῇ δεξιᾷ παρασείσας τὸ ἐγχειρίδιον, ἐξέπεσεν ἀπαθὴς ὑπὸ τοῦ πυρὸς πρὶν ἢ διαφλεγεῖν τὰ ἱμάτια· καὶ τοὺς βαρβάρους ὀφθεὶς διεσκέδασεν. οὐδεὶς γὰρ ὑπέμεινεν αὐτὸν, οὐδ' εἰς χεῖρας συνῆλθεν, ἀλλ' ἀποστάντες ἔβαλλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασιν. ὕστερον δ' αὐτοῦ πεσόντος, καὶ τῶν βαρβάρων ἀπελθόντων, ἡ Τιμάνδρα τὸν νεκρὸν ἀνείλετο, καὶ τοῖς αὐτῆς περιβαλοῦσα καὶ περικαλύψασα χιτωνίσκοις, οὐκ τῶν παρόντων οὐκ ἀδόξως λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως. ταύτης λέγουσι θυγατέρα γενέσθαι Λαΐδα, τὴν Κορινθίαν μὲν προσαγορευθεῖσαν, οὐκ ὀλίγον Ὑκκάρων Σικελικοῦ πολίσματος αἰχμάλωτον γενομένην. ἔνιοι δὲ τὰ μὲν ἄλλα περὶ τὸν Ἀλκιβιάδου τελευτῆς ὁμολογοῦσι τούτοις· αἰτίαν δέ φασιν οὐ Φαρνάβαζον οὐδὲ Λύσανδρον οὐδὲ Λακεδαιμονίους πρᾶξαι, αὐτὸν δὲ τὸν Ἀλκιβιάδην γνωρίμων τινῶν διεφθαρκότα γυναῖκα, ἔχοντα σὺν αὐτῷ· τοὺς δ' ἀδελφοὺς τοῦ γυναικὸς τὴν ὕβριν οὐ μετρίως φέροντας, ἐμπρῆσαί τε τὴν οἰκίαν νύκτωρ, ἐν ᾗ διαιτώμενος ἐτύγχανεν ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ καταβαλεῖν αὐτὸν ὥσπερ εἴρηται δρᾶν· οὐ δὲ πυρὸς ἐξελθόντος.

PLVTARCHI
C. MARCIVS CORIOLANVS.

MARCIORVM gens Romæ inter patricios multos dedit claros viros, ex quibus Ancus Marcius fuit Numę ex filia nepos qui post Tullum Hostiliū regnauit. Ex hac familia ēt P. & Q. Marcii fuere, qui magnū & insignē aquæ ductū Romæ fecerūt: & Censorinus, quē populus Romanus creauit iterū censorē.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΜΑΡΚΙΟΣ ΓΑΙΟΣ ΚΟΡΙΟΛΑΝΟΣ.

ΟΙ ΜΑΡΚΙΩΝ οἶκος ἐν Ῥώμῃ, πατρικίων πολλοὺς παρέχεν ἐνδόξους ἄνδρας, ὧν καὶ Μάρκιος ἦν Γάϊος ὁ Νομᾶ θυγατριδοῦς, καὶ μετὰ Τύλλιον Ὀστύλλιον βασιλεὺς γενόμενος. Μάρκιοι δ' ἦσαν καὶ Πόπλιος καὶ Κόϊντος, οἱ πλεῖστον ὕδωρ καὶ κάλλιστον ἐν Ῥώμῃ κατασκευάσαντες καὶ Κένσωρῖνος, ὃν δὶς ἀπέδειξε τιμητὴν ὁ Ῥωμαίων δῆμος·

εἶτα ὑπ' αὐτοῦ πειθεὶς ἐκείνου, νόμον ἔθετο καὶ ἐψηφίσατο μηδενὶ τῷ ἀρχῷ δὶς ἐξεῖναι μετελθεῖν. Γάϊος ὁ Μάρκιος ὑφ' οὗ πάδε γεγραπται, τραφεὶς ὑπὸ μητρὶ χήρᾳ, πατρὸς ὀρφανός, ἀπέδειξε τὴν ὀρφανίαν ἄλλα μὲν ἔχουσαν κακά, τοῦς ὁ τὸ ῥωμαλέον ἀπουδάζον αὐδρα καὶ ἐξαφέρουσα τὴν πολλῶν, οὐδὲν ἐμποδὼν οὖσαν· ἄλλως ὁ τοῖς φαύλοις αἰτιᾶται καὶ ψέγειν παρέχουσαν αὐτῷ ὡς ἀμελείᾳ ἐξαφθειρουσαν. ὁ δὲ αὐτὸς αὐτὴν ἐμμαρτύρησε καὶ τοῖς τὴν φύσιν ἠρυμμένοις, ἐὰν ὅσα γυναῖκα καὶ ἀγαθὴ παιδείας οὐδενὸς γένηται, πολλὰ τοῖς χρηστοῖς ὁμοῦ φαῦλα συναποτίκτειν, ὥσπερ δὴ γῆν χώρων ἐν γεωργίᾳ θεραπείας μὴ τυχοῦσαν. ὁ γὰρ ἱκανὸν αὐτὸ τοῦς ἄπορα τῆς γνώμης καὶ καρτερὸν, ὁρμάς τε μεγάλας καὶ τελεσιουργοὺς τῶν καλῶν ἐξέφερε. θυμοῖς τε αὖ πάλιν χρώμενος ἀκράτοις καὶ φιλονεικίαις ἀτρέπτοις, οὐ ῥᾴδιον οὐδὲ δύαρμοστον ἀνθρώποις συνεῖναι παρεῖχεν, ἀλλὰ τῷ ἐν ἡδοναῖς καὶ πόνοις καὶ ὑπὸ χρημάτων ἀπάθειαν αὐτὸ θαυμάζοντες, καὶ ὀνομάζοντες ἐγκράτειαν καὶ δικαιοσύνην καὶ δυσῤῥείαν, ἐν ταῖς πολιτικαῖς αὖ πάλιν ὁμιλίαις ὡς ἐπαχθῆ καὶ ἄχρειον καὶ ὀλιγαρχικὸν ἐδυσχέραινον. οὐδὲν γὰρ ἄλλο μουσῶν δύμενείας ἀπολαύουσιν αἱ θεραποι τοσοῦτον ὅσον ἐξημεροῦσαι τὸ φύσιν, ὑπὸ λόγου καὶ παιδείας, τῷ λόγῳ δεξαμένῳ τὸ μέτριον, καὶ τὸ ἄγαν ἀποβαλοῦσαν. ὅλως μὲν οὖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἡ Ῥώμη μάλιστα τῆς ἀρετῆς τὸ τοῦ τῶν πολεμικῶν καὶ στρατιωτικὰς ἐκύδαινε τοῦ ἄξεις, καὶ ἐμμαρτυρεῖτο τῷ ἀρετῷ ὑπ' αὐτῶν ἐνὶ τῷ τῆς ἀνδρείας ὀνόματι τοῦς ἀγαθοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τοῦτο τοῦ ῥώμης ὄνομα κοινὸν ὑπάρχειν, ᾧ τὴν ἀνδρείαν ἰδίᾳ καλοῦσιν. ὁ δὲ Μάρκιος ἑτέρων μᾶλλον ἐμπαθὴς γεγονὼς τοῦς τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶνας, δυθὺς ἐκ παιδὸς τὰ ὅπλα δεξὶ χαρὸς εἶχε· καὶ τὴν ὀπτικὴν τῶν οὐδὲν ἔργον οἰόμενος εἶ) τοῖς μὴ τὸ σύμφυτον ὅπλον καὶ συγγενὲς ἐξηρτημένον ἔχουσι καὶ παρεσκευασμένον, οὕτως ἤσκησε τὸ σῶμα τοῦς ἅπασαν ἰδέαν μάχης, ὥστε καὶ θεῖν ἐλαφρὸν εἶναι, καὶ βάρος ἔχειν ἐν λαβαῖς καὶ ἀναπάλαις πολέμου δυσεκβίαστον. οἱ γοῦν ἔειν ἔχοντες δυψυχίας αὖ καὶ ἀρετῆς τοῦς αὐτὸν, ἐν οἷς ἐλείποντο, τῷ τὴν σώματος ἡττῶντο ῥώμῃ ἀτρεπτον οὖσαν, καὶ τοῦς μηδένα πόνον ἀπαγορεύουσαν. ἐστρατεύσατο ὁ τοῦ τῷ στρατείᾳ ἔτι μειρακίον ὤν, ὅτε Ταρκυνίου τοῦ βασιλεύσαντος τὴν Ῥώμης, εἶτα ἐκπεσόντι μετὰ πολλὰς μάχας καὶ ἥττας, ὥσπερ ἔσχατον κύβον ἀφιέντι, πλῆθοι μὲν Λατίνων, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἰταλιωτῶν συνεστράτευον, καὶ συγκατῆγον ὀπὶ τῷ Ῥώμῳ, οὐκ ἐκείνῳ χαριζόμενοι μᾶλλον, ἢ φόβῳ τὰ Ῥωμαίων αὐξόμενα καὶ φθόνῳ καταβάλλοντες. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ πολλὰς ἀρετὰς ἐπὶ ἀμφότερα λαμβανούσῃ Μάρκιος ἀγωνιζόμενος εὐρώστως ἐν ὄψει τοῦ δικτάτορος, ἀνδρὰ Ῥωμαῖον πεσόντα πλησίον ἰδὼν, οὐκ ἠμέλησεν, ἀλλ' ἔστη πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὸν ὀπιφερόμενον τῶν πολεμίων ἀμυνόμενος ἀπέκτεινεν. ὡς οὖν ἐκράτησεν ὁ στρατηγὸς, ἐν τοῦτοις ἐκείνον ἐστεφανώσεν δρυὸς στεφάνῳ. τοῦτον γὰρ ὁ νόμος τῷ πολίτῃ ὑπαστίσαντι τὸν στέφανον ἀποδέδωκεν· εἴτε δὴ μάλιστα τιμήσας δι' Ἀρκάδας τῷ δρυῶν, βαλανηφάγοις ὑπὸ θεοῦ χρησμῷ τοῦ σαγορεύθεῖσας, εἴτε ὡς ταχὺ καὶ πόρρω δρυὸς οὖσαν εὐποιείᾳ στεφανουμένοις, εἴτε Διὸς πολιέως ἱερὸν ὄντα τὸν τῆς δρυὸς στέφανον, οἰόμενος ὀπὶ σωτηρίᾳ πολλῇ τοῦ δίδοσθαι πρεπόντως. ἔστι δὲ ἡ δρὺς τῶν μὲν ἀγρίων, καλλικαρπότατον, τῶν δὲ ἡμέρων ἰσχυρότατον. ἐν δὲ καὶ σιτίον ἀπ' αὐτῆς, ἡ βάλανος, καὶ ποτὸν, τὸ μελίπτον. ὄψον δὲ παρεῖχε τὰ πλεῖστα τῶν νεμομένων τε καὶ πτηνῶν, θήρας ὄρνιθον φέρουσα τὸν ἰξόν.

Interea dum classem instruit Timoleon & delectum habet, redditæ sunt Corinthiis ab Icete literæ, quibus mutationem & proditionem suam declarauit: nam simulatq; legatos misit, Carthaginensibus sociatus aperte agebat cum illis, vt, exacto Dionysio, ipse tyrannidem sibi quæreret. Veritus autem ne, præuenientibus Corintho copiis & duce, cœpta frustrarentur se, misit Corinthiis epistolam, qua significauit ne fatigarent se, neu impensas subirent in expeditionem Siciliensem, nec pericula eo nomine susciperent, maxime quum id vetent Carthaginenses, & magno numero nauium classem ipsorum captent, quos ipse illorum subactus cunctatione parasset aduersus tyrannum socios. His recitatis literis, si quis ante Corinthiorum lentus ad eam expeditionem fuerat, tunc cuncti ira flagrarunt in Icetem, vt prompte Timoleonti necessaria præberent, & ad apparandam iuuarent classem. Qua iam instructa, subministratisq; omnibus quibus opus erat exercitui, sacerdotes Proserpinæ Cererem & Proserpinam visæ sunt videre ad peregre proficiscendum se ornantes, & cum Timoleonte dicentes nauigaturas se in Siciliam. Quare triremem sacram Corinthii parauerunt deabus nuncupatam. Timoleon Delphos ipse profectus, sacra Apollini fecit, cui in manteon descendenti hoc fit prodigium: Ex suspensis donis vitta delapsa, quæ coronis & victoriis erat distincta, caput Timoleontis est amplexa, vt coronatus à Deo ad res gerendas mitti videretur. Naues habebat Corinthias septem, duas Corcyrenses, decimam Leucadii præbuere. cum his soluit. Nocte quum in alto esset, & secundo vento veheretur, visum ei repente cœlum est fissum, & super nauem copiosam effudisse & luculentam flammam. Inde fax elata mysticis germana, comitansq; eos & tenens eundē cursum, quam potissimum Italię partem gubernatores petebant, in eam est delata. Vates hanc speciem consonare cum sacerdotum somniis asseueratunt, & huic expeditioni esse præsto deas, atque hoc iubare cælitus prælucere. Esse enim Proserpinæ Siciliam sacram: nam raptam quoque ibi fabulantur, atque hanc insulam ei nuptiali dono datam. Ac diuinitus quidem ad hunc modum confirmata classis fuit, qui pelagus cursim emensi Italiam legebant. Quæ vero ex Sicilia annuntiabantur, ingentem Timoleonti perplexitatem, & angorem obiiciebant militibus. Siquidem Dionysium Icetes acie fusum ac Syracusarum plerisq; partibus occupatis, arci & illi parti quæ Nassa dicitur, circumsidebat, & circumuallabat inclusum, Carthaginensibus curæ esse iusserat ne Timoleon attingeret Siciliam, sed ipse repulsis illis, libere inter se insulam partirentur. Miserunt hi viginti triremes Rhegium, in quibus illius ad Timoleontem legati vehebantur, quibus mandata factis dederat congruentia. Speciosæ enim captiones erant & verba ad flagitiosa tegenda consilia: postulauerunt enim vt ipse (si ei videretur) proficisceretur Timoleon ad Icetē, illiq; in consilio adesset, & omnium esset successuum consors, naues copiasque, quod bellum pene patratum esset, remitteret Corinthū,

A πρασκευαζομένου δὲ τὸν Τιμολέοντος τὸν ἔκπλεω, καὶ γραπτὰς σωάγοντος, ἐκομίθη γράμματα πρὸς τοὺς Κορινθίους, παρ' Ἰκέτου μηνύοντα τὴν μεταβολὴν αὐτοῦ καὶ προδοσίαν. ὡς γὰρ τάχιστα τοὺς πρέσβεις ἐξέπεμψεν, τοῖς Καρχηδονίοις προσθέμενος ἀναφανδὸν, ἔπραττε μετ' ἐκείνων ὅπως Διονύσιον ἐκβαλὼν Συρακουσῶν, αὐτὸς ἔσται τύραννος. καὶ δεδοικὼς μὴ πρότερον ἐλθούσης ἐκ Κορίνθου δυνάμεως καὶ στρατηγοῦ, διαφύγωσιν αἱ πράξεις αὐτὸν, ἔπεμψεν ἐπιστολὴν τοῖς Κορινθίοις φράζουσαν ὡς οὐδὲν δέοι πρόσχημα καὶ δαπάνας ἔχειν αὐτοὺς, πλοίσας εἰς Σικελίαν καὶ κινδυνεύοντας· ἄλλως τε Καρχηδονίων ἀπαγορευόντων καὶ προφυλαττομένων ναυσὶ πολλαῖς τὸν πόλεμον, οὗς αὐτὸς ἀναγκαθεὶς, ἐκείνων βεβιωκότων, ποιήσαιτο συμμάχους ἐπὶ τὸν τύραννον. τούτων δὴ τῶν γραμμάτων ἀναγνωσθέντων, εἴ καί τις ἠπίως εἶχε πρότερον τῶν Κορινθίων πρὸς τὴν στρατείαν, τότε πᾶσας ἡ πρὸς τὸν Ἰκέτην ὀργὴ παρώξυνεν, ὥστε συγχορηγῆσαι προθύμως τῷ Τιμολέοντι, καὶ συμπρασκευάσαι τὸν ἔκπλοον. ἡνομένων δὲ τῶν νεῶν ἑτοίμων, καὶ τῶν στρατιωτῶν ὧν ἔδει ποιησάντων, αἱ μὲν ἱέρειαι τῆς Κόρης ὄναρ ἔδοξαν ἰδεῖν τὰς θεὰς πρὸς ἀποδημίαν τινὰ στελλομένας, καὶ λεγούσας ὡς Τιμολέοντι μέλλοιεν συμπλεῖν εἰς Σικελίαν. διὸ καὶ τριήρη κατασκευάσαντες ἱερὰν οἱ Κορίνθιοι ταύτην θεαῖν ἐπωνόμασαν· αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος εἰς Δελφοὺς πορευθεὶς, ἔθυσε τῷ θεῷ, καὶ καταβαίνοντος εἰς τὸ μαντεῖον αὐτοῦ, γίνεται σημεῖον. ἐκ γὰρ τῶν κρεμαμένων ἀναθημάτων ταινία τὶς ἀπορρεῖσα, καὶ φερομένη, στεφάνοις ἔγκυρσα καὶ νίκας ἐμποικιλμένας, περιέπεσε τῇ κεφαλῇ τοῦ Τιμολέοντος· ὡς δοκεῖν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ στεφανούμενον ἐπὶ τὰς πράξεις πεμπέσθαι. ναῦς δὲ Κορινθίας ἔχων ἑπτὰ, Κερκυραίας δὲ δύο, καὶ τὴν δεκάτην Λευκαδίων παρεσκευασμένων, ἀπήει. καὶ νυκτὸς ἐμβαλὼν εἰς τὸ πέλαγος, καὶ πνεύματι καλῷ χρώμενος, ἔδοξεν αἰφνιδίως ῥαγῆναι τὸν οὐρανὸν ὑπὲρ τῆς νεὼς ἐκχυθείσης πολὺ καὶ περιφανὲς πῦρ· ἐκ δὲ τούτου λαμπὰς ἀρθεῖσα ταῖς μυστικαῖς ἐμφερὴς, καὶ συμπροπομπεύουσα τὸν αὐτὸν δρόμον, ἡ μάλιστα τῆς Ἰταλίας ἐπεῖχον οἱ κυβερνῆται κατέσκηψεν. οἱ δὲ μάντεις τὸ φάσμα τοῖς ὀνείρασι τῶν ἱερειῶν μαρτυρεῖν ἀπεφαίνοντο, καὶ τὰς θεὰς συνεφαπτομένας τῆς στρατείας, προφαίνειν ἐξ οὐρανοῦ τὸ σέλας. εἶναι γὰρ ἱερὰν τῆς κόρης τὴν Σικελίαν· ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐτόθι μυθολογοῦσι γενέσθαι, καὶ τὴν νῆσον ἐν τοῖς γάμοις ἀναπαλυπτήριον αὐτῇ δοθῆναι. τὰ μὲν οὖν πρὸς τῶν θεῶν οὕτω τὸν πόλεμον ἐθάρρυνεν, καὶ παρεύδοντες ὡς τὸ πέλαγος διαπλέοντες, ἐκομίζοντο πρὸς τὴν Ἰταλίαν. τὰ δὲ ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀγγελλόμενα, πολλὴν ἀπορίαν τῷ Τιμολέοντι καὶ δυσθυμίαν τοῖς στρατιώταις παρεῖχεν. ὁ γὰρ Ἰκέτης, μάχῃ νενικηκὼς Διονύσιον, καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῶν Συρακουσῶν κατειληφὼς, ἐκεῖνον μὲν εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὴν καλουμένην νῆσον συνεσταλμένον αὐτὸς συνεπολιόρκει καὶ συμπεριετείχιζε· Καρχηδονίοις δὲ φθονεῖν ἐκέλευεν ὅπως μὴ ἐπιβήσοιτο Τιμολέων Σικελίας, ἀλλ' ἀπωθέντων ἐκείνων, αὐτοὶ κατ' ἡσυχίαν διανεμοῖντο πρὸς ἀλλήλους τὴν νῆσον. οἱ δὲ πέμποισιν εἴκοσι τριήρεις εἰς Ῥήγιον, ἐφ' ὧν ἔπλεον πρεσβευταὶ παρ' αὐτοῦ πρὸς Τιμολέοντα κομίζοντες λόγους τοῖς πραττομένοις ὁμοίους. πρόφασις γὰρ εὐπρεπεῖς, καὶ φάσεις ἦσαν ὅτι μηδενὸς βουλεύμασιν, ἀξιοῦντων αὐτὸν μὴ, εἰ βούλοιτο, Τιμολέοντα σύμβουλον ἥκειν παρ' Ἰκέτην, καὶ κοινωνὸν οὗ διαπεπραγμένων ἀπόντων· τὰς δὲ ναῦς καὶ τοὺς στρατιώτας ἀποστέλλειν εἰς Κόρινθον, ὡς τοῦ πολέμου μικρὸν ἀπολείποντος συντελεσθῆναι,

Καρχηδονίων ἢ κωλύειν τὴν διάβασιν, καὶ μάχεσθαι πρὸς βιαζομένους ἑτοίμων ὄντων. ὡς δὴ καταπλεύσαντες εἰς τὸ Ῥήγιον οἱ Κορίνθιοι, τοῖς τε πρεσβεύσασιν τούτοις ἐνέτυχον, καὶ τοὺς Φοίνικας οὐ πρόσω ναυλοχοῦντας κατεῖδον, ἠδικοῦντο μὲν ὑβρισμένοι, καὶ παρείσατο πᾶσιν ὀργὴ πρὸς τὸν Ἰκέτην, καὶ δέος ὑπὲρ Σικελιωτῶν, οὓς σαφῶς ἑώρων ἆθλα λειπομένους καὶ μισθὸν Ἰκέτῃ μὲν προδοσίας, Καρχηδονίοις δὲ τυραννίδος. ἐδόκει δ' ἀμήχανον ὑπερβαλέσθαι καὶ τὰς αὐτόθι τῶν βαρβάρων ναῦς διπλασίας ἐφορμούσας, καὶ τὴν ἐκεῖ μεθ' Ἰκέτου δυνάμιν ἢ στρατηγήσαντες ἥκειν. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Τιμολέων τοῖς πρεσβευταῖς καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν Καρχηδονίων ἐντυχών, ὑπεικῶς ἔφη πείθεσθαι μὲν οἷς κελεύουσι. (τί γὰρ ἂν καὶ πράττειν ἀπειθῶν;) ἐθέλειν δὲ ταῦτα πόλεως Ἑλληνίδος καὶ φίλης κοινῆς τῆς Ῥηγίνων ἐναντίον ἀκούσας καὶ εἰπὼν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ γὰρ αὐτῷ τοῦτο πρὸς ἀσφάλειαν διαφέρειν· κἀκείνους ἐμμενεῖν βεβαιότερον οἷς ἐπαγγέλλονται περὶ Συρακουσίων, δήμῳ μάρτυρι τὰς ὁμολογίας παρακαταθεμένους. ταῦτα δ' ὑπέμενεν αὐτοῖς ἀπατῶν ὅτι τῇ διαβάσει τοιχάζων· καὶ συνεπέχαζον οἱ τῶν Ῥηγίνων στρατηγοὶ πολύτες, ὀπτιθυμοῦντες ἐν Κορινθίοις τὰ πράγματα τῶν Σικελιωτῶν γνέσθαι, καὶ φοβούμενοι τὴν τῶν βαρβάρων γνώμην. δὴ συνῆγον ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πύλας ἀπέκλειον, ὡς μὴ πρὸς ἄλλο τι βέπεσθαι τοὺς πολίτας. καὶ παρελθόντες εἰς τὸ πλῆθος, ἐχρῶντο μήκει λόγων, ἕτερος ἑτέρῳ παραδιδοὺς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν, πρὸς οὐδὲν τέλος, ἀλλὰ διάγοντες ἄλλως τὸν χρόνον, ἕως ἀναχθῶσιν αἱ τῶν Κορινθίων τριήρεις, καὶ Καρχηδονίους ὅτι τῆς ἐκκλησίας κατέχοντες ἀνυπόπτως, ἅ τε καὶ τοῦ Τιμολέοντος παρόντος, καὶ παρέχοντος δόκησιν ὅσον οὔπω πρὸς τὸν λόγον ἀνίσασθαι καὶ δημηγορεῖν. ὡς δ' ἀπήγγειλέ τις αὐτῷ κρύφα τὰς μὲν ἄλλας τριήρεις ἀπῆχθαι, μίαν δ' τὴν ἐκείνου παρειμένην ὑπολελειμμένην, διεκδὺς τὸν ὄχλον, ἅμα τῶν περὶ τὸ βῆμα Ῥηγίνων συνεπιχρυπτόντων, καὶ καταβὰς ὅτι τὴν θάλασσαν, ἐξέπλευσεν διὰ τάχους, καὶ κατήχθησαν εἰς Ταυρομένιον τῆς Σικελίας, ὑποδεχομένου καὶ καλοῦντος αὐτὸς ἔτι πάλαι προθύμως Ἀνδρομάχου, τοῦ τὴν πόλιν ἔχοντος καὶ δυναστεύοντος. οὗτος ἦν πατὴρ Τιμαίου τοῦ ἱστορικοῦ· καὶ πολὺ κράτιστος τῶν τότε δυναστευόντων ἐν Σικελίᾳ γενόμενος, τῶν τε ἑαυτοῦ πολιτῶν ἡγεῖτο νομίμως καὶ δικαίως, καὶ πρὸς τοὺς τυράννους φανερὸς ἦν ἀεὶ διακείμενος ἀπεχθῶς καὶ ἀλοτείως. δὴ καὶ Τιμολέοντι τότε τὴν πόλιν ὁρμητήριον παρέχε. καὶ τοὺς πολίτας ἔπεισε συναγωνίζεσθαι τοῖς Κορινθίοις, καὶ συνελευθεροῦν τὴν Σικελίαν. οἱ δ' ἐν τῷ Ῥηγίῳ Καρχηδόνιοι, τοῦ Τιμολέοντος ἀπηλλαγμένου, καὶ τῆς ἐκκλησίας διαλυθείσης, χαλεπῶς φέροντες ἐν τῷ κατεστρατηγῆσθαι, διατελοῦν τοῖς Ῥηγίνοις παρεῖχον, εἰ Φοίνικες ὄντες οὐκ ἐχρήσαντο τοῖς δι' ἀπάτης πραττομένοις. πέμπουσι δ' οὖν εἰς τὸ Ταυρομένιον πρεσβευτὴν ὅτι τριήρεις, ὃς πολλὰ διαλεχθεὶς πρὸς τὸν Ἀνδρόμαχον, ἐπαχθῶς καὶ βαρβαρικῶς ἀπατεινάμενος, εἰ μὴ τὴν ταχίστην ἐκβάλλει τοὺς Κορινθίους, τέλος ὑπόσπονδον τὴν χεῖρα δείξας, εἶτ' αὖθις καταστρέψας, ἠπείλησε τοιαύτην οὖσαν αὐτὸς τὴν πόλιν, τοιαύτην ποιήσειν. γελάσας δ' ὁ Ἀνδρόμαχος, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀπεκρίνατο· τὴν δὲ χεῖρα, νῦν μὲν ὑπόσπονδον, ὡς ἐκεῖνος, νῦν δὲ πρίν ἢ προτείνας, ἐκέλευσεν ἀποπλεῖν αὐτόν, εἰ μὴ βούλοιτο τὴν ναῦν αὐτὴ τοιαύτης γενέσθαι τοιαύτην. ὁ δ' Ἰκέτης πυθόμενος τὴν τοῦ Τιμολέοντος διάβασιν, καὶ φοβηθεὶς, μετεπέμψατο πολλὰς τῶν Καρχηδονίων τριήρεις.

ὅτε καὶ

A arcere Carthaginenses classem ipsius traiectu, & armis repellere, si vi agant, paratos esse. Vt igitur Rhegium Corinthii decurrere, & cum his oratoribus venerunt in colloquium, nec procul in ancoris consistentes conspexerunt naues Punicas, delusos se dolebãt, exarseruntq; omnes in Icetem, & timuerunt Siculis, quos aperte videbant premium relictos & mercedem Iceti proditionis, Pœnis tyrannidis: neque cernebant vlla ratione superare se posse & præsentem barbarorum duplo tanto maiorem quam ipsi essent imminẽtem classem & illas quæ cum Icete erant, quarum ad ducatum

B venerant, copias. Cæterum cum legatis & præfectis Pœnorum Timoleon congressus, placide ait se iussis eorum pariturum: quid enim profecturum non parendo? Velle autem, simulatque hæc vltro citroque coram Græca ciuitate vtrisque amica edidissent Rhegio, se recipere: id & suæ securitatis interesse, & illos fidelius promissis suis de Syracusanis staturos, si apud populum testẽ pacta edidissent. Hæc propositit, dolum iis ad transmittendum struens: qua in re administros omnes habebat Rheginorum prætores, qui Corinthios cupiebant in Sicilia rerum potiri, & vicinitatẽ metuebant barbarorum. Itaq; aduocauerunt concionem, &, ne ciues diuerterent alio, portas clausere.

C Inde progressi in medium, duxerunt in longum orationes, tradideruntq; alter alteri idem argumentum, nihil aliud quærentes, nisi vt tempus, dũ soluissent naues Corinthiorum, extraherent, detinerentq; in concione nihil suspicantes Pœnos: vtpote Timoleonte præsente, quem exspectabant iamiam exurrecturum ad dicendum & concionandũ. Vt nuntiatum ei à quodam clam est cæteras naues inaltum prouectas, solam ipsius relictã operiri, elapsus per turbam, simul Rheginis, qui suggestum circumsistebant, eum tegentibus, quum ad mare

D descendisset, propere soluit. Tauromenium Siciliæ appulêre, excipiente eos, à quo erant iampridẽ accersiti, propense, illius oppidi principe & dynaste Andromacho. Pater hic Timæi historici fuit, lõge omnium qui tunc dominabantur in Sicilia optimus. Is ciues suos legitimo & iusto imperio habebat, neq; dissimulabat omnib. tyrannis infestum se esse & alienum. Quare Timoleonti hoc oppidum belli sedem aperuit, suosq; induxit populares vt arma coniungerent cum Corinthiis, sociosq; se ad liberandam Siciliam præberent. At Pœni, qui Rhegii erant, dimissa à Timoleontis profectione con-

E cione, indigne ferẽtes impositum sibi esse iocum, præbuerunt Rheginis quod Pœnis displicerent fallaciæ. Hinc legatum cum triremi Tauromenium mittunt: qui post multa odiosa verba apud Andromachum facta & fulmina barbarica, nisi actutum eiicerent Corinthios, postremo manum supinam ostendit, inde inuertit, additis minis ciuitatem eius se, quæ talis esset, talem redditurum. Ei ridens Andromachus, nihil aliud responsi dedit: sed manum, vt ille, nunc supinam protendens nunc pronam, iussit cum naue abire, nisi eam pro tali effici vellet talem. Icetes autem de trans-

F missione Timoleontis certior factus metuq; perculsus, multas exciuit Carthaginensium naues.

Tunc verò omnem ſpem Syracuſani ſalutis depoſuerunt, quum Pœnos cernerent portum ſuum tenere, potiri vrbe Icetem, arcem habere Dionyſiũ in poteſtate, Timoleontem verò ex Tauromenitarum oppidulo, quaſi ex minuta fimbria, adhærentem Siciliæ, eumq; tenui ſpe & anguſtis copiis ſuccinctum. Neque enim plus mille militibus & commeatu his neceſſario habebat: neq; credebant eis ciuitates Siciliæ, quòd oppreſſæ malis eſſent & in omnes exaſperatæ exercituum duces, præcipuè ob Callippi & Pharacis perfidiam : quorum hic Lacedæmonius, Athenienſis ille: quum libertatis eorum cauſa & obterendorum dominorum ferret vterq; ſe veniſſe, auream rem eſſe Siciliæ tyrannidem oſtenderant, effecerantq; beatiores vt viderentur illi qui ſub tyrannide expirauerant, quàm qui guſtauerant libertatem. Itaque nihilo illis Corinthium potiorem expectantes fore, ſed referri denuò ſibi eadem cum magnifica ſpe & benignis pollicitationibus commenta & blandimenta, quo ad conuerſionem noui domini lactarentur, ſuſpectas habebant repudiabantq; Corinthiorum exhortationes, præterquam Adranitæ, qui anguſtum quidem oppidum, ſed deo ſacrum Adrano, quem tota Sicilia venerantur religioſiſſimè, colentes, mutuis inter ſe agitabantur ſeditionibus. Horum vna pars Icetẽ & Pœnos accerſebat, altera aſciſcebat Timoleontem. Accidit autem forte fortuna, dum pro ſe maturat vterque, vt ſub idem tempus adeſſent ambo. Verum ducebat Icetes ſecũ quinque millia militum, Timoleon milites habebat non amplius mille ducentos. Cum his à Tauromenio mouit, quod diſtat ab Adrano quadraginta duo millia quingentos paſſus, nec multum itineris primo die emenſus, caſtra metatus eſt. Poſtero die ducto raptim agmine, ac ſuperatis aſperis locis, præcipiti iam in veſperum die accepit ad oppidum acceſſiſſe Icetem, iuxtaq; caſtra ponere. Hîc manipulorum & ordinum ductores conſiſtere principes iubent, vt refecti cibo & quiete, dimicarent alacrius. Cæterum aduolans Timoleon orauit, omitterent hoc, & citatum agmen raperent, quo inconditos hoſtes (vt veriſimile erat) recentes ab itinere atque ad tentoria & cœnam parandam occupatos adorirentur. Simul cum dicto arrepto clypeo ante ordines procedit velut ad certam victoriam. Sequuti cæteri ſunt animo erecto. Aberant ab hoſtibus minus quatuor millia paſſuum: quibus confectis, incidunt in tumultuantes, & fugam capeſſentes vt primùm adeſſe eos ſenſere. Quod in cauſa fuit vt trecenti, nec multo plus ceciderint, bis totidem viui in eorum poteſtatem venerint. caſtra quoque capta. Adranitæ patefactis portis in Timoleontis partes cõceſſere, cum horrore & ſtupore nuntiantes fuiſſe ſacra veſtibula templi in ipſo articulo prælii ſua ſponte patefacta, viſam dei haſtam ſumma cuſpide vibrare, faciemq; eius largo ſudore manare. Hæc profectò non eam tantùm victoriam ſpoponderunt, verùm etiam res conſequentes, quibus aperuit illud certamen fores. Etenim ciuitates miſſis extemplo legatis coniunxerunt ſe Timoleonti. Iam Mamercus Catanæ tyrannus, vir bello fortis & pecunioſus, ſocietatem eius quæſiuit, & quod erat præcipuum, Dionyſius ſpem iam deſpondens,

A ὅτε καὶ πάντα πᾶσι συνέβη τοὺς Συρακουσίους ἀπογνῶναι τὴν σωτηρίαν, ὁρῶντας τὸν μὲν λιμένα αὐτῶν Καρχηδονίοις κρατοῦντας, τὴν δὲ πόλιν Ἰκέτου ἔχοντα· τῆς δὲ ἄκρας κυριεύοντα Διονύσιον· Τιμολέοντα δέ, ὥσπερ ἐκ κρασπέδου νῆσος λεπτοῦ τοῦ Ταυρομενιτῶν πολίχνης, τῇ Σικελίᾳ προσηρτημένον, ἐπ' ἐλπίδος ἀδυνάτου, καὶ βραχείας δυνάμεως. χιλίων γὰρ αὐτῷ στρατιωτῶν, καὶ τροφῆς τόποις δυσκόλοις πλέον οὐδὲν ὑπῆρχεν. ὑπεφίετο δὲ αἱ πόλεις, δεδιότες κακῶν ὄντα, καὶ πρὸς ἀπωλείας ἀπηγριωμένας τοὺς ἡγεμόνας στρατοπέδων· μάλιστα δὲ τοῦ Καλλίππου καὶ Φάραχος ἀπιστίαν· ὧν ὁ μὲν, Ἀθηναῖος

B ὤν, ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, ἀμφότεροι δὲ φάσκοντες ὑπὲρ τοῦ ἐλευθερίας ἥκειν καὶ καταλύειν τοὺς μονάρχους, χρυσὸν ἔδειξαν τῇ Σικελίᾳ τὰς ἐν τῇ τυραννίδι συμφορὰς, καὶ μακαριωτέρους δοκεῖν ἐποίησαν τοὺς καταστρέψαντας ἐν τῇ δουλείᾳ τὸ ὑπιδόντων τὴν ἀθυμίαν. οὐδὲν οὖν ἐκείνων βελτίονα τὸν Κορίνθιον ἔσεσθαι προσδοκῶντες, ἀλλὰ ταῦτα πάλιν ἥκειν ἐπ' αὐτοῖς σοφίσματα καὶ δελεάσματα μετ' ἐλπίδων χρηστῶν, καὶ φιλανθρώπων ὑποσχέσεων, εἰς μεταβολὴν δεσπότου καινοῦ λυμαινομένους, ὑπωπτεύοντο καὶ διεχρῶντο τὰς τῶν Κορινθίων προκλήσεις· πλὴν Ἀδρανιτῶν, οἱ πόλιν μικρὰν μὲν, ἱερὰν δὲ

C ὄσαν Ἀδρανοῦ, θεοῦ τινος λιμένος δεδεχόντως ὑπὸ ὅλης Σικελίας, καὶ τιμῶντες, ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰκέτου προσαγόμενοι καὶ Καρχηδονίους, οἱ δὲ πρὸς Τιμολέοντα δεδεπεμπόμενοι. καί πως ἀπ' αὐτομάτου συνέτυχε, σπευδόντων ἀμφοτέρων, εἰς ἕνα χρόνον ἀμφοτέροις δοκεῖν τὴν παρουσίαν. ἀλλ' Ἰκέτης μὲν ἦκεν πεντακισχιλίους στρατιώτας ἔχων, Τιμολέοντι δὲ οἱ σύμπαντες ἦσαν οὐ πλείους χιλίων διακοσίων· οὓς ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ Ταυρομενίου, σταδίων πρὸς τὸ Ἀδρανὸν ὄντων τετταράκοντα καὶ τριακοσίων, τῇ μὲν πρώτῃ τῆς ἡμέρας οὐ πολὺ μέρος τῆς ὁδοῦ προέλαβε, καὶ κατηυλίσατο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ σπουδαίως ὁδεύσας, καὶ χαλεπὰ χωρία διελθὼν, ἤδη τῆς ἡμέρας καταφερομένης ἤκουεν ἄρτι προσμιγνύναι τὴν Ἰκέτου τῷ πολιχνίῳ, καὶ καταστρατοπεδεύειν. οἱ μὲν οὖν λοχαγοὶ καὶ ταξίαρχοι τοὺς πρώτους ἐπέσπασαν, ὡς ἐμφαγόντας καὶ διαναπαυσαμένοις χρησόμενοι προθυμοτέροις· ὁ δὲ Τιμολέων, ἐπιπορευόμενος ἐδεῖτο ταῦτα μὴ ποιεῖν, ἀλλ' ἄγειν κατὰ πάντας, καὶ σπεύδειν τοῖς πολεμίοις ἀστρατάκτοις οὖσιν, ὡς εἰκὸς, ἄρτι παυομένοις ὁδοιποιίας, καὶ τοῦ σκιροῦ καὶ δεῖπνον ἀρόλους ὄντας. καὶ λέγων ἅμα ταῦτα, τὴν ἀσπίδα λαβὼν ἡγεῖτο πρῶτος, ὥστε φανερὸς νικῶν προδήλων· οἱ δὲ εἴποντο τεθαρρηκότες, ἔ-

E λαττον ἢ τριάκοντα σταδίους ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἀπέχοντες. ὡς δὲ καὶ τούτους διῆλθον, ὑπιπτήσουσιν αὐτοῖς παρεπομένοις καὶ φεύγουσιν, ὡς πρῶτον ἠθροῖτο προσιόντας. ὅθεν δὴ συμπρεσθήσαν μὲν οὐ πολλῷ πλείους τριακοσίων, ἑάλωσαν δὲ δὶς τοσοῦτοι ζῶντες· ἐλήφθη δὲ καὶ τὸ στρατόπεδον. οἱ δὲ Ἀδρανῖται τὰς πύλας ἀνοίξαντες προσέθεντο τῷ Τιμολέοντι, μετὰ φείκης καὶ θαύματος ἀπαγγέλλοντες ὡς ἐνισταμένης τῆς μάχης οἱ μὲν ἱερεῖς τοῦ νεὼ πυλῶνες αὐτόματοι ἀνεῳχθεῖεν, ὀφθείη δὲ τοῦ θεοῦ τὸ μὲν δόρυ σειόμενον ἐκ τῆς αἰχμῆς ἄκρας, τὸ δὲ πρόσωπον ἱδρῶτι πολλῷ ῥεόμενον. ταῦτα δὴ, ὡς ἔοικεν, οὐ τῷ τότε νικῶν ἐσήμαινε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς μετὰ ταῦτα πράξεις, αἷς ἐκεῖνος ὁ ἀγὼν ἄρχων εὐτυχῆ παρέσχεν. καὶ γὰρ πόλεις εὐθὺς ἐπιστρεσβευόμεναι προσετίθεντο τῷ Τιμολέοντι, καὶ Μάμερκος ὁ Κατανῆς τύραννος, πολεμιστὴς ἀνὴρ καὶ χρη-

F μάσιν ἐρρωμένος, ἔδωκεν αὐτὸν εἰς συμμαχίαν. τὸ δὲ μέγιστον, αὐτὸς Διονύσιος ἀπειρηκὼς ἤδη ταῖς ἐλπίσι,

καὶ μικρὸν ἀπολιπὼν ἀπολιορκεῖσθαι, τὸν μὲν Ἰκέτην κατε-
φρόνησεν ἀφρόνως ἀπιστήσας, τὸν δὲ Τιμολέοντα θαυμάζων,
ἔπεμψεν ἐκείνῳ καὶ Κορινθίοις τὴν βασιλείαν αὐτὸν καὶ τὴν ἀ-
κρόπολιν. δοξάσας δὴ ὁ Τιμολέων τὴν ἀνέλπιστον εὐτυχίαν,
ἀποστέλλει τοὺς περὶ Εὐκλείδην καὶ Τηλέμαχον ἄνδρας Κο-
ρινθίους εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ στρατιώτας τετρακοσίους, οὐχ ὁμοῦ
πάντας, οὐδὲ φανερῶς, (ἀδυνάτου γὰρ ἦν, ἐφορμούντων πο-
λεμίων) ἀλλὰ κρύφα καὶ κατ' ὀλίγους παρεισπεσόντας. οἱ μὲν
οὖν στρατιῶται παρέλαβον τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὰ τυραννεῖα μετὰ
τῆς βασιλικῆς, καὶ τῶν χρησίμων πρὸς τὸν πόλεμον. ἵπποι τε
γὰρ ἦσαν οὐκ ὀλίγοι, καὶ πᾶσα μηχανικὴ ἰδέα καὶ βελῶν
πλῆθος. ὅπλων δὲ ἀπέκειντο μυριάδες ἑβδομήκοντα τεθησαυ-
ρισμένων ἐκ παλαιοῦ, στρατιῶται δὲ διχίλιοι τῷ Διονυσίῳ
παρῆσαν, οὓς ἐκεῖνος, ὡς τἄλλα τῷ Τιμολέοντι παρέδωκεν.
αὐτὸς δὲ χρήματα λαβὼν καὶ τῶν φίλων τινὰς πολλοὺς, ἔλαθεν ἐκ-
πλεύσας τὴν Ἰκέτου καὶ κομισθεὶς εἰς τὸν τοῦ Τιμολέοντος στρα-
τόπεδον, τότε πρῶτον ἰδιώτης καὶ ταπεινὸς ὀφθεὶς, ὅτι μιᾶς νεὼς
καὶ χρημάτων ὀλίγων εἰς Κόρινθον ἀπεσάλη· γνωσθεὶς μὲν καὶ
τραφεὶς ἐν τυραννίδι τῇ πασῶν ὀνομαστοτάτῃ καὶ μεγί-
στῃ, καταχὼν δὲ ταύτην ἔτη δέκα, δώδεκα δὲ ἄλλα μετὰ
τὴν Διόνυσον στρατείαν, ἐν ἀγῶσι καὶ πολέμοις διαφορηθείς· ἃ
δὲ ἔπραξε τυραννῶν, οἷς ἔπαθεν ὑπερβαλόμενος. καὶ γὰρ ἐγὼ
ἐνηλίκων θανάτους, καὶ θυγατέρων καταπορνεύσεις παρθένων
ἐπεῖδε, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀδελφοῦ καὶ γυναῖκα, ζῶσαν μὲν, εἰς
τὸ σῶμα τὴν ἀσελγεστάτης ὑπὸ τῶν πολεμίων ἡδονὰς βιασθε-
νομενθεῖσαν, βίᾳ δὲ ἀποθανοῦσαν μετὰ τῶν τέκνων, καὶ καταπον-
τωθεῖσαν εἰς τὸν πέλαγος. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς περὶ Διόνυσον
ἀκριβῶς γέγραπται. τὸν δὲ Διονυσίου καταπλεύσαντος εἰς
Κόρινθον, οὐδεὶς ἐν Ἕλλησιν ὃς οὐχὶ θεασάμενος καὶ προσειπεῖν
ἐπόθησεν αὐτόν· ἀλλ' οἵ τε χαίροντες ὅτι ταῖς συμφοραῖς,
ἀμὰ μῖσος, ἄσμενοι συνῆλθον, οἷον ἐρριμμένον ὑπὸ τὸν τύ-
χης πατήσοντες· οἵ τε πρὸς τὴν μεταβολὴν βεπόμενοι
καὶ συμπαθοῦντες, ἐθεῶντο πολλὴν ἐν ἀσθενέσι τοῖς ἀνθρώ-
ποις καὶ προδήλοις τινὰ τῶν ἀδήλων αἰτιῶν καὶ θείων δυνάμιν.
οὐδὲν γὰρ οὔτε φύσεως ὁ τότε καιρὸς, οὔτε τέχνης, ὅσον ἐκεῖνο
τύχης ἔργον ἐπεδείξατο, τὸν Σικελίας ὀλίγον ἔμπροσθεν
τύραννον, ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντα περὶ τὴν ὀψοπωλίαν, ἢ
καθήμενον ἐν μυροπωλίῳ, πίνοντα κεκραμένον ἀπὸ τοῦ κα-
πηλείου, καὶ διαπληκτιζόμενον ἐν μέσῳ τοῖς ἀφ' ὥρας
ἐργαζομένοις γυναίοις· τὰς δὲ μουσουργοὺς ἐν τῇ ᾠδῇ δι-
δάσκοντα, καὶ περὶ θεατρικῶν ἀσμάτων ἐρίζειν σπουδάζοντα
πρὸς ἐκείνας περὶ μέλους ἁρμονίας. ταῦτα δὲ οἱ μὲν
ἄλλως ἀλύοντα, καὶ φύσει ῥάθυμον ὄντα καὶ φιλαχάλασον,
ᾤοντο ποιεῖν τὴν Διονύσιον· οἱ δὲ ὑπὲρ τοῦ καταφρονεῖν καὶ μὴ
φοβερὸν εἶναι τοῖς Κορινθίοις, μηδὲ ὕποπτον, ὡς βαρυνόμενον
τὴν μεταβολὴν τοῦ βίου, καὶ πραγμάτων ἐφιέμενον, ὑπιτη-
δεύειν, καὶ ὑποκρίνεσθαι παρὰ φύσιν πολλὴν ἀβελτηρίαν
ἐπιδεικνύμενον ἐν τῷ σχολάζειν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λόγοι τινὲς
αὐτοῦ μνημονεύονται, δι' ὧν ἐδόκει συμφέρεσθαι τοῖς παροῦσιν
οὐκ ἀγνῶς. τοῦτο μὲν γὰρ, εἰς Λευκάδα κατελθεὶς πόλιν ἀ-
ποικιζομένην ὑπὸ Κορινθίων, ὥσπερ τῶν Συρακουσίων, ταῦτ'
ἔφη πεπονθέναι τοῖς ἐν ἁμαρτήμασιν ἡγουμένοις τῶν νεανίσκων.
ὡς γὰρ οἰκεῖοι τοῖς μὲν ἀδελφοῖς ἱλαρῶς συνδιατρίβουσιν,
τοὺς δὲ πατέρας αἰσχυνόμενοι φεύγουσιν· οὕτως αὐτὸς αἰδού-
μενος τὴν μητρόπολιν, ἡδέως ἂν αὐτόθι μετ' ἐκείνων κατοικεῖν.

A quum tantum non obsidione expugnatus esset, Icetem fœdè fusum despexit: ad Timoleontem autem, quem habebat in admiratione, legatis missis, in fidem eius & Corinthiorum se arcemque permisit. Hanc prosperam tam inexpectatam fortunam Timoleon amplexus, Euclidem & Telemachum, ciues Corinthios, in arcem mittit cum militibus quadringentis, non simul omnibus neq; propalàm (quippe id fieri portum insidentibus hostibus non poterat) sed furtim & cateruatim irrepsere. Hi milites arcem & tyranni cum omni instrumento sedem atque cum rebus ad bellum
B necessariis acceperunt. Equorum ibi inuentus haud exiguus numerus, omnisque generis machinæ & telorum vis ingens. Armorum recondita erant LXX. millia, quæ fuerant ex longo tempore parata. Habebat insuper duo millia militum Dionysius, quos Timoleonti ille præter cætera tradidit. Ipse cum pecunia & paucis amicis in Timoleontis est castra clam Icete deuectus. Ac tunc primùm priuatus & demissus est visus, vnoq; nauigio cum modico pecuniæ Corinthum deportatus, qui in tyrannide natus fuisset & enutritus omnium clarissima & maxima, quam decem annos tenuerat, alios fuerat duodecim à bello per
C Dionem gesto certaminibus & bellis iactatus. Hic scelera sua superauit calamitatibus: filiorum enim adultorum funera, filias virgines conspexit constupratas, sororis eiusdemque coniugis obscœnissimis libidinibus ab hostibus violatum corpus, eam inde vi cum liberis peremptam & in altum demersam: quæ in Dionis historia sumus persequuti. Dionysium, postquam delatus Corinthum est, nemo fuit inter Græcos quin aspicere & appellare desideraret. Alii cladibus eius ex odio læti libenter eò concurrerunt, vt à fortuna
D velut præcipitatum conculcarent, alii inclinationem respicientes atque vicem eius dolentes, contemplabantur in rebus infirmis mortalium & manifestis exemplis obscurarum & diuinarum virtutem causarum. Nullum enim tantum vel naturæ ea tempestas vel artis, quantum illud fortunæ opus edidit, quæ illum ostendit paulò ante Siciliæ tyrannum, agentem cum muliere quæ exercebat popinam, vel in myropolio sedentem, bibentem ex cauponis dilutum, & altercantem in publico cum mulierculis, quæ formam quæstui habebant, psaltrias in cantibus docentem & circa cantilenas theatricas cum iis enixè de modorum
E digladiantem concentu. Hæc facere ideo Dionysium aliqui, quòd alias torpidus & ignauus sua sponte esset atque proteruus, existimabant: alii quò contemneretur, nec formidabilis Corinthiis foret vel suspectus, quasi grauiter ferret vicissitudinem vitæ, & dominandi cupiditate flagraret, magnamque affectasse & simulasse præter ingenium suum, atque ad otium fallendum præ se tulisse stoliditatem. Et quidem commemorantur nonnulla eius dicta quæ declararunt non tulisse eum præsentem fortunam abiectè. quod partim hinc intelligas, Leucadem delatus (quæ
F colonia erat, sicut Syracusæ, Corinthiorum) idem sibi ait quod adolescentibus qui peccassent vsuuenire: vt enim illi hilariter versantur cum fratribus, sed ex verecundia patrum conspectum fugiunt: ita rubore se vrbis quæ author originis suæ sit, libentem apud illos ibi mansurum.

Partim inde, quòd quum hospes quidam Corinthi de eius cum philosophis consuetudine, qua capiebatur in dominatu, asperius ei insultaret, rogaretque ad postremum, quémnam ex Platonis cepisset sapientia fructum, Nihilne (inquit) tibi profectus videmur à Platone assequuti, qui ita vices feramus fortunæ? Ad musicum Aristoxenum & certos alios qui quærebant vnde & quænam aduersus Platonem ei offensio extitisset, Tyrannis (inquit) cùm multis est referta malis, tum longè maximo, quòd nemo ex iis qui dicuntur amici, liberè loquatur. siquidem illorum se opera Platonis fuisse beneuolentia spoliatum. Quum quidam ex illis qui faceti volebant esse, ad ludibrium vestem, ingressus ad eum sicut ad tyrannum, excuteret, ridiculo in eum retorto, id facere eum iussit quum exiret à se, ne quid rerum suarum auferret. Philippo Macedoni sermonem inter pocula cauillosè inferenti de cantilenis & tragœdiis quas Dionysius maior reliquerat, atq; ambigere fingenti se quónam istas tempore illi vacasset facere, non inscitè occurrens Dionysius, Quo tempore (inquit) tu & ego atq; omnes qui videmur beati, compotationibus indulgebamus. At Plato qui iam decesserat, non vidit Corinthi Dionysium. Diogenes verò Sinopensis occurrens ei, Quàm indignè, inquit, agis Dionysi! Insistente illo ac dicente, Rectè Diogenes facis, quòd calamitatem nostram grauiter feras. Ibi Diogenes, Enimuerò (inquit) tu me vicem censes dolere tuam, nõ stomachari, tale mancipium quum sis, & dignus qui, sicut parens, in dominatu consenescens, spiritum deponas, quòd nobiscum hîc in ludis degas & deliciis? Vnde componenti mihi cum his Philisti voces, quas de Leptinis filiab. mittit plangens, ex magnis eas tyrannidis fortunis ad vitam recidisse sordidam, lamentationes videantur mulieris, alabastros, purpuram & aurum desiderantis. Atque hæc quidem non abhorrentia à vitarum descriptione, neque auditoribus inutilia non properantibus nec occupatis habenda existimaui. Quanquam verò asperitas Dionysii rerum est noua visa, non minus tamen fuit Timoleontis stupenda prosperitas: quippe quinquaginta diebus quàm applicuit in Siciliam, arcem Syracusanam in potestatem accepit, Dionysiumque in Peloponnesum misit. Vnde erecti Corinthii, duo millia peditum miserunt ei cum equitibus ducentis, qui Thurium vsque prouecti, quum transmissionem illinc obsidentibus mare magna classe Pœnis obstructam cernerent, necesse habuerunt, dum tempus expectant, ibi consistere. Hoc otio sunt ad pulcherrimum opus abusi. Quum Thurini arma inferrent Brutiis, vrbem sibi creditam magna integritate & fide custodierunt. At Icetes obsidebat arcem Syracusanam & frumentatione Corinthios prohibebat. Ad hæc duos milites externos ad interficiendum per insidias Timoleontẽ subornatos clàm misit Adranũ. Ille nec aliàs cingebat se statione armata, & tunc planè dei fiducia securè & citra vllam suspicionem feriabatur cum Adranitis. Qui missi fuerant, quũ fortè sacrificaturũ intellexissent, gladiis sub pallio succincti, in templum concesserunt, immistiq; circumsistentibus aram, sensim mouerunt propius.

A τοῦτο δὲ, ὁ Κορίνθῳ ξένου τινὸς, ἀγροικότερον εἰς τὰς μετὰ τῶν φιλοσόφων διατριβὰς, αἷς τυραννοῦν ἔχαιρεν, χλευάζοντος αὐτὸν; καὶ τέλος ἐρωτῶντος τί δὴ τῆς Πλάτωνος ἀπολαύσειεν σοφίας, Οὐδὲν (ἔφη) σοὶ δοκοῦμεν ὑπὸ Πλάτωνος ὠφεληθῆναι, τύχης μεταβολὰς οὕτω φέροντες; πρὸς δὲ τὸν μουσικὸν Ἀριστόξενον, καὶ τινας ἄλλους, πυθανομένους ὁπόθεν αὐτῷ καὶ τίς ἡ πρὸς Πλάτωνα γένοιτο μέμψις, Πολλῶν ἔφη κακῶν τὴν τυραννίδα μεστὴν οὖσαν; οὐδὲν ἔχειν τηλικοῦτον, ἡλίκον τὸ μηδένα τῶν λεγομένων φίλων μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι. καὶ γὰρ αὐτὸς ὑπὸ
B ἐκείνων ἀποστερηθῆναι τῆς Πλάτωνος συνουσίας. ἐπεὶ δὲ τῶν βουλομένων τὶς εὐφυὴς εἶ), σκώπτων τ' Διονύσιον ἐξέσειε τὸ ἱμάτιον εἰσιὼν πρὸς αὐτὸν, ὡς δὴ πρὸς τύραννον, ἀντισκώπτων ἐκεῖνος, ἐκέλευε τοῦτο ποιεῖν ὅτῳ ἐξίοι παρ' αὐτοῦ, μή τι τῶν ἔνδον ἔχων ἀπέλθοι. Φιλίππου δὲ τοῦ Μακεδόνος πρὸς πότον τινὰ λόγον μετ' εἰρωνείας ἐμβαλόντος περὶ τῶν μελῶν καὶ τῶν τραγῳδιῶν, ἃς ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος κατέλιπεν, καὶ πεπροσποιημένου διὰ πορείαν ἐν τινι χρόνῳ ταῦτα ποιεῖν ἐκεῖνος ἐρώτα, οὐ φαύλως ἀπιστήσας ὁ Διονύσιος, εἰπὼν, Ἐν ᾧ σὺ, κἀγὼ, καὶ πάντες οἱ μα-
C κάριοι δοκοῦντες εἶ), περὶ κώθωνα διετείβομεν. Πλάτων μὲν οὖν οὐκ ἐπεῖδεν ἐν Κορίνθῳ Διονύσιον, ἀλλ' ἔτυχεν ἤδη τεθνηκώς· ὁ δὲ Σινωπεὺς Διογένης ἀπαντήσας αὐτῷ πρῶτον, Ὡς ἀναξίως (ἔφη) Διονύσιε ζῆς· ὑπιστάντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος, Εὖ ποιεῖς, ὦ Διόγενες, συμπαθοῦμενος ἡμῖν τὴν τύχην. Τί γὰρ; (εἶπεν ὁ Διογένης) οἴει με σοι συναλγεῖν, οὐ διαγανακτεῖν, ὅτι τοιοῦτον δουλάποδον ὤν, καὶ τοῖς τυραννείοις, ὥσπερ ὁ πατὴρ, ὑπιτήδειος ἐγηρᾶσας ἀποθανεῖν, ἐν ταῦτα παίζων καὶ τρυφῶν διάγῃς μεθ' ἡμῶν; ὡς τέ μοι προσβάλλοντι τοῦτοις τὰς Φιλίστου φωνὰς,
D ἃς ἀφίησι περὶ τῶν Λεπτίνου θυγατέρων ὀλοφυρόμενος, ὡς ἐκ μεγάλων ἀγαθῶν τῶν τῆς τυραννίδος εἰς ταπεινὴν ἀφιγμένων δίαιταν, φαίνεσθαι θρῆνοις γυναικὸς, ἀλαβάστοις καὶ πορφύραις καὶ χρυσίᾳ πενθούσης. Ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἀλλότρια τῆς τῶν βίων διαγραφῆς, οὔτε ἄχρηστα δόξειν οἰόμεθα μὴ σπεύδουσι μήτε ἀσχολουμένοις ἀκροαταῖς. τῆς δὲ Διονυσίου δυστυχίας παράλογον φανείσης, οὐχ ἧττον ἢ Τιμολέοντος εὐτυχία τὸ θαυμαστὸν ἔχει. ὑπιβὰς γὰρ Σικελίας ἐν ἡμέραις πεντήκοντα, τήν τε ἀκρόπολιν τῶν Συρακουσίων παρέλαβεν, καὶ Διονύσιον εἰς Πελοπόννησον ἐξέπεμψεν. ὅθεν
E ὑπιῤῥωσθέντες οἱ Κορίνθιοι πέμπουσιν αὐτῷ διχιλίους ὁπλίτας, καὶ διακοσίους ἱππεῖς. οἱ κομισθέντες ἄχρι Θουρίων, τὴν ἐκεῖθεν φράττουσιν, ὑπὸ Καρχηδονίων πολλαῖς ναῦσι κατεχομένης τῆς θαλάσσης, ἄπορον ὁρῶντες, ὡς ἐν ἀνάγκῃ καιρὸν τριβόντες ἀξεμεῖν αὐτόθι, πρὸς κάλλιστον ἔργον ἀπεχρήσαντο τῇ σχολῇ. Θουρίων γὰρ τῶν ὑπὸ Βρεττίοις στρατευόντων τὴν πόλιν παραλαβόντες ὥσπερ πατρίδα, καθαρῶς καὶ πιστῶς διεφύλαξαν. ὁ δὲ Ἰκέτης τὴν μὲν ἀκρόπολιν τῶν Συρακουσῶν ἐπολιόρκει, καὶ σῖτον ἐκώλυεν εἰς πλεῖν τοῖς Κορινθίοις· Τιμολέοντι δὲ δύο ξένους παρασκευάσας δολοφονήσοντας
F αὐτὸν, ὑπὸ ἔπεμψεν εἰς Ἀδρανὸν, οὔτε ἄλλως περὶ τὸ σῶμα σωτεταγμένῳ ἔρρωμι φυλακῇ, καὶ τότε πανταχόθεν ἀμφὶ τὸν θεὸν ἀνειμένως καὶ ἀνυπόπτως σχολάζοντι μετὰ τῶν Ἀ-

δρανιτῶν. οἱ δὲ πεμφθέντες, κατὰ τύχην πυθόμενοι μέλλοντα θύειν αὐτὸν, ἦκον εἰς τὸ ἱερὸν ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ἐγχειρίδια κομίζοντες, καὶ τοῖς περιεστῶσι τὸν βωμὸν ἀναμιχθέντες, ἐγγυτέρω κατὰ μικρὸν ἐπεχείρουν·

καὶ ὅσον οὔπω παρακελευομένων ἀλλήλοις ἐπέρχεσθαι παίει τὶς αὐτῶν τὸν ἕτερον κατὰ τῆς κεφαλῆς ξίφει, καὶ πεσόντος, οὔθ' ὁ παίσας ἔμεινεν, οὔθ' ὁ μετὰ τοῦ πληθύος ἥκων, ἀλλὰ σκεῦος μὴ, ὥσπερ εἶχεν ὁ ξίφος, φεύγων, πρός τινα πέτραν ὑψηλὴν ἀπεπήδησεν· ἄτερος δ' τοῦ βωμοῦ λαβόμενος, ἄδειαν ἠτεῖτο παρὰ τοῦ Τιμολέοντος ὅτι τὰν πόνα μεμυσαν. καὶ λαβὼν, ἐμεμύσατο κατ' αὐτὸν καὶ κατὰ τοῦ τεθνηκότος, ὡς πεμφθεῖεν σκεῦος ἀποκτενοῦντες. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς πέτρας κατῆγον ἕτεροι, βοῶντα μηδὲν ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀνηρηκέναι δικαίως τὸν ἀνάθεμον ὑπὲρ πατρὸς τεθνηκότος, ὃν σκεῦος ἀπεκτονήκει πρότερον ἐν Λεοντίνοις. καὶ μαρτυρῶντας εἶχεν σκεῦος τῶν παρόντων, θαυμάζοντας ἅμα τὰ τύχης τὰ δύμηχανίαν, ὡς δι' ἑτέρων ἕτερα κινοῦσαν καὶ συνάγουσαν πόνα πόρρωθεν καὶ συγκαταπλέκουσαν, τοῖς πλεῖστον διαφέρειν δοκοῦσιν καὶ μηδὲν ἔχειν πρὸς ἄλληλα κοινὸν, ἀεὶ τοῖς ἀλλήλων χρῆται καὶ τέλεσι καὶ ἀρχαῖς. τὸν μὲν οὖν αὐθέντον ἐστεφάνωσαν οἱ Κορίνθιοι δέκα μναῖς, ὅτι τὰν φυλάττοντι δαίμονι τὸν Τιμολέοντα πάθος ἔχρησε δίκαιον, καὶ τὸν σκ πολλοῦ παρόντα θυμὸν αὐτῷ, πρότερον οὐ κατεμάλωσε, ἀλλὰ μετ' αἰτίας ἰδίας πρὸς τὶν σκείνου σωτηρίαν ἀπὸ τύχης διετήρησεν. ἡ δὲ εἰς τὸν παρόντα καιρὸν εὐτυχία, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ταῖς ἐλπίσιν ἐπῆρεν, ὁρῶντας ὡς ἱερὸν ὕδρα, καὶ σὺν θεῷ τιμωρὸν ἥκοντα τῇ Σικελίᾳ, τὸν Τιμολέοντα, σέβεσθαι καὶ φυλάττειν. ὡς δὲ ταύτης διήμαρτεν τῆς πείρας ὁ Ἰκέτης, καὶ πρὸς Τιμολέοντα πολλοὺς ἑώρα σκωψαμένους, μεμψάμενος αὐτὸς ἑαυτὸν ὅτι τηλικαύτης παρούσης τῆς Καρχηδονίων δυνάμεως, ὥσπερ αἰχμωλόμενος αὐτῇ κατὰ μικρὰ χρῆται, καὶ λάθρα κλέπτων καὶ παρεισάγων τὶν συμμαχίαν, μετεμέμπετο Μάγωνα τὸν στρατηγὸν αὐτῶν μετὰ τοῦ στόλου πάντος. ὁ δὲ εἰσέπλει φοβερὸς ναυσὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, καταλαμβάνων τὸν λιμένα, πεζὸν δὲ μυριάδας ἓξ ἀποβιβάζων καὶ κατασκηνοπεδεύων ἐν τῇ πόλει τῶν Συρακουσίων. ὥστε πάντας οἴεσθαι τὶν πάλαι λεγομένην καὶ προσδοκωμένην σκυβαρβάρωσιν ἥκειν ὅπὶ τὰν Σικελίαν. οὐδέποτε γὰρ Καρχηδονίοις ὑπῆρξε πρότερον, μυρίους πολεμήσασι πολέμους ἐν Σικελίᾳ, λαβεῖν τὰς Συρακούσας· ἀλλὰ τότε δεξαμένου τὸν Ἰκέτου καὶ παραδόντος, τὸν ὁρᾶν τὰν πόλιν στρατόπεδον βαρβάρων οὖσαν. οἱ δὲ τὰν ἀκρόπολιν τῶν Κορινθίων κατέχοντες, ὀπισθαλῶς καὶ χαλεπῶς ἀπήλλαττον, δόξης μὲν ἰσχυρᾶς οὐκ ἐπὶ παρούσης, ἀλλὰ σκυθρωποὶ, διὰ τὸ φρουρεῖσθαι τοὺς λιμένας, ἀεὶ ἐν ἀγῶσι καὶ μάχαις πρὸς τὰ τείχη, καὶ πρὸς πᾶν μηχάνημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἰδέαν πολιορκίας μείζοντες αὐτούς. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Τιμολέων παρεβοήθει σῖτον ἐκ Κατάνης μικραῖς ἁλιάσι καὶ λεπτοῖς ἀκατίοις ἀποστέλλων, ἃ μάλιστα χειμῶνι παρεισέπιπτον διὰ τῶν βαρβαρικῶν τειχῶν, ὑποπορθούμενα πρὸς τὰν κλύδωνα καὶ τὰν σάλον, σκείνων διϊσταμένων. ἃ δὴ σκοποῦντες οἱ περὶ τὰν Μάγωνα καὶ τὸν Ἰκέτην, ἐβούλοντο τὶν Κατάνην ἑλεῖν, ἐξ ἧς ἔπλει τὰ ὀπιτήδεια τοῖς πολιορκουμένοις, καὶ λαβόντες τῆς δυνάμεως τὶν μαχιμωτάτην, ἐξέπλευσαν ἐκ τῶν Συρακουσῶν. ὁ δὲ Κορίνθιος Λέων, (οὗτος γὰρ ἦν ἄρχων τῶν πολιορκουμένων) καταιδὼν ἀπὸ τῆς ἄκρας τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν πολεμίων ἀργῶς καὶ ἀμελῶς φυλάττοντας, ἐξαίφνης ἐπέπεσε διεσπαρμένοις αὐτοῖς· καὶ τοὺς μὲν ἀνέλων, τοὺς δὲ τρεψάμενος, ἐκράτησε καὶ κατέσχε τὶν λεγομένην Ἀκραδίνην·

A Tantum non his mutuò ad inuadendum eum cohortantibus, quidam alterum eorum gladio secundum caput vulnerat. Quo prolabente, nec percussor restitit, nec socius saucii, sed ille gladium tenens ad rupem quandam profugit editam. Alter ara apprehensa, indicium totius rei professus, fidem dari sibi petiit. Qua data, indicauit se & illum qui fuerat occisus, ad ipsum interficiendum missos. Interea illum à rupe alii retraxerunt vociferantem nihil commeritum se, iure occiso illo homine patri parentasse defuncto, quem prius in Leontinis interemerat ille testeque ex corona nonnullos citauit stupentes artificium fortunæ, quæ aliorum ministerio alia moueat, atque omnia, quanuis remota, connectat & complicet iis quæ plurimùm videntur diffidere, nec communione inter se sociata vlla, atque assiduè illis ita mutuò vtatur, vt vicissim alterius finis primordium sit alterius. Corinthii huic homini præmium decem minas donauerunt, quòd deo Timoleontis tutelari iustam iram suam commodasset, nec antè inueteratam illam simultatem effudisset, verùm cum priuata causa sua forte fortuna reseruasset ad illius salutem. Præsens felicitas spem quoque in futurum erexit spectatorum, vt velut sanctum virum & ad vindicandam Siciliam à deo missum venerarentur ac custodia sepirent. Vbi hic conatus fefellit Icetem, multos autem ille ad Timoleontem videt deficere, reprehendit semetipse quòd tanta manus quum præstò esset Pœnorum, vteretur ea quasi verecundia carptim, qui clàm & furtim auxilia introduceret. Itaque ducem eorum Magonem cum tota classe acciuit. Ille magno cum terrore inuectus portum est, atque centum quinquaginta nauibus eum occupauit, peditum sexaginta millia exposuit in terram, castra in vrbe Syracusana locauit, vt omnes decantatam olim & denuntiatam, quæ occupatura Siciliam esset, existimarent iam adesse barbariem. Nunquam enim Carthaginensibus antè copia fuerat, sexcentis in Sicilia gestis bellis, Syracusarum potiundi. Tunc verò recipiente eos Icete & tradente vrbem, illam videres castra esse barbarorum. Corinthii autem, qui arcem insidebant, in ancipiti periculo & graui malo versabantur: quippe copia non erat iis necessariorum, sed laborabant iam, quod septi portus stationibus essent, commeatus difficultate, cogebanturque in continuis certaminibus & pugnis ad tuendos muros, qui omni genere machinamentorum atque artis oppugnabantur, partiri se. Verùm subsidium ferebat Timoleon, frumentum Catana submittens paruis piscatoriis nauibus minutisque acatiis, quæ tempestatibus potissimùm per medias barbarorum naues euadebant in arcem, quum illas vndæ & fluctus dispelleret, occultè permeantia. Quibus animaduersis Mago & Icetes, Catanam, vnde supportabãtur obsessis necessaria, deliberauerunt capere, & cum fortissimis copiis soluerunt Syracusis. At Corinthius Leon, obsessorum præfectus, hostes qui relicti erant ex arce contemplatus solutè & securè stationes seruare, repentè dissipatos adortus est, quorum partim cæsis, partim fugatis, potitus est, & occupauit Acradinam appellatam.

almer.

Ea vrbis Syracusanæ, quæ quodammodo ex pluribus composita & constructa est vrbibus, munitissima pars & inuiolatissima habebatur. Magnam ibi vim frumenti & pecuniæ nactus, locum hunc non deseruit, neque retrò se in arcem recepit, sed obseptis Acradinæ mœnibus, & commissa munitione, cum arce tutatus eam est. Mago autem & Icetes iam prope Catanam venerant, quum eos assequutus ex Syracusis eques, captam annuntiat Acradinam. Qui confusi citato cursu, rapuerunt retrò agmen, quum neque cepissent eam ad quam profecti erant, neque quam tenebant, seruassent. Cæterùm prouidentiæ hæc & virtuti disceptationem nonnullam cum fortuna præbent: quod verò insequutum est, videtur potissimùm benignitati referendum acceptum fortunæ. nam milites Corinthii, qui Thurii agebant, quum hinc formidarent Carthaginensium classem quæ cum Hannone asseruabat ipsos, hinc multos iam dies mare ventis sæuiret, perrexerunt pedibus per Brutios proficisci, Rhegiumque qua barbarorum voluntate, qua vi, graui adhuc pelagi procella, peruenere. At classis Punicæ præfectus, quum nec expectaret Corinthios, & nequicquam ratus est eos desidere, persuadens sibi acutum cōmentum se & perquam callidum excogitauisse, coronas imperat nautis sumere, naues clypeis Græcis & Phœniciis ornat, atque ita versus Syracusas contendit, præuectusque arcem cum strepitu, plausu, & risu, quò perculsos redderet obsessos, Corinthios clamauit se modò traiicientes fudisse mari & cepisse. Dum ille has nugas & præstigias agit, Corinthii, qui ex Brutiis peruenerant Rhegium, vbi nulla mari custodia fuit, & venti qui prodigiosè ceciderant, tranquillum aspectu & lenem præbuerunt transitum, properè conscenderunt pontones & naues piscatorias, quæ ad manum erant: atque in Siciliam tam tutò tantaque transmiserunt tranquillitate vt equos iuxta nauigia nantes traherent habenis. Qui vt omnes iam traiecerunt, atque ad Timoleontem peruenerunt, extemplo is potitus est Messana, ac signa Syracusas mouit, fortuna sua rebusque gestis plus quàm copiis fretus: neque enim plus quatuor millibus militum habebat secum. Aduentu eius nuntiato, perculsus terrore, Mago in suspicionem maiorem ex huiuscemodi occasione est delapsus. In vadis limosis iuxta vrbem, quæ copiosam ex fontibus aquam dulcem, copiosam etiam ex paludibus & fluminibus in mare delabentibus accipiunt, magna vis anguillarum pascitur, largaque semper captura cuiuis suppeditat. Has vtriusque partis mercenarii milites per otium & inducias vnà venabantur. Qui Græci quum essent, nec causam inuicem habebant priuatarum simultatum, dimicabant in certaminibus fortiter, per inducias congrediebantur colloquebanturque. Ac tum in piscando occupati, sermones inter se serebant, mirantes maris illius indolem & loca circa egregiè comparata. Hîc vnus ex iis qui in præsidiis Corinthiorum erant, Atqui tam amplam, inquit, & tam multis decoratam dotibus vrbem in extremam barbariem redigere vos qui Græci estis, laboratis, teterrimosque & immanissimos reddere magis nobis affines Carthaginienses:

A ὁ κράτιστον ἐδόκει καὶ ἀθραυστότατον τῶν ἀρχῶν τῶν Συρακουσίων μέρος πόλεως, ὅπου τινὰ συνκειμένης καὶ συνηρμοσμένης ἐκ πλειόνων πόλεων. ἀπορήσας δὲ καὶ σίτου καὶ χρημάτων, οὐκ ἀφῆκε τὸν τόπον, οὐδὲ ἀνεχώρησε πάλιν ὅθεν τὴν ἄκραν, ἀλλὰ φρουρήσας τὸν περίβολον τῶν Ἀκραδινῶν, καὶ συνάψας τοῖς ἐρύμασι πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, διεφύλαττε: τοὺς δὲ περὶ τὸν Μάγωνα καὶ τὸν Ἰκέτην εἰσὶν ἤδη τῶν Κατανῶν ὄντας, ἱππεὺς ἐκ Συρακουσῶν καταλαβών, ἀπήγγειλε τὴν ἅλωσιν τῶν Ἀκραδινῶν. καὶ συνταραχθέντες ἀνεχώρησαν μετὰ τάχους, ὅτε λαβόντες ἐφ' ὃν ἐξῆλθον, ὅτε φυλάξαντες ὃν εἶχον. ταῦτα μὲν

B ἂν ἐπὶ τῇ προνοίᾳ καὶ ἀρετῇ δίδωσιν τινα πρὸς τὸν τύχην ἀμφισβήτησιν· ὃ δὲ ὅθεν τοῖς γενομένοις, πανταπάσιν ἔοικε συμβιβᾶν κατ' εὐτυχίαν. οἱ γὰρ ἐν τοῖς Θουρείοις διατρίβοντες στρατιῶται τῶν Κορινθίων, ἅμα μὲν δεδιότες τὰς Καρχηδονίων τριήρεις, αἳ παρεφύλαττον αὐτοὺς μετ' Ἄνωνος, ἅμα δὲ ἐφ' ἡμέρας πολλὰς ἐξηγειωμένης ὑπὸ πνεύματος τῆς θαλάσσης, πεζῇ διὰ Βρετίων ὥρμησαν πορεύεσθαι· καὶ τὰ μὲν πείθοντες, τὰ δὲ βιαζόμενοι τοὺς βαρβάρους, εἰς Ῥήγιον κατέβαινον, ἔτι πολὺ χαλεπὸν τὸ πελάγους ἔχοντος. ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος, ὡς οὐ προσεδόκα τοὺς Κορινθίους, καὶ μάτην ὤετο καθῆσθαι, πείσας αὐτὸς ἑαυτὸν νενοηκέναι τι τῶν σοφῶν καὶ πανούργων πρὸς ἀπάτην, στεφανώσας τοὺς ναύτας κελεύσας, καὶ κοσμήσας τὰς τριήρεις ἀσπίσιν Ἑλληνικαῖς καὶ

C Φοινικίσιν, ἔπλει πρὸς τὰς Συρακούσας· καὶ τῷ δὲ τῷ ἀκρόπολιν χρώμενος ῥοθίῳ μετὰ κρότου καὶ γέλωτος, ἐβόα τοὺς Κορινθίους ἥκειν νενικηκὼς καὶ κεχρωμένος, ἐν τῇ θαλάττῃ λαβὼν διαπλέοντας, ὡς δή τινα δυσθυμίαν τοῖς πολιορκουμένοις παρέξων. ἐκείνου δὲ ταῦτα λεγομένου καὶ φενακίζοντος, ἐκ τῶν Βρετίων καταβεβηκότες οἱ Κορίνθιοι εἰς τὸ Ῥήγιον, ὡς οὐδεὶς παρεφύλαττεν, καὶ τὸ πνεῦμα κατεσβεσμένον πα-

D ρεκάλουν, ἀκύμονα τὸν πόρον ἰδεῖν καὶ λεῖον παρεῖχεν, ταχὺ πληρώσαντες τὰ πορθμεῖα καὶ τὰς ἁλιάδας τὰς παρούσας ἀνήγοντο, καὶ διεκομίζοντο πρὸς τὴν Σικελίαν, οὕτως ἀσφαλῶς καὶ μετὰ τοσαύτης γαλήνης ὥστε τοὺς ἵππους πρὸς τὰ πλοῖα προσαγομένους ἐκ ῥυτήρων ἐφέλκεσθαι. προσιόντων δὲ πρώτων ὁ Τιμολέων δεξάμενος αὐτοὺς, τήν τε Μεσσήνην εἶχεν, καὶ σημαίνων ἐβάδιζεν ὅθεν τὰς Συρακούσας, οἷς εὐτύχει καὶ κατώρθου μᾶλλον ἢ τῇ δυνάμει πεποιθώς. οὐ γὰρ ἦσαν οἱ σὺν αὐτῷ πλείους τετρακισχιλίων, ἀγγελλομένης δὲ τὴν ἐφόδου τῷ Μάγωνι, θορυβούμενος καὶ δεδοικώς, ἔτι

E μᾶλλον εἰς ὑποψίαν ἦλθεν, ἐκ τοιαύτης προφάσεως· ἐν τοῖς περὶ τὴν πόλιν τενάγεσι πολὺ μὲν ἐκ κρηνῶν πότιμον ὕδωρ, πολὺ δὲ ἐξ ἑλῶν καὶ ποταμῶν καταῤῥεόντων εἰς τὴν θάλατταν δεχομένοις, πλῆθος ἐγχέλεων νέμεται, καὶ θαυμάσια τὴν ἄγρας τοῖς θέλοντοις ἀεὶ πάρεστιν· ταύτας οἱ παρ' ἀμφοτέρων μισθῷ στρατευόμενοι, σχολῆς οὔσης καὶ ἀποχῶν, συνεθήρευον· οἷα δὲ Ἕλληνες ὄντες, καὶ πρὸς ἀλλήλους οὐκ ἔχοντες ἰδίων ἀπεχθειῶν πρόφασιν, ἐν μὲν τῇ μάχαις διεκινδύνευον ἐρρώστως, ἐν δὲ τῇ ἀποχαῖς προσφοιτῶντες ἀλλήλοις διελέγοντο. καὶ τότε κοινὸν περὶ τὴν ἁλιείαν ἔχοντες ἔργον, ἐν λόγοις ἦσαν, θαυμάζοντες τὴν θα-

F λάσσης τὴν φύσιν, καὶ τῶν χωρίων τὴν κατασκευήν. καί τις εἶπε τῶν δὲ τοῖς Κορινθίοις στρατευομένων, Τοσαύτην μὲν τοι τὴν πόλιν τὸ μεγέθος, καὶ τοσούτοις ἐξησκημένην καλοῖς ὑμεῖς Ἕλληνες ὄντες ἐκβαρβαρῶσαι προθυμεῖσθε, τοὺς κακίστους καὶ φονικωτάτους Καρχηδονίους ἐγγυτέρω καθιστάντες ἡμῶν,

„ πρὸς οὓς ἔδει πολλὰς δύναθαι Σικελίας προσκεῖσθαι τῆς
„ Ἑλλάδος. ἢ δοκεῖ τε τούτοις στρατὸν ἀγείραντας ἀπὸ στηλῶν
„ Ἡρακλείων καὶ τῆς Ἀτλαντικῆς ἥκειν θαλάττης δοῦναι, κιν-
„ δυνεύσοντας ὑπὲρ τῆς Ἰκέτου δυναστείας; ὃς εἰ λογισμὸν εἶ-
„ χεν ἡγεμόνος, οὐκ ἂν ἐξέβαλε τοὺς πατέρας, οὐδ' ἔπηγε τῇ πα-
„ τρίδι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ καὶ τιμῆς καὶ δυνάμεως ἐτύγχανεν
„ ὅσης προσῆκε, Κορινθίοις καὶ Τιμολέοντα πείσας. τοῦτον τοὺς
λόγους οἱ μισοθόροι διεθέσθαν ὑπὸ τῷ στρατοπέδῳ, καὶ παρέ-
σχον ὑποψίαν τῷ Μάγωνι προδίδοσθαι, χρήζοντι πάλαι
προφάσεως. διὸ καὶ δεομένου τοῦ Ἰκέτου παραμένειν, καὶ διδά-
σκοντος ὅσῳ βελτίονες εἰσὶ τῶν πολεμίων, μᾶλλον οἰόμενος ἀρε-
τῇ καὶ τύχῃ λείπεσθαι Τιμολέοντος ἢ πλήθει δυνάμεως ὑπο-
χάλκου, ἄρας εὐθὺς ἀπέπλευσεν εἰς Λιβύην· αἰσχρῶς κατ'
οὐδένα λογισμὸν δυνηθέντων ἐκ τῶν χειρῶν ἀφεῖς Σικελίαν.
τῇ δ' ὑστεραίᾳ παρῆν ὁ Τιμολέων· ὅτι μάχην συντεταγμέ-
νος. ὡς δὲ τὴν φυγὴν ἐπυνθάνετο, καὶ τὴν ἐρημίαν ἑώρων τῶν νεω-
ρίων, γελᾶν ἀεὶ τοῖς ἐπιθεῖν τὴν δυναστείαν τοῦ Μάγωνος· καὶ προεῖπον-
τες ἐκήρυττον ἐν τῇ πόλει μισθὸν τῷ φήσαντι τὸν Κορ-
χηδονίων στόλον ὅπῃ σφᾶς ἀποδεδράκεν. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦ
Ἰκέτου φιλοματρώτου ὄντος, καὶ τὴν λαβὴν τοῦ προεστῶτος τῆς πό-
λεως, ἀλλὰ ἐμπεφυκότος οἷς κατεῖχε μέρεσι, καρτεροῖς οὖσι καὶ
δυσπροσβάτοις, διελὼν ὁ Τιμολέων τὴν δυνάμιν, αὐτὸς μὲν, ἢ
βιαιότατον ἦν τὸ δεῦρο τοῦ Ἀνάπου προσέβαλλεν, ἄλ-
λους δ' ἐκ τῆς Ἀκραδίνης ἐκέλευεν ὅπῃ χειρεῖν, ὧν Ἰσίας ἡ-
γεῖτο ὁ Κορίνθιος. τοὺς δὲ τρίτους ὑπῆγεν ὅπῃ τὰς Ἐπιπολὰς
Δείναρχος καὶ Δημάρετος, οἱ τὰς ὑστάτας ἀγαγόντες ἐκ Κορίν-
θου βοήθειαν. ἅμα δὲ καὶ πανταχόθεν τὰ ἐφόδου γενομένης, καὶ τῶν
περὶ τὴν Ἰκέτου δυναστευόντων καὶ φευγόντων, ὃ μὲν ἁλόντας
τὴν πόλιν κατ' ἄκρας, καὶ γενέσθαι ταχέως ὑποχείριον, ἐκπε-
σόντων τῶν πολεμίων, δίκαιον νομίσαντα τῆς μαχομένων ἀνδρα-
γαθίᾳ καὶ τῇ δεινότητι τοῦ στρατηγοῦ· ὃ δὲ μηδὲ ἀποθανεῖν τι-
να, μήτε βωθοῦντα τῶν Κορινθίων, ἴδιον ἔργον αὐτῆς ἡ Τιμο-
λέοντος ἐπεδείξατο τύχη, καθάπερ ἀγαμιλλωμένη πρὸς τὴν
ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἵνα τῶν ἐπαινούντων αὐτοῦ τὰ κατορθώματα
μᾶλλον οἱ παρόντες θαυμάζωσιν. οὐ γὰρ μόνον Σι-
κελίαν πᾶσαν οὐδὲ Ἰταλίαν εὐθὺς ἡ φήμη κατέχει, ἀλλ' ἡ-
μέρων ὀλίγων ἡ Ἑλλὰς διήκει τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος·
ὥστε τὴν τῶν Κορινθίων πόλιν ἀπιστοῦσαν εἰ ἀναπέπλευ-
κεν ὁ στόλος, ὁμοῦ καὶ σεσωσμένους, καὶ νενικηκότας ἀκούειν τοὺς
ἄνδρας. οὕτως εὐρόησαν αἱ πράξεις, καὶ τοσούτῳ κάλλει τῶν
ἔργων τὸ τάχος ἡ τύχη προσέθηκεν. γενόμενος δὲ τῆς ἄκρας
κύριος, οὐκ ἔπαθε Διόνι ταὐτὸ πάθος, οὐδὲ ἐφείσατο τοῦ τό-
που διὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν πολυτέλειαν τῆς κατασκευῆς,
ἀλλὰ τὴν ἐκείνον ἀναβαλοῦσαν εἶτ' ἀπολέσασαν ὑποψί-
αν φυλαξάμενος, ἐκήρυξε τῶν Συρακουσίων τὸν βουλόμενον παρεῖναι μετὰ σιδήρου, καὶ συνεφάπτεσθαι καταστρεφομένων τῶν τυραννικῶν ἐρυμάτων. ὡς δὲ πάντες ἀνέβησαν, ἀρχὴν ἐλευθερίας ποιησάμενοι βεβαιοτάτην τὸ κήρυγμα καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, οὐ μόνον τὴν ἄκραν, ἀλλὰ καὶ τὰς οἰκίας καὶ τὰ μνήματα τῶν τυράννων ἀνέῳξαν καὶ κατέσκαψαν. εὐθὺς δὲ τὸν τόπον συνομαλύνας, ἐνῴκοδόμησε τὰ δικαστήρια, χαριζόμενος τοῖς πολίταις, καὶ τῆς τυραννίδος ὑπόμνημα ποιῶν τὴν δημοκρατίαν. ἐπεὶ δὲ τὴν πόλιν ἑλὼν οὐκ εἶχε πολίτας, ἀλλὰ τῶν μὲν ἐν τοῖς πολέμοις καὶ πάσῃ στάσει διαφθαρέντων, τῶν δὲ τὰς τυραννίδας φυγόντων, ἡ μὲν ἐν Συρακούσαις ἀγορὰ,

A contra quos optandum sit, multæ vt essent pro Græcia obiectæ Sicilię. An vos existimatis exercitu hos vsque à columnis Herculis excitato & à mari Atlantico huc pergere, vt pro Icetis depugnent dominatu? qui si cogitationem suscepisset vllam ducis, non expulisset authores originis suæ, neque in patriam suam inuexisset hostes, verùm si Corinthiis se & Timoleonti probasset, etiam honores & opes esset meritas consequutus. Peruaserunt hæ voces castra, quærentique iamdiu obtentum Magoni, suspicionem præbuerunt prodi se, ita obsecrante vt maneret Icete, docenteq; hostibus quanto præstent, virtute magis & fortuna Ti-
B moleonti ratus se concedere, quàm superare eum copiarum numero, confestim in Africam vela facit, Sicilia nullo humano consilio fœdè de manibus proiecta. Postero die aderat cum instructa acie Timoleon. Vt fugam didicerunt, & solitudinẽ viderunt portus, non potuerunt non ridere Magonis ignauiam, ac præmia per vrbem pronuntiauerunt ei qui indicaret quò ipsis se classis Punica subduxisset. At verò quum nondum fractus Icetes esset, neque amitteret de manibus vrbem, sed inhæreret partibus quas tenebat, firmis nec promptis oppugnatu: distributis copiis Timo-
C leon asperrimam partem, qua præterfluit Anapus, adoritur, alios iubet Acradinam aggredi, quos Corinthius Isias ducebat, tertios ad Epipolas tentandas ducunt Dinarchus & Demaretus, qui nouissima subsidia adduxerant Corintho. Quum esset vndique impressio facta, prostratus Icetis miles & in fugam est auersus. Hic, quòd vi expugnata vrbs fuerit, & citò profugientibus hostibus in potestatem venerit, id iure cùm militum virtuti, tum consilio attribuas ducis: at quòd nemo ceciderit, nemo vulnus acceperit Corinthiorum, hoc proprium esse suum o-
D pus fortuna Timoleontis, quasi cum virtute eius contendens, ostendit, vt qui hoc audiant, celebrent felicitatem eius quàm virtutem impensius. Neque enim confestim per totam solùm Siciliam & Italiam hic perlatus rumor est, sed & paucis diebus victoria hac tota personauit Græcia. Itaque ciuitas Corinthiorum, quæ nondum crediderat delatam in Siciliam, classem, simul & incolumes esse & victores accepit. Vsque adeo fuit cursus rerum secundus, tantamque rerum gestarum splendori attexuit celeritatem fortuna. Quum in manu sua Timoleon arcem
E teneret, non fecit idem ac Dion, neque ob pulchritudinem & operis magnificentiam pepercit loco, sed declinans eam, illum quæ lacerauerat & perdiderat, suspicionem, pronuntiauit per præconem vt Syracusani, quibus videretur, cum ferro adessent, adiuuarentq; ad demolienda pręsidia tyrannica. Vbi omnes ascendêre, rudimenta libertatis certissima illud edictum & illum rati diem, non arcem modò, sed tecta quoq; & monumenta exciderunt atque diruerunt tyrannorum. Mox quo gratificaretur ciuibus, validioremque tyrannide efficeret libertatem popularem, aream
F complanauit, eique forum iudiciale imposuit. Capta iam vrbe quum deficeretur ciuibus, quòd partim per bella & seditiones occubuissent, partim refugissent tyrannos, vnde forum Syracusis

desertum adeo extulerat copiosam & densam materiam, vt equi ibi pascerentur quiescentibus in herba equisonibus, cætera oppida, præter admodum pauca, ceruorum & aprorum erant lustra: in suburbiis & circa mœnia per otium venabantur crebro, nemo in arcibus & præsidiis habitantium sustinebat adire vrbem, sed horror omnes & odiũ tenebat fori, reipub. suggesti, ex quibus pleriq; extitissent tyranni. Timoleonti & Syracusanis visum est scribere ad Corinthios, vt colonos Syracusas ex Græcia mitterent, alioquin agrum cultoribus relinquendum vacuum esse, & graue se ex Africa bellum expectare, quod allatum esset Carthaginenses Magonis, qui sibi ipse mortem consciuerat, in crucem corpus egisse, ob præturam offensos male gestam, & magnum delectum habere vt æstate proxima in Siciliam traiiciant. His à Timoleonte allatis litteris, simulq; præsentibus Syracusanorum legatis, qui orabant susciperent ciuitatis curam, fierentq; de integro eius conditores, non respexerunt Corinthii res priuatas, neq; sibi eam vrbem vendicauerunt, sed primum ad sacra ludicra per Græciam & ad celeberrima concilia missis legatis, pronuntiari per præcones iusserunt, Corinthios prostrata Syracusis tyrannide & eiecto tyranno, vocare Syracusanos Siculosque alios omnes vt liberi & immunes suis legibus vrbem colant, & agrum æquis conditionibus partiantur. Hinc dimissis per Asiam & insulas nuntiis vbi maximam partem acceperant exulum dilapsam consedisse, inuitauerunt omnes Corinthum vt venirent, præsidium, & naues, & duces, qui secure eos Syracusas vsq; deducant, Corinthios suis impensis præbituros. His pronunciatis, meritissimam & pulcherrimam retulit illa ciuitas laudem & gloriam, quod à tyrannis liberaret, à barbaris tueretur, ciuibus restitueret prouinciam. Qui Corinthum conuenere, quia minor erat eorum numerus, instituerunt vt ex Corintho & reliqua Græcia adscriberent sibi coloni. Quum ad decem millia effecissent, nauigauerunt Syracusas. Iam ex Italia quoq; & ex Sicilia concurrerant ad Timoleontem frequentes. Vt sexaginta millium expleuit numerum, vt est Athanes autor, diuisit iis agrum, ædificia mille talentis distraxit, simul relinquens veteribus Syracusanis ius sua redimendi & facultatem populo comparans pecuniæ, ita inopi, cum ad alia tum ad bellum, vt statuas etiam venundarent. Ferebatur de vnaquaque suffragium, instituebaturque accusatio, sicut hominum à quibus ratio reposcitur rerum gestarum. Referunt autem nonnulli Gelonis prisci tyranni statuam Syracusanos damnatis aliis conseruasse, victoriæ causa, qua apud Himeram fuderat Pœnos, illum celebrantes atque honorantes. Dum ita recreatur ciuitas, & confluentibus in eam vndique ciuibus frequentatur, cupiens Timoleon cæteras quoque vrbes in libertatem restituere & excindere semel ex Sicilia dominatus, ducto in fines earum exercitu, Icetem desciscere compulit à Carthaginensibus, ac fœdus secum pacisci, vt arces disturbaret, & in Leontinis ageret priuatus. Leptini Apollòniæ & oppidulorum nonnullorum aliorum tyranno,

A δι' ἐρημίαν, οὕτω πολλὴν καὶ βαθεῖαν ἐξέφυσεν ὕλην, ὥστε τοὺς ἵππους ἐν αὐτῇ κατεσκέμεσθαι, τὰ ἱππωνύμια ἐν τῇ χλόῃ καταχειμαζόντων· αἱ δὲ ἄλλαι πόλεις, πλὴν πάνυ τελέως ὀλίγων, ἐλάφων ἐγίνοντο μεστὰι καὶ συῶν ἀγρίων· ἐν δὲ τοῖς προαστείοις καὶ περὶ τὰ τείχη πολλάκις οἱ χαλεπῶν ἄγοντες σκοπιὰς ἐπεπόνουν· οὐδὲ εἷς τὰ ἐν τοῖς ἐρύμασι καὶ φρουρίοις κατοικούντων, οὐδὲ κατέβαινον εἰς τὴν πόλιν, ἀλλὰ φόβος καὶ μῖσος εἶχε πάντας ἀρχῆς καὶ πολιτείας καὶ βήματος, ἐξ ὧν ἀνέφυσαν αὖθις οἱ πλείστοι τὰ τυράννων· ἔδοξε δὴ Τιμολέοντι καὶ τοῖς Συρακουσίοις γράψαι πρὸς τοὺς Κορινθίους ὅπως πέμψωσιν οἰκήτορας εἰς τὰς Συρακούσας ἐκ τῆς Ἑλλάδος. ἅτε γὰρ χώραν χαλεπὴν ἔμελλεν, καὶ πολὺν πόλεμον ἐκ Λιβύης προσδέχοιτο, πιεσθαινόμενοι τοὺς Καρχηδονίους, τοῦ μὲν Μάγωνος ἑαυτὸν ἀνελόντος δυέσαυρωκέναι τὸ σῶμα, ἐξ οὗ τὸν στρατηγίαν ὀργισθέντας· αὐτοὺς δὲ συνάγειν μεγάλην δύναμιν, ὡς ἔτους ὥρᾳ ἐμβησομένους εἰς Σικελίαν. τὰ δὲ γραμμάτων τούτων ἔτι δὲ Τιμολέοντος κομιζόντων, καὶ πρέσβεων ἅμα παρόντων Συρακουσίων, καὶ δεομένων ὅπως μεληθῶσι τῆς πόλεως, καὶ γένοιτο πάλιν ἐξ ἀρχῆς οἰκισταί, οὐκ ἤρπασαν οἱ Κορίνθιοι τὴν πλεονεξίαν, οὐδὲ ἐποίησαν αὐτοῖς τὴν πόλιν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, θύοντες τοῖς ἱεροῖς ἀγῶνας Ἑλλάδι, καὶ τὰς μεγίστας τῶν πανηγύρεων, ἀπηγόρευον διὰ κηρύκων, ὅτι Κορίνθιοι καταλελυκότες τὴν ἐν Συρακούσαις τυραννίδα, καὶ τὸν τύραννον ἐξελελακότες, καλοῦσι Συρακουσίους καὶ τῶν ἄλλων Σικελιωτῶν τὸν βουλόμενον οἰκεῖν τὴν πόλιν, ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ὑπὲ ἴσοις καὶ δικαίοις τὴν χώραν νεμομένους. ἔπειτα ἀπέμποντες ἄγγελους εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ τὰς νήσους, ὅπου πλείστοι ἐπεφάνοντο τῶν φυγάδων διεσπαρμένοι κατοικεῖν, παρεκάλουν ἥκειν πάντας εἰς Κόρινθον, ὡς Κορινθίων ἀσφαλῆ πομπὴν καὶ πλοῖα καὶ στρατηγοὺς παρεξόντων ἰδίοις τέλεσιν εἰς Συρακούσας. κηρυττομένων δὲ τούτων, ἡ μὲν πόλις τὸ δικαιότατον καὶ κάλλιστον ἀπεφέρετο ἔπαινον καὶ ζῆλον, ἐλευθεροῦσα μὲν ἀπὸ τῶν τυράννων, σώζουσα δὲ ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ἀποδιδοῦσα δὲ τοῖς πολίταις τὴν χώραν· οἱ δὲ συνελθόντες εἰς Κόρινθον, οὐκ ὄντες ἱκανοὶ τὸ πλῆθος, ἐδεήθησαν ἐκ Κορίνθου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος προσλαβεῖν συνοίκους· καὶ γενόμενοι μυρίων οὐκ ἐλάττους, κατέπλευσαν εἰς Συρακούσας. ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας πολλοὶ τῷ Τιμολέοντι συνεληλύθεισαν, καὶ γενομένοις αὐτοῖς ἑξακισμυρίοις τὸ πλῆθος (ὡς Ἄθανις εἴρηκεν) τὴν μὲν χώραν διένειμεν, τὰς δ' οἰκίας ἀπέδοτο χιλίων ταλάντων· ἅμα μὲν, ἀπολειπόμενος τοῖς ἀρχαίοις Συρακουσίοις ἐξωνεῖσθαι τὰς αὐτῶν, ἅμα δ', χρημάτων ἐπορίζετο τῷ δήμῳ μηχανώμενος, οὕτω πενομένῳ καὶ πρὸς πάντα καὶ πρὸς τὸν πόλεμον, ὥστε καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἀποδόσθαι, ψήφου φερομένης ἐπὶ ἑκάστου, καὶ γενομένης κατηγορίας ὥσπερ ἀνθρώπων ἀδικίας διδόντων. ὅτε δή φασι τὸν Γέλωνος ἀνδριάντα τοῦ παλαιοῦ τυράννου φυλαττῆσαι τοὺς Συρακουσίους, καταχειροτονουμένων τῶν ἄλλων, ἀγαπῶντας καὶ τιμῶντας τὸν ἄνδρα τῆς νίκης ἣν πρὸς Ἱμέρᾳ Καρχηδονίους ἐνίκησεν. οὕτω δὲ τῆς πόλεως ἀναζωπυρούσης καὶ πληθυνομένης ὑπορρεόντων πανταχόθεν εἰς αὐτὴν τῶν πολιτῶν, βουλόμενος ὁ Τιμολέων καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἐλευθεροῦσαι, καὶ πανταπάσιν ἐκκόψαι τὴν Σικελίας τὰς τυραννίδας, ὑπὲρ τὰς χώρας αὐτῶν στρατεύων, Ἰκέτην μὲν ἠνάγκασεν ἀποστάντα Καρχηδονίων ὁμολογῆσαι τὰς ἀκροπόλεις καθαιρεῖν, καὶ βιοτεύειν ἰδιώτην ἐν Λεοντίνοις. Λεπτίνου δὲ τοῦ τυραννοῦντος Ἀπολλωνίας καὶ συχνῶν ἄλλων πολιχνίων,

ὡς ἐκινδύνευε καὶ κέρδος ἀλόντας, καὶ δεδόντος αὐτὸν, φει- A
σάμενος εἰς Κόρινθον ἀπέστειλεν, καλὸν ἡγούμενος ἐν τῇ
μητροπόλει τοὺς τῆς Σικελίας τυράννους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων
ἀποθεωρεῖσθαι φυγαδικῶς καὶ ταπεινῶς ζῶντας. τοὺς δὲ μιαθο-
φόρους βουλόμενος ἐκ τῆς πολεμίας ὠφελεῖσθαι καὶ μὴ φο-
λάζειν, αὐτὸς μὲν εἰς τὰς Συρακούσας ἐπανῆλθεν τὴν κατα-
στάσει τῆς πολιτείας παρασκευάζων, καὶ τοῖς ἥκουσιν ἐκ Κορίνθου
νομοθέταις Κεφάλῳ καὶ Διονυσίῳ τὰ κυριώτατα καὶ κάλλι-
στα συνδιαθήσων, τοὺς δὲ περὶ Δείναρχον καὶ Δημάρετον, εἰς
τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐξέπεμψεν ὑπηκοότειαν, οἱ πόλεις
πολλὰς ἀφιστάντες τῶν βαρβάρων, οὐ μόνον αὐτοὶ δι' ἧν ἐν B
ἀφθόνοις, ἀλλὰ καὶ χρήματα παρεσκεύαζον εἰς τὸν πόλεμον
ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων. ἐν τούτῳ δὲ Καρχηδόνιοι καταπλέουσιν
εἰς Λιλύβαιον, ἄγοντες ἐπὶ μυριάδας στρατοῦ, καὶ τριή-
κοντα μὲν ἀγωγίας, καὶ πλοῖα χίλια, κομίζοντα μηχανὰς καὶ τέ-
θριππα καὶ σῖτον ἄφθονον καὶ τοῦ ἄλλου παρασκευοῦ, ὡς
οὐκ ἐπὶ ποιησόμενοι κατὰ μέρος τὸν πόλεμον, ἀλλ' ὁμοῦ πάσης
Σικελίας ἐξελάσοντες τοὺς Ἕλληνας. οὕτω γὰρ ἡ δύναμις ἐξ-
αρκοῦσα καὶ μὴ νοσοῦσας μηδὲ διεφθαρμένους ὑπ' ἀλ-
λήλων συλλαβέσθαι Σικελιώτας· πυθόμενοι δὲ πορθεῖσθαι
τὴν ὑπηκόοτειαν αὐτῶν, ἐξοῦς ὀργῇ πρὸς τοὺς Κορινθίους ἐ-
χώρουν, Ἀσδρούβα καὶ Ἀμίλκα στρατηγούντων. τῆς δὲ ἀγ-
γελίας ἐξέως εἰς Συρακούσας ἀφικομένης, οὕτω κατεπλά-
γησαν οἱ Συρακούσιοι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως,
ὥστε μόλις τῷ Τιμολέοντι τεταχιλίους ἀπὸ τοσούτων μυ-
ριάδων, ὅπλα λαβόντας, τολμῆσαι συνελθεῖν. οἱ δὲ μιαθο-
φόροι, τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος ἦσαν· καὶ τούτων αὖθις ὅσον
χίλιοι, κατ' ὁδὸν ἀποδειλιάσαντες ἀνεχώρησαν, ὡς οὐχ ὑ-
γιαίνοντος τοῦ Τιμολέοντος, ἀλλὰ μαινομένου παρ' ἡλικίαν, καὶ
πρὸς ἐπὶ μυριάδας πολεμίων μετὰ πεντακισχιλίων πε-
ζῶν καὶ χιλίων ἱππέων βαδίζοντος, καὶ διαρτῶντος ὁδὸν ἡ- D
μερῶν ὀκτὼ τοῦ δυνάμιν ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν. ὅθεν οὔτε
σωθεῖσαι τοῖς φεύγουσιν, οὔτε ταφεῖσαι τοῖς πεσοῦσιν αὐτῶν
ὑπάρξει. τοῦτοις μὲν οὖν Τιμολέων κέρδος ἡγεῖτο πρὸς
τῆς μάχης φανερὰς γεγενόσας, τοὺς δὲ ἄλλους ὑπερρώσας,
κατὰ τάχος ἦλθε πρὸς τὸν Κείμησον ποταμόν, ὅπου καὶ
τοὺς Καρχηδονίους ἤκουσε στρατοπεδεύειν. διαβαίνοντι δὲ αὐτῷ
πρὸς λόφον, οὗ ὑπερβάλλοντες ἔμελλον κατόψεσθαι τὸ
στράτευμα καὶ τοῦ δυνάμιν τῶν πολεμίων, ἐμβάλλουσιν
ἡμίονοι σέλινα κομίζοντες· καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε,
ποιητὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθα-
μεν ὑπεικῶς στεφανοῦν σελίνοις· καὶ παροιμία τις ἐκ τού-
του γέγονεν, τὸν ὑπισφαλῶς νοσοῦντα, δεῖσθαι τούτου τοῦ σε-
λίνου. βουλόμενος οὖν αὐτοῖς ἀπαλλάξαι τῆς δεισιδαιμονίας
καὶ τοῦ δυσελπιστίαν ἀφελεῖν ὁ Τιμολέων, ὑπεῖκασας τοῦ
πορείαν, ἀλλά τε πρέποντα τῷ καιρῷ διειλέχθη, καὶ τὸν
στέφανον αὐτοῖς ἔφη περὶ τῆς νίκης κομιζόμενον, αὐτομά-
τως εἰς τὰς χεῖρας ἥκειν. οἱ γὰρ Κορίνθιοι στεφανοῦσι τοὺς
Ἰσθμια νικῶντας, ἱερὸν καὶ πάτριον στέμμα τοῦ σελίνου νο-
μίζοντες. ἔτι γὰρ τότε τῶν Ἰσθμίων, ὥσπερ νῦν τῶν Νεμείων,
ὁ σέλινον οὖν στέφανος, οὐ πάλαι δὲ ἡ πίτυς γέγονεν. ἐντυχὼν F
οὖν ὁ Τιμολέων (ὥσπερ εἴρηται) τοῖς στρατιώταις, καὶ λαβὼν
τῶν σελίνων, κατεστέφατο πρῶτος αὐτὸς, εἶτα οἱ περὶ αὐ-
τὸν ἡγεμόνες καὶ ὁ πλῆθος. οἱ δὲ μάντεις κατιδόντες ἀετοὺς δύο περιφερομένους, ὧν ὁ μὲν δράκοντα τοῖς
ὄνυξιν ἔφερεν διαπεπαρμένον, ὁ δὲ ἵπτατο κεκλαγὼς μέγα καὶ θαρραλέον, ἐπεδείκνυον τοῖς στρατιώταις,

quum in discrimine esset, ne vi veniret in potestatem, dedenti se pepercit, misitque eum Corinthum: visendum ratus conspici à Græcis in autore originis vrbe exules Siciliæ tyrannos & abiectam vitam degentes. Inde Syracusas regressus est, constituendæ reipublicæ operam daturus, & vna cum legislatoribus qui Corintho veniebant, Cephalo & Dionysio, præcipua & præstantissima capita digesturus. Interim, quia mercede conductum militem locupletari ex hostico, nec marcescere volebat otio, Dinarchum & Demaretum in prouinciam Carthaginensium dimisit, qui oppida complura receperunt à barbaris: vnde non ipsis modo omnia suppetebant abunde, sed & pecuniam ad bellum ex præda conficiebant. Pœni interea cum exercitu LXX. millium militum, ducentis triremibus, mille nauibus, quibus tormenta bellica, currus, magnam vim commeatus, & alium apparatum portabant, Lilybæum applicuere: non vt minutatim iam bellum gererent, verum vt tota Sicilia summouerent Græcos. Adeo erant enim vires eorum validæ, vt vel non languentes valerent neque attritos inuicem conuellere Siculos. Qui accepto prouinciam suam euastari, confestim ducibus Annibale & Amilcare infesti contenderunt in Corinthios. Eo nuntio propere Syracusas perlato, vsque eo Syracusani magnitudine illius exercitus trepidauerunt, vt ex tot millibus vix tria millia capere arma & Timoleontem ausi fuerint sequi. Qui mercenaria stipendia facerent, quatuor millia numero erant: horum item ad mille in itinere per ignauiam recessere. Videbatur iis non sapere Timoleon, sed præter ætatem insanire, qui aduersus LXX. hostium millia, quinque millibus peditum & mille equitum moueret, exercitumque à Syracusis octo dierum via diuelleret: vnde nec receptus fugientibus, nec copia sepulturæ superesset cæsis. Cæterum deputauit in lucro Timoleon, quod hi semetipsos prodidissent ante certamen, reliquos à se confirmatos raptim duxit ad Crimesum amnem, vbi acceperat inuenturum se hostes. Subeunti collem, quo superato exercitum & copias hostium erant subiectos oculis habituri, occurrunt muli apium ferentes. Id visum militibus fœdum omen est, quia defunctorũ sepulcris fere coronas ex apio imponere solemus. Vnde natum prouerbium, quum quis ancipite morbo decumbit, vt apio dicatur opus habere. Hos Timoleon vt religione solueret & liberaret consternatione, agmen sustinuit, disseruitque cum alia tempori conuenientia, tum coronam demonstrauit ante victoriam ipsis delatam vltro in manus venire. Corinthii enim, qui sacram arbitrantur & patriam apii coronam, ea victores Isthmiorum ludicro coronant. Nam Isthmiorum ea etiam tum ætate, vt nunc Nemeorum, apium corona erat, non ita dudum successit pinus. Ita vt diximus affatus Timoleon milites, sumpsit apium, ac princeps ipse coronam ex eo accepit, inde duces qui circa eum erant & vulgus. At vates vt aquilas duas aduerterunt aduolantes, quarum vna confixum ferebat vnguibus draconẽ, altera cum magno & alacri clangore volabat, monstrauerunt eas militibus,

qui ad opem implorãdam deorum conuersi cuncti sunt. Tempestas tunc in euntis æstatis erat, & p̃cipite mense Thargelione, vergebat iam annus ad solstitium. Quum nebulam ingentem amnis edidit, ea primum texit caligine campos, & omnem conspectum amouit hostium, tantum sonus sursum in collem perferebatur incertus & confusus, qui procul excitabatur à tanto exercitu. Vt euaserunt in collem & constiterunt Corinthii, positisq; clypeis respirabant, circulante sole & vapores attollente, turbidus aer ad edita glomeratus & conglobatus offuscauit cacumen montium, apertis autem campis subiectis & Crimesus apparuit: & qui eum transmeabant, subiecti oculis hostes fuerunt. Primæ erant quadrigæ horribili specie ad pugnam paratæ, has sequebantur decem millia peditum armatorum clypeis candidis, quos armorum splendore tarditateque atque ordine agminis coniecerunt Carthaginenses esse. Pone eos reliquis nationibus affluentibus, inconditeque ac promiscue transeuntibus, cernens fluuium Timoleon ipsis dispensare vt de hostium numero sumerent quanta cum manu dimicare liberet, vbi militibus iussit aciem eorum contemplari flumine disiectam, & partim transgressos iam, partim nondum, imperauit Demarato equitatum vt in Pœnos immitteret conturbaretque eos, ne confusos digerere possent in aciem. Simul in planitiem descendit, aliosque Siculos, in cornibus admistis vtrobique non multis peregrinis militibus, locauit. Mediam aciem cum Syracusanis & mercenariorum delectissimis obtinens, paulisper, dum contemplatur equestrem pugnam, sustinuit. Vt vidit equites per currus ante signa discurrentes conserere cum Pœnis manus non posse, sed ne dissiparentur assidue voluere turmas, & crebras conuersis signis impressiones dare, arrepto clypeo inclamauit peditibus, sequerentur & forti essent animo. Hîc voce vti quam humana & solita maiore est visus, siue instantis ardore discriminis & mentis motu eam intendit, siue Deus aliquis (vt tunc visum multis est) vna intonuit. Mox clamorem reddentibus, vt duceret nec cunctaretur orantibus militibus, signum equitibus dedit vt à latere præteruecti aciem curruum in transuersos hostes admitterent equos, ipse signis canere iussis cum antesignorum testudine in Pœnos incurrit. Illi primum insultum exceperunt strenue, & quod tecti loricis ferreis essent æreisq; galeis, atq; grãdibus muniti clypeis, impetũ lanceatum depellebant. Enimuero vt gladiis geri res cœpta est, vbi haud secus ars quam vires valebant, ecce subito horrenda tonitrua proruperunt ex montibus, simul cum flamma fulgura emicuerunt. Inde caligo illa ex collibus & montium cacuminibus in prælium delapsa, imbreq; cum vento & grandine mista, retro Græcis & à tergo circumfundebatur, barbarorum feriebat ora, ac cum procella nimbosa & continua coruscatione è nubibus excussa perstringebat oculos: ex quibus multa fatigabant maxime tyrones. Præcipue infesta erant tonitrua, & crepitus armorum procellosa pluuia & grandine pulsatorum,

A καὶ εἰς τοῦς σθυλαὶς θεῶν καὶ ἀναλήψεις ἐστρέφοντο πολῖται. ὁ μὲν οὖν ἔτος ἰσαμβοῦν θέρους εἶχεν ὥραν, καὶ λήγοντι μηνὶ Θαργηλιῶνι, πρὸς τὰς τροπὰς ἤδη συνῆγεν τὸν χειμῶνα. ὁμίχλη δ' τοῦ ποταμοῦ πολλὴ ἀναδιδόντος, πρῶτον μὲν ἀπεκρύψατο ζόφῳ τὸ πεδίον, καὶ συνόησον οὐδὲν ἔτι ἀπὸ τῶν πολεμίων· πλεῖστος ἦχός τις ἄκριτος καὶ συμμιγὴς ἄνω πρὸς τὸ λόφον ἐχώρει, πρόσωθεν ἀνισαμένης κραυγῆς τοσαύτης. ὡς δ' ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὸ λόφον ἔστησαν οἱ Κορίνθιοι, καὶ θέλοντες τὰς ἀσπίδας ἀναπαύσαντο τοῦ ἡλίου προσφερομένου καὶ μετεωρίζοντος τὴν ἀναθυμίασιν, ὁ μὲν θολερὸς ἀὴρ ἀνεσταλμένος πρὸς τὰ ὑψηλὰ καὶ συνισάμενος κατεῖφωσε τὰς ἀκρωρείας· τοῦ δ' ὑπὸ πόδας τόπων ἀνακαθαιρομένων, ὅ, τε Κείμησος ἐξεφάνη, καὶ διαβαίνοντες αὐτὸν ὤφθησαν οἱ πολέμιοι, πρῶτοις μὲν, τοῖς τε θρίπποις ἐκπληκτικῶς πρὸς ἀγῶνα κατεσκευασμένοις, κατόπιν δ' τούτων μυρίοις ὁπλίταις λευκάσπισι. τούτοις ἐτεκμαίροντο Καρχηδονίοις εἶναι τῇ λαμπρότητι τοῦ σθένους, καὶ τῇ βραδυτῆτι καὶ τάξει τῆς πορείας. μετὰ καὶ τούτοις τῶν λοιπῶν ἐθνῶν ἐπιρρεόντων, καὶ τοῦ βάθους μετ' ὠθισμοῦ καὶ ταραχῆς ποιουμένων, συνιδὼν ὁ Τιμολέων τὸ πολὺ αὐτοῖς πλῆθος τῶν πολεμίων ἀπολαβὼν ὅσοις ἐθέλοιεν αὐτοὶ μάχεσθαι, καὶ τοὺς κρατίστους καθορᾶν κελεύσας τὴν φάλαγγα τῷ ῥείθρῳ βαλελυμένην, καὶ τοὺς μὲν ἤδη βεβηκότας, τοὺς δ' μέλλοντας, προστάξας Δημαρέτῳ λαβόντι τοὺς ἵππεῖς ἐμβαλεῖν εἰς τοὺς Καρχηδονίους, καὶ συνταράξαι τὸν βάκχισμον αὐτῶν τῆς προσταξέως ἔτι καθεστώσης. αὐτὸς δὲ καταβὰς εἰς τὸ πεδίον, τὰ μὲν κέρατα τοῖς ἄλλοις Σικελιώταις ἀπέδωκεν, ἀναμίξας ἑκατέρῳ. ἐκ τῶν ξένων οὐ πολλοὺς· ἐν μέσῳ δὲ τοῦ αὐτὸν λαβὼν τοὺς Συρακουσίους καὶ τὸ μαχιμώτατον τῶν μισθοφόρων, βραχὺ μὲν χρόνον ἐπίσχεν, τὸ τῶν ἱππέων ἀποθεωρῶν ἔργον· ὡς δ' ἐκείνους εἶδεν, ἐκ τῶν ὁρμάτων περὶ τῆς τάξεως βαθεῖαν, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς Καρχηδονίοις ἠδυναμένους, ἀλλ' ὅπως μὴ συνταραχθεῖεν ἀναγκαζομένους, ἐξελίττειν συνεχῶς, καὶ πυκνὰς ἐξ ἐπιστροφῆς ποιεῖσθαι ἐπελάσεις, ἀναλαβὼν τὴν ἀσπίδα, καὶ βοήσας ἔπαινον καὶ θαρρεῖν τοῖς πεζοῖς, ἔδοξεν ἐκφωνεῖ φωνῇ καὶ μείζονι χρῆσθαι τῷ σημήνει· εἴτε τῶν πάθει τοῦ τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν ἐνθουσιασμὸν οὕτω βαστεινάμενος, εἴτε δαιμονίου τινὸς (ὡς τοῖς πολλοῖς τότε παρέσχη) συνεπιθεγξαμένου. τὰ δὲ τοῦ κραυγοῦ αὐτὰ ποδοῦντων, καὶ παρεκλυόντων ἄγειν καὶ μὴ μέλλειν, τοῖς μὲν ἱππόταις ἐσήμηνεν ἔξω τοῦ τοῦ τῆς τάξιν τῶν ἁρμάτων παρελάσαι, καὶ κατὰ κέρας προσφέρεσθαι τοῖς πολεμίοις· αὐτὸς δὲ, τοῖς προμάχοις πυκνώσας τὸ συνασπισμῷ, καὶ τοῦ σάλπιγγα κελεύσας ἐπιφθέγξασθαι, προσέβαλλε τοῖς Καρχηδονίοις. οἱ δὲ τοῦ μὲν πρώτου ἐπιδρομὴν ἐστήσαν ἐρρωμένως, καὶ τῷ καταπεφράχθαι τὰ σώματα σιδηρῶν θώραξι καὶ χαλκοῖς κράνεσιν, ἀσπίδας δὲ μεγάλας προβεβλῆσθαι, διεκρούοντο τὸν δόρατισμόν· ἐπεὶ δ' εἰς ξίφη σωμῆλθεν ὁ ἀγών, καὶ τέχνης οὐχ ἧττον ἢ ῥώμης ἐγεγένει τὸ ἔργον, ἐξαίφνης ἀπὸ τῶν ὀρῶν βρονταί τε φοβεραὶ κατερρήγνυντο, καὶ πυρώδεις ἀστραπαὶ συνεξέπιπτον. εἶτα ὁ πρὸς τοῖς λόφοις καὶ τὰς ἀκρωρείας ζόφος ἐπὶ τοῦ μάχου κατιών, ὄμβρῳ καὶ πνεύματι καὶ χαλάζῃ συμμεμιγμένος, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἐξόπισθεν καὶ κατὰ νώτου προσεῖχετο, τῶν δ' βαρβάρων ἔτυπτε τὰ πρόσωπα, καὶ κατήστραπτε τὰς ὄψεις, ἅμα λαίλαπος ὑγρᾶς καὶ φλογὸς συνεχοῦς ἐκ τῶν νεφῶν φερομένης. ἐν οἷς πολλὰ μὲν ἐν τὰ λυποῦντα, καὶ μάλιστα τοὺς ἀπείρους· οὐχ ἧκιστα δὲ βλάπτειν δοκοῦσιν αἱ βρονταὶ, καὶ τῶν ὅπλων ὁ πάταγος κτυπομένων ὕδατι ῥαγδαίῳ καὶ χαλάζῃ,

κωλύων ἀκούεσθαι τὰ προστάγματα τῶν ἡγεμόνων. τοῖς δὲ Καρχηδονίοις οὐκ οὖσιν ἀζώνοις τὸν ὁπλισμὸν, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται, καταπεφραγμένοις, ὅ, τε πηλὸς ἐμπόδιος ἦν, οἵ τε κάλποι πληρούμενοι τῶν χιτώνων ὕδατος, αὐτοῖς μὴ εἰς τὸν ἀγῶνα χρῆσθαι, βαρεῖς ἦσαν καὶ δύσεργοι, ῥᾴδιοι δὲ τοῖς Ἕλλησι προστρέπεσθαι, καὶ πεσόντες, ἀμήχανοι πάλιν ἐκ πηλοῦ μετὰ τῶν ὅπλων ἀνασῶσαι. καὶ γὰρ ὁ Κείμησος ὑπὸ τῶν βαρβαρικῶν ἐκλύθη. μέγας ἤδη τοῖς ὄμβροις πυξημένος, καὶ ὃ πεδίον ὃ περὶ αὐτὸν ὑπὸ πολλὰς συναγκείας καὶ φάραγγας ὑποκείμενον, ἐπίμπλατο ῥευμάτων οὐ κατὰ πόρον φερομένων, οἷς οἱ Καρχηδόνιοι καλινδούμενοι, χαλεπῶς ἀπήλλαττον. τέλος δὲ τοῦ χειμῶνος ἐπικειμένου, καὶ τῶν Ἑλλήνων τῷ πρότερον αὐτῶν ὑδρᾶσι τεταγμένοις καταβαλόντων, ἐτράπη ὃ πλῆθος εἰς φυγή· καὶ πολλοὶ μὲν ἐν τῷ πεδίῳ καταλαμβανόμενοι διεφθείροντο, πολλοὺς δὲ ὁ ποταμὸς τοῖς ἔτι φραγνυμένοις συμπίπτοντας ἐμβάλλων καὶ παραφέρων ἀπόλλυεν· πλείστους δὲ τῶν λόφων ἐφιεμένους ἐπιθέοντες οἱ ψιλοὶ κατειργάσαντο. λέγονται γ' οὖν ἐν μυρίοις νεκροῖς τρισχίλιοι Καρχηδονίων γενέσθαι, μέγα τῇ πόλει πένθος. οὔτε γὰρ γένεσιν, οὔτε πλούτοις, οὔτε δόξαις ἕτεροι βελτίονες ἦσαν ἐκείνων· οὔτε ἀποθανόντας πότε μιᾷ μάχῃ πρότερον ἐξ αὐτῶν Καρχηδονίων τοσούτους μνημονεύουσιν· ἀλλὰ Λίβυσι τὰ πολλὰ καὶ Ἰβηρσι καὶ Νομάσι χρώμενοι πρὸς τὰς μάχας, ἀλλοτρίαις βλάβαις ἀνεδέχοντο τὰς ἥττας. ἐγνώσθη δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἡ δόξα τῶν πεσόντων ἀπὸ τῶν λαφύρων. ἐλάχιστος γὰρ ἦν χαλκὸς καὶ σίδηρος τοῖς σκυλεύουσι λόγος· οὕτως ἄφθονος μὲν ἦν ἄργυρος, ἄφθονος δὲ χρυσός. καὶ γὰρ ὃ στρατόπεδον μετὰ τῶν ὑποζυγίων βαρβαρικῶν ἔλαβον. τῶν δὲ αἰχμαλώτων οἱ μὲν πολλοὶ διεκλάπησαν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, εἰς δὲ κοινὸν ἀπεδείχθησαν πεντακισχίλιοι ὃ πλῆθος. ἥλω δὲ καὶ βαρβαρικὰ τῶν τετρήρεων. καλλίστῳ δὲ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ ὄψει ἡ Τιμολέοντος ἐπεδείκνυτο σκηνή, εἰσπορευθεῖσα πανοπλίαις λαφύροις, ἐν οἷς χίλιοι μὲν θώρακες ἐργασίᾳ καὶ κάλλει βαρβαρικῶν ἐνεγκόντες, μύριαι δὲ ἀσπίδες παρεστάθησαν· ὀλίγοι δὲ πολλοὺς σκυλεύοντες, καὶ μεγάλαις ἐντυγχάνοντες ὠφελείαις, τρίτῃ μόλις ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μάχην ἔρησαν τρόπαιον. ἅμα δὲ τῇ φήμῃ τῆς νίκης ὁ Τιμολέων εἰς Κόρινθον ἔπεμψε τὰ κάλλιστα τῶν αἰχμαλώτων ὅπλων, βουλόμενος αὐτῷ τῷ πατρίδι πᾶσιν ἀνθρώποις ζηλωτῷ εἶναι, θεωμένοις ἐν ἐκείνῃ μόνῃ τῶν Ἑλληνικῶν πόλεων τοὺς ἐπιφανεστάτους ναοὺς, οὐχ Ἑλληνικοῖς κεκοσμημένους λαφύροις, οὐδ' ἀπὸ συγγενῶν φόνου καὶ ὁμοφύλων ἀναθημάτων μνήμας ἀτερπεῖς ἔχοντας, ἀλλὰ βαρβαρικὰ σκῦλα, καλλίσταις ἐπιγραφαῖς δηλουντα μετὰ τῆς δόξης τῶν νενικηκότων τὸν δικαιοσύνῳ· ὅτι Κορίνθιοι καὶ Τιμολέων ὁ στρατηγὸς ἐλευθερώσαντες τοὺς Σικελίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἀπὸ Καρχηδονίων, χαριστήρια θεοῖς ἀνέθηκαν. ἐκ τούτου καταλιπὼν ἐν τῇ πολεμίᾳ τοὺς μισθοφόρους ἄγοντας καὶ φέροντας τὸν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν, αὐτὸς ἦκεν εἰς Συρακούσας· κατελείφθη περὶ τῆς μάχης, ἐξεκήρυξε τῆς Σικελίας, καὶ πρὶν ἢ δῦναι ἥλιον, ἠνάγκασεν ἐκ Συρακουσῶν ἀπελθεῖν. οὗτοι μὲν οὖν διαπλεύσαντες εἰς Ἰταλίαν, ἀπώλοντο παρανομηθέντες ὑπὸ Βρετταίων, καὶ δίκην ταύτην ὃ δαιμόνιον αὐτοῖς τῆς προδοσίας ἐπέθηκε. τῶν δὲ περὶ τὸν Μάμερκον τὸν Κατάνης τύραννον καὶ Ἰκέτην,

A quæ exaudire ducum imperia prohibebant. Insuper Pœnos quibus non expedita arma sed grauia (vt est ante dictum) erant, & limus impediebat, sinusque sagorum aqua impletorum onerosi & inhabiles ad pugnam erant: contra ad eos prosternendos Græcis idonei, nec quum lapsi essent valebant sese ex luto attollere, namque Crimesus cum imbribus iam auctus, tum transeuntium causa exundauit, circumiectusq; campus multis subiectus vallibus & lacunis complebatur fluentis non riuo suo decurrentibus, quibus Pœni impediti afflictabantur. Tandem tempestate premente, & prima acie eorum, quæ erat quadringentorum militum, à Græcis concisa, reliqua multitudo in fugam consternitur. Magna vis in campo occupati interficiuntur, multos amnis, qui in transeuntes adhuc incurrebant, impellens & transuersos rapiens haurit, plurimos, qui colles petebant, insequuti leuis armaturæ milites obtruncant. Perhibentur ex decem millibus qui ceciderunt, tria millia fuisse Carthaginensium, magno illius ciuitatis luctu. Neque enim vllis erant nobilitate vel diuitiis vel claritate secundi, neque tot vno vnquam prælio antea cecidisse ex ipsis memorant Carthaginiensibus, verum Afris vere Hispanisque & Numidis quia ad certamina vtebantur, alieno vincebantur detrimento. Cæsorum deprehenderunt Græci ex manubiis dignitatem. Nihil enim æs vel ferrum qui spoliabant cadauera, morabantur, tanta affluentia argenti, tanta auri erat. Etenim superato flumine castra cum impedimentis ceperunt. Captiuorum ingens numerus fuit à militibus interuersus, quinque millia producta, capti etiam ducenti currus. Pulcherrimum & magnificentissimum præbuit spectaculum Timoleontis tentorium, omni genere vndique accumulatum spoliorum, in quibus mille thoraces eximio opere & splendore, decem millia clypeorum exposita fuere. Quum multos pauci spoliarent, magnamque prædam caperent, tandem tertio secundum prælium die excitauerunt trophæum. Corinthum cum victoriæ nuntio Timoleon splendidissima quæque ex armis captis misit, quo patriam suam redderet apud omnes mortales conspicuam, contemplantes in vna illa Græciæ vrbe amplissima templa non Græcorum decorata spoliis, neque ex propinquorum sanguine & detractorum popularibus donorum ingrata monumenta repræsentantia, sed manubiis barbaricis, quæ præclarissima inscriptione significabant victorum cum virtute iustitiã, Corinthios & Timoleontem imperatorem ea Græcis qui Siciliam incolunt, à Pœnorum iugo liberatis, gratitudinis ergo diis sacrasse. Inde relicto ad vastandam Carthaginiensium prouinciam mercenario milite, Timoleon Syracusas profectus, mille illos mercede militantes, qui ipsum ante pugnam deseruerant, Sicilia expulit, atque ante solis occasum excedere coegit Syracusis. Qui quum in Italiam transmisissent, perfide à Brutiis violati, occubuerunt, atq; has pœnas ab iis exegit Deus proditionis. At Mamercus Catanæ tyrannus & Icetes, quibus mercenarii illi, quorum ope victoriam

vel Timoleontis inuidia rerum geſtarum, vel vt
infidum & implacabilem tyrannis timentes, ſocie-
tatem iunxerunt cum Pœnis, quibus mandaue-
runt, niſi ſemel extrudi Sicilia vellent, copias mit-
terent & ducem. Nauigauit eo LXX. nauibus Giſco,
conduxitq; nonnullos Græcos. Ante eam diem
non fuerant Græcis vſi Pœni, tunc autem magni
fecerunt eos, vt inuictos & omnium mortalium
fortiſſimos. Vbi in agro Mamertino coierunt o-
mnes, quadringentos milites mercenarios, quos
Timoleon auxilio miſerat, occiderunt, & in Car-
thaginienſium prouincia iuxta Hieras, quas vo-
cant, mercede militantes, quibus præerat Leuca-
dius Euthymus, oppreſſerunt. Vnde præcipue illu-
ſtrata Timoleontis felicitas fuit. Siquidem hi fue-
rant inter illos qui cum Philodemo Phocenſi &
Onomarcho Delphos occupauerant ſacrilegii cõ-
ſortes. quos quum odiſſent & deuotos refugerent
omnes, palantes per Peloponneſum à Timoleonte
fuerant aliorum militum penuria conſcripti. Vt
applicuerunt in Siciliam, in omnibus conflictibus,
quibus interfuerat ille, palmam tulerant: quum ve
ro eſſent plurima iam & maxima certamina expli-
cata, aliis ab eo ſuppetias miſſi perierunt & abſum-
ti ſunt, non ſemel omnes, ſed carptim. Atq; ipſa
cauſetur vltio felicitate ſe Timoleontis inflictam
illis fuiſſe, ne qua ex vindicta ſceleratorũ attinge-
ret noxa bonos. Itaq; fauorem erga Timoleontem
cęleſtium liceat non ſecus ex aduerſis rebus quam
ſecundis admirari. Porro populus Syracuſanus
procacitate tyrannorum vrebatur. Mamercus e-
nim in poematibus ſcribendis & tragœdiis ſibi pla-
cens, iactabat ſe in eo quod milites mercenarios
fudiſſet, clypeiſq; quos diis dicauit, probroſum e-
legium inſcripſit,

Auro, ebore, electro pictos, oſtroq; nitentes
Vilibus hos clypeis cepimus in clypeos.

His actis dum in Calauria Timoleon caſtra mo-
uit, Icetes fines Syracuſanos incurſans, ingenti pre-
da potitus eſt. Quumq; multa fœdaſſet & afflixiſ-
ſet contemtu Timoleontis qui exiguas copias ſe-
cum habebat, regreſſus eſt præter ipſam Calauriã.
Ille Icetem anteuertere permittens, cum equitatu
& leui armatura conſectatus eſt eum. De eo factus
certior Icetes tranſmiſſo Damyria, ſubſtitit in ripa,
Timoleontem prohibiturus tranſitu. Quippe ani-
mum ei cum vadi difficultas tum abrupta vtrinq;
ripa dabat. Ibi decuriones Timoleontis mirificum
inceſſit certamen & contentio quæ moram pugnę
fecit. Nemo enim poſt alterum tranſire in hoſtem
ſuſtinebat, ſed poſtulabat quiſque priores pugnæ
partes, eratq; confuſionis plenus tranſitus impel-
lentium ſe mutuo & præcurrentium. Ergo Timo-
leon iuſſis ſortiri præfectis, accepit annulum à ſin-
gulis: quos cum in lacernam ſuam coniecíſſet &
confudiſſet, primum forte eduxit qui ſigillo tro-
phæum habebat inſculptum. Quod vbi iuuenes
viderunt, læto clamore ſublato, non vltra vllam
expectauerunt ſortionem, verum pro ſe quiſq; o-
cyſſime ſuperato fluuio, conſeruerunt cum hoſte
manus. At illi non ſubſtiterunt horum impetum,
ſed in fugam effuſi, omnes pariter armis exuti, mil-
le interfecti deſideratique.

A εἴτε φθόνῳ τῶν κατορθουμένων ὑπὸ Τιμολέοντος, εἴτε φο-
βούμενον αὐτὸν ὡς ἄπιστον καὶ ἄσπονδον πρὸς τοὺς τυράννους,
συμμαχίαν ποιησαμένων πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, καὶ κε-
λεύσαντων πέμπειν δύναμιν καὶ στρατηγὸν, εἰ μὴ πάντα-
πασιν βούλονται Σικελίας ἐκπεσεῖν, ἔπλευσε Γέσκων, ἀνὴρ
μὲν ἔχων ἑβδομήκοντα, μισθοφόρους δὲ προσλαβὼν Ἕλ-
λήνας. οὔπω πρότερον Ἕλλησι χρησαμένων Καρχηδονίων,
ἀλλὰ τότε θαυμασάντων ὡς ἀνυποστάτους καὶ μαχιμωτάτους
ἀνθρώπων ἀπάντων. συστάντες δὴ καὶ ἅμα μετ' ἀλλήλων ἀπόντες
ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ, τετρακοσίους τοὺς ὑπὸ Τιμολέοντος ξέ-
B νους ἐπικούρους περιφθείσας ἀπέκτειναν. ἐν δὲ τῇ Καρχηδο-
νίων ἐπικρατείᾳ τοὺς καλουμένους ἱεροὺς ἐνεδρεύσαντες
τοὺς μετ' Εὐθύμου τοῦ Λευκαδίου μισθοφόρους διέφθειραν·
ἐξ ὧν καὶ μάλιστα τὴν Τιμολέοντος εὐτυχίαν συνέβη φανῆναι
διάνυμον. ἦσαν μὲν γὰρ οὗτοι τῶν μετὰ Φιλοδήμου τοῦ Φωκέως καὶ
Ὀνομάρχου Δελφοὺς καταλαβόντων, καὶ μετὰ φόνων ἐκεί-
νοις τῆς ἱερωσυλίας· μισούντων δὲ πάντων αὐτοὺς, καὶ φυλατ-
τομένων ἐπὶ πάσας γεγενόσας, πλανώμενοι τοῦ τὴν Πε-
λοπόννησον, ὑπὸ Τιμολέοντος ἐλήφθησαν, ἑτέρων στρατιω-
τῶν οὐκ ὑποδεεστέρους. ἀφικόμενοι δὲ εἰς Σικελίαν, ὅσας μὲν ἐ-
C κείνῳ συνηγωνίσαντο μάχας, πάσας ἐνίκων· τῶν δὲ πλείστων καὶ
μεγίστων ἀγώνων τέλος ἐχόντων, ἐκπεμπόμενοι πρὸς ἑτέ-
ρους ὑπ' αὐτοῦ βοηθείας, ἀπώλοντο, καὶ κατεπολεμήθησαν,
οὐχ ὁμοῦ πάντες ἀλλὰ κατὰ μέρος, τῆς δίκης αὐτοῖς ἀπολογου-
μένης τῇ Τιμολέοντος εὐτυχίᾳ ἐπιπεμπούσης, ὅπως μηδε-
μιᾶς τοῖς ἀγαθοῖς ἀπὸ τῆς τῶν κακῶν κολάσεως βλάβη γένη-
ται. τοῦ μὲν οὖν πρὸς Τιμολέοντα τῶν θεῶν εὐμενοῦς, οὐχ ἧτ-
τον ἐν αἷς προσέκρουσε πρᾶξεσιν, ἢ πρὸς ἃς κατώρθου, θαυ-
μάζεσθαι συνέβαινεν· οἱ δὲ πολλοὶ τῶν Συρακουσίων ἐχαλέ-
παινον ὑπὸ τῶν τυράννων προπηλακιζόμενοι. καὶ γὰρ ὁ Μά-
D μερκος ἐπὶ τοῖς ποιήματα γράφειν καὶ τραγῳδίας μέγα φρο-
νῶν, ἐκόμπαζε νικήσας τοὺς μισθοφόρους· καὶ τὰς ἀσπίδας ἀ-
ναθεὶς τοῖς θεοῖς, ἐλεγεῖον ὑβριστικὸν ἐπέγραψεν,

Τὰς δ' ὀρφοχρόους καὶ χρυσελεφαντοπιλέκτους
Ἀσπίδας ἀσπίδιοις εἵλομεν οὐτελέσι.

ἡνιωμένων δὲ τούτων, καὶ τοῦ Τιμολέοντος εἰς Καλαυρείαν στρα- Καυλωνίαν Palm.
τεύσαντος, ὁ Ἰκέτης ἐμβαλὼν εἰς τὴν Συρακουσίαν, λείαν τε
συχνὴν ἔλαβεν, καὶ πολλὰ λυμηνάμενος καὶ καθυβείσας, ἀ-
πηλλάττετο παρ' αὐτὴν τὴν Καλαυρείαν, καταφρονῶν τοῦ Τι- Καυλωνίαν Palm.
μολέοντος ὀλίγους στρατιώτας ἔχοντος. ἐκεῖνος δὲ προλαβεῖν
E ἐάσας ἐδίωκεν ἱππεῖς ἔχων καὶ ψιλούς. ἀναθορόμενος δὲ ὁ Ἰκέτης,
τὴν Δαμυρίαν διαβεβηκὼς ὑπέρη πρὸς τὸν ποταμὸν, ὡς ἀ-
μυνούμενος. καὶ γὰρ ἀπορία θάρσους ἡ τε τοῦ πόρου χαλεπότης, καὶ τὸ
κρημνώδες τὴν ἑκατέρωθεν ὄχθης παρεῖχεν. τοῖς δὲ μετὰ τὴν Τιμο-
λέοντος εἰ λάρχαις ἔρις ἐμπεσοῦσα θαυμαστὴ καὶ φιλονεικία,
διατεινόμενοι ἕκαστοι τὴν μάχης. οὐδεὶς γὰρ ἐθέλων ὁ βουλόμενος ἑτέρου
διαβαίνειν ὕστερος ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος ἠξίου
προτρωνιστεῖν· καὶ κόσμον οὐκ εἶχεν ἡ διάβασις, ὀξωθούντων
καὶ ὠθουμένων ἀλλήλοις. βουλόμενος οὖν ὁ Τιμολέων
F κληρῶσαι τοὺς ἡγεμόνας, ἔλαβεν παρ' ἑκάστου δακτύλιον ἐμ-
βαλὼν δὲ πάντας εἰς τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα καὶ μίξας, ἔδειξε
τὸν πρῶτον τοῦ τύχοντος γλυφὴν ἔχοντα τῆς σφραγῖδος τρό-
παιον. ὡς δὲ τοῦτο εἶδον οἱ νεανίσκοι, μετὰ χαρᾶς διακεκραγότες, οὐκ ἔτι τὸν ἄλλων ὑπέμειναν κλῆρον, ἀλλ'
ὡς ἕκαστος τάχους εἶχεν, τὸν ποταμὸν διεξελάσαντες, ἐν χερσὶν ἦσαν τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο τὴν
βίαν αὐτῶν, ἀλλὰ φεύγοντες, τῶν μὲν ὅπλων ἅπαντες ὁμαλῶς ἐστερήθησαν, χίλιοι δὲ ἀπέβαλον νεκρούς.

οὐ πολλῷ δὴ ὕστερον εἰς τὴν Λεοντίνων στρατεύσας ὁ Τιμολέων, λαμβάνει τὸν Ἰκέτου ζῶντα, καὶ τὸν υἱὸν Εὐπόλεμον, καὶ τὸν ἱππάρχην Εὔθυμον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν συντεθέντας καὶ κομιζομένους πρὸς αὐτόν. ὁ μὲν οὖν Ἰκέτης καὶ ὁ μειράκιον, ὡς τύραννοι καὶ προδόται κολασθέντες ἀπέθανον· ὁ δὲ Εὔθυμος, ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ τόλμῃ διαφέρων, οὐκ ἔτυχεν οἴκτου, δι' βλασφημίαν τινὰ πρὸς τοὺς Κορινθίους κατηγορηθεῖσαν αὐτοῦ. λέγεται γὰρ ὅτι τῶν Κορινθίων συστραθεισῶν ἐπ' αὐτοῖς, δημηγορῶν ἐν τοῖς Λεοντίνοις, οὐδὲν ἔφη γεγονέναι φοβερὸν οὐδὲ δεινὸν εἰ Κορινθίαι γυναῖκες ἐξῆλθον δόμων. οὕτως ὑπὸ λόγων μᾶλλον ἢ πράξεων πονηρῶν αἰτίας πεφύκασιν οἱ πολλοί· χαλεπώτερον γὰρ ὕβριν ἢ βλάβην φέρουσιν. καὶ τὸ μὲν ἀμύνεσθαι δι' ἔργων, ὡς ἀναγκαῖον, δέδοται τοῖς πολεμοῦσιν· αἱ δὲ βλασφημίαι πρεσβεύουσαι μίσους ἢ κακίας γίνεσθαι δοκοῦσιν. ἐπανελθόντος δὲ τοῦ Τιμολέοντος, οἱ Συρακούσιοι τὰς γυναῖκας τῶν περὶ τὸν Ἰκέτην καὶ τὰς θυγατέρας ἐν ἐκκλησίᾳ καταστήσαντες εἰς κρίσιν, ἀπέκτειναν. καὶ δοκεῖ τοῦτο τῶν Τιμολέοντος ἔργων ἀχαριστότατον γενέσθαι· μὴ γὰρ ἂν ἐκείνου κωλύοντος, οὕτω τὰς αὐθέντας ἀποθανεῖν. δοκεῖ δὲ αὐτὰς ὑπορίδειν, καὶ πρέσβεσι τῷ θυμῷ τῶν πολιτῶν, δίκην λαμβανόντων ὑπὲρ Διώνος τοῦ Διονύσιον ἐκβαλόντος. Ἰκέτης γὰρ ὅστιν ὁ τὴν γυναῖκα τοῦ Διώνος Ἀρετήν, καὶ τὴν ἀδελφὴν Ἀριστομάχην, καὶ τὸν υἱὸν ἔτι παῖδα καταποντίσας ζῶντας, πρὸς ὃν ἐν τῷ Διώνος γέγραπται βίῳ. μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύσας ὕστερον Μάμερκον εἰς Κατάνην, καὶ πρὸς ὀλίγον τὴν Ἄβολον ἐκ παρατάξεως ὑποστάντα νικήσας καὶ τρεψάμενος, ὑπὲρ δισχιλίους ἀπέκτεινεν· ὧν μέρος οὐκ ὀλίγον ἦσαν οἱ πεμφθέντες ὑπὸ Γίσκωνος ὑπήκοοι Φοίνικες. ἐκ δὲ τούτου, Καρχηδόνιοι μὲν εἰρήνην ἐποιήσαντο πρὸς αὐτὸν δεηθέντες, ὥστε τὴν ἐντὸς τοῦ Λύκου χώραν ἔχειν, καὶ τοὺς βουλομένους ἐξ αὐτῆς μετοικεῖν πρὸς Συρακουσίους, χρήματα καὶ γῆν ἀποδιδόντες, καὶ τοῖς τυράννοις ἀπειπάμενοι τὴν συμμαχίαν. Μάμερκος δὲ δυσθυμῶν τῇ ἐλπίσιν, ἔπλει μὲν εἰς Ἰταλίαν, ὡς Λουκανοὺς ἐπάξων Τιμολέοντι καὶ Συρακουσίοις· ἐπεὶ δὲ ἀποστρέψαντες οἴσουν αὐτῷ τὰς τριήρεις, καὶ πλεύσαντες εἰς Σικελίαν τῷ Τιμολέοντι τὴν Κατάνην παρέδωκαν, ἀναγκασθεὶς καὶ αὐτὸς εἰς Μεσσήνην κατέφυγε πρὸς Ἵππωνα τὸν τυραννοῦντα τῆς πόλεως. ἐπελθόντος δὲ τοῦ Τιμολέοντος αὐτοῖς καὶ πολιορκοῦντος ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ὁ μὲν Ἵππων, ἀποδιδράσκων ὅτι νεώς, ἥλω· καὶ παραλαβόντες αὐτὸν οἱ Μεσσήνιοι, καὶ τοὺς παῖδας ἐκ τῶν διδασκαλείων, ὡς ὅτι θέαμα κάλλιστον, τὴν τοῦ τυράννου τιμωρίαν, ἀγαγόντες εἰς θέατρον, ἠκίσαντο καὶ διέφθειραν· ὁ δὲ Μάμερκος ἑαυτὸν Τιμολέοντι παρέδωκεν ὅτι τῷ δίκην ὑποσχεῖν ἐν Συρακουσίοις, μὴ κατηγορουντος Τιμολέοντος. ἀφεθεὶς δὲ εἰς τὰς Συρακούσας, παρελθὼν εἰς τὸν δῆμον, ἐπεχείρει μέν τινα συγκείμενον ἐκ παλαιοῦ λόγον ὑπὲρ αὐτοῦ διεξιέναι. θορύβοις δὲ κατεπίπτων, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶν ἀπαρακίνητον, ἔθει ῥίψας τὸ ἱμάτιον διὰ μέσου τοῦ θεάτρου, καὶ πρός τι τῶν βάθεν δρόμῳ φερόμενος, συνέρρηξεν τὴν κεφαλὴν ὡς ἀποθανούμενος. οὐ μὴν ἔτυχέν γε ταύτης τῆς τελευτῆς, ἀλλ' ἔτι ζῶν ἀπαχθεὶς ὥσπερ οἱ λῃσταὶ δίκην ἔδωκεν. τὰς μὲν οὖν τυραννίδας ὁ Τιμολέων τοῦτον τὸν τρόπον ἐξέκοψεν, καὶ τοὺς πολεμίους ἔλυσεν· τὴν δὲ ὅλην νῆσον ἐξηγριωμένην ὑπὸ κακῶν, καὶ διαμεμισημένην ὑπὸ τῶν οἰκητόρων πρὸς ἀλλήλους, οὕτως ἐξημέρωσε καὶ φιλικὴν ἐποίησε πᾶσιν. ὥστε πλὴν

Ἄλαβον Cuiuerius Palmer.

A Post aliquanto induxit in fines Leontinos Timoleon exercitum. Ibi Icetem viuum & filium eius Eupolemum, equitumq; præfectum Euthymum à militibus vinctos & ad ipsum attractos capit. Icetes cum adolescente vt proditores puniti necatiq;. Euthymus, etsi vir strenuus in præliis & virtute esset præcellens, ob quoddam tamen in Corinthios conuitium quod ei obiecerunt, non est veniam consequutus. Ferunt eum quum Corinthii in eos mouerent, dixisse concionantem Leontinis, nihil terribile vel graue accidisse.

B *Corinthiæ exissent domo si fœminæ.*

Ita multos lingua solet magis quam tetra facta pungere: grauius enim contumeliam ferunt homines quam detrimentum. Quippe offensio per manum hostibus vt necessaria concessa est, virulentia vero linguæ ex effuso odio videtur vel improbitate prodire. Regresso Timoleonte, Syracusani vxores & filias Icetis eiusque filii in concione damnatas necauerunt, quod omnium apparet fuisse Timoleontis factorum ingratissimum. Neque enim ille si intercessisset, ita eas fœminas fuisse existimant perituras, verum nullam arbitror eum illarum rationem habuisse, sed condonasse eas ciuiū C iræ, Dioni, qui Dionysium exegit, parentantium. Icetes est enim ille qui vxorem Dionis Areten, Aristomachen sororem, & filium puerum admodū, viuos in pelagus mersit, vt in Dionis vita retulimus. Secundum hæc arma in Mamercum Catanam ferens, iuxta riuulum Abolum eum aciem ausum fudit fugauitque, ac supra duo millia oppressit, quorum erant magna pars auxiliares Pœni à Giscone missi. Inde Pœni pacem ab eo precibus impetrauerunt hisce legibus, vt tractum qui intra Lycum est, tenerent, & liberum cuilibet esset cum D pecunia & familia commigrare inde Syracusas, vtque tyrannorum societati renuntiarēt. At Mamercus diffidens rebus suis, nauigauit in Italiam ad concitandos in Timoleontem & Syracusanos Lucanos, sed quum comites eius, qui reducebant naues, reuecti in Siciliam Timoleonti tradidissent Catanam, coactus ipse quoque fuit Messanam ad Hipponem eius oppidi tyrannum confugere. Hos Timoleonte persequente & terra marique obsidente, Hippo fugam naue moliens captus est. Eum Mamertini sibi traditum, liberis ex ludo in theatrum ad tyranni supplicium velut pulcherrimum spectaculum ductis, flagro cæ- E sum necauerunt. Mamercus vltro se in fidem Timoleontis permisit hac lege, vt Timoleonte non accusante causam diceret Syracusis. Ductus Syracusas & in concionem progressus, orationem quam iam pridem commentatus fuerat, exorsus est dicere: verum obstrepente sibi populo, concionem cernens implacabilem, abiecto pallio medio se proripit theatro, adque impetu in vnum ex cuneis ad necem sibi conscisendam illisit caput. Atqui non obtigit ei hic exitus, sed spirans adhuc abstractus & more latronum est plexus. Ad eum modum excidit Timoleon tyrannides, & bel- F la sustulit. Totam autem insulam, quam calamitatibus deformatam & inuisam incolis accepit, ita pacatam & omnibus reddidit exoptatam,

vt ad incolendũ alii aduolarent eo, vnde profugerant ante ciues. Namq; Agrigentum & Gelã, ingẽtes vrbes, sub bellum Atticũ à Pœnis excisas frequẽtauerunt tunc cultoribus: hãc Gorgus ex Cea, illã Megellus & Pheristus ex Elea profecti coactis veteribus ciuib. Quib. quum nõ modo præstitisset à tãto bello ad sedes ponẽdas securitatẽ & trãquillitatem, sed cætera quoq; præparasset atq; enixé iuuisset, colebãt eum pro cõditore. Quũ verò idẽ esset aliorum iuxta omnium erga eum animus, non fœdus vllum, non legumlatio, non loci habitatio, non reipub. constitutio recte videbatur comparata, quam non attigisset ille, composuisset, tanquam operi consummato architectus extremam faustamque atque diis hominibusque gratam manum addens. Nam quum multi illius ætate Græci floruerint insignes viri, & præclaras res gesserint, inter quos Timotheus, Agesilaus, Pelopidas fuerunt, &, quem est præcipue Timoleon æmulatus, Epaminondas, facta illorum extulerunt vi & labore dilutum splendorem, vnde nonnulla eorum sequuta reprehensio & pœnitentia est. At Timoleontis operum, si à fratris fato discesseris, nullum est cui non Sophoclis illud (vt Timæus ait) merito acclames,

O dij, quænam Venus vel quis Cupido
Hisce manum admouit?

Vt enim Colophoniorum Antimachi versus & Dionysii picturæ neruis præditi & vigore imaginem referunt expressorum & elaboratorum, Nicomachi verò picturis & carminibus Homeri extra reliquas dotes & gratias etiam hoc inest, expedite vt facta & facile appareat: ita si cum Epaminõdæ imperio & Agesilai laborum pleno atque ærũnoso, Timoleontis contendas ducatum, qui cum splendore magnam habet facilitatem, videbitur is bene & recte reputantibus, non fortunæ sed virtutis esse fortunatæ opus. Et quidem victorias suas ille fortunæ retulit omnes acceptas. Siquidẽ scribens domum ad amicos, & in concionibus ad Syracusanos, sæpe numero gratias ait se deo habere, quod quum seruare vellet Siciliam, ei rei titulũ inscripserit suum. Domi extructo sacello Casus, sacrificabat ei: ædes ipsas sacræ fortunæ dedicauit. Domum habitabat, quam ei Syracusani eximiam imperii præmio donauerunt, præterea amœnissimum & pulcherrimum omnium prædium, vbi plerunque in quiete cum vxore & liberis, quos acciuerat ex patria, agebat. Neque enim Corinthum repetiit, neque se tumultibus Græciæ implicauit, vel ciuili obiecit odio, in quod plerique insatiabili honorum & potentiæ cupiditate impingunt imperatores, sed illic subsedit, bonis quorum ipse autor fuerat, fruens. Eorũ erat summum, quod tam multas ciuitates, tam immensam multitudinẽ videret mortalium sua opera vitam agentem beatam. Cæterum, quia nimirum non modo omnibus innasci galeritis cristam oportet, vt ait Simonides, verum omni etiam reipub. quadruplatorem: Timoleontem quoque duo concionatores adorti sunt, Laphystius & Demenetus. Quorum Laphystio sponsores ab eo in causa quadam exigente, non permisit tumultum ciues mouere vel illum interpellare: ideo enim se tantos labores & pericula docuit vltro suscepisse, vt quiuis ciuis Syracusanus vti valeret legibus. Quum verò Demenetus multis di-

ὥστε πλὴν οἰκήσοντας ἑτέρους ὅθεν οἱ πολῖται πρότερον ἀπεδίδρασκον. καὶ γὰρ Ἀκράγαντα, καὶ Γέλαν, πόλεις μεγάλας, μετὰ τὸν Ἀττικὸν πόλεμον ὑπὸ Καρχηδονίων αἰαῖ ἄπεις γεγενημένας, τότε κατῴκησαν· τὴν μὲν, οἱ περὶ Μέγελλον καὶ Φέριστον, ἐξ Ἐλέας, τὴν δ', οἱ περὶ Γόργον, ἐκ Κέω ἐκπλεύσαντες, καὶ συναγαγόντες τοὺς ἀρχαίους πολίτας. οἷς δὲ μόνον ἀσφάλειαν ἐκ πολέμου τοσούτου καὶ γαλήνην ἱδρυομένοις παρεῖχον, ἀλλὰ καὶ τἄλλα παρασκευάσας καὶ συμπροθυμηθεὶς, ὥσπερ οἰκιστὴς ἠγάπατο, καὶ τῶν ἄλλων ὧν ἐφάκεμεν ὁμοίως ἀπεστερημένων πρὸς αὐτὸν, οὐ πολέμου τὶς λύσις, οὐ νόμων θέσις, οὐ χώρας κατοίκισμος, οὐ πολιτείας ἐξάπαξις ἐδόκει καλῶς ἔχειν, ἧς ἐκεῖνος μὴ προσάψαιτο, μηδὲ κατεκοσμήσειεν, ὥσπερ ἔργου συντελουμένου δημιουργὸς, ὑπὸ θείας τινὰ χάριν θεοφιλῆ καὶ πρέπουσαν. πολλῶν γὰρ κατ' αὐτὸν Ἑλλήνων, μεγάλων γενομένων καὶ μεγάλα κατεργασαμένων, ὧν καὶ Τιμόθεος ἦν, καὶ Ἀγησίλαος, καὶ Πελοπίδας, καὶ ὁ μάλιστα ζηλωθεὶς ὑπὸ Τιμολέοντος Ἐπαμινώνδας· αἱ μὲν ἐκείνων πράξεις βίᾳ τινὶ καὶ πόνῳ τὸ λαμπρὸν ἐξενεώτατον μεμιγμένον· ὥστε καὶ μέμψιν ἐνίαις ὑπιγνέσθαι καὶ μετάνοιαν· τῶν δὲ Τιμολέοντος ἔργων (ἔξω λόγου θεμένοις τὴν περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀνάγκην) οὐδέν ἐστιν ᾧ μὴ τὰ τοῦ Σοφοκλέους (ὡς φησι Τίμαιος) ὑπεφωνήσειν ἔπρεπεν, Ὦ θεοί, τίς ἄρα Κύπρις, ἢ τίς ἵμερος τοῦδε ξυνῆψε; καθάπερ γὰρ ἡμεῖν Ἀντιμάχου ποίησις, καὶ τὰ Διονυσίου ζωγραφήματα, τῶν Κολοφωνίων, ἰσχὺν ἔχοντα καὶ τόνον, ἐκβεβιασμένοις καὶ καταπόνοις ἔοικε, ταῖς δὲ Νικομάχου γραφαῖς, καὶ τοῖς Ὁμήρου στίχοις, μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως καὶ χάριτος, παρέστιν τὸ δοκεῖν εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως ἀπεργάζεσθαι· οὕτως παρὰ τὴν Ἐπαμινώνδου στρατηγίαν, καὶ τὴν Ἀγησιλάου, πολυπόνοις γενομένας καὶ δισάγωνας, ἡ Τιμολέοντος ἀντεξετάζομένη, καὶ μετὰ τοῦ καλοῦ πολὺ ῥᾳδίως ἔχουσα φαίνεται τοῖς εὖ καὶ δικαίως λογιζομένοις, οὐ τύχης ἔργον, ἀλλ' ἀρετῆς εὐτυχούσης. καί τοι πολύ γ' ἐκεῖνος εἰς τὴν τύχην ἀνέπλεν τὰ κατορθούμενα. καὶ γὰρ γράφων τοῖς οἴκοι φίλοις, καὶ δημηγορῶν πρὸς τοὺς Συρακουσίους, πολλάκις ἔφη τῷ θεῷ χάριν ἔχειν, ὅτι βουλόμενος σῶσαι Σικελίαν, ἐπεγράψατο τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν. ὑπὲρ δὲ τῆς οἰκίας ἱερὸν ἱδρυσάμενος αὐτοματίας ἔθυσε, αὐτὴν δὲ τὴν οἰκίαν ἱερῷ δαίμονι καθιέρωσεν· ᾤκει δὲ οἰκίαν ἣν ἐξεῖλον αὐτῷ στρατηγίας ἀριστεῖον οἱ Συρακούσιοι, καὶ τῶν ἀγρῶν τὸν ἥδιστον καὶ κάλλιστον· ἐν ᾧ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου κατεφόλαζεν, μεταπεμψάμενος οἴκοθεν τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας. οὐ γὰρ ἐπανῆλθεν εἰς Κόρινθον, οὐδὲ κατέμιξε τοῖς Ἑλληνικοῖς θορύβοις ἑαυτὸν, οὐδὲ τῷ πολιτικῷ φθόνῳ παρέδωκεν, (εἰς ὃν οἱ πλεῖστοι τῶν στρατηγῶν, ἀπληστίᾳ τιμῆς καὶ δυνάμεως, ἐξοκέλλουσιν) ἀλλ' ἐκεῖ κατέμενεν, τοῖς ἐφ' ἑαυτοῦ μεμηχανημένοις ἀγαθοῖς χρώμενος· ὧν μέγιστον τὸ πόλεις τοσαύτας καὶ μυριάδας ἀνθρώπων δι' ἑαυτὸν ἐφορᾶν εὐδαιμονούσας. ἐπεὶ δὲ χρῖν (ὡς ἔοικεν) οὐ μόνον πᾶσι κορυδαλοῖς λόφον ἐγγίνεσθαι, κατὰ Σιμωνίδην, ἀλλὰ καὶ πάσῃ δημοκρατίᾳ συκοφάντου, ἐπεχείρησαν καὶ Τιμολέοντι δύο τῶν δημαγωγῶν, Λαφύστιος καὶ Δημαίνετος. ὧν Λαφυστίου μὲν αὐτὸν πρός τινα δίκην κατεγνωκότος, οὐκ εἴα θορυβεῖν, οὐδὲ κωλύειν τοὺς πολίτας· ἐκὼν γὰρ αὐτὸς ὑπομεῖναι τοσούτους πόνους καὶ κινδύνους ὑπὲρ τοῦ τοῖς νόμοις χρῆσθαι τὸν βουλόμενον Συρακουσίων, τοῦ δὲ Δημαινέτου πολλὰ

καταῤῥήσαιτο ἐν ἐκκλησίᾳ τῆς εὐπραγίας, πρὸς ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν ἀντεῖπεν, τοῖς δὲ θεοῖς ἔφη χάριν ὀφείλειν, οἷς ἠξίωσε Συρακουσίους ὁρᾶν τῆς παῤῥησίας κυρίους γενομένους. μέγιστα δὲ ὧν καὶ κάλλιστα τῶν καθ' αὑτὸν Ἑλλήνων ὁμολογουμένως ἀπεργασάμενος ἔργα καὶ μόνος, ἐφ' οἷς οἱ σοφισταὶ τῶν πανηγυρικῶν ἀεὶ παρεκάλουν πρᾶξαι τοὺς Ἕλληνας, ἐν αὐταῖς ἀρετὰς θύσας· καὶ τὰ μὲν αὐτὸς κακῶν, ἃ τῷ ἀρχαίαν Ἑλλάδα κατέχειν, ὑπὸ τῆς τύχης προεκκομισθεὶς ἀναίμακτος καὶ καθαρός· ὁρισθεὶς δὲ δόξαν μὲν καὶ ἀνδρείαν τοῖς βαρβάροις καὶ τοῖς τυράννοις, δικαιοσύνην καὶ πραότητα τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς φίλοις· τὰ δὲ πλεῖστα δάκρυα τῶν ἀγώνων ἀδάκρυτα καὶ ἀπενθῆ τοῖς πολίταις κατασήσας, καθαρὰν δὲ τὴν Σικελίαν ἐν οὐδὲ ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ ἀνδρῶν καὶ συμφορῶν κακῶν καὶ νοσημάτων πονηρῶν τοῖς κατοικοῦσιν· ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἀπημβλυώθη τὴν ὄψιν, εἶτα τελέως ἐπηρώθη μετ' ὀλίγον, οὔτε αὐτὸς ἑαυτῷ πρόφασιν πονηρὰν, οὔτε παρεγενηθεὶς ὑπὸ τῆς τύχης, ἀλλὰ συγγενικῆς νόσου (ὡς ἔοικεν) αἰτίας καὶ καταβολῆς ἅμα τῷ χρόνῳ σωεπιπεμπούσης. λέγονται γὰρ οὐκ ὀλίγοι τὴν χρόαν ἡλιῶδες αὐτῷ προσηκόντων, ὁμοίως ἀποβαλεῖν τὴν ὄψιν, ὑπὸ γήρως ἀπομαρανθέντες. ὁ δὲ Ἄθανις, ἐπὶ σωεστῶτος τοῦ πρὸς Ἵππωνα πολέμου καὶ Μάμερκον, ἐν Μυλαῖς ὑπὸ στρατοπέδου φησὶν ἀπογλαυκωθῆναι τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι φανερὰν γενέσθαι τὴν πήρωσιν. οὐ μὴν ἀπὸ τούτου πολιορκίας, ἀλλ' ἐμμείναντα τῷ πολέμῳ λαβεῖν τοὺς τυράννους· ὡς δὲ ἐπανῆλθεν εἰς Συρακούσας, εὐθὺς ἀποθέσθαι τὴν μοναρχίαν καὶ παραιτεῖσθαι τοὺς πολίτας, τῶν πραγμάτων εἰς τὸ κάλλιστον ἠκόντων τέλος. ἐκεῖνον μὲν οὖν αὐτὸν ὑπομείναντα τὴν συμφορὰν ἀλύπως ἧττον ἄν τις θαυμάσειεν· τῶν δὲ Συρακουσίων ἄξιον ἄγασθαι τὸν πρὸς τὸν ἄνδρα ἔμμονον καὶ χάριν, ὡς ἐπεδείξαντο πεπτωκότι, φοιτῶντες ὑπὸ θύρας αὐτοῦ, καὶ τῶν ξένων τοὺς παρεπιδημοῦντας ἄγοντες εἰς τὴν οἰκίαν καὶ τὸ χωρίον, ὅπως θεάσαιντο τὸν εὐεργέτην αὐτῶν, ἀγαλλόμενοι καὶ μέγα φρονοῦντες ὅτι παρ' αὐτοῖς εἵλετο καταζῆσαι τὸν βίον, οὕτω λαμπρὰς ἐπιδόσεις εἰς τὴν Ἑλλάδα παρεσκευασμένης αὐτῷ, διὰ τὴν εὐτυχίαν, καὶ καταφρονήσας. πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων εἰς τὴν οἰκείου μὲν γραφομένων καὶ πραττομένων, οὐδενὸς ἧττον ἢ τὸ ψηφίσασθαι τὴν τῶν Συρακουσίων δῆμον, ὁσάκις συμπέσοι πόλεμος αὐτοῖς πρὸς ἀλλοφύλους, Κορινθίῳ χρῆσθαι στρατηγῷ. καλὴν δὲ καὶ τὴν πρὸς τὰς ἐκκλησίας γινόμενον ὄψιν εἰς μὲν αὐτὸν παρεῖχε. τὰ δὲ ἄλλα δι' αὐτῶν κρίνοντες, ὅτι τὰς μείζονας ἀφικέσθαι ἐκεῖνον ἐκάλουν. ὁ δὲ κομιζόμενος δι' ἀγορᾶς ὅτι ζεύγει πρὸς τὸ θέατρον ἐπορεύετο· καὶ τὰ ἀπήνης, ὡς φασὶ τὰ τύχοντες καθήμενος, εἰσαγομένης, ὁ μὲν δῆμος ἠσπάζετο, μιᾷ φωνῇ προσαγορεύων αὐτόν· ὁ δὲ ἀντασπαζόμενος, καὶ χρόνον τινὰ δοὺς ταῖς εὐφημίαις καὶ τοῖς ἐπαίνοις, εἶτα διακούσας τὸ ζητούμενον, ἀπεφαίνετο γνώμην. ὅτι χρεστομαθείσης τοῦ τούτου, οἱ μὲν ὑπηρέται, πάλιν ἀπῆγον ἀφ' τοῦ θεάτρου τὸ ζεῦγος, οἱ δὲ πολῖται, βοῇ καὶ κρότῳ πρεπέμψαντες ἐκεῖνον, ἤδη τὰ λοιπὰ τῶν δημοσίων καθ' αὑτοὺς ἐχρημάτιζον. ἐν τοιαύτῃ δὲ γηροτροφούμενος τιμῇ μετ' εὐνοίας, ὡς φασὶ πατὴρ κοινὸς, ἐν μικρᾷ προφάσει τῷ χρόνῳ σωεφαψαμένης, ἐτελεύτησεν. ἡμέρων δὲ δοθεισῶν τοῖς μὲν Συρακουσίοις εἰς τὸ θεάσασθαι τὰ θεῖα τὴν τάφην, τοῖς δὲ θεοφίλοις καὶ ξένοις, εἰς τὸ σωελθεῖν, τά τε ἄλλα λαμπρᾶς χορηγίας ἔτυχεν, καὶ τὸν λόχον οἱ ψήφῳ τῶν νεανίσκων προκριθέντες ἔφερον κεκοσμημένον ἀφ' τῶν Διονυσίων τυραννείων τότε κατεσκαμμένων.

A ctis acta eius laceraſſet in cõcione, nihil reſpondit ei, tantũ ait gratias ſe debere diis, quos precatus eſſet vt Syracuſanos videre poſſet libere loquẽdi ius aſſequutos. Ergo poſtquam præſtantiſſima & pulcherrima omnium citra controuerſiam ſuæ ætatis Græcorum facta edidit: & ad quas actiones orationib ſemper in cõuentibus Græcos cohortabantur ſophiſtæ, in his ſolus excelluit, atq; ex malis quæ ipſius æuo veterem Græciam agitabant, ante exportatus à fortuna fuit incruentus & mundus: conſiliũ verò & virtutẽ ſuam barbaris tyranniſq; probauit: iuſtitiam atq; manſuetudinem Græcis

B & amicis, trophæa præliorum maxima ex parte ſine lacrymis & luctu ciuiũ ſuorum erexit, Siciliam annis nondũ circumactis octo à miſeriis inteſtiniſ que malis ac morbis purã tradidit incolis: ætate iã grauior oculorũ caligine captus eſt, breuiq; poſt amiſit viſum, nõ quod in culpa ipſe fuerit, vel laſciuia ſit fortunę ſuggillatus, ſed ex hęreditaria cauſa & morbo, meo iudicio, cum ætate impetente. Siquidem non pauci ex illius familia referuntur, qui emarceſcente ex ſenio lumine orbati fuere. Athanis bello etiamnũ cum Hippone & Mamerco flagrãte Mylis ait aciem eius vitiatam glaucomate

C fuiſſe omnibuſq; patuiſſe imminere ei cæcitatem: nec ideo tamen obſidionẽ eum ſoluiſſe, ſed in bello perſeuerantẽ tyrannos cepiſſe. Vt tamẽ regreſſus eſt Syracuſas, depoſuiſſe eũ protinus imperiũ, & ſe apud ciues excuſaſſe, quũ res ad optimum terminum perduxiſſet. Atq; illum quidẽ molliter calamitatem ſuã minus mirum ſit tuliſſe. At Syracuſanorum in illum operæ pretium eſt cõmendare honores & gratitudinẽ, quibus proſequuti cæcũ ſunt, ianuam eius celebrãdo, hoſpites, qui Syracuſis forte tranſirent, domũ eius & ad villã deducẽdo, quo virũ contemplarentur ita de ipſis meritũ:

D exultantes gloriãteſq; quod reditu in Græciam adeo celebri, qui victoriarum nomine manebat eũ, contẽpto, vitam ei exigere apud ſe libuiſſet. Quũ autẽ multæ rogationes ferrentur, multa in laudem illius agerentur, tum eximium hoc ſciuit populus Syracuſanus, vt quotieſcunq; geſturi bellum eſſent cum nationibus exteris, duce vterentur Corinthio. Magnificã etiam mos cõcionem habendarum ad laudem eius præbebat ſpeciem. nam diſceptabant ipſi per ſe cætera: ad maiores verò deliberationes illum adhibebant, qui medio foro vehebatur curru ad theatrum, vehiculo in quo

E ſedebat illato, populus vna voce appellabat ſalutabatque illum. Ille reddita ſalute, quum aliquid feſtis vocibus & laudationibus dediſſet ſpatii, audiebat qua de re deliberarent, inde ſententiã ſuam dicebat. Qua comprobata, reducebant currum par theatrum miniſtri eius, ciues autem voce, acclamatione, plauſu eũ proſequuti, cætera diſpenſabant per ſe. Quum tanto honore & beneuolẽtia eſſet ſenectus eius ſicut parentis ciuitatis culta, ex leui inualetudine cum ſenio coniuncta deceſſit. Spatio certo, quo Syracuſani ea quæ ad funus pertinerent, parabãt, & vicini peregriniq; conueniebant cætera inſtructa fuerunt magnifice. Le-

F ctum delecti à populo iuuenes exornatũ per Dionyſiorum tunc dirutam regiam portarerunt:

Tametsi nec montis altitudinem ferant geometræ, nec profunditatem maris decem stadia excedere. Xenagoram non obiter, sed via & ratione atque instrumentis inisse apparet mensuram. Ibi Nasica pernoctauit. At Perseo consulem cernenti non se mouere, nec reputanti quod in manibus erat, transfuga Cretensis in itinere elapsus, circuitionem indicauit Romanorum. Ille pauefactus, castra non mouit, sed mercenariorum militum decem millia, Macedonum duo duce Milone misit, imperans vt maturaret & occuparet saltum. Hos, vt ait Polybius, adhuc sopitos adorti sunt Romani, Nasica ancipitem in vertice dimicationem & periculum extitisse, se etiam Thracem conductitium congressum secum traiecto hasta pectore interemisse, deiectisque hostibus & Milone turpiter in tunica abiectis armis fugiente, tuto sequutum se, simulque deduxisse agmen. Eo casu trepidans Perseus & languescẽs spe, propere retro mouit exercitũ. Verumtamen aut subsistere necesse habebat pro Pydna & aleam experiri Martis, aut dissipato exercitu circumlatum per vrbes excipere bellum, quod semel domi receptum, nisi magna cæde & multo sanguine haud poterat emitti. Cæterum qui suggerebant amici copiarum numero ibidem eum esse superiorem, ac fortissime Macedonas pro coniugibus & liberis sub oculis regis in discrimen offerentis se dimicaturos, ita animatus, castris positis, parauit se ad prælium, regionem speculatus est, præfecturasque distribuit, quasi ex itinere Romanos inuasurus. Locus campum habebat phalangi planiciem æquabilem requirenti opportunum, & continentes complures colles leui armaturæ & ferentariis ad receptum & circumcursandum commodos. Per medium amnes AEson & Leucus labentes, quanuis tenui alueo ea tempestate, quod esset præceps iam æstas: aliquid videbantur negocii tamen præbituri Romanis. At Paulus, vbi se coniunxit Nasicæ, incessit quadrato agmine in hostes. Vt illorum aciem & numerum contemplatus est, stupefactus substitit, cœpitque aliquid secum agitare animo. Nobilissimi iuuenes qui pugnare gestiebant, adeuntes consulem, orauerunt eum ne extraheret rem, ac præ cæteris Nasica Olympico elatus successu.

A Τούτοις προσλαβὼν ὁ Νασικᾶς ἱππεῖς ἑκατὸν εἶχεν, καὶ τοὺς παρ' Ἁρπάλῳ Θρᾳκῶν καὶ Κρητῶν ἀναμεμιγμένους Θρᾳκικοίους, ἐξώρμησε τῇ πρὸς θάλασσαν ὁδῷ, καὶ κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸ Ἡρακλεῶν, ὡς δὴ πᾶς ναυσὶ μέλλων ἐκπλεῖν καὶ κυκλοῦσθαι τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων. ἐπεὶ δὴ ἐδείπνησαν οἱ στρατιῶται, καὶ σκότος ἐγίνετο, τοῖς ἡγεμόσι φράσας τὰ δόκοντα, ἦγε διὰ νυκτὸς τὴν ἐναντίαν ἀπὸ θαλάσσης· καὶ καταλύσας ἀνέπαυε τὴν στρατιὰν ὑπὸ τὸ Πύθιον. ἐνταῦθα τοῦ Ὀλύμπου τὸ ὕψος ἀνατείνει πλέον ἢ δέκα στάδιος· σημαίνεται δ' ὑπογράμμασι τοῦ μεδησαντος, ὅτως,

B Οὐλύμπου κορυφῆς ὑπὲρ Πυθίου Ἀπόλλωνος
Ἱερόν, ὕψος ἔχει (πρὸς τὴν κάθετον δὴ ἐμεδήθη)
Πλήρη μὲν δεκάδα σταδίων μίαν, αὐτὰρ ἐπ' αὐτῇ,
Πλέθρον τεσσαρεσκαίδεκα μέτρον μεγέθει.
Εὐμήλου δέ μιν υἱὸς ἐθήκατο μέτρα κελεύθου,
Ξεναγόρης. σὺ δὲ ἄναξ χάρε, καὶ ἐσθλὰ δίδου.

καίτοι λέγουσιν οἱ γεωμετρικοὶ, μήτε ὄρους ὕψος, μήτε βάθος τῆς θαλάσσης ὑπερβάλλειν δέκα στάδιος. ὁ μὲν τοι Ξεναγόρας οὐ παρέργως, ἀλλὰ μεθόδῳ καὶ δι' ὀργάνων εἰληφέναι δοκεῖ τὴν μέτρησιν. ὁ μὲν οὖν Νασικᾶς ἐνταῦθα διενυκτέρευσεν. τῷ δὲ Περσεῖ τὸν Αἰμίλιον ἀτρεμοῦντα καὶ χώραν ὁρῶντι, καὶ μὴ λογιζομένῳ τὸ γινόμενον, ἀποδρὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ Κρὴς αὐτόμολος, ἦκε μηνύων τὴν περίοδον τῶν Ῥωμαίων· ὁ δὲ σπουδασθεὶς, τὸ μὲν στρατόπεδον οὐκ ἐκίνησεν, μυρίους δὲ μισθοφόρους ξένους καὶ διχιλίους Μακεδόνας Μίλωνι τῷ δεδοῖς, ἐξαπέστειλεν, τῷ δεσποσασάμενος ταχυῶν καὶ καταλαβεῖν τὰς ὑπερβολάς. τούτοις ὁ μὲν Πολύβιος φησὶν, ἔτι κοιμωμένοις ὅτι πεσεῖν τοὺς Ῥωμαίους· ὁ δὲ Νασικᾶς ὀξὺ ἀγῶνα περὶ τοῖς ἄκροις ἠμφέβαλε καὶ κίνδυνον· αὐτὸν δὲ Θρᾷκα μισθοφόρον εἰς χεῖρας συμβαλόντα, τῷ ξυστῷ διὰ τοῦ στήθους πατάξας καταβαλεῖν· ἐκβιασθέντων δὲ τῶν πολεμίων, καὶ τοῦ Μίλωνος ἀφεῖσα φεύγοντος ἀπὸ τῶν ὅπλων μονοχίτωνος, ἀσφαλῶς ἀκολουθεῖν, ἅμα καταβιβάζων εἰς τὴν χώραν τὸ στράτευμα. τούτων δὲ τῷ Περσεῖ συμπεσόντων, κατὰ τάχος ἀναζεύξας, ἦλθ' ὀπίσω, περίφοβος γεγονὼς, καὶ συνεχυμένος ταῖς ἐλπίσιν. αὐτὸς δὲ ὅμως πρὸ τῆς Πύδνης ἐπορεύετο πρεσβεύσασθαι μάχης δυναγκαῖον ἢ, ἢ τῷ στρατῷ σκεδασθέντι περὶ τὰς πόλεις δέχεσθαι τὸν πόλεμον, ἐπεὶ πρὸς ἅπαξ ἐμβεβήκει τῇ χώρᾳ, δίχα πολλοῦ φόνου καὶ νεκρῶν ἐκπεσεῖν μὴ δυνάμενον. πλήθει μὲν οὖν ἀνδρῶν αὐτόθεν περιεῖναι, προθυμίαν δὲ πολλὴν ὑπάρχειν, ἀμυνομένοις περὶ τέκνων καὶ γυναικῶν, ἐφορῶντος ἕκαστα τοῦ βασιλέως, καὶ προκινδυνεύοντος. ἐκ τούτων ἐθαρσύνοντο οἱ φίλοι τὸν Περσέα· καὶ βαλόμενος στρατόπεδον, συνεπάτετο πρὸς μάχην, καὶ τὰ χωρία κατεσκόπει, καὶ διήρει τὰς ἡγεμονίας, ὡς δὴ θοὺς ἐξ ἐφόδου τοῖς Ῥωμαίοις ἀπαντήσων. ὁ δὲ τόπος καὶ πεδίον ἦν τῇ φάλαγγι βάσεως ὅτι πέδου καὶ χωρίων ὁμαλῶν δεομένῃ, καὶ λόφοι συνεχεῖς, ἄλλος ἐξ ἄλλου, τοῖς γυμνητεύουσι καὶ ψιλοῖς ἀναφυγὰς καὶ περιδρομὰς ἔχοντες. διὰ μέσου δὲ ποταμοὶ ῥέοντες Αἴσων καὶ Λεύκης, οὐ μάλα βαθεῖς τότε, (θέρους γὰρ ἦν ὥρα φθίνοντος) ἐδόκουν μικρὰ δυσεργίαν ὅμως τοῖς Ῥωμαίοις παρέξειν. ὁ δὲ Αἰμίλιος, ὡς εἰς ταὐτὸν συνέμιξε τῷ Νασικᾷ, κατέβαινε συντεταγμένος ὅτι τοὺς πολεμίους. ὡς δὲ εἶδε τὴν παράταξιν αὐτῶν, καὶ τὸ πλῆθος θαυμάσας ἐπέστησε τὴν πορείαν, αὐτός τε πρὸς ἑαυτὸν συλλογιζόμενος. οἱ δὲ ἡγεμονικοὶ νεανίσκοι παρεσκευασμένοι μάχεσθαι παρελαύνοντες, ἐδέοντο μὴ μέλλειν, καὶ μάλιστα πάντων ὁ Νασικᾶς, τῇ περὶ τὸν Ὄλυμπον εὐτυχίᾳ τεθαρρηκώς.

» ὁ δ' Αἰμίλιος μειδιάσας, Εἴγε τοῦ σὴν (εἶπεν) ἡλικίαν εἶ-
» χον· αἱ δὲ πολλαί με νίκαι διδάσκουσαι τὰ τῶν ἡττωμένων ἁμάρ-
» τημα, κωλύουσιν ἐξ ὁδοῦ μάχην πιθέσθαι πρὸς φάλαγ-
» γα συντεταγμένην ἤδη καὶ σπουδάζουσαν. ἐκ τούτου τὰ μὲν
πρῶτα καὶ καταφανῆ πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐκέλευσεν εἰς
ἀσπίδας καθιστάμενα ποιεῖν χῆμα τῆς παρατάξεως, τοὺς δ' ἀπ'
οὐρᾶς τραφέντας ἐν χώρᾳ χάρακα βαλέσθαι καὶ τὴν ἀποσκευὴν
ἐξῆλθεν. οὕτω δὴ τῶν σπουδαζόντων τοῖς τελευταίοις καθ' ὑπαγω-
γὴν ἐξελιττομένων, ἔλαθε τοῦ παρατάξιν ἀναλύσας, καὶ
καταστήσας ἀθορύβους εἰς τὸν χάρακα πομπάς. ἐπεὶ δὲ νὺξ γε-
νομένη, καὶ μετὰ δεῖπνον ἐδάπανον πρὸς ὕπνον καὶ ἀνάπαυσιν, ἀφ-
ιδίου ἡ σελήνη πλήρης οὖσα καὶ μετέωρος ἐμελαίνετο· καὶ τὸ
φῶς ἀπολιπόντος αὐτοῦ, χρόας ἀμείψασα πολυδαπάς,
ἠφανίσθη. τῶν δὲ Ῥωμαίων, ὡς πρόσθεν νενομισμένον, χαλκοῦ
τε πατάγοις ἀναχαλκευομένου τὸ φῶς αὐτῆς, καὶ πυρὰ πολλὰ
δαλοῖς καὶ δᾳδοῖν ἀνεχόντων πρὸς τὸ οὐρανόν, οὐδὲν ὅμοιον ἔ-
πραττον οἱ Μακεδόνες, ἀλλὰ φείκη καὶ θάμβος τὸ στρατόπε-
δον κατεῖχεν, καὶ λόγος ἡσυχῆ διὰ πολλῶν ἐχώρει, βασι-
λέως τὸ φάσμα σημαίνειν ἔκλειψιν. ὁ δὲ Αἰμίλιος οὐκ ἀμαθὴς μὲν
ἀνήκοος οὐδὲ ἄπειρος πολυτάπασι τῶν ἐκλειπτικῶν ἀστρομα-
λιῶν, ἀλλὰ τῇ σελήνῃ προσφερομένην εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς
ἐμβάλλοιτο τεταγμένας προσόδοις, καὶ ἀποκρύπτοιτο, ἄχρι
οὗ παρελθοῦσα τὸ ὑπὲρ σκότου χώρον, πάλιν ὑπιλάμψῃ πρὸς
τὸν ἥλιον. οὐ μὴν ἀλλὰ τῷ θείῳ πολὺ νέμων, καὶ φιλοθύτης ὢν
καὶ μαντικὸς, ὡς εἶδε πρῶτον τὴν σελήνην ἀποκαθαιρομένην,
ἕνδεκα μόσχοις αὐτῇ κατέθυσεν. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τῷ Ἡρακλῆ
βουθυτῶν, οὐκ ἐκαλλιέρει μέχρις εἴκοσι· τῷ δὲ πρώτῳ καὶ εἰ-
κοστῷ παρῆν τὰ σημεῖα, καὶ νίκην ἀμείνοσι μένοις ἔφραζε. δι-
ξάμενος οὖν τοῦ βοῶν ἑκατὸν καὶ ἀγῶνος ἱερὸν τῷ θεῷ, προσ-
έταξε διαχρήσασθαι τοῖς ἡγεμόσι τὸν στρατὸν εἰς μάχην, αὐ-
τὸς δὲ τῇ ἀπόκλισιν καὶ τροπὴν ἀναμένων τοῦ φωτὸς ὅ-
πως μὴ κατὰ πρόσωπον μαχόμενοις ἀδοῖς ἔωθεν ὁ ἥλιος
ἀντιλάμποι, παρῆγε τὸν χρόνον ἐν τῇ σκηνῇ καθεζόμενος
ἀναπεπταμένῃ πρὸς τὸ πεδίον καὶ τὴν στρατοπεδείαν τῶν
πολεμίων. πρὲ δὲ δείλης, οἱ μὲν αὐτόφασι τοῦ Αἰμιλίου
τεχνάζοντος, ἐκ τῶν πολεμίων ἡρέθαι τὴν ἐπιχείρησιν
ἀχαλίνων ἵππων ἐξελάσαντος, ἐμβαλεῖν ἀδοῖς τοῖς Ῥω-
μαίοις, καὶ τοῦτον ἀρχὴν μάχης διωκόμενον παρασχεῖν· οἱ
δὲ, Ῥωμαϊκῶν ὑποζυγίων χορτάσματα παρασκευαζόντων
ἅπτεσθαι Θρᾶκας, ὧν Ἀλέξανδρος ἡγεῖτο. πρὸς δὲ τούτοις
ἐκφερομένου ὀξέως ἐπὶ πασσίων Λιγύων ἡρέθαι. παρεβοη-
θούντων δὲ πλειόνων ἑκατέρωθεν, οὕτω συνάπτεσθαι τὴν
μάχην ἀμφοτέρων. ὁ μὲν οὖν Αἰμίλιος, ὥσπερ κυβερνή-
της, τῷ παρόντι σάλῳ καὶ κινήματι τῶν στρατοπέδων τεκ-
μαιρόμενος τὸ μέγεθος τοῦ μέλλοντος ἀγῶνος, ἐκ τῆς σκη-
νῆς προῆλθεν, καὶ τὰ τάγματα τῶν ὁπλιτῶν ὁπτῶν παρε-
θάρρυνεν. ὁ δὲ Νασικᾶς ὀξιππασάμενος πρὸς τοὺς ἀκρο-
βολιζομένους, ὁρᾷ πολὺ τῶν οὔπω πρὸς πολεμίους ἐν χερ-
σὶν ὄντας. πρῶτοι δὲ οἱ Θρᾶκες ἐχώρουν, ὧν μάλιστα
φησὶν ἐκπλαγῆναι τὸν ὄψιν, ἄνδρες ὑψηλοὶ τὰ σώματα,
λευκῷ καὶ περιλάμπουσι θυρεῷ, καὶ περικνημίδων ὁπλισ-
μῷ, μέλανας ὑπενδεδυμένοι χιτῶνας, ὀρθὰς δὲ ῥομ-
φαίας βαρυσιδήρους ἀπὸ τῶν δεξιῶν ὤμων ὁπισείοντες.

A Cui Paulus arridens, Sane quidē, inquit, si tua sim ætate, sed multæ me victoriæ, quæ victorū me docuerunt offensa, ex itinere vetant cum instructa iam phalange & composita manus conserere. Inde frontem exercitus sui per cohortes speciem iubet efficere aciei & postremos cōuertere se ad vallum ibidem iaciendum & castra munienda. Ita silentio subductis qui proximi extremos stabant, & orbem voluentibus, aciem imprudentibus hostibus explicauit, & in castra sine tumultu omnes duxit. Quum iam nocte à cœna corpora somno & quieti dare vellent, ecce luna pleno orbe & sublimis obscurata est, fugiēteq; lumine in varios vertit colores, dum condita est. Hic quum Romani de more æris crepitu lumen eius reuocarent, frequentesq; flammas tædis facibusq; ad cælum porrigerent, longe diuersa egerunt Macedones, quorum castra horror stuporq; tenuit, rumorq; sensim est per castra vulgatus, portendere hoc regni occasum. Paulus verò, qui tyro non erat neq; rudis inæqualitatum eclipticarum, quæ statis circulis vmbra terræ condant & inopacent lunæ orbem, dum offuscantem præteruecta regionē iterum à sole illustretur, oppido religiosus tamen deditusq; diis placandis & auguriorum peritus, vt primum renitescere cōspexit lunā, immolauit ei vndecim iuuencas. Luce prima quū sacrificaret Herculi hostiis viginti non litauit. Tandem prima & vigesima læta exta fuerunt, victoriamq; defendentibus se, non lacessentibus hostem, spopondere. Igitur centum bobus & ludis deo votis, imperat legatis vt instruant aciem. Ipse tantisper moratus dum sol vergeret in occasum circumactus, ne lumen solis, quod erat suis ex aduerso, matutino tempore oculos eorum perstringeret: sedensque in tabernaculo suo, quod campus & hostium castra spectabat, terebat tēpus. Inclinato in vesperū die, ab ipso Paulo quidam autores sunt, quo hostes pugnam primi lacesserent, struente, equum fuisse detracto fræno expulsum, & nonnullos Romanos ad eum retrahendum emissos, atque hinc, dum hi persequuntur equum, contractum certamen. Alii Thracas quibus præerat Alexander, in apportantia pabulum Romanorum iumenta impetum dedisse, aduersus hos septingentos Ligures acriter excurrisse, atque quum plures vtrisque subsidio venirent, ita commissum prælium. Consul ex præsenti fluctu & motu exercituum, vt gubernator molem prospiciens instantis conflictus, prodiit ex tentorio, legionesque adiit & adhortatus est. Nasica autem qui prouectus erat ad excursiones, totum hostium exercitum cernit pugnam capessentem. Primam aciem tenebant Thraces, quorum dicit maxime terribilem aspectum fuisse, viri corporibus eminentibus. His erant candicantia & resplendentia scuta ocreisque tecti & saga induti nigra, directas frameas ferro graues à dextris humeris intentabant. Iuxta Thracas intercalati erant mercenarii milites: quorum erat varia armatura, erantque his mixti Pæones. Hos tertia acies sequebatur, delecti Macedones virtute & flore iuuentutis præcipuo, auratis armis & nouis amiculis micantes puniceis.

πρὸς δὲ τοῖς Θρᾶκας οἱ μιαιφόροι παρεκέκλιντο, ὧν σκεναί τε πεμπεδαπαὶ καὶ μεμιγμένοι Παίονες ἦσαν. ὀπὶ δὲ τούτοις ἄγημα τρίτον οἱ λογάδες αὐτῶν Μακεδόνων, ἀρετῇ καὶ ἡλικίᾳ τὸ καθαρώτατον, ἀστράπτοντες ὁπλοις χρυσοῖς καὶ νεουργοῖς φοινικίσιν.

οἷς καὶ-

Pone quos instructos phalanges chalcaspidum amicantes ex castris splendore ferri & æris fulgore campum clamore strepituq; cohortantium montes compleuere. Tanta autem ferocitate & pernicitate sese intulerũt vt qui occubuerũt primi, duobus stadiis ceciderint ab Romanis castris. Quum infestæ incurrissent legiones Macedonum, aderat consul, cosq; offendit extremas hastas in scuta Romanorum adigentes, quos cõtingere Romani cominus nõ poterant gladiis. Vbi iam reliquos quoque Macedonas detractis ex humero parmis, atq; hastis vno signo inclinatis legionarios excipiẽtes, roburq; vidit cõfertæ aciei & asperitatem frontis hastis horrẽtis, stupore & terrore corruptus est: q; spectaculũ nunquam esset contẽplatus horribilius, ac postmodũ illius metus sui & speciei meminit subinde. At in præsẽtia aciem celso & læto ore obequitauit sine galea & lorica. At rex Macedonũ (vt Polybius tradit) commisso prælio, in oppidum Pydnã se magna ignauia subduxit per causam sacrificii Herculi faciendi, trepida à trepidis non recipienti sacra, nec vota admittenti nefanda. Neq; enim fas est vt qui nõ iaculatur, destinatum feriat, neq; qui locum non tenuit, is ferat palmam: neq; vt habeat socors successum, neq; vt sit malus beatus. Sed Pauli precibus volẽs propitiusq; annuit deus, quippe petebat victoriam belli & palmam hastam tenens, pugnansq; opẽ implorabat dei. Verũ Posidonius quidam, qui æqualem temporũ illorũ esse se & illis gestis refert interfuisse, in libris Historiarũ quos de Perseo scripsit cõplures, timiditate negat vel sacrificium causatũ discessisse, sed pridie quam pugnaretur crus eius ab equo fuisse calce percussum. In prælio, quanuis haberet incommode & vetarẽt amici, equum viatorium imperasse admoueri sibi, atq; ita vectũ phalãgi se immiscuisse inermẽ. Quum autem magna vis hinc inde volitaret missilium, paltum ferreum in eum decidisse, nec cuspide attigisse tamen, sed obliquum præterlapsum dextro latere esse, ac libramento tunicam eius discidisse carnemq; perstrinxisse cæca vibice, cuius diu vestigium manserit. Hanc pro Perseo adfert Posidonius defensionem. Porro Romani quum hastis occurrentes non valerent phalangem impellere, Salius qui Pelignos ducebat, signum cohortis suæ raptum torsit in hostes: quo quum Peligni (nefas est enim & piaculum Italis signum suum deserere) inferrent se atrox vltrò citroq; ex eo conflictu illata & accepta clades est. Siquidem hastas hi gladiis elidere & repellere scutis enitebantur, atque ipsis manibus prensantes eas traiicere. Illi infestas hastas ambabus tenentes manibus, & in quos incidebant, hos cum ipsis armis trãsverberantes, quia nec scutum nec lorica resistere violentiæ valebat hastæ, in caput corpora statuebant Pelignorum & Marrucinorum qui temere & furore beluino in vulnera, & apertum ruebant discrimen. Ita cõtrucidatis antesignanis, impulsi sunt qui proxime stabant, subsidiani. Nondũ quidem fugam capiebant, referebant pedẽ tamen ad montem, quẽ Olocrũ vocant. Quod cernens consul (vt est autor Posidonius)

A οἱ, καθιςαμένοις εἰς τάξιν, αἱ τῶν χαλκασπίδων ἐπφαιτέλλουσαι φάλαγγες ἐκ τοῦ χάρακος, ἐνέπλησαν αὐγῆς σιδηρᾶς καὶ λαμπηδόνος χαλκοῦ τὸ πεδίον, κραυγῆς τε καὶ θορύβου τῶν παρακελευομένων τὸ ὀρφνῖον. ὅτω τε θρασέως καὶ μετὰ τάχους ἔπεσαν, ὥστε τοῖς πρώτοις νεκροῖς ἀπὸ δυεῖν σταδίων τοῦ Ῥωμαϊκοῦ χάρακος καταπεσεῖν. γιγνομένης τε τῆς ἐφόδου, παρῆν ὁ Αἰμίλιος, καὶ κατελάμβανεν ἤδη τοῖς ἐν τοῖς ἀγήμασι Μακεδόνας, ἄκρας τὰς σαρίσας προσπεπηρακότας τοῖς θυρεοῖς τῶν Ῥωμαίων, καὶ μὴ προσιεμένοις εἰς ἐφικτὸν αὐτῶν τὰς μαχαίρας. ἐπεὶ τε καὶ τῶν ἄλλων Μακεδόνων τάς τε

B πέλτας ἐξ ὤμου προϊεμένων, καὶ τὰς σαρίσας ἀφ' ἑνὸς σημάτος κλιθείσας ὑπὸ σφῶν τοῖς θυρεαφόροις εἶδε, τίν τε ῥώμην τοῦ σωματισμοῦ καὶ τὴν θαχύτητα τῆς προβολῆς, ἔπληξις αὐτὸν ἔχει καὶ δέος, ὡς οὐδὲν ἰδὼν ἄπωποτε θέαμα φοβερώτερον· καὶ πολλάκις ὕστερον ἐμέμνητο τοῦ πάθους ἐκείνου καὶ τῆς ὄψεως. τότε τε πρὸς τοὺς μαχομένους ὑπεδέχετο θυμὸς ἴλεως καὶ φαιδρὸν ἑαυτὸν, ἀδεῶς καὶ θάρσος ἴσον παρήλαυνεν. ὁ τε Μακεδόνων βασιλεὺς (ὥς φησι Πολύβιος) τῆς μάχης ἀρχὴν λαμβανούσης ἀποδιδράσας, εἰς πόλιν ἀφιππάσατο, σκηψάμενος Ἡρακλεῖ θύειν, δεδιὼς τοῦ δεδιότος ἱερὰ μὴ δεχομένῳ, μηδ' εὐχὰς ἀθεμίτοις ὑπιτελοῦντι. θεμιτὸν γὰρ οὐκ ἔστιν, οὔτε τὸν μὴ βάλλοντα κατευστοχεῖν, οὔτε τὸν μὴ μένοντα κρατεῖν, οὐδ' ὅλως τὸν ἄπρακτον εὐπραγεῖν, οὔτε τὸν κακὸν εὐδαιμονεῖν. ἀλλὰ ταῖς Αἰμιλίου παρῆν εὐχαῖς ὁ θεός· εὔχετο γὰρ κράτος πολέμου καὶ νίκην δόρυ κρατῶν, καὶ μαχόμενος παρεκάλει σύμμαχον τὸν θεόν. οὐ μὴν ἀλλὰ Ποσειδώνιός τις, ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς πράξεσι γεγονέναι λέγων, ἱστορεῖν δὲ γεγραφὼς περὶ Περσέως ἐν πλείοσι βιβλίοις, φησὶν αὐτὸν οὐχ ὑπὸ δειλίας, οὐδὲ τὴν θυσίαν ποιησάμενον αἰτίαν, ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τῇ πρότερᾳ τῆς μάχης τυχεῖν λελακισμένον ὑφ' ἵππου τὸ σκέλος. ἐν δὲ τῇ μάχῃ, καίπερ ἔχοντα δυσχρήστως, καὶ κωλυόμενον ὑπὸ τῶν φίλων, ἵππον αὐτῷ κελεῦσαι τῶν φορέων προσαγαγεῖν· καὶ πεβεβαίτα συμμίξαι τοῖς ἐπὶ τῆς φάλαγγος ἀθρόοις. φερομένων δὲ πανοπλιῶν ἑκατέρωθεν βελῶν, παλτὸν ἐμπεσεῖν ὀλισθήσαν αὐτῷ, καὶ τῇ μὲν ἀκμῇ μὴ θίγειν, ἀλλὰ πλάγιον τοῦ δεξιοῦ πλευρᾶν παρελθεῖν τοῦ διαθράμξαν. ῥῦμῃ δὲ τῆς παρόδου, τόν τε χιτῶνα διαχρῆσαι, καὶ τὴν σάρκα φοινίξαι τυφλῷ μώλωπι πολὺν χρόνον διαφυλάξαν τὴν τύπον. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ποσειδώνιος ὑπὲρ τοῦ Περσέως ἀπολογεῖται. τῶν δὲ Ῥωμαίων, ὡς αὐτέρησαν τῇ φάλαγγι μὴ δυναμένων βιάζεσθαι, Σάλιος ὁ τῶν Παλιγνῶν ἡγούμενος ἁρπάσας τὸ σημεῖον τῶν ὑφ' αὐτὸν, εἰς τοὺς πολεμίους ἔρριψεν. τῶν δὲ Παλιγνῶν (ἐστὶν γὰρ Ἰταλοῖς θεμιτὸν οὐδὲ ὅσιον ἐγκαταλιπεῖν σημεῖον) ὑπιδραμόντων πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἔργα δεινὰ καὶ πάθη παρ' ἀμφοτέρων ἀπίστα συμπεσόντων. οἱ μὲν γὰρ ἐκκρούειν τε τοῖς ξίφεσιν τὰς σαρίσας ἐπειρῶντο, καὶ πιέζειν τοῖς θυρεοῖς, καὶ ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἀντιλαμβανόμενοι τῶν φερῶν· οἱ δὲ τῷ προβολῷ κρατυνόμενοι δι' ἀμφοτέρων, καὶ τοῖς προσπίπτουσι αὐτοῖς

C ὅπλοις διελαύνοντες, οὔτε θυρεοῦ φέροντος οὔτε θώρακος τῷ βίᾳ τῆς σαρίσης, ἀνέρριπτον ὑπὲρ κεφαλῶν τὰ σώματα, τῶν Παλιγνῶν καὶ Ῥακινῶν κατ' οὐδὲν λογισμὸν ἀλλὰ θυμῷ θηριώδεσι πρὸς ἐναντίας πληγὰς καὶ τραῦματα ὠθουμένων θάνατον. οὕτω δὲ τῶν πρόσω μαχόντων διαφθαρέντων, ἀνεκόπησαν οἱ κατόπιν αὐτῶν ὑπιτεταγμένοι· καὶ φυγὴ μὲν οὐκ ἦν, ἀναχώρησις δὲ πρὸς ὄρος τὸ καλούμενον Ὀλόκρον, ὥστε καὶ τὸν Αἰμίλιον ἰδόντα φησὶν ὁ Ποσειδώνιος,

Z

καταῤῥηξάσθαι τὸν χιτῶνα, τούτων μὲν ἐνδιδόντων, τῶν δ' ἄλλων Ῥωμαίων διαδεχομένων τὴν φάλαγγα πρὸς βολὴν οὐκ ἔχουσαν, ἀλλ' ὥσπερ χαρακώματι τῷ πυκνώματι τῶν σαρισῶν ὑπόμβριάζουσαν πρὸς τὸ θεῖον ἀπρόσμαχον. ἐπεὶ δὲ τῶν τειχείων ἀνωμάλων ὄντων, καὶ διὰ τὸ μῆκος τῆς τῶν διατάξεως οὐ φυλαττούσης διαστήματα τὸν συναπισμόν, κατεῖδε τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων κλάσεις τε πολλὰς καὶ διαστάσεις λαμβάνουσαν, (ὡς εἰκὸς ἐν μεγάλοις στρατοῖς καὶ ποικίλαις ὁρμαῖς τῶν μαχομένων) τοῖς μὲν ἐκθλιβομένοις μέρεσι, τοῖς δὲ προσπίπτουσαν, ὀπτῶν ὀξέως καὶ διαιρῶντας πείρας, ἐκέλευε εἰς τὰ διαλείμματα καὶ κενώματα τῆς τῶν πολεμίων τάξεως παρεμπίπτοντας καὶ συμπλεκομένοις, μὴ μίαν πρὸς ἅπασας ἀλλὰ πολλὰς καὶ μεμιγμένας κατὰ μέρος τὰς μάχας τίθεσθαι. Τοῦτο τῶν μὲν Αἰμιλίου τοὺς ἡγεμόνας, τῶν δὲ ἡγεμόνων τοὺς στρατιώτας διδασκόντων, ὡς πρῶτον ὑπέδυσαν καὶ διέκρουσε τῶν ὅπλων, τοῖς μὲν ἐκ πλαγίου κατὰ γυμνὰ προσφερόμενοι, τοὺς δὲ ταῖς πρεμνοτομαῖς ἀπολαμβάνοντες, ἡ μὲν ἰσχὺς καὶ ὁ κοινὸν ἔργον ἐν δυσὶ ἀπολώλει, τῶν φάλαγγος διαῤῥηγνυμένης· ἐν δὲ ταῖς καθ' ἕνα καὶ κατ' ὀλίγους συστάσεσιν, οἱ Μακεδόνες μικροῖς μὲν ἐγχειρίδιοις στερεοῖς καὶ ποδήρεσι θυρεοὺς νύσσοντες, ἐλαφροῖς δὲ πελταρίοις πρὸς τὰς ἐκείνων μαχαίρας, (ὑπὸ βάρους καὶ καταφορᾶς διὰ πολυτελοῦς ὅπλου χωρούσας ὀπὶ τὰ σώματα) κακῶς ἀντέχοντες, ἐράπουν. κατὰ τούτοις δὲ μέγας ἐν ἀγῶν ἔνθα δὴ καὶ Μάρκος ὁ Κάτωνος υἱός, Αἰμιλίου δὲ γαμβρὸς, πᾶσαν ἀλκὴν ὀπιδεικνύμενος, ἀπέβαλε τὸ ξίφος. οἷα δὲ νεανίας ἐντεθραμμένος πλείστοις παιδεύμασι, καὶ μεγάλῳ πατρὶ μεγάλης ἀρετῆς ἀποδείξας ὀφείλων, οὐ βιωτὸν ἡγησάμενος εἰ) προσεμβῴη σκύλον αὐτοῦ ζῶντος τοῖς πολεμίοις, ἐπέδραμε τῷ μάχῃ, εἴτινά που φίλον καὶ συνήθη κατεῖδεν, φεύγων τε συμπεσεῖν αὐτῷ, καὶ δεόμενος βοηθεῖν. οἱ δὲ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ θυμούμενοι, καὶ διαῤῥήξαντες ὁρμῇ μιᾷ τοὺς ἄλλους πρὸς αὐτὸν ὑφηρεύμενον, ἐμβάλλουσι τοῖς ἐναντίοις. μεγάλῳ δὲ ἀγῶνι καὶ φόνῳ πολλῷ καὶ βαύμασιν ὡσαύτως ἐν χώρᾳ, καὶ τόπον ἔρημον καὶ γυμνὸν καταῤῥήξαντες, ὀπὶ ζήτησιν ἐβάπτοντο τοῦ ξίφους. ὡς δὲ μόλις ἐν πολλοῖς ὅπλοις καὶ πτώμασι νεκρῶν κεκρυμμένον ἀνεῦρέθη, πρὸς χαρᾶς θυμούμενοι καὶ παιανίσαντες, ἐπὶ λαμπρότερον ἐνέκειντο τοῖς σωμεσῶσιν ἐπὶ τῶν πολεμίων. καὶ τέλος οἱ τεῖχιλιοι λοχάδες ἐν τάξει μένοντες καὶ μαχόμενοι, κατεκόπησαν ἅπαντες· τῶν δὲ ἄλλων φεύγοντων πολὺς ἦν ὁ φόνος, ὥστε τὸ μὲν πεδίον καὶ τὴν ὑπώρειαν καταπεπλῆσθαι νεκρῶν, τὸν δὲ Λεύκου ποταμοῦ ῥεῦμα τοῖς Ῥωμαίοις τῇ μετὰ τὴν μάχην ἡμέρᾳ διελθεῖν ἐπὶ μεμιγμένον αἵματι. λέγονται γὰρ ὑπὲρ δισμυρίους πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν. τῶν δὲ Ῥωμαίων ἔπεσον, ὡς μὲν Γαΐος φησὶν, ἑκατὸν, ὡς δὲ Νασικᾶς, ὀγδοήκοντα. καὶ κεῖται μὲν ὀξυπάτιον μέγιστος ἀγὼν οὗτος ἔχον. ἐνάτης γὰρ ὥρας ἀρξάμενοι μάχεσθαι, πρὸς δεκάτης ἐνίκησαν. τῷ δὲ λειπομένῳ τῆς ἡμέρας χρησάμενοι πρὸς τὴν δίωξιν, καὶ μέχρι σταδίων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι διώξαντες, ἑσπέρας ἤδη βαθείας ἀπεστράφοντο. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις οἱ θεράποντες ὑπὸ λαμπάδων ἀπαντῶντες, μετὰ χαρᾶς καὶ βοῆς ἀπῆγον ὀπὶ τὰς σκηνὰς, φωτὶ λαμπομένας, καὶ κεκοσμημένας κιττῷ καὶ δάφνῃς στεφάνοις. αὐτὸν δὲ τὸν στρατηγὸν μέγα πένθος εἶχεν. δυεῖν γὰρ ὑεῖν αὐτῷ στρατευομένων, ὁ νεώτερος οὐδαμοῦ φανερὸς ἦν, ὃν ἐφίλει τε μάλιστα, καὶ πλεῖστον εἰς ἀρετὴν φύσει προσῆκεν τῷ ἀδελφῷ ἐνόει.

A concidit paludamẽtum ſuum, quod partim proni in fugam eſſent, partim cæteri Romani nuſquam patentem declinatẽt phalangem, ſed quod haſtarum ſtrue inſtar valli ingrueret vndequaq; intolerabilem. Quia verò loco inæquali non ſeruabat ob longitudinẽ ſuã acies cõfertã teſtudinẽ, aduertitque Paulus multis locis interruptã Macedonũ phalangem eſſe ac multa aperuiſſe interualla, vt fieri in magnis exercitibus ſoler, variis pugnantiũ impreſſionibus hinc impulſam hinc inſtantem, propere aduolans diſſolutis ordinib. imperat, qua data interualla eſſent, & hiabat hoſtium acies, vt

B inſinuarent ſe & pugnarent, non vno loco cũ cunctis, verum cateruatim multa prælia & confuſa ſererent. Ea vbi Paulus duces, duces docuerunt milites, vt primum ſubierunt & penetrauerunt ordines illorum, hinc in nuda latera Macedonũ incurrentes, illinc à tergo eos circumueniẽtes, vis & opus commune diuulſa phalãge eſt diſſolutũ. Quũ verò pede collato, vir cum viro, & manipulatim pugnarent, minutis enſibus Macedones firma fodientes & prælonga ſcuta, leuibus autem parmis non ſatis illorum gladios, qui pondere atq; ictus impetu per omnia tegumenta penetrabãt ad corpora, ſuſtinentes auertuntur. Hoc loco acriter di-

C micatum eſt. Vbi Marcus Catonis filius, conſulis gener, dum fortiſſime pugnat, amittit gladiũ, qui, vt adoleſcens plurimis imbutus præceptis, & ingenti patri ingentis virtutis ſpecimina debens, vitam ſibi acerbam putauit ſi ſpolia ſua viuentis permitteret hoſtibus. Itaq; inſerit ſe in ordines pugnantium, ac ſicubi amicum aut familiarem cernit, exponit caſum ſuum, opemq; petit. Qui multi forteſq; curſu vnoq; ardore via per alios facta incurrunt illo duce in hoſtes, atq; his magno certamine multaq; cæde & vulneribus impulſis, locum

D deſertum & nudum occupant, & ad veſtigandum ſeſe conferunt gladium. Quem vt tandem in magno armorum & cadauerum aceruo repererunt abditum, exultabundi ouanteſque longe validius ordinibus hoſtium, vbi adhuc integri ſint, incumbunt. Poſtremo tria millia delectorum qui in acie perſtabant & dimicabant, occidione ſunt trucidati, cæterorum in fugam effuſorum ingens data ſtrages. Campus & colles cadauerib us oppleti, Leuci fluuii, quem tranſierunt poſtridie quam pugnatum eſſet Romani, vndæ ſanguine etiamnum infectæ fuerunt. nam ſuper viginti-

E quinque millia dicuntur cecidiſſe. Ex Romanis deſiderati, vt tradit Poſidonius, centum, vt Naſica, octoginta. Hæc vſque adeo cruenta pugna breuiſſime decreuit, nona hora quum affectaſſent prælium, ante decimam profligauerunt hoſtem. Quod ſupererat diei in conſectandis hoſtibus conſumpto, quum ad quindecim millia paſſuum inſequuti eos eſſent, iam nocte receperunt ſe. At cæteros ſerui occurrentes ad faces cum gaudio & plauſu in tentoria luminibus fulgentia, hederaque exornata & lauro reduxerunt. At ipſum imperatorem ingens ſolicitabat luctus. nam ex duobus eius filiis qui militabant ſub ipſo, nuſquam apparebat minor, quem præcipue

F habebat charum, & inter fratres animaduertebat indole ad virtutem eſſe præcellentiſſima,

animosum autem & gloriæ auidum, quamuis admodum adolescentem, omnino putabat perisse rudem ad ista, permixtum in pugna cũ hostibus. Exanimationem & mœrorem eius totus sensit exercitus, atq; inter cœnandum exilierunt ac cum fascibus discurrerunt, multi ad prætorium, multi pro vallo, vt inter eos qui primi ceciderant, inuestigarent adolescẽtem. Mœstitia castra, vociferatio campos tenebat Scipionem inclamantiũ: mox enim à prima ætate omnibus virtutib. ad imperãdum & rempublicam gerendam instructus fuit à natura vt nullus alius ęqualium & temperatus. Serius tandem iam prope deploratus ab insequendo cum duobus aut tribus sodalibus rediit recẽti hostium cruore oppletus, sicut generosus catulus prę voluptate nimiũ victoria ablatus. Hic ille est Scipio qui postmodum Carthaginẽ & Numantiam excidit, ac qui suæ memoriæ Romanorum longe virtute primus plurimum habuit autoritatis. Cęterum huius decoris consuli fortuna, in aliud tẽpus reiiciens inuidiam, tunc solidum gaudium dedit victoriæ. At Perseus à Pydna Pellam profugit. Equitatus eius pene integer euasit ex pugna: pedites verò quum assequuti equites essent, eosq; tanquam imbelles & proditores insectantes ex equis deturbarent, ac vulnera iis infligerent, metu Perseus tumultus, equum via deflexit, & ne nosceretur, detractam chlamydem præ se posuit, tenuitq; manibus diadema. Iam quo cum amicis in itinere colloqueretur, ad pedes digressus, traxit equum manu. Illorum alius calceum sinulans solutum adstringere, alius adaquare equum, alius sitire, à tergo relicti, & paulatim dilapsi sunt, quod non tam hostes quam illius formidarent sæuitiam: quippe miseriis perculsus, in omnes quærebat à se caulã auertere cladis. Postquã Pellã nocte ingressus, Euctum & Eudęum ærario præfectos, qui ei præsto fuerunt, partim eum de superioribus peccatis increpantes, & intempestiua libertate admonentes, consiliaq; suggerentes, infensus ambos pugione confodit: nemo hæsit apud eum extra Cretensem Euandrum, Archidamum Ætolum, & Neonem Bœotium. Ex militibus sequuti eum sunt Cretenses, non quod diligerent eum, sed quod thesauro eius, velut fauo, affixi essent. Magnum enim thesaurum trahebat secũ deprompsitq; ex eo scyphos & crateras, aliaq; aurea & argentea vasa Cretensibus diripienda ad quinquaginta talẽtorum pretium. Quum verò Amphipolim primum peruenisset, inde Alepsum, remisso paulatim timore, in natiuum & vetustissimum relapsus morbum, sordes, lamentatus apud amicos est ex Magni Alexandri aureis vasis quędam se Cretensibus imprudentem obiecisse, precatusque supplex & lacrymabundus illos qui hæc haberent ea vt sibi permutarent pecunia. Ac qui hominem probe nossent, hos non fefellit cretizare cum Cretensibus, qui verò fidem ei habuerunt atque reddiderunt, elusi sunt. Neque enim soluit his argentum, sed quæstu triginta talentorum ab amicis facto, quæ breui post capturi hostes erant, cum his nauigauit Samothracam, atque ad templum Castoris & Pollucis supplex confugit.

A θυμοειδῆ καὶ φιλότιμον ὄντα τῷ ψυχῷ, ἐπεὶ αἰτίαν τινὰ τῇ ἡλικίᾳ, πάντα πασιν ἀπολωλέναι κατεδόξαζεν, ὑπὸ ἀπειρίας ἀναμιχθέντα τοῖς πολεμίοις μαχομένοις. ἀπεθορυβήθη δ' αὐτὸ καὶ τὸ στρατόπεδον ὅλον, ἤθετο πολὺ τὸ στρατόπεδον, καὶ μεταξὺ δειπνοῦντες ἀνεπήδων, καὶ διέθεον μὴ λαμπάδων, πολλοὶ μὲν ὅπῃ τινὰ τῷ σκηνῷ τοῦ Αἰμιλίου, πολλοὶ δὲ περὶ τὸν χάρακα ἐν τοῖς πρώτοις νεκροῖς ζητοῦντες. κατήφεια δὲ τὸ στρατόπεδον καὶ κραυγὴ τὸ πεδίον κατεῖχεν ἀνακαλουμένων τὸν Σκιπίωνα. πᾶσι γὰρ ἀγαθὸς ἐκ νέου ὢν ἐξ ἀρχῆς πρὸς ἡγεμονίαν καὶ πολιτείαν, ὡς ἄλλος

B οὐδεὶς τῶν συγγενῶν κεκραμένος τὸ ἦθος. ὀψὲ δὲ δὴ οὖν ἤδη μετὰ δύο ἢ τριῶν ἑταίρων, αἵματος καὶ τῶν πολεμίων ἀπάτλεως, ὡς περ σκύλαξ γενναῖος, ὑφ' ἡδονῆς ἀκρατῶς τῇ νίκῃ συνεξενεχθείς. οὗτός ἐστιν Σκιπίων ὁ τοῖς ἰκνουμένοις Καρχηδόνα καὶ Νομαντίαν καταστρέψας, καὶ πολὺ πρῶτος ἀρετῇ τῶν τότε Ῥωμαίων γενόμενος, καὶ δοκιμωτάτοις μέγιστον. Αἰμιλίῳ μὲν οὖν τινὰ τῶν κατορθώματος νέμεσιν εἰς ἕτερον ἡ τύχη καιρὸν ὑπερβαλλομένη, τότε πάντελῆ τὴν ἡδονὴν ἀπεδίδου τῆς νίκης· Περσεὺς δὲ φυγῇ μὲν ἐκ Πύδνης εἰς Πέλλαν ἀπεχώρει, τῶν ἱππέων δὲ πλείστους πολλῶν ἀπὸ τῆς μάχης διεσεσωσμένων.

C ἐπεὶ δὲ καταλαμβάνοντες οἱ πεζοὶ τοὺς ἱππεῖς, ὡς ἀνανδρους καὶ προδεδωκότας λοιδορουντες, ἀπὸ τῶν ἵππων ὤθουν καὶ πληγὰς ἐδίδοσαν, δείσας τὸν θόρυβον, ἐκ τῆς ὁδοῦ παρέκλινε τὸν ἵππον, καὶ τὴν πορφύραν, ὡς μὴ διάσημος εἴη, περιαπάσας, ἔθετο πρόσθεν αὐτοῦ, καὶ τὸ διάδημα διὰ χειρὸς εἶχεν· ὡς δὲ καὶ προσδιαλεγόμενος τοῖς ἑταίροις ἅμα βαδίζων, καταβὰς ἐφείλκετο τὸν ἵππον. τὸ δὲ ὁ μὲν ὑπόδημα προσποιούμενος λελυμένον συνάπτειν, ὁ δὲ ἵππον ἄρδειν, ὁ δὲ πολὺ χρέζειν, ὑπολειπόμενοι κατὰ μικρὸν ἀπεδί-

D δρασκον, οὐχ οὕτω τοὺς πολεμίους, ὡς τὴν ἐκείνου χαλεπότητα δεδοικότες. πεταραγμένος γὰρ ὑπὸ τῶν κακῶν, εἰς πάντας ἐζήτει βέπειν ἀπ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῆς νίκης. ἐπεὶ δὲ νυκτὸς Πέλλαν εἰσελθὼν, Εὔκλον καὶ Εὔδαμον, τοὺς ὅπῃ τὸν νομίσματος, ἀπεστερηκότας αὐτῷ, καὶ τὰ μὲν ἐγκαλοῦντας περὶ τῶν γεγενῆσθαι, τὰ δὲ παρρησιαζομένους ἀκαίρως καὶ συμβουλεύοντας, ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν αὐτὸς τῷ ξιφιδίῳ παίων ἀμφοτέροις· οὐδεὶς παρέμεινεν αὐτῷ παρὲξ Εὐαίνετου τε τοῦ Κρητὸς, καὶ Ἀρχεδάμου τοῦ Αἰτωλοῦ, καὶ τοῦ Βοιωτοῦ Νέωνος. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἐπηκολου-

E θησαν οἱ Κρῆτες οὐ δι' εὔνοιαν, ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν, ὥσπερ κυνέοις μέλιτι, προσλιπαρουντες. πάνυ πολλὰ γὰρ ἐπήγετο, καὶ προσῴκει ἐξ αὐτῶν ἁρπάσας τοῖς Κρησὶν ἐκπώματα καὶ κρατῆρας καὶ τινὰ ἄλλα ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ κατασκευῇ, εἰς πεντήκοντα τάλαντα λόγον. ἠρώτησε δὲ ἐν Ἀμφιπόλει πρῶτον, εἶτ' ἐκεῖθεν ἐν Ἀλήψῳ, καὶ τοῦ φόβου μικρὸν ὑπαίνεντος, εἰς ὃ συγγενὲς καὶ προσεύπατον αὐτοῦ τῶν νοσημάτων, τὴν μικρολογίαν, οὐδὲν ὑπενεχθεὶς, ὠδύρετο πρὸς τοὺς φίλους ὡς τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου χρυσωμάτων ἕνα τοῖς Κρησὶ διεῤῥιφὼς ὑπ' ἀγνοίας· καὶ παρεκάλει τοὺς ἔχοντας, ἀντιδοῦναι καὶ δακρύων, ἀμείψασθαι πρὸς νόμισμα. τοὺς μὲν οὖν

Γαλήψῳ Palmer.

F ὑπισχνουμένους ἀκριβῶς αὐτὸν οὐκ ἔλαθεν κρητίζων πρὸς Κρῆτας· οἱ δὲ πειθέντες καὶ ἀποδοντες, ἀπεστερήθησαν. οὐ γὰρ ἀπέδωκεν τὰ ἀργύρεια, ἀλλὰ πεντήκοντα τάλαντα κερδάνας ἀπὸ τῶν φίλων, ἃ μικρὸν ὕστερον ἔμελλον οἱ πολέμιοι λήψεσθαι μετ' αὐτῶν. διέπλευσεν εἰς Σαμοθράκην, καὶ ἀφαφύγων ὑπὸ τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευεν.

ἀεὶ μνήσθῶν λέγονται φιλοβασίλειοι Μακεδόνες, τότε δ' ὡς A
ἐρείσμαθι κεκλασμένῳ, πάντων ἅμα συμπεσόντων, ἐγχεί-
ζοντες αὐτοὺς τῷ Αἰμιλίῳ, δύο ἡμέρας ὅλης κύριον αὐτὸν
κατέστησαν Μακεδονίας. καὶ δοκεῖ τοῦτο μαρτυρεῖν τοῖς ἐ τυ-
χίαθι τὰς πράξεις ἐκείνας γεγενέναι φάσκουσιν. ἔτι δὲ καὶ
τὸ περὶ τὴν θυσίαν σύμπτωμα δαιμόνιον ἦν· ἐν Ἀμφιπό-
λει θύοντος τοῦ Αἰμιλίου, καὶ τὴν ἱερὰν ἐνηργμένων, κεραυνὸς
ἐνσκήψας εἰς τὸν βωμὸν ἐπέφλεξε καὶ συνκαθῆκε τὴν ἱερ-
γίαν. ἐν δὲ βάλλει δὲ ἡ φύσις πάντως καὶ τύχη τὰ τῆς φή-
μης. ἐν μὲν γὰρ ἡμέρᾳ τετάρτῃ νενικηκότι Περσεὺς περὶ Πύ-
δναν, ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τοῦ δήμου θεωροῦντος ἱππικοὺς ἀγῶνας,
ἄφνης ἐνέπεσε λόγος εἰς τὸ πρῶτον τοῦ θεατρικοῦ μέρους, ὡς
Αἰμίλιος μεγάλῃ μάχῃ νενικηκὼς Περσέα καταστρέφοιτο
σύμπασαν Μακεδονίαν. ἐκ δὲ τούτου, ταχὺ τῆς φήμης ἀ-
νακερομένης εἰς τὸ πλῆθος ἐξέλαμψε χαρὰ μετὰ κρότου καὶ
βοῆς, τὴν ἡμέραν ἐκείνην καταχροῦσα τὴν πόλιν. εἶτα ὡς
ὁ λόγος οὐκ εἶχεν εἰς ἀρχὴν ἀνελθεῖν βέβαιον, ἀλλ' ἐν πᾶ-
σιν ὁμοίως ἐφαίνετο πλανώμενος, τότε μὲν ἐσκεδάσθη καὶ διεῤ-
ῥύη τὰ τῆς φήμης. ὀλίγας δ' ὕστερον ἡμέρας πυθόμενοι σα-
φῶς, ἐθαύμαζον τὴν προαμφίβολον ἀγγελίαν, ὡς ἐν τῷ
ψευδεῖ τὸ ἀληθὲς εἶχεν. λέγεται δὲ καὶ τῆς ἐπὶ Σάγρᾳ πολε- C
μῶ μάχης Ἰταλιωτῶν ἀθημερὸν ἐν Πελοποννήσῳ λόγον
γενέσθαι, καὶ Γαλατᾶσι τῆς ἐν Μυκάλῃ πρὸς Μήδους.
τοὺς δὲ Ῥωμαίοις Ταρκυνίοις μετὰ Λατίνων ἐπιστρατεύσαντας
ἐνίκησαν, αὐτάγγελοι φανέντες ὤφθησαν ἀπὸ τοῦ κρουνοῦ
μικρὸν ὕστερον ἄνδρες δύο καλοὶ καὶ μεγάλοι, (τούτους εἴκα-
σαν εἶναι) Διοσκόρους) ὁ δὲ ἐντυχὼν πρῶτος ἀνδρὶ κατ' ἀγο-
ρὰν πρὸς τῇ κρήνῃ ἀναψύχουσι τοῖς ἵπποις ἱδρῶτι πολλῷ
περῤῥεομένοις, ἐθαύμαζε τὸν περὶ τῆς νίκης λόγον. εἶθ' οἱ μὲν
ἐπιψαύσαι λέγονται τῆς ὑπήνης αὐτοῦ πᾶν χρῶμα μετὰ τῶν χειρῶν ἀφέμα
μειδιῶντες· ἡ δὲ βοὴς ἐκ μελαίνης τριχὸς εἰς πυῤῥὰν με- D
ταβαλοῦσα, τῷ μὲν λόγῳ πίστιν, τῷ δὲ ἀνδρὶ τὸ δοξαζεῖν ἐπέ-
κλησιν τὸν Αἰνοβαρβον, ὅ ἐστιν χαλκοπώγων. πᾶσι δὲ τού-
τοις ὃ καθ' ἡμᾶς γενόμενον πίστιν παρέχει. ὅτε γὰρ Ἀντώνιος
ἀπέστη Δομετιανοῦ, καὶ πολὺς πόλεμος ἀπὸ Γερμανίας πρὸς
ἐδοκεῖτο τῆς Ῥώμης παρεσκευασμένης, ἄφνω καὶ ἀδιαπτώτως
ὁ δῆμος ἐξ αὐτοῦ φήμην ἀνέδωκε νίκης, καὶ τὴν Ῥώμην
ἐπέδραμε λόγος αὐτόν τε τὸν Ἀντώνιον αἱρεθῆναι, καὶ τοῦ σὺν
αὐτῷ στρατεύματος ἡττημένου μηδὲν μέρος λελεῖφθαι. τη-
σαύτην δὲ λαμπρότητα καὶ ῥώμην ἡ πίστις ἔσχεν, ὥστε καὶ
θύσαι τοὺς ἐν τέλει πολλοὺς. ζητουμένου δὲ τοῦ πρώτου φέ- E
σαντος, ὡς οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' ὁ λόγος ἄλλων ἐξ ἄλλου διωκό-
μενος ἀνέφυγε, καὶ τέλος κατέδυ, ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀ-
φανές, τὸν ἄπειρον ὄχλον, ἐφάνη μηδεμίαν ἀρχὴν ἔχων
βέβαιον, αὐτὴ μὲν ἡ φήμη ταχὺ τῆς πόλεως ἐξέρρυη· πο-
ρευομένῳ δὲ τῷ Δομετιανῷ μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὸν πόλεμον,
ἤδη κατ' ὁδὸν ἀγγελία καὶ γράμματα φέροντα τὴν νί-
κην ἀπήντησεν. ἡ δὲ αὐτοῦ κατορθώματος ἡμέρα καὶ
τὴν φήμης ἐγίγνετο, ἐπὶ πλέον ἢ δισμυρίους σταδίους τῶν τόπων
διεστώτων. ταῦτα μὲν οὐδεὶς ἀγνοεῖ τῶν καθ' ἡμᾶς. Γναῖος δὲ
Ὀκτάβιος ὁ στρατάρχων Αἰμιλίῳ παρορμισάμενος τῇ Σα- F
μοθράκῃ, τὴν μὲν ἀσυλίαν παρεῖχεν τοῖς Περσέως θεοῖς, ἔκπλους δὲ καὶ φυγὴς εἶρξεν. ἐμὲ δὲ ἀλλὰ λανθάνει πῶς
ὁ Περσεὺς Ὀρεσάνδου τινὰ Κρῆτα λέμβον ἔχοντα συμπείσας μετὰ χρημάτων ἀναλαβεῖν αὐτόν. ὁ δὲ κρήσιμον χρη-
σάμενος, τὰ μὲν χρήματα νύκτωρ ἀνέλαβεν, ἐκεῖνον δὲ τὸν νυκτὸς ἥκειν κελεύσας ἐπὶ τὸν πρὸς τῷ Δημητρίου λιμένα

A At Macedones, qui ſemper regum ſuorum habiti fuerant amantes, tunc ſicut cum fulcimento rupto omnibus vna corruentibus, permittentes ſeſe Paulo duobus diebus totius Macedoniæ cõpotem eum fecere. Quod adſtipulari videtur illis qui ſecundæ fortunæ aſſignant eas res geſtas Pauli. Inſuper fauſtum fuit quod accidit ſacrificio Amphipoli. Sacrificante conſule & ſacra auſpicato, fulmen in aram delapſum combuſſit vnaq; perpetrauit ſacrificium. Omnem verò excedit fauorem deorũ & fortunam famæ miraculum. Quartò die quam ſuperatus ad Pydnam eſt Perſeus, quũ Romæ ludos circenſes populus ſpectaret, murmur repente
B primã partem theatri peruaſit, Paulum ingẽti prælio Perſea ſuperaſſe, totamq; Macedoniam in ditionem redigere. mox quũ apud vulgus increbuiſſet hic rumor, mixta cum plauſu clamoreq; lætitia, quæ totum illum diem occuparet vrbẽ, exorta eſt. Inde vt nullum certum habuit fama autorẽ, & apud omnes iuxta vaga fuit, euanuit in præſens & diſſipata eſt. Qua paucis diebus poſt certo allata, miraculi loco fuit præcurrens nuntius, qui in falſo complexus verum fuerat. Ferunt etiam prælii ad Sagram amnẽ ab Italis commiſſi eodem die famam in Peloponneſum delatã, & Platæas illius apud Mycalen contra Medos. Victoriam de Tarquiniis, qui, ſociis Latinis, arma mouerant, duo viri eximia & eminenti ſpecie viſi ſũt, qui breui poſt recentes à caſtris nuntiarũt. Hos Tyndaridas fratres coniecerunt fuiſſe. Qui primus eos appellauit pro fonte in foro reficientes equos, qui multo ſudore manabant, mirabatur victoriæ nuntium. Mox ferunt eos arridentes attrectaſſe manibus illius barbam, quã confeſtim in rufam ex nigra verſam, fidem nuntio ac viro Ænobarbę dediſſe cognomen. Hiſce omnibus quod ætate noſtra factum eſt adſtruit fidem. Quũ ab Domitiano Antonius
D deſciuiſſet, atq; ingẽs bellum in expectatione eſſet à Germania, vrbe conſternata repente, & ſine autore populus ex ſeſe famam diſtulit victorię, ac ſermo Romam peruagatus eſt interfectum eſſe Antonium, exercituſq; eius ſtrati nullam partem ſupereſſe. Fuit autem tam certa fides & flagrans, vt magna pars magiſtratuũ ſacrificaret. Quum verò autor rumoris quæreretur, nec extaret vllus, ſed ab alio ad alium reiectus refugeret ſermo, & demerſum deniq; in multitudinem immenſam velut in vaſtum pelagus ex nulla certa proceſſiſſe origine apparuit, hæc quidem fama propere effluxit vrbe. Cæterum educenti legiones ad bellum
E Domitiano, nuntius & literæ iam in itinere victoriam ſignificantes occurrere. Huius trophæi & famæ vnus fuit dies, locis plus duo millia quingenta milliaria diſtantibus. Id neminem noſtro æuo fugit. Porrò Cn. Octauius, qui vna cum Paulo bellum adminiſtrabat, claſſe Samothracam appulſa, Perſen religione deorum reliquit in uiolatum, mari tamen & effugio præcluſit. At Perſeus clam Oroandem quendam Cretenſem qui lembum habebat induxit vt ſe cum pecunia ſuſtolleret. Ille arte Cretica vſus, recepit pecuniam,
F illum quum nocte venire ad portum Demetrium

cum liberis & seruitiis necessariis iussisset, statim primis tenebris soluit. Miserabilis Perseus erat, qui ex angusta fenestra per mutũ se puerosq; & cõiugem demisit, laborum & erroris rudes. Altissimum etiam suspirium misit, vbi quidam qui in alto vela facientem conspicatus fuerat Oroandem, id in littore vaganti renuntiauit. nam lux appetebat. Ita omni spe destitutus, confugit ad murum, non iam tectus. verum præuenit tamen cum vxore Romanos. Liberos ipse tradidit in manus Ioni, qui pridem fuerat ei in deliciis, tum verò proditor eius, in causa potissimum fuit cur iste homo compelleretur, vt fera captis natis, in manus venire & permittere corpus iis qui illos tenebant. Maximã fidem habebat Nasicæ, quem accersebat: quum is non adesset, questus suam fortunam respiciensq; necessitatem, dedidit se Octauio. Tum enim verò prodidit potissimum vitio se laborare fœdiore quã auaritia, vitæ cupiditate, qua id quod fortuna vnum afflictis non adimit, spoliauit seipse miseratione. Siquidem quum duci petisset ad consulem, consurgens consul vt magno viro deorum ira & asperitate fortunæ prolapso, cum amicis ad lacrymas effusus, processit obuiam. At ille turpissimum spectaculum præbuit ac se ad pedes Pauli summittens, & genua eius appetens, voces degeneres & preces emisit, quas non tulit neque auribus admisit Paulus, sed intuitus eum vultu tristi & offenso, Quid miser, inquit, maximo crimine liberas fortunam, qui hæc admittis: qua re non immerito oppressus videare calamitate, neque hac sed pristina indignus fortuna fuisse? Quid verò non præbendo te generosum nec dignum populo Romano aduersarium, victoriam maculas meam & palmam eleuas? Virtus magnam conciliat vel apud hostes reuerentiam afflictis: ignauia apud Romanos est etiam faustis rebus prorsus contempta. Sustulit tamen eum, dextramque porrexit, & curam eius mandauit Tuberoni. Hinc filios, generos, & ex primoribus præcipue iuuenes in prætorium introduxit. Diu ibi tacitus cum omnium admiratione consedit. Hinc de fortuna exorsus & de rebus humanis differere, Decetne, inquit, secundo fortunæ cursu, homo quum sis, exultare & attollere animos, vbi gentem vel vrbem vel regnum debellauerit? an potius hanc sortis vicissitudinem animo subiicere, quæ exemplum bellum gerenti communis imbecillitatis ob oculos ponens, nihil vt stabile & cõstans doceat esse reputãdũ. Quod est enim mortalibus fiduciæ tempus, quum quo tempore superaueris alios, tum maxime expauescere fortunã compellaris, & lætitia elato tantam acerbitatem circulantis & propositi alias aliis fati incuriat consideratio? An verò quũ Alexãdri, qui ad summam potentiam euectus fuit, maximumque obtinuit imperium, vnius momento horæ concidentem successionem ante oculos ponatis, simulque quũ tot modo legionibus peditum, & tot millibus equitum succinctos reges videatis quotidiana cibaria & potum ex hostilibus manibus accipere, censetis res humanas vlla fultas firmitate in futurum durante fortunæ? Non abiecta vos iuuenes inani ista ferocitate atque iactantia victoriæ,

A μετὰ τῶν τέκνων καὶ θεραπείας ἀναγκαίας, ἀθρόως ἀφ' ἑσπέρας ἀπέπλευσεν. ὁ δὲ Περσεὺς οἰκτρὰ μὲν ἔπαθε, δι' ἀγενῆς θυείδος τοῦδε τοῦ τείχους ἐκμηρυόμενος αὐτόν, καὶ παιδία καὶ γυναῖκα, πόνων καὶ πλάνης ἀπείρων· οἰκτρότατον δὲ γεναμὸν ἀφῆκεν, ὥστε αὐτῷ πλανωμένῳ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, ἤδη πελάγιον τὸν Ὀροάνδιν θεόντα καθιδὼν ἔφρασεν. ἐπέλαμπε δὲ ἡμέρα, καὶ πάσης ἐλπίδος ἔρημος, ὑπεχώρει φυγῇ πρὸς τοῦ τείχους, οὐ λεθὼν μὲν, ἐπιφθάσας δὲ τοὺς Ῥωμαίους μετὰ τῆς γυναικός. τὰ δὲ παιδία συλλαβὼν αὐτὸς Ἴωνι ἐνεχείρισεν, ὃς πάλαι μὲν ἐρώμενος ἦν τοῦ Περσέως, τότε δὲ προδότης γενόμενος, αἰτίαν παρέχει τῷ μάλιστα σιωπᾶν κάπασαν τὸν ἀθεφτον ὡς θηρίον, ἁλισκομένων τῶν τέκνων, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. καὶ παραδοῦναι τὸ σῶμα τοῖς ἐκείνων κρατοῦσιν. ὅτις δὲ μὲν οὖν μάλιστα τὴν Νασικᾶ, κάκεινον ἐκάλει· μὴ παρόντος δὲ κατακλαύσας τὸν τύχην, καὶ τὸν ἀνάγκην θεοσκεψάμενος, ἔδωκεν αὐτὸν ὑποχείριον τῷ Γναίῳ, τότε μάλιστα ποιήσας φανερὸν ὅτι τῆς φυλαργυρίας ἕνεκα καὶ αὐτῷ τι κακὸν ἀγωνέστερον, ἡ φιλοψυχία, δι' ἣν ὁ μόνον ἡ τύχη τῶν ἐπαινετῶν οὐκ ἀφαιρεῖται, τὸν ἔλεον, ἅπερ ἔρησεν ἑαυτοῦ. δεηθεὶς γὰρ ἀπαντῆσαι πρὸς τὸν Αἰμίλιον, ὁ μὲν ὡς ἀνδρὶ μεγάλῳ, πεσὼν κατὰ πᾶσμα νεμεσητὸν καὶ δυστυχὲς, ἔξαιφνης ὑπίωτα μετὰ τῶν φίλων δεδακρυμένος. ὁ δὲ αἰσχιστον θέαμα προβαλὼν αὐτὸν ὅτι σῶμα, καὶ γονάτων ὀρεξάμενος, ἀνεβάλλετο φωνὰς ἀθλίας καὶ δεήσεις, ἃς οὐχ ὑπέμεινεν οὐδὲ ἤκουσεν ὁ Αἰμίλιος, ἀλλὰ προσβλέψας αὐτὸν ἀλγοῦντι καὶ λελυπημένῳ τῷ προσώπῳ, Τί τῆς τύχης (εἶπεν) ὦ ταλαίπωρε τὸ μέγιστον ἀφαιρεῖς τῶν ἐγκλημάτων, ταῦτα πράττων ἀφ' ὧν δόξεις οὐ παρ' ἀξίαν ἀτυχεῖν, οὐδὲ τὸ νῦν ἀλλὰ τὸ πάλαι δαίμονος ἀνάξιος γεγονέναι; τί δὲ μου καταβάλλεις τὸν νίκην, καὶ τὸ κατόρθωμα ποιεῖς μικρὸν, ὅτι δι' ἡνυμένος σεαυτὸν οὐ γενναῖον οὐδὲ πρέπον τῷ Ῥωμαίων ἀνταγωνιστὴν; ἀρετή τοι δυστυχοῦσι μεγάλην ἔχει μοῖραν αἰδοῦς καὶ παρὰ πολεμίοις· δειλία δὲ Ῥωμαίοις, κἂν εὐποτμῇ, πρώτη ἀτιμοτάτη. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἀνασήσας καὶ δεξιωσάμενος, Τουβέρωνι παρέδωκεν· αὐτὸς δὲ τοὺς παῖδας καὶ τοὺς γαμβροὺς, καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμονικῶν μάλιστα τοὺς νεωτέρους ἔσω τῆς σκηνῆς ὅτι πασσάμενος, πολὺν χρόνον εἰς πρὸς αὐτὸν σιωπῇ καθήμενος, ὥστε θαυμάζειν ἅπαντας. ὁρμήσας δὲ περὶ τῆς τύχης καὶ τῶν ἀνθρωπίνων διαλέγεσθαι πραγμάτων, Ἆρά γε (εἶπεν) ἄξιον, εὐπραγίας παρούσης, ἄνθρωπον ὄντα θρασύνεσθαι καὶ μέγα φρονεῖν, ἔθνος ἢ πόλιν ἢ βασιλείαν καταστρεψάμενον, ἢ τὴν μεταβολὴν ταύτην τῆς τύχης, ἢ παράδειγμα τοῦ πολεμοῦντι κοινῆς ἀσθενείας προθεῖσα, παιδεύει μηδὲν ὡς μόνιμον καὶ βέβαιον διανοεῖσθαι. ποῖος γὰρ ἀνθρώποις τὸ θαρρεῖν καιρὸς, ὅταν τὸ κρατεῖν ἑτέρων, μάλιστα δεδοικέναι τὴν τύχην ἀναγκάζῃ, καὶ τοῦ χαίροντι δυσθυμίαν ἐπάγῃ τοσαύτην ὁ τῆς προφερομένης καὶ προσπαιζομένης ἄλλοτ' ἄλλοις εἱρμοῦ μεταβολὴ; ἢ τὴν Ἀλεξάνδρου δεδοκὼς, ὃς ὅτι πλεῖστον ἤρθη δυνάμεως, καὶ μέγιστον ἔσχεν κράτος, ὥστε μιᾶς μοείας πεσούσης ὑπὸ πόδας θέμενοι, καὶ τοὺς ἑπτὰ μυριάσι πεζῶν καὶ χιλιάσιν ἱππέων τοσαύταις ὁπλοφορουμένους βασιλεῖς ὁρῶντες ἐκ τῶν πολεμίων χειρῶν ἐφήμερα σιτία καὶ ποτὰ λαμβάνοντας, οἴεσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς ἔχειν βεβαιότητα τύχης θαρκῆ πρὸς τὸν χρόνον; οὐ καταβαλόντες ὑμεῖς οἱ νέοι τὸ κενὸν φρύαγμα τοῦτο καὶ γαυρίαμα τῆς νίκης,

ταπεινοὶ καταπλήξετε, πρὸς ὃ μέλλον ἀεὶ καραδοκοῦντες, εἰς ὅ, τι καταστήσῃ τέλος ἑκάστῳ τοῦ τῆς παρούσης δόξης ὁ δαίμων νέμεσιν; Τοιαῦτα φασὶ πολλὰ διαλεχθέντα τὸν Αἰμίλιον, ἀποπέμψαι τοὺς νέους, δι' μάλα δὴ καύχημα καὶ τοῦ ὕβριν, ὥσπερ χαλινῷ τῷ λόγῳ κόσμοντι, κεχαλασμένους. ἐκ τούτου τοῦ μὴ γραπτὰ πρὸς αὐάπαυσιν, αὐτὸν δὲ πρὸς θέαν τῆς Ἑλλάδος ἔδρεψε, καὶ διαγωγοῦ ἔνδοξον ἅμα καὶ φιλάνθρωπον. δοτὸν γὰρ ἀνελάμβανε τοῖς δήμοις, καὶ τὰ πολιτεύματα κατίσατο, καὶ δωρεὰς ἐδίδου, ταῖς μὲν σῖτον ἐκ τοῦ βασιλικοῦ, ταῖς δὲ ἔλαιον. Τοσοῦτον γὰρ εὑρεθεῖσαι φασὶν ἀποκείμενον, ὥστε τοῖς λαμβάνουσι καὶ δεομένοις δοτιλιπεῖν πρότερον ἢ καταφαλωθεῖσαι τὸ πλῆθος τῶν εὑρεθέντων. ἐν δὲ Δελφοῖς ἰδὼν κίονα μέγα τετράγωνον ἐκ λίθων λευκῶν συνηρμοσμένον, ἐφ' ᾧ Περσέως ἤμελλε χρυσοῦς ἀνδρίας πίεσθαι, προστάξαι τὸν αὐτοῦ τεθεῖναι. τοῖς γὰρ ἡττημένοις τοῖς νικῶσιν ἀξίσασθαι χώρας προσήκειν. ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ τοῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο ἀναφθέγξασθαι φασὶν, ὡς τὸν Ὀλυμπίου Διὸς Φειδίας ἀποπλάσαντο τῶν δέκα πρέσβεων ἐκ Ῥώμης ἀφικομένων, Μακεδόσι μὲν ἀπέδωκε τοῦ χώραν καὶ τὰς πόλεις ἐλευθέρας οἰκεῖν καὶ αὐτονόμους, ἑκατὸν δὲ τάλαντα Ῥωμαίοις ἐπιτελεῖν, ἢ πλέον ἢ διπλάσιον τοῖς βασιλεῦσιν εἰσέφερον. θεὰς δὲ πανηγυρικῶν ἀγώνων καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς θεοῖς, ἑστιάσεις καὶ δεῖπνα παρεῖχε, χορηγίαν μὲν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀφθόνως χορήγουν, τάξιν δὲ καὶ κόσμον καὶ κατακλίσεις καὶ δεξιώσεις, καὶ τοῦ πρὸς ἕκαστον αὐτῶν κατ' ἀξίαν τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης ἀφθόνως ἄκρον καὶ περιττοτάτῳ ἐπιδεικνύμενος, ὥστε θαυμάζειν τοὺς Ἕλληνας εἰ μηδὲ τοῦ παιδιὰν ἄμοιρον ἀπολείπει σπουδῆς, ἀλλὰ τηλικαῦτα πράττων αὐτὸν πράγματα, καὶ τοῖς μικροῖς τὸ πρέπον ἀποδίδωσιν. ὁ δὲ καὶ τούτοις ἔχαιρεν, ὅτι πολλῶν παρεσκευασμένων καὶ λαμπρῶν, τὸ ἥδιστον αὐτὸς ἐν ἀπόλαυσμα καὶ θέαμα τοῖς παρεῖναι. καὶ πρὸς τοὺς θαυμάζοντας τὴν ἐπιμέλειαν, ἔλεγον, τῆς αὐτῆς εἶναι ψυχῆς, παρατάξεώς τε πρόσηνα καλῶς, καὶ συμποσίου τοῦ μὲν, ὅπως φοβερωτάτη τοῖς πολεμίοις, τὸ δὲ, ὡς εὐχαριστότατον ἢ τοῖς συνοῦσιν. τοσοῦτος δὲ ἦν αὐτὸς τοῦ ἐλευθεριότητα καὶ τοῦ μεγαλοψυχίαν ἐπῄνουν οἱ ἄνθρωποι, πολὺ μὲν ἀργύριον, πολὺ δὲ χρυσίον ἐκ τῶν βασιλικῶν ἠθροισμένον οὐδὲ ἰδεῖν ἐθελήσαντος, ἀλλὰ τοῖς ταμίαις εἰς τὸ δημόσιον παραδοῦναι μόνα τὰ βιβλία τοῦ βασιλέως φιλογραμματοῦσι τοῖς υἱέσιν ἐπέτρεψεν ἐξελέσθαι, καὶ διανέμων ἀρετῆς μάχης, Αἰλίῳ Τουβέρωνι τῷ γαμβρῷ φιάλην ἔδωκε πέντε λιτρῶν ὁλκήν. οὗτός ἐστιν Τουβέρων ὃν ἔφαμεν μετὰ συγγενῶν οἰκεῖν ἑκκαιδέκατον, ἀπὸ γηδίου μικροῦ διατρεφομένων ἀπόρων. καὶ πρῶτον ἄργυρον ἐκεῖνον φασὶν εἰς τὸν Αἰλίων οἶκον εἰσελθεῖν, ὑπὸ ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης εἰσαγόμενον· τὸν δὲ ἄλλον χρόνον οὔτ' αὐτοῖς οὔτε γυναῖκας ἀργυρίου χρῆζον ἢ χρυσοῦ. διωκημένων δὲ πόρων αὐτῷ καλῶς, ἀσπασάμενος τοὺς Ἕλληνας, καὶ παρακαλέσας τοὺς Μακεδόνας μεμνῆσθαι τῆς δεδομένης ὑπὸ Ῥωμαίων ἐλευθερίας, σώζοντας αὐτὴν δὲ εὐνομίας καὶ ὁμονοίας, ἀνέζευξεν ὅπου τοῦ Ἠπείρου, ἔχων δόγμα συγκλήτου τοῖς συμμεμαχηκόσιν αὐτῷ τοῦ πρὸς Περσέα μάχῃ γραμμάτων ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πόλεων ὠφελῆσαι βουλόμενος δὲ πᾶσιν ἅμα καὶ μηδενὸς προσδοκῶντος ἀλλ' ἐξαίφνης ὑπιπτεῖν, μετεπέμψατο τοὺς πρώτους ἐξ ἑκάστης, πόλεως ἄνδρας δέκα,

A summissi reprimetis vos, ad consequentia semper respicientes, in quem cuique exitum sors prę-
" sentis inuidiam prosperitatis vertet? Multa in hac
" sententiam ferunt concionatum Paulum iuuenes
" dimisisse, probe, tanquam fræno, oratione illa ia-
" ctationem & procacitatem incidente eruditos.
Inde quũ exercitum in hyberna deduxisset, cõuer tit se ad visendam Græciam, atq; ad oblectationẽ honorificam simul atq; humanam. Adiit enim populos, eosq; refocillauit, instituta dedit, ac dona cõtulit, aliis frumentum ex horreis regiis, oleum aliis. Tantam enim eorum quæ recondita fuerant vim
B memorant inuentam, vt prius qui acciperent & de siderarent deessent, quam numerus exhauriretur eorum quæ fuerunt reperta. Delphis columnam ingentem quum videret quadratam albo concinnatam marmore, quæ destinata Persei statuæ aureæ erat, ei imperauit imponi suam: victos enim victoribus decedere loco par esse. Olympiæ vulgatum illud fertur dixisse, Phidiam Homeri Iouem effinxisse. Postquam decem legati Roma aduenerunt, Macedonas liberos esse iussit colentes vrbes suas agrosq;, vtentes legibus suis, centum talentia tributi populo Romano ferrent, quum plus altero tanto pependissent regibus. Spectacula in-
C de variorum ludorum & victimas diis exhibuit, epulas conuiuiaq; præbuit: in quæ sumptum quidẽ large suppeditabat commeatus regius. Ordinẽ verò, digestiones, loca, exceptiones, & quantum cuiusq; dignitati deferre honoris & comitatis deberet, ita exacte atq; accurate ostendit se callere, vt stuperent Græci, quod ne quæ per ludum quidem agebat, tractaret solute, sed vir rebus tantis districtus, hisce quoq; minutiis decorum adhiberet. At qui oblectabant hæc quoq; eum quod in tanto apparatu & splendore suauissimum esset ipse oblecta
D mentum & spectaculum conuiuis. Ac defixis industriæ suæ admiratione, eiusdem mentis dixit esse aciem ordinare recte & conuiuium, hoc, vt quã gratissimum inuitatis, illam, vt quam horrendissima hostibus esset. Nec minus quam reliquas virtutes liberalitatem eius, & animi magnitudinem prædicabant homines, quod vim ingentem auri, ingentem argenti ex regiis coactam thesauris ne adspicere quidem sustinuerit, sed quæstoribus, vt in ærarium deferrent, permiserit. Libros regios tantum studiosis literarum concessit filiis. In donis dandis ob egregiam operam in pugna nauatam AElio Tuberoni genero phialam donauit
E quinque pondo. Tubero hic est, quem sextumdecimum demonstrauimus cum propinquis habitauisse, quum ex paruo rusculo se tuerẽtur omnes. Illud autem argentũ in domũ Æliorum aiunt primum immigrasse à virtute & honore illatum: antea neq; ipsos neq; vxores eorum aurum vel argentum affectasse. Vbi iam rite cuncta dispensauit, salutatis Græcis, & admonitis Macedonibus vt datæ ab Romanis libertatis memores, eam disciplina legum atq; concordia tuerẽtur, mouit in Epirũ. Senatusconsulto mandatũ ei erat vt militib., quorum opera in pugna vsus fuerat aduersus Persea,
F prædam illius regionis oppidorũ concederet. Ergo, vt omnib simul præter expectationem ingruerет, euocauit ex singulis oppidis denos principes,

clypeum, Marcellum, ensem appellatum. Ipse certe confitebatur Annibal timere se vt pædagogum Fabium, Marcellum vt aduersarium. ab illo, ne quid mali inferret prohiberi se: ab hoc, etiam accipere. Quũ autem apud Annibalis milites multa ex eius victoria licentia & ferocia creuisset, dilapsos ex castris, prædas ex agris agẽtes adortus, concidebat eos, paulatimque copias illius atterebat. Hinc quum Neapolitanis & Nolanis opem ferret, superiorum, quum Romanis essent sua sponte satis fidi, confirmauit animos. Nolam verò ingressus discordiam ibi inuenit, quod senatus plebem, quæ erat tota Annibalis, neq; regere neq; valeret continere. Erat Bantius in oppido inclytus nobilitate & virtute vir. Hunc, quum acerrime ad Cannas certasset, multis interfectis hostium, ad postremũ in aceruo cæsorum cadauerum inuentum & coopertum iaculis, honorauerat Annibal, & non modo eum sine pretio domum remiserat, sed addiderat insuper dona, atq; ius cum eo amicitiæ & hospitii cõtraxerat. Ob eius gratiam meriti vnus erat eorum qui trahebant rem ad Annibalem, pollensque opibus populum ad res nouas solicitabat. Eum vt interficeret Marcellus tam insignem virum, maximisq; defunctum cum Romanis periculis, non potuit in animum inducere: sed, quum præter singularem humanitatem ipse delinire homines sermone nosset, & conciliare sibi elatum animum, vbi ad se Bantius aliquando salutandum venisset, quisnam esset rogauit, non quin iam dudum sciret, sed ingressum & occasionem quærens colloquii. Vt L. Bantium se dixit esse, Marcellus, quasi lætus & mirabundus, Tune (inquit) ille es Bantius, quem Romani præ cæteris, qui ad Cannas dimicauerunt, in ore habent, prædicantq; solum non destituisse consulem Paulum Æmilium, sed plurima tela in illum direpta suo excepisse corpore? Annuente Bantio, & aperiente ei cicatrices suas, Quin tu (inquit) quum tanta feras vestigia beneuolentiæ erga nos tuæ, me statim adisti? An verò tibi maligni videmur referenda bene meritis gratia, quibus est honos vel apud hostes? Præter hanc comitatem verborum complexus iuuenem, equum eximium bigatosq; quingentos ei dona dat. Inde fidelissimus adiutor Marcello sociusq;, & index atq; delator res nouas molientium acerrimus fuit. Erant hi multi & consilium inierant, quum fecissent Romani eruptionem in hostes, impedimenta eorum diripiendi. Itaq; in vrbe quum exercitum Marcellus instruxisset, impedimenta statuit prope portas, vetuitque edicto Nolanis muros adire. Nusquam arma ex vrbe apparebant, eaque re illexit Annibalem, vt ad vrbem quasi essent illic omnia tumultus plena, minus composito agmine moueret. Ibi Marcellus proxima patefacta porta, vti præceperat, cum flore equitum in frontem irrumpens, confligit cum hostibus. Mox pedites ex altera porta cum clamore accurrunt. Et dum opponit his partem copiarum Annibal, tertia reseratur porta, ex qua reliqui erumpunt, atque omni ex parte instant trepidantibus re inopinata, nec satis valide resistentibus iis quibuscum manus conseruerant, ob incursum posteriorum. Hic primum milites Annibalis ingenti pauore,

A θυρεὸν καλεῖσθαι, τὸν δὲ Μάρκελλον ξίφος, αὐτὸς ὁ Ἀννίβας ἔλεγε τὸν μὲν Φάβιον, ὡς παιδαγωγὸν φοβεῖσθαι, τὸν δὲ Μάρκελλον, ὡς ἀνταγωνιστήν. ὑφ' οὗ μὲν γὰρ κωλύεσθαι κακόν τι ποιεῖν, ὑφ' οὗ δὲ καὶ παθεῖν. τοιοῦτον μὲν οὖν αἰδοῦς πολλῆς καὶ θρασύτητος ἐν τῷ κρατεῖν τῶν Ἀννίβαν τοῖς στρατιώταις ἐγιγνομένης, τοὺς ἀποσκιδναμένους τῷ στρατοπέδου καὶ κατέχοντας τὴν χώραν ἐπιθέμενος κατέκοψε καὶ ὑπεμνήλισκε τὴν δυνάμεως· ἔπειτα τοὺς Νεάπολιν καὶ Νῶλαν βοηθήσας, Νεαπολίτας μὲν ἐπέρρωσεν, αὐτοὺς καθ' αὑτοὺς βεβαίους ὄντας Ῥωμαίοις, εἰς δὲ Νῶλαν εἰσελθὼν,

B στάσιν εὗρεν τῆς βουλῆς τὸν δῆμον ἀννιβίζοντα μεταχειρίσασθαι καὶ καταστήσαι μὴ δυναμένης. ἐν ᾧ γὰρ τις ἀνὴρ εὐγενείᾳ τε πρωτεύων ἐν τῇ πόλει καὶ κατ' ἀνδρείαν ἐπιφανής, ὄνομα Βάνδιος, καὶ τοῦτον ἐν Κάνναις τελεύτατα ἀγωνισάμενον, καὶ πολλοὺς μὲν ἀνελόντα τῶν Καρχηδονίων, τέλος δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς νεκροῖς εὑρεθέντα πολλῶν βελῶν κατάπλεον τὸ σῶμα, θαυμάσας ὁ Ἀννίβας, οὐ μόνον ἀφῆκεν αὐθις λύτρων, ἀλλὰ καὶ δῶρα προσέθηκεν, καὶ φίλον ἐποιήσατο καὶ ξένον. ἀμείβομενος οὖν ταύτην τὴν χάριν ὁ Βάνδιος, εἷς ἦν τῶν ἀννιβιζόντων τοῖς θυμοῖς, καὶ τὸν δῆμον ἰσχύων ἐξήγαγε πρὸς ἀπο-

C στασιν. ὁ δὲ Μάρκελλος ἀνελεῖν μὲν ἄνδρα λαμπρὸν ὕπω τὴν τύχην, κεκοινωνηκότα τῶν μεγίστων Ῥωμαίοις ἀγώνων, οὐχ ὅσιον ἡγεῖτο. πρὸς δὲ τῇ φύσει φιλανθρώπῳ καὶ πιθανὸς ὢν ὁμιλίᾳ, καὶ προσάγεσθαι φιλότιμον ἦθος, ἀσπασαμένου ποτὲ τοῦ Βανδίου αὐτὸν, ἠρώτησεν ὅστις ἂν θέφπων εἴη· πάλαι μὲν εἰδὼς, ἐρχόμενος δὲ καὶ προσφασιν ἐν τῷ ξένῳ ζητῶν. ὡς γὰρ εἶπεν, Λούκιος Βάνδιος, οἷος ἡσθεὶς καὶ θαυμάσας ὁ Μάρκελλος, Ἦ γὰρ σὺ ἐκεῖνος (ἔφη) σὺ Βάνδιος, οὗ πλεῖστος ἐν Ῥώ- «
μῃ λόγος τῶν ἐν Κάνναις ἀγωνισαμένων, ὡς μόνου Παῦλον «

D Αἰμίλιον τὸν ἄρχοντα μὴ προλιπόντος, ἀλλὰ τὰ πλεῖστα τῶν «
ἐκείνῳ φερομένων βελῶν ὑπὸς αὐτὸς τῷ σώματι καὶ δυναδξα- «
μένου; φήσαντος δὲ τοῦ Βανδίου, καὶ δεῖξαντος αὐτῷ «
τῶν τραυμάτων, Εἶτα (ἔφη) τηλικαῦτα γνωρίσματα φέρων «
τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, οὐκ οἴδυς προσῄει; ἢ κακεί σοι δο- «
κοῦμεν ἀρετὴν ἀμείβεσθαι φίλων, οἷς ἔστι μὴ καὶ πρὸς τοῖς πο- «
λεμίοις; ταῦτα φιλοφρονηθεὶς καὶ δεξιωσάμενος, ἵππον τε «
δωρεῖται πολεμιστὴν αὐτῷ, καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακο- «
σίας. ἐν τούτου βεβαιότατος μὲν τῷ Μαρκέλλῳ πρὸς αὐτὸν καὶ σύμμαχος, δεινότατος δὲ μηνυτὴς καὶ κατήγορος τῶν πανταχῇ φρονούντων ὁ Βάνδιος. ἦσαν δὲ πολλοὶ καὶ διενοοῦντο,

E τῶν Ῥωμαίων ἱππεύοντων τοῖς πολεμίοις, αὐτοὶ διαρπάσαι τὰς ἀποσκευάς. διὸ συντάξας ὁ Μάρκελλος τὴν δυνάμιν ἐντὸς πρὸς τὰς πύλας, ἔασε τὰ σκευοφόρα, καὶ τοῖς Νολανοῖς διὰ κηρύγματος ἀπεῖπε πρὸς τὰ τεῖχη προσπελάζειν. ἐν ᾧ δὲ ὅπλων ἐρημία, καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐπεσπάσατο προσάγειν ἀπακτότερον, ὡς τῶν ἐν τῇ πόλει πραττομένων. ἐν τούτῳ δὲ τὴν καθ' αὑτὸν πύλιν διαπετάσας κελεύσας ὁ Μάρκελλος ἐξήλασεν ἔχων μετ' ἑαυτοῦ τὴν ἱππωτῶν τοὺς λαμπροτάτους· καὶ προσπεσὼν κατὰ στόμα, συνεῖχε τοῖς πολεμίοις. μετ' ὀλίγον δὲ οἱ πεζοὶ κατ' ἑτέραν πύλιν ἐχώρουν μετὰ δρόμου καὶ

F βοῆς. καὶ πρὸς τούτοις, αὖθις αὐτὸν Ἀννίβα μειζόνως τὴν δύναμιν, ἡ τετάρτη τῶν πυλῶν ἀνεῴγνυτο, καὶ δι' αὐτῆς ἐξέθεον οἱ λοιποὶ, καὶ προσέκειντο πάντα χόθεν ἐν πεπληγμένοις τῷ ἀπροσδοκήτῳ, καὶ κακῶς ἀμυνομένοις τοῖς ἐν χερσὶν ἤδη

διὰ τινὸς ὕστερον ἐπιφερομένοις κἀν τούτῳ πρῶτον οἱ σὺν Ἀννίβᾳ Ῥωμαίοις ἐνέδωκαν, ὠθούμενοι φόβῳ πολλῷ,

καὶ θαύμασι τοὺς στρατόπεδον. λέγονται γὰρ ὑπὲρ πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν, ἀποκτεῖναι δ' Ῥωμαίων οὐ πλείονας ἢ πεντακοσίους. ὁ δ' Λίβιος οὔτω μὲν οὐ θαῤῥεβαιοῦται θρέψαι μεγάλω ἦπαν, οὐδὲ πεσεῖν νεκροὺς τοσούτους τῶν πολεμίων· κλέος δ' μέγα Μαρκέλλῳ, καὶ Ῥωμαίοις οὐκ κακῶν θάρσος ἀπὸ τῆς μάχης ἐκείνης ὑπαρξαι θαυμαστὸν, οὐχ ὡς τοῖς ἄμαχον οὐδὲ ἀήττητον, ἀλλά τι καὶ παθεῖν δυνάμενον θαρρυνομένοις πολέμιον. διὸ καὶ θατέρου τῶν ὑπάτων ἀποθανόντος, ἐκάλει Μάρκελλον ὁ δῆμος ὑπὲρ τοῦ θαδοχοῦ ἀπόντα, καὶ βίᾳ τῶν ἀρχόντων, ὑπαφέλετο τοῦ καταστῆσαι, ἕως ἐκεῖνος ἦλθεν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου. καὶ πάσας μὲν ἀπεδείχθη ταῖς ψήφοις ὕπατος· ὑπεισελθοντήσαντος δ' τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἱερέων οὐκ αἴσιον θεμένων τὸ σημεῖον, ἐμφανῶς δ' κωλύειν ὀκνούντων, καὶ δεδιότων τὸν δῆμον, αὐτὸς ἐξωμόσατο τοῦ ἀρχοῦ. οὐ μὴν τοῦ στρατείαν ἔφυγε, ἀλλ' αὐθύπατος ἀναγορευθεὶς, καὶ πάλιν τοὺς Νῶλαν ἐπορευθὼν εἰς τὸ στρατόπεδον, κακῶς ἐποίει τοὺς ἡρημένους τὰ τοῦ Φοίνικος. ὡς δ' ὀξεῖαν ἐπ' αὐτὸν θέμενος βοήθειαν ἐκεῖνος ἦκεν, προσκαλουμένῳ μὲν οὐκ προστάξεως οὐκ ἠβουλήθη θαρρυνίσασθαι, θέψαντι δ' τὸ πλεῖστον ἐπ' ἀρπαγοῦ τοῦ στρατοῦ, καὶ μηκέτι προσδεχομένῳ μάχην, ἐπεξῆλθεν θαθοῖς δόρατα τῶν ναυμάχων μεγάλα τοῖς πεζοῖς, καὶ διδάξας πόῤῥωθεν σιωτηρεῖν παίειν τοὺς Καρχηδονίους, ἀκοντιστὰς μὲν οὐκ ὄντας, αἰχμαῖς δ' χρωμένους οὐκ χθεὸς βραχείαις. διὸ καὶ δοκεῖν τότε δεῖξαι τὰ νῶτα Ῥωμαίοις ὅσοι συνέβαλον, καὶ φυγοῦ ἀπροφάσιστον φυγεῖν, ἀποβαλόντες ἐξ ἑαυτῶν νεκροὺς μὲν θμυριάδας πεντακισχιλίους, καὶ τῶν ἐλεφάντων, τέσσαρας μὲν πεσόντας, δύο δὲ ζωοὺς ἁλόντας. ὁ δ' ἰῶν μέγιστον, ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τοῦ μάχου, ἱππεῖς Γεῶνων καὶ Νομάδων μιγάδες ἀθροιζόμενοι ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους· οὔπω πρότερον Ἀννίβα τοῦτο παθόντος, ἀλλ' ἐκ ποικίλων καὶ πολυθρόπων συνηρμοσμένον ἐθνῶν βαρβαρικὸν στράτευμα πλεῖστον χρόνον ἐν μιᾷ γνώμῃ θαφυλάξαντος. οὗτοι μὲν οὖν πιστοὶ παρέμειναν εἰς ἄπαν αὐτῷ τε τῷ Μαρκέλλῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν στρατηγοῖς. ὁ δ' Μάρκελλος ἀποδειχθεὶς ὕπατος τὸ τρίτον, εἰς Σικελίαν ἔπλευσεν. αἱ γὰρ Ἀννίβου τρεῖς τὸν πόλεμον ὑπεραξίαι Καρχηδονίοις ἐπῆραν αὖθις ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς νήσου, μάλιστα πεθαρσηκότων τῶν περὶ τὰς Συρακούσας, μετὰ τοῦ Γερωνύμου τοῦ τυράννου τελευτήσαντος. διὸ καὶ Ῥωμαίων οἱ ἐκεῖ στρατοπεδευόμενοι δυνάμεις, καὶ στρατηγὸς Ἄππιος. τούτῳ παραλαμβάνοντι τῷ Μαρκέλλῳ προσπίπτουσι Ῥωμαῖοι πολλοὶ, συμφορᾷ κεχρημένοι τοιαύτῃ. τῶν περὶ Κάννας θαθαξαμένων πρὸς Ἀννίβαν, οἱ μὲν ἔφυγον, οἱ δ' ζῶντες ἥλωσαν, τοσοῦτον πλῆθος, ὡς δοκεῖν Ῥωμαίοις ὑπολελεῖφθαι μηδὲ τοὺς τὰ τείχη θαφυλάξοντας. τοῖς δ' ἄρα τοσοῦτο τοῦ φρονήματος καὶ μεγαλοψυχίας πρεῖττον, ὥστε τοὺς μὲν αἰχμαλώτους ὑπὲρ μικρῆς λύτρου ἀποδιδόντος Ἀννίβου μὴ λαβεῖν, ἀλλ' ἀποψηφίσασθαι, καὶ πρεῖδεῖν τοὺς μὲν αἱρεθέντας, τοὺς δ' πραθέντας ἔξω τῆς Ἰταλίας· τῶν δ' φυγῇ πρεσθομένων τὸ πλῆθος εἰς Σικελίαν ἀποστεῖλαι, θαχελθυσαμένους Ἰταλίας μὴ ὑπιβαίνειν ἕως πολεμοῦσι πρὸς Ἀννίβαν. ἕτοι δὴ τῷ Μαρκέλλῳ θαθαθμομένῳ προσπεσόντες ἀθρόοι, καὶ χαμαὶ καταβαλόντες αὐτοὺς, ἠτοιμα τάξιν ὑπισήμου στρατείας μετὰ πολλῆς βοῆς καὶ δακρύων, ἐπαγγελλόμενοι δεῖξειν δ' ἔργων, ἀτυχίᾳ ἢ μᾶλλον

A multisq; vulnerib. ad castra vsq; impulsi, terga dederunt Romanis. Cecidisse dicuntur amplius quinque millia, ex Romanis non plus quingentis desiderati. Liuius non tantam affirmat victoriam fuisse, neq; stragem tantam editam hostium, gloriam certe eximiam Marcello, ac Romanis ingentem ex calamitatibus fiduciam eam pugnam artulisse: quod in spem venirent nõ esse, quicum certabant, inexuperabilem, neq; inuictum hostem, sed etiam cladibus opportunum. Itaq; altero defuncto consule, populus absentem reuocauit Marcellum, vt eum in locũ illius sufficeret, obtinuitq; inuitis ma-
B gistratibus, vt comitia consularia in aduentum eius extraherentur, atque omnibus suffragiis crearetur consul. Cæterum quia tonuerat, vitio creatũ consulem pronunciantibus auguribus, nec obnũtiare aperte populi metu sustinentibus, ipse abdicauit se magistratu, non tamen imperium detrectauit, sed proconsul creatus, atq; in castra ad Nolam reuersus, agros eorum qui sequebantur partes Pœni, ferro & igni vastauit. Qui quum propere suppetias cõtra eum venisset dimicare acie Marcellus, quum ab Annibale lacesseretur, detrectauit. Verum quum misisset ille partem copiarũ prę-
C datum, nec iam prælium expectaret, infesto exercitu irrupit in eum. Distribuerat lanceas peditibus oblongas, qualibus in prelio natuali vti mos est, docueratq; eminus eas magna vi in hostes intorquere iaculandi imperitos, qui breuibus spiculis comi nus vtebantur. Quæ causa videtur fuisse cur ea in pugna terga dederint Pœni, quicunq; cõcurrerũt, ac fœde fugerint. Ceciderunt ex iis quinq; millia. Elephanti quatuor occisi, duo capti. Quod verò maximi fuit momenti, tertio post die plus trecentiequites, misti Hispani Numidæq;, transfugerunt
D ad eum, id quod Annibali ad eam diem non acciderat, quum ex colluuione dissonarum discrepantiumque coactum nationum ferum exercitum in summa consensione perdiu continuisset. Illorum equitum fideli opera toto eo bello vsi sunt Marcellus eiusq; successores. Marcellus creatus tertium consul traiecit in Siciliam. Successus enim Annibalis excitauit Carthaginienses ad asserendam de integro eam insulam, potissimum quia omnia Syracusis perturbata post necem Hieronymi tyranni fuerãt. Qua de causa præmiserant eo Romani quoq; legiones & prætorem Appium. Eum accipienti exercitum Marcello, ad genua se proiiciunt magno numero Romani milites ex
E calamitate huiuscemodi: Qui ad Cannas cum Annibale pugnauerant, partim fugam consciuerant, partim viui in potestatem hostium venerant tanta multitudine vt non superesse ne qui muros quidem tuerentur putarentur Romani. Fuit autem adeo elato & magno animo & constantia ciuitas, vt nec captiuos, quum redimere ab Annibale paruo liceret, vellet, imo senatusconsulto negaret, maluitque vt vel interficerentur, vel extra Italiam venundarentur. Quicunque fuga euaserant, hos iussit in Siciliam deportari, neque in Italiam, dum cum Annibale esset debellatum, re-
F portari. Hi ergo Marcellũ, postquam aduenit, frequentes adierunt, supplices atque ad genua eius procumbentes honestum ordinem militandi postulauerunt multo eiulatu lacrymisque, re ostensuros pollicentes se, al quo infortunio potius

quam ignauia ſua cladem illam acceptam fuiſſe. Eos miſeratus Marcellus petiit per literas à ſenatu vt liceret ſemper ſupplere ex iis legiones ſuas. Verum re multum agitata decreuit ſenatus, Militibus ignauis ſenatui videri nihil remp. cõmittendam eſſe: ſi M. Claudio fortaſſe aliter videretur, vteretur iis, dũ nequis eorum corona vel dono militari virtutis ergo ab imperatore donaretur. Hoc ſenatuſconſultũ momordit Marcellum, ac quũ reuerſus Romã eſſet, bello perpetrato Siculo, exprobrauit ſenatui, quod optime ſibi de rep. merito id negaſſet, vt releuare poſſet tantũ numerum ciuium calamitate. Sub idem tẽpus primum laceſſitus iniuriis Marcellus à prætore Syracuſano Hippocrate (qui vt ſtudium ſuum probaret Carthaginiẽſibus, ſibiq; tyrannidem pararet, in finibus Leontinorũ multam cædem ediderat Romanorum) vrbẽ Leontinorũ obſeſſam expugnauit: neminem tamen violauit oppidanorum. Transfugæ tantum, quoſcunque cepit, virgis cæſi & ſecuri percuſſi. Hippocrates autem nuntiũ Syracuſas præmiſit, Marcellum omnes puberes eo in oppido occidiſſe. Inde tumultuantibus ſuperueniens, vrbem occupauit. Igitur mouit cum omni exercitu Marcellus Syracuſas, caſtriſque prope murum poſitis, miſit in vrbem legatos qui Syracuſanos, quid actum in Leontinis eſſet, edocerent Vbi nihil profectum, quod non ſui arbitrii Syracuſani eſſent, quia poteſtas omnis erat penes Hippocratem, terra marique cœpta oppugnari vrbs. Peditatum omnem Appius admouit: Marcellus cum LX quinqueremibus, omni genere armorum & miſſiliũ inſtructis, ingentique ponte in octo nauibus colligatis conſtrato, quo tormentum portabat, aggreditur muros: copia & magnificentia apparatus, ſuaq; nixus gloria: quæ facile ab Archimede atque eius machinamentis eludebantur. Horum ille tanquam operæpretium nihil inſtituerat, ſed ea fere in geometria veluti luſerat. Pridem rex contenderat & induxerat Hiero Archimedem, vt ſpeciem huius artis ab intellectu in opus educeret, & rationem aliqua ex parte per ſenſum vſui aptatam in medium proferret. Namq; celebratam hanc & decantatam machinalem ſcientiam principes cœperant mouere Eudoxus & Archytas, hac elegantia illuſtrantes geometriam & propoſitiones à demonſtratione, quæ ratione & euidentia explicetur, remotas confirmantes ſenſui obiectis organorum exemplis. Vt illam de duabus mediis lineis à demonſtratione alienam propoſitionem, elementum ad multa delineanda neceſſarium, vterque organorum molitionibus expromſit, à curuis lineis & ſectionibus intermedias quaſdam deflectentes. Vt verò infenſus acriter in hos inuectus eſt Plato, quod corrumpere eos & perdere diceret bonum geometriæ, quæ iis quæ corpore libera eſſent, & in notione poſita animi, relictis ad ſenſui obnoxia conuerteretur, corporaque rurſus aſſumeret, vbi multum odioſi otii ſordidique requireretur: ita eiecta & ſemota à geometria machinalis ars, diuque à philoſophis deſpecta delituit inter artes militares. Archimedes autem ad regem Hieronem, cuius propinquus & amicus erat, tantula vi quamtumlibet poſſe, ſcripſit pondus moueri,

A ἢ δι' ἀνανδρίαν αὐτῶν τὴν ἧτταν ἐκείνῳ ἠμυνόμην. οἰκτείρας οὖν αὐτοὺς ὁ Μάρκελλος, ἔγραψε πρὸς τὴν σύγκλητον, αἱρούμενος ἐκ τούτων ἀεὶ τῆς στρατείας τὸ ὑπολεῖπον ἀναπληροῦν. λόγων δὲ πολλῶν ἠμυνόμων, ἐποιήσατο γνώμην ἡ βουλὴ, μηδὲν εἰς δημόσια πράγματα δεῖσθαι Ῥωμαίοις ἀνδρῶν ἀναίδρων· εἰ δὲ βούλοιτο χρῆσθαι Μάρκελλος αὐτοῖς ἴσως, μηδενὶ τῷ ἔτι ἀνδρείᾳ νομιζομένων στεφάνων καὶ γεράων τυχεῖν ὑπ' ἄρχοντος. τοῦτο τὸ δόγμα Μάρκελλον ἠώιασεν, καὶ μετὰ τὸν ἐν Σικελίᾳ πόλεμον ἐπανελθὼν, ἐμέμψατο τῇ βουλῇ ὡς αὐτὴ πολλῶν καὶ μεγά-
B λων οὐ παρασχοῦσαν αὐτῷ τοσούτων δυστυχίαν ἐπανορθώσασθαι πολιτῶν. τότε δὴ ἐν Σικελίᾳ πρῶτον μὲν ἀδικηθεὶς ὑπὸ Ἱπποκράτους Συρακουσίων στρατηγοῦ, ὃς Καρχηδονίοις χαριζόμενος, καὶ τυραννίδα κτώμενος αὐτῷ, πολλοὺς διέφθειρε Ῥωμαίων πρὸς Λεοντίνοις, καὶ εἷλε τὴν τῶν Λεοντίνων πόλιν κατ' κράτος καὶ Λεοντίνοις μὲν οὐκ ἠδίκησεν, τοὺς δ' αὐτομόλων ὅσους ἔλαβε μαστιγώσας ἀπέκτεινεν. τὸν δὲ Ἱπποκράτους πρῶτον μὲν λόγον εἰς τοὺς Συρακουσίους πεμψάντος ὡς Λεοντίνοις ἡδὺν ἀποσφάττῃ Μάρκελλος· ἔπειτα δὲ τεταραγμένοις ἐπιπεσόντος, καὶ τὴν πόλιν κα-
C ταλαβόντος, ἄρας ὁ Μάρκελλος τῷ στρατῷ πάντι, πρὸς τοὺς Συρακουσίους ἐχώρει. καὶ κατα στρατοπεδεύσας πλησίον, εἰσέπεμψε μὲν πρέσβεις περὶ τῶν ἐν Λεοντίνοις διδάξοντας. ὡς δὲ οὐδὲν ἐν ὤφελος, μὴ πειθομένων Συρακουσίων, (ἐκράτουν γὰρ οἱ περὶ τὸν Ἱπποκράτη) πρεσβολὰς ἐποιεῖτο κατ' γῆν ἅμα καὶ κατ' θάλασσαν, Ἀπίου μὲν τὸν πεζὸν ἐπάγοντες στρατὸν, αὐτὸς δὲ πεντήρεις ἔχων ἑξήκοντα πάντοθεν ὅπλων καὶ βελῶν πλήρεις. ὑπὸ δὲ μεγάλου θορύβου νεῶν ἐκπτὼ πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανὴν ἄρας, ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος, τοῦ πλήθους καὶ τῇ λαμ-
D πρότητι τῆς παρασκευῆς καὶ τῇ δόξῃ τῇ περὶ αὐτὸν πεποιθώς· ἧς ἄρα λόγος οὐδεὶς ἦν Ἀρχιμήδει καὶ τοῖς Ἀρχιμήδους μηχανήμασιν. ὧν, ὡς μὲν ἔργον ἄξιον σπουδῆς, οὐδὲν ὁ ἀνὴρ ἐπεύθετο, γεωμετρίας δὲ παιζούσης ἐγεγόνει παρέργα τὰ πλεῖστα· πρότερον φιλοτιμηθέντος Ἱέρωνος τὸν βασιλέως, καὶ πείσαντος Ἀρχιμήδη βάψαι τι τῆς τέχνης ἀπὸ τῶν νοητῶν ἐπὶ τὰ σωματικὰ, καὶ τὸν λόγον ἀμφοτέρως δι' ἀθήσεως μίξαντα τῆς χρείας ἐμφανέστερον καταστῆσαι τοῖς πολλοῖς. τῷ γὰρ ἀγαπωμένῳ τούτῳ καὶ πρεσβύτατον ὀργανικὴν ἤρξαντο μὲν κινεῖν οἱ περὶ Εὔδοξον καὶ Ἀρχύτην, ποικίλλοντες τὴν γλαφυρὰν γεωμετρίαν, καὶ λογικῆς καὶ πραγματικῆς ἀποδείξεως οὐκ ὑποπιπτούσας πρὸς
E βλήματα δι' ἀθήτων καὶ ὀργανικῶν παραδειγμάτων ὑποτιθέντες· ὡς τὸ περὶ δύο μέσας ἄλογον πρόβλημα καὶ στοιχεῖον ὅτι πολλὰ τῶν γραφομένων ἀναγκαῖον εἰς ὀργανικὰς ἕξιν ἀμφοτέρωι κατασκευὰς, μεσοβαφοειδεῖς ἀπὸ καμπύλων γραμμάτων καὶ τμημάτων μεθαρμόζοντες. ἐπεὶ δὲ Πλάτων ἠγωνάκτησεν, καὶ διετείνατο πρὸς αὐτοὺς, ὡς ἀπολλύοντας καὶ διαφθείροντας τὸ γεωμετρίας ἀγαθὸν, ἀπὸ τῶν ἀσωμάτων καὶ νοητῶν ἀποδιδράσκουσης ὅτι τὰ ἀθητὰ, καὶ
F πρεσβευομένης αὖθις αὖ σώματα, πολλῆς καὶ φορτικῆς βαναύσου ἀργίας δεομένου· ὅτω διεκρίθη γεωμετρίας ἐκπεσοῦσα μηχανικὴ, καὶ περιορωμένη πολὺ χρόνον ὑπὸ φιλοσοφίας, μία τῶν στρατιωτίδων τεχνῶν ἐγεγόνει. καὶ μέντοι καὶ Ἀρχιμήδης, Ἱέρωνι τῷ βασιλεῖ συγγενὴς ὢν καὶ φίλος, ἔγραψεν ὡς τῇ δοθείσῃ δυνάμει τὸ δοθὲν βάρος κινῆσαι δυνατόν ἐστι.

καὶ νεανικωτάτου (ὥς φασι) ῥώμη τῆς ἀποδείξεως, εἶπεν ὡς εἰ γῆν εἶχεν ἑτέραν, ἐκίνει ἂν ταύτην μεταβὰς εἰς ἐκείνην. θαυμάσαντος δὲ τοῦ Ἱέρωνος, καὶ δεηθέντος εἰς ἔργον ἐξαγαγεῖν τὸ πρόβλημα καὶ δεῖξαί τι τῶν μεγάλων κινούμενον ὑπὸ σμικρᾶς δυνάμεως, ὁλκάδα περιάγαγον τῶν βασιλικῶν, πόνῳ μεγάλῳ καὶ χειρὶ πολλῇ νεωλκηθεῖσαν, ἐμβαλὼν δὲ ἀνθρώπους τε πολλοὺς, καὶ τὸν συνήθη φόρτον, αὐτὸς ἄπωθεν καθήμενος, οὐ μετὰ κόπου δῆς, ἀλλὰ κρέμα τῇ χειρὶ σείων, ἀρχὴν μὲν πολυπλόκου μηχανήματος προσηγάγετο, λείως καὶ ἀπταίστως καὶ ὥσπερ ἀνὰ θαλάσσης ἐπιτρέχουσαν. ἐκπλαγεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς, καὶ συνορᾶς τῆς τέχνης τὴν δύναμιν, ἔπεισε τὸν Ἀρχιμήδην ὅπως αὐτῷ, τὰ μὲν ἀμυνομένῳ, τὰ δὲ ἐπιχειροῦντι μηχανήματα κατασκευάσῃ πρὸς πᾶσαν ἰδέαν πολιορκίας· οἷς αὐτὸς μὲν οὐκ ἐχρήσατο, τὸν βίον δὲ πλεῖστον ἀπόλεμον καὶ πανηγυρικὸν βιώσας, πότε δὲ ὑπῆρχεν τοῖς Συρακουσίοις εἰς δέον ἡ παρασκευή. καὶ μετὰ τὸν παρασκευῆς, ὁ δημιουργός. ὡς οὖν προσέβαλον οἱ Ῥωμαῖοι διχόθεν, ἔκπληξις ἦν τῶν Συρακουσίων, καὶ σιγή, ἀνὰ δέος, μηδὲν ἂν ἀνθέξειν πρὸς βίαν καὶ δυνάμιν οἰομένων τοσαύτην. φάσαντος δὲ τὰς μηχανὰς τοῦ Ἀρχιμήδους, ἅμα τοῖς μὲν πεζοῖς ἁπάντα τοξεύματά τε πανοπλίας καὶ λίθων ὑπερόγκα μεγέθη, ῥοίζῳ καὶ πάχει καταφερομένων ἀπίστῳ, καὶ μηδενὸς ὅλως τὸ βέθος στέγοντος, ἀνθρώποις ἀναστρεφόντων τοὺς ὑποπίπτοντας καὶ τὰς τάξεις συγχεόντων. ταῖς δὲ ναυσὶν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἄφνω ὑπεφαινοῦντο κεραῖαι, τὰς μὲν ὑπὸ βέθους κρεμάζοντος αἴφνης ὠθοῦσαι κατέδυον εἰς βυθὸν, τὰς δὲ χερσὶ σιδηραῖς ἢ σώμασιν εἰκασμένοις γερανῶν, ἀνασπῶσαι πρόσθεν ὀρθὰς ἐπὶ πρύμναν ἀνεβάπτιζον, ἢ δι' ἀντιτόνων ἔνδον ἐπιστρεφόμεναι καὶ περιαγόμεναι τοῖς ὑπὸ τὸ τεῖχος εἰς πεφυκόσι κρημνοῖς καὶ σκοπέλοις προσήρασσον, ἅμα φθόρῳ πολλῷ τῶν ἐπιβατῶν συντελουμένων. πολλάκις δὲ μετέωρος ἐξαρθεῖσα ναῦς ἀπὸ τῆς θαλάσσης, δεῦρο κἀκεῖσε περιδινουμένη καὶ κρεμαμένη, θέαμα φεικῶδες ἦν· μέχρι οὗ τῶν ὑδρῶν ἀπορρηφέντων καὶ ἀναστρεφενδονηθέντων, κενὴ προσπέσοι τοῖς τείχεσιν, ἢ περιολισθῇ τῆς λαβῆς ἀνείσης. ἦν δὲ ὁ Μάρκελλος ἀπὸ τοῦ ζεύγματος ἐπῆνε μηχανῶν, σαμβύκην μὲν καλεῖτο δὶ ὁμοιότητα πινακήματος πρὸς τὸ μουσικὸν ὄργανον· ἐπὶ δὲ ἄπωθεν αὐτῆς προσφερομένης πρὸς τὸ τεῖχος, ἐξῃρέθη λίθος δεκαπάλαντος ὁλκῆν, εἶτα ἕτερος ἐπὶ τούτῳ καὶ τρίτος· ὧν οἱ μὲν αὐτῆς ἐμπεσόντες μεγάλῳ κτύπῳ καὶ κλύδωνι τῆς μηχανῆς, τῶν τε βάσιν συνέλυσαν, καὶ τὸ ἐμπόρευμα διέσεισαν, καὶ διέσασαν τοῦ ζεύγματος· ὥστε τὸν Μάρκελλον ἀπορούμενον, αὐτόν τε ταῖς ναυσὶν ἀποπλεῖν κατὰ τάχος, καὶ τοῖς πεζοῖς ἀναχώρησιν παρεσκευάσαι. βουλευομένοις δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, ἐπὶ νυκτὸς, εἰ δύνωνται, προσμίξαι τοῖς τείχεσιν. τοὺς γὰρ τόνους, οἷς χρῆσθαι τὸν Ἀρχιμήδη, ῥώμην ἔχοντας, ὑπερπετεῖς ποιήσασθαι τὰς τῶν βελῶν ἀφέσεις· ἐντεῦθεν δὲ καὶ τελέως ἀπρόσκοποι εἶναι, πρόσημα τῆς πληγῆς οὐκ ἐχούσης. ὁ δὲ ἦν (ὡς ἔοικεν) ὅτι ταῦτα πάλαι παρεσκευασμένος ὀργάνων τε συμμέτρους πρὸς πᾶν πρόσημα κινήσεις, καὶ βέλη βραχέα καὶ πρόδηλος οὐ μεγάλα. πολλὰ δὲ καὶ συνεχῶν τραυμάτων οἱ σκορπίοι, βραχύτονοι μὲν, ἐντεῦθεν δὲ πλῆξαι παρεσκήκεσαν, ἀόρατοι τοῖς πολεμίοις. ὡς οὖν προσέμιξαν οἰόμενοι λανθάνειν, αὖθις αὖ βέλεσι πολλοῖς ἐντυγχάνοντες, πληγαὶ πέριξ μὲν οὐκ κεφαλῆς ἐπ' αὐτοῖς φερομένων,

A lactauit etiam vi nixus demonstrationis, si altera terra suppeditaret, digressum in illã hanc se de sede sua emoturum. Id quum Hiero stuperet, atq; vt in opus educeret eam quæstionem oraret, molẽq; aliquam insignem à parua machina ostenderet impulsam, nauem onerariam ex regio emptam nauali, quę trahi in terrã nisi ingenti labore, & per multos homines non poterat, impositis multis vectoribus, onereq; solito, ipse procul sedens, non magno conatu, sed sensim caput artemonis manu mouẽs, rectam nec vsquam hæsitantem, ac quasi per mare attraxit curriẽtem. Obstupefactus rex perspecta

B artis facultate, perpulit Archimedem vt sibi machinas instrueret ad quamlibet oppugnandi rationem accommodatas, quibus vel ad propulsandũ periculum, vel ad oppugnãdas vrbes vteretur. His tamen vsus ipse non est, quod fere totam vitam in otio & summa fortunæ indulgentia traduxerit. Tunc verò apparatus ille Syracusanis in tempore ad manum fuit, & ipse cum apparatu machinator. Vt igitur muros Romani ex duabus partibus adorti sunt, pauor Syracusanos stuporque ex metu defixit, nihil obsistere contra eam vim & vires posse putantes. At vbi tormenta Archimedes la-

C xauit, simul missilia omnis generis, & ingentis ponderis saxa in terrestres copias horrendo fragore atque impetu delata misit: aduersus eam vim consistere poterat nemo, sed prosternebant confertim eos in quos inciderent, ordinesque turbabant. Naues edita repente ex muris antennarum cornua, partim graui impulsas superne libramento deprimebant, partim ferrea manu vel rostro, ad gruini modum, quum suspendissent ex prora, in puppim statuebant, deinde demergebant, aut per machinas intus attractæ & rotatæ contrariis præruptis saxis, quæ prominebant sub mœnibus, cum

D magna classiariorum pernicie illidebantur. Aliquoties in sublime nauis sublata, visu horrẽdum, huc atque illuc reuoluebatur, suspendebaturque, donec deiectis nauticis atque confixis muro, inanis impingeret vel decideret remissa. In machinam, quam ex ponte admouit Marcellus, sambuca à similitudine organi musici vocabatur, quum procul etiam adigeretur ad murum, saxum decem talentorum excussum est, alterum inde ac tertiũ. atque ea ingenti incussa vi & fragore basim conuulserunt machinæ laxaueruntque compaginem atque à ponte diuulserunt. Ita anceps consilii retro cum nauibus cessit Marcellus, terrestribusque

E copiis signum receptui dedit. Consilium inde ceperunt nocte muros, siqua fieri posset, subeundi: quia funibus vtendum Archimedi contentis erat, interiores milites ictibus tormentorum ratus fore: itaque tela, quod non ex satis magno interuallo torquerentur, plane irrita casura. Ille enimverò multo ante instruxerat ad id accommodata omni interuallo tormenta, & tela breuiora, sed quæ mitterentur densiora, multaq; & crebra vulnera inferrent. Iã scorpiones modicos parauerat, qui oculos fallebant hostiũ, quibus figerentur ex propinquo. Vt igitur mœnibus successerunt, quũ

F maxime fallere putarent hostẽ, iterum grando in eos missilium ingesta. Quumque saxa prouoluta velut ad perpendiculum in capita oppugnãtium,

& ſagittæ ex omni parte muri ingererentur, receperunt ſe. Quorum ex maiore interuallo iaculis emiſſis ingens edita ſtrages abeuntium, nauiumq; colliſio, quum lædere ipſi nihil valerent hoſtes. Quippe machinamēta Archimedes ſub muro inſtruxerat pleraque. Vnde Romani arbitrabantur ſe, quòd vnda malorum obrueret eos ex occulto, quaſi cum diis pugnare. Marcellus tamen euaſit ſaluus, ſuoſq; irridēs artifices & fabros, Quid nos, inquit, pergimuſne cum hoc geometrico pugnare Briareo, qui oppugnationem naualē noſtram ad mare deſidens fœdè eluſit? Næ ille quidem fabuloſos Centimanos ſuperat, qui tantam vim in nos vno tempore ingeſſit telorum. Et nimirum reliqui Syracuſani corpus Archimedis apparatus omnes erant quem moueret omnem & torqueret anima vna: nam reliquis remotis armis hoſtes ſolis illius & Romanos infeſtabant, & ſalutem ſuam protegebāt. Deniq; quum tanta trepidatio cepiſſet Romanos, vt ſi vel funiculum vel exiguum lignum ex muro conſpexiſſent, eo ipſo machinam aliquā mouere in ipſos vociferantes Archimedem, terga verterent, fugerentque: abſiſtens Marcellus prorſus à conflictu & oppugnatione, ponit ſpem reliquam in longa obſidione. Atqui eos ſpiritus Archimedes, eam altitudinem ingenii, tantaſq; præceptorum diuitias tenuit, vt quum per ea nomen atque opinionem ſibi parauiſſet non humanæ ſed diuinæ ſcientiæ, nullum de his relinquere commentariū ſuſtinuerit: verùm illa in parandis machinamentis induſtria, atq; adeo omni quæ ad vſum ſe applicaret, & ad vtilitatem, arte pro humili & ſordida repudiata, in iis tantum poſuerit ſtudium ſuum, quæ præclara & eximia per ſe, neque vlli adſtricta neceſſitati eſſent, non conferenda quidem cum aliis, ſed quæ certamen excitēt cum materia demonſtrationi, quum illa mole & ſpecie, exquiſita hæc certitudine & vi excellat incredibili: neque enim implicatiores in geometria & cōtortas magis quæſtiones, in ſimplicioribus liquidioribuſq; conſcriptas elementis inuenias. Id dexteritati illius ingenii alii attribuunt: alii ad laborem referendum putant potius indefatigatum, quo quiduis eum efficere veriſimile ſit facilè & citra ſudorem potuiſſe. Nam ſi quæras, per te non inuenias demonſtrationem illius quæſtionum: vbi didiceris, potuiſſe putes te eam vel tua ſponte inuenire, adeo ſtrata eſt via atq; expedita, quæ ad id quod intendit demonſtrare perducit. Quare non ſunt reiicienda illa quæ de eo feruntur, à ſua quadā & familiari Archimedem perpetuò demulcitum Sirene, & cibi obliuiſci & corporis curam relinquere ſolitum: quumq; raperetur ſubinde inuitus ad vngendum corpus & ad balneum in foco figuras geometricas exarare: & dum vngeretur, ducere digito lineas, tanta illū dulcedine artis captum & reuera inflammatū fuiſſe. Quum autem multa & præclara inueniſſet, dicitur ab amicis & propinquis petiſſe vt vita defuncti cylindrū ſphæram complectentem ſepulcro imponerent, inſcriberentq; proportionē, quatenus ſolidum continēs excedat contentū. Atq; is Archimedes quum eſſet, inuictum ſe vrbemq;, quantū in ipſo eſſet, proſtitit. Dum trahitur obſidio, Megaram Marcellus

A ὥστε πρὸς κάθετον τοῦ τείχους τὸ ξύλινον πρόσωπον ἀναπέμποντος, ἀνεχώρουν ὀπίσω. κἂν τοῦτο πάλιν αὐτῶν εἰς μῆκος ἐκτεταμένων, βελῶν ἐκθεόντων, καὶ καταλαμβανόντων ἀπιόντας, ἐγίνετο πολὺς μὲν αὐτῶν φθόρος, πολὺς δὲ τῶν νεῶν συγκρουσμὸς, οὐδὲν ἀντιδρᾶσαι τοῖς πολεμίοις δυναμένων. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν ὀργάνων ὑπὸ τὸ τεῖχος ἐσκευοποιεῖτο τοῦ Ἀρχιμήδους· καὶ διεμαχοῦντο ἐφεστῶτες οἱ Ῥωμαῖοι, μυρίων ἀυτοῖς κακῶν ἐξ ἀφανοῦς ἐπιχεομένων. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Μάρκελλος ἀπέφευγε, καὶ τοῖς σὺν ἑαυτῷ σκώπτων τεχνίτας καὶ μηχανοποιοὺς ἔλεγε, Οὐ παυσόμεθα
B πρὸς τὸν γεωμετρικὸν πυγμάχον Βριάρεων πολεμοῦντες, ὃς τὰς μὲν ναῦς ἡμῶν καθίζων πρὸς τῇ θαλάσσῃ, παίζων μετ' ἀρχιμήδους ἐκβέβληκεν; τοὺς δὲ μυρίους ἑκατόγχειρας ὑπαφαίρει, τοσαῦτα βάλλων ἅμα βέλη καθ' ἡμῶν; τί γὰρ ὄντι πολύτες οἱ λοιποὶ Συρακούσιοι σῶμα τῆς Ἀρχιμήδους ὑπεσκευῆς ἦσαν, ἡ κινοῦσα πολύτα καὶ τρέφουσα, ψυχὴ μία· τῶν μὲν ἄλλων ὅπλων ἀδέμα κειμένων, μόνοις δὲ τοῖς ἐκείνου τότε τοῖς πολεμίοις χρωμένης, καὶ πρὸς ἄμυναν καὶ πρὸς ἀσφάλειαν. τέλος δὲ τοῖς Ῥωμαίοις οὕτω δεινοῖς γεγονότας ὁρῶν ὁ Μάρκελλος, ὥστε εἰ καλώδιον ἢ ξύ-
C λον ὑπὲρ τοῦ τείχους μικρὸν ὀφθείη προτεινόμενον, τοῦτο ἐκεῖνο μηχανῶν τινα κινεῖν ἐπ' αὐτοῖς Ἀρχιμήδη, βοώντας, ἀποδρέπεσθαι καὶ φεύγειν· ἀπέχετο μάχης ἁπάσης καὶ προσβολῆς, τὸ λοιπὸν ἐπὶ τῷ χρόνῳ τῆς πολιορκίας θαρρῶν. τηλικοῦτον μέντοι φρόνημα καὶ βάθος ψυχῆς, καὶ τοσοῦτον ἐκέκτητο θεωρημάτων πλοῦτον Ἀρχιμήδης, ὥστε ἐφ' οἷς ὄνομα καὶ δόξαν οὐκ ἀνθρωπίνης ἀλλὰ δαιμονίου τινὸς ἔφερε συνέσεως, μηδὲν ἐπιλῆσαι σύγγραμμα περὶ τούτων ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ τῶν περὶ τὰ μηχανικὰ πραγμα-
D τείαν καὶ πᾶσαν ὅλως τέχνην χρείας ἐφαπτομένην, ἀλυπῆ καὶ βάναυσον ἡγησάμενος, ἐκείνα καταλέσθαι μόνα τῶν αὐτοῦ φιλοτιμίαν, οἷς ὄν καλὸν καὶ περιπόνον ἀμιγὲς τοῦ ἀναγκαίου πρόσεστιν, ἀσύγκριτα μὲν ὄντα τοῖς ἄλλοις, ἔχειν δὲ παρέχοντα πρὸς τῶν ὕλην τῇ ἀποδείξει, ἡ μὲν τοῦ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, τῆς δὲ τῶν ἀκριβείαν καὶ τῶν δυνάμιν ὑπερφυῆ παρεχομένης. οὐ γὰρ ἔστιν ἐν γεωμετρίᾳ χαλεπωτέρας καὶ βαρυτέρας ὑποθέσεις ἐν ἁπλουστέροις λαβεῖν καὶ καθαρωτέροις στοιχείοις γραφομένας. καὶ τοῦτο οἱ μὲν φύσει τοῦ ἀνδρὸς πρεσβεύουσιν, οἱ δὲ ὑπερβολῇ τινι πόνου νομίζουσιν, ἀπόνως πεποιημένῳ καὶ ῥᾳδίως ἕκαστον εὐκὸν γεγο-
E νέναι. ζητῶν μὲν γὰρ οὐκ ἄν τις εὕροι δι' αὐτοῦ τῶν ἀπόδειξιν, ἅμα δὲ τῇ μαθήσει πρεσβεύσας αὐτὸ δόξα τοῦ κἂν αὐτὸν εὑρεῖν, οὕτω λείαν ὁδὸν ἄγει καὶ βαδεῖαν ἐπὶ τὸ δεικνύμενον. οὐκοῦν οὐδὲ ἀπιστῆσαι τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις ἔστιν, ὡς ὑπ' οἰκείας δήπουθεν καὶ συνοίκου θελγόμενος ἀεὶ σφρῶος, ἐλέλητο καὶ σίτου καὶ θεραπείας σώματος ἐξέλαθεν· βίᾳ δὲ πολλάκις ἑλκόμενος ἐπ' ἄλμμα καὶ λουτρὸν, ἐν ταῖς ἐρήμαις ἔγραφεν σχήματα τῶν γεωμετρικῶν, καὶ τοῦ σώματος ἀληλειμμένου δίηγε τῷ δακτύλῳ γραμμὰς, ὑπὸ ἡδονῆς μεγάλης κάτοχος ὢν καὶ μουσόληπτος ἀληθῶς. πολλῶν δὲ καὶ
F καλῶν εὑρετὴς γεγονὼς λέγεται τῶν φίλων δεηθῆναι τῶν συγγενῶν, ὅπως αὐτοῦ μετὰ τὸν τελευτὴν θῆς κόσιν τῷ τάφῳ τὸν περιλαμβάνοντα τὴν σφαῖραν ἐν τῷ κύλινδρον· ὅπερ γράψαντες τὸν λόγον τοῦ ὑπερβοχῆς τοῦ περιέχοντος τρεῖς πρὸς τὸ περιεχόμενον. Ἀρχιμήδης μὲν δὴ οὗτος βιοὺς ἠνύσθη· ἡ δὲ πολιορκίας δὴ μέσου Μάρκελλος ἦρεν μὲν Μεγάρεας

πόλιν ἐν ταῖς παλαιοτάταις τῶν Σικελιωτίδων· εἷλε δὲ
Ἱπποκράτους περὶς Ἀκίλας στρατόπεδον, καὶ κατέκτεινεν
ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους, ὅτι πεσὼν χάρακα βαλλομένοις. ἐπέ-
δραμεν δὲ πολλὴν τῆς Σικελίας, καὶ πόλεις ἀπέστησε Καρ-
χηδονίων, καὶ μάχας ἐνίκησε πάσας τοὺς ἀντιταξαμένους τολ-
μήσαντας, χρόνῳ δὲ περιόντι, Δάμιππόν τινα Σπαρτιάτην,
ἐκ Συρακουσῶν λαβὼν ἐκπλέοντα ἀχρεῖον, ἀξιοῦντος ὅτι λύσεις τῶν Συρακουσίων κομίσασθαι τὸν ἄνδρα, πολλάκις ὑπὲρ τούτου διαλεχθέντος καὶ συμβιβάσαντος, πύργον τινὰ κατεσκέψατο, φυλαττόμενον μὴ ἀμελῶς, ἄνδρας δὲ δυνάμενον δέξασθαι κρύφα, τοῦ τείχους ὅπισθεν παρ' αὐτῶν ὄντος. ὡς οὖν τό, τε ὕψος, ἐκ τοῦ πολλάκις προσιέναι καὶ διαλέγεσθαι πρὸς τὸν πύργον, εἰκάσθη καλῶς καὶ κλίμακες παρεσκευάσθησαν, ἑορτὴν Ἀρτέμιδι τοῖς Συρακουσίοις ἄγοντας, καὶ πρὸς οἶνον ἀρμηνεύοντες καὶ παιδιὰν παρεφυλάξας, ἔλαθεν οὐ μόνον τὸν πύργον καταλαβών, ἀλλὰ καὶ κύκλῳ δὲ τεῖχος παρεμπλήσας ὅπλων, πρὶν ἡμέραν γενέσθαι, καὶ τὰ Ἑξάπυλα διαλύσας. ἐρχομένων δὲ κινεῖσθαι καὶ ταραττεσθαι τῶν Συρακουσίων πρὸς τὴν αἴσθησιν, ἅμα πανταχόθεν ταῖς σάλπιγξι χρῆσθαι κελεύσας, φυγὴν ἐποίησεν πολλὴν καὶ φόβον, ὡς οὐδενὸς μέρους ἀναλώτου μένοντος. ἔμενε δὲ καρτερώτατον καὶ κάλλιστον καὶ μέγιστον. Ἀχραδινὴ καλεῖται, καὶ διὰ δὲ τεχνίσθαι πρὸς τὴν ἔξω πόλιν, ἧς δὲ μὲν Νέαν, δὲ δὲ, Τύχην ὀνομάζουσιν. καὶ τούτων ἐχομένων, ἅμα φαιδρείᾳ τῶν Ἑξαπύλων ὁ Μάρκελλος κατῆκε, μακαρίζομενος ἐπὶ τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν ἡγεμόνων. αὐτὸς μὲν οὖν τι λέγεται κατιδὼν ἄνωθεν καὶ περιεσκεψάμενος τῆς πόλεως τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, ὅτι πολὺ δακρύσαι, καὶ τῷ μέλλοντι γίνεσθαι συμπαθῆσαι· ἐννοήσας οἷς ἐξ οἴου σχήματος καὶ μορφῆς ἀμείψει μικρὸν, ἀπὸ τοῦ κραταιοῦ διαφορηθεῖσα. τῶν δὲ ἡγεμόνων οὐδεὶς μὲν εἴα ὁ Ἑλληνικὸν ἐνοικοῦσθαι τοῖς στρατιώταις αἰτουμένοις δι' ἁρπαγῆς ὠφελεῖσθαι. πολλοὶ δὲ καὶ πυρπολεῖν καὶ κατασκάπτειν ἐκέλευον. ἀλλὰ τοῦτον μὲν οὐδὲ ὅλως προσήκατο τὸν λόγον ὁ Μάρκελλος, μάλα δὲ ἄκων βιασθεὶς ἔδωκεν ἀπὸ χρημάτων καὶ ἀνδραποδῶν ὠφελεῖσθαι, τῶν δὲ ἐλευθέρων σωμάτων ἀπεῖπεν ἅπτεσθαι δὲ διεκελεύσατο μήτε ἀποκτεῖναί τινα, μήτε αἰσχύνας, μήτε ἀνδραποδίσασθαι Συρακουσίων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ οὕτω μετειάσας δόξας, οἰκτρὰ πάσχειν ἠνείετο τὴν πόλιν, καὶ τὸ συμπαθοῦν καὶ τὸ συναλγοῦν ὅμως ἐν τοσούτῳ μεγέθει χαρᾶς ἡ ψυχὴ διέφαινεν, ὁρῶντος ἐν βραχεῖ χρόνῳ πολλῆς καὶ λαμπρᾶς ἀφανισμὸν εὐδαιμονίας. λέγεται γὰρ οὐκ ἐλάττονα τοῦτον ἢ τὸν ὕστερον ἀπὸ Καρχηδόνος διαφορηθέντα πλοῦτον γενέσθαι. καὶ γὰρ τὰ ἄλλα τὴν πόλιν οὐ μετὰ πολὺ χρόνον ἀλοῦσαν ἐκ προδοσίας ἐβιάσαντο διαρπάσαι, πλὴν τῶν βασιλικῶν χρημάτων· ταῦτα δὲ εἰς τὸ δημόσιον ἐξηρέθη. μάλιστα δὲ τὸ Ἀρχιμήδους πάθος ἐλύπησε Μάρκελλον. ἔτυχε μὲν γὰρ αὐτὸς περὶ ἑαυτὸν ἀνασκοπῶν ὅτι διαγράμματος· καὶ τῇ θεωρίᾳ δεδωκὼς ἅμα νοῦν τε διδόναι καὶ τὴν ὄψιν, οὐ προσήδετο τὴν καταδρομὴν τῶν Ῥωμαίων, οὐδὲ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως· ἀφνω δὲ ἐπιστάντος αὐτῷ στρατιώτου καὶ κελεύοντος ἀκολουθεῖν πρὸς Μάρκελλον, οὐκ ἐβούλετο πρὶν ἢ τελέσαι τὸ πρόβλημα καὶ καταστῆσαι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν. ὁ δὲ ὀργισθεὶς καὶ ἀπειλήσας τὸ ξίφος, ἀνῄρει αὐτόν. ἕτεροι μὲν οὖν λέγουσιν ὅτι ἔφη μὲν οὐδὲ

A antiquissimam vrbem Siciliæ vi capit. Expugnat etiam apud Accilas castra Hippocratis, cæsis plus octo millibus, quum munientibus superuenisset. Percurrit insuper latè Siciliã: quo tempore reduxit oppida à Carthaginiensibus, fuditque omnes qui conferre signa cum ipso ausi sunt. Per obsidionis moram Damasippus quidam Lacedæmonius, nauigio soluens ex Syracusis, captus à Marcello est. Hunc redimere quum Syracusani cuperent, & sæpius de eo congrederetur ageretque, turrim quę occultè capere milites posset, propterea quòd
B murus propter eam superabilis esset, cõtemplatur neglectam. Quò quum crebrò commearet & colloquia haberet, ęstimata exactè altitudo est, ac scalæ comparatæ. Festum Dianæ Syracusani agebãt. Eum articulum, quum in vinum lusumq; effusi essent, captauit Marcellus, ac priusquam ciues animaduerterent, non turrim modò tenuit, sed & murum antequam diluceſceret corona militum compleuit, Hexapylumq; effregit. Mouentes se & trepidantes ad tumultum Syracusanos tubarũ cantus, simulatque ex omni parte auditus est, in fugam omnes concitauit, perculitq; vehementer,
C omnia teneri ratos. At munitissima & pulcherrima pars amplissimaque restabat, Acradina vocatur, quòd muro diuisa ab exteriore vrbe esset, cuius vnam partem Neapolim, Tycham alteram appellant. Has quum teneret, sub luce Marcellus Hexapylo ingressus vrbem est, gratulantibus omnibus eius præfectis. Qui, vt ex superioribus locis vrbem pulcherrimam maximamq; subiectam oculis vidit, illacrymasse multum dicitur, miseratus imminentem calamitatem, quum subiret cogitatio, quàm fœda facies mox vrbis ex præsenti ac species direptæ à militibus futura esset. Nam in-
D ter præfectos nemo erat qui militibus prædam concedi vrbis sibi postulantibus denegare auderet, quum etiam instarent multi vt inflammaretur atq; solo æquaretur. Cæterùm id planè abnuit Marcellus. Concessit tamen, sed id quidem etiam perinuitus, vt pecunia & seruitia prædæ essent. Edixit autem ne quis liberum corpus violaret, neve quem interficeret ciuem, vel stupraret, vel in seruitutem raperet. Et quanquam eam adhibuisset moderationẽ, miserandam tamen conditionem existimabat illius vrbis, doloremq; animi ac mœstitiã vel in tanta gratulatione pręferebat, cernens
E omnia diuturna felicitate cumulata bona momento horæ dissipata. Neq; enim minus hîc prædæ captum quàm Carthagine postea fertur. Nam haud multo pòst, captas proditione reliquas partes vrbis, præter pecuniam regiam quæ in ærariũ relata est, vi diripuere. Præcipuè cædem Marcellus Archimedis ægrè tulit. Erat ille tum fortè mente intentus formis: quum autem in eam cogitationem non animum modò, sed & oculos defixisset, non senserat discursum Romanorum, neque captam vrbem. Cui quum ex improuiso superuenisset miles, qui sequi eum iussit ad Marcellum, noluit priusquam absoluisset propositionem, & adaptasset ad demonstrationẽ: ita iratus
F miles stricto gladio Archimedem confodit. Alii autores sunt intercurrentem Romanum ilicò ensem intentasse ei ad necem districtum: illum verò vt respexit, orasse obnixè vt paulisper sustineret,

ἀνῄρει δὲ ἰδόντα δεῖσθαι καὶ αἰτεῖσθαι αἰαμεῖναι βραχὺ χρόνον,

vt ne quod inuestigabat relinqueret minus absolutum & rude, sed militem, nihil ea re motum, eũ trucidauisse. Tertii memorant, dum fert ad Marcellũ instrumenta mathematica, horologia, sphæras, angulos, quibus magnitudinis solis initur ad visum modus, intercurrentes milites, quia aurum eum ferre in vasculo opinabantur, illum interemisse. Nam Marcello quidem casum eius acerbũ fuisse, ac percussorem auersatum eum vt nefariũ, & propinquis inquisitis constat habuisse honorem. Sane Romanos quidem exteræ nationes habebant insignes bello viros & formidabiles in cõflictibus, sed quum nullũ specimen dedissent facilitatis, vel humanitatis, vel ciuilitatis, Marcellus tũ ostendisse primus Græcis videtur esse magis insignes iustitia Romanos. Ea enim extitit illius in eos quibus quid negotii erat cũ ipso moderatio, ea etiã in quamplurimas ciuitates & priuatos benignitas, vt si quid de Ætnensibus aut Megarensibus aut Syracusanis consultum fuerit durius, id expẽsum ferẽdum iis in quos recidit, quam illis qui intulerunt, potius videatur. Vnum commemorabo ex multis. Oppidulum Siciliæ est Enguium, non sane amplum, sed pervetustum & dearum præsẽtia, Matres vocant, nobile. Ædificatum à Cretensibus templũ aiunt, ostenduntq; hastas aliquot ac galeas æreas cum inscriptione partim Merionis, partim Vlyssis, qui eas deabus consecrauerunt. Huic ciuitati studiosissime partes Pœnorum fouẽti princeps ciuium autor erat Nicias vt ad Romanos deficeret, liberrime agens, & propalam in cõcionibus, amentiæq; aduersarios coarguens. Illi, opes eius atq; autoritatem veriti, statuerunt eũ vinctum tradere Pœnis. Quod agi iam & asseruari clãse quum esset odoratus, irreligiose loquutus est in vulgus de Matribus, multaq; designauit, quasi negaret & contemneret receptam opinionẽ de præsentia dearum, gaudẽtibus inimicis ipsum sibi vltrò imminentem quærere perniciem. Quum eum iamiam prehensuri essent, erat in concione populus. Hic Nicias quum verba ad populum de re quapiam deliberanda faceret, in media oratione abiecit se in terram, pauloque post, quum, vt tali in re solet, immobilem teneret stupor concionem, caput attollens & circumferens, sub tremulam vocem grauemque intendit, concitauitque paulatim. Vbi conspexit horrore & silentio defixum theatrum, abiecto pallio tunicaque scissa exiliit seminudus cursumque ad exitum theatri tulit, Matrum se furiis vociferans agi. Quum nemo iniicere manum homini præ religione neque obsistere auderet, sed cederent omnes, extulit se porta, nec vocem vllam vel motum, qualis lymphatorum esse & insanorum solet, prætermisit. Astus conscia sociaque coniunx, assumptis liberis, primum pro æde dearum supplex abiecit se: inde palantem illum præ se ferẽs quærere, nemine impediente oppido excessit incolumis: atq; ea ratione Syracusas ad Marcellum euasere. Post multa exinde facinora & cõtumelias Enguinorum, quum omnes Marcellus in vincula dedisset, statuisset q; sumere de iis suppliciũ, adstitit plenus lacrymarũ Nicias. Postremo, ad genua Marcelli aduolutus & deprecatus pro ciuib. suis,

A ὡς μὴ καταλείπῃ ὃ ζητούμενον ἀτελὲς καὶ ἀθεώρητον· τὸν δὲ οὐ φεύγοντα κατὰ λῃστείαν ἀναιρεῖσθαι. καὶ τέτοιος ὑπῆρξε λόγος, ὡς κομίζοντι πρὸς Μάρκελλον αὐτῷ τῶν μαθηματικῶν ὀργάνων, σκιόθηρας καὶ σφαίρας καὶ γωνίας, αἷς συναρμόττει τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος πρὸς τὴν ὄψιν, στρατιῶται περιτυχόντες, καὶ χρυσίον ἐν τῷ τοιούτῳ δόξαντες φέρειν, ἀπέκτειναν. ὅτι μὴν τοι Μάρκελλος ἤλγησεν, καὶ τὸν αὐτόχειρα τοῦ ἀνδρὸς ἀπεστράφη καθάπερ συναγῆ, τοῖς δὲ οἰκείοις αὐθαιρὼν ἐτίμησεν, ὁμολογεῖται. τῶν δὲ Ῥωμαίων τοῖς ἐκτὸς ἀνθρώποις δίκαιον μὴ εἶναι πόλεμον μεταχειρίσασθαι, καὶ φοβεραὶ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν

B νομιζομένων, ἀγνωμοσύνης καὶ φιλανθρωπίας, καὶ ὅλως πολιτικῆς ἀρετῆς ὑποδείγματα μὴ δεδωκότων, τοῦτο δοκεῖ τότε Μάρκελλος ὑποδεῖξαι τοῖς Ἕλλησι δικαιοτέροις Ῥωμαίους. οὕτω γὰρ ἐχρήσατο τοῖς συμβάλλουσι καὶ τοσαύτας πόλεις καὶ ἰδιώτας εὐεργέτησεν, ὥστε εἴτε περὶ Αἴτναν, ἢ Μεγαρεῖς, ἢ Συρακουσίοις, ἔργον ἐὰν εἰργασμένον σκληρὸν ἐπιτεικὲς αὐτοῖς, τοῦτο τῶν πεπονθότων αὐτὰ μᾶλλον ἢ τῶν πεποιηκότων δοκεῖν γεγενέναι. μνησθήσομαι δὲ ἑνὸς ἀπὸ πολλῶν. πόλις ἐστὶ τοῖς Σικελίας Ἐγγύιον, οὐ μεγάλη, ἀρχαία δὲ πάνυ, καὶ διὰ θεῶν ἐπιφάνειαν ἔνδοξος ἃς καλοῦ-

C σι Ματέρας. ἵδρυμα λέγεται Κρητῶν γενέσθαι τὸ ἱερόν· καὶ λόγχας λινᾶς ἐδείκνυσαν καὶ κράνη χαλκᾶ, τὰ μὲν ἔγγονα Μηριόνου, τὰ δὲ Ὀυλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως, ἐπιγραφὰς, ἀνατεθεικότων ταῖς θεαῖς. ταύτῃ προθυμόταται καρχηδονιάζουσαν Νικίας αὐτὴρ πρῶτος τῶν πολιτῶν ἔπεσθαι μεταθέσθαι πρὸς Ῥωμαίους, ἀναφανδὸν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις παρρησιαζόμενος, καὶ κακῶς φρονοῦντας ἐξελέγχων τοὺς ὑπεναντίους. οἱ δὲ φοβούμενοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν δόξαν, ἐβουλεύσαντο συναρπάσαι καὶ παραδοῦναι τοῖς Φοίνιξιν. αἰσθόμενος οὖν ὁ Νικίας ἤδη, καὶ παραφυλαττό-

D μενος ἀδήλως ἑαυτόν, ἐξέφερεν ἐν φανερῷ λόγους περὶ τῶν Ματέρων ἀνεπιτηδείους, καὶ πολλὰ πρὸς τὴν νομιζομένην ἐπιφάνειαν καὶ δόξαν, ὡς ἀπίστων καὶ καταφρονῶν, ἐπέρατεν· ἡδομένων τῶν ἐχθρῶν, ὅτι τὴν μεγίστην αἰτίαν αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν ὧν πείσεται παρεῖχεν. γενομένων δὲ τῶν πρὸς τὴν σύλληψιν ἑτοίμων, ἐν μὲν ἡ ἐκκλησία τῶν πολιτῶν· ὁ δὲ Νικίας μεταξύ τι λέγων καὶ συμβουλεύων πρὸς τὸν δῆμον, ἐξαίφνης ἀφῆκεν εἰς τὴν γῆν τὸ σῶμα· καὶ μικρὸν παραλιπών, (οἰκεῖος) ἡσυχίας σὺν ἐκπλήξει γενομένης, τὴν κεφαλὴν ἐπάρας, καὶ περιενεγκὼν ὑπόβρεμφ φωνῇ καὶ βα-

E ρείᾳ τινὶ μικρὸν σωστείνων καὶ παρεξιώων τὸν ἦχον, ὡς ἐώρα φείκῃ καὶ σιωπῇ κατεχόμενον τὸ θέατρον, ἀπορρίψας τὸ ἱμάτιον, καὶ περιρρηξάμενος τὸν χιτωνίσκον, ἡμίγυμνος διαπηδήσας, ἔθεεν πρὸς τὴν ἔξοδον τοῦ θεάτρου, φοβῶν ὑπὸ τῶν Ματέρων ἐλαυνόμενος. μηδενὸς δὲ τολμῶντος ἅψασθαι, μηδὲ ἀπαντήσαι, διὰ δεισιδαιμονίαν, ἀλλ' ἐκπεπληγμένων, ἕως πρὸς τὰς πύλας ἐξέδραμεν, οὔτε φωνῆς λινος, οὔτε κινήσεως παρεπούσης δαιμονώντι καὶ παραφρονοῦντι χρησάμενος. ἡ δὲ γυνὴ σωνειδυῖα καὶ σωστεχνάζουσα τῷ ἀνδρὶ, λαβοῦσα τὰ παιδία, πρῶτον μὲν ἱκέτης πρεσβευκυνδεῖτο τοῖς μεγάλοις τῶν θεῶν, ἔπειτα πλανώμενον ἐκεῖνον πρὸς ποιουμένη ζητεῖν, κωλύοντος οὐδενὸς, ἀσφαλῶς ἀπῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως. καὶ διεσώθησαν μὲν ὅτως εἰς Συ-

F ρακούσας πρὸς Μάρκελλον· ἐπεὶ δὲ πολλὰ τοὺς Ἐγγυίους ἠδικήσαντας καὶ πλημμελήσαντας ἐλθὼν Μάρκελλος ἔδησε πολλοὺς, ὡς ἠμωρησόμενος· ὁ δὲ Νικίας ἐδάκρυσε παρεστὼς, τέλος δὲ χθὼν καὶ γονάτων ἀπτόμενος παρητεῖτο τοὺς πολί-

ας, ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀρξάμενος· ὑπικλασθεὶς ἀφῆκε πόλεις, καὶ τὴν πόλιν οὐδὲν ἠδίκησεν, τῷ δὲ Νικίᾳ χώραν τε πολλὴν καὶ δωρεὰς πολλὰς ἔδωκεν. ταῦτα μὲν οὖν Ποσιδώνιος ὁ φιλόσοφος ἱστόρησεν· τὸν δὲ Μάρκελλον ἀνακαλουμένων τῶν Ῥωμαίων, ὑπὲρ τὸν ἐγχώριον καὶ συνοικεῖον πόλεμον ἐπιστρεφόμενος, τὰ πλεῖστα καὶ κάλλιστα τῶν ἐν Συρακούσαις ἐκίνησεν ἀναθημάτων, ὡς αὐτῷ τε πρὸς τὸν θρίαμβον ὄψις εἴη καὶ τῇ πόλει κόσμος. οὐδὲν γὰρ εἶχεν οὐδὲ ἐγίνωσκε πρότερον τῶν κομψῶν καὶ πρεπῶν. οὐδὲ νῦν ἐν αὐτῇ ὁ χαίρειν τοῦτο καὶ γλαφυρὸν καὶ ἀγαπώμενον, ὅπλων δὲ βαρβαρικῶν καὶ λαφύρων ἐναίμων καὶ ἀπλέως ὅσα, καὶ περιεστεφανωμένη θριάμβων ὑπομνήμασι καὶ σκηπτοῖς, οὐκ ἱλαρὸν οὐδὲ ἄφοβον οὐδὲ ἁβρὸν νῦν θέαμα καὶ θυφώντων θεατῶν· ἀλλ' ὥσπερ Ἐπαμεινώνδας τὸ Βοιώτιον πεδίον Ἄρεος ὀρχήστραν, Ξενοφῶν δὲ τὴν Ἔφεσον, πολέμου ἐργαστήριον, οὕτως αὐτοί μοι δοκεῖ τις τότε τὴν Ῥώμην, κατὰ Πίνδαρον, βαθὺ πολέμου θέμεθλον Ἄρεος προσφπεῖν. διὸ καὶ μᾶλλον ἐδοκίμησε τοῦδε μὲν τοῦ δήμου Μάρκελλος, ἡδονὰς ἐχούσας καὶ χάριν Ἑλληνικὴν καὶ πιθανότητα διὰ ποικιλίαν ὄψεσι τὴν πόλιν κοσμήσας· τοῦδε δὲ τοῖς πρεσβυτέροις, Φάβιος Μάξιμος. οὐδὲν γὰρ ἐκίνησε τοιοῦτον, οὐδὲ μετῆλθεν ἐκ τῶν Ταραντίνων πόλεως ἁλούσης, ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα χρήματα καὶ τὸν πλοῦτον ἐξεφόρησεν, τὰ δὲ ἀγάλματα, μένειν εἴασεν· ἐπιφθὼν δὲ μνημονευόμενον, Ἀπολείπωμεν γὰρ (ἔφη) τοὺς θεοὺς τούτους τοῖς Ταραντίνοις κεχολωμένοις. Μάρκελλον δὲ ἠτιῶντο, πρῶτον μὲν, ὡς ὑπὲρ φθόνον ποιοῦντα τὴν πόλιν, καὶ μόνον οὐ θεῶν, ἀλλὰ καὶ θεῶν οἰκείων ἀχαλινώτων ἀγομένων ἐν αὐτῇ καὶ πομπευομένων· ἔπειτα ὅτι τὸν δῆμον εἰθισμένον πολεμεῖν ἢ γεωργεῖν, θυφῆς δὲ καὶ ῥαθυμίας ἄπειρον ὄντα, καὶ κατὰ τὸν Εὐριπίδειον Ἡρακλέα, Φαῦλον ἄκομψον ὄν, τὰ μέγιστά τε ἀγαθὸν, σχολῆς ἐνέπλησε καὶ λαλιᾶς περὶ τεχνῶν καὶ τεχνιτῶν ἀσχολούμενον, καὶ διατείνοντα πρὸς τοῦτο πολὺ μέρος τῆς ἡμέρας· οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις ἐσεμνύνετο καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὡς τὰ καλὰ καὶ τὰ θαυμαστὰ τῆς Ἑλλάδος οὐκ ὑπισταμένους ἡμᾶς καὶ θαυμάζειν Ῥωμαίους διδάξας, ἐνισταμένων δὲ τῶν ἐχθρῶν τῷ Μαρκέλλῳ πρὸς τὸν θρίαμβον, ἐπεὶ καὶ πρόξενοι τινὲς ἐπολιτεῖς ἦσαν ἐπὶ πρὸς Σικελίαν, καὶ φθόνον εἶχεν ὁ τρίτος θρίαμβος, συνεχώρησεν αὐτοῖς τὸν μὲν ἐντελῆ καὶ μέγαν εἰς τὸ Ἀλβανὸν ὄρος ἐξελάσαι, τὸν δὲ ἐλάττω καταγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν· ὃν δ' ἂν Ἕλληνες, ὅταν δὲ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. πέμπει δὲ αὐτὸν οὐκ ὀχήματι τετθρίππου βεβηκώς, οὐδὲ διάφορος ἔχων στέφανον, οὐδὲ περιαλπιζόμενος, ἀλλὰ πεζὸς ἐν βλαύταις, ὑπὸ αὐλητῶν μάλα πολλῶν, καὶ μυρρίνης στέφανον ὑπικείμενος· ὡς ἀπόλεμος, καὶ ἡδὺς ὀφθῆναι μᾶλλον ἢ καταπληκτικός. ὃ καὶ μέγιστον ἐμοὶ τεκμήριον ὅτι τρόπου τινὸς πάξεως ἀλλὰ μὴ μεγέθους διωρίσθαι τοῖς θριάμβοις τὸ παλαιόν. οἱ μὲν γὰρ μετὰ μάχης καὶ φόνου τῶν πολεμίων ὑπικρατήσαντες, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον, ὡς ἔοικε, καὶ φοβερὸν εἰσῆγον, ὥσπερ ἐν τοῖς καθαρμοῖς τῶν στρατοπέδων εἰώθεσαν, δάφνῃ πολλῇ καταστέφαντες τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἄνδρας· τοῖς δὲ πολέμου μὲν μὴ δεηθεῖσι στρατηγοῖς, ὁμιλίᾳ δὲ καὶ πειθοῖ καὶ διὰ λόγου πολλὰ θεμένοις καλῶς, οἷς ὑπεταγήσαν τῷ ἀπόλεμον ταύτῃ καὶ πολυμηχανικῷ ἀπεδίδου πομπῇ ὄνομα. καὶ γὰρ ὁ αὐλὸς, εἰρήνης μέρος· καὶ ὁ μύρτον, Ἀφροδίτης φυτὸν, ἣ μάλιστα θεῶν ἀπέχθεται βίᾳ, πολέμοις, ἄδας δὲ οὐ πρὸς τὸν θόρυβον (ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν) ὁ θρίαμβος οὕτω ὀνομάζεται· (καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐφυμνοῦντες καὶ ᾄδοντες πρὸς πέμπουσιν)

A est exorsus ab inimicis. Ita fractus ille liberauit omnes, Niciam verò lato agro muneribusq; amplis donauit. Hæc mandauit memoriæ Posidonius philosophus. Porrò Marcellus reuocatus à ciuitate Romana ad propinquum & suburbanum bellum, ad suum illustrandum triumphum, & ad decorandam vrbem, deportauit plurima atque pulcherrima ornamenta Syracusarum. Nihil enim habuerat aut viderat ante Roma illarum rerum politarum & exquisitarum, neq; quicquam erat ibi huiusce elegantiæ vel fabrefacti vel sciti. Barbaricis armis spoliisq; cruore conspersis referta, atq;
B vndiq; triumphalibus redimita ornamentis & trophæis non placidum vel amœnum, vel meticulosorum hominum spectaculum aut delicatorum erat, sed vt Bœotiæ campos Martis orchestram Epaminondas, Xenophon belli officinam Ephesum, ita, mea quidem sententia, Romam tum Saturnigenæ templum armisoni, vt Pindari verbis vtar, appelles. Vnde gratior ad populum Marcellus fuit, qui vrbem deliciis exornasset, quæ Græcum haberent leporem, gratamque varietatem præberent spectantibus: maioribus natu, Fabius Maximus, nihil enim ille huius generis attigit, neque transtulit ex Tarento capto. Pecuniam & opes egessit, signa moueri interdixit. Addidit etiam id quod vulgo fertur, *Relinquamus Tarentinis deos hosce iratos.* Marcellum verò reprehendebant, primum quod inuidiam conflaret vrbi, in qua etiam de diis velut captiuis triumpharetur, nedum de hominibus, deinde quod enutritam in bellis & agricultura plebem, quæ luxum vel socordiam non gustauerat, & vt de Hercule Euripides ait,

Rudem artium malarum & rectam in maximis,

in otium coniecisset, & loquacitatem de artificiis artificibusq; garriẽdi, plurimum temporis ea in re terentẽ. Enim verò gloriabatur ille vel apud Græcos ob id, quod quæ elegantia apud ipsos atq; visenda essent, rudes ad id tẽporis eorum Romanos docuisset colere ac suspicere. Quum verò impedirent inuidi ne triũphans in vrbem Marcellus inueheretur, quod reliquiæ belli in Sicilia quædam essent, & in oculos hominũ incurreret tertius triumphus, cessit ipse. Triumphauit in monte Albano, inde ouans vrbem iniit. ouans autem, non inuehitur curru, neq; laureatus, neq; concinitur tubis, sed pedibus ingreditur calciatus, modulantibus multis tibiis, coronam gestat myrteam sicut pacatus, gratus aspectu magis quam metuendus. vnde coniectura ducor, inter ouationẽ & triumphum non ex magnitudine rerum gestarũ, sed ex modo fuisse olim discrimen. Qui enim signis collatis & cæsis hostibus victores redissent, Martialem illum & trucẽ, meo iudicio, ducebant triumphum, &, vt moris erat in lustrando exercitu, multa lauro arma militesque excolebant: at qui citra vim beneuolentia, gratia, & verbis confecissent rem, iis ducibus pacati huius & plausibilis celebritatem dabat mos. Nam pacis insigne tibia est, & myrtus Veneris planta, quæ à vi & bello præter cæteros deos deasque abhorret. Ouatio non est dicta, vt plerique existimant, ὠδὴ τὸν Θυασμόν, quia agant eam clamore & cantu Bacchico,

quæ vero coniunctam habent ambitionem non quæstuosam & splendorem, non reiiciunt. Cæterum de tripode Demetrium existimat Panætius nominis similitudine falsum. Nam à bellis Persicis ad exitum Peloponnesiaci, duos modo choragos victores reperiri in actis Aristides, quorum esse neutrum eundem hunc Lysimachi filiũ: sed vni patrẽ fuisse Zenophilũ. alterũ longo tẽpore minorem, vt scriptura arguit orthographiæ, quæ viguit post Euclidẽ, & qui ascriptus est Archestratus, quẽ Medicis bellis nemo, frequentes Peloponnesiacis choros docuisse perscribunt. Cæterũ Panætii dictũ, quemadmodũ cõstet, perpendẽdũ est accuratius. Decennali vero exilio quilibet qui gloria vel nobilitate vel eloquẽtia excedere cẽseretur vulg°, expositus erat: vt etiam Periclis præceptor Damõ, quod haberetur singularis prudentiæ, mulctat° tali exilio fuerit. Iam Aristidẽ Idomeneus non sorte, sed suffragiis ait creatum ab Athenienſibus archõtẽ: qui, si secundũ Plataeensem aciẽ archon fuit, vt ipse literis prodidit Demetrius, omnino cõsentaneũ sit à tanto decore & rebus gestis tãtis eo illum per virtutẽ prouectũ quo ob diuitias aspirabãt alii. At. n. non Aristidẽ tantũ Demetrius, verũ ẽt Socratẽ aperte contẽdit à paupertate, sicut à magno vindicare malo. Quippe nõ modo domũ ei dicit fuisse, sed & minas septuaginta apud Critonem fœnori datas. Porro Aristides Clisthenis necessari° fuit eius qui post tyrannos rempublicã constituit. Hic ęmulans prę cæteris viris qui rempub. tractauerũt, atq; longe præferens Lycurgum Lacedæmonium, statũ reipub. amplexus est in quo pollerent optimates. Vbi aduersariũ habuit Themistoclẽ Neoclis, qui populi partes tuebatur. Hos quidã referunt à prima ętate, quum vna educarentur, omni in re & sermone vel serio vel ludicro dissensisse inter se, atque ingenia eorum statim ex illa contentione detecta: promptũ hoc & piectũ, vafrumq;, quod cito & facile quouis ferretur, alterũ stabili fixũ indole esse & iustitię inhærens, mendaciũ vero vel leuitatẽ vel fraudẽ ne in ludo quidẽ vlla ratione admittens. Aristus Chius ex amatorio initio natam eo refert exarsisse horum simultatẽ. Stesilaum enim, qui Cea oriundus, figura & specie corporis longe omnibus pueris præstabat, quum ambo amarent, non mediocri percitos affectu fuisse: neq; vna cum defloresente forma pueri abiecisse æmulationẽ, sed quasi in illa expertos lacertos suos ilico ad tẽp. prorupisse flagrantes & dissidentes. Ac Themistocles in sodalitium se coniiciens, propugnaculo & opibus non contemnendis muniuit se. Vnde ad illum qui dixit ei præclare moderaturum ipsum Athenienſib., si æquus omnib. & cõmunis esset, Nequaquã (inquit) ea consideã sella, in qua nullã prærogatiuã præ alienis habituri amici sint. Aristides vero seorsum peculiarem viã tenebat in rep. Primum ad sodalium libitum nolebat peccare, neq; acerbus haberi, si non obsecũdaret studiis eorum. Deinde quũ amicorũ præsidio non paucos cerneret inuitari ad iniuriã, id euitauit: volebat autẽ ex benefaciendo tantum, exq; iusta agẽdo & dicẽdo exultare bonũ ciuẽ. Verumtamen multa mouente Themistocle periculose, & aduersus omnes actiones suas cooriente atque interpellante ipsum,

A ὅσαι φιλοτιμίας τινὸς ἀκερδοῦς ἔχονται καὶ λαμπρότητος, οὐκ ἀποδοιῶται. Παναίτιος μὲν τοι τὸν τρίποδος ἀποφαίνει τὸν Δημήτριον ὁμωνυμίᾳ διεψευσμένον. ἀπὸ γὰρ τῶν Περσικῶν εἰς τὸν τελευταῖον τῶν Πελοποννησιακῶν πολέμου, δύο μόνους Ἀριστείδας χορηγοὺς ἀναγράφεσθαι νικῶντας· ὧν οὐδέτερον εἶναι τῷ Δεσιμάχου τὸν αὐτόν, ἀλλὰ τὸν μὲν, Ξενοφίλου παῖδα, τὸν δὲ, χρόνῳ πολλῷ νεώτερον· ὡς ἐλέγχει τὰ γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην ὄντα γραμματικῆς, καὶ τραγωιδοδιδάσκαλος Ἀρχέστρατος, ὃν ἐν τοῖς Μηδικοῖς οὐδείς, ἐν δὲ τοῖς Πελοποννησιακοῖς συχνοὶ χορῶν διδάσκαλον ἀνα-
B γράφουσι. Ὁ μὲν οὖν τοῦ Παναιτίου βέλτιον ἐπισκεπτέον ὅπως ἔχει. τῷ δ' ὀστράκῳ πᾶς ὁ δεῖνα δόξαν ἢ γένος ἢ λόγου δυνάμιν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς νομιζόμενος ὑπ' ἐπιστῆν. ὅπου καὶ Δάμων ὁ Περικλέους διδάσκαλος, ὅτι τῷ φρονεῖν ἐδόκει τῆς εἰ τυραννικὸς, ἐξωστρακίσθη. καὶ μὴν ἄρξαι γε τὸν Ἀριστείδην ὁ Ἰδομενεὺς, οὐκ ἀναμφίβολον, ἀλλ' ἐλομένων Ἀθηναίων φησίν. εἰ δὲ καὶ μετὰ τῶν ἐν Πλατειαῖς μάχῃ ἦρξεν, ὡς αὐτὸς ὁ Δημήτριος γέγραφε, καὶ πολὺ πιθανόν ἐστιν ὅτι δόξῃ τῇ αὐτῇ καὶ κατορθώμασι τηλικούτοις ἀξιωθεῖσαι δ' ἀρετῶν, ἧς δεῖ πλεῖστον ἐτύγχανον οἱ λαμβάνοντες, ἀλλὰ γὰρ ὁ
C Δημήτριος, οὐ μόνον Ἀριστείδῃ, ἀλλὰ καὶ Σωκράτει δῆλός ἐστι τῆς πενίας ἐξελέσθαι φιλοτιμούμενος, ὡς μεγάλου κακοῦ. καὶ γὰρ ἐκείνῳ φησὶν οὐ μόνον τὴν οἰκίαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ μνᾶς ἑβδομήκοντα τοκιζομένας ὑπὸ Κείτωνος. Ἀριστείδης δὲ, Κλεισθένους μὲν τοῦ καταστησαμένου τὴν πολιτείαν μετὰ τοὺς τυραννοῦντας ἑταίρους γενόμενος, ζηλώσας δὲ καὶ θαυμάσας μάλιστα τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμόνιον, ἥψατο μὲν ἀριστοκρατικῆς πολιτείας, ἔσχε δ' αἰτιατὸν μόνον ὑπὸ τοῦ δήμου Θεμιστοκλέα τὸν Νεοκλέους. ἔνιοι μὲν οὖν φασὶν αὐτοὺς παῖδας ὄντας καὶ συστρεφομένους
D ἀπ' ἀρχῆς, ἐν πάντι καὶ σπουδῇ ἐγκειμένῳ καὶ παιδιᾷ πρὸς ἄλληλους· καὶ τὰς φύσεις αὐτοὺς ὑπὸ τῆς φιλονεικίας ἐκείνης ἀνακαλύπτεσθαι· καὶ τὸν μὲν, ἀγχέμαχον καὶ πανοῦργον ὄντα, καὶ μετ' ὀξύτητος ὅτι πάντα ῥᾳδίως φερομένῳ, τὸν δ' ἱδρυμένῳ ἐν ἤθει βεβαίῳ καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενῆ, ψεῦδος δὲ καὶ βωμολοχίαν καὶ ἀπάτην οὐδ' ἐν παιδιᾷ τινὶ τρόπῳ προσιεμένῳ. Ἀείστων δ' ὁ Χῖος ἐξ ἐρωτικῆς ἀρχῆς γενέσθαι φησὶ, καὶ προελθεῖν ὅτι τοσοῦτον τῷ ἔρᾳν αὐτῷ. Στησίλεω γὰρ, ὃς ἦν γένει Κεῖος, ἰδέᾳ τε καὶ μορφῇ σώματος πολὺ τῶν ἐν ὥρᾳ λαμ-
E πρότατος, ἀμφοτέρους ἐρασθέντας, οὐ μετείως ἐνεγκεῖν τὸ πάθος, οὐδ' ἅμα λήγοντι τῷ κάλλει τοῦ παιδὸς ἀποθέσθαι τὴν φιλονεικίαν, ἀλλ' ὥσπερ ἐγγυμνασαμένους ἐκείνῃ, πρὸς τὴν πολιτείαν αὐτοὺς ὁρμῆσαι σφεπτύρους ὄντας καὶ σφοδρῶς ἔχοντας. ὁ μὲν οὖν Θεμιστοκλῆς εἰς ἐπαιρείαν ἐμβαλὼν ἑαυτὸν, εἶχε πρόβλημα καὶ δυνάμιν οὐκ ἀκαταφρόητον, ὥς τε καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα, καλῶς αὐτὸν ἄρξειν Ἀθηναίων, ἂν πρῶτος ἴσος ἢ καὶ κοινὸς ἅπασι, Μηδέποτε (εἶπεν) εἰς τοῦτον ἐγὼ καθίσαιμι τὸν θρόνον, ἐν ᾧ πλέον οὐδὲν ἕξουσιν οἱ φίλοι παρ' ἐμοὶ τῶν ἄλλο-
F τρίων. Ἀριστείδης δ' καθ' ἑαυτὸν ὥσπερ ὁδὸν ἰδίαν ἐβάδιζε τῆς πολιτείας· πρῶτον μὲν, οὐ βουλόμενος συναδικεῖν τοῖς ἑταίροις, ἢ λυπηρὸς εἶναι μὴ χαριζόμενος· ἔπειτα τῷ ἀπὸ τῶν φίλων δυνάμιν οὐκ ὀλίγους ὁρῶν ἑπαιρομένους ἀδικεῖν, ἐφυλάττετο, μόνῳ τῷ χρηστὰ καὶ δίκαια πράττειν καὶ λέγειν ἀξιοῦν θαρρεῖν τὸν ἀγαθὸν πολίτην. οὐ μὴν ἀλλὰ πολλὰ κινουμένου τοῦ Θεμιστοκλέους, πρόβολος, καὶ πρὸς πᾶσαν αὐτῷ πολιτείαν ἱστάμενος καὶ ἀναστέλλοντος,

ἠναγκάζετό που καὶ αὐτὸς, τὰ μὲν, ἀμυνόμενος, τὰ δ', κολάζων τὴν ἐκείνου δυνάμιν, χαίειν τῶν πολλῶν αὐξομένῳ, ὑπεναντιοῦσθαι οἷς ἔπραττεν ὁ Θεμιστοκλῆς. βέλτιον ἡγούμενος παρελθεῖν ἔνια τῶν συμφερόντων τῷ δήμῳ ἢ τῷ κρατεῖν ἐκεῖνον, ἐν πᾶσιν ἰσχυρὸν γενέσθαι. τέλος δέ ποτε τοῦ Θεμιστοκλέους πράττοντός τι τῶν δεόντων, ἀντικρούσας καὶ παρενηνεγμένος, οὐ κατέσχεν, ἀλλ' εἶπεν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπιών, ὡς οὐκ ἔστι σωτηρία τοῖς Ἀθηναίων πράγμασιν εἰ μὴ καὶ Θεμιστοκλέα καὶ αὐτὸν εἰς ὃ βάραθρον ἐμβάλοιεν. πάλιν δ' γράψας τινὰ γνώμην εἰς τὸν δῆμον, ἀντιλογίας ὄσης πρὸς αὐτὸν καὶ φιλονεικίας, ἐκράτει. μέλλοντος δ' τοῦ πρεσβευτοῦ τὸν δῆμον ἐπερωτᾶν, ἀναθόμενος ἐκ τῶν λόγων αὐτῶν τὸ ἀσύμφορον, ἀπέστη τοῦ ψηφίσματος. πολλάκις δ' καὶ δι' ἑτέρων εἰσέφερε τὰς γνώμας, ὡς μὴ φιλονεικίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν ὁ Θεμιστοκλῆς ἐμπόδιος εἴη τῷ συμφέροντι. θαυμαστὴ δέ τις ἐφαίνετο αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβολὰς ἡ βεβαιότης, μήτε τῆς τιμῆς ἐπαιρομένου, πρός τε τὰς δυσημερίας ἀθορύβως καὶ πρᾴως ἔχοντος, καὶ ὁμοίως ἡγουμένου χρῆναι τῇ πατρίδι παρέχειν ἑαυτὸν οὐ χρημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ δόξης, πρῶτα καὶ ἀμιαθὶ πολιτευόμενον. ὅθεν, ὡς ἔοικε, τῶν εἰς Ἀμφιάραον ἐν τῷ Αἰσχύλου πεποιημένων ἰαμβείων ἐν τοῖς θεάτροις λεγομένων,

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοκα φρενὸς καρπούμενος,
Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα·

πολλοὶ ἀπέβλεψαν εἰς Ἀριστείδου, ὡς ἐκείνῳ μάλιστα τῆς ἀρετῆς ταύτης προσηκούσης. οὐ μόνον δ' πρὸς εὔνοιαν καὶ χάριν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ πρὸς ἔχθραν ἰσχυρότατος ἦν ὑπὲρ τῶν δικαίων ἀντιβολῶν. λέγεται γοῦν ποτὲ δικάζων ἐχθρὸν ἐν δικαστηρίῳ μετὰ τοῦ κατηγορεῖν, οὐ βουλομένων ἀκούειν τοῦ κιδνοῦντος τῶν δικαστῶν, ἀλλὰ τοῦ φωνοῦντος αὐτοῦ, ἀναπηδήσας, τοῦ κρινομένου συνεκτείνειν ὅπως ἀκουσθείη καὶ τύχοι τῶν νομίμων. πάλιν δ' κρίνων ἰδιώτας δυσί, θ' ἑτέρου λέγοντος ὡς πολλὰ τυγχάνοι τ' Ἀριστείδου ὁ ἀντίδικος λελυπηκώς, Λέγ' ὦ γαθὲ (φάναι) μᾶλλον, εἴ τι σε κακὸν πεποίηκεν. σοὶ γὰρ οὐκ ἐμαυτοῦ δικάζω. τῶν δ' δημοσίων πρεσβέων αἱρεθεὶς ὀπτιμελητής, θ' μόνον τοὺς καθ' αὑτὸν ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ γενομένους ἄρχοντας ἀπεδείκνυε πολλὰ νενοσφισμένους, καὶ μάλιστα τὸν Θεμιστοκλέα. Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, τ' δ' χειρὸς θ' κρατῶν. δι' ὃ καὶ συναγαγὼν πολλοὺς ὀπτὶ τὸν Ἀριστείδου, ἐν ταῖς ἀθηναίαις δικῶν κλοπῆς καταδίκην πρεσβεύβαλεν, ὥς φησιν Ἰδομενεύς. ἀγανακτούντων δ' τ' πρεσβύτων ἐν τῇ πόλει καὶ βελτίστων, θ' μόνον ἀφείθη τῆς ζημίας, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἄρχων ὀπτὶ τ' αὐτοῦ ἀρθείκησιν ἀπεδείχθη· πρεσβευτοιούμενος δ' τῶν πρεσβέων μεταμέλειν αὐτῷ, καὶ μαλακώτερον ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν, ἤρεσκε τοῖς πολλὰ κλέπτουσιν, οὐκ ἀξελέγχων οὐδὲ ἀκριβολογούμενος, ὥστε καταπιμπλαμένους τῶν δημοσίων, ὑπερεπαινεῖν τ' Ἀριστείδου, καὶ δοξάζειν τὸν δῆμον ὑπὲρ αὐτοῦ πρεσβεύοντας ἄρχοντα πάλιν αἱρεθῆναι. μελλόντων δ' χειροτονεῖν, ἐπετίμησε τοῖς Ἀθηναίοις, Ὅτε μὲν γὰρ (ἔφη) πιστῶς καὶ καλῶς ὑμῖν ἦρξα, πρεσβυπληξίαν· ἐπεὶ δ' πολλὰ τ' κοινῶν κατατρεῖμαι τοῖς κλέπτουσι, θαυμαστὸς εἶ δοκῶ πολίτης. αὐτὸς μὲν οὖν αἰσχύνομαι τῇ ἐμῇ τιμῇ μᾶλλον ἢ τῇ πρεσβείᾳ καταδίκῃ. συνάδομαι δ' ὑμῖν παρ' οἷς ἐνδοξότερόν ἐστιν τοῦ σώζειν τὰ δημόσια, θ' χαρίζεσθαι τοῖς πονηροῖς.

A compulsus scilicet ipse quoq; est, partim vlciscendi gratia, partim Themistoclis reprimendæ potentiæ studio gliscentis populari factis eius reluctari, satius esse censens commoda populi aliqua negligere, quam illum vbique inualescere victorem. Deniq; quum Themistocles aliquando quiddam recteatq; ordine ageret, aduersatus ei est: quo deiecto non continuit se, sed iactauit digrediens ex concione, nisi & Themistoclem & se male perderent, non posse rempub. Athenienſium consistere. Alio tempore quum rogationem ad populum tulisset, atq; ea impugnaretur, erat eam post concer-
B tationem obtenturus: iamq; missuro in suffragia populum archonte, ex ipsis habitis orationibus animaduerso vitio abiecit rogationem. Identidem etiam ferebat per alios rogationes, ne studio secum contendendi obsisteret Themistocles bono publico. Mirifica vero apparuit eius in actionum vicissitudinibus constantia. Neq; enim honoribus inflabatur, & reflantem ventum sedate ferebat & leniter: atque æque censebat præstare se patriæ debere vt non sine pecuniæ solum, sed & sine gloriæ præmio vel mercede eam administraret. Vnde
C sane, quum facti in Amphiaraum ab Æschylo iambi in theatro recitarentur,

Nec enim videri iustus hic, sed esse vult,
Alta recessum mente possidens, scatent
Ex quo salubria consilia per Græciam:

omnes conuerterunt in Aristidem, tanquam ad eum præcipue hæc virtus pertineret, oculos. Non solum autem amori & gratiæ, sed iræ quoq; & odio repugnabat pro iustitia fortissime. Ac ferunt, quum inimicum iudicio persequeretur, abnuentibus post accusationem iudicibus reum audire, sed confestim in eum ferre parantibus sentẽtiam, exilisse eũ, atq; vna cũ illo supplicasse vt audiretur
D & legitime cum eo ageretur. Aliâs quum iudex sederet interduos priuatos, & alter aduersarium diceret multas iniurias Aristidi obtulisse, Quin tu bone vir, dixisse, profers potius, siquid admisit in te: tibi enim non mihi sum iudex. Quæstor creatus demonstrauit non solum sui temporis quæstores, sed & superiores magnam pecuniam auertisse, Themistoclem præ cæteris. Sapiens enim fuit vir, verum manus non habuit continentes. Quare magna coitione in Aristidem facta, negotium ei, quum referret rationes, fecit, & peculatus eum (vt Idomeneus ait) damnauit. Quod quum ferrent principes ciuitatis & optimi quique indigne, non
E modo litis æstimatione liberatus, sed & quæstor est iterum designatus. Hic quum præ se ferret priorum consiliorum pœnitere se, & molliorem præberet, erat acceptus iis qui expilabant ærarium, quod non detegeret ipsos, nec exacte excuteret: vnde satiati pecunia publica in cœlum ferebant Aristidem, ac populum pro eo prensabant, laborabantq; vt denuo quæstor crearetur. At populum, quum ipsum designaturus esset, castigauit. Quum enim (inquit) versatus in magistratu essem innocenter & recte, labe aspersus sum: vbi multa de publico depeculatoribus condono, præ-
F clarus videor ciuis. Me quidem magis huius pudet laudis quam damnationis prioris: vestri vero miseret me, apud quos obsequi honorabilius est improbis, quam conseruare commoda publica.

Ita fatus vbi furta patefecit, applaudentes sibi & commendantes elingues reddidit: verum autem & iustum tulit ab optimo quoq; præconium. Postquam ab Dario missus Datis, verbo ad persequendam à populo Athenienſe pœnam, quod Sardeis inflammaſſent, reuera ad ſubigendam Græciam: appulit cum tota claſſe ad Marathonem & agros vaſtauit: atque inter prætores, quos bello gerendo præfecerat populus Athenienſis, ſummæ autoritatis erat Miltiades, dignitate vero & potentia Ariſtides ſecundus. In ſententiam tunc de prælio committendo Miltiadis deſcendendo, non parum momenti fecit. Quumque ad ſingulos prætores viciſſim ſingulis diebus ſumma poteſtas circumferretur, vbi ad ipſum vices rediere, tradidit imperium Miltiadi: collegas docens non eſſe audire & ſequi prudentes turpe, ſed amplum & ſalutare. Ita compreſſa contentione, hortatus eos vt vno in conſilio acquieſcerent optimo, eoque vterentur, confirmauit Miltiadem, qui perpetuo imperio pollens fuit. Quippe deſtiterunt tum ſinguli ſingulis diebus imperare, atqui illi dicto fuerunt audientes. In pugna quum media Athenienſium acies laboraret, atque ibi diutiſſime Leontidem & Antiochidem tribus ſuſtinerent barbari, fortiter dimicauerunt comparati inter ſe Themiſtocles & Ariſtides: quod hic ex Antiochide, ille eſſet ex Leontide. Vt fuſos fugatoſque barbaros ad naues redegerunt, & curſum tenere eos non ad inſulas conſpexerunt, ſed venti & maris vi intro coniici ad Atticam: veriti ne nudam defenſoribus caperent vrbem, nouem tribubus ad vrbem aduolauerunt, eodemque die iter confecêre. In Marathone Ariſtides cum tribu ſua relictus captiuorum & prædæ cuſtos, non fefellit hominum de ſe opinionem, ſed quum in tentoriis & nauibus captis auri & argenti eſſet affluentia, magna copia omnis generis veſtis & aliæ infinitæ prædæ, nec ipſe concupiuit eam attingere, nec alium permiſit: præterquam ſi qui eo inſcio quid ſurriperent, in quibus Callias tædifer, ad cuius pedes barbarus quidam ex coma & faſcia regem ratus, abiecit ſe. Quum adoraſſet eum & dexteram apprehendiſſet, magnum pond° auri oſtendit in puteo quodam defoſſum. Ibi Callias omnium hominum crudeliſſimus & teterrimus, aurum abſtulit, & hominem, ne proderet rem aliis, interfecit. Hinc dictos aiunt à comicis poſteros eius Laccoplutos, quaſi ex puteo diuites, in locum vbi aurum inuenit, cauillantes. Mox Ariſtides magiſtratum, vnde annus denominatur, cepit. Quamuis archontē eum fuiſſe Phalereus Demetrius autor eſt, paulo ante obitum ſuum ſub Platęenſem martem. Atqui in actis poſt Xanthippidē, cuius magiſtratu ſuperatus ad Plataeas Mardonius eſt, ne cognominem quidem in permultis reperias Ariſtidem: at ſecundum Phanippum, cuius in magiſtratu pugnæ Marathoniæ palmam retulerunt, ſtatim Ariſtides perſcriptus archon eſt. Inter virtutes omnes eius maxime ſenſit multitudo iuſtitiam: quod huius vſus ei ſolidiſſimus ſit & communiſſimus. Ex qua vir ille pauper & popularis, rege digniſſimam & diuiniſſimam appellationem traxit Iuſti: quam nemo regum vel tyrannorū ambiuit,

A ταῦτα δ' εἰπὼν, καὶ τοὺς κλοπὰς ἐξελέγξας τοὺς μὲν τότε βοηθοῦντας καὶ μαρτυροῦντας ὑπὲρ αὐτοῦ κατεσόμισε, τὸν δ' ἀληθινὸν καὶ δίκαιον ἀπὸ τῶν βελτίστων ἔπαινον εἶχεν. ἐπεὶ δὲ Δάτις ὑπὸ Δαρείου πεμφθεὶς λόγῳ μὲν, ὑπεύθυνα δίκην Ἀθηναίοις, ὅτι Σάρδεις ἐνέπρησαν, ἔργῳ δ', καταστρέψασθαι τοὺς Ἕλληνας, εἰς Μαραθῶνα πρωτὶ τῷ στόλῳ κατέσχε καὶ τὴν χώραν ἐπόρθει, τῶν δὲ καθεστώτων τοῖς Ἀθηναίοις ὑπὲρ τὸν πόλεμον στρατηγῶν, μέγιστον μὲν εἶχεν ἀξίωμα Μιλτιάδης, δόξῃ δὲ καὶ δυνάμει δεύτερος ἦν Ἀριστείδης· καὶ τότε περὶ τῆς μάχης γνώμη τῇ Μιλτιάδου προσεθέμεθα, ὑ μι-
B κρὰν ἐποίησε ροπήν· καὶ παρ' ἡμέραν ἑκάστου στρατηγοῦ κράτος ἔχοντος, ὡς περιῆλθεν εἰς αὐτὸν ἡ ἀρχὴ, παρέδωκε Μιλτιάδῃ διδάσκων τοὺς συνάρχοντας ὅτι τὸ πείθεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν τοῖς βελτίοσιν, οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλὰ σεμνόν ἐστι καὶ σωτήριον. οὕτω δ' ἐπαύσας τὴν φιλονεικίαν, καὶ ἐπιστρεψάμενος αὐτοὺς ἀγαπᾶν μιᾷ γνώμῃ τῇ κρατίστῃ χρωμένους, ἔρρωσε τὸν Μιλτιάδην, ᾧ ἀπειθεστάτῳ τὸ ἐξουσίας ἰσχυρὸν ἡγούμενον· χαίρειν γὰρ ἐῶν ἕκαστος ἤδη τὸ καθ' ἡμέραν ἄρχειν, ἐκείνῳ ἐπείθετο. ἐν δὲ τῇ μάχῃ μάλιστα τῶν Ἀθηναίων τὸ μέσον
C πονήσαντος, καὶ πλεῖστον ἐνταῦθα χρόνον τῶν βαρβάρων δυτερεισάντων κατὰ τὴν Λεοντίδα καὶ Ἀντιοχίδα φυλὴν, ἠγωνισάντο λαμπρῶς τεταγμένοι παρ' ἀλλήλοις, ὅ, τε Θεμιστοκλῆς καὶ ὁ Ἀριστείδης. ὁ μὲν γὰρ Λεοντίδης ἦν, ὁ δ' Ἀντιοχίδης. ἐπεὶ δὲ τρεψάμενοι τοὺς βαρβάρους ἐνέβαλον εἰς τὰς ναῦς, καὶ πλέοντας οὐκ ὀπτὶ νήσων ἑώρων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν πνεύματος καὶ τῆς θαλάσσης εἴσω πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἀποβιαζομένους, φοβηθέντες μὴ τὴν πόλιν ἔρημον λάβωσι τῶν ἀμυνομένων, ταῖς μὲν ἐνέα φυλαῖς ἠπείγοντο πρὸς τὸ ἄστυ, καὶ κατήνυσαν αὐθημερόν. ἐν δὲ Μαραθῶνι μετὰ τῆς ἑαυτοῦ
D φυλῆς Ἀριστείδης ἀπολειφθεὶς φύλαξ τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν λαφύρων, οὐκ ἐψεύσατο τὴν δόξαν, ἀλλὰ χρυσὸν μὲν ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ πάντος, ἐσθῆτος δὲ παντοδαπῆς καὶ χρημάτων ἄλλων ἀμυθήτων ἐν ταῖς σκηναῖς καὶ τοῖς ἡλωκόσι σκάφεσιν ὑπαρχόντων, οὔτ' αὐτὸς ἐπεθύμησε λαβεῖν, οὔτ' ἄλλον εἴασεν, πλὴν εἴ τινες ἐκεῖνον λαθόντες ὠφελήθησαν. ὧν καὶ Καλλίας ὁ δᾳδοῦχος. τούτῳ γάρ τις (ὡς ἔοικε τῶν βαρβάρων προσέπεσεν, οἰηθεὶς βασιλέα, ἅμα τὴν κόμην καὶ τὸ στρόφιον, εἶδε) προσκυνήσας δὲ καὶ λαβόμενος τῆς δεξιᾶς, ἔδειξε πολὺν χρυσὸν ἐν λάκκῳ τινὶ κα-
E τορωρυγμένον. ὁ δ' Καλλίας ὠμότατος ἀνθρώπων καὶ πανουργότατος ἡγούμενος, τὸν μὲν χρυσὸν ἀνείλετο, τὸν δ' ἄνθρωπον, ὡς μὴ κατείποι πρὸς ἑτέρους, ἀπέκτεινεν. ἐκ τούτου φασὶ καὶ λακκοπλούτους ὑπὸ τῶν κωμικῶν τοὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας λέγεσθαι, σκωπτόντων εἰς τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ χρυσίον ὁ Καλλίας εὗρεν. Ἀριστείδης δὲ τὴν ἐπώνυμον εὐθὺς ἀρχὴν ἦρξε. καί τοι φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἄρξαι τὸν ἄνδρα μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ θανάτου μετὰ τὸν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. ἐν δὲ ταῖς ἀναγραφαῖς, μετὰ μὲν Ξανθιππίδην, ἐφ' οὗ Μαρδόνιος ἡττήθη Πλαταιᾶσιν, οὐδὲ ὁμώνυμον
F Ἀριστείδην ἐν πολλοῖς λαβεῖν ἔστι. μετὰ δὲ Φαίνιππον, ἐφ' οὗ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἐνίκων, εὐθὺς Ἀριστείδης ἄρχων ἀναγέγραπται. πασῶν δὲ τῶν περὶ αὐτὸν ἀρετῶν ἡ δικαιοσύνη μάλιστα τοῖς πολλοῖς ἄθροιν παρεῖχε, ἅμα τὸ τὴν χρείαν ἐντελεστάτην αὐτῆς καὶ κοινοτάτην ὑπάρχειν. ὅθεν ἀνὴρ πένης καὶ δημοτικὸς ἐκτήσατο τὴν βασιλικωτάτην καὶ θειοτάτην προσηγορίαν τὸ δίκαιον· ὃ τῶν βασιλέων καὶ τυράννων οὐδεὶς ἐζήλωσεν,

ἀλλὰ πολιορκητὰς καὶ κεραυνοὺς, καὶ νικάτορας, ἔνιοι δ' ἀετοὺς καὶ ἱέρακας ἔλαγον προσαγορευόμενοι, τὴν ἀπὸ τῆς βίας καὶ τῆς δυνάμεως (ὡς ἔοικε) μᾶλλον ἢ τὴν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς δόξαν ἀγαπῶντες. καίτοι τὸ θεῖον (ᾧ γλίχονται συνοικειοῦν καὶ συναφομοιοῦν αὐτοὺς) τρισὶ δοκεῖ διαφέρειν, ἀφθαρσίᾳ, καὶ δυνάμει, καὶ ἀρετῇ· ὧν σεμνότατον ἡ ἀρετὴ, καὶ θειότατόν ἐστι· ἀφθάρτῳ μὲν γὰρ ἔοικε καὶ τοῦ κενοῦ καὶ τοῖς στοιχείοις συμβέβηκε· δυνάμει δ' σεισμοὶ καὶ κεραυνοὶ, καὶ πνευμάτων ὁρμαὶ, καὶ ῥευμάτων ἐπιφοραὶ μεγάλων ἔχουσι· δίκης δ' καὶ θέμιδος οὐδὲν ὅσον μὴ τοῦ φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι τὸ θεῖον, μεταλαγχάνει, δι' ὃ καὶ τριῶν ὄντων ἃ πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ περὶ τὸ θεῖον, ζῆλος καὶ φόβος καὶ τιμῆς, ζηλοῦν μὲν αὐξεσὶ καὶ μακαρίζειν ἐοίκασι κατὰ τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀΐδιον, ἐκπλήττεσθαι δὲ καὶ δεδιέναι, κατὰ τὸ κύριον καὶ δυνατὸν, ἀγαπᾶν δὲ καὶ τιμᾶν καὶ σέβεσθαι κατὰ τὴν δικαιοσύνην. ἀλλὰ καθάπερ οὕτω διαχείμενοι, τῆς μὲν ἀθανασίας ἣν ἡ φύσις ἡμῖν οὐ δέχεται, καὶ τῆς δυνάμεως ἧς ἐν τῇ τύχῃ κεῖται τὸ πλεῖστον, ἐπιθυμοῦσι· τὴν δ' ἀρετὴν, ὃ μόνον ἐστὶ τῶν θείων ἀγαθὸν ἐν ἡμῖν, ἐν ὑστέρῳ τίθενται, κακῶς φρονοῦντες. ὡς τὸν ἐν δυνάμει καὶ τύχῃ καὶ ἀρχῇ βίον, ἡ μὲν δικαιοσύνη ποιεῖ θεῖον, ἡ δ' ἀδικία θηριώδη. τοῦ δ' οὖν Ἀριστείδου σωθέντος τὸ πρῶτον ἀγαπωμένου διὰ τὴν ἐπωνυμίαν, ὕστερον φθονεῖσθαι, μάλιστα μὲν τοῦ Θεμιστοκλέους λόγον εἰς τοὺς πολλοὺς ἐμβαλόντος, ὡς Ἀριστείδης ἀνῃρηκὼς τὰ δικαστήρια τοῦ κρίνειν ἄπορα καὶ δικάζειν, λέληθε μοναρχίαν ἀδορυφόρητον ἑαυτῷ κατασκευασάμενος. ἤδη δέ που καὶ ὁ δῆμος ὑπὸ τῆς νίκης μέγα φρονῶν, καὶ τῶν μεγίστων ἀξιῶν αὐτὸν, ἤθελε τοῖς ὄνομα καὶ δόξαν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ἔχοντι. καὶ συνελθόντες εἰς ἄστυ πανταχόθεν, ὀξοστρακίζουσι τὸν Ἀριστείδου, ὄνομα τοῦ φθόνου τῆς δόξης φόβον τυραννίδος θέμενοι. μωθηρίας γὰρ οὐκ ἦν κόλασις ὁ ὀξοστρακισμὸς, ἀλλ' ἐκαλεῖτο μὲν δι' ὑπερέπειαν, ὄγκου καὶ δυνάμεως βαρυτέρας ταπείνωσις καὶ κόλασις, λῦσις δὲ φθόνου παραμυθία φιλάνθρωπος, εἰς ἀνήκεστον οὐδέν, ἀλλ' εἰς μετάστασιν ἐτῶν δέκα τοῦ περὶς τὸ λυποῦν ἀπρόσδεκτον δυσμενείας. ἐπεὶ δ' ἤρξαντό τινες ἀνθρώποις ἀγροῖς καὶ πονηροῖς ὑποβάλλειν τοῦ πράγματι, τελευταῖον ἀπόντων Ὑπέρβολον ὀξοστρακίσαντες, ἐπαύσαντο. λέγεται δὲ τὸν Ὑπέρβολον ὀξοστρακισθῆναι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἀλκιβιάδης καὶ Νικίας, μέγιστον ἐν τῇ πόλει δυνάμενοι, διεστάζον· ὡς οὖν ὁ δῆμος ἔμελλεν ἐκφέρειν τὸν ὄστρακον, καὶ δῆλος ἦν τὸν ἕτερον γράψων, συμβαλόντες ἀλλήλοις, καὶ τὰς στάσεις ἑκατέρας εἰς ταὐτὸ συναγαγόντες, τὸν Ὑπέρβολον ὀξοστρακισθῆναι παρεσκεύασαν. ἐκ τούτου, δυσχεραίνας ὁ δῆμος ὡς καταβεβεσμένον τὸ πρᾶγμα καὶ περιπεπλασμένον, ἀφῆκε παντελῶς καὶ κατέλυσεν. ἦν δὲ τοιοῦτον (ὡς τύπῳ φράσαι) τὸ γινόμενον. ὄστρακον λαβὼν ἕκαστος, καὶ γράψας ὃν ἐβούλετο μεταστῆσαι τῆς πολιτείας, ἔφερεν εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφάκτοις. οἱ δ' ἄρχοντες πρῶτον μὲν διηριθμοῦν τὸ σύμπαν ἐν ταυτῷ τὸ ὀστράκων πλῆθος. εἰ γὰρ ἑξακισχιλίων ἐλάττονες οἱ γράψαντες εἶεν, ἀτελὴς ἦν ὁ ὀξοστρακισμός. ἔπειτα τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἰδίᾳ θέντες, τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα, κερτόμημα τὸ αὐτῷ γραφομένων ὅσα τότε τῶν ὀστράκων, λέγεται τινὰ τῶν ἀγραμμάτων καὶ παντελῶς ἀγροίκων, δοῦναι τῷ Ἀριστείδῃ τὸ ὄστρακον,

A sed expugnatores, Fulminatores, Victores: nonnulli Aquilæ dici & Accipitres voluere, à violentia & potentia ſcilicet quam à virtute laudem potius aucupantes. Et quidem Deus, quem referre & adæquare auent, tribus præcellere videtur, immortalitate, potentia & virtute: inter quas ſummæ maieſtatis eſt & diuinitatis, virtus. Nam vacuum quoque & elementa æterna ſunt: vim vero terræmotus, fulgura, ventorum procellæ, aquarum impreſſiones ingentem obtinent. At iuris rectique ne Deus quidem, niſi ſapiendo & ratiocinando venit in conſortium. Quare quum tria quoque ſint, quibus affectum erga Deum vulgus eſt, quod eum beatum putet, timeat & honoret: beatum ducere videtur, quia immortalis eſt, nec interit: exhorreſcere & metuere ob vim & potentiam: diligere & honorare & venerari iuſtitiæ cauſa. Atq; quum ita ſeſe res habeat, immortalitatem, (cuius natura noſtra non eſt capax) & potentiam, (cuius maxima in fortuna poſita vis eſt) affectant: virtutem vero, quod ex diuinis vnum bonum in nobis habemus, flocci faciunt male conſulti: ſiquidem vitam potentia, proſperitate, principatu præditorum iuſtitia diuinam efficit, iniquitas beluinam. At Ariſtidi euenit, vt qui ob cognomen hoc primo diligeretur, poſt raperetur in inuidiam: potiſſimum quod ſermonem Themiſtocles in vulgus ſereret, Ariſtidem ſublatis iudiciis, quod omnia iudicaret & diſceptaret, dominatum in ciues voluntarium clam ſibi paraſſe. Et populum iam, cui fecerat victoria animos, arrogantem offendebant illi, qui nomine & gloria eminerent: ac concione ex tota Attica in vrbem aduocata, exilium decennale (exoſtraciſmon vocant) irrogant Ariſtidi, inuidiæ gloriæ eius metum prætexentes tyrannidis. Nullius enim facinoris erat illud exilium pœna, ſed ſpecioſum nomen habebat, vt authoritatis & potentiæ grauioris diceretur depreſſio & coercitio. Erat vero inuidiæ mite lenimentum, quo ſtomachus ex offenſa motus in vindictam nullam atrociorem, ſed in exilium decennale effundebatur. Verum poſtquam huic rei quidam inuoluere homines ſordidos & improbos cœpere, poſtremo omnium in hoc exilium Hyperbolo expulſo, eam reliquerunt. Dicitur ille exterminatus huiuſcemodi de cauſa. Alcibiades & Nicias, quorum in ciuitate ſummæ opes erant, diſceſſerant in partes. Vbi populum iam in ſuffragia iturum & alterum eorum conſtaret exterminaturum: colloquuti inter ſe vtramque coniunxerunt factionem, ſtruxeruntque vt Hyperbolus in exilium decennale exigeretur. Inde populus hanc rem conſpurcatam & ludibrio habitam ægre ferens, ſemel abrogauit eam & antiquauit. Ea (vt breuiter perſtringam) ad hunc agebatur modum Teſtulam, quam ὄστρακον vocant, capiebat quiſque, hanc quum ei inſcripſiſſet quem ciuem vellet exigere, in vnum locum ferebat fori cancellis vndique ſeptum. Archontes inde primo numerum inibant vniuerſarum accumulatarum teſtarum: ſi infra ſex millia eſſent qui ſcripſerant, inanis erat exoſtraciſmus. Poſt ſingula nomina ponebant ſeorſum: & qui eſſet à plurimis ſcriptus, huic permiſſis facultatibus ſuis, conſtituebant exiliũ decennale. Dum igitur teſtulis nomina inſcribunt, dicitur illiteratus quidã & plane rudis Ariſtidi, vt vni de plebe, teſtulam, tradidiſſe,

petisseque vt inscriberet Aristidem. Admirante eo ac rogante, num quid in eum Aristides admisisset, Nihil, (inquit) neque est mihi ille notus: verum stomachor quod passim Iustum dici audiam. Quo audito, nihil Aristidem ferunt respondisse, sed inscripsisse testulę nomen suum, atque ei illam reddidisse. Vrbe excedens, supinas manus tetendit ad cœlum, & diuersa sane fecit atq; Achilles vota: ne vllum tempus populo Athenienſi incideret, quo reminisci adigeretur Aristidis ciuitas. Anno tertio, quum Xerxes, per Thessaliam & Bœotiam in Atticam terram irrumperet, rescissa lege sciuerunt exulibus reditum, metu Aristidis potissimum, ne hostibus coniunctus complures ciues labefactaret, & ad descisendum compelleret ad barbarum. Cæterum non perspexerunt eum satis. Nempe ille etiam ante hoc decretum non cessabat adhortari & stimulare ad libertatem tuendam Græcos, & post decretum, Themistocli cum summa potestate duci, omni in re consilio & opera aderat, atque hominem inimicissimum ob salutem publicam effecit quam clarissimum. Postquam enim deserere deliberauit Eurybiades Salamina, & prouecta in altum nocte classis barbarica cinctum vndiq; fretum & insulas obsedit: quum circumuentos Græcos animaduertisset nemo, Aristides ab Ægina præceps per mediam euectus hostilem classem contendit noctu ad tabernaculum Themistoclis, soliq; euocato, Nos iam (inquit) vana ista, Themistocles, si sapimus, & iuuenili deposita dissentione, salutare auspicemur & bonum certamen, Græciam contendentes conseruare: tu imperator & dux, opera ego & consilio, quando nunc vnum te optima ratione, classe vt quamprimum decertemus in angustiis intelligam consulere. Quum autem tibi reluctentur socii, hostes videntur opitulari. Pelagus vndique & à tergo stratum hostili est classe, vt strenuos esse atque dimicare necessitas cogat vel inuitos, quod via fugæ nulla pateat. At quæ Themistocles, Puderet me (inquit) Aristide, si hac in re esses me potior: enitar autem cum præclaro principio luctando superare illud factis. Simul commentum ei quod struxerat barbaro, aperit, hortaturque Eurybiadi persuadeat & doceat, non posse nisi prælio nauali ipsos incolumes esse. nam fidem maiorem adhibebat ei. Vnde quum in consilio ducum diceret Themistocli Corinthius Cleocritus, nec Aristidi placere consilium ipsius quod præsens sileret, occurrit Aristides, *Nisi optimam sententiam Themistocles dixisset, non fuisse se taciturum: tacere autem nunc, non hominis studio, sed quia comprobaret consilium.* Atque in his Græcorum nauarchi erant. At Aristides Psyttaliam aduertens, quæ Salamini in faucibus prætenditur exigua insula, à magna manu hostium incessam, impigerrimum quenque ac fortissimum ciuem imponit in naues actuarias, atque in eam insulam irrumpit. Ibi inita cum barbaris pugna concidit omnes, præterquam siqui viui illustres in potestatem venerunt, in quibus sororis regis, Sandauces nomine, tres filii fuêre. hos misit confestim ad Themistoclem. Ferunt hos ex oraculo quodam vate præcipiente Euphrantide,

A ὡς ἑνὶ τῶν τυχόντων, τὸ καλεῖν ὅπως Ἀριστείδην ἐγγράψῃ. τοῦ δὲ θαυμάσαντος, καὶ πυθομένου μή τι κακὸν αὐτῷ Ἀριστείδης πεποίηκεν, Οὐδέν· (εἶπεν) οὐδὲ γινώσκω τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀποχλοῦμαι πανταχοῦ τὸν δίκαιον ἀκούων. Ταῦτα ἀκούσαντα τὸν Ἀριστείδην, ἀποκρίνασθαι μὲν οὐδέν, ἐγγράψαι δ' τὸ ὄνομα ὀστράκῳ καὶ ἀποδοῦναι. τῆς δὲ πόλεως ἀπαλλαττόμενος, ἤδη τὰς χεῖρας διατείνας εἰς τὸν οὐρανόν, εὔξατο τοῖς ἐναντίοις (ὡς ἔοικεν) διὰ τοῦ Ἀχιλλεῖ, μηδένα καιρὸν Ἀθηναίοις καταλαβεῖν ὃς ἀναγκάσει τὸν δῆμον Ἀριστείδου μνησθῆναι. τέλος δ' ἔτει Ξέρξου διὰ Θεσσαλίας

B καὶ Βοιωτίας ἐλαύνοντος ἐπὶ τοῦ Ἀττικοῦ, λύσαντες τὸν νόμον, ἐψηφίσαντο τοῖς μεθεστῶσι κάθοδον· μάλιστα φοβούμενοι τὸν Ἀριστείδην, μὴ προσθέμενος τοῖς πολεμίοις, διαφθείρῃ καὶ μεταστήσῃ πολλοὺς τῶν πολιτῶν πρὸς τὸ βάρβαρον· ὃν ὀρθῶς στοχαζόμενοι τοῦ ἀνδρός· ὅς γε καὶ πρὸ τοῦ δόγματος πάντου διετέλει προτρέπων καὶ παρορμῶν τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ μετὰ τὸ δόγμα τοῦτο, Θεμιστοκλέους στρατηγοῦντος αὐτοκράτορος, πάντα συνέπραττε καὶ συνεβούλευεν, ἐνδοξότατον ἐπὶ σωτηρίᾳ κοινῇ ποιῶν τὸν ἔρριζον. ὡς γὰρ ἀπολιπεῖν τὴν Σαλαμῖνα βουλευομένων τῶν περὶ

C Εὐρυβιάδην, καὶ βαρβαρικὴ τειχήρεις νύκτωρ ἀναχθεῖσαν καὶ περιβαλοῦσαν, τόν τε πόρον ἐν κύκλῳ καὶ τὰς νήσους κατεῖχον, οὐδενὸς προσδόκητος τοῖς κύκλωσιν, ἧκεν ὁ Ἀριστείδης ἀπ' Αἰγίνης παραβόλως διὰ τῶν πολεμίων νεῶν διεκπλεύσας· καὶ νυκτὸς ἐλθὼν ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Θεμιστοκλέους, καὶ καλέσας αὐτὸν ἔξω μόνον, Ἡμεῖς (εἶπεν) ὦ Θεμιστόκλες, εἰ σωφρονοῦμεν, ἤδη τὴν σκενὴν καὶ μερικὴν ἤδη φάσιν ἀφέντες, ἀρξώμεθα σωτηρίας καὶ καλῆς φιλονεικίας πρὸς ἀλλήλους ἀμιλλώμενοι σῶσαι τὴν Ἑλλάδα, σὺ μὲν ἄρχων καὶ στρατηγῶν, ἐγὼ δ' ὑπουργῶν καὶ συμβουλεύων. ἐπεὶ καὶ νεῶν σε

D πιστεύομεν μόνον ἀπαλλαγῆναι τῶν ἀρίστων λογισμῶν, κελεύοντα ἀναυμαχεῖν ἐν τοῖς στενοῖς τὴν ταχίστην. καί σοι τῶν συμμάχων ἀντιπραττόντων, οἱ πολέμιοι συνεργεῖν ἐοίκασι. Ὁ γὰρ ἐν κύκλῳ καὶ κατόπιν ἤδη πέλαγος ἐμπέπλησται νεῶν πολεμίων, ὥστε καὶ τοὺς μὴ θέλοντας ἀνάγκη κατείληφεν ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι καὶ μάχεσθαι· φυγῆς γὰρ ὁδὸς οὐ λείπεται. πρὸς ταῦτα ὁ Θεμιστοκλῆς εἶπεν, Οὐκ ἂν ἐβουλόμην, ὦ Ἀριστείδη, σὲ κατ' τοῦτο μου κρείττονα γενέσθαι. πειράσομαι δὲ πρὸς καλὸν ἀρχὴν ἀμιλλώμενος, ὑπερβαλέσθαι τοῖς ἔργοις. ἅμα δ' αὐτῷ φράσας τὴν ὑφ' ἑαυτοῦ κατασκευασθεῖσαν

E ἀπάτην πρὸς τὸν βάρβαρον, παρεκάλει πείθειν τὸν Εὐρυβιάδην, καὶ διδάσκειν ὡς ἀμήχανόν ἐστι σωθῆναι μὴ ναυμαχήσαντας. εἶχε γὰρ αὐτῷ μᾶλλον πίστιν. ὅθεν ἐν τῷ συλλόγῳ τῶν στρατηγῶν εἰ πόντος Κλεοκρίτου τοῦ Κορινθίου πρὸς τὸν Θεμιστοκλέα, μηδ' Ἀριστείδῃ τὴν γνώμην ἀρέσκειν. αὐτὸ παρόντα γὰρ σιωπᾶν· αὐτεῖπεν ὁ Ἀριστείδης, ὡς οὐκ ἂν ἐσιώπα μὴ λέγοντος τὰ ἄριστα τοῦ Θεμιστοκλέους· νῦν δ' ἡσυχίαν ἄγειν, οὐ δι' ἔχθραν τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐπαινῶν. οἱ μὲν οὖν ναύαρχοι τῶν Ἑλλήνων ταῦτ' ἔπραττον. Ἀριστείδης δ' ὁρῶν τὴν Ψυτάλειαν, ἣ πρὸς τῇ Σαλαμῖνος ἐν τῷ πόρῳ κεῖται νῆσος οὐ μεγάλη, πολεμίων ἀνδρῶν μεστὴν οὖσαν, ἐμβιβάσας εἰς ὑπηρετικὰ τοὺς προθυμοτάτους καὶ μαχιμωτάτους τῶν πολιτῶν, προσέμιξε τῇ Ψυτάλειᾳ· καὶ μάχην πρὸς τοὺς βαρβάρους συνάψας, ἀπέκτεινε πάντας, πλὴν ὅσοι τῶν ἐπιφανῶν ζῶντες ἁλῶσαν. ἐν δὲ τούτοις ἦσαν ἀδελφῆς βασιλέως ὄνομα Σανδαύκης τρεῖς παῖδες οὓς ἀνδρὸς ἀπέστειλε πρὸς τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ λέγονται κατά τι λόγιον τοῦ μαντεύου Εὐφραντίδου κελεύσαντος,

ὠμῆς ἢ Διονύσῳ καθιερωθῆναι. τῷ δὲ νησῖδα τοῖς ὁπλί- A
ταις πόρρωθεν ὁ Ἀριστείδης προσιέναι, ἐφώρα τοῖς σκε-
φεροῦσι πρὸς αὐτὸν, ὡς μήτε τῶν φίλων τινὰ διαφθαρῆ-
ναι, μήτε τῶν πολεμίων διαφυγεῖν. ὁ γὰρ πλοῦς ὠθισμὸς τῶν
νεῶν καὶ τῆς μάχης ὁ καρτερώτατον ἔοικε περὶ τὸν τόπον ἐκεῖ-
νον γενέσθαι· διὸ καὶ τρόπαιον ἔστηκεν ἐν τῇ Ψυτταλείᾳ. μετὰ δὲ
τοῦ μάχου ὁ Θεμιστοκλῆς ἀποπειρώμενος τοῦ Ἀριστείδου,
καλὸν μὲν εἶ ὃ πεπραγμένον αὐτοῖς ἔργον ἔλεγε, κρεῖτ-
τον δὲ λείπεται, ὃ λαβεῖν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὴν Ἀσίαν, ἀναπλεύ-
σαντας εἰς Ἑλλήσποντον τὴν ταχίστην, καὶ ὃ ζεῦγμα διακό-
ψαντας. ἐπεὶ δ' Ἀριστείδης ἀνακραγὼν, τοῦτον μὲν ἐκέλευε B
τὸν λόγον καταβαλεῖν, σκοπεῖν δὲ καὶ ζητεῖν ὅπως τὴν ταχίστην ἐκ-
βαλοῦσι τὸν Μῆδον ἐκ τῆς Ἑλλάδος, μὴ καταπλεισθεὶς ἀπο-
ρίᾳ φυγῆς μετὰ τοσαύτης δυνάμεως τραπῇ πρὸς ἄμυναν
ἐκ τῆς ἀνάγκης, οὕτω πέμπει πάλιν Ἀρνάκην εὐνοῦχον ὁ
Θεμιστοκλῆς ἐκ τῶν αἰχμαλώτων, κρύφα φράσαι δὴ βα-
σιλεῖ κελεύσας, ὅτι πλεῖν ὀπίσω τὰς γεφύρας ἁρμοσμένους τοὺς
Ἕλληνας αὐτὸς ἀποστρέψειε, σώζεσθαι βασιλέα βουλόμενος.
ἐκ τούτου Ξέρξης μὲν πρόφοβος γενόμενος, εὐθὺς ὀπίσω τὸν
Ἑλλήσποντον ἠπείγετο· Μαρδόνιος δὲ, τοῦ στρατοῦ τὸ μαχιμώ-
τατον ἔχων περὶ τετακοσιάδας μυριάδας, ὑπελείπετο, καὶ C
φοβερὸς μὲν, ἀπ' ἰσχυρᾶς τε πρὸς τὸ πεζὸν ἐλπίδος, ἀπειλῶν
» τοῖς Ἕλλησι, καὶ γράφων τοιαῦτα, Νενικήκατε θαλασσίοις
» ξύλοις χερσαίους ἀνθρώπους, οὐκ ὀπίσω μόνον κώπην ἐλαύ-
» νειν· ἀλλὰ νῦν πλάσσω μὲν ἡ Θεσσαλῶν γῆ, καλὸν δὲ ὁ Βοιώ-
» τιον πεδίον ἀγαθοῖς ἱππεῦσι καὶ ὁπλίταις συναγωνίσασθαι.
πρὸς δὲ Ἀθηναίους ἔπεμψεν ἰδίᾳ γράμματα καὶ λόγους πα-
ρὰ βασιλέως, τήν τε πόλιν αὐτοῖς ἀνασήσειν ἐπαγγελλόμε-
νος, καὶ χρήματα πολλὰ δώσειν, καὶ τῶν Ἑλλήνων κυρίους κα-
τασήσειν ἐκ πολλῶν τοῦ πολέμου νικωμένους. οἱ δὲ Λακεδαιμό-
νιοι πυθόμενοι ταῦτα, καὶ δείσαντες, ἔπεμψαν Ἀθήναζε πρέ- D
σβεις, δεόμενοι τῶν Ἀθηναίων ὅπως παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας
εἰς Σπάρτην ἀποστείλωσι, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις σφᾶς παρ'
αὐτοῖς λαμβάνωσιν. ἰσχυρὰ γὰρ ἦν ἀπορία τὸν δῆμον ἀ-
πολωλεκότα τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν. οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν πρέσβεων
ἀκούσαντες, Ἀριστείδου ψήφισμα γράψαντος, ἀπεκρίναντο
θαυμαστὴν ἀπόκρισιν· τοῖς μὲν πολεμίοις συγγνώμην ἔχειν φά-
σκοντες, εἰ πόντου πλούτου καὶ χρημάτων ὤνια νομίζοιεν, ὧν
χρεῖττον οὐδὲν ἴσασιν· ὀργίζεσθαι δὲ Λακεδαιμονίοις, ὅτι τὴν πενίαν
καὶ τὴν ἀπορίαν τῶν νῦν παρούσαν Ἀθηναίοις μόνον ὁρῶ-
σι, τὴν δὲ ἀρετῆς καὶ τῆς φιλοτιμίας ἀμνημονοῦσιν, ὅτι σι τοῖς E
ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀγωνίζεσθαι προαιρούμενοι. ταῦτα
γράψας Ἀριστείδης, καὶ τοὺς πρέσβεις εἰς τὴν ἐκκλησίαν πα-
ραγαγὼν, Λακεδαιμονίοις μὲν ἐκέλευε φράζειν ὡς οὐκ ἔστι
χρυσοῦ τοσοῦτον πλῆθος οὐθ' ὑπὲρ γῆς, οὔτε ὑπὸ γῆς, ὅσον
Ἀθηναῖοι δέξαιντο δῶρον παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας· τοῖς
» δὲ πρὸς Μαρδόνιον, τὸν ἥλιον δείξας, Ἄχρις οὗ οὗτος (ἔφη)
» τοῦτον πορεύηται τὴν πορείαν, Ἀθηναῖοι πολεμήσουσι Πέρ-
» σαις ὑπὲρ τῶν δεδηωμένων χώρας, καὶ τῶν ἠσεβημένων καὶ κατα-
» κεκαυμένων ἱερῶν. ἔτι δὲ ἀρὰς θέσθαι τοῖς ἱερεῖς ἔγραψεν,
εἴτις ὀπίσω κηρυκεύσαιτο Μήδοις, ἢ τὴν συμμαχίαν ἀπολί- F
ποι τῶν Ἑλλήνων. ἐμβαλόντος δὲ Μαρδονίου δεύτερον εἰς
τὴν Ἀττικὴν, αὖθις εἰς Σαλαμῖνα διεπέρασαν. Ἀριστείδης δὲ πεμφθεὶς εἰς Λακεδαίμονα, τῆς μὲν βραδυτῆτος
αὐτοῖς ἐνεκάλει καὶ τῆς ὀλιγωρίας, παρεμβοῖς αὖθις τῷ βαρβάρῳ τὰς Ἀθήνας, ἠξίου δὲ πρὸς τὰ ἔτι σῳζόμε-
να τῆς Ἑλλάδος βοηθεῖν. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἔφοροι, μεθ' ἡμέραν μὲν ἐδόκουν παίζειν καὶ ῥαθυμεῖν ἑορτάζοντες·

(καὶ γὰρ

A Omesti Baccho immolatos. Eam insulam sepsit circumquaq; Aristides armatis, ad excipiendos illos qui eo raperentur, quo nemo ex amicis periret, aut elaberetur ex hostibus. Nam impressionem maximam nauium maximamq; pugnæ vim apparet circa eum locum constitisse: quare & in Psyttalia trophæum excitauerunt. Sub prælium, quo periclitaretur Aristidis sententiam Themistocles, præclarum factum ab ipsis ait perpetratum, verum superesse præclarius, vt prouecti quamocyssime in Hellespontum, ponte interscisso Asiam caperent in Europa. At quum succlamaret mittendum Aristides hunc sermonem, imo rationem ineundam, & quærendum vt quam celerrime Medum Græcia eiicerent, ne inclusus fuga intercepta ad vim cum tanto exercitu conuerteret se ex necessitate: ita Themistocles iterum misit occulte ex captiuis Arnacem eunuchum, qui clam regi demonstraret, quod cupiat eum seruatum: Græcos se, qui ad pontem contendebant, auertisse. Hinc prætrepidus Xerxes properauit ad pontem: Mardonius vero cum delectissimis copiis ad trecenta millia est relictus. Formidabilis hic erat, elatus firmissima legionum spe, & ad Græcos minaces literas scripsit, Marinis lignis viros superastis mediterraneos remigandi rudes, sed nunc spatiosa est Thessaliæ regio, apti Bœotiæ campi egregio equitatui & peditatui ad decertandum. Ad Athenienses priuatim literas regis mandato misit, pollicentis, si se recepissent, vrbem ipsis instauraturum se, magnam pecuniam daturum, & imperium traditurum Græciæ: Quæ vbi Lacedæmonii acceperunt, formidantes miserunt Athenas legatos, contenderuntq; à populo Atheniense vt coniuges & liberos suos Spartã mitterent, senibus se suppeditaturos victum: siquidem premebat grauis egestas exutum agro & vrbe populum. Verum auditis legatis responsum reddidit ex Aristidis rogatione magnificũ: Ignoscere hostibus se quod diuitiis & pecunia, quib. nihil nossent præstantius, omnia ducerent venalia: Lacedæmoniis vero succensere, qui præsentẽ populi Athenienſis paupertatẽ & inopiam viderent, virtutis & magnanimitatis non meminissent, excitãtes eum ad dimicandũ pro Græcia cibi mercede. Ex hac rogatione in concionẽ deductis legatis Lacedæmoniis, iussit eos domũ renuntiare, Quicquid foret vel super vel sub terra auri, id tanti non esse populo Athenienſi, vt libertatẽ Græcię sit proditur?. Mardonii legatis sole mõstrato, dixit, Quoad hic eum cursum tenebit, populus Athenienſis de vastatis finibus, de prophanatis & incensis templis Persas bello persequetur. Adhæc rogationem tulit, vt in capita illorum qui legationem ad Medos misissent, aut societatem deseruissent Græcorum, deuotiones conciperent sacerdotes. Incursante secundo in terram Atticam Mardonio, transmeauerunt iterato Salamina: Aristides autem Lacedæmonem missus incursauit cunctationem & oscitantiam illorum, qui conculcandas denuo barbaris Athenas obiecissent. Postulauit autem vt ad tuenda ea quæ adhuc starent in Græcia, occurrerent. His auditis, ephori ludere interdiu simulabant, ac solutos esse se festum diem agentes.

nam inciderant in id temporis Hyacinthia. Nocte verò delectorum Spartiatarum quinque millia, quorum singuli septenis llotis sepserant se, insciis Athenienſibus dimiserunt. Quum iterum iam adisset illos Aristides, castigaretque: hi verò cum risu delirare dicerent eum & dormire, iam enim ad Oresteum agmen esse & in peregrinos contendere, (sic enim vocabant Persas) Parum tempestiuè (inquit Aristides) luditis vos, qui pro hostibus imponitis amicis. Hæc Idomeneus tradit. At in rogatione Aristidis non ipse legatus, sed Cimon, Xanthippus, & Myronides produntur. Lectus ad prælium dux cum libera potestate venit Plataeas octo millibus militum. Illic Pausanias vniuersi Græcorum exercitus dux cum Spartiatis coniunxit se ei. Eòdem cæterorum Græcorum copię confluebant. Barbarorum omnium castra secundum Asopum amnem porrecta, nullis finibus continebantur ob magnitudinem. Impedimenta & pretiosissimas quasque res circumsepserant muro quadrato: cuius singula latera longitudinem implebant denûm stadiorum. Pausaniæ autem cæterisque Græcis in communi vaticinium ediderat Tisamenus Elius, præcinuitque victoriam si se defenderent, non si inuaderent priores. Aristidi, qui Delphos miserat, respondit Apollo: laturos ex hostibus victoriam Athenienses, si vota Ioui, Iunoni Citheroniæ, Pani & nymphis Sphragitidibus nuncupassent, ac sacra heroibus fecissent Androcrati, Leuconi, Pisandro, Damocrati, Hypsioni, Actæoni, Polyido: & in propriis finibus decreuissent in Cereris Eleusiniæ & Proserpinæ campo. Hoc oraculum relatum iniecit Aristidi scrupulum. Quippe heroës, quibus præcipiebat sacrificare, duces fuerant Platæensium, & antrum nympharum Sphragitidum in vno vertice est Citheronis occasui solis æstiuo obuersum: quo loco fuerat olim (vt fama est) oraculum, multique incolæ fanatici erant, quos Nympholeptos vocabant. Eleusiniæ verò Cereris campi, & prælium in propriis finibus si committerent, promissa Athenienſibus victoria è diuerso acciebat & transferebat in Atticam bellum. Hîc prætor Platęensium Arimnestus, visus est per quietem interrogatus ab Ioue Seruatore quid statuissent Græci, respondisse, Cras Eleusina, domine, mouebimus hinc castra, atque ibi ex sortibus Apollinis cum barbaris dimicabimus. ac deus subiecisse, toto cœlo eos errare: ibidem enim in finibus Plataicis significare oraculum, & si inuestigarent, ipsos inuenturos. Hæc Arimnesto quum oblata dilucidè essent, expergefactus accersiuit properè ciuium peritissimos & maximos natu: quibuscum re communicata atque discussa, reperit iuxta Nysia sub Citherone, perquam vetustum fanum esse Cereri Eleusiniæ & Proserpinæ nuncupatum. Mox Aristidem duxit secum ad locum illum. Erat cum primis is idoneus ad pedestrem aciem illis qui inferiores equitatu essent: quòd radix Citheronis impedita equitibus reddat extrema campi, quà contingit sacellum. Ibi etiam propè Andocratis fanum erat frequentium & opacarum arborum luco septum. Et quo nihil in oraculo ad spem victoriæ desideraretur, decreuerunt Platæenses Arimnesto promulgante, vt termini ad Atticã finium Plataicorum amouerentur, ἔδοξε τοῖς Πλαταιεῦσιν, Ἀειμνήστου γνώμῃ εἰπόντος, ἀνελεῖν τὰ πρὸς τῷ Ἀτθικῷ ὅρια τῆς Πλαταιΐδος,

A ἰῶ γὰρ αὐτοῖς Ὑακίνθια) νυκτὸς δὲ πεντακισχιλίους Σπαρτιατῶν ἐπιλέξαντες, ὧν ἕκαστος ἑπτὰ πρὸς αὐτὸν εἴλωτας εἶχεν, ἀξέπεμψαν, οὐκ εἰδότων τῶν Ἀθηναίων. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐγκαλῶν ὁ Ἀριστείδης παρεγένετο, οἱ δὲ σὺν γέλωτι ληρεῖν αὐτὸν ἔφασκον καὶ καθεύδειν· ἤδη γὰρ ἐν Ὀρεστείῳ τῷ στρατῷ εἶναι) παρωξύνοντο πρὸς τοὺς ξένους· (ξένους γὰρ ἐκάλουν τοὺς Πέρσας) οὐ κατὰ καιρὸν ἔφη παίζειν αὐτοὺς ὁ Ἀριστείδης, ἀντὶ τῶν πολεμίων τοὺς φίλους ἀξιαπατῶντας. ταῦθ' οἱ περὶ τὸν Ἰδομενέα λέγουσιν. ἐν δὲ τῷ ψηφίσματι τῷ Ἀριστείδου πρεσβευτὴς οὐκ αὐτὸς, ἀλλὰ Κίμων καὶ Ξανθίππος καὶ Μυρωνίδης φέ-
B ρονται. χειροτονηθεὶς δὲ στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν μάχιμων, καὶ τῶν Ἀθηναίων ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας ἀναλαβών, ἦκεν εἰς Πλαταιάς. ἐκεῖ δὲ Παυσανίας ὁ τοῦ σύμπαντος ἡγούμενος Ἑλληνικοῦ στρατεύματος, ἔχων τοὺς Σπαρτιάτας καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐπέρρει ὁ πλῆθος. τῶν δὲ βαρβάρων ὁ μὲν ὅλον τῆς στρατοπεδείας περὶ τὸν Ἀσωπὸν ποταμὸν παρεκτεταμένης οὐδεὶς ἦν ὅρος οὐδὲ μέγεθος· περὶ δὲ τὰς ἀποσκευὰς καὶ τὰ κτηνοτρόφα τεῖχος περιεφράξαντο τετράγωνον, οὗ τὴν πλευρὰν ἑκάστην μῆκος ἦν δέκα σταδίων. Παυσανίᾳ μὲν οὖν καὶ τοῖς Ἕλλησι κοινῇ Τισαμενὸς ὁ Ἠλεῖος ἐμαντεύσατο καὶ προεῖπεν νί-
C κην ἀμυνομένοις καὶ μὴ προεπιχειροῦσιν. Ἀριστείδου δὲ πέμψαντος εἰς Δελφοὺς, ἀπεῖλεν ὁ θεὸς Ἀθηναίους κατυπερτέροις ἔσεσθαι τῶν ἀντιπάλων εὐχομένους τῷ Διὶ καὶ τῇ Ἥρᾳ τῇ Κιθαιρωνίᾳ, καὶ Πανὶ, καὶ νύμφαις Σφραγίτισι. καὶ θύοντας ἥρωσιν, Ἀνδροκράτει, Λεύκωνι, Πεισιδήμῳ, Δαμοκράτει, Ὑψίωνι, Ἀκταίωνι, Πολύιδῳ· καὶ τὴν κίνδυνον ἐν γᾷ ἰδίᾳ ποιουμένοις ἐν τῷ πεδίῳ τῷ Δάματρος τῆς Ἐλευσινίας καὶ τῆς Κόρης. οὗτος ὁ χρησμὸς ἀπενεχθεὶς ἀποείαν τῷ Ἀριστείδῃ παρεῖχεν. οἱ μὲν γὰρ ἥρωες οἷς ἐκέλευε θύειν, ἀρχηγέται Πλαταιέων ἦσαν, καὶ τὸ τῶν Σφραγιτίδων νυμφῶν ἄντρον ἐν μιᾷ κορυφῇ τῶ-
D Κιθαιρῶνός ἐστιν εἰς δυσμὰς ἡλίου θερινὰς τεταμμένον· ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν πρότερον, (ὥς φασι) καὶ πολλοὶ κατεῖχον τὸν ἐπιχωρίων, οὓς νυμφολήπτους προσηγόρευον. τὸν δὲ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος πεδίον, καὶ τὸν τῆς μάχης ἐν ἰδίᾳ χώρᾳ ποιουμένοις τοῖς Ἀθηναίοις νίκην διδόναι, πάλιν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἀνεκαλεῖτο καὶ μεθίστη τὸν πόλεμον. ἔνθα τῶν Πλαταιέων ὁ στρατηγὸς Ἀείμνηστος ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους ἐκεῖνον τὸν Διὸς τοῦ σωτῆρος ἐρωτώμενον αὐτὸν ὅ, τι δὴ πρᾴττειν δέδοκται τοῖς Ἕλλησιν, εἰπεῖν, Αὔριον εἰς Ἐλευσῖνα τὴν στρατιὰν ἀπάξομεν, ὦ δέσποτα, καὶ
E συμμαχήσομεν τοῖς βαρβάροις ἐκεῖ κατὰ τὸν πυθόχρηστον τόπον. τὸν θεὸν φασὶν ἐξαμαρτόντων αὐτοὺς τῶν πολιτῶν· αὐτόθι γὰρ εἶναι πρὸς τῷ Πλαταϊκῷ τὰ πυθόχρηστα, καὶ ζητοῦντας εὑρήσειν. τούτων ἐναργῶς τῷ Ἀειμνήστῳ φανέντων, ἐξεγερθέντος, πάντας μετεπέμψατο τοὺς ἐμπειροτάτους καὶ πρεσβυτάτους τῶν πολιτῶν. μθ' ὧν ἐξελεγόμενος καὶ συνδιαπορῶν, εὗρεν ὅτι τῶν Νισίων πλησίον ὑπὸ τὴν Κιθαιρῶνα, ναός ἐστιν ἀρχαῖος πάνυ Δήμητρος Ἐλευσινίας καὶ Κόρης προσαγορευόμενος. εὐθὺς οὖν παραλαβὼν τὸν Ἀειμνήστου, ἦλθ' ἐπὶ τὸν τόπον εὐφυέστατον ὄντα παρατάξαι φάλαγγα πεζικῷ, ἱππικὸν κατουμένοις ἐξ ἐπιπωρείας τῶν Κιθαιρῶνος, ἄφιππα ποι-
F ούσας τὰ κατάλληλα καὶ συγκυροῦντα τοῦ πεδίου πρὸς τὸ ἱερόν. αὐτοῦ δὴ καὶ τοῦ Ἀνδροκράτους ἦθεν, ἐγγὺς ἄλσει πυκνῶν καὶ συσκίων δένδρων περιεχόμενον. ὅπως δὲ μηδὲν ἐλλιπὲς ἔχῃ πρὸς τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ὁ χρησμὸς, ἔδοξε τοῖς Πλαταιεῦσιν, Ἀειμνήστου γνώμῃ εἰπόντος, ἀνελεῖν τὰ πρὸς τῷ Ἀττικῷ ὅρια τῆς Πλαταιΐδος,

χαὶ τὴν χώραν ἐπιδοῦναι τοῖς Ἀθηναίοις ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος, ἐν οἰκείᾳ κρίσει τὴν χρησμῳδηθεῖσαν. Ταύτην μὲν οὖν τὴν φιλοτιμίαν τῶν Πλαταιέων οὕτω σεμνὴν τοσοῦτον χρόνον ἐφύλαξεν, ὥστε καὶ Ἀλέξανδρον ἤδη βασιλεύοντα τῆς Ἀσίας ὕστερον πολλοῖς ἔτεσι, τειχίζοντα τὰς Πλαταιάς, φήσαντα εἰπεῖν Ὀλυμπιάσιν ὑπὸ κήρυκος, ὅτι ταύτην ὁ βασιλεὺς ἀποδίδωσι Πλαταιεῦσι, τῆς ἀνδραγαθίας καὶ τῆς μεγαλοψυχίας χάριν, ὅτι τοῖς Ἕλλησιν ἐν τῷ Μηδικῷ πολέμῳ τὴν χώραν ἀπέδωκαν, καὶ παρέχον αὐτοὺς ὑποθυμοτάτους. Ἀθηναῖοι δὲ Τεγεάταις περὶ τάξεως ἐρίσαντες, ἀξίωσαν, ὥσπερ ἀεί, Λακεδαιμονίων τὸ δεξιὸν ἐχόντων κέρας, αὐτοὶ τὸ εὐώνυμον ἔχειν· πολλὰ τοὺς αὐτῶν προγόνους ἐγκωμιάζοντες. ἀγανακτούντων δὲ τῶν Ἀθηναίων, παρελθὼν ὁ Ἀριστείδης, εἶπε, Τεγεάταις μὲν οὐ περὶ εὐγενείας καὶ ἀνδραγαθίας ὁ παρὼν καιρὸς ἀποδίδωσι, πρὸς δ' ὑμᾶς τὸν Σπαρτιάτην, καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας λέγομεν, ὅτι τὴν ἀρετὴν οὐκ ἀφαιρεῖται τόπος, οὐδὲ δίδωσιν· ἣν δ' αὐτοὶ ἡμῖν τάξιν ἀποδῶτε, πειρασόμεθα κοσμοῦντες καὶ φυλάττοντες, μὴ καταισχύνειν τοὺς προηγωνισμένους ἀγῶνας. οὐκ ἐρεῖν γὰρ οὐ τοῖς συμμάχοις κατασκευάζεσθαι, ἀλλὰ μαχούμενοι τοῖς πολεμίοις· οὐδὲ ἐπαινεσόμενοι τοὺς πατέρας, ἀλλ' αὐτοὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τῇ Ἑλλάδι παρέξοντες, ὡς ἔστ' ὁ ἀγὼν δείξει καὶ πόλιν καὶ στρατηγὸν καὶ ἰδιώτην, ὁπόσου τοῖς Ἕλλησιν ἄξιος ἐστί. Ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ στρατηγοὶ καὶ ἡγεμόνες, ἀπεδέξαντο τοὺς Ἀθηναίους, καὶ θάτερον αὐτοῖς κέρας ἀπέδοσαν. οὔσης δὲ μετεώρου τῆς Ἑλλάδος, καὶ μάλιστα τοῖς Ἀθηναίοις τῶν πραγμάτων ἐπισφαλῶς ἐχόντων, ἄνδρες ἐξ οἴκων ἐπιφανῶν καὶ χρημάτων μεγάλων, πένητες ὑπὸ τοῦ πολέμου γεγενότες, καὶ πᾶσαν ἅμα τῷ πλούτῳ τὴν ἐν τῇ πόλει δυνάμιν αὐτῶν καὶ δόξαν οἰχομένην ὁρῶντες, ἑτέρων πιμφαμένων καὶ ἀρχόντων, συνῆλθον εἰς οἰκείαν τινὰ τῶν ἐν Πλαταιαῖς κρύφα, καὶ συνωμόσαντο κατελύειν τὸν δῆμον· εἰ δὲ μὴ προχωρεῖν, λυμανεῖσθαι τὰ πράγματα, καὶ τοῖς βαρβάροις προδώσειν. πραττομένων δὲ τούτων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ συχνῶν ἤδη διεφθαρμένων, αἰσθόμενος ὁ Ἀριστείδης, καὶ φοβηθεὶς τὸν καιρόν, ἔγνω μήτ' ἐάσας ἀμελούμενον τὸ πρᾶγμα, μήθ' ἅπαν ἐκκαλύπτειν, ἀγνοοῦντας εἰς ὅσον ἐκβήσεται πλῆθος ὁ ἔλεγχος, τὴν τοῦ δικαίου ζητῶν ὄρεγν αὐτὴ τοῦ συμφέροντος. ἐκτὸς δὴ τινας ἐκ πολλῶν συνέλαβε, καὶ τούτων δύο μὲν οἷς πρώτοις ἡ κεῖσις προσγράφει, οἱ καὶ πλείστην αἰτίαν εἶχον, Αἰσχίνης Λαμπρεὺς καὶ Ἀγησίας Ἀχαρνεύς, ὧν χρόνῳ φεύγοντες ἐκ τοῦ στρατοπέδου· τοὺς δ' ἄλλους ἀφῆκε, θαρρῆσαι δίδοὺς καὶ μεταγνῶναι τοῖς ἐπιλανθάνειν οἰομένοις· ὑπειπὼν ὡς μέγα δικαστήριον ἔχουσι τὸν πόλεμον, ἀπολύσασθαι τὰς αἰτίας ὀρθῶς καὶ δικαίως τῇ πατρίδι βουλόμενοι. μετὰ ταῦτα Μαρδόνιος, ὃν πλεῖστον ἐδόκει διαφέρειν τῶν Ἑλλήνων, ἀπεπειρᾶτο, τὴν ἵππον ἀθρόαν αὐτοῖς ἐφεῖς καθεζομένοις ὑπὸ τὴν πρόσβασιν τοῦ Κιθαιρῶνος, ἐν χωρίοις ὀχυροῖς καὶ πετρώδεσι, πλὴν Μεγαρέων. ὅτι δὲ τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος ὄντες ἐν τοῖς ἐπιπέδοις μᾶλλον ἐστρατοπεδεύοντο. δι' ὃ καὶ κακῶς ἔπασχον ὑπὸ τῆς ἵππου, ῥυείσης ἐπ' αὐτοὺς καὶ προσβολὰς ἐχούσης πανταχόθεν. ἔπεμπον οὖν ἄγγελον κατὰ τάχος πρὸς Παυσανίαν, βοηθεῖν κελεύοντες, ὡς οὐ δυνάμενοι καθ' αὑτοὺς ὑποστῆναι τὸ τῶν βαρβάρων πλῆθος. ταῦτα Παυσανίας ἀκούων, ἤδη τε καθορῶν ἀποκεκρυμμένον ἀκοντισμάτων καὶ τοξευμάτων πλήθει τὸ στρατόπεδον τῶν Μεγαρέων, καὶ συνεσταλμένους αὐτοὺς εἰς ὀλίγον,

A agrumque donarent populo Athenienſi: quo pro Græcia ex oraculo decernerent in ſuo. Quæ Platæenſium magnificentia vſque adeò fuit decantata, vt multis annis pòſt Alexander iam Aſia potitus, quum erigeret mœnia Platæarum, per præconem Olympiis pronuntiaret, hanc ſe gratiam virtutis, & magnanimitatis ergò referre Platæenſibus, quod Græcis bello Medico eſſent agrum ſuum largiti, promptiſſimamque operam nauaſſent. Tegeatæ autem de loco in acie ambigentes cum Athenienſibus, poſtulauerunt, quia vetere more dextrum cornu Lacedæmonii tenebant, vt item B attribueretur ipſis læuum, atque hîc multum maiores ſuos extulerunt. Indignantibus Athenienſibus procedens Ariſtides, Tegeatis (inquit) vt de claritate & virtute reclamemus, præſens non permittit tempus: apud vos verò Spartiatę & reliquos Græcos dicimus, loco neque adimi neq; conferri virtutem. Quem vos ordinem nobis aſſignabitis, eum dabimus operam vt ornemus atque tueamur: nec decora deformemus priora: neque enim vt tumultuemur contra ſocios adſumus, verùm vt cũ hoſtib. dimicemus: neq; vt patres noſtros laudibus feramus, ſed quo noſmetipſos pręſtemus Græciæ viros fortes. Siquidẽ præſens mars declarabit, C quanti quæque ciuitas, & dux & priuatus ſit apud Græcos æſtimandus. Hæc vbi dicta dedit, conſilium & duces collaudatis Athenienſibus alterum cornu attribuêre. Suſpenſa Græcia & præcipuè rebus Athenienſium ancipitibus, certi homines ex illuſtribus familiis & pecunioſi, qui per bellum ad paupertatem reciderant, & qui omnem ſimul cum opibus potentiam domi & authoritatem perire cernebant ſibi, honoribus & imperiis ad alios delatis, in certas ædes Platæis conuenerunt occultè, coniurauerunrque de euertenda populi D authoritate: quod ſi minus procederet, de labefactanda ſumma rerum & barbaris prodenda. Dum hæc in caſtris miſcentur, & multi iam fuerunt deprauati, odoratus rem Ariſtides & articulum veritus, ſtatuit neque negligere rem, neque totam excutere, incertus ad quàm multos ea quæſtio pertinere poſſet: maluitque iuſtitiæ quàm vtilitati publicæ imponere modum. Igitur ex multis corripit octo tantùm. Quorum duo, quibus iudicium fuit primis dictatum, quique maximè ſontes erant, Æſchines Lamprenſis & Ageſilas Acharnenſis, ex caſtris profugere. Cæteros dimiſit animum recipiendi & pœnitentiæ locum dans iis E qui de ſe nondum compertum arbitrabantur: admonensq; magnum ipſis propoſitum forum eſſe bellum, quo ſi rectè atq; iuſtè conſulerent patriæ, diluere crimina valerent. Inde Mardonius, vt Græcos periclitaretur, quo præſtare plurimùm eis videbatur, equitatum confertum immiſit in eos ſub radice Citheronis locis ſedentes munitis & aſperis, præter Megarenſes, qui ad trium millium numerum regione planiore caſtra habebant. vnde ab inuolante in patentes vndique equitatu affligebantur. Itaque mittunt properè nuntium ad Pauſaniam ſubſidium petitum, non poſſe ſolos F ſe vndam ſubſiſtere barbarorum. Quibus nuntiatis Pauſanias iam caſtra Megarenſium deſpiciens nube cooperta iaculorum & ſagittarum,

& milites leuis armaturæ retrahunt dissipantque Illyrios, aduertens non magni esse negotii Philopœmenes leuem armaturam opprimere, idque ipsum tempus suggerere, demonstrauit primùm rem ducibus regiis. Quos quum non adduceret in sententiam suam, sed fastidiretur pro insano, quòd autoritatem ad tantum imperatoriæ artis consilium hauddum magnam neque satis insignem obtineret, cum globo ciuium suorum fecit impressionem. Ac quum primò tumultus, hinc fuga & cædes ingens ederetur velitum, quo magis ac magis regios confirmaret, & turbatis expeditè instaret hostibus, ad pedes descendit. Ibi dum cum locis asperis, irriguis & voraginosis in equestri lorica & armis ponderosis, pedester grauiter & laboriosè luctatur, vtrumque femur eius simul vno transfigitur iaculo amentato. Ictus, etsi non lethalis, grauis fuit tamen, vt spiculum ex altera parte extaret. Hic primùm velut vinculo impeditus æstuabat planè. Quippe ansa iaculi qua erat ei aptata, difficilem reddebat teli in reuellendo per vulnera transitum. Quum verò dubitarent qui aderant, manum admouere, & medio ardore prælii, qui in breue erat duraturus, ex feruore & gloriæ cupiditate æger animi ille properaret ad certamen incessu & alternatione crurum fracto per medium iaculo, iussit vtrumque fragmentum seorsim recipi. Ita expeditus, stricto ense ante signa contendit in hostes. Quare ingenti alacritate & ardore dimicantes compleuit. Vnde obtenta victoria Antigonus, tentandi gratia quæsiuit ex Macedonibus, quid equitatum nondum dato ab se signo immisissent. Quibus inuitos se affirmantibus, quòd iuuenis Megalopolitanus occupasset inuadere hostes, commissos cum iis fuisse: At ille iuuenis (inquit) magni imperatoris perpetrauit munus. Inde iure fuit Philopœmenes in honore. Quum verò instaret apud eum Antigonus vt secum militaret, eique præfecturam & pecuniam offerret, abnuit, præcipuè ingenium suum conscius ægrè & grauatè ferre superiorem. Sed quia obtorpescere & feriari pigebat eum, exercendæ & meditandæ gratia rei bellicæ, in Cretam militatum nauigauit. Vbi postquam longo spatio cum viris bellicosis se, atque omni genere astutiæ arma tractantibus, vitamque etiam tum ducentibus moderatam & adstrictam excoluisset, adeo rediit celebris, vt extemplò crearetur magister equitum. Quum equites autem accepisset, qui prauos & exiles equos subitariosque instante expeditione arriperent, atque ipsi ferè militiam defugerent, aliosque delegarent vicarios, esset etiam singularis omnium cum ignauia inertia, eaque dissimulassent ante magistratus, quòd inter Achæos plurimùm equites pollerent, ac præcipuè arbitrium haberent honorum & pœnarum, non summisit animum neq; elanguit, sed cùm oppida lustrãdo, tum singulos iuuenes seorsim ad laudem exercitando & castigando ignauos, exercitationibusque & transuectionibus atq; mutuis inter ipsos concertationibus, vbi spectãdi à plurimis essent, miros neruos breui alacritatemq; impressit cunctis, & quod in disciplina erat militari caput, agiles reddidit atque expeditos.

A καὶ τῶν φιλῶν τοὺς Ἰλλυριοὺς πειρωμένων καὶ διαπαρατείνοντων, συνιδὼν ὁ Φιλοποίμην οὐ μέγα ὂν ἔργον ἐπιθέσθαι τοῖς φίλοις, καὶ τὸν καιρὸν ὑφηγούμενον τοῦτο, πρῶτον μὲν ἔφραζε τοῖς βασιλικοῖς· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν, ἀλλὰ μαίνεσθαι δοκῶν κατεφρονεῖτο, οὐδέπω μεγάλης οὐδὲ ἀξιοπίστου πρὸς τὴν λιχνοῦσαν στρατήγημα δόξης περὶ αὐτὸν οὔσης, αὐτὸ ἐμβάλλει, συνεπισπασάμενος τοὺς πολίτας. θορυβουμένης δὲ τραπεῖσης τὸ πρῶτον, εἶτα φυγῆς καὶ φόνου πολλοῦ τῶν φίλων. βουλόμενος ἔτι μᾶλλον ἐπιρρῶσαι τοὺς βασιλικοὺς, καὶ πρεσβεύσαι κατὰ τάχος θορυβουμένοις τοῖς πολεμίοις, τὸν μὲν ἵππον ἀφῆκεν,

B αὐτὸς δὲ πρὸς χωρία σκολιὰ καὶ μεστὰ ῥείθρων καὶ φαράγγων πεζὸς, ἐν ἱππικῇ θώρακι, καὶ σκεύῃ βαρυτέρᾳ, χαλεπῶς καὶ βαλαπώρως ἁμιλλώμενος, διελαύνεται διαμπερὲς ὁμοῦ τοῖς μηροῖς ἑκατέροις ἐν μεσαγκύλῳ καιρίας μὲν οὐ θιγούσης, ἰσχυρᾶς δὲ τῆς πληγῆς, ὥστε τὴν ἀιχμὴν ἐπὶ θάτερα διῶσαι. Ὁ μὲν οὖν πρῶτον ἐνεχόμενος ὥσπερ δεσμῷ, πανταχόθεν ἀπόρως εἶχεν· ὁ γὰρ ἔναμμα τῆς ἀγκύλης χαλεπὴν ἐποίει τὸ ἀκονίσματος ἀνελκομένου διὰ τῶν τραυμάτων πάροδον. ὡς δὲ ὤκνουν οἱ παρόντες ἅπτεσθαι, καὶ τὸ μάχης ἀκμὴν ὀξεῖαν ἐρούσης ἐσφάδαζεν ὑπὸ θυμοῦ καὶ

C φιλοτιμίας πρὸς τὸν ἀγῶνα, τῇ βιαιοτάτῃ καὶ τῇ βραχυτάτῃ τῶν σκελῶν, διὰ μέσου κλάσας τὸ ἀκόντισμα, χωρὶς ἐκέλευσεν ἑλκύσαι τῶν ἀγμάτων ἑκάτερον. ὅτω δὲ ἀπαλλαγεὶς, καὶ ἀπασάμενος τὸ ξίφος, ἐχώρει διὰ τῶν πρεσμάχων ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ὥστε πολλὴν προθυμίαν καὶ ζῆλον ἀρετῆς παρέχειν τοῖς ἀγωνιζομένοις. νικήσας οὖν ὁ Ἀντίγονος, ἀπεπειρᾶτο τῶν Μακεδόνων, ἐρωτῶν διὰ τί μὴ κελεύσαντος αὐτοῦ τὸ ἱππικὸν ἐκίνησαν. τῶν δὲ ἀπολογουμένων ὡς διὰ γνώμην διαθεῖεν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις, μειρακίου Μεγαλοπολιτικοῦ πρεσβεύσαντος, γελάσας ὁ

D Ἀντίγονος, Ἐκεῖνο τοίνυν τὸ μειράκιον (εἶπεν) ἔργον ἡγεμόνος μεγάλου πεποίηκεν. ἐκ τούτου δόξαν ἔχειν (ὥσπερ εἰκὸς) ὁ Φιλοποίμην· καὶ τοῦ μὲν Ἀντιγόνου παρακαλοῦντος ὅπως στρατεύοιτο μετ' αὐτοῦ, καὶ διδόντος ἡγεμονίαν καὶ χρήματα, παρῃτήσατο, μάλιστα τῷ ἑαυτοῦ φύσιν καταμαθὼν πρὸς τὸ ἄρχεσθαι δυσκόλως καὶ χαλεπῶς ἔχουσαν. ἀργεῖν δὲ καὶ σχολάζειν οὐ βουλόμενος, ἀσκήσεως ἕνεκα καὶ μελέτης τῶν πολεμικῶν, εἰς Κρήτην ἔπλευσεν ἐπὶ στρατείαν. κἀκεῖ συχνὸν χρόνον ἐγγυμνασάμενος αὐδρείοις μαχίμοις καὶ

E ποικίλοις μεταχειρίσασθαι πόλεμον, ἔπι δὲ σώφροσι καὶ κεκολασμένοις περὶ διαιτῶν, ἐπανῆλθεν οὕτω λαμπρὸς εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς, ὥστε βιθὺς ἱππαρχος ἀποδειχθῆναι. παραλαβὼν δὲ τοὺς ἱππεῖς φαύλοις μὲν ἱππείοις ἐκ τοῦ παρεστυχότος, ὅτε συμβαίνοιτο στρατία, παρεσχεῳμένους, αὐτοὺς δὲ τὰς πολλὰς τῶν στρατειῶν ἐπιδιδράσκοντας, ἑτέρους δὲ πέμποντας ἀντ' ἑαυτῶν· δεινῶς δὲ ἀπειρίαν μετὰ ἀπολμίας πολλῶν οὖσαν· παρορῶντας δὲ ταῦτα τοὺς ἄρχοντας ἀεὶ, διά τε τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς τοὺς ἱππεῖς δεῖσθαι, καὶ μάλιστα κυρίους εἶναι λιμῆς καὶ χολάσεως, οὐχ ὑπέστειλεν, οὐδὲ ἀνεῖκεν, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις ἐπιὼν, καὶ καθ' ἕνα τῶν νέων ἕκαστον ἐπὶ τῷ φιλοτιμίᾳ συνεξορμῶν, καὶ χολάζων τοὺς ἀνάγκης δεομένους, μελέταις τε καὶ πομπαῖς, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἁμίλλαις χρώμενος ὅπου πλεῖστοι θεᾶσθαι μέλλοιεν, ὀλίγῳ χρόνῳ

πᾶσι ῥώμην τε θαυμαστὴν καὶ προθυμίαν παρέστησεν. καὶ ὁ μέγιστον ἦν ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς, ἐλαφροὺς καὶ ὀξεῖς,

ὥστε τὰς κατ' ἀλαμὶν ὑπεροφὰς καὶ περιπασμοὺς καὶ τὰς κατ' ἵππον ὑπεροφὰς καὶ κλίσεις ἀπειργάσατο καὶ συνείθισεν, ὡς ἑνὶ σώματι κινουμένῳ κατ' ὁρμὴν ἐκούσιον ἐοικέναι τὸν ὅλον τῶν συστήματος ἐν ταῖς μεταβολαῖς εὐχέρειαν. συστάσης δὲ τῆς περὶ τὸν Λάρισσον ἀμφὶς πολεμὸν ἰσχυρᾶς μάχης πρὸς Αἰτωλοὺς καὶ Ἠλείους, ὁ τῶν Ἠλείων ἵππαρχος Δαμόφαντος ὥρμησεν ὑπὲρ τὸν Φιλοποίμενα προεξελάσας· δεξάμενος δὲ τὴν ὁρμὴν ἐκεῖνος αὐτός, καὶ φθάσας τῷ δόρατι παίει καὶ καταβάλλει τὸν Δαμόφαντον. εὐθὺς δὲ τούτου πεσόντος, ἔφυγον οἱ πολέμιοι, καὶ λαμπρὸς ἦν ὁ Φιλοποίμην, ὡς οὔτε κατὰ χεῖρα, τῶν νέων τινὸς, οὔτε σιωπήσει, τῶν πρεσβυτέρων ἀπολείπομενος, ἀλλὰ καὶ μάχεσθαι καὶ στρατηγεῖν ἐπιστάμενος. ὃ δὲ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν πρῶτος μὲν Ἄρατος εἰς ἀξίωμα καὶ δυνάμιν ἦρεν, ἐκ παπεινοῦ καὶ διερριμμένου κατὰ πόλεις συναγαγὼν, καὶ πολιτευσάμενος Ἑλληνικῶς καὶ φιλανθρώπως πολιτείαν. ἔπειτα, ὥσπερ ἐν τοῖς ὕδασιν ἀρξαμένων ὀλίγων ὑφίστασθαι καὶ μικρῶν σωμάτων, ἤδη τὰ ὑπορρέοντα τοῖς πρώτοις ἐπιρρόμβα καὶ προσεπίπτοντα πῆξιν ἰσχυρὰν καὶ στερεότητα ποιεῖ δι' ἀλλήλων, οὕτω τῆς Ἑλλάδος ἀθενοῦς καὶ ὑπὸ τῶν ὑπερφυλύτου φερομένης κατὰ πόλεις ἐν τῷ τότε χρόνῳ, πρῶτον συστάντες οἱ Ἀχαιοὶ, καὶ τῶν κύκλῳ πόλεων τὰς μὲν ἐκ τῶν βοηθεῖν καὶ συνελευθεροῦν ἀπὸ τῶν τυραννικῶν ὑπολαμβάνοντες, τὰς δὲ ὁμονοίᾳ καὶ πολιτείᾳ καταμιγνύντες εἰς ἑαυτοὺς, ἓν σῶμα καὶ μίαν δύναμιν κατασκευάσαι διενοοῦτο τὸν Πελοπόννησον. ἀλλ' Ἄρατου μὲν ζῶντος, ἐπὶ τοῖς Μακεδόνων ὅπλοις ὑπεδύοντο τὰ πολλὰ, θεραπεύοντες Πτολεμαῖον, εἶτ' αὖθις Ἀντίγονον καὶ Φίλιππον, ἐν μέσαις ἀναστρεφομένοις ταῖς Ἑλληνικαῖς πράξεσιν· ἐπεὶ δὲ Φιλοποίμην εἰς ὃ πρωτεύειν προῆλθεν, ἤδη καθ' ἑαυτοὺς ἀξιόμαχοι τοῖς ἰσχύοσι πλεῖστον ὄντες, ἐπαύσαντο χρώμενοι πρεσβείαις ἐπεισακτοῖς. Ἄρατος μὲν γὰρ, ἀστρατηγητοτέρος εἶναι δοκῶν πρὸς τοὺς πολεμικοὺς ἀγῶνας, ὁμιλίᾳ καὶ πραότητι καὶ φιλίαις βασιλικαῖς τὰ πλεῖστα κατειργάσατο τῶν πραγμάτων, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται· Φιλοποίμην δὲ, ἀγαθὸς πολεμιστὴς ὢν, καὶ δι' ἀρετὴν τῶν ὅπλων ἐνεργὸς, ἐπὶ δὲ δυτυχὴς καὶ κατορθωτικὸς εὐθὺς ἐν ταῖς πρώταις γενομέναις μάχαις, ἅμα τῇ δυνάμει τὸ φρόνημα τῶν Ἀχαιῶν ηὔξησεν, νικᾶν ἐθισθέντων μετ' αὐτοῦ, καὶ κατευτυχεῖν ἐν τοῖς πλείστοις ἀγῶσι. πρῶτον μὲν οὖν τὰ περὶ τὰς τάξεις καὶ τὴν ὁπλισμοὺς φαύλως ἔχοντα τοῖς Ἀχαιοῖς ἐκίνησεν. ἐχρῶντο γὰρ θυρεοῖς μὲν ὑπερτείνοντι διὰ λεπότητα, καὶ στενοτέροις τοῦ πρέπειν ἔλλειν τὰ σώματα, δόρασι δὲ μικροτέροις πολὺ τῶν σαρισῶν· καὶ διὰ τοῦτο πλῆκτικοὶ καὶ μάχιμοι πόρρωθεν ἦσαν ὑπὸ κουφότητος, προσμίξαντες δὲ τοῖς πολεμίοις, ἔλαττον εἶχον. εἶδος δὲ τάξεως καὶ σχήματος εἰς ἀπειρον ἐκ τοῦ συνήθους· φάλαγγι δὲ χρώμενοι μήτε προβολῇ ἐχούσῃ, μήτε σιωπασμὸν, ὡς οἱ Μακεδόνων, ῥαδίως ἐξεθλίβοντο καὶ διεσπῶντο. ταῦτα ὁ Φιλοποίμην διαπάσας, ἔπεισεν αὐτοὺς ἀντὶ μὲν θυρεοῦ καὶ δόρατος ἀσπίδα λαβεῖν καὶ σαρισσῶν, κρανέσι δὲ καὶ θώραξιν καὶ περικνημῖσιν πεφραγμένοις, μόνιμον καὶ βεβηκυῖαν ἀντὶ δρομικῆς καὶ πελταστικῆς μάχην ἀσκεῖν. πείσας δὲ καθοπλίσασθαι τοὺς ὁμηλικίας, πρῶτον μὲν ἐπῆρε θαρρεῖν, ὡς ἀμάχους γενομένους· ἔπειτα τὰς τρυφὰς αὐτῶν καὶ τὰς πολυτελείας ἀεὶ μετεχόμενον. ἀφελεῖν γὰρ ἐκ τοῦ παντὸς ἐκ πολλοῦ νοσούντων τὸν κενὸν καὶ μάταιον ζῆλον, ἐθῆ πάσας ἀγαπώντων περιπλὰς, στρωμνὰς τε βαπτομένων ἀλουργεῖς,

καὶ περὶ

A Itaq; turmatim in latus conuertere & in terga obuertere aciem, singulos item equos ita conuertere & flectere edocuit & cõsuefecit, vt totius circumagẽdi globi dexteritas vnum corpus repręsentaret, suo se contorquens nutu. In acri illo cõflictu quo Achæi cum Ætolis & Eliis signa contulerunt ad amnem Larissum, Philopœmenem magister equitum Eliorum Damophantus ante signa euectus petiuit. Cuius ille impressionem excipiens, præuertit eum lancea ferire, atq; exanimem deturbauit equo. Ad cuius lapsum confestim effuderunt se in fugã hostes. Vnde ingens nomẽ quæsiuit Phi-
B lopœmenes: vt qui nec manu ulli iuuenũ, nec vlli senũ concederet prudẽtia sed iuxta militis & imperatoris partes optime obiret. Ac reipublicæ quidẽ Achæorũ conciliauit princeps Philopœmenes dignationem & potentiam: qui abiectam & oppidatim diuulsam coegit, dignamq; Græcia reddidit atq; elegantem. At sicut in aqua vbi pauca corpora & minuta cœperunt subsidere quæ exinde affluunt, impacta primis & aggesta cõpaginẽ mutuam efficiunt firmam & solidam: ita quum languida ea tempestate Græcia opprimi oppidatim posset facile primi conspirauerunt Achęi, circum-
C iectasq; vrbes partim submittendis ad expellẽdos tyrannos auxiliis recipientes, partim concordia & bona disciplina sibi asciscentes, Peloponnesum in vnũ corpus cogere, & in vnas instituebant vires. Verum quandiu fuit superstes Aratus, spectabant fere Macedonũ arma, colebantq; Ptolemæũ, mox Antigonum & Philippum, qui in mediis Grę-corũ negotiis, iactabant se. Postquã verò ad principatũ adspirauit Philopœmenes, quia potentissimis iam per se erant pares, destiterunt ascititiis vti ducibus. Namque Aratus segnior habitus vtique ad dimicandum, comitate beneuolentiaq;
D & familiaritatibus regiis pleraque negotia, sicut in vita eius exposuimus, transegit: at bonus Philopœmenes bellator, atque in armis strenuus, felix præterea & victoriosus mox in primis certaminibus, vna cum potentia animos Achæorum, quod cõsuessent cum eo vincere & in quamplurimis deportare lauream præliis, inflauit. Primum autem ordinum militarium apud Achæos atq; armaturæ correxit vitia. Scuta enim habebant ex tenuitate expeditiora & restictiora, quã vt tegere possent corpora: lanceas longe sarissis breuiores. vnde ob leuitatem ad eminus petendum strenui erãt & bel laces, cominus non perinde valebant. Modus &
E forma aciei in orbem non erat in vsu: sed quia quadratam aciem, qua vtebantur, nec fronte muniebant nec strue vt moris erat Macedonum, ex facili impellebantur, disiiciebanturq;. Vbi hæc Philopœmenes digessit, induxit eos vt pro scuto & lancea clypeum & sarissam caperent: simul vt galeis, loricis, ocreisque tecti loco cursorię & velitaris pugnæ statariam meditarentur & firmam. Vbi iam pubem ad ita se armandum impulit, primũ vt inuictos confirmauit, deinde delicias & luxum eorum optime inuertit. Neque enim eripere semel potuit vanum & inane, quod
F perdiu infecerat animos eorum desiderium circa amœniorem vestium cultum, strata purpurea,

ſumptuoſas cœnas menſaſq; : ſed quum inſtitiſſet à non neceſſariis cupidos elegantiæ ad neceſſaria deflectere & honeſta, breui omnes mouit atq; inflammauit, vt quotidianis repreſſis in corpus ſumptib., geſtirẽt in militari & bellico ornatu oſtẽtare ſe ſplẽdidos & comptos. Itaq; videres plenas officinas calicum & paterarum contundendorum, in aurandarum loricarum, argento inducendorum ſcutorũ frænorumq;, curricula domandorum equorum & adoleſcentium in armis ſeſe exercentium: in manibus fœminarum galeas, ac criſtas tincturis diſtinctas, ſagulaque equeſtria, & militares lacernas picturatas. Hæc ſpecies animos incendebat eorum, & alacritatem excitabat: vnde periculorum contemptores & prõpti ad ſubeunda diſcrimina euaſerunt. Quippe profuſio aliis in rebus voluptates producit, & animos eneruat vtentium, quaſi per ſtimulos & titillationes animum ſenſu infringente: contra impenſa in huiuſcemodi res roborat eum, extollitque. Sicut Achillem induxit Homerus nouis armis prope ſub oculis poſitis quaſi exultantem & ardentem, vt ea in opus educeret. Ad eum modum quum exornaſſet iuuentutem, exercuit & ſubegit eam, continenter mouens: quæ enixe obtemperabat. Siquidem ordo militaris mirifice placebat iis, cuius perfringi glob. non videbatur poſſe: reddebãturq; corporibus arma tractabilia & leuia, quæ ob ſplendorem & decorem verſabant ac ferebant quadam cum voluptate, vt in iis dimicare, & quãprimum cum hoſtibus auerẽt decernere. Bellum ea tempeſtate Achæis erat cum Machanida Lacedęmoniorum tyranno, qui multa & magna potentia ſuccinctus, omnes Peloponneſum incolentes captabat. Quem vt Mantineorum fines nuntiatum eſt inuaſiſſe, Philopœmenes raptim egit in eum copias. Inſtruxerat in conſpectu vrbis Mantineæ aciem. Habebat autem vterque ſub ſignis magnum externorum militum numerum & vrbanas copias pene omnes. Vbi iam ad concurrendum ventum eſt, & milite externo Machanidas iaculatores & Tarentinos, qui ante ſigna locati Achæorum fuerunt, pepulit, omiſſo incurrere ilico in aciem eorum & diuellere globum, ablatus eſt dum conſectatur effuſos, præterlatuſque aciem eſt Achæorum, qui integris adhuc ordinibus conſiſtebant. Philopœmenes, quum in principio eſſet tam grauiter titubatum, atque actum eſſe omniaque iam perdita viderentur, ea re diſſimulata, quaſi nihil incommodi accidiſſet, vt conſpexit quantum in perſequendo hoſtes offenderent diuulſi ab acie ſua, ac locum aperientes vacuum, non occurrit, neq; obiecit ſe fugientes agẽtibus, ſed permiſit eos præteruehi. Vbi iam magnum interuallam fecerunt, confeſtim ſigna intulit in pedites, quos nudos videbat relictos: cornibuſque exporrectis ex latere incurrit in deſtitutos duce, nec pugnam expectantes. Nã quum tergis inhærentem fugientium aſpicerent Machanidam, victoriam exiſtimabant ſuam, atque hoſtes omni ex parte profligatus. Hos vt multa cæde auertit (quippe ſupra quatuor millia occubuiſſe feruntur) cõtendit in reuertentẽ cum mercenariis ab hoſtium inſectatione Machanidam.

A καὶ τοὺς δεῖπνα φιλοδιμουμένων καὶ δαπέζας. ὁ δ', ἀρξάμενος ἐκβέπειν ἀπὸ τῶν οὐκ ἀναγκαίων ὅτι τὰ χρήσιμα καὶ καλὰ τῶν φιλοκοσμίαν, ταχὺ πολλοὺς ἔπεισε καὶ παρώρμησε, τὰς καθ' ἡμέραν τοὺς σῶμα δαπανώντας κωλύσαντας, ἐν ταῖς γραμματικαῖς καὶ πολεμικαῖς διδασκαλίαις διατρεπεῖς ὁρᾶσθαι καὶ κεκοσμημένους. ὧν οὖν ἰδεῖν τὰ μὲν ἐργαστήρια μεστὰ κατακοπτομένων κυλίκων καὶ δισκελείων, χρυσουμένων δ' θωράκων, καὶ καταργυρουμένων δορέων καὶ χαλινῶν· τὰ δ' στάδια πόλων δαμαζομένων, καὶ νεανίσκων ὁπλομαχούντων. ἐν δ' ταῖς χερσὶ τῶν γυναικῶν κράνη καὶ

B περιβαφαῖς κεκοσμούμενα, καὶ χιτώνων ἱππικῶν καὶ στρατιωτικῶν χλαμύδων διϊωδισμένων· ἡ δὲ ὄψις αὕτη τὸ θάρσος αὔξουσα, καὶ τοῦ καλοῦ τὸν ὁρμὸν, ἐποίει φιλοτιμότερον καὶ τολμηρὸν ὅτι τοὺς κινδύνους. ἡ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις θεάμασι πολυτελεῖα δυφὴν ἐπάγεται, καὶ μαλακίαν ἐνδίδωσι τοῖς χρωμένοις, ὥσπερ ὑπὸ νυγμῶν καὶ γαργαλισμῶν τῆς αἰσθήσεως συνεπικλώσης τὸν θυμόν. ἡ δὲ εἰς τὰ τοιαῦτα, ῥώννυσι καὶ μεγαλοῦ τὸν θυμόν. ὥσπερ Ὅμηρος ἐποίησεν τὸν Ἀχιλλέα τῶν καινῶν ὅπλων τοῦ κατεθέντων ἐκτὸς ἀπὸ τῆς ὄψεως, οἷον ὀργῶντα καὶ φλεγόμενον

C πρὸς τὸν δι' αὐτῶν ἀνέργειαν. οὕτω δ' κοσμήσας τοὺς νέους, ἐγύμναζε καὶ διεπόνει, ταῖς κινήσεσι προθύμως ὑπακουούσας καὶ φιλοτίμως. καὶ γὰρ ἡ τάξις θαυμαστῶς ἠγαπᾶτο, ἀθραυστόν τι λαμβάνειν πύκνωμα δοκοῦσα, καὶ τὰ ὅπλα τοῖς σώμασιν ἐγίνετο χειροήθη καὶ κοῦφα, μθ' ἡδονῆς θαυμαστότητα καὶ κάλλος ἀπτομένων καὶ φορούντων, ἀγωνίσασθαί τε βουλομένων, καὶ θαρρεῖν τάχιστα πρὸς τοὺς πολεμίους. ὧν δ' τότε τοῖς Ἀχαιοῖς ὁ πρὸς Μαχανίδαν πόλεμος τῶν Λακεδαιμονίων τύραννον, ἀπὸ

D πολλῆς καὶ μεγάλης δυνάμεως ὅτι βουλεύοντα πᾶσι Πελοποννησίοις. ὡς οὖν εἰς τὴν Μαντίνειαν ἐμβεβληκὼς ἀπηγγέλθη, κατ' τάχος ὁ Φιλοποίμην ἐξήγαγε τὴν στρατιὰν ἐπ' αὐτόν. ἐκτὸς δ' τῆς πόλεως παρετάξατο, πολλοῖς μὲν ξένοις ἑκάτερον, πάσαις δ' ὁμοῦ τι ταῖς πολιτικαῖς δυνάμεσι. θορυβοῦντος δ' τοῦ ἀγῶνος ἐν χερσὶν, ὁ Μαχανίδας τοῖς ξένοις τοῖς τῶν Ἀχαιῶν προστεταγμένους ἀκοντιστὰς καὶ Ταραντίνους βεβάλετο, ἀντὶ τοῦ χωρεῖν εὐθὺς ὅτι τοῖς μαχομένοις, καὶ παρῆγεν ὁ συνεχὴς, ἐξέπεσε διώκων καὶ παρήλλαξε τὴν φάλαγγα, τῶν Ἀχαιῶν ἐν τάξει μενόντων. ὁ δ' Φιλοποίμην, τηλικούτου πταίσματος ἐν ἀρχῇ γενομένου, καὶ τῶν πραγμάτων ἀπολωλέναι κομιδῇ καὶ διεφθάρθαι δοκούντων, τοῦτο μὲν ὅμως προσεποιεῖτο παρορᾶν, καὶ μηδὲν ἠγεῖσθαι δεινόν· κατιδὼν δ' τοὺς πολεμίους, ὅσον ἠμάρτανον ἐν τῇ διώξει, τῆς φάλαγγος ἀπορρηγνυμένους, καὶ κενὴν χώραν διδόντας, οὐκ ἀπέμενεν, οὐδὲ ἐνέστη φεύγουσιν αὐτοῖς ὅτι τοὺς φεύγοντας, ἀλλ' ἐάσας παρελθεῖν καὶ θαύμασμα ποιήσας μέγα, πρὸς τοὺς ὁπλίτας εὐθὺς ἦγε τῶν Λακεδαιμονίων, ὁρῶν τὴν φάλαγγα γυμνὴν ἀπολελειμμένην· καὶ κατ' κέρας τοῦ δεξιοῦ ἐνέβαλεν, μήτε ἄρχοντος αὐτοῖς

F παρόντος, μήτε μάχεσθαι προσδεχομένοις. οἱ γὰρ ἡγοῦντο καὶ κρατεῖν πάντα πάσιν, δοκοῦντα τὸν Μαχανίδαν ὁρῶντες. ὡσαύτως δ' τούτοις φόνῳ πολλῷ, (λέγονται γὰρ ὡς τοὺς τετρακισχιλίους ἀποθανεῖν) ὥρμησεν ὅτι τὸν Μαχανίδαν, ἐκ τῆς διώξεως αὐτὸς ἀναστρέφοντα μετ' τῶν ξένων·

τάφρου μεγάλης καὶ βαθείας ἐν μέσῳ διειργούσης, παρεξήλαυνον ἀλλήλοις ἑκατέρωθεν· ὁ μὲν διαβῆναι καὶ φυγεῖν, ὁ δὲ τοῦτο κωλύσαι βουλόμενος. ἰδοὺ δὲ ὄψις οὐχ ὡς στρατηγῶν μαχομένων, ἀλλ' ὥσπερ θηρίων πρὸς ἀλκὴν ἐπ' ἀνάγκης δεομένων, δηνοῦ κινητέον τὸν Φιλοποίμενος στρατηγόν. ἔνθα ὁ μὲν ἵππος τοῦ τυράννου ῥωμαλέος ὢν καὶ θυμοειδής, καὶ τοῖς μύωψιν αἱμαχθεὶς ἑκατέρωθεν, ἐπετόλμησε τῇ διαβάσει, καὶ προσβαλὼν τῇ τάφρῳ τὸ στῆθος, ἐβιάζετο τοῖς προσθίοις πρανὲς ἐρείσασθαι σπέλεσιν. ἐν δὲ τούτῳ Σιμμίας καὶ Πολύαινος, οἵπερ ἀεὶ τῷ Φιλοποίμενι παρῆσαν μαχομένῳ καὶ συνήσπιζον, ὁμοῦ προσπίπτουσι δυσὶ, τοῖς αἰχμαῖς κλίναντες ἐναντίας. φθάνει δὲ ἀθρόος ὁ Φιλοποίμην ἀπαντήσας τῷ Μαχανίδᾳ, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ μετεωρίζοντα τὴν κεφαλὴν πρὸς τὸ σῶμα τοῦ ὁρῶν, μικρὸν ἐκλινεν τὸν δίσκον, καὶ διαλαβὼν τὸ ξυστὸν, ἐκ χειρὸς ὤθει, καὶ περιτρέπει τὸν ἄνδρα συνεπερείσας. τοῦτο ἔχων τὸ σῆμα χαλκοῦς ἐν Δελφοῖς ἔστηκεν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, θαυμασάντων μάλιστα καὶ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ καὶ τὴν στρατηγίαν ἐκείνου. λέγεται δὲ, τῆς τῶν Νεμείων πανηγύρεως συνεστώσης, στρατηγοῦντα τὸν Φιλοποίμενα τὸ δεύτερον, καὶ νενικηκότα μὲν οὐ πάλαι τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, τότε δὲ σχολὴν ἄγοντα τὴν ἑορτὴν, πρῶτον μὲν ἐπιδεῖξαι τοῖς Ἕλλησι κεκοσμημένην τὴν φάλαγγα, καὶ κινουμένην, ὥσπερ εἴθισται, τοῖς τάκτικοῖς ῥυθμοῖς μετὰ τάξεως καὶ ῥώμης· ἔπειτα κιθαρῳδῶν ἀγωνιζομένων, εἰς τὸ θέατρον παρελθεῖν, ἔχοντα τοὺς νεανίσκους ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς χλαμύσι, καὶ τοῖς φοινικοῖς ὑποδύταις, ἀκμάζοντάς τε τοῖς σώμασιν ἄπαντας καὶ ταῖς ἡλικίαις πολλὰ λήλους, ἀιδῶ δὲ πολλὴν πρὸς τὸν ἄρχοντα καὶ φρόνημα νεανικὸν ὑποφαίνοντας, ἐκ πολλῶν καὶ καλῶν ἀγώνων. ἅμα δὲ αὐτῷ εἰσιόντων, κατὰ τύχην πυλάδου τὸν κιθαρῳδὸν ἄδοντα τοὺς Τιμοθέου Πέρσας ἐπᾴδεσθαι, Κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχω μέγαν Ἑλλάδι κόσμον. ἅμα δὲ τῇ λαμπρότητι τῆς φωνῆς τὸ πρὸς τὴν ποίησιν ὄγκου συμπρέψαντος, ἐπιβλέψειν ἠξιοῦσθαι τὸν θεάτρου πανταχόθεν εἰς τὸν Φιλοποίμενα, καὶ κρότον μετὰ χαρᾶς, τῶν Ἑλλήνων τὸ παλαιὸν ἀξίωμα τῆς ἐλπίσιν ἀναλαμβανόντων, καὶ τὸ τότε φρόνημα τῆς ἔγκρισα τῷ θαρρεῖν ἠρμένων. πρὸς δὲ τὰς μάχας καὶ τοὺς κινδύνους, ὥσπερ οἰπῶλοι τοῖς σκύλοις ἐπιβάντας πρὸς ὠθοῦντες, ἐὰν ἄλλον φέρωσιν, πρὸς ἔστιν καὶ ξενοπαθοῦσιν· οὕτως ἡ δύναμις τῶν Ἀχαιῶν ἑτέρου στρατηγοῦντος ἠθύμει, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐπάπταινεν, καὶ μόνον ὀφθέντος, εὐθὺς ὀρθὴ καὶ θρασύς ἦν, ἀφ' ὃ θαρρεῖν. ἅτε δὴ καὶ τοὺς ἐναντίους ἀποθανόντας, πρὸς ἕνα τοῦτον τῶν στρατηγῶν ἀπιβλέπειν οὐ δυναμένους, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ τὴν ὄνομα δεδοικότες, ὡς ἐν φανερῷ ἐξ ὧν ἔπραξαν. Φίλιππος μὲν γὰρ ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, οἰόμενος, οὐκ ἐκ ποδὸς ὁ Φιλοποίμην ἥκειν, πάλιν ὑποπτήξειν αὐτῷ τοὺς Ἀχαιοὺς, ἔπεμψεν εἰς Ἄργος κρύφα τοὺς ἀναιρήσοντας αὐτόν. ἐπιγνωσθείσης δὲ τῆς ἐπιβουλῆς, πανταχόθεν ἐξεμισήθη καὶ διεβλήθη πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Βοιωτοὶ δὲ, πολιορκοῦντες Μέγαρα, καὶ λήψεσθαι ταχέως ἐλπίζοντες, ἐξαίφνης λόγου περιστάντος αὐτοῖς, ὃς οὐκ ἦν ἀληθὴς, Φιλοποίμενα βοηθοῦντα τοῖς πολιορκουμένοις ἐγγὺς εἶναι, τὰς κλίμακας ἀφέντες ἤδη προσερηρεισμένας τοῖς τείχεσιν, ὤχοντο φεύγοντες. Νάβιδος δὲ τοῦ μετὰ Μεχανίδαν τυραννοῦντος Λακεδαιμονίων, Μεσσήνην ἄφνω καταλαβόντος, ἐτύγχανε μὲν ἰδιώτης ὢν τότε ὁ Φιλοποίμην, καὶ δυνάμεως οὐδεμιᾶς κύριος· ἐπεὶ δὲ τὸν στρατηγοῦντα τῶν Ἀχαιῶν

A Ingens fossa & alta interiecta dirimebat eos, ex cuius vtroque margine obequitabant inter se: hic quo transiret ad capessendam fugam, ille vt id impediret. Erat species non quasi ducum præliantium, sed sicut ferarum, quas ad prælium adigit necessitas acri instante venatore Philopœmene. Hic equus tyranni fortis & ferox, vtrinque calcaribus concitatus tentauit transilire fossam, impactoq; in fossam pectore, annitebatur prioribus pedibus traiicere. Interea Simmias & Polyænus, qui in præliis soliti erant Philopœmeni assistere & eũ stipare, simul ambo aduolant equis. Quos infestas inclinantes hastas præuenit Philopœmenes, B atque obuium obiecit se Machanidæ. Cuius equũ quum videret sublato capite corpus eius tegentem, deflexit paululum suum, atque infesta hasta omni vi intorta illum effusum connixus resupinat. Ea figura Achæi statuam huic Delphis, admirati supra modum tum factum hoc, tum eius illo in prælio consilium, posuere. Fama est ludicro Nemæorum Philopœmenem iterum prætorem, non ita diu ab hac ad Mantineam pugna, quum eius celebritatis causa in otio esset, primùm exhibuisse Græcis adornatam phalangem & motus edentem, vt in acie solet, compositos cum C agilitate & robore: inde certantibus citharœdis in theatrum prodisse, quem iuuenes stipabant lacernis militaribus & puniceis amicti sagis, cùm corporibus florentes omnes, tum pares ætate: qui singularem aduersus ducem reuerentiam, & spiritus ex multis & egregiis certaminibus elatos præ se ferebant. His commodum ingressis, fortè Pyladem citharœdum cecinisse Timothei Persas, hoc modo exorsum

Assertis decus hic quæsiuit nobile Graiis.

Grandiloquentia autem poetæ cum canora con- D gruente voce oculos ex omni parte theatri coniectos in Philopœmenem fuisse, ac plausum editum lætissimum à Græcis, qui veterem dignitatem spe concipiebant, & ad illos animos proximè accedebant fiducia. In præliis & discriminibus, sicut equi nouelli consuetum sessorem quærunt, alium si vehant tumultuantur & ferociunt, ita exercitus Achæorum deiiciebat alio duce animum, atque illum circumspectabat, quo viso tantùm illicò erat ex fidentia erectus agilisque. Nempe hostes intelligebant vnum hunc contueri non posse, sed & gloriam eius & nomen, vt re ipsa declararunt, formidare. Si- E quidem Macedonum rex Philippus, ratus sublato de medio Philopœmene, Achæos iterum ipsum respecturos, misit certos occultè Argos qui eum trucidarent: ac detectis insidiis planè flagrauit inuidia, & traductus est apud Græcos. Bœotii Megaram obsidentes, quum sperarent se iamiam oppidum expugnaturos, vano repentè allato rumore Philopœmenem suppetias obsessis venientem adesse, scalis quæ muris iam erant admotæ relictis, fugæ consuluerunt. Quo tempore Nabis, qui Lacedæmoniorum tyrannus secundum Machanidam fuit, occupauit Messenen: erat priuatus Philopœmenes, nec vllis copiis præerat. Qui quum prætorem Achæorum, F

vt opem ferret Messeniis, non potuit Lysippum inducere, quia plane actum dictitabat esse de oppido quod tenerẽt hostes, ipse statuit subuenire suis comitatus ciuibus, qui nullam morabantur legem vel plebiscitum, sed quasi semper ex naturæ præscripto imperantẽ sunt sequuti eum, qui esset præstantissimus. Vt hunc Nabidi nuntiatum est in propinquo esse, non remansit illic, quanuis castra in oppido haberet, sed subdixit se per auersam portam, agmenq; raptim abegit, præclare secum agi ratus, si elaberetur. Et quidem elapsus est: cæterum erepta fuit Messene. Hactenus commẽdatur Philopœmenes. At secunda in Cretam profectio eius accersentibus Gortyniis, vt armis lacessiti eo duce vterentur, culpata est, quod flagrante bello patria sua à Nabide illato abscessisset ipse, vel belli metu, vel intempestiua ad alios ambitione. Licet id temporis bello tam acri premerẽtur Megalopolitani, vt muris inclusi deuastato agro cõsererent vias frugibus, & hostes castra prope in ipsis locassent portis. Hic autem ea tempestate belligerans cum Cretensibus & ducẽ agens in regione transmarina, ansam prębuit iniquis calumniãdi se, quasi bellum domesticum subterfugeret. Nonnulli dicebant aliis designatis Achærorũ prętoribus quia esset sine imperio Philopœmenes, orantibus Gortyniis otiũ suum contulisse eũ ad exercitum ducẽdum. Neq; enim ferebat otiũ, sed imperatoriã & bellicã virtutẽ volebat, sicut magnum negotium, perpetuo in manibus habere & versare. Cui consonat id quod aliquando de rege Ptolemæo dixit. Siquidẽ quum eum quidã ferrent laudibus, quod & exercitũ quotidie ꝓbe exerceret, & ipse probe & sedulo in armis subigeret corpus suũ. Atqui quis regem (inquit) hoc ętatis suspiciat non opus edentem, sed meditantem? Hac igitur de causa infensi Megalopolitani & se rati proditos, instituerunt ei exilium irrogare. Cui rei obstiterũt tamen Achæi, ducem mittentes Megalopolitanis Aristænetum: qui quamuis cum Philopœmene ei dissensiones essent de repub. ne damnaretur, intercessit. Inde à ciuibus Philopœmenes fastiditus, perpulit multa finitima castella ad defectionem, suggerens vt allegarent non fuisse ab initio se censos nec illis cõtributos. Quibus hoc obtendentibus aperte est patrocinatus, eamque ciuitatem in concilio Achæorum pressit. Verum hæc sunt post insequuta. In Creta partes sequutus Gortyniorum, bellum non vt Peloponnesius & Arcas simpliciter gessit & generose: sed mores induens Creticos, eorumque in ipsos technis, dolis, furtis & insidiis vtens, breui pueros ostendit illos esse qui fatuas & inanes ad uersus veram belli peritiam fallacias contechnarentur. Ob hæc celebris & inclytus ex rebus ibi gestis reuersus in Peloponnesum, Philippum offendit a Tito Quintio deuictum, pressumque Achæorum & Romanorum armis Nabidem. In quem dux ilico designatus, quum prælio nauali aleam iaceret, in idem ac Epaminondas visus est impegisse, magnamque ex eo quod minus prospere mari decertasset, virtutis & existimationis suæ fecisse iacturam. Cæterum Epaminondam quidem referunt, quod nollet ciuibus suis gustum præbere commoditatum maritimarum, ne pro stataríis militibus (vt apud Platonem est)

A Λύσιππον οὐκ ἔπειθεν βοηθεῖν τοῖς Μεσσηνίοις, ἀπολωλέναι κομιδῆ φάσκοντα τὴν πόλιν, ἔνδον γεγονότων τῶν πολεμίων, αὐτὸς ἐβοήθει, τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας ἀναλαβών, οὔτε νόμον οὔτε χειροτονίαν παρειμένας, ἀλλ' ὡς ἀμφοτέρους ἄρχοντι τῷ κρείττονι κατὰ φύσιν ἑπομένους. ἤδη δ' αὐτοῦ πλησίον ὄντος, ἀκούσας ὁ Νάβις οὐκ ἔτι ἔστη, καίπερ ἐν τῇ πόλει στρατοπεδεύων, ἀλλ' ἔτι ἐκδὺς ἀφ' πυλῶν ἑτέρων, κατὰ τάχος ἀπήγαγε τὴν δύναμιν, εὐτυχίᾳ χρήσεσθαι δοκῶν εἰ ἀμφότεροι καὶ διέφυγε, Μεσσήνην δ' ἠλευθέρωτο. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ καλὰ τοῦ Φιλοποίμενος. ἡ δ' εἰς Κρήτην αὖθις ἀποδημία,

B Γορτυνίων δεηθέντων, ὡς χρήσαιντο πολεμούμενοι στρατηγῷ, ἀμφιβολίαν ἔχει, ὅτι τῆς πατρίδος αὐτοῦ πολεμουμένης ὑπὸ Νάβιδος, ἀπῆν, φυγομαχῶν, ἢ Φιλοτιμούμενος ἀκαίρως πρὸς ἑτέρους. καίτοι σωτήρως οὕτως ἐπολεμήθη Μεγαλοπολῖται κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον, ὥστε τοῖς μὲν τείχεσιν ἐνοικεῖν, σπείρειν δ' τοὺς γεωπόνους, προκεκεκομμένης τῆς χώρας καὶ τῶν πολεμίων γεγονότων ἐν ταῖς πύλαις στρατοπεδευόντων. ὁ δ', Κρησὶ πολεμῶν τὴν κατὰ θάλατταν, καὶ στρατηγῶν ἀμφοτέροις, ἐγκλήματα παρεῖχεν καθ' ἑαυτὸν τοῖς ἐχθροῖς, ὡς ἀποδιδράσκων τὸν οἰκεῖον πόλεμον. ἦσαν δέ τινες οἱ λέγοντες, ἑτέρους τῶν Ἀχαιῶν ἡρημένων ἄρχειν τῶν, ἰδιώτην ὄντα τὸν Φιλοποίμενα, χρῆσαι τῇ ἑαυτοῦ σχολῇ ἐφ' ἡγεμονίᾳ δεηθεῖσι τοῖς Γορτυνίοις. ἐῴει δ' ἀλλότριος σχολῆς, καθάπερ ἄλλο πρᾶγμα, τὴν στρατηγικὴν καὶ πολεμικὴν ἀρετὴν, ἔχων ἀμφοτέρους ἐν χρήσει καὶ τελεῖν βουλόμενος· ὡς καὶ περὶ Πτολεμαίου ποτὲ ῥηθὲν τοῦ βασιλέως ἀπεδήλωσεν. οὐκοῦν γὰρ ἐγκωμιαζόντων τινὰν ὡς οὐ μὴ ἀσκοῦντα τὸν στρατευμα καθ' ἡμέραν, οὐ γυμνάζοντα καὶ φιλοπόνως ἀμφὶ τῶν ὅπλων τὸ σῶμα, Καὶ τίς αὐ (ἔφη) βασιλέα θαυμάσειεν, ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας μὴ ἐσθιόμενον, ἀλλὰ μελετῶντα;

D χαλεπῶς δ' οὖν οἱ Μεγαλοπολῖται φέροντες ἐπὶ τούτῳ, καὶ προδεδόσθαι νομίζοντες, ἐπεχείρησαν ἀποξενοῦν αὐτόν· οἱ δ' Ἀχαιοὶ, διεκώλυσαν, Ἀριστάνετον πέμψαντες εἰς Μεγάλην πόλιν στρατηγόν. ὃς, καίπερ ὢν ἀμφότερος τῷ Φιλοποίμενι περὶ τὴν πολιτείαν, οὐκ εἴασεν τελευτῆσαι τὴν καταδίκην. οὐκ ἐπὶ τούτοις, παρορώμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὁ Φιλοποίμην, ἀπέστησε πολλὰς τῶν περιοικίδων κωμῶν, λέγων διδάξας ὡς οὐ συνετέλουν, οὐδὲ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς ἐκείνων. καὶ λεγούσας ταῦτα φανερῶς συνηγωνίσατο, καὶ

E συγκατεστάσιασεν τὴν πόλιν ἐπὶ τῶν Ἀχαιῶν. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ συνεπολέμει τοῖς Γορτυνίοις, οὐχ ὡς Πελοποννήσιος ἀνὴρ καὶ Ἀρκὰς, ἁπλοῦν τινα καὶ γενναῖον πόλεμον, ἀλλὰ τὸ Κρητικὸν ἦθος ἐνδυς, καὶ τοῖς ἐκείνων σοφίσμασι καὶ δόλοις, κλοπείαις τε καὶ λῃστρικοῖς χρώμενος ἐπ' αὐτοὺς, ταχὺ παῖδας ἀπέδειξεν, ἀνόητα καὶ κενὰ πρὸς ἐμπειρίαν ἀληθινὴν πανουργεύοντας. ἐπὶ τούτοις δ' θαυμασθεὶς καὶ λαμπρῶς περὶ τὴν ἐκεῖ στρατείαν ἀνακομισθεὶς εἰς Πελοπόννησον, εὗρεν τὸν μὲν Φίλιππον ὑπὸ τοῦ

F Τίτου καταπεπολεμημένον, τὸν δ' Νάβιν, ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τῶν Ῥωμαίων πολεμούμενον. ἐφ' ἓν δ' ὑδὺς αἱρεθεὶς ἄρχων, καὶ ναυμαχίᾳ παραβαλόμενος, τὸ τοῦ Ἐπαμεινώνδου παθεῖν ἔδοξε, πολὺ τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς καὶ τῆς δόξης ἀφαιρεθεὶς, ἐν τῇ θαλάσσῃ κάκιον ἀγωνισάμενος. πλὴν Ἐπαμεινώνδαν μὲν ἔνιοι λέγουσιν ὀκνοῦντα γεῦσαι τῶν κατὰ θάλασσαν ὠφελειῶν τοῖς πολίταις, ὅπως αὐτῶν μὴ λάθωσιν, ἀντιμονίμους ὁπλίτας, κατὰ Πλάτωνα,

ναύτας γιγνόμενοι, καὶ ἀφαφθαρέντες, ἄστοργοι ἐκ τῆς Ἀ- A
σίας καὶ τῶν νήσων ἀπελθεῖν ἐκελεύοντο. Φιλοποίμην δὲ τὴν ἐν
τοῖς πεζοῖς δόξαν ἡμῖν καὶ ἀφ' θαλάττης ἀρκέσειν αὐτῷ
πρὸς τὸ καλῶς ἀγωνίσασθαι πεπεισμένος, ἔγνω τὴν ἄ-
σκησιν, ἡλίκον μέρος ὄντ' τῆς ἀρετῆς, καὶ πόσην ὀπὶ πόνα
τοῖς ἐπιθεῖσιν δυνάμιν προσπίπτειν. οὐ γὰρ μόνον ἐν τῇ
ναυμαχίᾳ ἀφ' τῆς ἀπειρίας ἔλαττον ἔχεν, ἀλλὰ καὶ ναῦν τι-
νὰ, παλαιὰν μὲν, ἔνδοξον δὲ, δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα κατα-
σώσας ἐπλήρωσεν· ὥστε μὴ φεύγοντας, κινδυνεύσαι τοὺς
πολίτας. πρὸς ταῦτα γινώσκων καταφρονουμένας αὐτὸν τοὺς
πολεμίους, ὡς πρωτάπασιν πεφυγότος ἐκ τῆς θαλάττης,
καὶ πολιορκοῦντας ὑπερφυῶς Γύθιον, ἀθρόους ἐπέπλευ-
σεν αὐτοῖς, οὐ προσδοκῶσιν, ἀλλ' ἐκλελυμένοις ἀφ' τῆς νί-
κης. καὶ νυκτὸς ἐκβιβάσας τοὺς φαλιώτας, καὶ προσαγαγὼν
πῦρ, ἔθηκε ταῖς σκηναῖς, καὶ τὸ στρατόπεδον κατέκαυσε, καὶ
πολλοὺς διέφθειρεν. ὀλίγας δὲ ὕστερον ἡμέρας, κατ' ὁδὸν ἐν
δυσχωρίᾳ λιμὴν ἄφνω τῆς Νάβιδος ὀπιφανέντος αὐτῷ, καὶ φο-
βήσαντος τοὺς Ἀχαιοὺς, ἀνέλπιστον ἡγουμένοις τὴν σωτηρίαν,
ἐκ τόπων χαλεπῶν καὶ γεγενότων ὑποχείριον τοῖς πολε-
μίοις, ὀλίγον χρόνον ὀπισάς, καὶ προσλαβὼν ὄψει τὴν τοῦ
χωρίου φύσιν, ἐπέδειξεν τὴν τακτικὴν τῶν ἄκρων τῆς πολε-
μικῆς τέχνην οὖσαν. οὕτω μικρὰ κινήσας τὴν ἑαυτοῦ φάλαγ-
γα, καὶ πρὸς τὰ παρόντα μεταρμόσας, ἀθορύβως καὶ ῥα-
δίως διεκρούσατο τὴν ἀπορίαν, καὶ προσβαλὼν τοῖς πολεμίοις,
τρόπῳ ἰσχυρὰν ἐποίησεν. ἐπεὶ δὲ οὐ πρὸς τὴν πόλιν ἐώρα
φεύγοντας, ἀλλὰ τῆς χώρας ἄλλων ἄλλη διαπαρεγκλίνοντας,
ὑλώδης δὲ καὶ πρόβοτος ὢν πᾶσα καὶ δύσιππος ὑπὸ ῥεί-
θρων καὶ φαράγγων, τὴν μὲν δίωξιν ἐπέσχεν, καὶ κατεστρα-
τοπέδευσεν ἔτι φωτὸς ὄντος. τεκμαιρόμενος δὲ τοὺς πολεμίους
ἐκ τῆς φυγῆς καθ' ἕνα καὶ δύο πρὸς τὴν πόλιν ὑπαξειν
σκοταίους, ἐλλοχίζει τοῖς πρὸς τὰς ὑρείθρις καὶ λόφοις πολ-
λοὺς ἔχοντας εὐχρείδια τῶν Ἀχαιῶν. ἐν ταύθα πλείστους ἀ-
ποθανεῖν συνέβη τὸν τῶν Νάβιδος. ἅτε γὰρ οὐκ ἀθρόαν ποιού-
μενοι τὴν ἀναχώρησιν, ἀλλ' ὡς ἑκάστοις αἱ φυγαὶ συνετύγ-
χανον, ὥσπερ ὁρίζοντες ἠλίσκοντο πρὸς τὴν πόλιν, εἰς τὰς τῶν πο-
λεμίων χεῖρας καταίροντες. ὀπὶ τούτοις ἀγαπώμενος καὶ
θαυμάζομενος ἐκπρεπῶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐν τοῖς θεάτροις,
φιλότιμον ὄντα τὸν Τίτον, ἡσυχῇ παρελύπει. καὶ γὰρ ὡς Ῥω-
μαίων ὕπατος, ἀνὴρ Ἀρκὰς ἠξίου θαυμάζεσθαι μᾶλλον
ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ ταῖς εὐεργεσίαις ὑπερβάλλειν οὐ
πρὸς μικρὸν ἠγεῖτο. δι' ἑνὸς κηρύγματος ἐλευθεράσας τὴν
Ἑλλάδα, ὅσην Φιλίππῳ καὶ Μακεδόσιν ἐδούλευσεν. ἐκ
δὲ τούτου καταλύεται μὲν ὁ Τίτος τῷ Νάβιδι τὸν πόλεμον,
ἀποθνήσκει δὲ ὁ Νάβις ὑπὸ Αἰτωλῶν δολοφονηθείς. τε-
ταραγμένης δὲ τῆς Σπάρτης, ὁ Φιλοποίμην ἁρπάσας
τὸν καιρὸν, ὀπιπίπτει μετὰ δυνάμεως, καὶ τῶν μὲν ἀκόντ-
των, τοὺς δὲ συμπείσας προσηγάγετο, καὶ μετεκόσμησεν
εἰς πᾶς Ἀχαιοὺς τὴν πόλιν. οὗ γενομένου, θαυμαστῶς μὲν
ἐδοκίμασε παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς, προσκτησάμενος αὐτοῖς
ἀξίωμα πόλεως τελικαότης καὶ δυνάμιν. οὐ γὰρ εὐ μι- F
κρὸν, Ἀχαιὰς μέρος γενέσθαι τὴν Σπάρτην. ἀνέλαβεν δὲ καὶ Λακεδαιμονίων τοὺς ἀρίστους, φύλακα τῆς ἐ-
λευθερίας ἐκεῖνον ἐλπίσαντας ἔξειν. διὸ καὶ τὴν Νάβιδος οἰκίαν καὶ οὐσίαν ἐξαργυρισθεῖσαν, καὶ γενομένων εἴκο-
σι καὶ ἑκατὸν ταλάντων, ἐψηφίσαντο δωρεὰν αὐτῷ δοῦναι, πρεσβείαν ὑπὲρ τούτων πέμψαντες. ἔνθα δὴ καὶ διεφάνη
καθαρὸς ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ, οὐ δοκῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὢν ἄριστος. πρῶτον μὲν γὰρ ὁδοὺς ἐβούλετο τῶν Σπαρτιατῶν

imprudenti ſibi nautæ euaderent, & vitioſi, vltrò re infecta ex Aſia & inſulis domũ repetiſſe. Philopœmenes verò ſcientiam terreſtrem ſibi ratus ſufficere, vel in pelago ad rem bene gerendã didicit quantum momenti ad virtutem & quantum in omnia adferat ponderis exercitatio meditatis. Non modò enim marte nauali ob imperitiã ſuccubuit, verùm etiam nauem, veterem illam quidem ſed celebrẽ, poſt annos quadraginta deduxit & compleuit. Quæ quum onus non ferret, adducti ciues in periculũ fuere. Ob hoc vbi animaduertit hoſtes ipſius contemptu, quaſi in totum ex mari refugiſ-
B ſet, Gythion inſolenter obſidere, confeſtim egit in non exſpectãtes & victoria ſolutos claſſem: ac nocte excenſione facta ignem admouit, eoq; tentoriis iniecto caſtra illorum incendit, multoſq; peremit. Paucis pòſt diebus, quum ex itinere eũ Nabis ſubitò in anguſtiis deprehendiſſet, trepidationemq; iniecíſſet Achæis, nulla ratione ex locis difficilibus & hoſti opportunis explicare ſalutem ſe ratis poſſe, paulíſper reſiſtens, vt loci naturam circumſpexit, artem aciei inſtruendæ eſſe oſtendit in re militari primam. Itaq; conuerſo paululũ agmine ſuo & ad rem præſentem verſato, ſedatè & nul-
C lo negotio exemit perplexitatem ſuis, atq; impreſſione facta hoſtes in effuſam fugamauertit. Quos quum non ad vrbem videret fugam intendentes, ſed per agrum alium aliò delabentes (erat autx ſaltuoſus, montoſus, & equitatui ob riuos & lacunas incommodus) cecinit receptui, caſtraq; luce adhuc metatus eſt. Quia verò coniectura proſpiciebat hoſtes ex fuga ſingulos vel binos per tenebras in vrbem ſe ſubducturos, in riuis & collibus vbi vicinis frequentes Achæos cum gladiis condit, vbi cõtigit plurimos Nabidis milites cadere. Quippe non recipiebant ſe confertim, ſed vt quoſq; cõ-
D globauerat fuga, auium more in manus hoſtiles delabentes circa vrbẽ capiebantur. Ob quę quum à Græcis per theatra eximiis celebraretur & ornaretur honoribus, nonnihil T. Quintium obiter offendit gloriæ auidum. Volebat enim ſupra hominem Arcadem vt conſul Romanus ab Achæis honorari: & qui totam Græciam, quæcunq; Philippo & Macedonibus ſeruierat, vno edicto reſtituerat in libertatẽ, non parum ſuperare ſe eum beneficiis arbitrabatur. Inde T. Quintius pacem cum Nabide facit. Nabis autem inſidiis ab Ætolis circumuẽtus occumbit. Turbatis rebus Spartæ, Philopœmenes arrepta occaſione ſuperuenit cũ ex-
E ercitu, ac quibuſdã inuitis, aliis in ſententiam ſuã adductis, ciuitatem impulit vt corpori ſe Achæorũ contribueret. Quo facto mirum quantũ quæſiuit apud Achęos laudis, q; tantæ vrbem amplitudinis & potentiæ iis adiunxiſſet. Neque enim leue erat partem fieri Achaiæ Lacedæmonẽ. Conciliauit etiam ſibi optimates Lacedæmoniorũ, qui libertatis ſe illum cuſtodem habituros ſperabant. Vnde Nabidis domũ & bona venum dederũt, ex quibus coacta viginti & centũ talenta, dono ei ſuffragiis dare decreuerũt, atq; ad id offerendũ ei legatos miſere. Enimuerò hic effulſit abſtinẽtia eius, qui nõ videbatur tantùm, ſed erat integerrimus. Namq; primùm nemo eum virum ſuſtinebat Spartiatarum

de eo capiendo munere appellare, ſed verentes detrectanteſq; hoſpitem eius nominarunt Timolaum. Qui vt venit Megalopolin, ac cõuiuio à Philopœmene exceptus grauitatem ſermonis eius & vitæ frugalitatẽ integritatemq; animaduertit morum, ad quos haudquaquã aditus propior aut inſidiæ à pecunia paterent, oppreſſit mentionẽ doni, ac prætextu aduentus ſui allegato alio domum eſt regreſſus. Iterum miſſus nihilo plus egit. Tertia legatione vix tandem eius rei mentionẽ inferens, propenſum animũ declarauit ei ciuitatis. At Philopœmenes grato animo auditis mandatis, perrexit ipſe Lacedæmonẽ, conſuluitq; eis ne bonos amicos, quorum liceret virtute frui gratis, largitionibus inſtituerẽt labefactare, ſed improbos & eos qui ciuitatem in concilio premant, redimerent & corrumperent, vt munere deliniti, minus ipſis obſtreperent. Quippe inimicis ait præſtare liberam vocem quàm amicis præcidere. adeo fuit celſo aduerſus pecuniam animo. Poſtquam verò Lacedæmonios de integro nouare res nuntiato prætor Achæorum Diophanes vindicare in eos intendit, illi autem armis motis Peloponneſum ſolicitabant ſtudebat mollire & ſedare Philopœmenes Diophanis bilem: tempus demonſtrãs poſtulare, rege Antiocho & Romanis in Græcia tantis exercitib. hærentibus, eò vt animum conuertat dux, neque moueat domeſtica, ſed conniueat in quibuſdam peccatis, diſſimuletq;. Cui quum non auſcultaret Diophanes, ſed Laconiæ vnà cum Quintio arma inferret, ac ſtatim ipſam peterent vrbem: frendens Philopœmenes facinus minimè ciuile, neq; vndequaq; officio reſpondens, verùm inſigne tamen & inſigni deſignãs animo, ingreſſus eſt Lacedæmonem, prætoriq; Achæorum & Romano conſuli ipſe portas priuatus clauſit, motus vrbanos cõpreſſit, reduxitq; Lacedæmonios, ſicut initio fuerant, in corpus Achęorũ. Inſequutis temporib. incuſans neſcio quid Philopœmenes Lacedæmonios, exules prætor in vrbem reduxit, octoginta Spartiatas occidit, vt autor eſt Polybius: vt verò tradidit Ariſtocrates, quinquaginta ſupra trecentos muros demolitus eſt, magna parte agri mulctauit eos, eamq; attribuit Megalopolitanis. Quicunque adſcripti à tyrannis in ciuitatem Spartanam fuerant, exterminauit, & in Achaiam abduxit omnes: extra tria millia, quos dicto non audientes & excedere abnuentes, Lacedæmone ſub haſta vendidit. Hinc quaſi ad illorum ludibrium ex ea pecunia ædificauit Megalopoli porticum. Quo autem magis indulgeret ſuo in Lacedæmonios odio, & indigne afflictis inſultaret, immaniſſimum factum & iniquiſſimum circa inſtituta illius ciuitatis molitus eſt. Siquidem Lycurgi inſtitutionem ſoluit & peruertit, compulitque pueros & adultos quaſi ex Lycurgi legibus nunquam moderatos ſpiritus geſturi eſſent, patriam cum Achaica cõmutare diſciplinam. Qui quum id temporis calamitatum mole Philopœmeni quaſi neruos ciuitatis præbuiſſent incidendos, ſubacti, cicurati, & fracti fuerunt. Cæterùm aliquanto pòſt beneficio populi Romani relictis inſtitutis Achaicis, priſtina, quoad eius fieri à tantis miſeriis & cladibus poterat, reduxerunt atque ſtabiliuerunt.

A αἰδρὶ τοιούτῳ ἀμαλέγεσθαι τοῦ δωροδοκίας, ἀλλὰ δεδοικότες καὶ αἰσχυνόμενοι, προσεβάλοντο τὸν ξένον αὐτοῦ Τιμόλαον. ἔπεφτα δὲ αὐτὸς ὁ Τιμόλαος, ὡς ἦλθεν εἰς Μεγάλιω πόλιν ἑστιαθεὶς παρὰ τοῦ Φιλοποίμενος, καὶ τὸ σεμνότητα τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀφέλειαν τῆς διαίτης, καὶ ὃ ἦθος ἐνοῦθεν οὐδαμῆ προσιτὸν ὂν δὲ ἀλλοτριον ὑπὸ χρημάτων κατεμονήσας, ἀπεσιώπησε τοῦ τῆς δωρεᾶς· ἑτέραν δὲ τινα προφάσιν τῆς πρὸς αὐτὸν ὁδοῦ ποιησάμενος, ὡς ᾤχετο ἀπιών, καὶ πάλιν οὐκ δεύτερον πεμφθεὶς, ταυτὸ ἔπαθεν. τείτη δ' ὁδῷ μόλις ἐντυχὼν, ἐδήλωσε τὸ προθυμίαν τῆ πόλεως. ὁ δ' Φιλοποίμιν ἡδέως ἀκούσας, ἦκεν αὐτὸς εἰς Λακεδαίμονα, καὶ συνεβούλευσεν αὐτοῖς μὴ τοὺς φίλους ἀγαθοὺς δεκάζειν, ὧν προῖκα τῆς ἀρετῆς ἕξεσιν ἀπολαύειν, ἀλλὰ τοὺς πονηροὺς καὶ τὸ πόλιν ἐν τῷ συνεδρίῳ καταστασιάζοντας, ὠνεῖσθαι καὶ ἀμαφτίρειν· ἵνα τοῦ λαβεῖν ὅπτι ὀμιαθέντες, ἧττον ἐνοχλοῖεν αὐτοῖς· βέλτιον γὰρ εἶ τοῦ ἐχθρῶν παραιρεῖσθαι τὸ παῤῥησίαν ἢ τοῦ φίλων. οὕτω μὲν ἐκῶ πρὸς χρήματα λαμπρός. ἐπεὶ δ' πάλιν τοῖς Λακεδαιμονίοις νεωτερίζειν ἀκούσας ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀχαιῶν Διοφάνης, ἐβούλετο κολάζειν, οἱ δ' εἰς πόλεμον καθιστάμενοι, διεπάεσσον τὸ Πελοπόννησον, ἐπειρᾶτο παραύνειν καὶ καταπαύειν τὸν Διοφάνη τῆς ὀργῆς ὁ Φιλοποίμιν· διδάσκων τὸν κρείττω ὡς Ἀντίοχου τοῦ βασιλέως, καὶ Ῥωμαίων ἐν τῇ Ἑλλάδι τηλικούτοις ἀγωνιζομένων στρατοπέδοις, ἐκκόψε χρὴ τὸν ἀρχοντα τὸ γνώμιν ἔχειν, τὰ δ' οἰκεῖα μὴ κινεῖν, ἀλλὰ καὶ παιδεῖν τι καὶ παραχοῦσαι τὰ ἁμαρτανομένων. οὐ προσέχοντος δ' τοῦ Διοφάνους, ἀλλ' εἰς τὸ Λακωνικὸν ἐμβαλόντος ἅμα τῷ Τίτῳ, καὶ βαδιζόντων εὐθὺς ἐπὶ τὸν πόλιν, ἀγωνιστήσας, ὁ Φιλοποίμιν, ἔργον οὐ νόμιμον οὐδ' ἀπηκεκοσμημένον ἐκ τῶν δικαίων, ἀλλὰ μέγα καὶ μεγάλῳ φρονήματι τολμήσας, εἰς τὸ Λακεδαίμονα παρῆλθεν· καὶ τόν τε στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τὸν ὕπατον τῶν Ῥωμαίων, ἰδιώτης ὢν ἀπέκλεισεν, πασῶν δὲ ἐν τῇ πόλει τὰς χαὰς ἔπαυσε, καὶ κατέστησε τοῖς Λακεδαιμονίοις πάλιν εἰς τὸ κοινὸν, ὡς τὸ πρὶν ἦσαν. χρόνῳ δ' ὕστερον ἐκκαλέσας τοῖς Λακεδαιμονίοις στρατηγὸν ὁ Φιλοποίμιν, τοὺς μὲν φυγάδας κατήγαγεν εἰς τὸ πόλιν, ὀγδοήκοντα δ' Σπαρτιάτας ἀπέκτεινεν, ὡς Πολύβιος φησίν· ὡς δ' Ἀριστοκράτης, πεντήκοντα καὶ τριακοσίους. τὰ δ' τείχη καθεῖλεν, χώραν δ' πολλὴν ἀποτεμόμενος, προσένειμε τοῖς Μεγαλοπολίταις. ὅσοι δ' ἦσαν ὑπὸ τῶν τυράννων ἀποδεδειγμένοι πολῖται τῆς Σπάρτης, μετῴκιζεν ἄπαντας, ἀπάγων εἰς Ἀχαΐαν, πλείους χιλίων. τούτοις δ' ἀπειθοῦσας, καὶ μὴ βουλομένοις ἀπελθεῖν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, ἐπώλησεν, εἶθ' ὅσ' ἐφυβρίζων, ἀπὸ τῶν χρημάτων τούτων ἐν Μεγαλοπόλει στοὰν ᾠκοδόμησεν. ἐμπιπλάμενος δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ παρ' ἀξίαν πεπονθόσιν ἐπεμβαίνων, ὃ τοῦ τὸν πολιτείαν ἔργον ὠμότατον ἐξειργάσατο καὶ τοῦ δεινομώτατον. ἀνεῖλεν γὰρ καὶ διέφθειρε τὸν Λυκούργου ἀγωγὸν, ἀναγκάσας τοὺς παῖδας καὶ τοὺς ἐφήβους τὸν Ἀχαϊκὸν ἀντὶ τῆς πατρίου παιδείαν μεταλαβεῖν, ὡς οὐδέ ποτε μικρὸν ἐν τοῖς Λυκούργου νόμοις φρονήσαντας. τότε μὲν οὖν ὑπὸ συμφορῶν μεγάλων, ὥστε νεῦρα τῆς πόλεως ἐκτεμεῖν τοῦ Φιλοποίμενι τοῦ δεδεκότες, ἐλύοντο χειροήθης καὶ ταπεινοί· χρόνῳ δ' ὕστερον αὐτησάμενοι τοῦ παρὰ Ῥωμαίων, τὸν μὲν Ἀχαϊκὸν ἔφυγον πολιτείαν, ἀνελάβον δ' καὶ κατεστήσαντο τὸν πάτριον ὡς ἐν ἀνυστὸν, ἐκ κακῶν καὶ φθορᾶς τηλικαύτης.

B

C

D

E

F

v. Palmer.

ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίοις ὁ πρὸς Ἀντίοχον ἐν τῇ Ἑλλάδι συνέστη πόλεμος, ἰδιώτης ὁ Φιλοποίμην· ὁρῶν δὲ τὸν Ἀντίοχον αὐτὸν ἐν Χαλκίδι καθήμενον, περὶ γάμους καὶ παρθένων ἔρωτας οὐ κατ' ὄψιν φολάζοντα, τοὺς δὲ Σύρους ἐν ἀταξίᾳ πολλῇ καὶ χωρὶς ἡγεμόνων ἐν ταῖς πόλεσιν πλαζομένους καὶ ῥυφῶντας, ἤθετο μὴ στρατηγῶν τότε τῶν Ἀχαιῶν· τοῖς Ῥωμαίοις ἔλεγεν φθονεῖν τῆς νίκης. Ἐγὼ γὰρ ἂν (ἔφη) στρατηγῶν, ἐν τοῖς καπηλείοις κατέκλυσα τούτους πάντας. ἐπεὶ δὲ νικήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Ἀντίοχον, ἐνέφυοντο τοῖς Ἑλληνικοῖς μᾶλλον ἤδη, καὶ περιεβάλλοντο τῇ δυνάμει τοὺς Ἀχαιοὺς, ὑποκατακλινομένων αὐτοῖς τῶν δημαγωγῶν· ἡ δὲ ἰσχὺς ὀπίσω πάντα πολλὴ μετὰ τοῦ δαίμονος ἐχώρει, καὶ τὸ τέλος ἔνεστι λιμῶν, εἰς ὃ τὸν τύχῃ ἔδει περιφερόμενον ἐξικέσθαι· καθάπερ ἀγαθὸς κυβερνήτης πρὸς κῦμα διερρωδηκὼς ὁ Φιλοποίμην, τὰ μὲν ἐνδιδόναι καὶ παρείκειν ἠναγκάζετο τοῖς κρείττοσι, πρὸς δὲ τοὺς πλείστους ἀμφερόμενος, τοῖς τε λέγειν καὶ πράττειν ἰσχύοντας, δυσπειθῆ ἐπειρᾶτο πρὸς τὴν ἐλευθερίαν. Ἀρισταίνετον δὲ τοῦ Μεγαλοπολίτου, δυναμένου μὲν ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς μέγα, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀεὶ θεραπεύοντος, καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς μὴ οἰομένου δεῖν ἐναντιοῦσθαι μηδὲ ἀχαρίστειν ἐκείνοις ἐν τῷ σπουδείῳ, λέγεται τὸν Φιλοποίμενα σιωπᾷν ἀκούοντα, καὶ βαρέως φέρειν· τέλος δὲ ὑπὸ ὀργῆς δυσανασχετοῦντα πρὸς τὸν Ἀρισταίνετον, εἰπεῖν. Ὦ ἄθεφτε, τί σπεύδεις τὴν περιφορουμένην τῆς Ἑλλάδος ἐπιδεῖν; Μανίου δὲ τοῦ Ῥωμαίων ὑπάτου νενικηκότος μὲν Ἀντίοχον, αἰτουμένου δὲ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ὅπως ἐάσωσι τοὺς Λακεδαιμονίων φυγάδας κατελθεῖν, καὶ Τίτου Κοιντίου τῶν Μανίῳ τοῦ τῶν φυγάδων ἀξιοῦντος, διεκώλυσεν ὁ Φιλοποίμην, οὐ πρὸς φυγάσι πολεμῶν, ἀλλ' ἀβουλόμενος δι' αὐτῶν καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἀλλὰ μὴ Τίτου μηδὲ Ῥωμαίων χάριν τοῦτο πραττόμενον· καὶ στρατηγῶν εἰς τοὐπίσω, αὐτὸς κατήγαγε τοὺς φυγάδας. οὕτως εἴ τι καὶ πρὸς τὰς ἐξουσίας ὑπὸ φθόνου δύσερις καὶ φιλόνεικον. ἤδη δὲ γεγονὼς ἔτος ἑβδομηκοστὸν, ὄγδοον δὲ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγῶν, ἤλπιζεν οὐ μόνον ἐκείνῳ τῷ ἀρχῷ τὸν πόλεμον ἀφαίρεσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ βίου τὸ λοιπὸν αὐτῷ μετ' ἡσυχίας καταβιῶναι, τὰ πράγματα παρέξειν. ὡς γὰρ αἱ νόσοι τῆς τῶν σωμάτων ῥώμης σκιαπομπαίνεσθαι δοκοῦσιν, οὕτως ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσιν ἐπιλιπούσης τῆς δυνάμεως, ἔλαθε τὸ φιλόνεικον, οὐ μὴν ἀλλὰ νέμεσίς τις ὥσπερ ἀθλητὴν ἐνδεδεμένον, πρὸς τέρμασι τοῦ βίου κατέβαλεν. λέγεται γὰρ ἔν τινι συλλόγῳ τῶν παρόντων ἐπαινούντων αὐτὸ, δίκαιον εἶναι δοκοῦντα περὶ στρατηγίας, εἰπεῖν τὸν Φιλοποίμενα, Καὶ πῶς ἄξιον ἐκείνου λόγον ἔχειν τοῦ ἀνδρὸς, ὅστις ἥλω ζῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων; μετ' ἡμέρας δὲ ὀλίγας Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος αὐθέφτος ἰδίᾳ τε τῷ Φιλοποίμενι προσεκρούκει, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπαχθὴς διὰ πονηρίαν καὶ ἀκολασίαν, τῷ τε Μεσσήνῃ ἀπέχθεσιν τὸν Ἀχαιῶν, καὶ κώμῃ τῇ καλουμένῃ Κολωνίδα προσηγόρευον μιμούμενοι καταλαμβάνειν. ὁ δὲ Φιλοποίμην ἔτυχε μὲν ἐν Ἄργει πυρέσσων· πυθόμενος δὲ ταῦτα σπεύδει εἰς Μεγάλην πόλιν, ἡμέρᾳ μιᾷ σταδίους πλείονας ἢ τετρακοσίους. κἀκεῖθεν αὐθημερὸν ἐβοήθει, τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβών, οἵπερ ἦσαν ἐνδοξότατοι μὲν τῶν πολιτῶν, νέοι δὲ ἀκμῆς, δι' εὔνοιαν τοῦ Φιλοποίμενος καὶ ζῆλον ἐθελοντὰ συστρατεύοντες. ἱππασάμενοι δὲ πρὸς τὴν Μεσσήνην, καὶ περὶ τὸν Εὐάνδρου λόφον ἀπαντῶντι τῷ Δεινοκράτει συμπεσόντες,

A Porro quo tempore bellum Romani in Græcia cum Antiocho gerebant, erat Philopœmenes priuatus. Qui Antiochum ipsum quũ residem Chalcide videret nuptiis & puellarum amoribus præter ætatem suam implicatum, Syros autem absq; vlla disciplina & imperio p vrbes palãtes, inluxuriamq; effusos, afflictabat se quod in præsens non foret prætor Achæorum, ferebatq; inuidere se illam victoriam Romanis. Ego enim (inquit) si prætor essem, omnes hos in lustris concidissem. Postquam verò Romani debellato Antiocho, impensius in Græciam incubuerunt, viribusq; comple-
B ctebantur concionatoribus se iis venditantibus Achæos, atq; ingens eorum potentia secundantibus vbiq; diis inualescebat, & pro foribus erat terminus, in quem fortunam diu circumuolitantem tandem oportebat concedere: boni gubernatoris modo aduersus fluctus Philopœmenes obnitens, quanuis paritim permittere & indulgere temporibus cogebatur, in plurimis obluctans tamen retrahere eos qui dicendo & opibus pollerent, elaborabat ad libertatem. Aristæneto verò Megalopolitano, qui præpotens erat in Achæis, sed Romanorum semper obseruans, negante in concilio faciẽ-
C dum esse vt illis repugnarent aut offenderent, ferunt audientem id Philopœmenem magno cum animi dolore tacuisse: postremo victum cum stomacho appellasse Aristænetum hisce verbis, Quid properas, miser, fatum Græciæ aspicere? Quum M. Attilius consul Romanus, deuicto Antiocho postularet ab Achęis vt exulib. Lacedęmoniorum reditum in patriam permitterent, eandemq; rem de exulibus contenderet T. Quintius, restitit Philopœmenes, nõ odio exulũ, sed quo id suum munus & Achæorum, nõ T. Quintii, vel populi Romini beneficiũ faceret: ac postea prætor restituit in pa-
D triam exules. Adeo inerat ei enixa quędam aduersus imperiũ præ animi celsitudine cõcertationis & contentionis libido. Iã annum gerens ætatis septuagesimũ, Achæorũ octauum prętor, spẽ conceperat non modo illũ se magistratum traducturum quiete, verum etiã vt reliquam vitam in otio exigeret, per negotia licitum fore. Vt enim morbi vna cum corporis viribus emarcescunt, ita in ciuitatibus Græciæ fatiscente potentia elanguescebat contentio. Verumenimvero, tanquam athletam egregie certantẽ inuida quædam fortuna ad vitæ metã prostrauit. Memorant enim in cõsessu quo-
E piam laudantib. qui aderant quendam, vt insignẽ ducem, dixisse Philopœmenem, Quomodo autẽ memorabilis ille sit vir, qui viuus in hostium venit potestatem? Paucis post diebus allatum est Messenium Dinocratem, hominem cum priuatim Philopœmeni infensum, tum aliis ob improbitatẽ & nequitiam inuisum, hinc Messenem ab Achæis alienasse, hinc vicũ velle (Colonidem vocant) occupare. Tenebatur forte ea tempestate Argis Philopœmenes febri. Qui ad eum nuntium Megalopolim vno die contendit, stadia amplius quadrin-
F genta: inde propere suppetias venit cum equitibus. Erant hi ciuium nobilissimi, sed admodum iuuenes, beneuolentia autem ducti Philopœmenis & laudis ardore voluntarii eum sequebantur. Quum prouecti prope Messenen essent circa Euandri tumulum, in occurrentẽ illati Dinocratẽ,

& appellare Græciæ ſeruatorem & propugnatorem. Quod autem de exuperante & grandi voce commemoratur, tunc fuit conſpectum: corui enim fortè ſuper volitantes delapſi ſunt in ſtadium. In cauſa eſt diuiſura aëris: quum enim multa & elata vox mittitur, diuulſus ab ea non ſuſtinet volucres, ſed lapſum efficit, ſicut euenit per loca vacua euntibus. Niſi ſanè ictu potius, velut telo traiectæ decidunt & emoriuntur. Poteſt etiam turbo eſſe in aëre, quaſi vorticem in pelago rurſusque impetum fluctuatione ex violentia accipiente. At Quintius niſi quam celerrimè ludis dimiſſis impetum multitudinis & incurſum præuidens deflexiſſet, videbatur in periculum venturus. Adeò frequentes ſimul & vndique ei ſe circumfuderunt. Vt plauſibus circa Quintii tabernaculum defatigati ſunt, nocte iam demum, ſi quos conſpicerent vel amicos vel hoſpites, hos ſalutantes & complectentes, conuerterunt ſe inter ſe ad conuiuia & pocula. Ibi magis etiam haud dubiè in gaudium effuſis ſubiit reputare & conferre de Græcia, quàm multa bella libertatis cauſa geſſiſſet, neque firmiorem eſſet vnquam vel lætiorem aſſequuta, quàm ab aliis quum fuit defenſa, & penè ſine ſanguine & luctu pulcherrimum tulit & optatiſſimum præmium. Quippe rara erant virtutis inter mortales & prudentiæ exempla, ſed rariſſima inter alios bonos, iuſti. Siquidem Ageſilai, Lyſandri, Niciæ, Alcibiadesque bella egregiè tractare, victoriasque bello conſequi, quum imperarent, nouerant: vti ad glorioſam hominum ſalutem honeſtatemque laureis non nouerant. At vbi à Marathonio marte & pugna nauali Salaminia, à Plataeis Thermopylisque, & rebus ad Thermodontem atque circa Cyprum Cimonis geſtis diſceſſeris, omnibus præliis Græcia aduerſus ſemetipſam decertauit ad ſeruitutem, omneque eius trophæum ad ſuam excitatum calamitatem & probrum eſt, quæ penè fuit ducum improbitate & ambitione proſtrata. Alien genæ verò, qui paruas ſcintillas & exigua antiquæ propinquitatis cum iis vincula habere videbantur à quibus vel verbis vel conſilio aliquid extitiſſe in Græciam beneficii mirum eſſet, hi maximis periculis & laboribus Græciam grauibus ſoluerunt dominis & tyrannis, atque in libertatem reſtituerunt. Hæc tum ſubibant Græcorum animos. Facta autem fuerunt præconiis conſentanea. Pariter enim miſit Quintius Lentulum in Aſiam ad Bergyllas liberandas, Titillium in Thraciam ad deducenda ex illis oppidis & inſulis Philippi præſidia. P. Iulius ad Antiochum nauigauit, acturus cum illo de Græcis qui ei parebant liberandis. Ipſe profectus Chalcidem Quintius, inde mari vectus Magneſiam præſidia emiſit, populisque rempubl. reddidit. Agonothetes Argis Nemeorum creatus, ludicrum optimè digeſſit, ac Græcis illic iterum voce præconis pronunciauit libertatem, vrbesque peragrans, egregia diſciplina, magna iuſtitia, concordiaque & amicitia eas inter ſe conglutinauit, componens ſeditiones, exules reducens: atque ouans quòd Græcos inter ſe conciliaret beneuolentia, non minus quàm quòd domaſſet Macedonas, vt minimum iam ducerent illi eius beneficiorum libertatis munus. Xenocratem philoſophum, quum Lycurgus Orator eum à publicanis,

A καὶ προσοιπεῖν τ̃ σωτῆρα τῆς Ἑλλάδος καὶ πρόμαχον. ὃ δὲ πολλάκις λεχθέν εἰς ὑπερβολὴν τ̃ φωνῆς καὶ μέγεθος ὤφθη τότε. κόρακας γὰρ περιπετόμενοι κατ̃ τύχην, ἔπεσον εἰς τ̃ στάδιον. αἰτία ἡ, ἡ τ̃ ἀέρος ῥῆξις. ὅταν γὰρ ἡ φωνὴ πολλὴ καὶ μεγάλη φέρηται, διαστώμενος ὑπ' αὐτῆς οὐκ ἀντερείδει τοῖς πετομένοις, ἀλλ' ὀλίθημα ποιεῖ, καθάπερ κενεμβατοῦσιν· εἰ μὴ νὴ Δία, πληγῇ τι μᾶλλον, ὡς ὑπὸ βέλους διελαυνόμενα, πίπτει καὶ ἀποθνήσκει. δυνάται γὰρ καὶ περιδίνησις τοῦ ἀέρος, οἷς ἑλισμοὶ εἰς πελάγη καὶ πάλιν ῥύμβοι τοῦ σάλου διὰ μέγεθος λαμβάνουσι· ὁ δὲ δῆμος Τίτος, εἰ μὴ τάχιστα τῆς θέας

B διαλυθείσης, ὑπεριδόμενος τ̃ φέρειν τ̃ πλήθους καὶ τ̃ δρόμου, ἐξέκλινεν, οὐκ ἂν ἔδοξεν περιγενέσθαι τοσούτων ὁμοῦ καὶ πανταχόθεν αὐτῷ περιχυθέντων. ὡς δ' ἀπέκαμον περὶ τ̃ σκηνὴν ἀυτ̃ βοῶντες, ἤδη νυκτὸς ὄντος, αὖθις οὓς τινας ἴδοιεν ἢ φίλους, ἢ πολίτας ἀσπαζόμενοι καὶ περιπλεκόμενοι, πρὸς δεῖπνα καὶ πότους ἐρέποντο μετ' ἀλλήλων. εἰ δὴ καὶ μᾶλλον (ὡς εἰκὸς) ἡδομένοις, ἐπῆλθε λογίζεσθαι καὶ διαλογίζεσθαι περὶ τῆς Ἑλλάδος, ὅσους πολεμήσασα πολέμους διὰ τ̃ ἐλευθερίαν, ὅπου τύχοι βεβαιότερον οὐδὲν ἥδιον αὐτῆς ἑτέρων προσαγωνισαμένων, ὀλίγου δεῖν ἀναιμακτὶ αὐτὴ καὶ ἀπενθὴς φερομένη τὸ κάλλιστον καὶ περιμαχμάχητον ἆθλον. ἐκεῖ δὴ ἄρα σπάνιον μὲν ἀνδρεία καὶ φρόνησις ἐν ἀνθρώποις, σπανιώτατον δὲ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ὁ δίκαιος. οἱ γὰρ Ἀγησίλαοι καὶ Λύσανδροι, καὶ οἱ Νικίαι, καὶ οἱ Ἀλκιβιάδαι, πολέμους μὲν εὖ διέπειν, καὶ μάχας ἰσχυῶν κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν ἄρχοντες ἠπίστασαν, χρῆναι δὲ περὶ χαρᾶς καὶ εὐκλείας, οἷς κατόρθουν, ἐκ ἔγνασαν ἀλλ', εἰ τὸ Μαραθώνιόν τις ἔργον ἀφέλοι, καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, καὶ Πλαταιὰς, καὶ Θερμοπύλας, καὶ τὰ περὶ Εὐρυμέδοντα, καὶ τὰ περὶ Κύπρον Κίμωνος ἔργα, πάσας τὰς μάχας ἡ Ἑλλὰς ὅτι δουλείας μεμάχη-

D ται περὶ, αὐτῆς, καὶ πολὺ δεῖπνον αὐτῆς συμφορᾶς καὶ ὀνείδους ἐπ' αὐτῇ ἔσχεν, τὰ πλεῖστα κακίᾳ καὶ φιλονεικίᾳ τῶν ἡγουμένων περὶ δαπείσης· ἀλλὰ φύλοι γὲ ἄνδρες, ἐν ἀόσματα μικρὰ καὶ γλίσχρα κοινωνήματα παλαιοῦ γένους ἔχειν δοκοῦντες, ἀφ' ὧν καὶ λόγῳ τι καὶ γνώμῃ χρησίμων ἐπράξαν τῇ Ἑλλάδι θαυμαστὸν ὅσον, οὔτε τοῖς μεγίστοις κινδύνοις καὶ πόνοις ἐξελόμενοι τὴν Ἑλλάδα δεσποτῶν χαλεπῶν καὶ τυράννων ἐλευθέρωσιν. ταῦτα δὴ πᾶς Ἕλλην ἐπῄει, καὶ τὰ τῶν ἔργων ἐμολογούμενα τοῖς κηρύγμασιν. ἅμα γὰρ ἐξέπεμψεν ὁ Τίτος Λέντλον μὲν εἰς Ἀσίαν, Βαργυλλίας ἐλευθερώσοντα, Τιτίλλιον δὲ εἰς Θρᾴκην, τὰς αὐτόθι πόλεις καὶ νήσους ἀπαλλάξοντα τῶν Φιλίππου φρουρῶν. Πόπλιος δὲ Οὐίλλιος ἔπλει διαλεξόμενος Ἀντίοχῳ περὶ τῆς τῶν ὑπ' αὐτὸν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. αὐτὸς δὲ Τίτος εἰς Χαλκίδα παρῆθεν, εἶτα πλεύσας ἐκεῖθεν ὅτι Μαγνησίαν, ἐξῆγε τὰς φρουρὰς, καὶ τὰς πολιτείας ἀπεδίδου τοῖς δήμοις. ἀγωνοθέτης δὲ Νεμείων ἀποδειχθεὶς ἐν Ἄργει, τῷ τε κηρύγματι ἄδεια διέθηκεν, καὶ πάλιν ἐκεῖ τῆς Ἑλλήνων τ̃ ἐλευθερίαν ὑπὸ κήρυκος ἀνεῖπεν, ὅτι φοιτῶν τε τ̃ πόλεσιν, εὐνομίαν ἅμα καὶ δικαιοσύνην πολλὴν, ὁμόνοιάν τε καὶ φιλοφροσύνην πρὸς ἀλλήλους παρεῖχεν· καταπαύων μὲν τὰς στάσεις, καταλύων δὲ τὰς φυγάς, ἀδελφοὺς δὲ καὶ πείθων καὶ διαλλάττων τοὺς Ἕλληνας, οὐχ ἧττον ἢ ὧν κεκρατηκέναι τ̃ Μακεδόνων, ὥστε μικρόταται ἤδη τ̃ ἐλευθερίαν δοκεῖν ὧν εὐεργετοῦντο. Ξενοκράτη μὲν οὖν τ̃ φιλόσοφον, ὅτε Λυκοῦργος αὐτὸν ὁ ῥήτωρ ὑπὸ τῶν τελωνῶν

E

F

ἀγόμενον πρὸς ὃ μετοίκιον ἀφείλετο, καὶ τοῖς ἄγουσιν ἐ-
πέθηκε δίκην τῆς ἀσελγείας, λέγεται τοῖς παισὶν ἀπαντή-
σαντα τοῦ Λυκούργου, Καλῶς γε ὑμῖν ὦ παῖδες, (φασὶ) τὸν
πατέρα χάριν ἀποδίδωμι· πάντες γὰρ αὐτὸν ἐπαινοῦσιν ἐφ'
οἷς ἔπραξεν. Τίτῳ δὲ καὶ Ῥωμαίοις, ὧν τοὺς Ἕλληνας ἀνε-
γέτησαν, οὐκ εἰς ἐπαίνους, μόνον ἀλλὰ καὶ πίστιν ἐν πᾶσιν ἀν-
θρώποις καὶ δυνάμιν ἡ χάρις ἀπήντα δικαίως· οὐ γὰρ προσδε-
χόμενοι μόνον τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ μεταπεμπόμε-
νοι καὶ καλοῦντες ἐπεχείριζον αὑτούς. οὐδὲ δῆμοι καὶ
πόλεις, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς ὑφ' ἑτέρων ἀδικούμενοι βασι-
λέων, κατέφευγον εἰς τὰς ἐκείνων χεῖρας. ὥστε ἐν βραχεῖ
χρόνῳ, τάχα που καὶ θεοῦ συνεφαπτομένου, πάντα αὐτοῖς
ὑπήκοα γενέσθαι. καὶ αὐτὸς δὲ μέγιστον ἐφρόνησεν ὅτι τῇ τῆς
Ἑλλάδος ἐλευθερώσει. ἀναθεὶς γὰρ εἰς Δελφοὺς ἀσπίδας
ἀργυρᾶς καὶ τὸν ἑαυτοῦ θυρεὸν ἐπέγραψεν,

Ζηνὸς ἰὼ κραιπναῖσι γεγαθότες ἱπποσύναισι,
Κοῦροι ἰὼ Σπάρτας Τυνδαρίδαι βασιλῆες·
Αἰνεάδας Τίτος ὑμμιν ὑπὲρ πάτον ὤπασε δῶρον,
Ἑλλάνων τεύξας παισὶν ἐλευθερίαν.

ἀνέθηκε δὲ καὶ χρυσοῦν τῷ Ἀπόλλωνι στέφανον, ἐπιγράψας,

Τόν σοι ἀμβροσίοισιν ὅτι πλοκάμοισιν ἔθηκε,
Κεῖσθαι Λατοίδα χρυσοφαὲς στέφανον·
Οὐ πόρεν Αἰνεαδᾶν παῖς μέγας. ἀλλ' Ἐκάεργε
Ἀλκᾶς δῶρον ἐοῖ κοῦδος ὀπάζε Τίτῳ.

τῇ γοῦν Κορινθίων πόλει πρὸς τοὺς Ἕλληνας ὁ αὐτὸς δὶς ἤδη συμβέβηκεν. καὶ γὰρ Τίτος ἐν Κορίνθῳ τότε, καὶ Νέρων αὖθις καθ' ἡμᾶς ἐν Κορίνθῳ πανηγυρίσας Ἰσθμίων ἀγομένων, τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφῆκεν, ὁ μὲν, σχεδὸν κήρυκος (ὡς εἴρηται) Νέρων ὁ αὐτὸς ὅτι τὸν ἀγῶνα ἀπὸ βήματος ἐν τῷ πλήθει δημηγορήσας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. ὁ δὲ Τίτος τότε καλλίστου καὶ δικαιοτάτου τοῦ πρὸς Νάβιν ἀρξάμενος πολέμου, τῶν Λακεδαιμονίων ἀξιωλέστατον καὶ παρανομώτατον τύραννον, ἐν τῷ τέλει διεψεύσατο τὰς τῆς Ἑλλάδος ἐλπίδας, ἐλεῖν παρανόν, οὐκ ἐθελήσας, ἀλλὰ παρεισάμενος, καὶ παρέμενος τὴν Σπάρτην ἀναξίως δουλεύουσαν· εἴτε δείσας μὴ τοῦ πολέμου μῆκος λαμβάνοντος, ἄλλος ἀπὸ Ῥώμης ἐπελθὼν στρατηγὸς ἀνέληται τιμὴν δόξαν, εἴτε φιλοτιμίᾳ καὶ ζηλοτυπίᾳ τῶν Φιλοποίμενος τιμῶν, ὧν ἔνιοι τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνδρὶ δεινότατον τῶν Ἑλλήνων ὄντα, καὶ πρὸς ἐκεῖνον τὸν πόλεμον ἔργα θαυμαστὰ τόλμης καὶ δεινότητος ἀποδειξάμενον, ἴσα τῷ Τίτῳ κυδαίνοντες Ἀχαιοί, καὶ τιμῶντες ἐν τοῖς θεάτροις, ἐλύπουν ἐκεῖνον, οὐκ ἀξιοῦντα Ῥωμαίων ὑπάτῳ πρὸς πολεμοῦντι τὴν Ἑλλάδος, ἄνθρωπον Ἀρκάδα, μικρῶν καὶ ὁμόρων πολέμων στρατηγὸν, ὅμοια θαυμάζεσθαι παρ' αὐτοῖς. οὐμὲν ἀλλ' αὐτὸς ὁ Τίτος ὑπὲρ τούτων ἀπελογεῖτο, καταθέσθαι τὸν πόλεμον, ὡς ἐπιφανεστάτῳ κακῷ μεγάλῳ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ἀπολούμενον τὸν τύραννον. τὸν δ' Ἀχαιοὶ αὐτῷ πολλὰ πρὸς τιμὴν ψηφισαμένων, οὐδὲν ἐδόκει πρὸς τὰς εὐεργεσίας ἀξιοῦσθαι, πλὴν μιᾶς δωρεᾶς, ἣν ἐκεῖνος ὁτὶ πάντων ἠγάπησεν. ἦν δὴ τοιάδε· Ῥωμαίων οἱ δυστυχήσαντες ἐν τῷ πρὸς Ἀννίβαν πολέμῳ, πολλαχοῦ μὲν ὠνιοι γενόμενοι καὶ διεσπαρέντες ἐδούλευον· ἐν δὲ τῇ Ἑλλάδι χίλιοι καὶ διακόσιοι τὸ πλῆθος ἦσαν, ἀεὶ μὲν εἰκότως τὴν μεταβολῆς, τότε δὲ καὶ μᾶλλον, ὡς εἰκὸς, ἐντυγχάνοντες, οἱ μὲν υἱοῖς, οἱ δὲ ἀδελφοῖς, οἱ δὲ συνήθεσιν, ἐλευθέροις δοῦλοι, καὶ νικῶσιν αἰχμάλωτοι.

A à quibus ducebatur ad carcerem, causa pensionis quam pendebant inquilini, exemisset, atque illos qui eum duxerant accersiuisset iniuriarum, fama est liberis occurrentem Lycurgi dixisse, Egregiam profecto, pueri, gratiam patri vestro refero, quod omnes eum ob eius in me beneficium commendent. Quintio vero & Romanis ob eorum in Græcos merita non ad laudes modo relata gratia, sed ad fidem etiam apud omnes mortales & imperium est merito progressa. Neque enim accipiebantur modo imperatores eorum, sed & accersentes & euocantes illos, fidei se committebant eorum:
B neq; populi solum & ciuitates, sed & reges quoq; ab aliis violati regibus, decurrebant ad illorum præsidium. Vnde breui fortasse non sine diuina ope omnia iis paruere. At Quintius plurimum ipse ob liberatam Græciam gloriatus est. Nam quum Delphis clypeos argenteos & scutum suum dedicaret, inscripsit iis,

Dicite Io celeri, quibus est equitare voluptas,
Voce, Iouis soboles, dicite Tyndaridæ
Io, Lacedæmonii reges: nam munera dextra
Vobis summa Titus præstitit Aeneades:
Nam libertatem reparauit Graiugenarum,
Triste tyrannorum quæ tulit ante iugum.

C Donum etiam Apollini coronam auream tulit cum hac inscriptione,

Hanc tibi fulgentem dedit auro, phœbe, coronam,
Diuinum cupiens condecorare caput,
Aene adum ductor magnus: sed Apollo vicissim
Virtutis tribuas tu decus alme Tito.

Ita vrbi Corinthiorum delatum est, idem vt ibi beneficium bis Græcis sit declaratũ. Siquidem Quintius Corinthi tunc, & memoria nostra Nero iterum Corinthi, Isthmia item celebrans, Græcos liberos suis legibus iussit esse: ille (vt diximus) per præconem, Nero ipse pro tribunali in foro cõcionem ad populum habens. Cæterum hoc diu post.
D At Quintius pulcherrimum & iustissimum cum Nabide auspicatus bellum, teterrimo & immanissimo Lacedæmoniorum tyranno, in exitu Græciæ spem destituit. Cui in manu quum esset illum obterere, noluit: sed fœdus cum eo fecit, & Spartam indigna oppressam seruitute reliquit, vel veritus ne, si bellum duceretur, alius successor Roma missus gloriam sibi auferret, vel inuidia & æmulatione Philopomœnis honorum. Quem, quia cum in omnibus aliis summum inter Græcos imperatorem, tum ob eius eximia virtutis & consilii illo edita bello opera pariter ac Quintium Achæi extol-
E lebãt & decorabant in theatris, torquebant illum: qui indignã rem censebat, vt pari in honore ac cõsul Romanus pro Græcia propugnans, homo Arcas, minutorum & finitimorum dux bellorũ, apud eos esset. Verum ipse id Quintius excusauit, bellũ deposuisse se, vbi tyrannũ perspexit nonnisi cum grandi aliorum Spartiatarum pernicie periturum. At Achæi quanquam honores ei cumulate decreuerant, nulla re tamen assequi videbantur beneficia eius: nisi vno dono, quod omnibus ille prætulit, Id hoc fuit. Ciues Romani, quos belli Punici se-
F cundi perculerat clades, passim venundati & distracti in seruitute erant. Græcia mille & ducentos numero habebat, semper quidem ob fortunæ vices miserabiles, sed tunc haud immerito magis, quum alii liberis, fratribus alii, pars familiaribus, liberis serui, & victoribus occurrerent captiui.

Hos Quintius, quamuis illorum causa affligeretur, non extorsit dominis, sed Achæi eos quingentenis denariis in capita redemerunt, contractosque vnum in locum omnes paranti iam conscendere Quintio obtulerunt. Itaque ille decessit gaudio delibutus ob præclara facta, egregias remunerationes, magnoque viro & ciuium amante consequutus dignas. Quod profectò omnium ei videtur ornamentum extitisse in triumpho splendidissimum. quippe hi (vt moris est seruorum) quum manumissi sunt, rasi capitibus & pileati triumphantem sunt Quintium sequuti. Speciosius etiam spolia translata spectaculum præbuerunt, galeæ Græcæ, parmæ Macedonicæ & sarissæ. Iam pecuniæ non exiguus numerus fuit, vt memoriæ prodidit Itanus. In triumpho translata auri infecti pondo tria millia septingenta tredecim, argenti quadraginta tria millia pondo & ducenta LXX. Philippei aurei nummi quatuordecim millia quingenti quatuordecim. Ad hæc mille talenta, quæ Philippus debebat. Cæterum hęc populus Romanus post maximè Quintio authore & annitente condonauit Philippo, ac societatem cum eo iunxit, filiumque obsidem ei remisit. Postquam verò in Græciam Antiochus magna classe & exercitu traiecit, ciuitatesque solicitauit & concitauit Ætolorum ope qui iamdudum alieno & hostili in populum Romanum animo erant, & obtentum ei belli velamentumque præbebant Græcos liberandi, quibus nihil erat eo opus (quippe liberi erant) sed speciosioris inopia causa pulcherrimo titulo eum erudiebant vti: hic motum Græciæ maiorem in modum Romani, & nomen formidantes illius potentiæ, ducem belli consulem M. Attilium miserunt, & legatum Græcorum gratia Quintium. Eos partim conspectus eius ilicò confirmauit, partim incipientes ægrotare, vt si medicamentum iis in tempore dilueret, illorum in se refricans beneuolentiam inhibuit, & ne offenderent, retardauit. Pauci ei qui iamdudum præoccupati & semel fuerunt ab Ætolis impulsi, elapsi sunt: quos, quamuis incensus & exasperatus, post prælium tamen tutatus est. Siquidem Antiochus ad Thermopylas fusus fugatusque, properè se recepit classe in Asiam. At consul Attilius Ætolos alios circumsedit, alios regi Philippo concessit subiugare. Quum agerentur ferrenturque à Macedone, hinc Dolopes & Magnetes, hinc Athamani & Aperanti, ipse autem Attilius Heracleam excidisset, Naupactum quam Ætoli tenebant, obsideret, miseratus Quintius Græcos, transmisit ex Peloponneso ad consulem. Ac primùm increpauit eum quòd victor Philippum sineret belli præmia rapere, & iræ indulgens, dum non paucæ gentes & reges à Macedonibus in ditionem redigerentur, ad vnam desideret ciuitatem. Deinde obsessis, vt ex muro Quintium conspexerunt, implorantibus opem eius, & manus tendentibus, precantibusque, nullo in præsentia dato responso, conuertit se & lacrymabundus digressus est. Post egit cum Attilio, lenitaque eius indignatione, impetrauit Ætolis inducias & spatium, quo missis Romam legatis conditiones leuiores peterent.

A τούτοις ὁ μὲν Τίτος οὐκ ἀφείλετο τῶν κεκτημένων, καίπερ ἀπιώμενος ἐπ' αὐτοῖς· οἱ δὲ Ἀχαιοί, λυτρωσάμενοι πέντε μνᾶς ἕκαστον ἄνδρα, καὶ συναγαγόντες εἰς ταὐτὸ πάντας, ἤδη τῷ πλοῖῳ ὄντι τῷ Τίτῳ παρέδωκαν· ὥστε αὐτὸν ἀφεαινόμενον ἀπαλλεῖν, ἀπὸ καλῶν ἔργων καλὰς ἀμοιβὰς καὶ πρεπούσας ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ φιλοπολίτῃ κεκοσμημένον. ὃ δὴ δοκεῖ τοῖς τ' θριάμβοις αὐτῷ πάντων ἐπιφέρειν λαμπρότατον. οἱ γὰρ ἄνδρες οὗτοι, καθάπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς οἰκέταις, ὅταν ἐλευθερωθῶσιν, ξυρεσθαί τε τὰς κεφαλὰς, καὶ πίλια φορεῖν, ταῦτα δράσαντες αὐτοὶ θριαμβεύουσι τῷ Τίτῳ παρείποντο. καλλίω δὲ καὶ τὰ λάφυρα πομπεύόμενα παρεῖχεν ὄψιν, Ἑλληνικὰ κράνη, καὶ πέλται Μακεδονικαὶ καὶ σάρισαι. τό, τε τῶν χρημάτων πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἦν· ὡς ἀναγράφουσιν οἱ περὶ τὸν Ἴτανον, ἐν τῷ θριάμβῳ κομισθῆναι χρυσίου μὲν συγκεχωνευμένου λίβας τετρακισχιλίας ἑπτακοσίας δέκα τρεῖς, ἀργύρου δὲ, τετρακισμυρίας τετρακισχιλίας ἑξακοσίας ἑβδομήκοντα, φιλιππείους δὲ χρυσοῦς μυρίους τετρακισχιλίους πεντακοσίους δεκατέσσαρας. χρεὼν δὲ τούτων, τὰ χίλια τάλαντα ἃ Φίλιππος ὤφειλε. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐπείσθησαν Ῥωμαῖοι, μάλιστα τοῦ Τίτου συμπροθυμουμένου, ἀφεῖναι τῷ Φιλίππῳ, καὶ σύμμαχον ἐψηφίσαντο, καὶ τὸν υἱὸν ἀπήλλαξαν αὐτῷ τῆς ὁμηρείας. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀντίοχος εἰς τὴν Ἑλλάδα ναυσὶ πολλαῖς καὶ στρατῷ πεζῷ ἐπεραιώθη, ἀφίστη τὰς πόλεις καὶ διεταράττεν, Αἰτωλῶν αὐτῷ συνεπιλαμβανομένων, καὶ πάλαι διακειμένων πρὸς τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἐχθρῶς καὶ πολεμικῶς, ὑποθέσιν τοῦ πολέμου καὶ προφάσιν διδόντων, ἐλευθεροῦν τοὺς Ἕλληνας, οὐδὲν δεομένους (ἐλεύθεροι γὰρ ἦσαν) ἀλλ' ὑπερεπεφέρας αἰτίας ἀπορία, τῷ καλλίστῳ τῶν ὀνομάτων χρῆσθαι διδασκόντων· καὶ σφόδρα δείσαντες οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἀπάτην, καὶ δόξαν αὐτὸ τῆς δυνάμεως, στρατηγὸν μὲν ὕπατον τὸ πολέμου Μάνιον Ἀκίλιον κατέπεμψαν, πρεσβευτὴν δ' Τίτον, πρὸς τὸ Ἕλληνας, ὧν τοὺς μὲν βίους ὀφθεὶς ἐποίησε βεβαιοτέρους, τοὺς δὲ ἀρχομένους νοσεῖν, ὥσπερ τις ἐν καιρῷ φάρμακον ἐνδιδοὺς τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν, ἔρρωσεν, καὶ διεκώλυσεν ἐξαμαρτεῖν· ὀλίγοι δὲ αὐτὸν ἐξέφυγον ἤδη πρὸς κατειλημμένοι καὶ διεφθαρμένοι πανταπάσιν ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, οὓς καίπερ ὀργισθεὶς καὶ παροξυνθεὶς, ὅμως μετὰ τὴν μάχην οὐδὲν ἐποίησεν. Ἀντίοχος γὰρ ἡττηθεὶς ἐν Θερμοπύλαις, καὶ φυγὼν, εὐθὺς εἰς Ἀσίαν ἀπέπλευσεν. Μάνιος δ', ὁ ὕπατος, τοὺς μὲν αὐτὸς ὑπεὶ τῶν Αἰτωλῶν ἐπολιόρκει, τοὺς δ' τῷ βασιλεῖ Φιλίππῳ συνεχώρησεν ἐξαιρεῖν. ἀγομένων δ' καὶ φερομένων ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος, τοῦτο μὲν, Δολόπων καὶ Μαγνήτων, τοῦτο δ', Ἀθαμάνων καὶ Ἀπεραντῶν, αὐτὸς δ' τὴν Μανίου τὴν μὲν Ἡρακλείαν ἐξεπεπορθηκότος, τὴν δ' Ναύπακτον Αἰτωλῶν ἐχόντων πολιορκοῦντος, οἰκτείρων τοὺς Ἕλληνας ὁ Τίτος, διέπλευσεν ἐκ Πελοποννήσου πρὸς τὸν ὕπατον· καὶ πρῶτον μὲν ἐπετίμησεν, εἰ νενικηκὼς αὐτὸς τὰ ἔπαθλα τοῦ πολέμου, Φίλιππον ἐᾷ φέρεσθαι, καὶ τειδόμενος πρὸς μιᾷ πόλει κάθηται δι' ὀργὴν, ἔθνη δὲ οὐκ ὀλίγα καὶ βασιλεῖς Μακεδόνες ἀγεσθαι. ἔπειτα τῶν πολιορκουμένων, ὡς εἶδον αὐτὸν, ἀπὸ τοῦ τείχους ἀναβοώντων, καὶ χεῖρας ὀρεγόντων, καὶ δεομένων, τότε μὲν οὐδὲν εἰπὼν, ἀλλὰ στραφεὶς καὶ δακρύσας ἀπῆλθεν, ὕστερον δὲ παραλεχθεὶς τῷ Μανίῳ, καὶ καταπαύσας τὸν θυμὸν αὐτοῦ, διεπρέσβευσε τοῖς Αἰτωλοῖς ἀνοχὰς διδόναι καὶ χρόνον, ἐν ᾧ πρεσβεύσαντες εἰς Ῥώμην μετείου τινὸς τυχεῖν ἀξιώσουσιν.

πλεῖστον ὑπ' ἀγῶνα καὶ πόνον αὐτῷ παρεῖχεν αἱ περὶ Χαλκιδέων
δεήσεις πρὸς τὸν Μάνιον, ὑπ' ὀργῆς γεγενότων διὰ τὸν γάμον ὃν
παρ' αὐτῷ ἔγημεν Ἀντίοχος, ἤδη τοῦ πολέμου συνεστῶτος,
οὐ κατ' ὥραν, οὐδὲ καιρόν, ἀλλ' ἐρασθείς, αἰὴρ πρεσβύτε-
ρος, κόρης θυγάτηρ μὲν οὖσα Κλεοπτολέμου, κάλλει δὲ λέγε-
ται παρθένων διαφέρειν. τοῦτο τοὺς Χαλκιδεῖς ἐποίησεν βασιλίσαι
προθυμοτέρους, καὶ τὴν πόλιν αὐτῷ πρὸς τὸν πόλεμον ὁρμητήριον
παρασχεῖν. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὡς τάχιστα μετὰ τοῦ μάχου φεύ-
γων, προσέμιξε τῇ Χαλκίδι· τοῦ δὲ κόρου ἀναλαβὼν, καὶ τὰ
χρήματα καὶ τοὺς φίλους, εἰς Ἀσίαν ἀπέπλευσεν. τὸν δὲ Μάνιον
ἰδὼν ὀπίσω τοὺς Χαλκιδεῖς σὺν ὀργῇ πορευόμενον, ὁ Τίτος πα-
ρακολουθῶν ἐμάλαττε καὶ παρῃτεῖτο, καὶ τέλος ἔπεισεν καὶ κατε-
πραΰνεν, αὐτός τε καὶ τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων δεόμενος. οὕτω
διασωθέντες οἱ Χαλκιδεῖς τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν παρ'
αὐτοῖς ἀναθημάτων τῷ Τίτῳ καθιέρωσαν, ὧν ὀπίσω γράφας
" ὅτι τοιαύτας ἄγει νῦν ὁραῖ, Ὁ δῆμος Τίτῳ καὶ Ἡρακλεῖ τὸ
" γυμνάσιον. ἑτέρωθι δὲ πάλιν, Ὁ δῆμος Τίτῳ καὶ Ἀπόλλω-
" νι τὸ δελφίνιον. ἔτι δὲ καὶ καθ' ἡμᾶς ἱερὰς χειροποιητὸς ἀπε-
δείκνυτο Τίτου. καὶ θύσαντες αὐτῷ, τῶν ποιητῶν γνωρίμων,
ᾄδουσι παιᾶνα πεποιημένον· οὗ τἄλλα μὲν μῆκος ἡμεῖς
παρέντες, ἀνεγράψαμεν ἀπαυόμενοι τῆς ᾠδῆς λέγουσι·
" Πίστιν δὲ Ῥωμαίων σέβομεν, τὸν μεγαλοκράτορα ὅρκοις
" φυλάσσειν. μέλπετε κοῦραι Ζεῦ μέγα, Ῥώμαν τε, Τί-
" τον τε ἅμα, Ῥωμαίων τε πίστιν. ἰήιε, παιάν, ὦ Τίτε σῶτερ. ἦσαν
δὲ καὶ πρὸς τῶν Ἑλλήνων τιμαὶ πρέπουσαι. καὶ γὰρ τὰς
τιμὰς ἀληθινὰς ποιοῦν, οὐδὲν θαυμαστὸν, δι' ὑπεικείας ἤδεις. καὶ γὰρ εἴ τισιν ἐκ πραγμάτων ἢ φιλοτιμίας ἔνεκα,
(καθάπερ Φιλοποίμενι, καὶ πάλιν Διοφάνει στρατηγοῦντι τῶν
Ἀχαιῶν) προσέκρουσεν, οὐκ ἐπὶ βαρὺς οὐδὲ εἰς ἔργα δεινὸς
ὁ θυμὸς, ἀλλ' ἐν λόγῳ παρρησίαν τινὰ πολιτικὴν ἔχων
παρόμοιος. πικρὸς μὲν οὖν οὐδενὶ, πολλοῖς δὲ ὀξὺς ἐδόκει, καὶ κοῦφος εἶναι τὴν φύσιν· ἄλλως δὲ συγγενέσθαι πρᾴ-
των ἥδιστος. καὶ εἰπεῖν ὑπὸ χαρᾶς μετὰ δεινότητος. Ἀχαιοῖς μὲν
γὰρ σφετερίζομένοις τὴν Ζακυνθίων νῆσον ἀποτρέπων, ἔφη
κινδυνεύσειν, αὐ, ὥσπερ αἱ χελῶναι, πορρωτέρω τὴν κεφαλὴν
τῆς Πελοποννήσου προτείνοντες. Φιλίππου δὲ, ὁπλοῖκα πρὸς
σπονδῶν καὶ εἰρήνης τὸ πρῶτον εἰς λόγους συμμίσαι, εἰπόν-
τος μετὰ πολλῶν ἥκειν ἐκεῖνον, αὐτὸν δὲ μόνον, ὑπολαβὼν
" ὁ Τίτος, Σαυτὸν γὰρ (ἔφη) μόνον ἐποίησας, ἀποκτείνας τοὺς
φίλους καὶ συγγενεῖς. ἐπεὶ δὲ Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος ἐν
Ῥώμῃ παρὰ πότον μεθυσθεὶς ὠρχήσατο, λαβὼν ἱμάτιον γυ-
ναικεῖον, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τὸν Τίτον ἠξίου βοηθεῖν αὐτῷ παρανο-
ουμένῳ τὸν Μεσσήνιον ἀφιστάναι τῶν Ἀχαιῶν· ταῦτα μὲν
ἔφη σκέψεσθαι· θαυμάζειν δὲ ἐκεῖνον, εἰ τηλικαῦτα ὑπεκχειρηκὼς πράξεσιν, ὀρχεῖσθαι δύναται παρὰ πότον καὶ ᾄδειν. πρὸς δὲ τοὺς Ἀχαιοὺς τῶν παρὰ Ἀντιόχου πρέσβεων πλῆθος τῆς βασιλικῆς στρατιᾶς καταλεγόντων, καὶ καταειθμουμένων πολλὰς πρεσπηγείας, ὁ Τίτος ἔφη, δειπνοῦντος αὐτοῦ παρὰ τῷ ξένῳ, καὶ μεμφομένου τὸ πλῆθος τῶν κρεῶν, καὶ θαυμάζοντος πόθεν οὕτω ποικίλης ἀγρᾶς ὑπόρησεν, εἰπεῖν τὸν ξένον ὡς ὕεια πάντα ἐστὶν, τῇ σκευασίᾳ διαφέροντα καὶ τοῖς ἡδύσμασιν. Μὴ τοίνυν (ἔφη) μη-
" δὲ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀχαιοὶ, θαυμάζετε τὴν Ἀντιόχου δύ-
" ναμιν, λογχοφόρους καὶ ξυστοφόρους καὶ πεζεταίρους ἀκούον-
" τες· πάντες γὰρ οὗτοι, Σύροι εἰσὶν, ὁπλαείοις διαφέροντες.

A Verùm plurimum ei contentionis & ſudoris preces præbuerunt pro Chalcidenſibus, quibus infeſtus Attilius erat propter nuptias quas apud eos bello iam commiſſo celebrauerat Antiochus, parum pro ætate vel in tempore, ſed amore captus grandæuus puellæ. Filia ea erat Cleoptolemi, forma (vt fama eſt) inter virgines venuſtiſſima. Id in cauſa erat vt Chalcidenſes ſtudioſiſſimè cum rege facerent, vrbemque ei darent belli ſedem. Ille quam ocyſſimè à conflictu fugiens Chalcidem contendit, ablataque puella & pecunia & amicis, in Aſiam diſceſſit. Attilium verò ſtatim in
B Chalcidenſes infeſtum pergentem comitans deliniuit & deprecatus Quintius eſt, tandemque in ſententiam ſuam adduxit & placauit: precibus apud illum, & eos qui erant ſenatorii ordinis, eniſus. Chalcidenſes hoc modo conſeruati, Quintio dedicauerunt pulcherrima & maxima vrbis ſuæ ornamenta, quorum hoc æuo quoque titulos cernas huiuſcemodi: Populus Tito & Herculi gymnaſium. Et alibi, Populus Tito & Apollini Delphinion. Creatur etiam hac memoria ſacerdos Quintii ſuffragiis, atque hoſtia ei immolata, vbi libatum eſt, canunt carmen compoſitum, cuius
C relicta reliqua parte, quæ dicunt in fine cantilenæ referemus,

Illam fidem verò colimus Romulidum niueam
Iurati ſanctam. Dicite cælorum dominum
Muſæ Romam, Titum quoque,
Romanam fidem ſimul. O Tite, Io Pæan dominator.

Delati fuerunt etiam à Græcis omnibus meriti honores: & quæ non fictos honores efficiebat, mirifica ex morum eius lenitate beneuolentia. Etenim ſi in quos negotiorum cauſa vel ambitionis, vt in Philopœmenem & Diophanem inde Achæorum prętorem fuit concitatior, non fuit
D atrox neque in facta exarſit ira eius, ſed quum in diſputationibus expoſtulaſſet cum iis ciuiliter, expirauit. Itaque acerbus habitus eſt nemini, ſed præceps in iram & leuis natura multis: cætera in conſuetudine omnium blandiſſimus, & in dicendo cum acrimonia lepidus. Achæos enim Zacynthiorum inſulam vendicantes deterrens, obnoxios fore ipſos ait periculo, ſi teſtudinum more extra Peloponneſum caput exererent. Philippus quum de fœdere & induciis primum congreſſum haberent, multis comitatum ait ipſum venire, ſe verò ſolum. Ibi occurrens Quintius, Nempe te
E ipſe (inquit) ſolum reddidiſti, qui amicos & propinquos necaſti. Quum Meſſenius Dinocrates in conuiuio Romæ temulentus in muliebri ſtola ſaltaſſet, & rogaret poſtero die Quintium vt molienti ſibi Meſſenen eximere concilio Achæorum aſſiſteret. Id mecum (inquit) penſabo: miror verò te, qui tantas machineris res, ſaltare inter pocula & cantare poſſe. Ad Achæos, quum legati Antiochi copiarum regiarum numerum recenſerent, iactarentque diuerſa earum vocabula, Quintius ait, quum apud hoſpitem ſuum cœnaret, & copiam reprehenderet ferculorum, ſtupe-
F retque vnde tam variam venationem comparaſſet, reſpondiſſe hoſpitem, omnia ex manſueta ſue facta, paratu tantũ & condituris diſcrepantia. Nolite ergò (infit) nec vos Achæi copias mirari Antiochi, quum haſtatos, ſpeculatores, & ſatellites auditis: nam omnes hi Syri ſunt armatu differentes,

Post has res in Græcia gestas & bellum Antiochi censor est creatus. Est is summus magistratus & reipublicæ gerendæ quasi culmen. Collegam habuit Marcelli, qui consul quinquies fuit, filium. Senatu mouerunt quatuor non admodum illustres. Censuerunt omnes qui ciues se profitebantur, si ex ingenuis parentibus essent. Coacti id fuere à tribuno plebis Terentio Leone, qui obtrectans optimatibus, populum ad id scisendum induxit. Ex clarissimis suæ ætatis & summis in ciuitate viris, inter quos simultas erat, Scipione Africano & M. Catone, illum principem senatus legit vt optimum & primum virum: cum Catone suscepit inimicitias ex calamitate huiuscemodi: Frater T. Quinctio erat L. Quintius Flaminius, neque cætera illius ingenium repræsentans, & in libidinibus per quam fœdus & securissimus decori. Huic consuetudo erat cum puero quem adamabat, eumque in expeditiones abducebat secum, ac dum administraret prouinciam, perpetuo in contubernio suo habebat. Is epulante Lucio aliquando, quum per lasciuiam cauillaretur, adeo ait se ardenter amare eum, vt spectaculum gladiatorum reliquerit, quum nunquam hominem spectasset iugulari, obsequium in illum suum suæ voluptati anteferens. Lætus Lucius, Nihil, inquit, incommodi est: nam facile ego cupiditati tuæ medebor. Mox vnum ex damnatis attrahi ex carcere iussit, accitoque lictori inter epulas imperauit vt eum obtruncaret. Valerius Antias non puero adamato indulsisse id Lucium, sed mulieri autor est. T. Liuius in ipsius Catonis oratione scriptum refert, Gallum transfugam cum liberis & coniuge ad fores stantem & introductum in conuiuium à Lucio in scorti gratiam propria manu occisum. Cæterum hoc à Catone verisimile est exaggerandi causa in accusatione dictum. At non fuisse transfugam, sed vinctum illum qui interfectus fuit, atque ex damnatis, cum alii multi, tum Cicero orator in libro De senectute, vbi ipsum inducit Catonem loquentem, narrat. Ea de causa in censura sua Cato, quum senatum recenseret, senatu mouit Lucium consularem virum. Et per eum labes imponi fratri visa est. Quapropter in concionem progressi sordidati & lacrymantes equum petere à populo existimati sunt, vt notam Cato & rationem expromeret, quamobrem illustri familiæ tantam inussisset maculã. Nec Cato quicquam dubitauit, sed processit, ac consistens cum collega pro rostris rogauit T. Quintium, ecquid conuiuiũ illud nosset. Abnuente illo, quum id exposuisset, sponsione Luciũ prouocauit, ni vera narrasset. Obmutescente Lucio, comprobauit populus notam Catonis, eumq; ex rostris magnifice domum deduxit. At Titus calamitate fratris cruciatus, conspirauit cum veteribus æmulis Catonis, omnesq; illius locationes vectigalium & operum publicorum redempturæq; in senatu obtinuit vt inducerentur & rescinderentur. Multas etiam & graues instruxit ei accusationes: verum haud scio quam recte atque ordine aduersus iustum magistratum & ciuem optimum, pro homine coniuncto quidem, sed indigno & iure notato, inimicitiam susceperit capitalem.

A μετὰ δὲ τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις, καὶ τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον, ἀπεδείχθη τιμητής. ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ μεγίστη, καὶ τέλος τινὰ τῆς πολιτείας ἐπιτελείωσις. καὶ συνῆρχεν μὲν αὐτῷ Μαρκέλλου τοῦ πεντάκις ὑπατεύσαντος υἱός· ἐξέβαλον δ' τῆς βουλῆς τῶν οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν τέσσαρας· προσεδέξαντο δὲ πολίτας ἀπογραφομένους, πολίτας ὅσοι γονέων ἐλευθέρων ἦσαν, ἀναγκασθέντες ὑπὸ τοῦ δημάρχου Τερεντίου Λέωνος, ὃς ἐπηρεάζων τοῖς ἀριστοκρατικοῖς, ἔπεισε τὸν δῆμον ταῦτα ψηφίσασθαι. τῶν δ' γνωριμωτάτων κατ' αὐτὸν ἀνδρῶν καὶ μεγίστων ἐν τῇ πόλει διαφερομένων πρὸς ἀλλήλους, Ἀφρικανοῦ Σκιπίωνος, καὶ Μάρκου Κάτωνος, τὸν μὲν προσέγραψε τῆς βουλῆς, ὡς ἄριστον ἀνδρα καὶ πρῶτον· Κάτων δὲ εἰς ἔχθραν ἦλθεν, συμφορᾷ τοιαύτῃ χρησάμενος. ἀδελφὸς τῷ Τίτῳ Λεύκιος Φλαμίνιος, οὔτε τὰ ἄλλα προσοικὼς ἐκείνῳ τὴν φύσιν, ἔν τε τῇ ἡδονᾷ ἀνελεύθερος δεινῶς, καὶ ὀλιγωρότατος τοῦ πρέποντος. τούτῳ συνῴκει μειρακίσκος ἐρώμενος, ὃν καὶ στρατιᾶς ἄρχων ἐπήγετο, καὶ διέπων ἐπαρχίας εἶχεν ἀεὶ παρ' αὐτόν. ἐν δείπνῳ ποτῷ τινι, θρυπτόμενος πρὸς τὸν Λεύκιον, ὅτως ἔφη σφόδρα φιλεῖν αὐτὸν ὥστε θέαν μονο-
C μάχων ἀπολιπεῖν, οὔπω γεγονὼς ἀνθρώπου φονευομένου θεατής, ὃ πρὸς ἐκεῖνον ἡδὺ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐν πλείοσι λόγοις θέλγων. ὁ δὲ Λεύκιος ἡσθείς, Οὐδὲν (ἔφη) δεινόν· ἰάσομαί σου τὴν ἐπιθυμίαν. καὶ κελεύσας ἕνα τῶν καταδίκων ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου παραχθῆναι, καὶ τὸν ὑπηρέτην μεταπεμψάμενος ἐν τῷ συμποσίῳ, προσέταξεν ἀποκόψαι τοῦ ἀνθρώπου τὸν βάχηλον. Οὐαλέριος δ' Ἀντίας οὐκ ἐρωμένῳ φησὶν ἀλλ' ἐρωμένῃ τοῦτο χαρίσασθαι τὸν Λεύκιον. ὁ δὲ Λίβιος ἐν λόγῳ ὃ Κάτων αὐτὸ γεγράφθαι φησὶν, ὡς Γαλάτην αὐτόμολον ἐλθόντα μετὰ παίδων καὶ γυναικὸς ἐπὶ
D τῶν θύρας, δεξάμενος εἰς τὸ συμπόσιον ὁ Λεύκιος, ἀπέκτεινεν ἰδίᾳ χειρὶ, τῷ ἐρωμένῳ χαριζόμενος. τοῦτο μὲν οὖν εἰκὸς εἰς δεινῶσιν εἰρῆσθαι τῆς κατηγορίας ὑπὸ τοῦ Κάτωνος. ὅτι δ' οὐκ αὐτόμολος ἦν, ἀλλὰ δεσμώτης, ὁ ἀναιρεθεὶς, καὶ ἐκ τῶν καταδίκων, ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Κικέρων ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ περὶ γήρως, αὐτῷ Κάτωνι τῷ διηγήσει δυνάμενος, εἴρηκεν ἐπὶ τούτῳ, Κάτων τιμητὴς γενόμενος, καὶ καθαίρων τὴν συγκλητον, ἀπήλασεν τῆς βουλῆς τὸν Λεύκιον· ὑπατικοῦ μὲν ἀξιώματος ὄντα, συνατιμοῦσθαι δ' τοῦ ἀδελφοῦ δοκοῦντος αὐτῷ. διὸ καὶ προσελθόντες εἰς τὸν δῆμον ἀμφότεροι τα-
E πεινοὶ καὶ δεδακρυμένοι, μέτεια δεῖσθαι τῶν πολιτῶν ἐδόκουν, ἀξιοῦντες αἰτίαν εἰπεῖν τὸν Κάτωνα καὶ λόγον ὧν χρησάμενος, οἶκον ἔνδοξον ἀτιμίᾳ τοσαύτῃ περιβέβληκεν. δὲν οὖν ὑποφειλόμενος ὁ Κάτων προῆλθεν, καὶ καταστὰς μετὰ τοῦ συνάρχοντος, ἠρώτησε τὸν Τίτον εἰ γινώσκοι τὸ συμπόσιον ἀγνουμένου δ' ἐκείνου, διηγησάμενος, εἰς ὁρκωμὸν προσεκαλεῖτο τὸν Λεύκιον, εἴτι φησὶ τῶν εἰρημένων μὴ ἀληθὲς εἶη. τοῦ δὲ Λεύκιου σιωπήσαντος, ὁ μὲν δῆμος ἔγνω δικαίαν γεγενέναι τὴν ἀτιμίαν, καὶ τὸν Κάτωνα προέπεμψε λαμπρὸς ἀπὸ τοῦ βήματος· ὁ δὲ Τίτος τῇ συμφο-
F ρᾷ τοῦ ἀδελφοῦ προσπαθῶν, συνέστη μετὰ τῶν πάλαι μισούντων τὸν Κάτωνα, καὶ πάσας μὲν ἃς ἐκεῖνος ἐποιήσατο τῶν δημοσίων ἐκδόσεις καὶ μισθώσεις καὶ ὠνὰς ἠκύρωσεν καὶ ἀνέλυσεν ἐν τῇ βουλῇ κρατήσας· πολλὰς δὲ καὶ μεγάλας δίκας κατ' αὐτοῦ παρεσκεύασεν, οὐκ οἶδ' ὅπως, οὐ καὶ πολιτικῶς· καὶ πρὸς ἄρχοντα νόμιμον καὶ πολίτην ἄριστον, ὑπὲρ ἀνδρὸς οἰκείου μὲν, ἀναξίου δ', καὶ τὰ πρόσηκοντα πεπονθότος, ἀπήχθειαν ἔχθρᾳ δραμοῦς.

οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦ Ῥωμαίων ποτὲ δήμου θέαν ἔχοντος ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τῆς βουλῆς, ὥσπερ εἴωθεν, κόσμῳ τεθορυβημένης, ὀφθεὶς ὁ Λούκιος ἐφ' ἑκάτοις ποιοῦν καθήμενος ἀτίμως καὶ ταπεινῶς, οἶκτον ἔχεν· καὶ ὁ πλῆθος οὐκ ἠνέσχετο τὴν ὄψιν, ἀλλ' ἐβόων μεταβιβάσαι κελεύοντες, ἕως μετέβη, δεξαμένων αὐτὸν εἰς ἑαυτοὺς τῶν ὑπατικῶν. Ὁ δ' οὖν φύσει τοῦ Τίτου φιλότιμον, ἄχρι μὲν ἱκανῶν εἶχεν ὕλην τοῖς εἰρημένοις πολέμοις ἀφατείβοντος εὐδοκιμεῖ· (καὶ γὰρ ἐχιλιάρχησεν αὖθις μετὰ τὴν ὑπατείαν, οὐδενὸς ἐπείγοντος) ἀπαλλαγεὶς δὲ τοῦ ἄρχειν, καὶ πρεσβύτερος ὤν, ἠλέγχετο μᾶλλον ἐν οἷς ἔχοντι πράξεις ἐπὶ τῷ λοιπῷ βίῳ ἀπαιτοῦντι τὰς τῆς δόξης, καὶ νεανίζοντι τῷ πάθει, κατέχειν ἑαυτὸν οὐ δυνάμενος· τοιαύτῃ γὰρ τινι καὶ τῇ τοῦ Ἀννίβου φορᾷ ἐδόκει πράξας, ἐπαθῆς γενέσθαι τοῖς πολλοῖς. Ὁ γὰρ Ἀννίβας, οἴκοθεν μὲν ἐκ Καρχηδόνος ὑποεκδρᾶς, Ἀντίοχῳ συνῆν· ἐκείνου δὲ μετὰ τὴν ἐν Φρυγίᾳ μάχην, εἰρήνης ἀγαπητῶς τυχόντος, αὖθις φυγὼν καὶ πλανηθεὶς πολλὰ τέλος ἐν τῇ Βιθυνίᾳ κατέστη, Περουσίαν θεραπεύων· οὐδενὸς Ῥωμαίων ἀγνοοῦντος, ἀλλὰ παρορώντων ἀπηρτῶν δι' ἀσθένειαν καὶ γῆρας, ὥσπερ ἐρριμμένον ὑπὸ τῆς τύχης. Τίτος δὲ πρεσβυτὴς, δι' ἑτέρας δή τινας πράξεις ὑπὸ τῆς βουλῆς πρὸς τὸν Περουσίαν ἀφικόμενος, καὶ τὸν Ἀννίβαν ἰδὼν αὐτόθι διαιτώμενον, ἠγωνάκτησεν εἰ ζῇ, καὶ πολλὰ τοῦ Περουσίου δεομένου καὶ λιπαρούντες ὑπὲρ αὐδρὸς ἱκέτου καὶ συνήθους, οὐ παρεῖχεν. Χρησμοῦ δέ τινος (ὡς ἔοικε) παλαιοῦ πρὸς τῆς Ἀννίβου τελευτῆς οὕτως ἔχοντος, Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας· ὁ μὲν ἄρα Λιβύσσαν ὑπενόει καὶ τὰς ἐν Καρχηδόνι ταφὰς, ὡς ἐκεῖ καταβιωσόμενος· ἐν δὲ Βιθυνίᾳ τόπος ἐστὶν ἐνοίκησις ἀπὸ θαλάσσης, καὶ πρὸς αὐτῇ κώμη τις οὐ μεγάλη, Λίβυσσα καλεῖται. πρὸς ταύτῃ ἔτυχεν ἀφατείβων Ἀννίβας· ἀεὶ δὲ ἀπιστῶν τῇ τοῦ Περουσίου μαλακίᾳ, καὶ φοβούμενος τοὺς Ῥωμαίους, τῷ οἰκίδιον ἔπι πρότερον ὀξόδοις ἐπὶ καταγείοις συντετρημένῳ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ διαίτης εἶχεν, ἄλλου κατ' ἄλλο τῶν ὑπονόμων, πόρρω δὲ πάντων ἀδήλως ἐκφερόντων. ὡς οὖν ἤκουσε τότε τὸ πρόσταγμα τοῦ Τίτου, φεύγειν μὲν ὥρμησεν ἀφ' τῶν ὑπονόμων, ἐντυχὼν δὲ φυλακῇ βασιλικῇ, ἔγνω δι' αὐτοῦ τελευτᾶν. ἔνιοι μὲν οὖν λέγουσιν ὡς ἱμάτιον ὑπὸ τραχήλῳ περιβαλὼν, καὶ κελεύσας οἰκέτῃ ὁπιθεν ἐρείσαντα χρῆσθαι τοῦ ἱματίου τόνῳ, καὶ σφοδρὰς ἀνακλάσαντα, συντεῖναι καὶ περιστρέψαι, μέχρι οὗ ἐκθλίψας τὸ πνεῦμα, διεφθείρειεν αὐτόν. ἔνιοι δὲ, μιμησάμενον Θεμιστοκλέα καὶ Μίδαν, αἷμα ταύρειον πιεῖν. Λίβιος δὲ φησιν φάρμακον ἔχοντα κεφάσαι, καὶ τὸ κύλικα δεξάμενον, εἰπεῖν, » Ἀναπαύσωμεν ἤδη ποτὲ τὸν πολλὸν φροντίδα Ῥωμαίων, » οἱ μακρὸν ἠνήσαντο καὶ βαρὺ, μισουμένου γέροντος » αἰαμεῖναι θάνατον. οὐ μὴν οὐδὲ Τίτος ἀξιοζήλωτον ἀποίσεται νίκην, οὐδὲ τῶν προγόνων ἀξίαν, οἱ Πύρρῳ πολεμοῦντι καὶ κρατοῦντι, τὸν μέλλουσαν ὑποπέμψαντες κατεμίσουν φαρμακείαν. οὕτω μὴν τὸν Ἀννίβαν ἀποθανεῖν λέγουσιν. ἀπαγγελθόντων δὲ τούτων πρὸς τὴν σύγκλητον, οὐκ ὀλίγοις ἐπαχθὴς ἔδοξεν ὁ Τίτος, καὶ πρεπὸς ἄγαν καὶ ὠμὸς, ὥσπερ ὄρνιν ὑπὸ γήρως ἀπτῆνα καὶ κόλουρον, ἀφειμένον ζῆν χειρωθῆναι τὸν Ἀννίβαν, ἀποκτείνας, οὐδενὸς ἐπείγοντος, ἀλλὰ δόξαν, ὡς ἐπώνυμος τοῦ θανάτου γένοιτο. καὶ τὸν Ἀφρικανοῦ Σκιπίωνος ἐκπλήξαντες πραότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, ἔτι μᾶλλον ἐθαύμαζον· ὃς ἀήττητον ὄντα καὶ φοβερὸν ἐν Λιβύῃ καταπολεμήσας Ἀννίβαν,

A Post tamen quum ludos populus in theatro spectaret, & consideret senatus de more loco honorato, conspectus Lucius abiecte & demisse inter infimos sedens, mouit commiserationem: neque eam speciem plebs sustinuit, sed clamore iussit vt transiret, quoad transiit ad recipientes ipsum apud se consulares. Porro natiua Quintii ambitio, dum satis materiæ habuit, in ante dictis bellis versantis commendata fuit. Nam tribunus militum iterum à consulatu nemine vrgente fuit. Decursis vero honorib. & ætate grauior culpatus magis est quod per reliquum vitæ, quod vacare iam debebat negotiis, prægestiente gloriæ cupiditate atq; iuueniliter se iactante imperare non valeret sibi. Tali enim impulsus vento Annibalem est persequutus, multosq; videtur eam ob causam offendisse. Annibal enim patria profugus apud Antiochum agebat. Qui quum post prælium in Phrygia commissum, cupide pacem amplexus esset, post longam alteram fugam & errorem in Bithynia, tandem consedit apud Prusiã, nullo inscio Romano, sed omnibus eũ propter incisos neruos & seniũ, sicut à fortuna abiectũ despicientib. Quintius vero legib. aliis de causis ad Prusiã à senatu missus, quũ Annibalẽ agentẽ illic vidisset, fremuit quod viueret, neq; Prusiæ ipsũ multũ pro supplice & familiari oranti & obsecranti concessit. Oraculum autem (vt videtur) vetus de Annibalis exitu fuit. id sic habet,

Libyssa corpus Annibal teget tuum.

Hic vero Africam suspicabatur, & sepulturã Carthagine, quasi vitam illic transacturus. Est autem locus Bithyniæ fabulosus iuxta mare, nec procul exiguus vicus, Libyssa dicitur: ibi forte agebat Annibal. Qui quod Prusiæ semper suspectam mollitiem haberet, & horreret Romanos, septem exitibus subterraneis iam ante domum ex tabernaculo suo aperuerat, alio aliis cuniculis, omnibus procul tamen occulte se efferentibus. Vt igitur præceptum Quintii accepit, tentauit per cuniculos fugam: verum quum in custodias regni incidisset, statuit mortem sibi ipse consciscere. Nonnulli referunt pallio eum collum obuoluisse, iussisseq; seruo vt infixo clunibus genu valideq; impresso stringeret id, & contorqueret quoad eliso spiritu necasset se. Alii eum Themistoclis & Midæ exemplo sanguinem taurinum hausisse. Liuius venenum tradit eum, quod penes se habebat, miscuisse, sumptoq; calice dixisse, Liberemus tandem diuturna cura populum Romanum, quando mortem inuidiosi senis expectare longum & graue censuit. Non memorabilem tamen feret victoriam Quintius, neq; maioribus dignam, qui Pyrrho armato hosti & victori secreto per legatos imminẽs veneficium indicauerunt. Hoc modo perisse Annibalem ferunt. Quod vbi est ad senatum allatum, flagrauit apud non paucos Quintius inuidia, habitusque est nimium importunus & crudelis, qui velut auem ex senio pennis & cauda truncam, cui vita cicuri permissa est, Annibalem nulla vrgente re, sed ob gloriam, vt ex morte eius traheret nomen, interfecisset. Ac Scipionis Africani commemorantes clementiam & animi celsitudinem, magis ac magis extollebant eum, qui inuictum & formidabilem quum in Africa debellasset Annibalem,

neque exterminasset eum, neq; exposcere voluisset à ciuibus, imo & ante pugnam incolloquium veniens complexus eum est, & post pugnam in pace iungenda neq; ludibrio habuit, neq; insultauit in eius fortunam. Fama est fuisse iterum eos Ephesi congressos, ac primum, quum vna deambularẽt, Annibale locum digniorem præripiente, tulisse id Africanum, & sine vllo indignationis indicio cum eo inambulasse: deinde, illato de imperatorib. sermone, quum summum Annibal imperatorem dixisset fuisse Alexandrum, inde Pyrrhum, seipsum tertium, oborto risu Africanum quæsisse, Quid vero, si te ego non vicissem? Ibi Annibalem respondisse, Tum me, Scipio, non tertium, sed inter imperatores numerarem primum. Hanc Scipionis ciuilitatem multi laudibus tollentes, detestabantur Quintium, quod cadaueri manus attulisset alieno. Fuerunt qui probarent factum eius, atq; Annibalem, quoad animam traheret, pro igni haberent, cui abesset nihil nisi qui eum excitaret. Neque enim florentis corpus populo Romano, vel manum formidolosam, sed scientiam rei militaris, sed vsum fuisse cum insita coniunctum acerbitate in populum Romanum eius & odio. Quorum senectus nihil detrahat, sed perstet in moribus natura: fortuna vero non permaneat eadem, verũ varians stimulet spe ad aliquid conandum illos qui semper odio ad bellum alicui faciendum concitantur. Et profecto ea quæ insequuta sunt plus plusque Quintio suffragantur. Hinc Aristonicus citharœdo prognatus, qui propter Eumenis gloriam rebellionibus & bellis vniuersam inundauit Asiam: hinc Mithridates, qui post clades à Sylla & Fimbria acceptas, tantamque exercituum suorum & ducum stragem, de integro in Lucullum terra marique tam validus insurrexit. Nec vero C. Mario iacebat Annibal abiectior. huic enim rex suppetebat amicus, cultus, familiares, procurationem habebat nauium, equitatus, militum: Marii fortunis Romani illudentes palantis & mendicantis in Africa, breui post Romæ quum interficerentur, & virgis concideretur, eas adorabant. Adeo nihil neque pusillum neq; magnum in præsentia est ad venientia, sed vnus est conuersionis qui & vitæ finis. Vnde negant nonnulli sua sponte hæc Quintium egisse, sed fuisse legatũ cum L. Scipione, neq; aliud habuisse legationem argumenti, præter Annibalis necem. Cæterum quandoquidẽ nullam deinceps Quintii, neque in toga neque in armis comperimus actionem, sed exitum quoq; sortitus est quietum, restat nunc vt comparationẽ consideremus.

A οὔτε ἀξήλασεν, οὔτε ἀξιωτήσατο τοῦ τῆς πολιτῶν· ἀλλὰ καὶ τοῦ τῆς μάχης εἰς λόγους ἐλθὼν ἐδεξιώσατο, καὶ μετὰ τὴν μάχην ἀσπασάμενος, οὐδὲν ἐπετόλμησεν, οὐδ' ἐπενέβη τῇ τύχῃ τοῦ ἀνδρός. λέγεται δὲ αὖθις ἐν Ἐφέσῳ συμβαλεῖν ἀυτοῖς, καὶ τοῦ τόπου μὴ ἐν τῷ συμπεριπατεῖν τοῦ Ἀννίβου τὴν τοῦ σήκουσαν ἐν ἀξιώματι τάξιν εἶναι τοῦ λαβόντος, ἀνέχεσθαι καὶ περιπατεῖν ἀφελῶς τὸν Ἀφρικανόν. ἔπειτα, λόγου περὶ στρατηγῶν ἐμπεσόντος, καὶ τοῦ Ἀννίβου κράτιστον ἀποφηναμένου γεγονέναι τῶν στρατηγῶν Ἀλέξανδρον, εἶτα Πύρρον, τέλειον δ' αὐτόν, ἡσυχῆ μειδιάσαντα τὸν Ἀφρικανὸν εἰπεῖν,

B Τί δ' εἰ μή σε ἐγὼ νενικήκειν. καὶ τὸν Ἀννίβαν, Οὐκ ἄν, ὦ Σκιπίων (φάναι) τρίτον ἐμαυτὸν, ἀλλὰ πρῶτον ἐποιούμην τῶν στρατηγῶν. ταῦτα δὲ τοῦ Σκιπίωνος οἱ πολλοὶ θαυμάζοντες, ἐκακίζον τὸν Τίτον, ὡς ἀλλοτρίῳ νεκρῷ προσενεγκόντα τὰς χεῖρας. ἔνιοι δὲ ἦσαν οἱ τὸ πεπραγμένον ἐπαινοῦντες, καὶ τὸν Ἀννίβαν, ἕως ἔζη, πῦρ ἡγούμενοι δεόμενον τοῦ ῥιπίζοντος. μηδὲ λαμπρὰ κινδυνεύοντος αὐτοῦ τὸ σῶμα Ῥωμαίοις καὶ τὴν χεῖρα φοβερὰν, ἀλλὰ τὴν δεινότητα καὶ τὴν ἐμπειρίαν γεγενέναι μετὰ τῆς ἐμφύτου πικρίας καὶ δυσμενείας, ὧν οὐδὲν ἀφῄρει τὸ γῆρας, ἀλλ' ἐπωμόρειν τὴν φύσιν ἐν τῷ ἤθει. τὴν δὲ τύχην

C οὐ διαμένειν ὁμοίαν, ἀλλὰ μεταπίπτουσαν, ἐκκαλεῖσθαι ταῖς ἐλπίσιν πρὸς τὰς ἐπιθέσεις τοὺς ἀεὶ τοῦ μισεῖν πολεμοῦντας. καὶ τὰ ὕστερά πως ἔτι μᾶλλον ἐμαρτύρησε τοῦ Τίτου· τοῦτο μὲν, Ἀριστόνικος ὁ τοῦ κιθαρῳδοῦ, διὰ τὴν Εὐμενοῦς δόξαν ἐμπλήσας ἅπασαν ἀποστάσεων καὶ πολέμων τὴν Ἀσίαν· τοῦτο δ', Μιθριδάτης, μετὰ Σύλλαν καὶ Φιμβρίαν, καὶ τοσοῦτον ὄλεθρον στρατευμάτων καὶ στρατηγῶν, αὖθις ἐπὶ Λούκουλλον ἐκ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης ἀναστὰς τηλικοῦτος. οὐ μὴν οὐδὲ Γαΐου Μαρίου ταπεινότερος Ἀννίβας ἔκειτο. τοῦ μὲν γὰρ βασιλὰς φίλος ὑπῆρχεν καὶ βίος καὶ σκευῆς,

D καὶ διαπεμπαὶ πρὸς ναῦς καὶ ἵππους καὶ στρατιωτῶν ἐπιμέλειαν. τοὺς δὲ Μαρίου τύχας Ῥωμαῖοι γελοῖντες, ἀλωμένου καὶ πτωχεύοντος ἐν Λιβύῃ, μετὰ μικρὸν ἐν Ῥώμῃ σφαττόμενοι καὶ μαστιγούμενοι προσεκύνουν. ὅτων οὐδὲν οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα τῶν παρόντων πρὸς τὸ μέλλον ἐστὶν, ἀλλὰ μία τοῦ μεταβάλλειν τελευτὴ καὶ τοῦ εἶναι. διὸ καί φασιν ἔνιοι τὸν Τίτον οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ταῦτα πρᾶξαι, πεμφθεῖσαν δὲ πρεσβευτὴν μετὰ Λευκίου Σκιπίωνος, οὐδὲν ἄλλο τῆς πρεσβείας ἐχούσης ἔργον ἢ τὸν Ἀννίβου θάνατον. ἐπεὶ δ' οὐδεμίαν ἐπὶ τούτων κατόμην οὔτε πολιτικὴν τοῦ Τίτου πρᾶξιν οὔτε

E πολεμικὴν ἱστόρηκαμεν, ἀλλὰ καὶ τελευτῆς ἔτυχεν εἰρηνικῆς, ὥρα τὴν σύγκρισιν ἐπισκοπεῖν.

BEneficiorum quidem in Græcos amplitudine, neque Philopœmenem contendere cum Quintio, neque per quam multos Philopœmene præstantiores par est: illis enim fuit Græcis aduersus Græcos bellum, huic non Græco pro Græcis, & quo tempore impos ciuibus suis Philopœmenes succurrere oppugnatis in Cretam nauigauit, tunc debellato Quintius in vmbilico Græciæ Philippo, in libertatem asseruit & gentes & ciuitates vniuersas. Quod si iam vtriusque prælia discutias, plures Græcos Philopœmenes prætura apud Achæos fungens, quam Græcis succurrens Quintius occidit Macedonas. Iam peccata huius in ambitione, illius in peruicatia fuerunt: & in iram propensus Quintius,

ΜΕγέθει μὲν οὖν τῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσιῶν, ὅτε Φιλοποίμενα Τίτῳ παραβάλλειν, ὅτε πολὺ πολλοὺς τῶν Φιλοποίμενος ἀμείνονας ἀνδρῶν, ἄξιόν ἐστιν. τοῖς μὲν γὰρ Ἕλλησι πρὸς Ἕλληνας ὁ πόλεμος, ᾧ οὐ χ' Ἕλλησι, καὶ ὑπὲρ Ἑλλήνων. καὶ ὅτε Φιλοποίμην ἀμηχανῶν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις ἀμύνειν πολεμουμένοις, εἰς Κρήτην ἀπῆρεν, τότε νικήσας Τίτος ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι Φίλιππον, ἠλευθέρου καὶ τὰ ἔθνη καὶ πόλεις ἁπάσας. εἰ δέ τις ἐξετάζοι τὰς μάχας ἑκατέρου, πλείους Ἕλλησι Φιλοποίμην,

F Ἀχαιῶν στρατηγῶν, ἢ Μακεδόνας Τίτος Ἕλλησι βοηθῶν, ἀπέκτεινε. τὰ τοίνυν ἁμαρτήματα, τοῦ μὲν, φιλοτιμίας, τοῦ δὲ, φιλονεικίας γέγονεν· καὶ πρὸς ὀργὴν ὁ μὲν ὀξύτατος,

ὁ δὲ καὶ δυσπαραίτητος. Τίτος μὲν γὰρ καὶ Φιλίππῳ τὸ ἀ- A
ξίωμα τῆς βασιλείας ἐφύλαττε, καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς δύ-
γκρουσιν ἐμείωσεν. Φιλοποίμην δὲ τῆς πατρίδος δι' ὀργὴν ἀφεί-
λετο τὴν τοιοικίδα σιτωνίαν. ἔτι τοῖς, ὁ μὲν τοῖς παθοῦσιν ἀεὶ
βέβαιος, ὁ δὲ θυμῷ λῦσαι χάριν ἕτοιμος. Λακεδαιμονίων μὲν
γὰρ δυεργέτης πρότερον ὤν, ὕστερον καὶ τὰ τείχη κατέσκαψεν,
καὶ τὴν χώραν ἀφείλετο, καὶ τέλος, αὐτὴν μετέβαλεν καὶ
διέφθειρεν τὴν πολιτείαν. ἐδόκει δὲ καὶ τὸν βίον ὀργῇ πρᾶξαι
καὶ φιλονεικίᾳ, μὴ κατὰ καιρὸν ἀλλ' ὀξύτερον τοῦ δέοντος εἰς
Μεσσηνίους ἐπειχθείς, οὐχ, ὥσπερ Τίτος, πανυπὸ λογισμῷ καὶ
πρὸς ἀσφάλειαν στρατηγήσας· ἀλλὰ πλήθει τε πολέμων B
καὶ τροπαίων ἡ Φιλοποίμενος ἐμπειρία βεβαιοτέρα. τῷ μὲν
γὰρ τὰ πρὸς Φίλιππον ἐκρίθη δυοῖν ἀγώνοιν. ὁ δὲ μυρίας μά-
χας καταρθώσας, οὐδεμίαν ἀμφισβήτησιν τῇ τύχῃ πρὸς τὴν
ὑπόληψιν ἀπολέλοιπεν. ἔτι δὲ ὁ μὲν τῇ Ῥωμαίων ἀκμῇ ἐ-
χρήσατο δυνάμει χρησάμενος, ὁ δὲ, τῆς Ἑλλάδος ἤδη φθινού-
σης ἐπακμάσας, δόξαν ἔσχεν· ὥστε τὸ μὲν, ἴδιον, τὸ δὲ κοινὸν
ἔργον εἶναι τὸ κατορθούμενον. ὁ μὲν γὰρ ἦρχεν ἀγαθῶν, ὁ δὲ ἄρ-
χων, ἀγαθοὺς ἐποίει. καὶ μὴν τῷ γε πρὸς Ἕλληνας πόνῳ
χρήσασθαι τοῖς ἀγῶσι, οὐκ ἀτυχῆ μὲν, ἰσχυρὰν δὲ τὴν ἀρετῆς
ἀπόδειξιν παρεῖχεν. οἷς γὰρ ὅμοια πάντα, τῷ πρόσθεν, ἀρε-
τῇ κρατοῦσιν. καὶ γὰρ δὴ πολεμικωτάτοις Ἑλλήνων Κρησὶ καὶ
Λακεδαιμονίοις πολεμήσας, τοῖς μὲν πανουργοτάτοις, δόλῳ,
τοῖς δ' ἀλκιμωτάτοις, τόλμῃ προεκρίθη. πρὸς δὲ τούτοις, Τί-
τος μὲν ὅλῳ ἐπωχυρωμένων εἴκοσι, χρόμενος ὁπλισμοῖς καὶ τά-
ξεσιν αἷς παρελάβεν· Φιλοποίμην δ' αὐτὸς ἐπεισενεγκών, καὶ
μεταβαλὼν τὸν πρὶν τρόπον κόσμον. ὥστε τὸ νικητικώτατον,
ὑφ' οὗ μὲν, οὐκ ἠδύνατο, τοῖς δὲ ἐπάρχειν βοηθεῖν. καὶ χεῖ-
ρα τοίνυν, Φιλοποίμενος μὲν ἔργα, πολλὰ καὶ μεγάλα, διατέ-
θεται δὲ οὐδέν. ἀλλὰ καὶ τῶν Αἰτωλῶν τις αὐτὸν Ἀρχέδημος
ἐπέσκωπτεν, ὡς ὅτε αὐτὸς ἐπασμένος τὴν μάχαιραν, ἔθει
δρόμῳ πρὸς τοὺς μαχομένους, καὶ τοὺς συνεστῶτας τῶν Μακε-
δόνων, τὸ Τίτου τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπαλίας ἀπατείν-
αντος, ἑστῶτος καὶ προσδεχομένου· καὶ μὴν Τίτῳ μὲν ἄρχοντι
συνέβη καὶ προσδοκῶντι πάντα πράττειν τὰ καλά· Φιλο-
ποίμενι δ' οὐ χείρονα παρέσχεν, οὐδὲ ἀπροακτότερον ἑαυ-
τὸν ἰδιώτην ἢ στρατηγὸν τῆς Ἀχαΐας. στρατηγὸς μὲν γὰρ ὤν,
Ναβὶν ὀξέβαλεν ἐκ Μεσσήνης, καὶ Μεσσηνίους ἠλευθέρω-
σεν· ἰδιώτης δὲ, Διοφάνην τὸν στρατηγὸν, καὶ Τίτον ἐπιφερο-
μένους ἀπέκλεισε τῆς Σπάρτης, καὶ Λακεδαιμονίους διέ-
σωσεν. οὕτως ἡγεμονικὴν φύσιν ἔχων, οὐ κατὰ τοὺς νόμους, ἀλλὰ
καὶ τῶν νόμων ἄρχειν ἠπίστατο πρὸς τὸ συμφέρον· οὐ δεόμε-
νος τῶν ἐν τῷ δεκαετεῖ λαβεῖν τὸ ἄρχειν, ἀλλὰ χρόνῳ ὕστε-
ρον, ὅπου καιρὸς εἴη τὸν ὑπὲρ αὐτῶν φέρειν, μᾶλλον
ἢ τὸν ὑπ' αὐτῶν ἠρημένον ἢ ζηλούμενος στρατηγεῖν. ἡνιᾶτο μὲν
οὖν Τίτου τὰ πρὸς τοὺς Ἕλληνας εὐπειθὴ καὶ φιλάνθρωπα,
ἡνιαότερα δὲ Φιλοποίμενος τὰ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ὀ-
χυρὰ καὶ φιλελευθέρα· ῥᾷον γὰρ χρήζεσθαι τοῖς δεομένοις,
ἢ λυπεῖν λυπτείνοντα τοὺς δυνατωτέρους. ἐπεὶ δὲ οὕτως
ἐξεταζομένων δυσθεώρητος ἡ διαφορά, σκόπει μὴ τῷ μὲν
Ἕλλησι τὸν ἐμπειρίας πολεμικῆς καὶ στρατηγίας στέφανον· F
τῷ δὲ Ῥωμαίῳ τὸν δικαιοσύνης καὶ χρηστότητος ἀποδιδόν-
τες, οὐ φαύλως διαπραξόμεθα.

alter pene implacabilis. Quintius enim regiam Philippo maiestatem retinuit, & Ætolis præbuit se lenem. Philopœmenes iræ indulgens suburbanos stipendiarios ademit patriæ. Ad hæc superior in eos quos beneficio affecerat semper stabilis: alter ad merita ex bile delenda promptus. Quippe Lacedœmoniorum, in quos beneficus ante fuerat, post muros etiam solo æquauit, fines vastauit, ipsam deniq; conuertit & deleuit reipub. formam. Ac vitam videtur quoq; per iram & peruicaciam profudisse, quod non opportuno tempore, sed rapidius quam conueniebat ruens aduersus Messenios, non vt Quintius, omni consilio & cum securitate exercitum ductasset. Atqui bellorum numero & trophæorum Philopœmenis solidior est experientia. Illi enim bellum Macedonicum duobus decreuit præliis, hic sexcentis conflictibus victor nullam fortunæ reliquit cum scientia rei militaris controuersiam. Præterea Quintius populi Romani florentibus vsus viribus, alter flaccescente iam Græcia adolescens gloriam tulit, vnde huius proprium, commune illius factum fuit victoria. Quintius enim imperauit bonis, hic alter bonos imperator effecit. Adde his quod bella aduersus Græcos gesta non auspicatum quidem huic, certum tamen virtutis præbuerunt documentum. Nam quibus paria sunt cætera, hi palmam virtute obtinent, siquidem qui cum summis bellatoribus bellum gessit Cretensibus & Lacedæmoniis, illos vafferrimos astutia, hos fortissimos superauit audacia. Insuper exiguis paratis lauream Quintius deportauit, disciplina militari vtens & scientia aciei instruendæ quas accepit: Philopœmenes ipse etiam adferens & mutans harum ordines. Itaq;, id quod maximi erat ad victoriam momenti, ab hoc quum deesset, est inuentum, illi adiumento fuit quod iam suppeditabat. Manus certe Philopœmenis multa opera extant & grandia, alterius nullum. Imo etiam Æolus quidam improperat Quintio Archedemus, dum ipse stricto gladio, in pugnantes & conglobatos Macedonas currens se inferret, illum passis manibus ad cœlum tensis stetisse, & vota diis nuncupasse. Super hæc Titus in magistratibus & legationibus omnes res suas præclaras gessit: nihilo Philopœmenes deteriorem se vel ignauiorem priuatum præstitit Achæis quam prætorem. Siquidem in prætura Nabim exegit Messene, Messeniosq; in libertatem restituit: priuatus prætorem Diophanem & Quintium aduentantes Sparta exclusit, & Lacedæmonios seruauit. Qui quum natura dux tam esset insignis, non ex præscripto legum, sed etiam legibus nouerat è bono publico imperare, neq; expectauit dum à popularibus acciperet imperium, sed vsus est iis sicubi locus esset, hunc censens potius prætorem qui quod in rem illorum esset intelligeret rectius quãm quẽ elegissent. Est memorabilis quidẽ Quintii in Græcos lenitas & humanitas, sed fortitudo & libertatis amor aduersus Romanos memorabilior Philopœmenis. Pronius est enim bene mereri de inopibus quam irritare potentiores reluctantẽ. Quando igitur ita examinatorum egre eruitur discrimẽ, vide, si Græco bellicæ scientiæ artisque imperatoriæ, iustitiæ & humanitatis lauream demus Romano, num male disceptauerimus.

A

PLVTARCHI
vitæ comparatæ

PYRRHI ET
C. Marii.

PYRRHVS.

Vnde quum rebus gerendis multos præficeret gregarios milites, eosque vrbibus regendis præponeret, Lysandro carnium diuidendarum attribuit munus. Inde quasi insultandi causa Ionibus, Eant nunc, inquit, & meum carnium diuisorem colant. Quare visum Lysandro est in sermonem cum illo venire, fitque concisum eorum & Laconicum colloquium: Nè tu bene (inquit) nosti, Agesilae, amicos conculcare. Ibi ille, Sanè, si me esse maiores velint. Illos, qui opes meas amplificabunt, harum æquum est eos esse consortes. At id tu dixisti (inquit Lysander) Agesilae, potius, quàm ego feci. Te verò precor, vel externorum causa qui coniiciunt in nos oculos, eo me loco reponas sub ductu tuo, vbi positum, quam minimè tibi odiosum, & magis vtilem fore putes. Hinc legatus in Hellespontum missus est, qui quamuis magis incensus in Agesilaum esset, non prætermisit tamen officium suum facere. Mithridatem Persam, qui offensionem cum Phatnabazo habebat, præstantem virum & exercitu succinctum, impulit ad defectionem, adduxitq; ad Agesilaum. Ad aliam rem in bello est nullam adhibitus, verùm elapso tempore Lacedæmonem vilis rediit, cùm infestus Agesilao, tum totam rempubl. magis quàm antè exosus: statuitq; præstructa pridem, & adornata ad mutationem ac res nouas exequi tunc, nec procrastinare. Ea hæc erant: Ex posteritate Herculis, qui confusi cum Doriis fuerunt, & in Peloponnesum remeauerunt, magna & clara gens floruit Spartæ. Non admissi tamen ad regni successionem omnes sunt, verùm hæsit id penes duas solùm familias, qui Eurytiontidæ & Ægiadæ appellabantur. Cęteri ex generis dignitate prærogatiuam in rep. nullam habebant: virtutis verò decora patebant omnib. qui obtinere poterant ea. Ex his quum esset Lysander, vt rebus gestis inclytum nomen comparauit, multosque amicos & opes conciliauit, iniquo ferebat animo, quòd illa in vrbe, quam ipse amplificauerat, alii, qui nihilo se essent natalibus illustrioribus, regnarent, cogitauitq; ex duabus familiis regnum traducere & conferre in medium ad omnem Herculis progeniem, vel (vt quidam aiunt) non ad Herculis posteros, sed ad Spartiatas, ne præmium id stirpis Herculis esset, sed eorum qui similes essent Herculis virtute, quæ illum quoque ad deorum honores euexisset. Sperabat autem fore quum de regno ita disceptaretur, neminem præ se designatum iri Spartiatem. Ac primùm inducere ciues ipse institit & molitus est, atque orationem edidicit à Cleone Halicarnasseo compositam. Hinc, vbi rei quam nouabat importunitatem & molem consilia vidit audaciora flagitare: quasi in tragœdia machinam in ciues attollens, sortes Delphicas atque oracula contexuit concinnauitque, nihil habiturum se ratus ex Cleonis artificio præsidii, ni metu aliquo dei & superstitione prius ictos occupatosque ad orationem illam ciues subdolè deduxisset. Itaque refert Ephorus eum, vbi Pythiam aggressus est peruertere, ac mox solicitauit per Phereclem Dodonidas, & reiectus ab his est, ad Ammonis templum profectum, ostensa magna mercede cum sacerdotibus egisse, quos ex indignatione Spartam certos ad accusandum Lysandrum legasse. Absoluto illo, dixisse abeuntes Afros, Nos verò iudicabimus, Spartiatæ,

A ὥστε τοῖς πολλοῖς τραλιώταις ἡγεμονίας τοῦ τάγματος καὶ
διοικήσεις πόλεων ἀποδιδοὺς, τὸν Λύσανδρον ἀπέδειξε κρεω-
δάτην. εἶτα οἷς ἐφυβρίζων τοὺς Ἴωνας, Ἀπιόντες
(ἔφη) νῦν τὸν ἐμὸν κρεωδάτην θεραπευέτωσαν. ἔδοξεν οὖν
Λυσάνδρῳ δι' λόγων τοῦς αὐτὸν ἐλθεῖν· καὶ γίνεται βραχὺς
καὶ Λακωνικὸς αὐτῶν διάλογος, Ἡκιστα μὲν, ὦ Ἀγησί-
λαε, φίλους ἐλαττοῦν. καὶ ὅς, Ἂν γε ἐμοῦ βούλωνται μείζονες
εἶναι. τοὺς γὰρ αὔξοντας τὴν ἐμὴν δύναμιν, καὶ μετέχειν αὐτῆς,
δίκαιον. Ἀλλ' ἴσως μὲν, ὦ Ἀγησίλαε, σοὶ λέλεκται μᾶλλον ἢ
ἐμοὶ πεπρᾶξαι, δέομαι δέ σου, καὶ διὰ τοὺς ἔξωθεν αἰεὶ θεωμένους
B οἱ τοὺς ἡμᾶς ἀποβλέποντες, ἐν ταύτῃ με τῇ σταυῇ τρατη-
γίας τάξον, ὅπου τεταγμένον, ἥκιστα μὲν ἐπαχθῆ, μᾶλλον δὲ
χρήσιμον ἔσεσθαι σαυτῷ νομίζεις. ἐκ τούτου τοῦ τρόπου τὸν εἰς
Ἑλλήσποντον ἐπέμπετο· καὶ τὸν μὲν Ἀγησίλαον δι' ὀργῆς εἶχε,
οὐκ ἠμέλει γε τοῦ τὰ δέοντα τοῦ πράττειν. Μιθριδάτην δὲ τὸν
Πέρσην τοῦ κεκρυκότα Φαρναβάζῳ, δυνατὸν ἄνδρα καὶ τρα-
τείαν ἔχοντα τοῦ αὐτὸν, ἀποστήσας, ἤγαγε τοῦς τὸν Ἀγησί-
λαον. ἄλλο δὲ οὐδὲν ἐχρήσατο αὐτῷ τοῦς τὸν πόλεμον· ἀλλὰ
τοῦ χρόνου διελθόντος, ἀπέπλευσεν εἰς τὸν Σπάρτην ἄτιμος,
ὀργιζόμενος μὲν τῷ Ἀγησιλάῳ, μισῶν δὲ καὶ τὸν ἄλλην πο-
C λιτείαν μᾶλλον ἔτι ἢ τοῦ πρότερον, καὶ τὰ πάλαι δοκοῦντα συγκεῖ-
σθαι καὶ μεμηχανῆσθαι τοῦς μεταβολὴν καὶ νεωτερισμὸν,
ἐγνωκὼς ἐγχειρεῖν τότε καὶ μὴ διαμέλλειν. ἔχει δὲ τοιάδε· τῶν
ἀναμιχθέντων Δωριεῦσιν Ἡρακλειδῶν, καὶ κατελθόντων εἰς
Πελοπόννησον, πολὺ μὲν ἐν Σπάρτῃ καὶ λαμπρὸν ἤνθησε
γένος· οὐ πάντα δὲ αὐτῶν τὴν βασιλικῆς μετεῖν διαδοχῆς, ἀλλ'
ἐβασίλευον ἐκ δυεῖν οἴκων μόνον, Εὐρυτιωνίδαι καὶ Αἰγίδαι
τοσαυτοῦτοι, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐδὲν ἑτέρου πλέον ἦν ἐν
τῇ πολιτείᾳ διὰ τὴν εὐγένειαν ὑπῆρχεν· αἱ δὲ ἀπὸ ἀρετῆς
τιμαὶ πᾶσι τοῦ κεῖνται τοῖς δυναμένοις· τούτων οὖν γενόμενος ὁ
D Λύσανδρος, ὡς εἰς δόξαν τὴν τοῦ ἔξεσιν ἦρθη μεγάλῳ, καὶ φί-
λους ἐκέκτητο πολλοὺς καὶ δύναμιν, ἤχθετο τὴν πόλιν ὁρῶν ὑπὸ
αὐτοῦ μὲν αὐξανομένῳ, ὑφ' ἑτέρων δὲ βασιλευομένῳ, οὐδενὶ
βέλτιον αὐτοῦ γεγενότων· καὶ διενοεῖτο τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν δυεῖν οἴ-
κων μεταφήσας, εἰς κοινὸν ἀποδοῦναι πᾶσιν Ἡρακλείδαις· ὡς
δ' ἔνιοι φασὶν, οὐχ Ἡρακλείδαις, ἀλλὰ Σπαρτιάταις. ἵνα μὴ
τὸ ἀφ' Ἡρακλέους, ἀλλὰ τὸ οἷος Ἡρακλῆς ὁ γένους ἀρετῇ
κρινομένων, ἐκεῖνον εἰς θεῶν τιμὰς ἀνήγαγον. ἤλπιζε δὲ τὸ
βασιλείας οὕτω δικαζομένης, οὐδένα τοῦ αὐτοῦ Σπαρτιάτην αἱρεθήσεσθαι. τοῦτον μὲν οὖν ἐπεχείρησε καὶ παρεσκεύα-
E σατο πείθων δι' ἑαυτοῦ τοὺς πολίτας, καὶ λόγον ἐξεμελέτα τοῦς
τὸν ὑπόθεσιν γεγραμμένον ὑπὸ Κλέωνος τοῦ Ἁλικαρνασ-
σέως· ἔπειτα τὴν ἀπορίαν καὶ τὸ μέγεθος τοῦ καινοτομουμένου τοῦ πρά-
γματος ὁρῶν ἐπαμφοτέρας δεόμενον βοηθείας, ὥσπερ ἐν τρα-
γῳδίᾳ μηχανὴν αἴρων ἐπὶ τοὺς πολίτας, λόγια πυθόχρηστα καὶ
χρησμοὺς συνεπήξε καὶ κατεσκεύασεν· ὡς οὐδὲν ὠφελησόμενος
ὑπὸ τοῦ Κλέωνος δεινότητος, εἰ μὴ φόβῳ τινὶ θεοῦ καὶ δεισιδαι-
μονίᾳ τοῦ ἐκπλήξας καὶ χειρωσάμενος, ὑπαγάγοι τοῦς
τὸν λόγον τοὺς πολίτας. Ἔφορος μὲν οὖν φησιν αὐτὸν, ὡς τὴν τε
Πυθίαν ἐπιχειρήσας διαφθεῖραι, καὶ τοὺς Δωδωνίδας αὖθις
F δυναπείθων διὰ Φερεκλέους ἀπέτυχεν, εἰς Ἄμμωνος ἀπο-
δημῆσαι, καὶ διαλεγόμενος τοῖς πολίταις πολὺ χρυσίον διδόντα.
τοὺς δὲ δεξαμένους, εἰς Σπάρτην τινὰς ἀποστεῖλαι τοῦ Λυ-
σάνδρου κατηγορήσοντας. ἐπεὶ δὲ ἀπελύθη, τοὺς Λίβας ἀπιόν-
τας εἰπεῖν, Ἀλλ' ἡμεῖς γε βέλτιον ὦ Σπαρτιάται κρινοῦμεν,

ὅτ᾽ ἥκοντε πρὸς ἡμᾶς εἰς Λιβύην οἰκήσοντες· ὡς δὴ χρησμοῦ τινος ὄντος παλαιοῦ, Λακεδαιμονίους ἐν Λιβύῃ κατοικῆσαι. τὴν δ᾽ ὅλην ἐπιβουλὴν καὶ σκαιωρίαν τοῦ πλάσματος, οὐ φαύλην οὖσαν, οὐδὲ ἀφ᾽ ὧν ἔτυχεν ἀρξαμένην, ἀλλὰ πολλὰς καὶ μεγάλας ὑποθέσεις, ὥσπερ ἐν διαγράμματι μαθηματικῷ, προσλαβοῦσαν, καὶ διὰ λημμάτων χαλεπῶν καὶ διεσπειρόντων ἐπὶ τὸ συμπέρασμα προϊοῦσαν, ἡμεῖς ἀναγράψομεν, ἀνδρὸς ἱστορικοῦ καὶ φιλοσόφου λόγῳ καθαπερεὶ διήσαντες. ἐν γὰρ τῷ Πόντῳ κύειν ἔφη Ἀπόλλωνος φάσμα, ᾧ πολλοὶ μὲν (ὡς εἰκὸς ἦν) ἠπίστουν, πολλοὶ δὲ καὶ προσεῖχον· ὥστε καὶ τεκούσης παιδίον ἄρρεν, ὑπὸ πολλῶν καὶ γνωρίμων προυδάλλετο τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν. ὄνομα δὲ τῷ παιδὶ Σιλένος ἐκ δή τινος αἰτίας ἐτέθη. ταύτην λαβὼν ὁ Λύσανδρος ἀρχὴν, τὰ λοιπὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ προσετεκταίνετο καὶ συνέφαινεν, οὐκ ὀλίγοις χρώμενος οὐδὲ φαύλοις τοῦ μύθου προσαγωνισταῖς, οἵ τήν τε φήμην τῆς γενέσεως τοῦ παιδὸς εἰς πίστιν ἀνυπόπτως προσῆγον· ἄλλοντε λόγον ἐκ Δελφῶν ἀπεκομίσαντες εἰς τὴν Σπάρτην κατέβαλον καὶ διέσπειρον, ὡς ἐν γράμμασιν ἀπορρήτοις ὑπὸ τῶν ἱερέων φυλάττοιντο παμπάλαιοι δή τινες χρησμοί· καὶ λαβεῖν οὐκ ἔξεστι τούτοις, οὐδ᾽ ἐντυχεῖν θεμιτὸν, εἰ μή τις ἄρα γεγενῶς ἐξ Ἀπόλλωνος ἀφίκοιτο τῷ πολλῷ χρόνῳ, καὶ σημεῖα τοῖς φυλάττοισιν τῆς γενέσεως γνώριμον προσφέρων, κομίσαιτο τὰς δέλτους ἐν αἷς ἦσαν οἱ χρησμοί· τούτων δὲ προκατεσκεδασμένων, ἔδει τὸν Σιλένον ἐλθόντα τοὺς χρησμοὺς ἀπαιτεῖν, ὡς Ἀπόλλωνος παῖδα· τοὺς δὲ συμπράττοντας τῶν ἱερέων, ἐξακριβοῦν ἔκαστα, καὶ διαστιχᾶσθαι πρὸς τὴν γενέσεως. τέλος δὲ, πεπεισμένοις δηλῆν, ὡς Ἀπόλλωνος ἐφῴ δεῖξαι τὰ γράμματα· τῶν δὲ ἀναγνῶναι πολλῶν παρόντων, ἄλλας τε μαντείας, καὶ ἧς ἕνεκα πλάσαι τὸν περὶ τὴν βασιλείας, ὡς ἄμεινον εἴη καὶ λῴον Σπαρτιάταις ἐκ τῶν ἀρίστων πολιτῶν αἱρεμένοις τοὺς βασιλέας. ἤδη δὲ τοῦ Σιλένου μειρακίου γενομένου καὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν ἥκοντος, ἐξέπεσε τοῦ δράματος ὁ Λύσανδρος, ἀπολαμβάνων τὸν ὑποκριτῶν καὶ συνεργῶν ἕνα, ὡς ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ ἔργον ἦλθεν, ἀποδειλιάσαντος καὶ ἀναδρώτος. ὁ μὲν οὖν ἐφωράθη γε τοῦ Λυσάνδρου ζῶντος ὤθεν, ἀλλὰ μετὰ τὴν τελευτήν. ἐτελεύτησε δὲ πρὶν ἐξ Ἀσίας ἐπανελθεῖν τὸν Ἀγησίλαον, ἐμπεσὼν εἰς τὸν Βοιωτικὸν πόλεμον, ἢ μᾶλλον ἐμβαλὼν τὴν Ἑλλάδα. λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως· καὶ τὴν αἰτίαν οἱ μὲν τινες ἐκείνου ποιοῦσιν, οἱ δὲ Θηβαίων, οἱ δὲ κοινῇ. Θηβαίοις μὲν ἐγκαλοῦντες τὴν ἐν Αὐλίδι τὴν ἱερὰν διάρριψιν, καὶ ὅτι τὴν περὶ Ἀνδροκλείδην καὶ Ἀμφίθεον χρήμασι βασιλικοῖς διαφθαρέντων, ἐπὶ τῷ Λακεδαιμονίοις Ἑλληνικὸν πρεσβεύσασι πόλεμον, ἐπέθεντο Φωκεῦσι, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπόρθησαν. Λύσανδρον δὲ φασιν ὀργῇ φέρειν ὅτι δεκάτης ἀπεποιήσαντο τοῦ πολέμου Θηβαῖοι μόνοι, τῶν ἄλλων συμμάχων ἢ συναζόντων, καὶ πρὸς χρημάτων ἠφανίκτησαν ἃ Λύσανδρος εἰς Σπάρτην ἀπέστελλε. μάλιστα δὲ ὅτι τῷ πρᾶξαι τὴν Ἀθηναίοις ἐλευθερώσεως ἀπὸ τῶν τριάκοντα τυράννων, οὓς Λύσανδρος μὲν κατέστησεν, Λακεδαιμόνιοι δὲ δυνάμει καὶ φόβον αὐτοῖς προσπθέντες, ἐψηφίσαντο τοὺς φεύγοντας ἐξ Ἀθηνῶν, ἀνωλίμους εἶναι πολλαχόθεν, ἐκκαίδεκα δὲ τοὺς ἐπιταμένους τοῖς ἄγουσι. πρὸς ταῦτα δὲ ἀντεψηφίσαντο Θηβαῖοι ψήφισμα τρέποντα καὶ ἀδελφὰ τῆς Ἡρακλέους καὶ Διονύσου πράξεσιν, οἰκίαν μὲν δυεῶν ἅπασαν καὶ πόλιν ἐν Βοιωτίᾳ τοῖς δεομένοις Ἀθηναίων, τὸν δὲ τῷ ἀρχομένῳ φυγάδι μὴ βοηθήσαντα, ζημίαν ὀφείλειν τάλαντον·

A rectius, quum apud nos in Africa habitabitis. quòd vetus vaticinium esset migraturos Lacedæmonios in Africam. Totam autem technam & astutiam commenti, quæ neq; mediocris fuit, neq; à vulgari ducta fonte, sed velut in diagrammate mathematico, multa habuit & magna principia, per spinosaque & contorta lemmata progressa ad conclusionem est, sequuti scripta cuiusdam historici & philosophi, explanabimus. Mulier erat in Ponto quæ prægnantem ferebat se ex Apolline, cui multi (neque immeritò) fidem non habebant, multi etiam credebant. Vnde quum filium peperisset, complures & nobiles magnam nutrimentorum eius atq; educationis egerunt curam. Nomen puero aliqua certè ex causa Sileno est inditum. Hoc sumpto Lysander exordio, reliqua de suo assuit & attexuit. Nec verò paucos vel contemnendos habuit sibi in hac fabula seruire paratos, qui famam pueri natalium citra suspicionem vllam aduexerunt. Alium præterea vulgauerunt & dissipauerunt Spartæ, Delphis petitum, rumorem: oracula peruetusta à sacerdotibus in arcanis tabulis conseruari, neq; attrectare has vel legere fas esse, nisi longo æuo natus ex Apolline venisset, & generationis suę indicio, quod notum custodibus esset, edito iis tabulas quib. sortes continebantur, accepisset. His præstructis veniendum sicut Apollinis filio Sileno erat ad poscenda oracula: sacerdotes conscii singula sedulò rimare de natalibus eius & percontari debebant. Postremò, his adducti scilicet, libellos tanquam Apollinis filio ostendere, atque hic in magna corona cùm alia recitare oracula, tum cuius causa hoc institutum commentum fuerat de regno, præstare & satius esse Spartiatis vt ex optimis ciuibus legerent reges. Vt iam adoleuit Silenus, atq; ad rem agendam veniebat, ecce, Lysander à fabula excidit vnius ignauia histrionis & administri, qui, quum admouenda operi manus esset, obtorpuit & tergiuersatus est. Nihil tamen, dum superstes Lysander fuit, patefactum est, sed post obitum eius. Decessit ante reditum ex Asia Agesilai, quum in bellum Bœoticum incidisset, vel potius Græciam coniecisset. Nam obtinet vtraque fama, atq; alii in illum causam, alii in Thebanos, nonnulli in vtrosque conferunt. Thebanis obiiciunt sacrificii Aulide dissipationem, & quod redemptis pecunia regis, Androclida & Amphitheo, ad illigandos bello Græciæ Lacedæmonios, sint adorti Phocenses, atq; fines eorum depopulati. Lysandrum stomachatum ferunt, quòd cęteris tacentibus sociis, decimam prædæ soli vendicassent Thebani, missamq; à Lysandro Spartam pecuniam indignè tulissent. Maximè verò quòd eximendi se Athenienſib. primordium dedissent à triginta tyrannis, quos ipse constituerat. Ad quos viribus & terrore armandos decreuerant Lacedæmonii exules Athenienſium vndique ducendi ius esse, pro hostibus habendos qui obstarent ducentibus. Aduersus id decretum sciuerunt aliud Thebani dignum & germanum Herculis & Liberi patris factis, omne tectum & oppidum Bœotiæ Athenienſibus, si quibus vsus foret patêre: Qui exuli, dum duceretur, opem non tulisset talentum mulctæ nomine pensurum:

Si quis Athenas ferret per Bœotiam in tyrannos arma, neminem id neque videre, neque audire Thebanorum. Neque verò qui hæc tam Græca & humana sciuerant, factis decreta non sunt exequuti. Imò Thrasybulus cum sua cohorte occupata Phyle, conatus suos ceperunt ex Thebis, quòd arma & pecuniam comparassent, atq; rem secreto aggrederentur auxilio Thebanorum. Has causas arripuit contra Thebanos Lysander. Qui quum ob atram bilem ex senio turgentem ira arderet planè aspera, incitauit induxitq; ephoros vt aduersus illos mitterent præsidium, ac dux creatus cum copiis profectus est. Pòst rex quoque Pausanias est cum exercitu missus. Cęterùm hic ambitu per Citharona ducens in Bœotiam irrupturus erat, Lysander ei per Phocidem occursurus cum magnis copiis. Atq; Orchomeno potitus est per voluntariam deditionẽ, Lebadiam expugnauit diripuitq;. Mox literas misit ad Pausaniam, vt sibi ad Haliartum ex Platæis occurreret. Nam prima luce admoturum se Haliartiorum muris exercitum. Quæ literæ, quòd incidisset in speculatores tabellarius, sunt ad Thebanos delatæ. Hi Athenienſibus, qui suppetias ipsis venerant, vrbe commissa, prima vigilia eruperunt, & paulò ante Lysandrum venerunt Haliartum, ac partim oppidum ingressi sunt. Ille primò, castris in tumulo positis, statuit Pausaniam operiri: inde crescente die quum quiescere non posset, armis captis sociisq; incitatis per viam longo agmine succedebat ad mœnia. Thebanorum pars quæ substiterat extra muros, sinistrum latus claudentes oppido inuaserunt sub fonte, quam Cissusam appellant, extremum hostium agmen. Hîc nutrices fabulantur Liberum patrem infantem modò editum abluisse. quippe colore nitet vinum repræsentante limpidoque, & est potu gratissimus, nec procul styraces Cretenses nascũtur passim. Quæ vestigia Haliartii domicilium ibi Rhadamanthũ habuisse iactant. Tumulum quoq; eius ostendunt, quem Alea vocant. Iam Alcmenæ iuxtà est monumentum, eamq; illic autumant funeratam, quum nupsisset defuncto Amphitryone Rhadamantho. Porrò qui intra muros Thebani erant, cum Haliartiis instructi non mouerunt se in præsentia. Vt verò Lysandrum cum antesignanis successisse viderunt ad mœnia, porta repentè patefacta erumpunt, illumque cum vate interficiunt, præterea paucos alios. Nam maxima pars recepit se properè ad aciem. Sed quum Thebani eodem ardore instarent iis, omnes terga dedere, collesq; effusi petiere. Mille ex illis desiderati: ex Thebanis ceciderunt trecenti, quos impetus in consectandis hostibus in aspera & munita loca abstulit. Hi suspicione erant adspersi facere cum Lacedæmoniis: quam labem dum eluere volunt apud ciues, neque sibi parcunt, in persequendis hostibus nequicquam periere. Hęc clades Pausaniæ in itinere Thespias à Platæis mouenti nuntiata est, qui instructo agmine contendit Haliartum. Eôdem ex Thebis aduenit cum Athenienſibus Thrasybulus. Quum institueret Pausanias per inducias mortuos petere, maiores natu Spartiatarũ & apud semetipsos fremuerunt, & regem adeuntes testati sunt non sublaturos se per inducias Lysandrum:

A δὴ δέ τις Ἀθήναζε διὰ τῆς Βοιωτίας ἐπὶ τοὺς τυράννους ὅπλα κομίζῃ, μήτε ὁρᾶν τινὰ Θηβαίων, μήτε ἀκούειν. καὶ οὐκ ἐψηφίσαντο μὴ οὕτως Ἑλληνικὰ καὶ φιλάνθρωπα, τὰς δὲ πραξεῖς τοῖς γράμμασιν ὁμοίως οὐ παρέχον· ἀλλὰ Θρασύβουλος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, φυλὴν καταλαβόντες οὐκ Θηβῶν ὡρμήθησαν, ὅπλα καὶ χρήματα καὶ τὸ λαβεῖν καὶ τὸ δέξασθαι, Θηβαίων αὐτοῖς συμπροθυμησάντων. αἰτίας μὲν οὖν τούτας ἔλαβε κατὰ τῶν Θηβαίων ὁ Λύσανδρος. ἤδη δὲ πανταχόθεν χαλεπὸς ὢν ὀργῇ, διὰ τὴν μελαγχολίαν ἐπιτείνουσαν εἰς γῆρας, παρώξυνε τοὺς ἐφόρους καὶ σὺν ἔπεισε πέμψαι βοηθὸν ἐπ' αὐτὸν, καὶ λαβὼν τὴν ἡγεμονίαν ἐξεστράτευσεν. ὕστερον δὲ καὶ Παυσανίαν τὸν βασιλέα μετὰ στρατιᾶς ἀπέστειλεν. ἀλλὰ Παυσανίας μὲν κύκλῳ παρελθὼν διὰ τοῦ Κιθαιρῶνος, ἔμελλεν εἰς τὴν Βοιωτίαν εἰσβαλεῖν. Λύσανδρος δὲ διὰ Φωκέων ἀστείως στρατιώτας ἔχων πολλοὺς. καὶ τὴν μὲν Ὀρχομενίων πόλιν ἑκουσίως προσχωρήσασαν ἔλαβε, τὴν δὲ Λεβαδίαν ἐπελθὼν διεπόρθησεν. ἔπεμψε δὲ τῷ Παυσανίᾳ γράμματα κελεύων εἰς Ἁλίαρτον σὺν Γλατιανῶν σπουδάζειν, ὡς αὐτὸς ἅμα ἡμέρᾳ πρὸς τοῖς τείχεσι τῶν Ἁλιαρτίων γενησόμενος. ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς τοὺς Θηβαίους ἀπεκρούσθη, τῶν κομιζόντος εἰς κατασκόπους λῃστὰς ἐμπεσόντος· οἱ δὲ, προσβεβοηθηκότων αὐτοῖς Ἀθηναίων, τὴν μὲν πόλιν σκεύεσι διεπίστευσαν, αὐτοὶ δὲ πρὸς πρῶτον ὄρθρον ἐξορμήσαντες, ἔφθασαν ὀλίγῳ τὸν Λύσανδρον σὺν Ἁλιαρτίων γενόμενοι, καὶ μέρει τινὶ παρῆλθον εἰς τὴν πόλιν. σκεῦος δὲ μὲν πρῶτον ἔγραψε, τὸν στρατηλὸν ἱδρύσας ὅπου λόφος πρὸς μεμνῆσθαι τὸν Παυσανίαν· ἔπειτα προϊούσης τῆς ἡμέρας ἀναμεῖναι οὐ δυνάμενος, λαβὼν τὰ ὅπλα καὶ τοὺς συμμάχους παρορμήσας, ὀρθίᾳ τῇ φάλαγγι πρὸς τὴν ὁδὸν ἦγε πρὸς τὸ τεῖχος. τῶν δὲ Θηβαίων οἱ μὲν ἔξω μεμνημένοι σὺν ἀριστερᾷ τὴν πόλιν λαβόντες, ἐβάδιζον ὄπισθε τοῖς ἐχάτοις τῶν πολεμίων, ὑπὸ τὴν κρήνην τὴν Κισσοῦσαν προσαγορευομένην· ἔνθα μυθολογοῦσι τὰς τιτθὰς, νήπιον ὄντα τῆς λοχείας ἀπολοῦσαν τὸν Διόνυσον. καὶ γὰρ οἶνος ἀπὸ ὄψεως ἐπιστίλβει τὸ χρῶμα καὶ διαυγές, καὶ πιεῖν ἥδιστον. οἱ δὲ Κρήσιοι στύραξ οὐ πρόσω πρὸς πεφύκασιν· ἃ τεκμήρια τῆς Ῥαδαμάνθυος αὐτόθι κατοικήσεως Ἁλιαρτίοι ποιοῦνται, καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσιν, Ἀλεᾶ καλοῦντες. ἔστι δὲ καὶ τοῦ Ἀλκμήνης μνημεῖον ἐνταῦθα γὰρ (ὥς φασιν) κατοικήσασα Ῥαδαμάνθυϊ μετὰ τὸν Ἀμφιτρύωνος τελευτὴν. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει Θηβαῖοι μετὰ τῶν Ἁλιαρτίων συστραφέντες, τέως μὲν ἡσύχαζον· ἐπεὶ δὲ τὸν Λύσανδρον ἅμα τοῖς πρώτοις προσπελάζοντα τῷ τείχει κατεῖδον, ἐξαπίνης ἀνοίξαντες τὰς πύλας καὶ προσπεσόντες αὐτόν τε μετὰ τοῦ μαντέως κατέβαλον, καὶ τῶν ἄλλων ὀλίγους τινάς· οἱ γὰρ πλεῖστοι, ταχέως ἀπέφυγον πρὸς τὴν φάλαγγα. τῶν δὲ Θηβαίων οὐκ ἀπιόντων, ἀλλὰ προσκειμένων αὐτοῖς, ἐτράποντο πρῶτον ἀνὰ τοὺς λόφους φεύγειν. καὶ χίλιοι πίπτουσιν αὐτῶν· ἀπέθανον δὲ καὶ Θηβαίων τριακόσιοι, πρὸς τὰ βάχεα καὶ καρτερὰ τοῖς πολεμίοις συνεκπεσόντες. οὗτοι δὲ ἦσαν σὺν αἰτίᾳ τοῦ λακωνίζειν, ἐν σπουδάζοντες ἀπολύσασθαι τοῖς πολίταις, καὶ σφᾶς αὐτῶν ἀφειδοῦντες σὺν τῇ διώξει, προσαναλώθησαν. ὧν δὲ Παυσανίας τὸ πάθος ἀγγέλλεται κατὰ ὁδὸν σὺν Γλατιανῶν εἰς Θεσπιὰς πορευομένῳ, καὶ συνταξάμενος ἦκε πρὸς τὴν Ἁλίαρτον· ἦκε δὲ καὶ Θρασύβουλος σὺν Θηβῶν, ἄγων τοὺς Ἀθηναίους. βουλευομένου δὲ τοῦ Παυσανίου τοὺς νεκροὺς ὑποσπονδοὺς ἀπαιτεῖν, διεφορεῦντο οἱ πρεσβύτεροι τῶν Σπαρτιατῶν, αὐτοί τε καθ' ἑαυτοὺς ἠγωνιακότες, καὶ τῷ βασιλεῖ πρεσβεύοντες, ἐμαρτύραντο μὴ διὰ σπονδῶν αἱρεῖσθαι Λύσανδρον,

v. Palmer.

ἀλλὰ καὶ ὅπλων περὶ τοῦ σώματος ἀγωνιουμένους, καὶ νικήσαντας, οὕτω τὸν ἄνδρα θάπτειν· ἡττηθεῖσι μὲν καλὸν σὺν τῷ σώματι κεῖσθαι μετὰ τοῦ στρατηγοῦ. τῶν τε πρεσβυτέρων λεγόντων, ὁρᾶν Παυσανίαν μέγα μὲν ἔργον, ἀπροβούλευτον μάχῃ τοὺς Θηβαίους ἀπηκεκρατηκότας, ἑλεῖν τε τῶν τειχῶν τὸ σῶμα τοῦ Λυσανδρου παραπεπλωκὸς, ὥστε χαλεπὸν δοῦναι τοὺς νικῶντας εἰς τὴν αἵρεσιν, ἐπεπέμψατο κήρυκα, καὶ προσέταξε τὸν δυνάμενον ὀπίσω. τὸν δὲ Λύσανδρον ἐν πρώτοις κομίζοντες ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἐλθόντες τῆς Βοιωτίας, σὺν φίλῃ καὶ συμμαχίδι χώρᾳ τῇ Παιονοπαίων κατέθεσαν. ὃ νῦν τὸ μνημεῖόν ἐστι, παρὰ τὴν ὁδὸν εἰς Χαιρώνειαν ἐκ Δελφῶν πορευομένοις. σὺν τούτῳ δὴ τῆς τραπέζης καὶ τοῦ λιτανεύματος, λέγεται τινὰ τῶν Φωκέων ἑτέρῳ μὲν τοῦ τυχόντι τὸν ἀγῶνα διηγουμένου, εἰπεῖν ὡς οἱ πολέμιοι προσπέσοιεν αὐτοῖς τὸν Λυσάνδρου τὸν Ὁπλίτου ἤδη δεδεκότος. θαυμάσαντος δὲ, Σπαρτιάτου ἄνδρα τοῦ Λυσάνδρου φίλον ἔρεσθαί τινα λέγει τὸν Ὁπλίτου· οὐ γὰρ εἰδέναι τοὔνομα. Καὶ μὴν ἐκεῖ γε (φασὶ) τοὺς πρώτους ὑμῶν οἱ πολέμιοι κατέβαλον. ὃ γὰρ πρὸς τὴν πόλιν ῥεῖθρον Ὁπλίτου καλοῦσιν. ἀκούσαντα δὲ τὸν Σπαρτιάτου, ἐκδακρύσαι, καὶ εἰπεῖν ὡς ἄφυκτόν ἐστιν αὐθέκαστον τὸ πεπρωμένον. οὐ γὰρ (ὡς ἔοικε) τῷ Λυσάνδρῳ δεδομένος χρησμὸς ὅπως ἔχων,

Ὁπλίτου κελάδοντα φυλάξασθαί σε κελεύω,
Γῆς τε δράκοντ' ἐόν δόλιον κατόπισθεν ἰόντα.

οἱ δὲ τὸν Ὁπλίτου οὐ πρὸς Ἁλιάρτῳ ῥεῖν λέγουσιν, ἀλλὰ πρὸς Κορώνειαν χειμάῤῥοον εἶναι, τῷ Φλιασίῳ ποταμῷ συμφερόμενον πρὸς τὴν πόλιν· ἣν πάλαι μὲν Ὁπλίαν, νῦν δὲ Ἰσόμαντον προσαγορεύουσιν. ὁ δὲ ἀποκτείνας τὸν Λύσανδρον Ἁλιάρτιος ἀνὴρ, ὄνομα Νεόχορος, ἐπίσημον εἶχε τὸν ἀπίδος δράκοντα· καὶ τοῦτο σημαίνειν ὁ χρησμὸς εἰκάζετο. λέγεται δὲ καὶ Θηβαίοις ὑπὸ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ἐν Ἰσμηνίῳ χρᾶσθαι χρησμὸν, ἅμα τῷ τε πρὸς Δηλίῳ μάχῃ, καὶ τὴν πρὸς Ἁλιάρτῳ ταύτῃ ἐκείνης ὕστερον ἔτει τριακοστῷ χρωμένῳ πρεσβεύοντα. ἦν δὲ τοιοῦτος,

Ἑκατηβόλου πεφύλαξο λύκου, καὶ μάκεσι δοκεύων·
Καὶ λόφον Ὀρχαλίδου, ὃν ἀλώπηξ ὅποτε λείπει.

τὴν μὲν οὖν πρὸς Δήλιον τόπον, ἑκατηβόλον προσεῖπε, καθ' ὃν ἡ Βοιωτία τῇ Ἀττικῇ συνορεῖ· Ὀρχαλίδου δὲ λόφον, ὃν νῦν Ἀλώπεκον καλοῦσιν, ἐν τοῖς πρὸς τὴν Ἑλικῶνα μέρεσι τῆς Ἁλιάρτου κείμενον. τοιαύτης δὲ τοῦ Λυσάνδρου τελευτῆς γενομένης, πρόσχημα μὲν ὅπως ἤνεγκαν βαρέως οἱ Σπαρτιάται, ὥστε τοῦ βασιλεῖ χρίσαι προσγράψαι θανατικόν· οὐ γὰρ ὑποστὰς ἐκεῖνος, εἰς Τέγεαν ἔφυγε, κἀκεῖ κατεβίωσεν ἱκέτης ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς. καὶ γὰρ ἡ πενία τοῦ Λυσανδρου τελευτήσαντος ἐκκαλυφθεῖσα, φανερωτέραν ἐποίησε τὴν ἀρετὴν, ἀπὸ χρημάτων πολλῶν καὶ δυνάμεως, περιουσίας τε πόλεων καὶ βασιλείας τοιαύτης, μηδὲ μικρὸν ὁπτιλαμπρυνάντος τὸν οἶκον εἰς χρημάτων λόγον, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος· ᾧ μᾶλλον ἐπαινοῦσι τις δώσειεν ἄν τις, ἢ ψέγοντι· ψέγει γὰρ ἥδιον ἢ ἐπαινεῖ. χρόνῳ δ' ὕστερον, Ἔφορός φησιν ἀπολογίας τινὸς συμμαχικῆς ἐν Σπάρτῃ γενομένης, καὶ τὰ γράμματα δεικνύναι δεῖσαι, ἃ παρ' ἑαυτῷ κατέχειν ὁ Λύσανδρος, ἐλθεῖν ὅτι τὸν οἶκον τὸν Ἀγησίλαου. ἐρρέθη δὲ βιβλίον ἐν ᾧ γεγραμμένος ἦν ὁ περὶ τῆς πολιτείας λόγος, ὡς χρὴ τοὺς Εὐρυποντίδας καὶ Ἀγιάδας τοὺς βασιλεῖς ἀφελομένους εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν ἐκ τῶν ἀρίστων, ὁρμῆσαι μὲν εἰς τὴν πολίτας τὸν λόγον ἐξενεγκεῖν. καὶ παραδεικνύναι τὸν Λύσανδρον οἷος ὢν πολίτης ἀφανεστάτου.

A verùm armis de corpore eius certaturos, victoresq; tum eum humaturos, victis verò honestum fore ibidem occumbere cum duce. Iactantibus ea senioribus, Pausanias prælio superare victores modò Thebanos arduum cernens esse, & corpus Lysandri prope murum consedisse, vt laboriosè ablaturi illud vel victores essent, petitis per præconem induciis, retrò exercitũ reduxit. Lysandrum abstulerunt, quem, vt primũ finem superauerunt Bœotiæ, in pacato & socio agro Panopæorũ sepultura affecere: vbi nunc quoq; monumentum eius extat secus viam quæ Delphis Chæroneam fert. Ibi quum haberent Lacedæmonii statiua, fama tenet B Phocensem quendam alteri, qui non interfuerat, recensentem certamen, hostes dixisse in ipsos incurrisse quum Lysander iam Hopliten transcendisset. Quo stupente, Spartiatem quendam Lysandri amicum, quémnam Hopliten diceret, rogasse. neque enim nosse se nomen. Atqui illic, inquit, primos ordines nostros conciderunt hostes. quippe riuum oppido propinquum vocant Hopliten. Spartiatem eo audito ad lacrymas effusum dixisse, Vt est homini fatum ineuitabile! Nempe sortes datæ Lysandro huiuscemodi fuere.

C *Hopliten iubeo cautum vitare sonantem*
Terrigenumq;, dolo sequitur qui terga draconem.

Aliqui non Haliartum præterfluere Hopliten, sed prope Coroneam torrentẽ autumant esse, & cum Phliaro amne secundum oppidum coire, quem Hopliam olim, nunc appellant Isomantũ. Qui Lysandrũ interfecit ciuis Haliartius, Neochorus nomine, insigne clypei draconem habuit, quod coniectura erat nuntiari oraculo. Ferunt Thebanis quoq; sub bellum Peloponnesiacũ oraculũ Apollinis Ismenii editũ, quod, simul prælium ad Delion atq; hoc ad Haliartũ cõmissum, quod illi successit anno trigesimo, prædixit. Id fuit Huiuscemodi,

D *Instruis insidias latebris siquando luporum,*
Oram confinem, vacuum nec vulpibus vnquam
Orchalidem tumulum pariter vitare memento.

Locum iuxta Delion oram confinem vocauit, vbi Bœotiæ & Atticę est confiniũ. Orchalidem tumulum, quem hodie nominant Alopecon, qui positus est in finibus Haliarti ad Helicona vergentibus. Hunc Lysandri exitũ Spartiatæ recenti retulerunt ita grauiter vt regẽ in capitis iudicium vocauerint: quod ille declinans, Tegeam iuit exulatum, atque illic in delubro Mineruæ supplex vitam transegit. Etenim detecta defuncti paupertas Lysandri laudem reddidit eius illustriorẽ: qui ex ingenti pecunia, potentia, vrbiũ clientela, & regno tali rem familiarẽ (quod ad argentum attinet) ne obolo quidem reddidit lautiorẽ, vt tradit Theopompus: cui celebranti eum credas magis quàm obterenti. Vituperant enim homines quàm cõmendant promptius. Postea loci, ait Ephorus, quum disceptatio quædã sociorũ Spartæ esset, & scripta, quæ apud se asseruauerat Lysander, essent inspicienda, domum eius Agesilaũ profectũ. quem, vt codicem reperit, in quo descripta illa de repub. oratio erat, regnum Eurytiontidis & Agiadis eripiendum atq; in medio esse ponendũ, legendosq; reges ex optimis, instituisse orationem in lucem pro concione proferre, & Lysandrũ aperire qui ciuis in operto fuisset.

Verum Lacratidam prudentem virum & principem ephororum retinuisse Agesilaum, monuisseq; ne refoderet Lysandrum, sed orationē cum eo defoderet ita artificiose & astute concinnatā. At Lysandro tamen cum alios honores mortuo habuerunt, tum procis qui nuptias ambierant filiarum eius, mox inopia eius post vitæ exitum erumpente renuntiauerunt illis, mulctam dixerunt, quod eum quum arbitrarentur pecuniosum, coluissent, iustum & probum ex tenuitate compertum, repudiauissent. Hinc fuisse Lacedæmone liquet cælibatus serotinarumq; & malarum nuptiarum mulctam. Ea persequebantur potissimum illos qui pro bonis & necessariis affinitatem cum opulentis iungebant. Habes quæ de Lysandro comperimus, literis mandata.

A Λακρατίδαν δὲ, ἄνδρα φρόνιμον, καὶ τότε προσεῖπε τῶν ἐφόρων, ὑπολαβέσθαι τὸν Ἀγησίλαον, καὶ εἰπεῖν ὡς δεῖ μὴ ἀνορύττειν τὸν Λύσανδρον, ἀλλὰ καὶ τὸν λόγον αὐτῷ συγκατορύττειν, οὕτω σεσωτεταγμένον πιθανῶς καὶ πανούργως. οὐ μὴν ἀλλὰ τάς γε ἄλλας τιμὰς ἀπέδοσαν αὐτῷ τελευτήσαντι, καὶ τοὺς μνηστευσαμένους τὰς θυγατέρας, εἶτα μετὰ τὴν τελευτὴν, τὸν Λυσάνδρου πένητος ὑπειλημμένου, ἀπειπαμένους, ἐζημίωσαν, ὅτι πλούσιον μὲν νομίζοντες ἐθεράπευον, δίκαιον δὲ καὶ χρηστὸν ἐκ τῆς πενίας ἐπιγνόντες, ἐγκατέλιπον. τοῦτο γὰρ (ὡς ἔοικεν) ἐν Σπάρτῃ, καὶ ἀγαμίου δίκη, καὶ ὀψιγαμίας, καὶ κακογαμίου. τούτῃ γὰρ ἐπόνουν μάλιστα, τοὺς διὰ τὴν ἀγαθὴν καὶ οἰκείων τοῖς πλουσίοις κηδεύοντας. τὰ μὲν οὖν περὶ Λύσανδρον οὕτως ἱστορήσαμεν ἔχοντα.

B

PLVTARCHI

SYLLA.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΣΥΛΛΑΣ.

C

CORNELIVS Sylla, gentis patritiæ fuit. Ex maioribus eius Rufinum ad consulatum aiunt aspirasse, nobilioremque hoc honore fuisse inflictam infamiam. Nam conuictus est supra decem argenti cælati libras contra legem possidere. qua de causa est senatu motus. Huius deinceps posteri omnes humiles fuere. Atque ipse Sylla, non amplo innutritus patrimonio, vbi adoleuit, in conducto habitauit haud magna pensione, vt post, quod indignus tanta fortuna videretur, fuit ei exprobratum. Siquidem ad iactantem se & gloriantem ab expeditione Africana, fama tenet bonum & probum virum dixisse, Qui possis tu probus esse, qui quum nihil à patre acceperis, nunc possideas adeo multa? Quanquam enim homines iam morum integritatem & innocentiam non retinerent, sed deflexissent, deliciarumque & luxus caperentur admiratione, numerauit tamen hic iuxta infames eos qui facultates suas absumpsissent, & qui paternam non retinuissent paupertatem. Inde quum esset rerum potitus, & multos interimeret, quidam libertinus, qui dicebatur vnum proscriptorum occultare, atque ideo erat de saxo præcipitandus, improperauit Syllæ, quod diu vna in domo cœnacularia habitassent, ac pependisset ipse mercedem superioris ædificii duo millia nummum sestertiorum, inferioris ille tria millia, vt interesset inter vtriusque fortunam mille nummum, qui drachmis Atticis valent ducentis quinquaginta. Hæc de fortunis Syllæ prioribus tradunt. Corporis eius reliqua in statuis visitur effigies. Oculos glaucos, qui perquam erant amari & truces, color faciei magis efferabat aspectu. Efflorescebat enim aspera rubedo albedine spartim interfusa. vnde fertur nomen traxisse ex colore appositum. Et sannio quidam Athenis oblique hunc versum in eum iaculatus est. *Mora si spargas farina, talis extat forma Syllæ.* His notis non alienum sit vti in illo quem ita perhibent dicacem

D

E

F

ΣΥΛΛΑΣ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ὁ Κορνήλιος Σύλλας, γένει μὲν οὐκ ἐπ πατρικίων, οἷς ὑπατείδας αὔτης εἴποι τῶν προγόνων αὐτὸν λέγουσι Ῥουφῖνον ἐπάτευσαν· καὶ τούτῳ δὲ τῆς τιμῆς ἐπιφανεστέραν ἐμφέρειν τὴν ἀτιμίαν. ἐπρέσθη γὰρ ἀργυρίου χίλια κεκτημένος ἐπὶ δέκα λίτρας, ὑπὲρ νόμον μὴ διδόντος· ἐπὶ τούτῳ δὲ τῆς βουλῆς ἐξέπεσεν. οἱ δὲ μετ' ἐκεῖνον ἤδη πανταχόθεν ἐπιφανεστάτου διετέλεσαν· αὐτός τε Σύλλας ἐν οὐκ ἀφθόνοις ἐτράφη τοῖς πατρῴοις. ἐμφόρημος δὲ μισθώσεως, ᾤκει παρ' ἑτέροις, οἰκίον δὲ πολὺ τελῶν, ὡς ὕστερον ὀνειδίζετο, παρ' ἀξίαν δυστυχεῖν δοκῶν. σεμνυνομένῳ μὲν γὰρ αὐτῷ, καὶ μεγαληγορεῖν τῇ τῶν ἐν Λιβύῃ στρατείᾳ, λέγεταί τις εἰπεῖν τῶν καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, Καὶ πῶς ἂν εἴης σὺ χρηστὸς, ὃς, τοῦ πατρός σοι μηδὲν ἐγκαταλιπόντος, τοσαῦτα κέκτησαι; καὶ γὰρ οὐκ ἔστι τῶν βίον ἐν ἤθεσιν ὀρθοῖς καὶ καθαροῖς μενόντων, ἀλλ' ἐγκεκλικότων καὶ τῷ δαδεδεγμένων τρυφῆς καὶ πολυτελείας ζῆλον. εἰς ἴσον ὅμως οὐδὲν ἐπίθετο τοὺς ὑπαρχούσαν εὐπορίαν ἀπολέσαντας, καὶ τοὺς πενίαν πατρῴαν μὴ διαφυλάξαντας. ὕστερον δὲ ἤδη κρατοῦντος αὐτοῦ, καὶ πολλοὺς ἀποκτιννύντος, ἀπελευθερικός τις ἔφασκεν ἕνα τῶν προγεγραμμένων, καὶ κατακρημνίζεσθαι διὰ τοῦτο μέλλων, ὠνείδιζε τὸν Σύλλαν, ὅτι πολὺν χρόνον ἐν μιᾷ συνοικίᾳ συνδιητῶντο, φέροντες ἐνοίκιον, αὐτὸς μὲν τὸν ἄνω, δισχιλίους νούμμους, ἐκεῖνος δὲ τῶν ὑποκάτω, τρισχιλίους. ὥστε τῆς τύχης αὐτῶν τὸ μεταξὺ χιλίους νούμμους εἶναι, οἱ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς Ἀττικὰς δύνανται. ταῦτα μὲν οὖν ἱστορεῖται περὶ τῆς παλαιᾶς τοῦ Σύλλα τύχης. τοῦ δὲ σώματος αὐτοῦ τὸ μὲν ἄλλο εἶδος ὑπὸ τῶν ἀνδριάντων φαίνεται, τὸ δὲ τῶν ὀμμάτων γλαυκότητα δεινὸν καὶ πικρὰν καὶ ἄκρατον οὖσαν, ἡ χροιὰ τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσιδεῖν. ἐξιώδη γὰρ τὸ ἐρύθημα λευκῷ, καὶ παρεμφέρειαν κατεμεμιγμένον τῇ λευκότητι. πρὸς ὃ καὶ τοιοῦτόν φασι λέγεται, τὴν χροιὰν ὑπιδεῖν· καὶ τὸν Ἀθήνησι γεφυριστῶν ἐπέσκωψέ τις, εἰς τοῦτο ποιήσας, Συκάμινον ἔοικε Σύλλας ἀλ-

v. Valmaf. ad Vol. p. 3

φίτῳ πεπασμένον· τοῖς δὲ τοιούτοις τῶν τεκμηρίων οὐκ ἄτοπον ἐστι χρῆσθαι περὶ ἀνδρὸς, ὃν οὕτω φιλοσκώμμονα

φύσει γεγονέναι λέγεσιν, ὥστε νέον μὲν ἔτι καὶ ἄδοξον ὄντα, μετὰ μίμων καὶ γελωτοποιῶν διαπᾶσθαι καὶ συναχθαιρόμενον ἐπεὶ δὲ κύριος ἀπολύτων κατέστη, συναγαγόντα τοὺς ἀπὸ σκηνῆς καὶ θεάτρου τοῖς ἱπαμωτάτοις ὁσημέραι, πίνειν καὶ διαπληκτίζεσθαι τοῖς σκώμμασι, τά τε γήρως ἀωρότερα τρεφόντων καὶ πρὸς ὃ ἀξίωμα τῆς ἀρχῆς, πολλὰ τοὺς δεομένους ὑπεμελείας τρεφιέμενον. οὐ γὰρ ἐν τῷ Σύλλᾳ περὶ δεῖπνον ὄντι χρήσασθαι τοῦ δαίμονος τοῦδέν, ἀλλ' ἐνεργὸς ὢν καὶ σκυθρωπότερος τοῦδε τὸν ἄλλον χρόνον, ἀθρόαν ἐλάμβανε μεταβολὴν ὁπότε τρέποιτο ἑαυτὸν εἰς συνουσίαν καταβάλοι καὶ πότον· ὥστε μιμῳδοῖς καὶ ὀρχησταῖς πθανὸς εἶναι, καὶ πρὸς πᾶσαν ἔντευξιν εὐπροσήγορος καὶ κατεφής. Ταύτης δὲ τῆς αἱρέσεως ἔοικε γεγονέναι νόσημα καὶ ἡ πρὸς πεῖ ἔρωτας ἀχρεία καὶ ῥύσις αὐτοῦ τῆς φιληδονίας, ἧς οὐδὲ γηράσας ἐπαύσατο. Μητροβίου δὲ τοῦ ἀπὸ σκηνῆς τινος ἐρῶν διετέλεσεν ἔτι νέος ὤν. καὶ συνῴκησεν αὐτῷ ὁ τοιοῦτον. ἀρξάμενος γὰρ ἐρᾶν κοινῆς μὲν, ἀπόρου δὲ γυναικὸς ὄνομα Νικοπόλεως, καὶ λαβεῖν καὶ χαίρειν οὐ ἀφ' ὥρας εἶχεν, εἰς ἐρωμένου χῆμα τρεπελθών, ἀπελείφθη κληρονόμος ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου τελευτήσας. κληρονόμησε δὲ καὶ τὸ μητρυιὸν, ἀγαπηθεὶς ὥσπερ υἱὸς ὑπ' αὐτῆς· καὶ μετείως μὲν ἀπὸ τούτων ἀπόρησεν· ἀποδοθεὶς δὲ ταμίας ὑπατεύοντι Μαείῳ τὸ τρίτῳ ὑπατείαν συνεξέπλευσεν, εἰς Λιβύην πολεμήσων Ἰουγούρθαν. γενόμενος δ' ἐπὶ στρατοπέδου, πάντα ἄλλα παρεῖχεν ἑαυτὸν ἀνδρεῖον, καὶ καιρῷ τοῦ παρεσόντος χρησάμενος ἀν, φίλον ἐποιήσατο τὸν Νομάδων βασιλέα Βόκχον. τρεσβεύσας γὰρ αὐτοῦ λῃστὴς Νομαδικὸν ἐκφυγόντας, ὑποδεξάμενος καὶ φιλοφρονηθεὶς, δῶρα καὶ πομπὴν ἀσφαλῆ τοῦ παρεχών, ἀπέστελεν. ὁ δὲ Βόκχος ἐπίεζε μὲν ἔτι γε πάλαι γαμβρὸν ὄντα μισῶν καὶ φοβούμενος τὸν Ἰουγούρθαν· τότε δὲ ἠπημένῳ καὶ πεφευγότι πρὸς αὐτὸν ἐπιβουλεύων, ἐκάλει τὸν Σύλλαν, δι' ἐκείνου μάλιστα βουλόμενος τιμωρίαν καὶ τοῦ παρόδοσιν τοῦ Ἰουγούρθα λυέσθαι, ἢ δι' αὐτοῦ. κοινωσάμενος δὲ τῷ Μαείῳ, καὶ λαβὼν στρατιώτας ὀλίγους ὁ Σύλλας, τὸν μέγιστον ὑπέδυ κίνδυνον, ὅτι βαρβάρῳ καὶ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους ἀπίστῳ πίστιν δύσας, ὑπὲρ τοῦ παραλαβεῖν ἕτερον, ἑαυτὸν ἐνεχείρισεν. οὐ μὴν ἀλλὰ ὁ Βόκχος ἐπ' ἀμφοτέρων κύριος γενόμενος, καὶ καταστήσας ἑαυτὸν εἰς ἀνάγκην τοῦ παραδοῦναι τὸν ἕτερον, καὶ πολλὰ διενεχθεὶς τῇ γνώμῃ, τέλος ἐκύρωσε τὸ τρόπαιον τρεφθεῖσαν, καὶ παρέδωκε τῷ Σύλλᾳ τὸν Ἰουγούρθαν. ὁ μὲν οὖν θριαμβεύων ἐπὶ τούτῳ, Μάριος μὲν· ἡ δὲ δόξα τοῦ κατορθώματος μὲν ὁ Μαείου φθόνος Σύλλᾳ τρεστίθει, παρελύπει τὸν Μάριον ἡσυχῇ. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Σύλλας φύσει τε μεγαλαυχος ὤν, καὶ πότε τρεφθὲν ἐκ βίου ταπεινοῦ καὶ ἀγνοῦς, ἔν τινι λόγῳ γεγενὼς τοῦδε τοῖς πολίταις, καὶ τοῦ τιμᾶσθαι γεγενόμενος, εἰς τοῦτο φιλοτιμίας τρεφῆλθεν, ὥστε γλυφάμενος ἐν δακτυλίῳ φορεῖν εἰκόνα τοῦ τρόπαιου· καὶ ταύτῃ γε χρώμενος ἀεὶ διετέλεσεν. οὗ δὲ ἡ γραφὴ, Βόκχος μὲν τοῦδε διδοὺς, Σύλλας δὲ τοῦδε λαμβάνων τὸν Ἰουγούρθαν. οὐδὲν μὲν οὖν ταῦτα τὸν Μάριον· ἐπὶ δὲ ἡγούμενος ἐλάττον αὐτοῦ φθονεῖσθαι τὸν Σύλλαν, ἐχρῆτο τρὸς τὰς στρατείας· ὁ μὲν δεύτερον ὑπατεύων. τρεσβευτῇ· ὁ δὲ τρίτον. χιλιάρχῳ. καὶ πολλὰ δι' ἐκείνου τοῦ χρησίμου κατωρθοῦτο.

A natura fuisse, vt iuuenis etiamnum & nondum celebris, cum mimis viueret & scurris, sociumq; se iis in omni proteruia præberet: atq; quum esset rerum potitus, scenicorum & histrionum impudentissimis quibusq; coactis præter ætatem, imperii maiestatem potaret quotidie cum eis, dicteriisq; digladiaretur, quum multa interim posthaberet grauia negotia. Neq; enim inter cœnandum Sylla rei vlli vacabat seriæ, sed qui alias negotiosus esset & tristior, vt primum contulit ad conuiuium se vel ad compotationem, repente inuertebat se, mimisque & saltatoribus tractabilis erat, & aditu promptus atq; dedit°. Videtur huius dissolutionis morb. B etiam effusio in amores fuisse, in voluptatesq; propensio, qua ne in senectute quidem fuit liber. Metrobium scenicum constanti amore est iuuenis prosequutus, isque affectus cum ætate creuit: siquidem quum mulierem Nicopolim nomine, meretricem quidem vulgarem, sed opulentam, cœpisset amare, fuit ex consuetudine Syllæ & formæ C venustate illa in amorem eius ita effusa, vt hæredem moriens eum reliquerit. Fuit item nouercæ hæres, quæ loco filii dilexit eum. ex quibus hæreditatibus satis lautus fuit. Quæstor creatus, Marium primo consulatu est in Africam comitatus ad bellum Iugurthinum. Postquam in castra venit, probauit cum aliis rebus industriam suam, tum oblata occasione recte vsus, amicitiam sibi regis Numidarum conciliauit Bocchi. Nam legatos eius, è manibus latronum Numidarum elapsos, excepit & liberaliter habuit, dona insuper dedit eis, atq; cum præsidio, quod eos in tutum deduceret, dimisit. Bocchus autem iampridem socerum perosus erat & timebat Iugurtham. Tunc fracto, & ad ipsum confugienti insidias struens acciuit Syllam, quo per illum potius quam per se corriperetur D tradereturq; Iugurtha. Re cum Mario communicata, præsidium habens paucorum militum, maximũ subiit periculum, quod dum barbaro necessariis suis coniunctissimis infido confidit, vt alium acciperet, in manus eius commisisset se. Verum habens Bocchus vtrumq; in arbitrio suo, quum se in eam necessitudinem demisisset, fidem vt violaret in altero, post multos animi æstus, tandem primam proditionem comprobauit, tradiditq; Syllæ Iugurtham. Duxit quidem hac de re triumphum Marius, sed facti gloria, quam Marii inuidia Syllæ attribuit, momordit in occulto Marium nonnihil: E siquidem quum esset sua sponte Sylla iactabundus, & tunc primum ex vita abiecta & tenebris in lucẽ ciuium emersisset, gustumq; cepisset honorum, eo erupit ambitionis, vt facti huius sculptam in annulo imaginem gestaret, qua etiam perpetuo deinceps signauit. Exprimebatur sculptura Bocchus tradens & Sylla accipiens Iugurtham. Quanquam autem stimularunt ea Mariũ, minus tamen adhuc quam se ratus inuidiosum Syllam, legatum eum ad exercitum in secundo consulatu habuit, & in tertio tribunum militum, eiusq; opera multa præclare confecit: siquidem legatus ducem Tectosagarum Copillum cepit, in tribunatu magnam F gentem & populosam ad amicitiam & societatem à populo Romano petendam Marsos impulit. Inde infestum sibi Marium animaduertens,

Τεκτοσάγων Κόπιλλον εἷλε, καὶ χιλιάρχων, μέγα καὶ πολυανθρωπον ἔθνος Μαρσοὺς ἔπεισε φίλους γενέσθαι καὶ συμμάχους Ῥωμαίων. ἐκ δὲ τούτων, τὸν Μάριον ἀγανακτοῦντα ἀγθόμενον αὐτῷ,

atque inuitum ſibi aliquid deferre rei gerendæ, ſed obſiſtere incremento ſuo, ad collegam ſe Marii contulit Catulum, bonum illum quidem virum, ſed ad prælia ſegniorem. Hic delegauit ei præcipuas quaſq; & maximas res. Ita pariter opes & gloriam ſuam amplificauit. Ac bello complures barbarorum Alpinorum nationes ſubegit. Quum inopia commeatus laboraretur, ea ſuſcepta procuratione tantam præſtitit affluentiam, vt Catuli militibus abundantibus, etiam præberet Marii copiis: qua re dicitur admodum agitaſſe Marium. Hæc igitur ſimultas ex tam leui ſcaturiens & friuola occaſione atq; fonte, inde per ſanguinem ciuilem & ſeditiones atrociſſimas in dominatum erumpẽs & totius confuſionem imperii, ſapientem virum Euripidem fuiſſe, & morborum ciuilium probauit gnarum, qui ambitionem iubet, vt funeſtiſſimum & infeſtiſſimum vtentibus ea dæmonium, deuitare. At Sylla, gloriam quam bello quæſiuerat, ratus ad negotia vrbana abunde eſſe, confeſtim à militia traduxit ſe ad populum ambiendum, ac præturam petiuit: vbi repulſam eſt paſſus, cauſam adſcribit plebi. Ait enim illam, quod ſuam ſciret cũ Boccho amicitiam, & ſi ante præturam ædilis curulis factus eſſet, magnificas venationes & Africanarum beluarum exſpectaret ſpectacula, alios deſignaſſe prætores, quo compelleret ipſum ad ædilitatis petitionem. Cæterum haud veram repulſæ ab ipſo proditam cauſam apparet rebus ipſis conuinci Syllam. Anno enim poſt populi fauorem partim blandimentis, partim largitionibus emeritus, prætor factus eſt. Quare, quum in prætura ad Cæſarem diceret ira incenſus, ſua ſe poteſtate in illum vſurum, arridens Cæſar, Recte (inquit) præturam exiſtimas tuam: nempe eam emiſti. Peracta prætura, legatus in Cappadociam mittitur ſpecioſo expeditionis titulo ad Ariobazanem in regnum reducendum, reuera vt multa molientem Mithidatem, imperiumque & vires adiungentem haud minores quam eſſent præſentes reprimeret. Copias haud magnas adduxerat ſecum, ſed prompta vſus opera ſociorũ, magno numero ipſorum Cappadocum, maiori Armeniorum, qui Gordio ſuppetias venerant, interfecto eiecit eum, & Ariobarzanem appellauit regem. Agentem apud Euphratem conuenit Parthus Orobazus, regis Arſacis legatus, quum nihil ante eam diem commercii inter vtranq; gentem interceſſiſſet. Sed & id magnæ felicitatis Syllæ videtur fuiſſe, quod inter Romanos cum illo principe ad ſocietatem & amicitiam petendam congreſſi Parthi ſint. Ibi dicitur tres ſedes poſuiſſe, vnam Ariobarzani, alteram Orobazo, ſibi tertiam, mediuſque inter duos ſedens audientiam dediſſe legato. Quamobrem necauit poſtmodum rex Parthorum Orobazũ: Syllam alii prædicauerũt, quod barbaros habuiſſet ludibrio, alii vt arrogantem & intempeſtiue ambitioſum culpauerunt. Memoriẹ proditũ eſt quendã ex comitatu Orobazi Chalcidenſem, inſpecto Syllæ vultu, animique & corporis haud defunctorie obſeruatis motib., atq; ad artis pręcepta expenſa eius naturæ ꝓdicaſſe fieri non poſſe quin ſumm⁹ hic vir futurus eſſet, mirari ẽt ſe, quemdm patiatur & nunc non eſſe omniũ primus.

A καὶ μηκέτι προϊέμενον ἡδέως πρᾶξεων ἀφορμὰς, ἀλλὰ ἐνιστάμενον τῇ αὐξήσει, Κάτλῳ τῷ συναρχοντι τοῦ Μαρίου προσέτρεψεν ἑαυτὸν, ἀνδρὶ χρήσιμῳ μὲν, ἀμβλυτέρῳ δὲ πρὸς ἀγῶνας· ὑφ' οὗ τὰ πρῶτα καὶ μέγιστα πιστευόμενος, εἰς δυνάμιν ἅμα δόξῃ προήει. καὶ πολέμῳ μὲν αἱρεῖ πολὺ μέρος τῶν ἐν τῇ Ἄλπεσι βαρβάρων· ὑπολιπούσης δ' αὐτὸν ἀγορᾶς, ἀναδεξάμενος τὴν ὑπομέλειαν, τοσαύτην ἐποίησε περιουσίαν, ὥστε τοῖς Κάτλου στρατιώταις ἐν ἀφθόνοις διαγόντων, καὶ τοῖς Μαρίου παρεσκευάζειν· ἐφ' ᾧ φησὶν αὐτὸν ἀγωνιᾶσαι τὸν Μάριον. ἡ μὲν οὖν ἔριδος βραχεῖαν οὕτω καὶ μικρὰν ὑπόθεσιν καὶ ἀρχὴν, εἶτα χωροῦσα διὰ αἵματος ἐμφυλίου, καὶ στάσεων ἀνηκέστων, ὑπὸ τυραννίδα καὶ σύγχυσιν ἀπόρων πραγμάτων, ἀπέδειξε τὸν Εὐριπίδην σοφὸν ἄνδρα καὶ πολιτικῶν ὑπεριδόντα νοσημάτων, δεικνυσάμενον φυλάττεσθαι τὴν φιλοτιμίαν, ὡς ὀλεθριωτάτην καὶ κακίστην δαίμονα τοῖς χρωμένοις. ὁ δὲ Σύλλας, οἰόμενος αὐτῷ τιμὴν ἀπὸ τῶν πολεμικῶν δόξαν, ὑπὲρ τὰς πολιτικὰς πράξεις δεῖν ἀρκεῖν, καὶ δοκεῖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς στρατείας ἀνῆκε, ὑπὲρ τιμὴν τοῦ δήμου πρᾶξιν, ὑπὲρ στρατηγίαν πολιτικὴν ἀπεγράψατο καὶ διεψεύσθη. τὴν δ' αἰτίαν τοῖς ὄχλοις αἰτιᾶται. φησὶ γὰρ αὐτοὺς εἰδότας τὴν πρὸς Βόκχον φιλίαν, καὶ προσδεχομένους, εἰ πρὸς τὴν στρατηγίας ἀγωνιοῦσι, κυνηγέσια λαμπρὰ, καὶ Λιβυκῶν ἀγῶνας θηρίων, ἑτέρους ἀποδεῖξαι στρατηγοὺς, ὡς αὐτὸν ἀγωνιοῦν ἀναγκάσοντας. ἔοικε δ' τὴν ἀληθῆ τῆς ἀποτυχίας αἰτίαν οὐχ ὁμολογῶν ὁ Σύλλας ἐλέγχεσθαι τοῖς πράγμασι. σημαίνει γὰρ κατόπιν ἔτυχε τῆς στρατηγίας, τοῦ δήμου, οὐ μὴν πολιτείᾳ οὐ δι' καὶ χρήμασι προσαγαγόμενος. διὸ δὴ καὶ στρατηγοῦντος αὐτοῦ, καὶ πρὸς Καίσαρα μετ' ὀργῆς εἰπόντος ὡς χρήσοιτο τῇ ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐξουσίᾳ, γελάσας ὁ Καίσαρ, Ὀρθῶς (ἔφη) τὴν ἀρχὴν ἰδίαν νομίζεις· ἔχεις γὰρ αὐτὴν ὠνάμενος. μετὰ δὲ τὴν στρατηγίαν, εἰς τὴν Καππαδοκίαν ἀπεστέλλεται, τὸν μὲν ἐμφανῆ λόγον ἔχων πρὸς τὴν στρατείαν, Ἀριοβαρζάνην καταγαγεῖν· αἰτίαν δ' ἀληθῆ, Μιθριδάτην ὑπερχεῖν πολυπραγμονοῦντα, καὶ πρεσβαλλόμενον ἀρχὴν καὶ δυνάμιν οὐκ ἐλάττονα τῆς ὑπαρχούσης. ἰδίαν μὲν οὖν δυνάμιν οὐ πολλὴν ἐπήγετο, χρησάμενος δ' τοῖς συμμάχοις πρόθυμοις, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν Καππαδοκῶν, πλείονας δ' αὖθις Ἀρμενίων πρὸς βοηθοῦντας ἀπέκτεινας, Γόρδιον μὲν ἐξήλασεν, Ἀριοβαρζάνην δὲ ἀπέδειξε βασιλέα. διαπειρῶντι δ' αὐτῷ πρὸς τὸν Εὐφράτην, συντυγχάνει Παρθος Ὀροβάζος, Ἀρσάκου βασιλέως πρεσβευτὴς, οὔπω πρότερον ἀλλήλοις ὑπομεμιγμένων τῶν γενῶν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς μεγάλης δοκεῖ Σύλλᾳ τύχης γενέσθαι, τῷ πρώτῳ Ῥωμαίων ἐκείνῳ Πάρθους συμμαχίας καὶ φιλίας δεομένους διὰ λόγων ἐλθεῖν. ὅτε καὶ λέγεται τρεῖς δίφρους θεμένους, τὸν μὲν Ἀριοβαρζάνην, τὸν δ' Ὀροβάζῳ, τὸν δ' αὐτῷ, μέσος ἀμφοῖν καθεζόμενος χρηματίζειν. ἐφ' ᾧ τὸν μὲν Ὀροβάζον ὕστερον ὁ τῶν Παρθων βασιλεὺς ἀπέκτεινε· τὸν δὲ Σύλλαν οἱ μὲν ἐπῄνεσαν ἐντρυφήσαντα τοῖς βαρβάροις, οἱ δὲ, ὡς φορτικὸν ἠτιάσαντο, καὶ ἀκαίρως φιλότιμον· ἱστορεῖται δέ τις ἀνὴρ τῶν μετ' Ὀροβάζου καταβεβηκότων, Χαλκιδεὺς, εἰς Σύλλα πρόσωπον ἀποβλέψας, καὶ τοῖς κινήσεσι τῆς τε διανοίας καὶ σώματος οὐ παρέργως ἐπιστήσας, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῆς τέχνης ὑποθέσεις τὴν φύσιν ἐπισκεψάμενος, εἰπεῖν ὡς ἀναγκαῖον εἴη τοῦτον τὸν ἄνδρα μέγιστον γενέσθαι· θαυμάζειν δὲ καὶ νῦν, πῶς διέκειται μὴ πρῶτος ὢν ἁπάντων.

ἀναχωρήσαντι δὲ αὐτῷ δίκην ἔλαχε δώρων Κίωσωρῖνος, ὡς πολλὰ χρήματα συνειληχότι παρὰ τὸν νόμον ἐκ φίλης καὶ συμμάχου βασιλείας. οὐ μὴν ἀπήντησεν ἐπὶ τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἀπέστη τῆς κατηγορίας. ἡ μέντοι τοῦ Μαρίου αὐτῷ φάσις ἀνερρίπιζετο, καινὴν ἐπόθεσιν λαβοῦσα τὴν Βόκχου φιλοτιμίαν, ὃς τὸν δῆμον ἅμα θεραπεύων ἐν Ῥώμῃ, καὶ τῷ Σύλλᾳ χαριζόμενος, ἀνέθηκεν εἰκόνας ἐν Καπιτωλίῳ θηραφόρους, καὶ παρ' αὐταῖς χρυσοῦν Ἰουγούρθαν ὑφ' ἑαυτῷ Σύλλᾳ παραδιδόμενον. ἐφ' ᾧ τοῦ Μαρίου βαρυθυμουμένου καὶ καθαιρεῖν ἐπιχειροῦντος, ἑτέρων δ' ἀμυνόντων τῷ Σύλλᾳ, καὶ τῆς πόλεως ὅσον οὔπω φλεγομένης ἐπ' ἀμφοῖν, ὁ συμμαχικὸς πόλεμος, πάλαι τυφόμενος, ἐπὶ τὴν πόλιν ἀναλάμψας, τότε τοῦ φάσιν ἐπέσχεν. ἐν τούτῳ μεγίστῳ καὶ ποικιλωτάτῳ γενομένῳ, καὶ πλείστα κακὰ καὶ βαρυτάτους παρασχόντι κινδύνους Ῥωμαίοις, Μάριος μὲν οὐδὲν ἀποδεῖξαι μέγα δυνηθείς, ἤλεγχε τὴν πολεμικὴν ἀρετὴν ἀκμῆς καὶ ῥώμης δεομένην, Σύλλας δὲ πολλὰ δράσας ἄξια λόγου, δόξαν ἔσχεν ἡγεμόνος μεγάλου μὲν παρὰ τοῖς πολίταις, μείζονος δὲ παρὰ τοῖς φίλοις, δυτυχεστάτου δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς. ἀλλ' ὅμως ἔπαθε ταὐτὸ Τιμοθέῳ τῷ Κόνωνος, ὃς εἰς τὴν τύχην αὐτοῦ τὰ κατορθώματα τῶν ἐχθρῶν πεπεμένων, καὶ γραφόντων ἐν πίναξι κειμένην σκεῦος, τὴν δὲ τύχην δικτύῳ τὰς πόλεις περιβάλλουσαν, ἀγεγικιζόμενος καὶ χαλεπαίνων πρὸς τοὺς ταῦτα ποιοῦντας, ὡς ἀποστερούμενος ἐπ' αὐτῶν τῆς ὑπὲρ τῆς πράξεσι δόξης, ἔφη ποτὲ πρὸς τὸν δῆμον ἐπομνήσκων ἐκ παρρησίας, Οὐδὲν, Ἀθηναῖοι ἄνδρες, τῇ τύχῃ μέτεστι πρὸς Τιμόθεον μὲν οὖν φασὶν οὕτω φανέντα φιλότιμον, ἀνιμείρεσθαι τὸ δαιμόνιον, ὥστε μηδὲν ἐπὶ πράξει λαμπρὸν, ἀλλ' ὅλως ἀποτυγχάνοντα τῆς πράξεσι, καὶ πρόσχρεον τῷ δήμῳ, τέλος ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως. Σύλλας δὲ οὐ μόνον ἡδέως προσιέμενος τὸν τοιοῦτον εὐδαιμονισμὸν καὶ ζῆλον, ἀλλὰ καὶ συναύξων καὶ συνεπιθάζων τὰ πραττόμενα, τὴν τύχης ἐξῆπτεν, εἴτε κόμπῳ χρώμενος, εἴθ' οὕτως ἔχων τῇ δόξῃ πρὸς τὸ θεῖον. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι γέγραφεν ὅτι τῶν καλῶς αὐτῷ βεβουλευμένων οὐ μικρὰ γνώμῃ ἀλλὰ πρὸς καιρὸν ἀποτολμώμενα πράξεις, ἔπιπλον εἰς ἄμειον. ἔτι δὲ καὶ δι' ὧν φησι πρὸς τύχην ὑπεφυχέναι μᾶλλον ἢ πρὸς πόλεμον, τῇ τύχῃ τὴν ἀρετὴν πλέον ἔοικε νέμειν. καὶ ὅλως ἔοικεν ἑαυτὸν τὸν δαίμονος ποιεῖν· ὃς γε καὶ τῆς πρὸς Μέτελλον ὁμονοίας, ἰσότιμον ἄνδρα καὶ κηδεστὴν, δυτυχίαν τινὰ θείαν αἰτιᾶται. πολλὰ γὰρ αὐτῷ πράγματα παρέξειν ἐπίδοξον ὄντα, πρόπαιον ἐν τῇ κοινωνίᾳ γενέσθαι τῆς ἀρχῆς. ἔτι δὲ Λεύκολλῳ μὲν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, ὧν ἐκείνῳ τὴν γραφὴν ἀνέθηκε, παραινεῖ μηδὲν οὕτως ἡγεῖσθαι βέβαιον ὡς ὅ, τι δι' αὐτῷ πρόσταξε νύκτωρ τὸ δαιμόνιον. ἐκπεμπομένου δ' αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως εἰς τὸν συμμαχικὸν πόλεμον, ἐσορεῖ χάσμα τῆς γῆς μέγα γενέσθαι περὶ Λαβέρνιον· ἐκ δ' τούτου πῦρ ἀναβλύσαι πολὺ, καὶ φλόγα λαμπρὰν ἐπείσαι πρὸς τὸν οὐρανόν. εἰπεῖν δὴ καὶ τοὺς μάντεις, ὡς ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὄψει διάφορος καὶ πρόκριτος, ἄρξας ἀπαλλάξει τὴν πόλει παρανομίας τὰς παρούσας. τοῦτον δ', αὐτὸν εἶναί φησιν ὁ Σύλλας. τῆς μὲν γὰρ ὄψεως ἴδιον εἶναι τὸ πρὸς τὸν κόμμιν χρυσοπρὸν, ἀρετὴν δ' οὐκ ἀναίνεσθαι μαρτυρεῖν ἑαυτῷ, μετὰ πράξεις οὕτω καλὰς καὶ μεγάλας. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς θειότητος. τὸν δὲ ἄλλον τρόπον ἀνώμαλός τις ἔοικε γεγονέναι καὶ διάφορος πρὸς ἑαυτὸν, ἀφε-

A Regressum ad vrbem postulauit Censorinus repetundarum, quod magnam pecuniam contra leges ex amico & socio regno cepisset. haud occurrit tamen ad iudicium, sed accusationem reliquit. At dissensio cum Mario eius ex noua occasione recruduit Bocchi dono. Qui simul ad demerendum populum, & in gratiam Syllæ signa victoriæ in Capitolio dedicauit, iuxtaque Iugurtham ex auro factam, vt Syllæ ab se fuerat traditus. Qua de re exacerbato Mario, & detrahere ea signa parante, aliis vero Syllæ auxilium ferentibus, ciuitas pene est ab vtriq; partibus inflammata. Cæterum bellum sociale iampridem aduersus vrbem fumans quum B flagrasset, compressit seditionem in præsenti. Eo in bello, quod maximum fuit, & maxime euariauit, quodq; multa vulnera populo Romano, & grauissima intulit descrimina, Marius, qui nihil præclari designauit, bellicas artes docuit vigore & robore indigere: Sylla vero factis multis eximiis nomen comparauit ducis apud ciues magni, apud socios maximi, & fortunatissimi apud hostes. Verum animus ei alius atq; Timotheo fuit Cononis filio, qui, quum res ipsius egregie gestas assignarent æmuli fortunæ, atq; in tabulis dormientem pingerent, fortunam autem reti vrbes implicantem, tu- C lit hoc inurbane, infestusq; eius rei autoribus, quasi ab eis spoliaretur rerum gestarum laude, dixit tunc pro concione à bello reuersus, Nullam partem ciues vendicare in his fortuna valet. Cęterum cũ Timotheo, qui se demonstrauit tantopere ambitiosum, pari licentia ferunt fortunam egisse, nihil vt deinceps gesserit insigne, sed aduersa ceciderint omnia: itaq; tandem ab infesto populo exactus in exilium fuerit. Sylla vero non modo lubens eam felicitatis suæ fauentisq; sibi fortunæ opinionem recipiebat, sed eam etiam in maius tollebat, studensque vt propitii numinis fidem ad- D iungeret, facta sua fortunæ tulit accepta, siue per iactantiam id fecit, siue eam habuit de diis existimationem. Quandoquidem scripsit in Commentariis, quæ non consulte sed ex tempore aggressus temere esset, ea recte cecidisse quã quæ deliberasse sibi visus fuerat mature. Ad hæc quũ melius dicit se ad fortunam comparatum quam ad bellum, plus eum fortunæ tribuere quam virtuti apparet. Breui in totum videtur se mancipasse fortunæ, quæ quidem vel suam cum Metello, paris dignitatis viro & socero, concordiam ad diuinam aliquam delegat felicitatem. A quo enim magnopere fati- E gatum iri exspectauerat se, eum collegam lenissimum expertum. Præterea Lucullum in Commentariis, quos illi dicauit, admonet, nihil perinde firmum vt ducat ac quod id somnis ei noctu iubeat Deus. Quum autem ad bellum sociale cum exercitu mitteretur, tradit apud Lauernam in ingentem sinũ terræ labem desedisse, ex quo grandem ignẽ erupisse & lucidam flammam ad cœlum extulisse. Nuntiasse vero fatiloquos virum egregium & forma præcellentem atq; insignem præsentibus procellis vrbẽ, quum summũ imperiũ cepisset, explicaturum. Hunc se ait esse Sylla. Nam faciei suæ peculiarem esse auri colore rutilantem comam: virtutem vero non erubescere se, si sibi sumat tantis & F tam præclaris rebus gestis. Atq; hactenꝰ de eius in deos fiducia. Cęteris moribꝰ dispar fuit & incõstãs.

μιζον καὶ τῇ ὕλῃ, παρῳκοδόμει εἰς ἀσφάλειαν, ἀπέκοψε τὸν
ἐκείνων περιτειχισμόν, ὥστε αὐτοῖς μηδὲν εἶναι πλέον κατα-
σῦσαι. ἐκ τούτου δὲ θαρρήσαντες οἱ Συρακούσιοι τὰς πέντε ναῦς
ἐπλήρουν, καὶ τοῖς ἱππεῦσι τοῖς ἑαυτῶν καὶ ἀκολούθοις
προσελαμβάνοντες πολλοὺς πεζοὺς, καὶ ὁ Γύλιππος ὑπιὼν ὑπὲρ
τὰς πόλεις, αὐτὸς ὁλόκληρα καὶ σιωπῇ πολλὰς, ἐρρωμένως
ὑπακούοντας αὐτῷ, καὶ συλλαμβάνων μείζους ὥστε τὴν Νικίαν,
αὖθις εἰς ἐκείνους ἀποδεπόμενον τοῖς πρώτοις λογισμοῖς, καὶ
συμφρονοῦντα τῷ τῶν πραγμάτων μεταβολῇ, ἀφυ- C
μεῖν, καὶ γράφειν τοῖς Ἀθηναίοις, κελεύοντα πέμπειν ἑτέ-
ρους στρατηγοὺς, ἢ καὶ τοῦτον ἀπαγαγεῖν ἐκ Σικελίας. αὐτοὶ δὲ
πάντως ἀξιοῦμεν τῆς στρατηγίας ἀφεῖναι· ἀφ' τοῦ ὅσον· οἱ
δὲ Ἀθηναῖοι καὶ πρότερον μὲν ὥρμησαν πέμπειν ἑτέραν
δύναμιν εἰς Σικελίαν, φθόνῳ τῶν πρώτων πραττομένων
πρὸς δὲ τὴν τύχην τοῦ Νικίου τοσαύτῃ, πολλὰς ἀφορμὰς
ἐμβαλόντων, τότε γοῦν ἐσπεύδον βοηθεῖν. καὶ Δημοσθένης
μὲν ἐμέλλε μεγάλῳ στόλῳ πλεῖν ἐκ χειμῶνος· Εὐρυμέδων δὲ
δὲ χειμῶνος παρεξέπλευσε, χρήματα κομίζων καὶ στρα-
τηγοὺς ἀποφαίνων, πρεσβευόμενος ὑπὲρ Νικίου τῶν αὐτοῦ στρατευο-
μένων, Εὐθυδήμου καὶ Μενάνδρου. ἐν τούτῳ δὲ καὶ γνῶναι καὶ
τὴν θάλατταν ἀσφαλῆς ὑπεχώρησε· ὁ Νικίας, τὰς μὲν
ναῦς ἠπόρησε· ὁ πρῶτον, ὅμως δὲ ἐνίκησε καὶ κατέδυσε πολ-
λὰς τῶν πολεμίων· πρὸς δὲ τὸ πεζὸν ἐκ ἔφθασε βοηθεῖν, ἀλλ'
ἄφνω παρεσπεσὼν ὁ Γύλιππος εἷλε τὸ Πλημμύριον, ἐν ᾧ
ἐκεῖνοι τὰ σιτηρέσια καὶ χρήματα πολλὰ ἀπεκείμενα, ἐκρά-
τησε πάντων, καὶ διέφθειρε ἄνδρας ἐκ ὀλίγους, καὶ ζῶντας
ἔλαβε· ὃ δὲ μέγιστον, ἀφῃρέθη τὸν Νικίου τὸν ἀγορᾶς τὸν πε-
ντάφαν. ἐν γὰρ ἡ κρηπὶς ἡ πρὸς τὸ Πλημμύριον ἀσφαλὴς καὶ
βαθεῖα, τῶν Ἀθηναίων κρατούντων· ἐκπεσόντων δὲ, χαλε-
πὴ, καὶ μετὰ μάχης ἐγένετο πρὸς τοὺς πολεμίους ἐκεῖ ναυλο-
χοῦντας· ἐπὶ δὲ καὶ ὁ ναυμαχῶν τοῖς Συρακουσίοις ἐκ ἀπεκρά-
τησε φθάνοντες νενικημένον, ἀλλ' ἀπεῖξε πρὸς τὸ δίωξιν. αὖθις
δὲ ἐπεχείρουν παρασκευαζόμενοι λαμπρότερον. ὁ δὲ Νικίας
ἐκ ἐβούλετο ναυμαχεῖν, ἀλλὰ πολλῷ ἀβελτερίαν ἔλεγεν
εἶναι τὸ τοσούτῳ πρὸς πλείονας αὐτοῖς καὶ δυνάμεως ἀκραι-
φνοῦς, ἐὰν μὴ γε Δημοσθένης ἀσπεύδων, ἀπ' ἐλαπόνων καὶ χορη-
γουμένων φαύλως, ἠναγκάσθαι. τοῖς δὲ πρὸς τὸν Μένανδρον F
καὶ τὸν Εὐθύδημον ἔριδος εἰς τὸν ἔρχειν καθισταμένοις φιλο-
τιμία καὶ ζῆλος ἦν πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς στρατηγοὺς, τὸν
μὲν Δημοσθένην φθάσαντας τι λαμπρὸν, ὑπερβαλέσθαι δὲ τὸν Νικίαν· πρόφασις δὲ ἦν ἡ δόξα τῆς πόλεως,
ἣν ἀπολυσθαι, καταλύσαι πάντα πᾶσι φάσκοντες, εἰ φο-

quippe in baculo & læna insigne & autoritatem intuentes vrbis Spartæ conglobabãtur. Huic quoque quicquid ibi gestum est vni adscribit Thucydides; & verò etiam Plilistus, ciuis Syracusanus, illarumque rerum spectator. Primo conflictu fusi sunt ab Atheniensibus Syracusani, pauci tamen interfecti, in quibus Corinthius Gongylus. Verum postero die Gylippus, quid valeret vsus demonstrauit: siquidem iisdem armis & equis & locis non similiter, sed forma mutata aciei pepulit Athenienses. Qui quum in castra fugissent, conuertit ad opus Syracusanos, lapidibusque & materia quæ illi congesserant, excitauit opera, quibus diuulsit interscidit que murum illorum, nihil vt illis ex victoris superesset. Hinc alacres Syracusani compleuerunt naues, suoq; & sociorum equitatu circumvagantes multos exceperunt. Gylippus oppida ipse adiuit, omnesq; concitauit & incendit, qui enixe fuerunt edicto audientes, & auxilia dederunt. Itaq; relapsus est Nicias ad priora consilia, aduertensq; rerum conuersionem cepit labascere animo, atq; Athenienſibus scripsit, vt vel alias copias mitterent, vel has quoq; reuocarent ex Sicilia: sibi verò omnino mitti postulauit ob sonticam causam, successorem. Statuerant Athenienses & ante alium exercitum in Siciliam mittere, sed quum inuidia rerum priorum gestarum, quæ tam secundæ Niciæ fluebant, multas moras interposuisset, tunc properarũt opem mittere. Demosthenes erat magna classe exacta hyeme profecturus, Eurymedon media hyeme processit ad stipẽdium portandum & collegas Niciæ declarandum, qui creati erant ex iis qui sub eo merebant, Euthydemũ & Menandrum. Interea Nicias, quum terra marique coorirentur in eum repente hostes, et- D si classe primum inferior fuit, profligauit tamen & depressit multas hostium naues. Terra verò nõ potuit succurrere in tempore, verum Gylippus primo impetu Plemmyrion cepit, vbi multis naium armamentis & pecunia, quæ ibi reposita grandis erat, omni potitus est, multosque milites occidit & cepit, &, quod maximum erat, ademit Niciæ facultatem cõmeatus: cuius securaſubuectio & expedita erat arcem illam tenentibus Athenienſibus, eiectis ardua, & nonnisi pugna cum hostibus, qui stationẽ ibi habebant, conserta. Ad- E hæc classem suam Syracusani non virtute rati, sed quod esset insectata incondite, superatam, iam iterum apparatu instruxere magnificẽtiore. Cæterum classe detrectauit Nicias cõfligere, perquam absurdum esse dicens, tantam quum ipsi classem expectarent, & copias recentes, quas Domosthenes festinus adducebat, minoribus & male instructis pugnam capessere. At Menandrum & Euthydemum nouos duces ambitio & æmulatio occupauerat aduersus vtrumque imperatorem, vt Demosthenem re præclare gesta aliqua præuenirent & supergrederentur Niciam. Prætexebant ciuitatis gloriam, quam concidere & perire omnem aiebant, insultum si extimescerent Syracusanorum. Itaque expresserunt vt prælio nauali dimicaretur. At hi ab Aristone Corinthiorum gubernatore circumventi in sinistro cornu (vt scribit Thucydides) fusique & fugati sunt,

βηθῆσοντας Συρακουσίους ὑπὲρ πλείονας, ἐξεβιάσαντο ναυμαχῆσαι. καὶ κατεστρατηγηθέντες ὑπὸ Ἀριστῶνος τοῦ
Κορινθίων κυβερνήτου, τοῖς πρὸς δεξιὸν (ὡς εἴρηκε Θουκυδίδης) κατὰ κράτος ἡττήθησαν, καὶ πολλοὺς ἀπέβαλον·

Multos desiderauerunt, & magna animi consternatio incessit Niciam, qui clades acciperet, quum præfuisset solus, atq; iterum collegarum impulsu impingeret. Interea ostendit se ante portum hostibus Demosthenes splendidissimo apparatu & formidandus. Aduehebat nauibus LXXIII peditum quinq; millia, iaculatorum, sagittariorum, & funditorum non minus tria millia, armorum fulgore, nauium paratu, numero hortatorum & tibicium pompose atq; ad hostium exornatus terrorem. Fuerunt igitur non immerito apud Syracusanos omnia denuo perculsa, quod nullum finem vel exitum, sed nequicquam sudare se & perire incassum cernerent. At Niciæ haud diuturnum attulit aduentus copiarum gaudium: verum vt primum in colloquium venit cum Demosthene, qui quamprimum adoriendos hostes censebat, & quamcitissime de summa decernendum capiendasque Syracusas ac penates repetendos, veritus & admiratus præcipitantiam atq; audaciã eius, orauit eum ne quo temere & inconsulte progrederetur, ac infestam ostendit moram esse hostibus, quos deficeret pecunia & breui relicturi socii essent. Hos, si premerentur inopia, cito rursus sicut ante ad conditiones pacis ab ipso petendas se conuersuros. Siquidem non pauci erãt Syracusis, qui secreta colloquia habebant cum Nicia, monebantq; eum vt maneret, quod iam quoq; fatiscerent bello, & Gylippum grauarentur. Quod si paululum intenderetur inopia, omnem eos animũ abiecturos. Ea quia partim ambagibus Nicias inuoluebat, partim nolebat propalam denudare, opinionem apud duces incurrit timiditatis, atque easdem ipsius reponi sibi prædicantes cunctationes, moras, & nimium exacta consilia, quibus corruperat articulum, quod non subito fuisset hostes aggressus, sed quum refrixisset iam & despectus esset, assensi sunt Demostheni, Niciam verò ægre adegerunt vt admitteret eius consilium. Ita Demosthenes assumptis terrestribus copiis noctu adortus est Epipolas, ac tanta vsus celeritate est vt partim hostium, priusquam sentirent, conciderit, partim se defendentes pepulerit. nec victoriæ modum fecit, verum progressus est, dum incidit in Bœotios. Hi nanque globo facto primi impetum dederunt in Athenienses, eosque infestis lanceis & sublato clamore impulerunt. Multos ibi obtruncauerunt, totumque confestim pauore & tumultu perfuderunt exercitum, fugientibusque permista pars adhuc integra & victrix, quique descendebant atque accurrebant, à perculsis inhibiti in semetipsos incurrerunt, rati eos qui effusi in fugam erant, instare, & socios pro hostibus ducentes. Quippe incondita inter ipsos cõfusio cum cœco metu, conspectusque per noctem incertitudo, neque plane opacam neque perlucidam, sed quæ faceret (luna nimirum iam in occasum præcipite, ac, quum esset frequentium armorum & corporum inumbrata iactatione, non satis lumine suo figuras ostendente, vt cognoscerent inter se) metu hostium etiam socios suspectos, in graues difficultates atque calamitates coniecit Athenienses. Ad hæc habebant forte lunam à tergo: vnde semet ipsi inumbrantes multitudinem suorum & fulgorem inuoluebant armorum. Hostes verò clypei obiecta refulgentes luna multo plures repræsentabant & splendidiores.

A καὶ ἀθυμία πολλὴ παρεισῆκει τὸν Νικίαν, τῇ τε μοναρχίᾳ κακοπαθοῦντα, καὶ σφαλλόμενον αὖθις ὑπὸ τῶν συναρχόντων. ἐν τούτῳ δ', Δημοσθένης ὑπὲρ τῶν λιμένων ἐπεφαίνετο λαμπρότατος τῇ παρασκευῇ, καὶ δεινότατος τοῖς πολεμίοις, ὅπου νεῶν ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν ἄγων ὁπλίτας πεντακισχιλίους, ἀκοντιστὰς δ' καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας τρισχιλίων οὐκ ἐλάττους· ὅπλων δ' κόσμῳ καὶ παρασήμοις τριηραῦν, καὶ πλήθει κελευστῶν καὶ αὐλητῶν, διατεινῶς καὶ πρὸς ἔκπληξιν πολεμίων ἐξησκημένος. οὗ δὴ (ὡς εἰκὸς) αὖθις ἐν

B φόβῳ μεγάλῳ τὰ Συρακουσίων, εἰς οὐδὲν πέρας οὐδὲ ἀπαλλαγὴ, ἀλλὰ πονοῦντας ἄλλως καὶ φθειρομένους αὐτοὺς μάτην ὁρῶντων. τὸν δ' Νικίαν ὑ πολὺ χρόνον διέφερεν ἡ παρουσία τῆς δυνάμεως, ἀλλ' ἅμα τῷ πρῶτον ἐν λόγοις γενέσθαι, τὸν Δημοσθένους δυθὺς ὅπι χρεῖν τοῖς πολεμίοις κελεύοντος, καὶ τὰς τάχιστα τῶν κινδύνων ποιεῖ τὸν πόντος ἐξαγωνισαμένους ἐλεῖν Συρακούσας, καὶ ἀποπλεῖν οἴκαδε, δείσας καὶ θαυμάσας τὴν ὀξύτητα καὶ τόλμαν, ἐδεῖτο μηδὲν ἀπεγνωσμένως πράττειν, μηδὲ ἀνόητος. τὴν γὰρ τελευτὴν εἰ

C τῶν πολεμίων, οὔτε χρήματα κεκτημένων, ἔτι μήτε τῶν συμμάχων αὖθις πολὺ χρόνον παραμενόντων· εἰ δ' θλίβοιντο τῇς ἀπορίας, τάχ' πάλιν ἐπ' αὐτὸν ὅπι συμβάσεις βαπησομένων, ὡς πρότερον. καὶ γὰρ ἦσαν ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐν Συρακούσαις ἀπαλλαγόμενοι τῷ Νικίᾳ κρύφα, καὶ μένειν κελεύοντες, ὡς καὶ νῦν ὑπερπονοῦντων τῷ πολέμῳ, καὶ τὸν Γύλιππον βαρυνομένων· ἐὰν δ' μικρὸν ὅπιτείνωσιν αἱ ἀνάγκαι, πάντ' ἀπασιν ἀπαγορεύσοντων. τούτων ὁ Νικίας τὰ μὲν ἀμφιβόλως, τὰ δὲ οὐ θέλων ἐν φανερῷ λέγειν, ἀπολυμίας παρέχε τοῖς στρατηγοῖς δόξαν· καὶ ταῦτ' ἐκεῖνα πάλιν ἥκειν φάσκοντες αὐτοῦ μελλήματα, καὶ ἀπατεῶνας, καὶ ἀκριβολογίας, (ἃς ἀπώλεσε τὴν ἀκμὴν, οὐκ δυθὺς ὅπιχρῶν τοῖς πολεμίοις, ἀλλ' ἕωλος καὶ καταφρονούμενος) τῷ Δημοσθένει προσετίθεντο. καὶ ὁ Νικίας μόλις συνεχώρησεν ἐκβιασθείς. οὕτω δὴ τὴν πεζὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν ὁ Δημοσθένης νυκτὸς, ἐπεχείρει τοῖς Ἐπιπολαῖς· καὶ τοὺς μὲν φθάσας, πρὶν αἰσθέσθαι, τῶν πολεμίων, ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἀμυνομένους, ἐτρέψατο. καὶ κρατῶν οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐχώρει προσωτέρω· μέχρις οὗ τοῖς Βοιωτοῖς ἐνέτυχε. πρῶτοι γὰρ οὗτοι συστρέψαντες ἑαυτοὺς, καὶ συνδραμόντες εἰς τοὺς Ἀθηναίους ἐναντίοις τοῖς δόρασι μετὰ βοῆς ἐώσαντο, καὶ πολλοὺς αὐτῶν κατέβαλον. δι' ὅλου δ' τοῦ στρατεύματος δυθὺς οἷον τρομὴ καὶ ταραχὴ, καὶ τοῦ φόβου ἤδη καταπιμπλάμενον ὁ ἐπινικῶν καὶ ὁ ἀποβαῖνον καὶ προσφερόμενον ὑπὸ τῶν πεφοβημένων ἀνακοπτόμενον, ἑαυτῷ προσέπιπτε, τοὺς μὲν φεύγοντας οἰόμενον διώκειν, τοὺς δ' φίλοις ὡς πολεμίοις χρώμενον. ἡ γὰρ ἄπακτος ἀνάμιξις ἐν ταυτῷ μετὰ φόβου καὶ ἀγνοίας. καὶ τὸ τῆς ὄψεως ἄπιστον, ἐν νυκτὶ μήτε σκότος ἄκρατον μήτε φῶς ἔχουσα βέβαιον, ἀλλ' οἷ εἰκὸς ἤδη καταφερομένης σελήνης καὶ προσκιαζομένης ὅπλοις πολλοῖς καὶ σώμασι κινουμένοις, διὰ τοῦ φωτὸς, μὴ διαφαίνουσαν τὰ εἴδη, φόβῳ τοῦ πολεμίου καὶ τὸ οἰκεῖον ποιεῖν ὕποπτον, εἰς δεινὰς ἀπορίας καὶ προσπετείας κατέστη τοὺς Ἀθηναίους. ἔτυχον δέ πως καὶ τὴν σελήνην ἔχοντες ὄπισθεν· ὅθεν αὐτοὶ μὲν αὐτοῖς τὰς σκιὰς ὑπιβάλλοντες, ἀπέκρυπτον τὸ πλῆθος τῶν ὅπλων καὶ τὴν λαμπρότητα, τοὺς δ' ἐναντίους ὁ πρὸς τὴν σελήνην τῶν ἀσπίδων ἀντιφωτισμὸς πολὺ πλείονας ὁρᾶσθαι καὶ λαμπροτέρους ἐποίει.

τέλος δ', πολλαχόθεν αὐτοῖς, ὡς ἐνέδοσαν, προσκρουόντων τῶν πολεμίων, φεύγοντες οἱ μὲν ὑπ' ἐκείνων, οἱ δ' ὑπ' ἀλλήλων ἀπέθνησκον, οἱ δ', κατὰ τῶν κρημνῶν ὀλισθαίνοντες. τοὺς δ' ἀποσκεδασθέντας καὶ πλανωμένους ἡμέρας ἐπιγιγνομένης οἱ ἱππεῖς καταλαμβάνοντες διέφθειρον. ἐγένοντο δὲ νεκροὶ διχίλιοι, καὶ τῶν προσιγνομένων ὀλίγοι μετὰ τῶν ὅπλων ἀπεσώθησαν. ὁ μὲν οὖν Νικίας πληγεὶς οὐκ ἀπροσδοκήτως, ἠπάτο τὸν Δημοσθένους τὴν προπέτειαν. ἐκεῖνος δ' πρὸς τοῦτων ἀπολογησάμενος, ἐκέλευσεν ἀποπλεῖν τὴν ταχίστην. οὔτε γὰρ ἄλλην ἀφίξεσθαι δυνάμιν αὐτοῖς, οὔτ' ἀπὸ τῆς παρούσης τῶν πολεμίων κρατεῖν. ὅπου γε καὶ κρατοῦντας ἐκείνων ἔδει μεταστῆναι καὶ φυγεῖν ὃ χωρίον, ἀεὶ μὲν (ὡς, πιστεύονται) βαρὺ καὶ νοσῶδες ὂν στρατόπεδον, νῦν δ', ὡς βλέπουσι, καὶ διὰ τὴν ὥραν ὀλέθριον. μεταπώρου γὰρ ἦν ἡ ἀρχὴ, καὶ πολλοὶ μὲν ἠσθένουν ἤδη, πάντες δ' ἠθύμουν. ὁ δ' Νικίας χαλεπῶς ἤνεγκε τὴν φυγὴν καὶ τὸν ἀποπλοῦν, οὐ τῷ μὴ δεδιέναι τοὺς Συρακουσίους, ἀλλὰ τῷ μᾶλλον τοὺς Ἀθηναίους καὶ τὰς ἐκείνων δίκας καὶ συκοφαντίας φοβεῖσθαι. δεινὸν μὲν οὖν οὐδὲν αὐτόθι προσδοκᾶν ἔφασκεν. εἰ δ' συμβαίη, μᾶλλον αἱρεῖσθαι τὸν ὑπὸ τῶν πολεμίων θάνατον, ἢ τὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν· οὐ γὰρ ὅμοια φρονοῦν εἰς ὑστερον ὁ Βυζάντιος Λέων εἶπε πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας, Βούλομαι γὰρ (ἔφη) μᾶλλον ὑφ' ὑμῶν, ἢ μετ' ὑμῶν ἀποθανεῖν. περὶ μὲν τοῦ τόπου καὶ χώρας εἰς ὖν μεταπάξουσι τὸ στρατόπεδον, βουλεύσασθαι καθ' ἡσυχίαν. ταῦτα δ' ἀντιλέγοντος, ὁ μὲν Δημοσθένης, οὐδὲ τῇ προτέρᾳ γνώμῃ κατευτυχήσας ἐπαύσατο βιαζόμενος, τοῖς δ' ἄλλοις πρὸς ἔχε τὸν Νικίαν προσδοκῶντα καὶ πιστεύοντα τοῖς ἔνδον, οὕτως ἐρρωμένως ἀντιμάχεσθαι περὶ τῆς ἀποδόσεως. διὸ καὶ συνεχώρησεν. ὡς μέντοι στρατιὰ Συρακουσίοις ἐπῆλθεν ἄλλη, καὶ μᾶλλον ἥπτετο τῶν Ἀθηναίων ἡ νόσος, τότ' ἤδη καὶ τὸν Νικίαν συνεδόκει μετίεσθαι, καὶ παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις εὐτρεπεῖς εἶναι πρὸς ἀποπλοῦν. ὡς δ' ἦν ἕτοιμα ταῦτα πάντα, καὶ τῶν πολεμίων οὐδεὶς παρεφυλάττε, ἅτε δὴ μὴ προσδοκώντων, ἔλειπε ἡ σελήνη τὴν νύκτος, μέγα δέος τῷ Νικίᾳ καὶ τῶν ἄλλων τοῖς ὑπὸ ἀπειρίας καὶ δεισιδαιμονίας ἐκπεπληγμένοις τὰ τοιαῦτα. τὸ μὲν γὰρ ἡλίου τὴν περὶ τὰς τριακάδας ἐπισκότησιν ἀμφιγνόητος ἤδη συνεφέρετο καὶ οἱ πολλοὶ γινομένην ὑπὸ τῆς σελήνης· αὐτὴν δ' τὴν σελήνην, ᾧ τινι τυγχάνουσαν, καὶ πῶς ἀφνίδιον ἐκ πανσελήνου ὁ φῶς ἀπόλλυσι, καὶ χρόας ἵππων καὶ βοῶν δαπαῖς, οὐ ῥᾴδιον ἦν καταλαβεῖν, ἀλλ' ἀλλόκοτον ἡγοῦντο, καὶ πρὸς συμφορὰν ἡνῶν μεγάλων, οὐκ θεοῦ γινόμενον σημεῖον. ὁ γὰρ πρῶτος σαφέστατόν γε πάντων καὶ θαρραλεώτατον περὶ σελήνης καταστάσεως καὶ σκιᾶς λόγον εἰς γραφὴν κατεθήκατο Ἀναξαγόρας, οὔτ' αὐτὸς ἦν παλαιὸς, οὔτε ὁ λόγος ἔνδοξος, ἀλλ' ἀπόρρητος ἔτι, καὶ δι' ὀλίγων καὶ μετ' ὀλιγοστῆς ἀνὸς ἢ πίστεως βαδίζων. οὐ γὰρ ἐνεῖχον τοῖς φυσικοῖς καὶ μετεωρολέσχαις τότε καλουμένοις, ὡς εἰς αἰτίας ἀλόγους καὶ δυνάμεις ἀπροσδιόριστοις καὶ κατηναγκασμένα πάθη διατείνοντας τὸ θεῖον. ἀλλὰ καὶ Πρωταγόρας ἔφυγε, καὶ Ἀναξαγόραν εἰρκτὴν ἔνεκα, μόλις περιεποιήσατο Περικλῆς, καὶ Σωκράτης, οὐδὲν αὐτῷ τῶν τοιούτων προσῆκον, ὅμως ἀπώλετο διὰ φιλοσοφίαν. ὁ δὲ δὴ Πλάτωνος ἐκλάμψασα δόξα, διὰ τὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ὅτι ταῖς θείαις καὶ κυριωτέραις ἀρχαῖς ὑπέταξε τὰς φυσικὰς ἀνάγκας,

A Postremo prementibus eos vndique, vbi pedem retulere, hostibus terga dantes, partim ab illis, partim ab se mutuo sunt oppressi, alii ex locis abruptis delapsi. Alios dissipatos & palantes orta luce equites oppresserunt occiderunt q;. Ceciderunt duo millia, reliquorum pauci cum armis incolumes euasere. Nicias haud præter expectationem ictus Demosthenis insectabatur temeritatem. Ille purgabat se de his, suadebatque vt quam primum inde reciperent se. Neque enim expectandas ipsis copias alias, neque præsentibus viribus superaturos se hostem, quando si vel sint eo

B superiores, demigrandum & vitandus his locus esset, semper ille quidem (vt fama ferret) grauis & exercitui insalubris, tunc verò etiam (vt experirentur) propter anni tempus pestifer. Nam autumni erat principium, ac cum multi iam morbis tentabantur, tum summittebant omnes animum. Enimverò grauiter ferebat Nicias mentionem fieri fugæ & decessus, non quin timeret à Syracusanis, sed quod populum Athenienſem plus, illiusque iudicia & calumnias formidaret. nihil autem ferebat se ibi grauius expectare. Sin quid accideret, malle ab hostibus sibi quam ciuibus infligi

C mortem, non idem sentiens ac postmodum Byzantinus Leo est apud ciues suos loquutus, Præopto, inquit, per vos quã vobiscum mortem oppetere. At de loco & regione quo castra transferrẽt, per otium dixit deliberandum. Ita fatum Demosthenes, cui prius consilium male ceciderat, destitit vrgere. Cæteris verò visus est Nicias expectatione & fide quam habebat certis in vrbe tam pertinaciter de receptu repugnare. Quare etiam ipsi assensi sunt. Vt tamen nouæ copiæ subuenerũt Syracusanis, ac grauis morbus sæuit in castris Athe-

D nienſium, tunc comprobauit Nicias quoq; consilium discessus. Itaq; edixit militibus vt vasa colligerent. Omnibus his paratis quũ nullus hostium asseruaret eos, vt qui nec expectarent id, nocte luna defecit magno metu Niciæ & aliorum, qui ex imperitia vel superstitione ea expauescebãt. Quippe solis quidem circa trigesimum mensis diem deliquium intelligebat aliquatenus etiam vulgus subeunte fieri luna: ipsa verò luna non erat comprehensu procliue, cuius obiectu, & quemadmodum in plenilunio repente tenebris obducatur, variosque sumat colores. verum absurdum arbi-

E trabantur esse cladiumq; ostẽtum cæleste magnarum. Etenim qui princeps dilucidissimam omniũ confidentissimamq;, vnde illuminetur atque inumbretur luna, doctrinam scripto prodidit Anaxagoras, neque ipse erat antiquus, neque celebris doctrina, sed abdita, atque versabatur cum cautione vel sub fide inter paucos. Neque enim ferebant physicos & μετεωρολέσχας tunc appellatos, *id est, disputantes de rebus cælestibus*, quasi rationibus absurdis atque improuisis potentiis laboribusque coactis adstringerent id quod deorum est.

F Qua de causa Protagoras in exilium iuit: Anaxagoram in vincula coniectum magno labore liberauit Pericles. Socrates autem, quanuis esset ab istis remotissimus, tamen philosophiæ nomine sublatus est. Tandem Platonis effulgens autoritas, ob vitam eius, & quia principiis subiugauit vincula naturalia diuinis potentioribusque,

calumnias his præceptis detersit, ac disciplinis mathematicis viam ad omnes muniuit. Itaq; amicus eius Dion, quo tempore ex Zacyntho soluens contra Dionysium profecturus erat, nihil sane defectione lunæ commotus vela fecit, exegitque delatus Syracusas tyrannum. Atqui accidit Niciæ tunc, vt ne peritum quidem hariolum haberet. Nam familiaris eius, qui multum detrahebat ei superstitionis, Stilbides, paulo ante decesserat Prodigium erat alioquin id (vt Philochorus ait) haud fœdum fugientibus, imo admodum faustum: siquidem occultari, quæ geruntur cum metu, quærunt, lucem habent infestam. Et quidem in solis & lunæ laboribus non nisi tribus diebus (vt annotauit in Commentariis Autoclides) soliti erant sibi cauere, & eos suspectos habere. Nicias verò alium suadebat expectandum lunæ ambitum. quasi verò non vidisset ilico illustratam, vbi locum inumbratum, & à terra obstructum præteruecta est. At ille relictis aliis pene omnibus digressus sacrificauit reses, quousq; supervenerunt ipsis hostes, qui copiis terrestribus murum & castra eorum obsiederunt, nauibus portum vndique einxerunt. Neque hi modo ex triremibus, verum etiam pueri omni ex parte conscendentes paruis nauiculis & scaphis aduecti lacessiuerunt Athenienses, eisq; insultauerunt. Eorum vnum puerum claris natalibus Heraclidem nauigio ante cæteros euectum nauis Attica insequuta pene comprehēdit. Cuius periculo patruus motus Pollichus, decem triremibus, quibus præerat, infestus occurrit. Cæteri, Pollicho timentes, pari modo euecti sunt. Acri commissa pugna, Syracusani victoriam obtinuerunt, atque Eurymedonta cum multis aliis occiderunt. Athenienses igitur non vltra passi moram, duces incesserunt conuitiis, ac terra iusserunt se abduci. Victores enim Syracusani extemplo obsepserant & excluserant fauces portus. At non est iis Nicias assensus. Siquidem durum erat magnum numerum relinquere nauium onerariarum & triremes paulo minus ducentas, sed impositis fortissimis quibusque peditum & iaculatorum robustissimis, compleuit centum & decem triremes. nam cæterę erant remigio nudatæ. Reliquam turbam desertis magnis castris & muris ad fanum Herculis pertinentibus collocauit Nicias in littore. Itaque quod diu solennia sacra Herculi non fecissent Syracusani, sacerdotes & duces ascenderunt eo immolaueruntque. Nauibus iam completis renuntiauerunt Syracusanis læta exta & victoriam aruspices, si non committerent conflictum, sed vim propulsarent (Etenim superasse omnes Herculem se defendendo prius violatum, atque ita prouecti sunt. Prælium hoc nauale multo fuit maximum & acerrimum, neque minores præbuit motus & perturbationes spectatoribus quam præliantibus, quod essent in conspicuo omnia facta, in quibus magnæ inclinationes atque inexpectatæ extitere. Suus apparatus Athenienses non minus quam hostis offendit: quippe confertis nauibus dimicabant, & grauibus aduersus expeditas, quarum alia ex parte aliæ incurrebant, ac lapidibus petiti, æquabilem habentibus vndique ictum contra ingerebant iacula & sagittas, quorum detorsit fluctus directum iactum,

A ἀφεῖλε τὴν τῶν λόγων τούτων ἀβολίαν, καὶ τοῖς μαθήμασιν εἰς ἄπορίας ὁδὸν ἐνέδωκεν. ὁ γοῦν ἐπιόρκος αὐτῷ Δίων, καθ' ὃν χρόνον ἔμελλεν ἄρας ἐκ Ζακύνθου, πλεῖν ὅπῃ Διονύσιον, ἐκλιπούσης τῆς σελήνης οὐδὲν ἀβαρεθεὶς ἀνήχθη, καὶ καταφρονῶν ἐν Συρακούσαις, ἐξέβαλε τὸν τύραννον. τῷ μὴν τοι Νικίᾳ συνῳήθη τότε, μηδὲ μαντικὴν ἔχειν ἔμπειρον· ὁ γὰρ συνήθης αὐτῷ, καὶ ὁ πολὺ τῆς δεισιδαιμονίας ἀφαιρῶν Στιλβίδης, ἐτεθνήκει μικρὸν ἔμπροσθεν, ἐπεὶ τὸ σημεῖον (ὡς φησι Φιλόχορος) φεύγουσιν οὐκ ἰῶ πονηρόν, ἀλλὰ
B καὶ πάνυ χρηστόν. ὑπὸ κρύψεως γὰρ αἱ σὺν φόβῳ πράξεις δέονται, τὸ δὲ φῶς, πολέμιόν ἐστιν αὐταῖς. ἄλλως τε καὶ τῶν περὶ ἥλιον καὶ σελήνην ὑπὸ τρεῖς ἡμέρας ἐποιοῦντο φυλακήν, ὡς Αὐτοκλείδης διέγραψεν ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς. ὁ δὲ Νικίας ἄλλην ἔπεισε σελήνης ἀναμένειν περίοδον, ὡς πρὸς οὐκ ἀδηλὸν θεασάμενος αὐτὴν ἀποκαθαρθεῖσαν, ὅτε τὸ σκιερὸν τόπον καὶ ὑπὸ τῆς γῆς ἀντιφραττόμενον παρῆλθε. μικροὺς δὲ πάντων ἀφέμενος τῶν ἄλλων, ἐθύετο καθημερινῶς, ἕως ἐπῆλθον αὐτοῖς οἱ πολέμιοι, τῷ μὲν πεζῷ τὰ τείχη καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν πολιορκοῦντες, ταῖς δὲ ναυσὶ κύκλῳ τὸν λιμένα περιλαμβάνοντες οὐκ αὐτοὶ μόνον ταῖς τριήρεσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ παιδάρια πανταχόθεν ἐπιβαίνοντα τῶν ἀλιάδων, καὶ ταῖς σκάφαις προσπλέοντα, περιεκαλεῖτο τοὺς Ἀθηναίους καὶ περιεπαίζειν.
C ὧν ἕνα παῖδα γνωρίμων γονέων, Ἡρακλείδην, περιελάσαντα τῷ πλοίῳ, ναῦς Ἀττικὴ διώκουσα κατελάμβανε. δείσας δὲ περὶ αὐτῷ Πόλλιχος ὁ θεῖος, ἀντεπαιρεῖ δέκα τριήρεσιν, ὧν ἦρχεν. οἱ δὲ ἄλλοι περὶ τὸν Πόλλιχον φοβηθέντες, ὡσαύτως ἀνήχθησαν. καὶ ναυμαχίας ἰσχυρᾶς γενομένης, ἐνίκησαν οἱ Συρακούσιοι, καὶ τὸν Εὐρυμέδοντα πολλοὺς μετ' ἄλλων διέφθειραν. οὐ δὴν οὐκέτι μένειν ἀνασχετὰ Ἀθηναίοις, ἀλλὰ
D τῶν στρατηγῶν κατεβόων, πεζῇ κελεύοντες ἀναχωρεῖν. καὶ γὰρ οἱ Συρακούσιοι νικήσαντες, εὐθὺς ἐνέφραξαν καὶ ἀπέκλεισαν τὸν διέκπλοιν τοῦ λιμένος. οἱ δὲ περὶ τὸν Νικίαν, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπείθοντο· (δεινὸν γὰρ οὐ ἀπολιπεῖν ὁλκάδας τε πολλὰς καὶ τριήρεις ὀλίγον ἀριθμὸν διακοσίων ἀποδεούσας) ἐμβιβάσαντες δὲ τῶν πεζῶν τοὺς ἀρίστους, καὶ τῶν ἀκοντιστῶν τοὺς ἀλκιμωτάτους, ἐπλήρωσαν ἑκατὸν καὶ δέκα τριήρεις, (αἱ γὰρ ἄλλαι κενῶν ἐνδεεῖς ἦσαν) τὸν δὲ λοιπὸν ὄχλον ἔστησε παρὰ τὴν θάλασσαν ὁ Νικίας, ἐκλιπὼν τὸ μέγα στρατόπεδον, καὶ τὰ τείχη τὰ συνάπτοντα πρὸς τὸ Ἡράκλειον.
ὥστε μὴ τεθυκότων τὴν εἰθισμένην θυσίαν τῷ Ἡρακλεῖ τῶν
E Συρακουσίων, θύσαι τότε τοὺς ἱερεῖς καὶ στρατηγοὺς ἀναβάντας. ἤδη δὲ πληρουμένων τῶν τριήρων, ὅπερ οἱ μάντεις τοῖς Συρακουσίοις ἀπήγγειλαν ἐκ τῶν ἱερῶν λαμπροτάτη καὶ νίκην, μὴ καταρχομένοις μάχης, ἀλλ' ἀμυνομένοις, (καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα πάντων κρατεῖν ἀμυνόμενον καὶ περιπίπτοντα) εἰπεῖν ἔφασαν. ἡ δὲ ναυμαχία πολὺ μεγίστη καὶ καρτερωτάτη γενομένη, καὶ μηδὲν ἐλάττονα πάθη καὶ θορύβους παρεῖχε τοῖς θεωμένοις ἢ τοῖς ἀγωνιζομένοις, διὰ τὴν πάντας ἐπιβλέψιν τοῦ ἔργου, ποικίλας μεταβολὰς καὶ ἀπροσδοκήτους ἐν ὀλίγῳ λαμβάνοντες, ἔβλαπτε τὰς αὐτῶν παρασκευὰς οὐκ ἧττον τῶν πολεμίων τοὺς Ἀθηναίους.
F ἀθρόας γὰρ ἐμάχοντο ταῖς ναυσὶ καὶ βαρείαις πρῴραις κούφας, ἀλλαχόθεν ἄλλας ἐπιφερομένας, καὶ βαλλόμενοι λίθοις, ὁμοίαν ἔχοντι τὴν πληγὴν πανταχόθεν, ἀντέβαλλον ἀκοντίοις καὶ ξυλομάσιν, ὧν ὁ σάλος τὴν ἀθυμίαν διέστρεφεν,

ὥστε μὴ πόντα καθ' ἁχιλλῶ φέρεσθαι. Ταῦτα δ' Ἀείσων ὁ Κορίνθιος κυβερνήτης ἐδίδαξε τοὺς Συρακουσίους, καὶ πρὸς τῷ μάχῃ αὐτῷ ἀγωνιζόμενος προθύμως, ἔπεσεν ἤδη κρατούντων τῶν Συρακουσίων. γνωμένης δὲ μεγάλης τροπῆς καὶ φθορᾶς, οὐ μόνον τῷ θαλάσσῃ φυγὴ τοῖς Ἀθηναίοις ἀπεκέκλειτο. χαλεπῶς δὲ καὶ πρὸς τῆς τῶν σωτηρίαν ὁρῶντες, οὔτε νεὼς ἀφελκυσθείσας ἐγύμνων ἔτι τοῖς πολεμίοις ἐκώλυον, οὔτε νεκρῶν ἥψησαν ἀναιρεῖν· οὔτε δὴ τῆς ἐκείνων ἀπαφίας, τῷ τῶν νοσούντων καὶ τεθνωμένων ἀπολείψιν οἰκτροτέραν οὖσαν. ἃ δὴ πρὸς ὀφθαλμῶν ἔχοντες, αὐτοὺς δὲ κακείνων ὀλιγοπονωτέρους ἡγούμενοι, μὴ πλείονων κακῶν ὀλίγῳ τοῦτο πόνῳ τοὺς ἀφιξομένους τέλος. ὁρμωμένων δὲ αὐτῶν ἀπαίρειν πρὸς νυκτός, εἰ μὴ πρὸς τὸν Γύλιππον ὁρῶντες ἐν θυσίαις καὶ τοῖς τοῖς Συρακουσίοις πρός τε τῷ νίκῃ καὶ τῷ ἑορτῇ ὄντας, οὔτε πείσειν, οὔτε βιάσεσθαι προσεδόκων, ἀναστάντας ἤδη προσφέρεσθαι τοῖς πολεμίοις ἀποδοῦναι. Ἑρμοκράτης δὲ αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ συνθεὶς ὅτι τὸν Νικίαν ἀπάτῃ, ἔπεμψε τινὰς τῶν ἑταίρων πρὸς αὐτόν, ἀπ' ἐκείνων μὴ ἥκειν τῶν ἀνδρῶν φάσκοντας, οἱ καὶ πρότερον εἰώθεσαν κρύφα τὰ Νικίᾳ προσαγγέλλεσθαι· παραινοῦντας δὲ μὴ πορεύεσθαι πρὸς τῆς νυκτός, ὡς τῶν Συρακουσίων ἐνέδρας πεποιημένων ἀθροῖς καὶ προκαταλαμβάνοντας τὰς παρόδους. τούτῳ δὲ καταφρονήσας ὁ Νικίας, διέμενεν ἀψευδῶς, καὶ οὐδέπω μὴ τῶν πολεμίων ἀληθῶς πυθοῖν. προελθόντες γὰρ ἅμα ἡμέρᾳ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν κατέλαβον, καὶ τὰς προβάσεις τῶν ποταμῶν ἀπετείχισαν, τάς τε γεφύρας ἀπέκοψαν, ἐν δὲ τοῖς ὁμαλοῖς καὶ πεδινοῖς τοὺς ἱππεῖς ἔταξαν, ὥστε μηδένα λελῆθθαι τοῖς Ἀθηναίοις τόπον ἀμαχεὶ προελθεῖν. οἱ δὲ καὶ τῷ ἡμέρᾳ ἐκείνῳ καὶ τῇ νυκτὶ τῇ ἑτέρᾳ ὀλιγοπονήσαντες, ἐπορεύοντο κλαυθμῷ καὶ ὀλοφυρμῷ, καθάπερ ἐκ πατρίδος οὐ πολεμίας ἀνιστάμενοι πρὸς τὰς ἀπορίας τῶν ἀναγκαίων, καὶ τὰς ἀπολείψεις τῶν ἀδυνάτων φίλων καὶ συγγενῶν· ἅμα τὰ παρόντα κακὰ κουφότερα τῶν προσδοκωμένων νομίζοντες εἶναι. πολλῶν δὲ δεινῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ φαινομένων, οὐδὲν ἦν οἰκτρότερον αὐτοῦ Νικίου θέαμα, κεκακωμένου καὶ ἐκ τῆς ἀσθενείας, συνεσταλμένου δὲ παρ' ἀξίαν εἰς ἀπαλλαγὴν διαιτῶν καὶ τὰ σμικρότατα τῶν ἐφοδίων εἰς τὸ σῶμα, πολλῶν πρὸς τὸν νόσον δεομένων· πρεσβύτου δὲ μετ' ἀρρωστίας, καὶ καρτερικοῦ, ἃ πολλοὶ τῶν ἐρρωμένων μόλις ἐπέμενον· καὶ φανερὸς ὢν πᾶσιν ὤν, οὐ δι' αὐτὸν οὐδὲ τὸν φιλοψυχεῖν, τοῖς πόνοις ἐμμένοντος, ἀλλὰ δι' ἐκείνους τὴν ἐλπίδα μὴ προιεμένου. καὶ γὰρ εἰς δάκρυα καὶ ὀδυρμοὺς τῶν ἄλλων ἐπὸ φόβου καὶ λύπης βεβημένων, ἐκεῖνος εἴ ποτε βιασθείη τοῦτο ποιῆσαι, δῆλος ἦν ὁ αἰσχρὸν καὶ ὁ ἀκλεὲς τῆς στρατείας ἀναλογιζόμενος πρὸς τὸ μέγεθος καὶ τὴν δόξαν ὧν ἤλπιζε κατορθώσειν. οὐ μόνον δὲ αὐτὸ τὴν ὄψιν ὁρῶντες, ἀλλὰ καὶ τῶν λόγων μνημονεύοντες, καὶ τῶν παραινέσεων ἃς ἐποιήσατο κωλύων τὸν ἔκπλοον, ἐπὶ μᾶλλον ἐνόμιζον ἀναξίως βαλαπωρεῖν. καὶ πρὸς τὰς ἐκ θεῶν ἐλπίδας ἀθύμως εἶχον, ἐνθυμούμενοι ὡς αὐτὸς θεοφιλὴς καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα λαμπρυνόμενος πρὸς τὸ θεῖον, οὐδενὸς ὅστις εἰκεφέρα τύχῃ χρῆται τῶν κακίστων ἐν τῷ στρατεύματι καὶ βαπφνοτάτων. οὐ μὴν ἀλλ' ὅγε Νικίας ἐπειρᾶτο καὶ φωνῇ καὶ προσώπῳ καὶ δεξιώσει κρείττων ὁρᾶσθαι τῶν δεινῶν· καὶ πρὸς πᾶσαί γε τὴν πορείαν ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ βαλλόμενος καὶ τραυματιζόμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀπήπτον ἐφύλαττε τὴν σὺν αὐτῷ δύναμιν,

A ne ſpiculo adigerentur. Id ſuggeſſit Syracuſanis Corinthius Ariſto, qui in ipſo conflictu ſtrenue dimicans vincentibus iam Syracuſanis cecidit. Ingenti clade & ſtrage data, Athenienſibus fuga mari præciſa eſt: qui quum terra item difficilem ſalutis expeditionem cernerent, neque hoſtes, quum abſtraherent ex propinquo naues, arcuerunt, neque corpora petierunt ad ſepulturam, quando ægrorum & ſauciorum, qui deferendi erant, quã illorum inſepultorum ſortem ducebant miſerabiliorem. Quæ quum ante oculos haberent, ſemetipſos etiam illis calamitoſiores exiſtimabant,
B qui per plures ærumnas eodem tandem eſſent omnino recaſuri. Molientibus autem his noctu ab vrbe mouere ſigna, cernens Syracuſanos Gylippus ſacrificiis & poculis ob victoriam & ſolenne immerſos, deſperauit vel monendo & cogendo excitaturum ſe eos vt abeuntes adorirentur hoſtes. At Hermocrates dolum ex ſemetipſo in Niciam commentus, miſit ad eum certos ex amicis ſuis, qui venire ſimulabant ſe ab illis qui ante conſueuerant clam cum eo colloqui. Hi monuerunt eum ne ſe nocte moueret, quod ipſis locaſſent Syracuſani inſidias, anguſtiaſq; quibus tranſeundũ erat, inſediſſent. Ita circumſcriptus Nicias remanſit ſimpliciter, ac veritus eſt ne non vere in hoſtium retia incideret: ſiquidem prima luce præcurrerunt, ſaltus obſederunt, vada fluuiorum munierunt muris, pontes reſciderunt, locis planis & cãpeſtribus equites locauerunt, nullus vt eſſet relictus Athenienſibus locus ſine dimicatione progrediendi. Athenienſes quum & illum diem & inſequentem noctem ibi commorati eſſent, ob neceſſariorum inopiam & imbecillos amicos familiareſq; quos relinquebant, quaſi ex patria migrarent non ex hoſtico, cum eiulatu perrexerunt & lamentatione. Attamen præſentia mala ducebãt
D imminentibus leuiora. Quum eſſent autem acerba ſpectacula in exercitu multa, nullum ipſo erat Nicia ærumnoſius, tum valetudine corporis affecto, tum indigne contracto ob viatici exiguitatẽ ad curam anguſtam corporis, quod multa morbi cauſa requirebat. Quum faceret tamen in hac imbecillitate & toleraret ea quæ multi vix ſuſtinebãt valentes, quem perſpiciebant omnes non ſui cauſa nec vitæ cupiditate in illis perdurare ærumnis, verum ipſorum cauſa ſpem non abiicere. Nam quum alii ad lacrymas & gemitus ex timore atq; mœrore conuerterent ſe, illum, ſiquando eſſet eò compulſus, liquebat maculam & deformitatem reputare huius expeditionis cum magnitudine & gloria rerum, quas ſperauerat perpetrare. Neq; verò quum ſpeciem illius intuerentur, verumetiam quum dictorum reminiſcerentur ac monitorum eius, quum ab ea expeditione deterreret populum, multo cenſebant indigniorem eius fortunam, neq; ſpem in diis vllam reponebant, voluentes ſecum virum religioſum, qui prolixiſſimus in deos fuerat, nihilo ſorte vti clementiore quam teterrimi in exercitu & abiectiſſimi. Verũtamen enitebatur Nicias voce, vultu, comitate contemnere videri calamitatem, atq; itinere toto, dum per dies octo iaculis percutitur & vulneratur, copias, quas ipſe ducebat, ſeruauit integras,

ἄχρις

donec captus Demosthenes est, & manus, cui ille præerat, ad Polyzeliam villam inter dimicandum & restitandum circumuenta. Demosthenes quidem districto ense percussit seipse, sed ictu non lethali, quòd citò eum cingerent & comprehenderent hostes. Vt Niciæ Syracusani adtiecti casum nuntiarunt illius, atque hic missis equitibus illas copias cognouit in deditionem venisse, petijt à Gylippo inducias, vt Athenienses ex Sicilia dimitterent incolumes, obsidibus acceptis de impensa, quam eo bello fecerant Syracusani. At hi cùm id reiecerunt, tum superbè atrociterque minitantes proscindẽtesque iaculis omnium iam rerum egenum perierunt. Sustinuit tamen illam noctem, & postero die processit inter hostium tela ad Asinarum amnem. Illic hostes alios vi impulerunt in flumen, alij occuparunt præ siti abijcere semetipsos. Atque ibi in fluvio, dum simul & bibunt & contrucidantur, maxima strages & cruentissima edita est, quousque genibus aduolutus Gylippi Nicias, Misereat, inquit, vos Gylippe victores, nequaquam mei quidem, qui ex tantis cladibus nomen & famam comparaui, sed Athenienſium reliquorum, memores belli communem esse aleam, ea autem moderatè clementerque aduersus vos in rebus suis secundis vsos Athenienses. Ita fati Niciæ nonnihil est Gylippus conspectu & oratione motus. Sciebat enim in componenda pace bene meritum de Lacedæmonijs Niciam. Magnificum simul ad gloriam putabat, si duces hostium captiuos abduxisset. Itaque Niciam comiter excipit & confirmat, edicitque vt cæteros capiant. Cæterùm perlato tardè ad omnes edicto, longè minor fuit captorum quàm interfectorum numerus, quanuis multos subducerent milites. Contractis omnibus qui propalàm capti erant, pulcherrimas & excelsissimas arbores secundum amnem spolijs captiuorum exornauere. Ipsi coronati equis suis eximiè excultis & hostium tonsis vrbem sunt inuecti, quòd ex nobilissimo certamine, quod Græci contra Græcos decertauerant, solidam victoriam maxima contentione & summa vi strenuitatis ac virtutis reportassent. Inde totius populi Syracusani & sociorum concione aduocata, Eurycles concionator legem rogauit, primùm, vt diem quo ceperant Niciam festum agerent, eoque sacrificarent atque ab operibus feriarentur, eumque diem festum à fluvio appellarent Asinarium. Dies fuit decimusseptimus mẽsis Carnei, quem Metagitneona Athenienses vocant: Athenienſium seruitia & alij socij subhastarentur: ipsi, & siqui essent eorum socij Siculi, in vinculis haberentur, & in Latomias conderentur, exceptis ducibus: illi vt necarentur. Sciscente hæc populo Syracusano, Hermocrates, quum commemorauisset *Bene vti victoria præstantius esse quàm vincere*, non mediocri est tumultu exceptus. Gylippum verò, duces Athenienſium deposcentem sibi condonari, quò ducere eos Lacedæmonem posset; luxuriantes iam rebus secundis insectati Syracusani sunt, alioquin eius etiam in bello asperitatem & Laconicum pertæsi imperium. Sordes quoque eius (vt ait Timæus) auaritiamque damnauerunt; vitium paternum:

ἄχρις οὗ Δημοσθένης ἑαυτῷ, καὶ ὃ μετ' ἐκείνου στράτευμα, περὶ τὴν Πολυζήλειον αὐλίον ἐν τῷ Ἀσσαναρῷ καὶ ὑπολείπεσθαι κυκλωθέν. αὐτὸς δὲ Δημοσθένης ἀπασάμενος ὃ ξίφος, ἔπληξε μὲν ἑαυτὸν, οὐ μὴν ἀπέθανε, ταχὺ τῶν πολεμίων περιεχόντων καὶ συλλαβόντων. ὡς δὲ τῷ Νικίᾳ προσελάσαντες ἔφραζον οἱ Συρακούσιοι, καὶ πέμψας ἱππέας, ἔγνω τὴν ἐκείνου τοῦ στρατεύματος ἀλλοῖον ἀξίου πείσεσθαι πρὸς τὸν Γύλιππον, ὅπως ἀφῶσι τοὺς Ἀθηναίους ἐν Σικελίᾳ, ὅμηρα λαβόντες ὑπὲρ τῶν χρημάτων ἴσα Συρακουσίοις αἰτήσωσι πρὸς τὸν πόλεμον. οἱ δὲ οὐ προσεῖχον, ἀλλὰ πρὸς ὕβριν καὶ μετ' ὀργῆς ἀπειλοῦντες καὶ λοιδορούντες ἔθανον, ἤδη πάντων ἐνδεῶς ἔχοντα τῶν ἀναγκαίων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν νύκτα διεκαρτέρησε, καὶ τὴν ὑπιοῦσαν ἡμέραν προῆλθε βαδίζων πρὸς τὸν Ἀσίναρον ποταμόν. ἐκεῖ δὲ τοὺς μὲν οἱ πολέμιοι συνεκόντες ἐνέσφαν εἰς ὃ ῥεῖθρον, οἱ δὲ, φθάνοντες ὑπὸ δίψους ἔρριπτον ἑαυτοὺς· καὶ πλῆθος ἐνταῦθα μόρος ἦν καὶ ὠμότατος, ἐν τῷ ποταμῷ πινόντων ἅμα καὶ σφαττομένων· ἄχρι Νικίας Γυλίππῳ προσπεσὼν, εἶπεν, Ἔλεος ὑμᾶς, Γύλιππε, λαβέτω νικῶντας, ἐμοῦ μὲν μηδεὶς, ὃς ὅσοι τηλικαύταις ἀτυχίαις ὄνομα καὶ δόξαν ἔχον· τῶν δὲ ἄλλων Ἀθηναίων ἐνθυμούμενος ὅτι κοινὰς μὲν αἱ τύχαι τοῦ πολέμου· μετρίως δὲ αὐτῷ καὶ πρᾴως ἐχρήσαντο ἐν οἷς ἐτύχομεν Ἀθηναῖοι πρὸς ὑμᾶς. τοιαῦτα τοῦ Νικίου λέγοντος, ἔπαθε μὲν καὶ πρὸς τὸν ὄψιν αὐτοῦ καὶ πρὸς τοὺς λόγους ὁ Γύλιππος· (ἤδει γὰρ τοὺς Λακεδαιμονίους εὖ πεποιηκότας ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο τοὺς ἡγεμόνας Ἀθηναίους) μέγα δὲ ἡγεῖτο πρὸς δόξαν, εἰ ζῶντας ἀπαγάγοι τοὺς ἀντιστρατήγους. διὸ τόν τε Νικίαν ἀσπασάμενος ἐθάρρυνε, καὶ τοῖς ἄλλοις ζωγρεῖν παρήγγελε. βραδέως δὲ τοῦ παραγγέλματος διικνουμένου, πολλῷ τῶν φονευθέντων ἐλάττονες οἱ ἀνασωθέντες ἐγένοντο. καίτοι πολλοὶ διεκλάπησαν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν. τοὺς δὲ φανεροὺς ἐκλογάδας ἀθροίσαντες, τὰ μὲν κάλλιστα καὶ μέγιστα δένδρα τῶν περὶ τὸν ποταμὸν ἀνέδησαν ἀγχμαλώτοις πανοπλίαις, ἐστεφανωμένοι δὲ αὐτοὶ καὶ κοσμήσαντες ἵππους ἀναπρεπῶς, κείραντες δὲ τοὺς τῶν πολεμίων, εἰσήλαυνον εἰς τὴν πόλιν, ἀγῶνα λαμπρότατον, ὃν Ἕλληνες πρὸς Ἕλληνας ἠγωνίσαντο, καὶ νίκῃ τελεωτάτῃ κρατήσαντες πλείστῃ καὶ ῥώμῃ μεγίστῃ προθυμίας καὶ ἀρετῆς κατορθώσαντες. ἐκκλησίας δὲ πανδήμου Συρακουσίων καὶ τῶν Συμμάχων γενομένης, Εὐρυκλῆς δημαγωγὸς ἔγραψεν, πρῶτον μὲν τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ τὸν Νικίαν ἕλοιεν, ἱερὰν ἔχειν, θυόντας καὶ ἑορτάζοντας ἔργων, Ἀσιναρίαν τὴν ἑορτὴν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ καλοῦντας. ἡμέραν δὲ ἣν τετάρτῃ φθίνοντος τοῦ Καρνείου μηνὸς, οἱ Ἀθηναῖοι Μεταγειτνιῶνα προσαγορεύουσι. τῶν δ' Ἀθηναίων τοὺς μὲν οἰκέτας ἀποδοῦναι, καὶ τοὺς δημόσιους Συμμάχους, αὐτοὺς δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Σικελίας φυγόντας, ἐμβαλόντας εἰς τὰς λατομίας, πλὴν τῶν στρατηγῶν· ἐκείνους δὲ ἀποκτεῖναι. ταῦτα προσδεχομένων τῶν Συρακουσίων, Ἑρμοκράτης μὲν εἰπὼν ὅτι τοῦ νικᾶν κρεῖττόν ἐστι τὸ καλῶς χρῆσθαι τῇ νίκῃ, οὐ μετρίως ἐθορυβήθη. Γύλιππον δὲ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἀθηναίων ἐξαιτούμενον ζῶντας ἀγαγεῖν Λακεδαιμονίοις, ὑβρίζοντες ἤδη τοῖς δυστυχήμασιν οἱ Συρακούσιοι, κακῶς ἔλεγον, δημόσιόν τε καὶ τὸν πόλεμον, αὐτοῦ τὴν τραχύτητα καὶ τὸ Λακωνικὸν τῆς ὑπερηφανίας οὐ ῥᾳδίως ἐνεγκόντες· ὡς δὲ Τίμαιός φησι, καὶ μικροληψίαν τινὰ καὶ πλεονεξίαν κατεγνωκότες· ἀρρώστημα πατρῷον·

ἐφ᾽ ᾧ καὶ Κλεανδρίδης ὁ πατὴρ αὐτοῦ δώρων ἁλοὺς ἔφυγε. A
καὶ οὗτος αὐτὸς ἀπὸ τῶν χιλίων ταλάντων, ἃ Λύσανδρος ἔπεμψεν εἰς τὴν Σπάρτην, ὑφέλομενος τριάκοντα, καὶ κρύψας ὑπὸ τὴν ὄροφον τῆς οἰκίας, εἶτα μηνυθεὶς, αὐθαίρετα πολίτων ἐξέπεσεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ μᾶλλον διακριβωτέον. Δημοσθένην δ᾽ καὶ Νικίαν ἀποθανεῖν Τίμαιος οὐ φησιν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων καταλιθωθέντας, ὡς Φίλιστος ἔγραψε καὶ Θουκυδίδης, ἀλλ᾽ Ἑρμοκράτους πεμψάντος, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας συνηχούσης, καὶ δι᾽ ἑνὸς τῶν φυλάκων παρόντων, ἀθεῖς δι᾽ ἑαυτῶν ἀποθανεῖν. τὰ μὴν τοι σώματα πρὸς ταῖς πύλαις ἐκβληθέντα, κεῖσθαι φανερὰ B
τοῖς θεωμένοις τὸ θέαμα. πιστεύομεν δ᾽ μέχρι νῦν ἐν Συρακούσαις ἀσπίδα κείμενον πρὸς ἱερῷ δείκνυσθαι, Νικίου μὲν λεγομένην, χρυσοῦ δ᾽ καὶ πορφύρας οἷον πρὸς ἀλλήλαις μεμιγμένων δι᾽ ὑφῆς συγκεκροτημένον. τῶν δ᾽ Ἀθηναίων οἱ μὲν πλεῖστοι διεφθάρησαν ἐν ταῖς λατομίαις ὑπὸ νόσου δ᾽ διαίτης πονηρᾶς, εἰς ἡμέραν ἑκάστην κοτύλας δυοκριθῶν λαμβάνοντες, καὶ μίαν ὕδατος· ὀλίγοι δ᾽ ἐπρεσθήσαν ἀφαιρεθέντες, ἢ καὶ ἀφαιρεθόντες, ὡς οἰκέται. καὶ τοῦτοις ὡς οἰκέταις ἐπώλουν, στίζοντες ἵππον εἰς τὸ μέτωπον. ἀλλ᾽ ἦσαν οἱ καὶ τοῦτο πρὸς τῷ δουλεύειν ὑπο- C
μένοντες. ἐβοήθει δ᾽ καὶ τοῦτοις ἡ τ᾽ αἰδὼς καὶ τὸ κόσμιον. ἢ γὰρ ἠλευθεριῶντο ταχέως, ἢ ἡμιόνιοι παρέμενον τοῖς κεκτημένοις. ἔνιοι δ᾽ καὶ τὰ Εὐριπίδου ἐσώθησαν. μάλιστα γὰρ (ὡς ἔοικε) τῶν ἐντὸς Ἑλλήνων ἐπόθησαν αὐτοῦ τὴν μοῦσαν οἱ περὶ Σικελίαν· καὶ μικρὰ τῶν ἀφικνουμένων ἑκάστοτε δείγματα καὶ γνώματα κομιζόντων ἐκμανθάνοντες, ἀγαπητῶς μετεδίδοσαν ἀλλήλοις. τότε γοῦν φασι τῶν ζωθέντων οἴκαδε συγγενοῖς ἀσπάσασθαι τὸν Εὐριπίδην φιλοφρόνως, καὶ διηγεῖσθαι τοῖς μὲν, ὅτι δουλεύοντες ἀφείθησαν, ἐκδιδάξαντες ὅσα τῶν ἐκείνου ποιημάτων ἐμέμνηντο, τοῖς D
δ᾽, ὅτι πλανώμενοι μετὰ τὴν μάχην, τροφῆς καὶ ὕδατος μετέλαβον τῶν μελῶν ἄσαντες. οὐδὲν δ᾽ θαυμάζειν ὅτι τὸ Καυνίου φασὶ πλοίου προσφερομένου τοῖς λιμέσιν, ὑπὸ λῃστῶν διωκομένου, μὴ μάχεσθαι τὸ πρῶτον, ἀλλ᾽ ἀπιέναι· εἶτα μέντοι ἀφικνουμένους εἰ γνώσοιντο ἄσματα τοῦ Εὐριπίδου, φησάντων ἐκείνων, οὕτω παρεῖναι καὶ κατάγειν τὸ πλοῖον. Ἀθηναίοις δέ φασι τὴν συμφορὰν οὐχ ἥκιστα ἀφάτ᾽ ἄγγελον ἄπιστον γενέσθαι. ξένος γάρ τις (ὡς ἔοικεν) ἀποβὰς εἰς Πειραιᾶ, καὶ καθίσας ἐπὶ κουρείου, ὡς ἐγνωκότων ἤδη τῶν Ἀθηναίων, λόγους ἐποιεῖτο περὶ τῶν γεγενημένων. ὁ δ᾽ κουρεὺς ἀκούσας, πρὶν ἄλλους πυνθάνεσθαι, δρόμῳ συντείνας εἰς τὸ ἄστυ, καὶ προσβαλὼν τοῖς ἄρχουσιν, εὐθὺς κατ᾽ ἀγορὰν ἐνέβαλε τὸν λόγον. ἐκπλήξεως δ᾽ καὶ ταραχῆς (ὡς εἰκὸς) γενομένης, οἱ μὲν ἄρχοντες ἐκκλησίαν συναγαγόντες, εἰσήγαγον τὸν ἄνθρωπον· ὡς δ᾽ ἐρωτώμενος παρ᾽ οὗ πυθοίτο, ὅθεν εἶχε φράζειν, δόξας λῃστοῖς τῆκει), καὶ ταραττοντὶ τὴν πόλιν, εἰς τὸν τροχὸν καταδεθεὶς ἐστρεβλοῦτο πολὺν χρόνον· ἕως ἐπῆλθον οἱ τὸ πρῶτον κακὸν ὡς εἶχεν E
ἀπαγγέλλοντες. οὕτω μόλις ὁ Νικίας ὅτις εὐθὺς παθὼν ἃ πολλάκις ἄλλοις προεφώνει.

ob quod Cleandrides item pater eius repetundarum damnatus, exilij causa solum vertit: & hic ipse ex mille talentis, quæ Lysander Spartam misit, depeculatus triginta, quæ sub tecto recondiderat, inde detectus fœdissimè consciuit sibi exilium. Cæterùm hæc in historia Lysandri exequuti sumus fusius. Demosthenem & Niciam perisse Timæus refellit lapidibus ab Syracusanis coopertos, vt Philistus & Thucydides scriptum reliquerunt, sed certiores factos ab Hermocrate quid ageretur, quum nondum dimissa concione misisset ad eos certum, qui ab vno fuit ex custodibus admissus, sibimetipsos mortem cõsciuisse. Corpora tamen ante portam proiecta in publicum ad cuiuslibet spectaculum fuisse. Accepi Syracusis etiam hac ætate ostendi in templo quodam fixum clypeum, quem Niciæ autumant fuisse, auro & purpura affabrè inter se contextis compactum. Athenienses plerique in Latomijs morbo & victu prauo absumpti sunt: siquidem hordei heminę binæ, singulæ aquæ illis in dies præbebantur. Non paucos furreptos venum dedere, aut non cognitos pro seruis distraxere equo in fronte compunctos, ac fuerunt qui præter seruitutem hoc etiam tulere. Verùm subleuauit hos verecundia & modestia sua. quippe vel breui manumissi fuerunt, vel in honore habiti remanserunt apud dominos. Fuerunt & nonnulli Euripidis causa conseruati. Nam præter cæteros interiores Græcos desiderauerunt illius versus ij qui Siciliam incolebant. Quòd si qua specimina & gustus horum adferrent ij qui quotidie appellebant, ea ediscebant, lętique inter se communicabant. Plures autem tunc commemorant, qui sospites domum reuersi sunt, Euripidem benignè salutauisse, ac prędicasse alios fuisse se manumissos, quòd quæ ipsius carmina tenuerant memoria, illos ea docuissent, alios palantes post pugnam fuisse cibo & potu adiutos, quum versus illius canerent. Neque id novum est. quia Caunium nauigium ferunt, quum littori appelleret Siculo prementibus nauibus prædatorijs, Siculos primò nõ recepisse, sed repulisse: tandem rogatos nossentne cantica Euripidis, vbi scire ostenderunt, tum applicare nauigiũ permisisse. Athenięses ferunt hanc cladem maximè propter nuntium noluisse credere. Siquidem peregrinus quidam qui in Pyræum descenderat, & in tonstrina sedebat, quasi re Atheniensibus iam nota, sermonem habuit de gestis illis. Tonsor, vbi audiuit, priusquam divulgarerur apud alios, cursu contendit in vrbem, ac quum ad archontas contulisset se, detulit ilico ea dicta in forum. Pauore & trepidatione haud immeritò insequuta, archontes aduocata cõcione hominem produxere. Qui interrogatus de quo accepisset, quum nihil certi haberet dicere, pro mendace & ciuitatis turbatore in rotam deligatus & diu tortus est, donec aduenerunt qui totam cladem ordine annuntiarunt. Ita tandem fides habita Niciæ est, quum in eas, quas crebrò illis prædixerat, incidisset calamitates.

PLVTARCHI

M. CRASSVS.

M. CRASSVS patrem habuit censorium & triumphalem. Eductus est angustis in ædibus in duorum fratrum contubernio. Fratres eius vxores superstitibus adhuc parētibus duxerant, vtebanturque mensa omnes eadem. Ob quod vel maximè vita temperans fuisse & moderatus videtur. Altero defuncto fratre, vxorem eius duxit, liberosque suos ex illa genuit, neque in his continentia cuiquam cessit Romanorum: licet ætatis progressu stupratæ virginis vestalis Liciniæ aspersus suspicione fuerit. cæterùm Licinia, Plotino quodā accusatore, est absoluta. Possidebat villam illa subvrbanā amœnam, quam dum auferre Crassus vili pretio cupit, eā affectando & colendo in istam incidit suspicionē, atque auaritia quodammodo crimen incestus diluens, à iudicibus liberatus est. Liciniam tamen non antè dimisit quam prędio esset potitus. Perhibent Romani multarum Crassi virtutum vnū hoc vitium luminibus obstruxisse auaritiam. In specie quidem erat vnum: verùm, omniū in eo vitiorum quum esset valentissimum, offuscauit cætera. Indicia eius auaritiæ hæc potissima censent, rationē quęstus & facultatum amplitudinem. Nam quum ab initio non excederent septuagies bis 1-1s, inde rempublicam tractans, decimam facultatum suarum partem Herculi sacrasset, præbuisset etiam populo epulum, ad hæc singulis ciuibus Romanis tesseram annonariam trium mensium de suo dedisset, tamē antequam ad bellum Parthicum proficisceretur, subducto secum fortunarum suarum calculo, reperit incensu millies septingenties quater 1-1s. Harum diuitiarum pleraque, si cum illius proferenda ignominia veritas est, ex igne & bello conflauit, ex publicis calamitatibus maximum quæstum faciens. Siquidem quum Sylla capta vrbe bona ad se interemptorum subhastaret, prædā eam suam & censens & appellans, idque agens vt quamplurimis ex potentissimis ciuibus illud inureret piaculum, nullum donum vel sectionem repudiauit. Iam considerans pestes vrbis Romæ cognatas & familiares, ædificiorum propter molem & frequentiā, incendia ac sedimenta, seruos comparauit architectos & fabros. Quibus ad quingentos paratis, emptitabat inflammata & vicina inflammatis, quæ domini metu & incertitudine casus vili pretio dimittebant. Ita pars vrbis maxima in illis recidit mancipium. Qui quum manum tantam haberet artificum, nisi propriam domum nihil ipse ædificauit, cupidos dicens ædificandi, à semetipsis euerti sine aduersarijs. Ciuibus verò, qui ædificare vellent, operas eorum locabat mercede, ac simul areæ spatium cuique pro suo arbitrio ad ædificandum vendebat. Multas possidebat argentifodinas, agrum pretiosum, multosque qui eum exercerent. Veruntamen omnia hæc minimè sunt cum seruorum pretio comparanda:

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΜΑΡΚΟΣ ΚΡΑΣΣΟΣ.

ΜΑΡΚΟΣ ὁ Κράσσος, τῶν ἡμετέρων καὶ θριαμβικῶν πατέρων· ἐτράφη δὲ ἐν οἰκίᾳ μικρᾷ μετὰ δυοῖν ἀδελφῶν. καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ γυναῖκες ἦσαν, ἔτι τῶν γονέων ζώντων· καὶ πάντες ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐφοίτων τράπεζαν. ὅθεν οὐχ ἥκιστα δοκεῖ καὶ διὰ τοῦτο σώφρων καὶ μέτριος γενέσθαι περὶ τὴν διαίτην. ἀποθανόντος δὲ τοῦ ἑτέρου τῶν ἀδελφῶν τὴν γυναῖκα συνῴκησε, καὶ τοὺς παῖδας ἐξ ἐκείνης ἔσχεν, οὐδενὸς ἧττον καὶ περὶ ταῦτα Ῥωμαίων ἄπακτος γενόμενος. καίτοι παρθένων καθ' ἡλικίαν, αἰτίαν ἔσχε Λικινίαν σωιέναι τῶν Ἑστιάδων μιᾶς παρθένων· καὶ δίκην ἔφυγεν ἡ Λικιννία, Πλωτίνου τινὸς διώκοντος. ἣν δὲ παράσχον αὐτῇ καλὸν, ὃ βουλόμενος λαβεῖν ὀλίγης ἡμέρας ὁ Κράσσος, καὶ διὰ τοῦτο παρεκείμενος ἀεὶ τῇ γυναικὶ καὶ θεραπεύων, εἰς τὴν ὑποψίαν ἐκείνῳ ἐνέπεσε· καὶ τόπον διὰ τὴν φιλοπλουτίαν τὴν αἰτίαν τῆς φθορᾶς ἀπολυσάμενος, ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀφείθη. τὴν δὲ Λικιννίαν οὐκ ἀνῆκε πρότερον ἢ τοῦ κτήματος κρατῆσαι. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν λέγουσι, πολλαῖς ἀρεταῖς τοῦ Κράσσου κακίαν μόνον ἐπισκοτῆσαι, τὴν φιλοπλουτίαν. ἔοικε δὲ μία, πασῶν δὴ ἐρρωμενεστάτη τὴν ἐν αὐτῷ κακίαν γενομένη, τὰς ἄλλας ἀμαυρῶσαι. τεκμήρια δὲ τῆς φιλοπλουτίας αὐτοῦ μέγιστα ποιοῦσι, τόν τε τόπον τοῦ πολεμοῦ, καὶ τῆς οὐσίας τὸ μέγεθος. τελευταῖον γὰρ οὐ πλείω κεκτημένος ἢ χιλίων ταλάντων, εἶτα τοῦδε τὴν πολιτείαν ἀποθύσας μὲν τῷ Ἡρακλεῖ τῶν δεκάτων, καὶ τὴν δημοσίαν ἑστίασας, δεῖν δὲ μηνῶν ἑκάστῳ Ῥωμαίων σιτηρέσιον ἐκ τῶν αὐτοῦ παρεσχεν, ὅμως πρὸ τῆς ἐπὶ Παρθυαίους στρατείας, αὐτὸς αὐτῷ λογισμὸν τῆς οὐσίας, εὗρεν ἑκατὸν ταλάντων ἡμιμναῖον πρὸς ἑπτακισχιλίοις. τὰ δὲ πλεῖστα τούτων, (εἰ δεῖ μετὰ βλασφημίας εἰπεῖν τὸ ἀληθές) ἐκ πυρὸς ἐκαίετο καὶ πολέμου, ταῖς κοιναῖς ἀτυχίαις προσοδῷ τῇ μεγίστῃ χρησάμενος. ὅτε γὰρ Σύλλας ἑλὼν τὴν πόλιν, ἐπώλει τὰς οὐσίας ἀνηρημένων ὑπ' αὐτοῦ, λάφυρα καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων, καὶ βουλόμενος ὅτι πλείστοις καὶ ἀκρατήτοις προσομόρξασθαι τὸ ἄγος, οὔτε λαμβάνων οὔτε ὠνούμενος ἀπεῖπε. πρὸς δὲ τούτοις, ὁρῶν τοὺς συγγενεῖς καὶ συνοίκους τῆς Ῥώμης κῆπους, ἐμπρησμοὺς καὶ συνοικίσεις, διὰ βάρος καὶ πλῆθος οἰκοδομημάτων, ἐωίει δούλοις ἀρχιτέκτονας καὶ οἰκοδόμους. εἶτ' ἔχων τούτοις ὑπὲρ πεντακοσίους ὄντας, ὠνεῖτο τὰ καιόμενα καὶ γειτνιῶντα τοῖς καιομένοις, διὰ φόβον καὶ ἀδηλότητα, τῶν δεσποτῶν ἀπὸ ὀλίγης ἡμέρας προεμένων· ὥστε τῆς Ῥώμης τὸ πλεῖστον μέρος ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι. τοσούτοις δὲ κεκτημένος τεχνίταις, οὐδὲν ᾠκοδόμησεν αὐτὸς, ἢ τὴν ἰδίαν οἰκίαν, ἀλλ' ἔλεγε τοὺς φιλοικοδόμους αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν καταλύεσθαι, χωρὶς ἀνταγωνιστῶν. ὄντων δὲ αὐτῷ παμπόλλων ἀργυρείων, πολυτιμήτου δὲ χώρας. καὶ τῶν ἐργαζομένων ἐν αὐτῇ, ὅμως οὐδὲν ἡγήσατο μηδὲν εἶναι τοσαῦτα πολλὰ πρὸς τὴν τῶν οἰκετῶν ἡμῶν·

τοσούτους ἐκέκτητο καὶ τοιούτους, ἀναγνώστας, ὑπογραφεῖς, ἀργυρογνώμονας, διοικητάς, τραπεζοκόμους· αὐτὸς ὑπισχνούμενος μανθάνοντι καὶ παρεστὼς καὶ διδάσκων, καὶ ὅλως νομίζων τῶν δεσπότῃ παρεσκευὴν μάλιστα τῶν περὶ τοὺς οἰκέτας ἐπιμέλειαν, ὡς ὄργανα ἔμψυχα τῆς οἰκονομικῆς. καὶ τοῦτο μὲν ὀρθῶς ὁ Κρασσος, εἴπερ (ὡς ἔλεγεν) ἡγεῖτο τὰ μὲν ἄλλα δι' ἑτέρων οἰκετῶν χρῆναι, τοὺς δὲ οἰκέτας δι' αὐτῶν κυβερνᾶν. τῶν γὰρ οἰκονομικῶν, ἐν ἀψύχοις χρηματιστικῶν οὖσαν, ἐν ἀνθρώποις πολιτικῶν γιγνομένην ὁρῶμεν. ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἴσως, ὃ μηδένα νομίζειν μηδὲ φάσκειν εἶναι πλούσιον, ὃς οὐ δυνάσεται τρέφειν ἀπὸ τῆς οὐσίας στρατόπεδον. Ὁ γὰρ πόλεμος οὐ τεταγμένα σιτεῖται, κατὰ τὸν Ἀρχίδαμον. ὥστε ὁ περὶ πόλεμον πλοῦτος, ἀόριστος, καὶ πολὺ τῆς Μαρίου γνώμης ἀπηρτημένος. ἐκεῖνος γὰρ ἐπεὶ κατ' ἄνδρα νείμας ἑκάστῳ δέκα καὶ τέτταρα πλέθρα γῆς, ἔγνω πλέον ἀπιστοῦντας, Μηδεὶς (ἔφη) γνοίη Ῥωμαίων ὀλίγῳ κεκρυμμένος τῶν τρεφόντων ἀφικόμενος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ξένους ἦν φιλότιμος ὁ Κρασσος. ἀνέῳκτο γὰρ οἰκία πᾶσι, καὶ τοῖς φίλοις ἐδανείζετο ἄνευ τόκων· ἀπῄτει δὲ ἀποτίμησις τοῦ χρόνου παρελθόντος εἰς ὃν ἐδανείζετο, καὶ τὸ πρᾶγμα, πολλῶν ἐγίνετο τόκων ἐπαχθέστερον. ἐν δὲ τοῖς δείπνοις, ἡμερὸν κλῆσιν ὡς τὰ πολλὰ δημοτικὴν καὶ λαοδῆ· ἡ δὲ εὐτελεία τῶν καθαριότητα καὶ τῶν φιλοφρονήσεων ἡδίονα τὸν πολυτελοῦς εἶχε. παιδείας δὲ τῆς περὶ λόγον, μάλιστα μὲν ὁ ῥητορικὸν καὶ χρειῶδες εἰς πολλοὺς ἤσκησε· καὶ γυμνάζειν δεινὸς εἰπεῖν ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων, ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ τοῖς εὐφυεστάτοις ὑπερέβαλεν. τοσαῦτα γὰρ οὕτω δίκαιον φασὶ μικρὰν οὐδὲ εὐκαταφρόνητον γενέσθαι, πρὸς ἣν ἀπαράσκευος ἦλθεν. ἀλλὰ καὶ Πομπηίου πολλάκις ἀκουσάντος καὶ Καίσαρος ἀξιωσαντος καὶ Κικέρωνος, ἐκεῖνος ἀνεπλήρου τὴν σιωπηρείαν, καὶ μᾶλλον ἤρεσκεν, ὡς ἐπιμελὴς καὶ βοηθητικός. ἤρεσκε δὲ καὶ τοῖς δεξιώσεσι καὶ προσαγορεύσεσι φιλάνθρωπον αὐτὸν καὶ δημοτικόν. τοσοῦτον γὰρ οὕτως ἀπῄτησε Ῥωμαίων ἀδόξῳ καὶ ταπεινῷ Κρασσος, ὃν ἀσπασάμενον οὐκ ἀντιπροσηγόρευσεν ἐξ ὀνόματος. λέγεται δὲ καὶ πολυμαθὴς καθ' ἱστορίαν γενέσθαι καὶ μὴ καὶ φιλοσοφήσαι τοῖς Ἀριστοτέλους λόγοις προσχήμενος. ὧν διδάσκαλον εἶχεν Ἀλέξανδρον, ἄνθρωπον εὐκολίας καὶ πραότητος ἀπόδειξιν διδόντα τῶν πρὸς Κρασσον σιωπήσαι. οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἀποφήσασθαι πότερον προσῆλθεν αὐτῷ πενέστερος, ἢ προσελθὼν ἐγένετο. μόνος δὲ ὧν ἀεὶ τῶν φίλων αὐτῷ συναποδημῶν, τέγαστρον ἐλάμβανεν εἰς τὴν ὁδόν, καὶ τοῦτ' ἐπαινεθὲν ἀπῄτει παρὰ τῆς ὑπομονῆς, οὐδὲ τὴν πενίαν ὁ πλήμων ἀδελφόφορον ἡγούμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. ἐπεὶ δὲ Κίννα καὶ Μαρίου κρατήσαντος, ἀνθρώποι ἦσαν ἔνδηλοι κακοῦντες οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῆς πατρίδος, ἐπὶ δυαιρέσει δὲ ἀκμῆς καὶ ὀλέθρῳ τῶν ἀρίστων, οἱ μὲν ἐγκαταληφθέντες, ἀπέθνησκον· ὧν ἦν καὶ ὁ πατὴρ Κρασσου καὶ ὁ ἀδελφός. αὐτὸς δὲ νέος ὢν πρωτάπασι, τὸ μὲν αὐτίκα δεινὸν ἐξέφυγε· πρώτην δὲ περιβαλόμενον ἑαυτὸν ἀποθανούμενον καὶ κωκυτοῦμενον ὑπὸ τῶν τυράννων, δεῖς φίλους δυαλαβὼν, καὶ θεραπαίνας δέκα, τάχει δὲ ὑπερβάλλοντι χρησάμενος, εἰς Ἱσπανίαν ἔφυγε, γεγραμμένου πάλαι στρατηγοῦντος αὐτόθι τοῦ πατρὸς, καὶ φίλους πεποιημένος. θαυμαστὸν δὲ πρὸς τὴν περιδεεῖς, καὶ τὴν ὠμότητα τὴν Μαρίου, καθάπερ ἐφεστῶτος αὐτοῖς, τρέμοντας,

A Tam multos tamque habebat excellentes, lectores, amanuenses, argentarios, dispensatores, structores. Assistebat ipse discentibus, attendebat, atque etiam docebat eos. Breui putabat seruorum quasi viuorum rei familiaris organorum præcipuè ad dominos pertinere curam. Rectè id quidem Crassus, si (vt dicebat) ita sentiebat, cætera per seruos, ipsos verò esse per patremfamiliàs regendos seruos. Quippe œconomicam, quæ est disciplina tuendæ rei familiaris, quum sit inanimatis quæstuaria, in hominibus artem effici videmus politicam & ciuilem. Illud parum rectè, quòd nemi-
B nem censeret vel prædicaret diuitem esse qui suis fructibus exercitum alere non posset. Bellũ enim, vt ait Archidamus, certum modum non habet pabuli. itaque opes ad bellum definiri nequeunt. Ac longè à Marij fuit sententia remotus. Ille enim, quum viritim agri iugera quaterna dena diuisisset, plura autem milites cognouisset flagitare: Absit, *inquit*, vt ciuis Romanus vllus eum qui alere ipsum queat existimet exiguum. Erat in hospites tamen prolixus Crassus: siquidem patebat omnibus domus eius, atque amicis mutuò dabat sine fœnore: verum elapso tempore, id quod credide-
C rat repetebat præcisè, & euadebat hoc gratuitum multis odiosius vsuris. Mensa eius, quum quos ad cœnas inuitasset, ciuilis erat & popularis, ac habebat mundiciem & comitatem iucundiorem hæc frugalitas sumptuosa. Ex literarum studio artem oratoriam & eam qua vti in publico posset potissimùm est meditatus. Qui quanquam esset inter Romanos eloquentissimus, sedulitate tamen & labore superauit summè ad eam artem factos. Nullam enim referunt causam fuisse adeò tenuem & leuem, ad quam imparatus accederet: sed Pompeio frequenter & Cæsare recusante dicere ac Ci-
D cerone, ille absoluebat defensionem. Qua de causa imprimis gratus fuit, tanquam solicitus & ad succurrendum promptus. Grata fuit etiam eius in complectendo & salutando humanitas atque popularitas. Nulli enim ciui Romano occurrebat tam obscuro vel abiecto, quem salutantem non nomine suo resalutaret. Perhibetur historiæ quoque fuisse studiosus, & verò etiam aliquid philosophiæ operæ dedisse, addictus Aristotelis scriptis, quorum habuit Alexandrum doctorem. Is facilitatis & mansuetudinis documentũ ex Crassi contubernio dedit: quippe non facilè dixeris, egentior ad illum venerit, an apud eum factus sit.
E Solus enim ex amicis peregrinantem semper comitans lecticam accipiebat, quam reposcebatur reuersus. Hem patientiam, quum tamen paupertatem professio huius miseri non numeraret indifferentem. Verùm hæc infrà. Quũ Cinnæ & Marij arma valerent, protinus ambiguum erat nemini redire hos non ad salutem patriæ, sed planè ad cædem & perniciem optimatium: quorũ pars, quos illi occupauerunt, necati sunt. Inter eos Crassi pater & frater fuere. Ipse iuvenis præsens defugit periculum. Cęterùm quia à tyrannis se vndique cinctum captari aduertit, tres amicos & seruos decẽ
F secum trahens, profugit incredibili celeritate in Hispaniam, quòd pridem illic in parentis prætura fuisset, amicosque sibi adiunxisset. Quum verò reperisset pauore omnes consternatos, atque sæuitiam Marij quasi præsentis exhorrescentes,

apud nullum ausus fuit se detegere, sed agrum ma- A
ritimum Vibij Paciani ingressus, in quo ampla
erat spelunca, eò abdidit se, atque ad Vibium pe-
riclitandum vnum servum misit viatico quoque
iam deficiente. Vibius re nuntiata, exultauit eius
incolumitate, acceptoque comitatus numero &
loco, non inuisit ipse eum, verùm accito procura-
tori prædiorum præcepit vt cœnam quotidie ap-
pararet, eamque ad petram deportaret, qua ibi re-
licta silentio abiret, neu curiosè rimaretur vel
scrutaretur, denuntiata nece si id faceret, & si se
addiuisset libertate ostensa. Ea spelunca haud
procul abest à mari, quam rupes coeuntes vndiq; B
claudunt, tenuemque & lenem auram intromit-
tunt. Vbi ingressus sis, altitudo exurgit ingens,
atque in spatio interiore sinus habet inter se per-
uios mirè laxos. Neque verò aquæ exors est vel
luminis, sed fons delabitur ex rupe amœnissimi
laticis. Rimæ petræ natiuæ, quà maximè coit, lu-
men extrinsecus excipiunt, estque lucidus inter-
diu locus. Interior aer non madet, sed est purus,
quòd liquorem & madorem in fontem exprimat
densitas petræ. Agenti ibi Crasso afferebat procu-
rator quotidiè necessaria: neque hic illos vel vidit
vel cognouit, sed conspiciebatur ipse ab illis qui
tempus sciebant & obseruabant. Cœnæ paratus C
vel ad voluptatem affluens erat, nedum ad neces-
sitatem. quippe statuerat omni benignitate prose-
qui Crassum. Nempe venit ei in mentem ætatem
quoque respicere, quòd admodum esset adole-
scens Crassus, atque aliquid etiam indulgendum
ætatis flori. Nam extra ea quibus opus haberet ni-
hil suppeditare necessarij potius ducebat quàm
prompti esse officij. Itaque ancillas duas venustas
accersit, ac cum his pergit ad mare. Vbi ad locum
ventum est, monstrato ascensu imperat vt sine
trepidatione ingrediantur. Aduenientes Crassus
conspicatus, metuit ne cognitus locus & ipse pro- D
ditus esset. Igitur rogat eas quid quærant & quæ
sint. Vt responderunt doctæ, latentē se ibi dominū
quęrere: perspecto Crassus Vibij cum ipso ludo &
comitate, recepit puellas, easq;, quoad illic hæsit,
retinuit secū. Hę quibus haberet opus significabāt
& renuntiabant Vibio. Earum alteram ait Fene-
stella se iam anum vidisse, ac crebrò ex ipsa audi-
uisse libenter hæc commemorantem & narran-
tem. Postquam ita Crassus menses octo delituit &
transegit, simulatque exitum Cinnæ accepit, pro-
dijt in lucem. Ibi frequentes mortales concurre-
rerunt ad eum. Delectis duobus millibus quingē- E
tis adijt oppida, atque vnam Malacam, vt multi
tradidere, diripuit. Ipsum Crassum tamen aiunt
id inficiatū, &, siquis diceret, repugnare solitum.
Hinc contractis nauibus traiecit in Africam, con-
tulitque se ad Metellum Pium, clarum virum, qui
non contemnendum exercitum conscripserat.
Non diu tamen hæsit apud illum, sed dissensio-
ne inter eum & Metellum orta, ad Syllam contē-
dit, apud quem fuit in summo honore. Vt trans-
misit Sylla in Italiam, omnium iuvenum voluit,
qui ipsum sequerentur, opera vti, atque alium
aliæ rei præfecit. Hic Crassus, quum in Marsos F
ad delectum destinaretur, præsidium postulauit.

οὐδεὶς ἠμέραθεν φανερὸς ἐθάρρησεν, ἀλλ' εἰς αἰγεσὶς ἐμβαλὼν τῶν ἡλίου Οὐιβίου Γαχιαχοῦ, σπήλαιον ἔχοντας ἀμέλγεσθαι, ἔκρυψεν ἑαυτόν. πρὸς ὃ τ' Οὐίβιον ἔπεμψεν ἕνα δοῦλον, ἀποπειρώμενος, ἤδη καὶ τῶν ἐφοδίων ἀπολιπόντων. ὁ δ' Οὐίβιος ἀκούσας, ἥσθη τε ζωγρούμενος, καὶ πυθόμενος ὅ πλῆθος τῶν σὺν αὐτῷ καὶ τ' τόπον, αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς ὄψιν, τ' δ' τῶν χωρίων ὅπῃ ἔφοιτον προσταξὰς ἀφῆς, ἐκέλευσε καθ' ἡμέραν δεῖπνον πεποιημένον κομίζειν, καὶ ἀφεῖτα πρὸς τὴν πέτραν, ἀπόρρητον σιωπῇ, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν μηδὲ ἐξετάζειν· πρὸς πὼν πολυπραγμονοῦντι, θάνατον, συμπράττοντι δ' τοῦτο πιστῶς, ἐλευθερίαν. ὃ δ' σπήλαιον οὐκ ἄπωθεν μὲν ἐστὶ θαλάσσης, κρημνοὶ δ' περὶ αὐτὸ συμφερόμενοι λεπτὸν καὶ ἀσαφῆ πρὸς ἀπέμποισιν αὔραν ἀνάγεσιν εἴσω. παρεῖται δ' ὕψος τε θαυμαστὸν ἀναπέτεται, καὶ κατ' ἄκρος ἔχει κόλπους δι' ὧν ἀνοιγομένους μεγάλους περιφερείας. ἀμοιρεῖ δ' οὔτε ὕδατος, οὔτε φωτός, ἀλλὰ πηγὴ μὲν ἡδίστου νάματος ὑπορρεῖ πρὸς τ' κρημνόν. αὐτοφυεῖς δ' ῥωχμοὶ τῆς πέτρας, ἣ μάλιστα περιπίπτει τὸ φῶς ἔξωθεν ὑπολαμβάνουσι, καὶ καταλάμπεται ἡμέρας τὸ χωρίον. ὁ δ' ἐντὸς ἀὴρ, ἀσάλακτος καὶ καθαρὸς πυκνότητι τῆς πέτρας, τὸ νοτερὸν καὶ ἀποτηκόμενον εἰς τὴν πηγὴν ἐκπιεζούσης. ἐνταῦθα παρατείνοντι τῷ Κράσσῳ τὰ ὀπτήσιμα καθ' ἡμέραν ἐφοίτα κομίζων ὁ ἄνθρωπος, αὐτὸς μὲν οὐχ ὁρῶν ἐκείνους οὐδὲ γιγνώσκων, ὑπ' ἐκείνων δ' καθορώμενος, εἰδότων καὶ προφυλαττόντων τ' καιρόν. ἐπὶ δ' ἄφθονα καὶ πρὸς ἡδονὴν, οὐ μόνον χρείαν ποιούμενα τὰ πρὸς τὸ δεῖπνον. ἐγνώκει γὰρ ὁ Οὐίβιος ἁπάσῃ φιλοφρονήσει θεραπεύειν τ' Κράσσον. ᾧ γε καὶ τὸ τῆς ὥρας ἐν νῷ λαβὼν ἐπῆλθεν, ὡς πρυτάπασι νεανίας εἴη, καὶ μὴ καὶ τοῖς καθ' ἡλικίαν ἡδοναῖς αὐτῷ χαριεῖσθαι. ἐπεὶ τοῦ γε χρείου, ἀναγκαίως μᾶλλον ἢ προθύμως ὑπουργοῦντος εἶ. δύο δὴ θεραπαινίδας ὠραιοτάτας ἀναλαβὼν ἐβάδιζεν ὅπῃ τὴν θάλασσαν. ὡς δ' ἦλθεν ὅπῃ τ' τόπον, δείξας τὴν ἄνοδον, ἐκέλευεν εἴσω πορεύεσθαι καὶ θαρρεῖν. οἱ δ' περὶ τ' Κράσσον ἰδόντες προσερχομένας, ἔδεισαν μὴ καταφανὲς καὶ γνώριμον εἴη τὸ χωρίον. ἀνέκρινον δῆθεν αὐταῖς τί βούλονται καὶ τίνες εἰσίν. ὡς δ' ἀπεκρίναντο δεδιδαγμένας, δεσπότην ζητεῖν ἐνταῦθα κρυπτόμενον, μαθὼν ὁ Κράσσος τὸ Οὐιβίου τὴν πρὸς αὐτὸν παιδιὰν καὶ φιλοφροσύνην, ἀπέλαβε ταῖς παιδίσκαις· καὶ σιωπῶσαν αὐτῷ τ' λοιπὸν χρόνον, ὧν ἐδεῖτο φράζουσαν καὶ ἀναγγέλλουσαν πρὸς τὸν Οὐίβιον. τούτων φησὶ τὴν ἑτέραν ἤδη πρεσβύτιν οὖσαν ὁ Φενεστέλλας ἰδεῖν αὐτὸς, καὶ πολλάκις ἀκοῦσαι μεμνημένης ταῦτα καὶ διεξιούσης πρόθυμος. ὁ δ' Κράσσος ἐκτὸς μιῶς οὕτω ἀναγαγὼν καὶ ἀναπλαπεὶς, ἅμα τῷ πυθέσθαι τὴν Κίννα τελευτὴν φανερὸς ἠρόμενος, συνδραμόντων πρὸς αὐτὸν οὐκ ὀλίγων ἀνθρώπων, ἐπιλεξάμενος δισχιλίους καὶ πεντακοσίους, ἐπῆρχετο τὰς πόλεις καὶ μίαν γε διήρπασε Μαλακίν, ὡς πολλοί γε γράφασιν· αὐτὸν δέ φασιν ἀρνεῖσθαι καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς λέγοντας, ἐκ τούτου συναγαγὼν πλοῖα καὶ ἀναπράσας εἰς Λιβύην, ἀφίκετο πρὸς Μέτελλον Πίον, ἔνδοξον ἄνδρα, συνῴκηκότα στρατιὰν οὐκ ἀκαταφρόνητον. οὐ πολὺ δ' χρόνον ἐνταῦθα παρέμεινεν, ἀλλὰ στασιάσας τῷ Μετέλλῳ, πρὸς Σύλλαν ἀπῆρε· καὶ συνῆν ἐν τοῖς μάλιστα θαυμαζόμενος. ἐπεὶ δ' ἀφικνεῖς εἰς Ἰταλίαν ὁ Σύλλας, πάντας ἠβούλετο τοὺς σὺν αὐτῷ νέους ἔχειν ἐνεργοὺς, καὶ πρὸς ἄλλῳ ἄλλον ἔπαττε πρᾶξιν, ἀποστελλόμενος εἰς Μαρσοὺς ὅπῃ στρατείαν ὁ Κράσσος, ἤτει φύλακας.

(ἐῶ γὰρ ἡ πάροδος τοὺς πολεμίους) εἰπόντος τοῦ Σύλλα πρὸς αὐτὸν ὀργῇ καὶ σφόδρα πρὸς αὐτὸν, Δίδωμί σοι φύλακας, τὸν πατέρα, τὸν ἀδελφὸν, τοὺς φίλους, τοὺς συγγενεῖς, ὧν τοῦδε νόμῳ καὶ ἀδίκως ἀνῃρεθέντων, ἔργῳ μετέρχομαι τοὺς φονεῖς· οὕτω παθὼν τι καὶ παροξυνθεὶς ὁ Κράσσος, διὰ τοῦ ἐξῆλθε· καὶ διὰ τῶν πολεμίων ὡσάμενος διρώστως, δυνάμιν τε συγκλῶν ἤθροισε, καὶ παρῆν αὐτὸν ἐν τοῖς ἀγῶσι τῷ Σύλλᾳ παρεῖχεν. ἀπὸ ἐκείνων δὲ τῶν πράξεων λέγουσιν αὐτῷ πρῶτον ἐγγενέσθαι τὸν πρὸς Πομπήιον ὑπὲρ δόξης ἅμιλλαν καὶ φιλοτιμίαν. ὁ γὰρ Πομπήιος ἡλικίᾳ τε λαμπρὸς ἦν αὐτοῦ, καὶ πατὴρ γεγενὼς ἀδοξήσαντος ἐν Ῥώμῃ καὶ μισηθέντος ἔσχατον μῖσος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἐν ἐκείνοις τοῖς πράγμασιν ἐξέλαμψεν καὶ διεφάνη μέγας, ὥστε Σύλλαν, ἃ πρεσβυτέροις καὶ ἰσοτίμοις οὐ πάνυ πολλάκις παρεῖχεν, ὑπεξανίστασθαι προσιόντος αὐτοῦ, καὶ κεφαλὴν ἀποκαλύπτεσθαι, καὶ προσειπεῖν αὐτοκράτορα. ταῦτα διέκαμε καὶ παρώξυνε τὸν Κράσσον, οὐκ ἀλόγως ἐλαττούμενον. ἐμπειρίας τε γὰρ ἐνδεὴς ἦν, καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ τὴν χάριν ἀφήρουν αἱ συγγενεῖς κῆρες, ὑπὸ φεύγων, φιλοκέρδεια καὶ μικρολογία. καὶ γὰρ πόλιν Ὀμβρικὴν Τουρδετανῶν ἑλὼν, ἔδοξε πλεῖστα τῶν χρημάτων σφετερίσασθαι, καὶ διεβλήθη πρὸς Σύλλαν. ἀλλ' ἔνεστι τῷ περὶ τὴν Ῥώμην ἀγῶνι πάντων γνωριμώτατος καὶ τελευταῖος, Σύλλας μὲν ἡττήθη, τῶν κατ' αὐτὸν ὠθούντων υἱῶν καὶ Φιμβριανῶν· Κράσσος δὲ δεξιὸν κέρας ἔχων, ἐνίκησε, καὶ μέχρι νυκτὸς διώξας τοὺς πολεμίους, ἔπεμψε πρὸς Σύλλαν, δεῖπνον αὐτῷ τοῖς στρατιώταις, καὶ τὸ κατόρθωμα φράζων. ἐν δὲ ταῖς προγραφαῖς καὶ δημεύσεσι πάλιν κακῶς ἤκουσεν, ὠνούμενός τε τιμῆς βραχείας μεγάλα πράγματα, καὶ δωρεὰς αὐτῶν. ἐν δὲ Βρεττίοις λέγεται καὶ προγράψαι τινὰ, οὐ Σύλλα κελεύσαντος, ἀλλ' ὅτι χρηματισμῷ. δι' ὃ καὶ Σύλλαν καταγνόντα, πρὸς μηδὲν ἔτι χρῆσθαι δημόσιον αὐτῷ. καίτοι δεινότατος ὢν Κράσσος πολλοὺς δυσθέρατοις κολακείᾳ κατεργάσασθαι, πάλιν δ' αὐτὸς ὑπὸ πολλῶν ἐθεράπευε κολακείας δεύτερος. ἴδιον δὲ κἀκεῖνο περὶ αὐτοῦ λέγεται, φιλοκερδέστατον ὄντα, μάλιστα μισεῖν καὶ λοιδορεῖν τοὺς ὁμοίους. ἡνίκα δὲ Πομπήιος αὐτὸν διήμερον ἐν ἡγεμονίαις, καὶ πρὶν ἢ βουλῆς μεταλαβεῖν, θριαμβεύων, καὶ Μάγνος (ὅπερ ἐστὶ μέγας) ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀναγορευθείς. καί ποτε φήσαντός τινος ὡς Πομπήιος Μάγνος πρόσεστι, γελάσας ἠρώτησεν ὡς πηλίκος. ἀπογνοὺς δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἐξισώσασθαι πρὸς ἐκεῖνον, ὑπεδύετο τὴν πολιτείαν, σπουδαῖς καὶ συνηθείαις καὶ δωρεσμοῖς, καὶ τοῦ συμπροθυμεῖν καὶ συνεξετάζεσθαι τοῖς δεομένοις τὴν τοῦ δήμου, κτώμενος δυνάμιν ἀνύπαλον καὶ δόξαν ἣν Πομπήιος εἶχεν ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων πραξεῶν. καὶ πρᾶγμα συνέβαινεν αὐτοῖς ἴδιον· μεῖζον γὰρ ἦν ἀπόντος ὄνομα τοῦ Πομπηίου καὶ κρατοῦν ἐν τῇ πόλει, διὰ τὰς πράξεις· παρὼν δὲ πολλάκις ἠλαττοῦτο τοῦ Κράσσου, διὰ τὸ ὄγκον καὶ τὸ πρόσχημα τοῦ βίου, φεύγων τὰ πλήθη, καὶ ἀπαδυόμενος ἐξ ἀγορᾶς, καὶ τῶν δεομένων ὀλίγοις καὶ μὴ πάνυ πρόθυμος βοηθεῖν, ὡς ἀκμαιοτέραν ἔχοι τὴν δυνάμιν ὑπὲρ αὐτοῦ χρώμενος. ὁ δὲ Κράσσος ἐνδελεχὲς τὸ χρήσιμον ἔχων, καὶ ἀπαθὴς ὢν, οὐδὲ δυσπρόσοδος, ἀλλ' ἐν μέσοις ἀεὶ ταῖς σπουδαῖς ἀναστρεφόμενος, τοῦ κοινοῦ καὶ φιλανθρώπου προσεδεῖτο τῆς ἐκείνου σεμνότητος. σώματος δὲ ἀξίωμα, καὶ λόγου πειθὼ, καὶ προσώπου χάριν ἀγωνῶν ἀμφοτέροις ὁμοίως προσφέρειν λέγουσιν.

A erat enim ei præter hostes transeundum. Cui cum stomacho Sylla & acriter respondit, Do præsidium tibi parentem, fratrem, amicos, propinquos: quorum indignè & iniquè interemptorum persequor ab homicidis pœnas. Ita commotus & stimulatus Crassus, confestim profectus est, fortiterque per medios hostes perrupit, magnasque conscripsit copias, atque impigrum in certaminibus se Syllæ præbuit. Ex his factis ortam referunt huius cum Pompeio de gloria contentionem & æmulationem. quippe ætate eo inferior Pompeius, cuius pater infamia Romę flagrauerat, & in sum-
B mo fuerat ciuium odio, illis in bellis effulsit & eluxit magnus: vt Sylla, quæ ætate maioribus ac dignitate paribus perquam rarò tribuebat, assurgeret adeunti, caput aperiret, & salutaret imperatorem. Ea vrebant & mordebant Crassum, licet non immeritò postponeretur Pompeio. Nam & vsu deficiebatur, & factorum eius insiti morbi prodentes se auferebant auaritia & sordes gratiam. Etenim quum oppidum Vmbriæ Tuder cepisset, prædam penè totam habitus est interuertisse. qua de causa apud Syllam est delatus. At magno illo & nouissimo, qui pro portis vrbis cõmissus est, con-
C flictu, Sylla pulsus fuit, profligatis illis qui in cornu eius stabant aliquatenus & obtritis: Crassus verò, qui læuum cornu tenebat, victor fuit, atque, hostes in noctem vsque insequutus, misit ad Syllam cœnam militibus petitum & nuntiatum victoriam. In proscriptionibus & sectionibus rursus malè audiuit, quòd exiguo pretio magnos redimeret census, & dona posceret. In Brutijs proscrisisse eum quendam ferunt, inscio Sylla, tantùm quæstus gratia. Quapropter re comperta, in nullo vsus est eo postea publico negotio. Quanuis autẽ esset ad omnes homines Crassus assentationibus subigendos peritissimus, idem erat tamen vicissim
D adulationibus opportunus omnium. Peculiare insuper de eo hoc narratur, quum esset ipse intentissimus lucro, odio & conuitio persequutum fuisse sui similes. Agitabat eum Pompeij in rebus gerendis successus, & quòd priusquam esset in senatum lectus, triumpharet appellareturq; a ciuibus Magnus. Ac quum aliquando diceret quispiam Pompeium Magnum adesse, ridens quæsiuit, Quàm magnus? Cæterum abiecta spe illum rebus bellicis æquandi, confugit ad togam, atque officijs, defensionibus, mutuum dando, commendando, & suffragando candidatorum petitioni-
E bus, opes & autoritatem comparauit parem atque ex multis magnisque bellis gestis Pompeius habebat. Fuit autem quiddam in illis singulare. Maius erat absentis Pompeij nomen & potentia in vrbe ob res eius bello gestas: præsens verò concedebat frequenter Crasso, quòd ex fastu & grauitata morum multitudinem declinaret, & deuitaret forum, paucis autem & ægrè petentibus advocatum se præberet, quò fauorem haberet vegetiorem, vbi pro se ageret. Crassus verò, cuius patebat perpetuus fructus, qui rarus non erat neque difficilis aditu, sed in medijs voluebatur ne-
F gotijs, ciuilitate ac humanitate antecelluit illius supercilio. Corporis maiestas, facundia, oris blanditia suppetebat (vti ferunt) vtrique ex æquo.

Ad inimicitiam tamen aut ſimultatem non deduxit hæc æmulatio Craſſum. Nam Pompeium & Cæſarem ægrè ferebat quidem in maiore honore eſſe: verùm ei ambitioni offenſionem vel maleuolentiam non adiungebat: licet captus à piratis Cæſar atque in cuſtodia aſſeruatus exclamauerit, Quanto gaudio, Craſſe, perfunderis nũtiata mea captiuitate! Cæterum interceſſit poſtmodum familiaris inter eos vſus. At quum Cæſar in Hiſpaniam prætor profecturus ſoluendo non eſſet, inſtantibus creditoribus & impedimentis eius manũ inijcientibus, ſuccurrit ei Craſſus, explicauitque eum, intercedens pro eo cẽties nonagies nouies 1-1 s. In ſumma quũ diſtracta ciuitas Romana in tres factiones eſſet, Põpeij, Cæſaris, Craſſi, (nam Catonis nomen maius quàm opes erat, & opinio virtutis eius plus pollebat) pars cordatior & conſtantior ciuitatis Pompeium colebat, præceps & leuis ſectabatur Cæſaris ſpes, intermedius Craſſus vtraque vtebatur. In actionibus ſuis fuit vatius plerunque, neque amicus firmus, neque implacabilis inimicus, ſed vtilitate obiecta citò à gratia & ira diſcedebat. Vnde ſæpe homines, ſæpè leges paruo interuallo eaſdem defendit & oppugnauit. Valebat gratia & metu, verum metu præcipuè. vnde qui plurimum negotij ſui temporis magiſtratibus atque ducibus populi exhibuit Sicinius, roganti cuidam, quid vnum non laceſſeret Craſſum, ſed hunc omitteret: Fœnum habet, inquit, in cornu. Solent autem Romani bobus cornu petentibus, quo obuij ſibi cauerent, cornu fœno circumligare. At gladiatorum motus & vaſtitas Italiæ, quæ inde ſequuta eſt, quam multi bellum Spartacium nominant, ex huiuſcemodi eſt cauſa orta: Lentulus Batiatus Capuę gladiatorum familiam alebat. hi magna ex parte Galli erant & Thraces, qui nullum ob ſcelus, ſed iniuria domini vincti & compulſi erant ad artem gladiatoriam diſcendam. Eorum ducendi de fuga Conſilium iniere. Quo detecto duodeoctoginta, qui id reſciuerant, præuenerunt, atque ex popina quadam cultris coquinarijs verubuſq; correptis eruperunt ex oppido. Offenderunt in itinere plauſtra, quæ arma gladiatoria ad aliud oppidum portabant. Hæc rapuerunt armaueruntque ſe. Occupato autem firmo præſidio, duces tres legere, quorum fuit Spartacus primus, ex Thracia ortus de genere paſtorali. Fuit hic non ſolum animo & viribus ingẽs, ſed & ſupra conditionem ſuam prudens modeſtuſq; & ciuilior quàm pro natione ſua. Eius aiũt, quum primùm Romam Venalis ductus eſt, draconem dormientis circumiectum faciem viſum. Vxor autem popularis Spartaci, fatidica & numine afflata Liberi patris, annuntiauit ea re ingentem potentiam horrendamque, quæ deſitura in lætum exitum eſſet, portendi. Hæc tunc quoque cum eo erat, & comitabatur fugientem. Fugauerunt primùm eos qui ex Capua ipſos perſequebãtur. Ibi armis multis bellicis potiti, lęti ſumpſerunt hæc, ac gladiatoria, vt fœda & barbarica, abiecere. Inde Clodius prætor contra hos ex vrbe cum tribus millibus militum miſſus eſt. Obſidente illo ſeruos in monte qui vnum habebat aſperumq; & anguſtum aſcenſum, quem obſepſerat ſtatione,

A οὐ μὴν τοὶ τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τοῦ Κράσσου ἡ κακόνοια ἐξῴκειν τοῦτ' ὁ ζῆλος· ἀλλὰ καὶ Πομπηΐῳ καὶ Καίσαρι λυμαινομένοις ὑπὸ αὐτοῦ ἤλγει, τῇ δὲ φιλοτιμίᾳ ταύτῃ δυσμενῆ ἢ κακοήθειαν οὐ συνῆπτε. καίτοι Καῖσαρ, ὑπὸ λῃστῶν ἁλοὺς ἐν Ἀσίᾳ, καὶ φεύγοντος, ἀνεβόησεν, Ἡλίκης, ὦ Κράσσε, χαρᾶς ἀπολαύσῃς, πυθόμενος τὴν ἐμὴν ἅλωσιν; ἀλλ' ὕστερον γε φιλικῶς ἀλλήλοις τοῖς τρόποις ἐφέροντο, καί ποτε τῷ Καίσαρι μέλλοντι μὴν εἰς Ἱσπανίαν ἐξιέναι στρατηγῷ, χρήματα δι' ὀλίγον ἔχοντι, τῶν δανειστῶν ἐπιπεσόντων, καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἐπιλαμβανομένων, ὁ Κράσσος οὐ παρεῖδεν, ἀλλ' ἀπήλλαξεν, ὑποθεὶς αὐτὸν ἔλυσεν τριάκοντα καὶ ὀκτακοσίων ταλάντων. καθόλου δὲ τῆς Ῥώμης εἰς τρεῖς νενεμημένης δυνάμεις, τὴν Πομπηΐου, τὴν Καίσαρος, τὴν Κράσσου, (Κάτωνος γὰρ ἡ δόξα μείζων ἦν τῆς δυνάμεως, καὶ θαυμαζόμενον πλέον ἔχων) ἡ μὲν ἔμφρων καὶ καθεστῶσα μεῖς ἐν τῇ πόλει Πομπήϊον ἐθεράπευε· τὸ δὲ ὀξὺ καὶ φερόμενον μετ' εὐχερείας, ταῖς Καίσαρος ἐλπίσιν ἐπηκολούθει· Κράσσος δὲ μέσος ὢν, ἀμφοτέραις ἐχρῆτο, καὶ πλείστας μεταβολὰς ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβαλόμενος, οὔτε φίλος ἦν βέβαιος, οὔτ' ἀπήνεστος ἐχθρός, ἀλλὰ ῥᾳδίως καὶ χαίειν καὶ ὀργῆς ἐξέπιπτεν ὑπὸ τοῦ συμφέροντος, ὥστε πολλάκις μὲν ἀνθεστῶτα, πολλάκις δὲ νόμων ἐν ὀλίγῳ φανῆναι τῶν αὐτῶν ζωπυρήσεως καὶ ἀντιδίκης. ἔχρε δὲ χαίειν καὶ φόβῳ, φόβῳ δὲ ὀλίγον ἔλαττον. ὁ γοῦν πλεῖστα πράγματα παρεχὼν τοῖς καθ' αὐτὸν ἄρχοσι καὶ δημαγωγοῖς, Σικίννιος, πρός τ' εἰπόντα, ἵ δὲ μόνον οὐ παρατάττῃ τὸν Κράσσον, ἀλλὰ παρίησιν αὐτὸν, χόρτον ἔχειν φησὶν ὅτι τοῦ κέρατος. εἰώθασαν δὲ Ῥωμαῖοι τὸν κυείποντα τῶν βοῶν, ὑπὲρ τοῦ φυλάττεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, χόρτῳ περιελίσσειν τὸ κέρας. ἡ δὲ τῶν μονομάχων ἐπανάστασις καὶ λεηλασία τῆς Ἰταλίας, ἣν οἱ πολλοὶ Σπαρτάκειον πόλεμον ὀνομάζουσιν, ἐξ ἀρχῆς ἔλαβεν ἐκ τοιαύτης αἰτίας. Λέντλου τινὸς Βαπιάτου μονομάχους ἐν Καπύῃ τρέφοντος, ὧν οἱ πολλοὶ Γαλάται καὶ Θρᾷκες ἦσαν, οὐκ ἐξ αἰτίας οὐ πονηρᾶς, ἀλλ' ἀδικίᾳ τοῦ πριαμένου, συνειρχθέντες ὑπὸ ἀνάγκης ὅτι τῶν μονομαχεῖν, ἐβουλεύσαντο μὲν ἀφανεῖς φεύγειν· γνωρισθεὶς δὲ μηνύσεως, οἱ προαισθόμενοι καὶ φθάσαντες, ὀγδοήκοντα δυεῖν δέοντες, ἐκ τινος ὀπανείου κοπίδας ἀράμενοι καὶ ὀβελίσκους, ἐξεπήδησαν· ἐντυχόντες δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἁμάξαις ὅπλα κομιζούσαις μονομάχων εἰς ἑτέραν πόλιν, ἀφήρπασαν καὶ ὡπλίσαντο· καὶ τόπον τινὰ καρτερὸν καταλαβόντες, ἡγεμόνας εἵλοντο τρεῖς, ὧν πρῶτος ἦν Σπάρτακος, ἀνὴρ Θρᾷξ τοῦ Νομαδικοῦ γένους, οὐ μόνον φρόνημα μέγα καὶ ῥώμην ἔχων, ἀλλὰ καὶ συνέσει καὶ πραότητι τῆς τύχης ἀμείνων, καὶ τοῦ γένους Ἑλληνικώτερος. τοῦτον δὲ λέγουσι, ὅτε πρῶτον εἰς Ῥώμην ὤνιος ἦλθε, δράκοντα κοιμωμένῳ περιπεπλεγμένον φανῆναι περὶ τὸ πρόσωπον. ἡ γυνὴ δὲ ὁμόφυλος οὖσα τοῦ Σπαρτάκου, μαντικὴ δὲ καὶ κάτοχος τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς, ἔφραζε τὸ σημεῖον εἶναι μεγάλης καὶ φοβερᾶς περὶ αὐτὸν εἰς δυτυχὲς τέλος ἐσομένης δυνάμεως· ἣ καὶ τότε συνῆν αὐτῷ καὶ συνέφευγε καὶ πρῶτον μὲν τοὺς ἐκ Καπύης ἐλθόντας ὡπλίζετο, καὶ πολλῶν ὅπλων ἐπιλαβόμενοι πολεμικῶν, ἄσμενοι ταῦτα μετελάμβανον, ἀπορρίψαντες ὡς ἄτιμα καὶ βάρβαρα, τὰ τῶν μονομάχων. ἔπειτα Κλωδίου στρατηγοῦ μετὰ τεσσαρακοσίων πεμφθέντος ἐκ Ῥώμης, καὶ πολιορκοῦντος αὐτοὺς, ἐν ὄρει μίαν ἔχοντι καὶ χαλεπὴν καὶ στενὴν ἄνοδον, ἣν ὁ Κλώδιος ἐφεώρα,

δι' ἀκρα χρημνοῖς ἀποτόμοις καὶ λιαπάδας, ἄμπελον ὑπ πολλῶ ἀγρίδιον ὑπὸ πολῆς πεφυκυῖαν, ἔτεμνον τῶν κλημάτων τὰ χρήσιμα· καὶ συμπλέκοντες ἐξ αὐτῶν κλιμακίδας διὰ τόνους καὶ βαθείας, ὥστ' ἀπωθεν ἀπαρτησιμίας τοῦδε ὁ χρημνοῦδες ἀπίεσθαι τῶν ὑπὸ πέδων, κατέβαινον ἀσφαλῶς δι' αὐτῶν, πλὴν ἑνός. οὗτος γὰρ ὅπλων ἕνεκα μείνας, ἐπεὶ κατέβησαν, ἠφίει κάτω τὰ ὅπλα, καὶ βαλὼν ἄπορον, τελευταῖος ἀπεσώζετο καὶ αὐτός. ταῦτ' ἠγνόουν οἱ Ῥωμαῖοι· δι' ὃ καὶ προσελθόντες αὐτοῖς, ἐξέπληξαν τῇ αἰφνιδίῳ, καὶ φυγῆς γενομένης, ἔλαβον τὸ στρατόπεδον. καὶ προσεγίνοντο πολλοὶ τῶν αὐτόθι βοτήρων καὶ ποιμένες αὐτοῖς, πλῆκται καὶ ποδώκεις ἄνδρες· ὧν τοῖς μὲν ὅπλιζον, τοῖς δ', προδρόμοις καὶ φιλοῖς ἐχρῶντο. δεύτερος ἐκπέμπεται πρὸς αὐτοὺς στρατηγὸς, Γούπλιος Βαρῖνος, οὗ πρῶτα μὲν ὑποστρατηγὸν Φουρίου, ἔχοντα δισχιλίους στρατιώτας, ἐτρέψαντο συμβαλόντες. ἔπειτα σύμβουλον αὐτῷ καὶ συναρχοντα Κοσσίνιον ἀποστάλεντα μετὰ πολλῆς δυνάμεως ὑπιτηρήσας ὁ Σπάρτακος λουόμενον περὶ Σελινοῦντα, μικρὸν ἐδέησε συναρπάσαι. χαλεπῶς δὲ καὶ μόλις ἐκφυγόντος, οὐδὲν μὲν ἐκράτησε τῆς ἀποσκευῆς. ἐκ πεδοῦ δὲ κατέχων καὶ διώκων φόνῳ πολλῷ τὸ στρατόπεδον εἷλεν. ἔπεσε δὲ καὶ Κοσσίνιος. αὐτὸν δὲ τὸν στρατηγὸν δυσὶ μάχαις πολλαῖς καταγωνισάμενος, τέλος τοῖς τε ῥαβδούχοις ὑπ τὸν ἵππον αὐτοῦ λαβὼν, ἤδη μὲν μέγας καὶ φοβερὸς ἦν· ἐφερόνει δὲ τὰ εἰκότα, καὶ μὴ προσδοκῶν ὑπερβαλέσθαι τὴν Ῥωμαίων δύναμιν, ἤλπιζε τὴν Ἄλπεις τὸν στρατὸν, ὁρμῶντος δεῖν ὑπερβαίνοντας αὐτοῖς ὑπὲρ τὰ οἰκεῖα χωρεῖν, τοῖς μὲν εἰς Θρᾴκιον, τοῖς δὲ εἰς Γαλατίαν. οἱ δὲ, πλήθει τε ὄντες ἰσχυροὶ καὶ μέγα φρονοῦντες, οὐχ ὑπήκουον, ἀλλ' ἐπόρθουν ὑπὲρ πορευόμενοι τὴν Ἰταλίαν. οὐκέτ' ὄνον τὸ παρ' ἀξίαν καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐνόχλει τῆς ἀποστάσεως τὴν σύγκλητον· ἀλλὰ δὴ λοιπὰ φόβον τε καὶ κίνδυνον, ὡς πρὸς ἕνα τῶν δυσκλεωτάτων πολέμων καὶ μεγίστων ἀμφοτέροις ἐξέπεμπον τοῖς ὑπάτοις. ὧν Γέλλιος μὲν τὸ Γερμανικὸν ὕβρει καὶ φρονήματι, τῶν Σπαρτακίων ἀπεκρούσθη, ἐξαίφνης ἐμπεσὼν ἄπορον διέφθειρε. Λέντλου δὲ τὸν Σπάρτακον μεγάλοις στρατοπέδοις προσελαύνοντος, ὁρμήσας ὁμόσε, καὶ μάχῃ συνάψας, ἐκράτησε μὲν τῶν πρεσβυτῶν, ἔλαβε δὲ τὴν ἀποσκευὴν ἅπασαν. ὠθουμένῳ δὲ αὐτῷ πρὸς τὰς Ἄλπεις Κάσσιος ὁ τῆς πρὸς Πάδον Γαλατίας στρατηγὸς ἔχων μυρίους, ἀπήντησε· δι' ἡνιόχου μάχης κρατηθεὶς, καὶ πολλοὺς ἀποβαλὼν, μόλις αὐτὸς ἐξέφυγε· τοῦδ' ἡ βουλὴ πυθομένη, τοῖς μὲν ὑπάτοις πρὸς ὀργὴν ἐκέλευσεν ἡσυχίαν ἄγειν, Κράσσον δὲ τὸν πολέμου στρατηγὸν εἵλοντο. καὶ πολλοὶ δόξῃ αὐτῷ καὶ φιλίᾳ συνεστράτευον τῷ ὑπατικῷ. αὐτὸς μὲν οὖν ὑπέμεινε πρὸ τῆς Πικηνίδος, ὡς τὸν Σπάρτακον ἐκεῖ φερόμενον δεξόμενος. Μόμμιον δὲ πρεσβυτὴν ἄγοντα δύο τάγματα, κύκλῳ περιέπεμψεν, ἕπεσθαι κελεύσας τοῖς πολεμίοις, συμπλέκεσθαι δὲ μὴ, μηδὲ ἀψιμαχεῖν. ὁ δὲ ἅμα τῷ πρῶτον ἐπὶ ἐλπίδος γενέσθαι, μάχῃ θέρμος ἠπήντα· καὶ πολλοὶ μὲν ἔπεσον, πολλοὶ δὲ αὖθις τῶν ὅπλων φεύγοντες ἐσώθησαν. ὁ δὲ Κράσσος αὐτόν τε τὸν Μόμμιον ἐδέξατο τραχέως, καὶ τοὺς στρατιώτας ὁπλίζων αὖθις, ἐπηνεσε τῶν ὅπλων, ὅτι φυλάξοιεν. πεντακοσίους δὲ τοὺς πρώτους, καὶ μάλιστα τοὺς φεύγειν, εἰς πεντήκοντα δραχμὰς δεκάδας, ἀφ' ἑκάστης ἀπέκτεινεν ἕνα τὸν κληρῳ λαχόντα· πάτριόν τι τοῦτο δρᾷ πολλῶν χρόνων κόλασμα τοῖς στρατιώταις ἐπαγαγών. καὶ γὰρ αἰσχύνη τοῦ θανάτου τῷ ἔθνει πρόσεστι, καὶ δρᾶται πολλὰ φεικώδη, καὶ σκυθρωπὰ πρὸς τὴν κόλασιν, ἀπόντων θεωμένων.

A cæteris partibus abruptas rupes atque crepidines, frequenti autem labrusca erat in supercilio vestitus, ex ea palmites, qui esse vsui possent, secuerunt, scalasq; complicauerunt validas & longas, vt supernè ex rupe suspensæ pertinerent ad planiciem. His sine periculo descenderunt præter vnum, qui armorum causa remansit. Vbi descenderunt, demisit ea, inde omnium postremus euasit ipse quoq;. Hęc latuerunt Romanos. quare adorti eos sunt, ac repentino aduentu perculere, pulsisq; his, castra cepere. Frequentes ibi eius regionis bubulci pastoresq;, strenui viri & pernices, aggregauerunt se ad
B illos: quorum partim armauerunt, partim pro antecursoribus & leui armatura sunt vsi. Alter inde aduersus eos dux mittitur P. Varinus. cuius primò legatum Furium cum duobus millibus militum signis collatis profligauerunt. Hinc consiliariũ eius & collegam Cossinium cum valida manu missum nihil propius factum est quàm vt lauantem ad Salinas Spartacus circumvenerit & oppresserit. quẽ, quum ægrè & difficulter aufugisset, extemplo exuit impedimentis, ac vestigijs institit magna cæde persequi, castraque eius expugnauit. Cecidit etiam Cossinius. Ipsum prætorem crebris alijs prę-
C lijs fudit. cepit denique lictores eius & equum. Vnde ingens iam & formidabilis erat. Verumtamẽ instituit consilium suum sapienter. Quum enim opes Romanas opprimere diffideret se posse, mouit cum exercitu versus Alpes, censuitque ijs superatis domum cuiq; abeundum, alijs in Thraciam, alijs in Galliam. At illi numero subnixi & elati animis non auscultabant ei, sed Italiam populabundi percursabant. Igitur non iam indignitas & turpitudo rebellionis solicitauit senatum, verùm ob metum & periculum quasi ad vnum ex grauissimis & maximis bellis ambos consules misit, quorum Gellius cohortes Germanicas contemptu &
D arrogantia diuulsas à Spartacijs repentino adventu omnes oppressit: Lentulus magnis copijs circumvallauit Spartacum, qui huius legatos adortus pugna commissa fudit, atque omnibus exuit impedimentis. Contendenti ad Alpes Galliæ circumpadanæ occurrit prætor Cassius decẽ millibus militum, atq; acie fusus multos milites amisit, ipse ægrè fuga quæsiuit salutem. His nuntiatis senatus infensus iussit consulibus nihil pro imperio agere, & bellum Crasso mandauit. Eum multi ex nobilitate autoritatis eius & amicitiæ causa sequuti sunt. Hic pro agro Piceno consedit tendentem
E illuc Spartacum excepturus. Legatum Mommium cum duabus legionibus circummisit imperans vt hostes sequeretur, signa non conferret neque lacesseret eos. Ille verò, vt primùm oblata spes est, manum cõseruit, & fusus est: multi cecidere, multi abiectis armis fuga salutem petiere. Crassus ipsum Mommium asperè increpauit, milites iterum armans sponsores exegit arma non amissuros. Quingentos primos, à quibus initium fugæ ortum fuerat, decimauit. quod vetus supplicij genus longo interuallo reduxit in exercitu. Huic enim generi pœnæ adiuncta infamia est: inspectantibusque
F omnibus horrendum & triste spectaculum editur.

Ita correctis militibus duxit in hostem. At Spartacus cessit per Lucaniam ad mare. In freto nauigia prædatoria Cilicum nactus, animum adiecit ad tentandam Siciliam, ac, duobus millibus armatorum in eam insulam coniectis, bellum seruile illic denuò consciuit, quod non ita dudum sopitum facilè potuit pestiferis facibus resuscitari. At Cilices inito cum eo pacto muneribusq; acceptis imposuerunt ei ac subduxerunt se. Ita recepit se à mari, atq; in Rheginorum consedit peninsula. Ibi superuenit Crassus. qui videns naturam loci quid faciundum esset subijcientem, fauces muro institit sepire, simul vt otium militibus, & hostibus commeatus facultatē adimeret. Quod, etsi grande esset & laboriosum opus, breui spatio tamen præter omnium opinionem perfecit & absoluit, fossamque ex mari in mare per ceruicem triginta septem millia quingentos passus, longam, latam & altam quindecim pedes duxit. Super fossa murū excitauit mira altitudine & firmitate. Ea Spartacus primùm floccipendebat & contemnebat. Vbi verò deficiente præda, quum vellet progredi, aduertit se interclusum muro, neque ex peninsula quicquam capere valuit: noctem niue infestam ac ventum procellosum pro se capiens, exiguam partem fossæ compleuit humo, materia, & arborum ramis, ac tertiam partem exercitus traduxit. Hic timuit Crassus ne impetus Spartacum Romam raperet. verùm confirmatus est, quod multi ex dissensione desciuissent ab illo, & castra seorsum super stagno Lucano posuissent. Hoc certis temporibus variari ferunt, ac modò dulce, modò salsum nec potabile fieri. Eos Crassus adortus repulit à stagno: sed ne delere eos vel consectari posset, per superuenientem propere Spartacum & fugam sistentem factum est. Pœnituit autem eum quòd senatui scripsisset, Lucullū ex Thracia & Pompeium ex Hispania vt excirent, maturabatq; ante illorum aduētum patrare bellum, quòd sciret fore, vt ei qui sibi adiunctus esset & subvenisset, nō sibi, attribueretur decus. Certus igitur illos qui defecerant & seorsum posuerunt castra, quos C. Cannicius & Castus ducebant, aggredi, mittit sex millia militum ad occupandum collem quendam. His imperat vt quàm possint occultissimè iter faciant, qui studentes hostem fallere, galeas frondibus contexere: conspecti autem à duabus mulieribus quæ sacrificabant pro salute hostium, in periculo fuissent, ni celeriter interueniens Crassus pugnam commisisset multo acerrimā. in qua duodecim millibus trecentis cæsis solos duos inuenit qui auersa vulnera haberēt, reliqui in acie omnes stantes & dimicantes cum Romanis occubuere. Spartacum, post horum cladem recipientem se ad montes Petilinos, Quintus Crassi legatus & quæstor Scropha tergo inhærentes carpebant. Verùm vbi ille agmen tandem conuertit, fœdè fugerunt Romani atque ægrè saucio erepto quæstore incolumes euasere. Hæc victoria, quòd nimios spiritus fecisset fugitiuis, perdidit Spartacum. Nolebant enim vltrà pugnam detrectare, neque ducibus dicto erant audientes, sed in itinere armis cinctos coegerunt retrò per Lucaniam ducere in Romanos, eodemque quò Crassus properauere.

A οὕτω δὴ ὑπιςρέψας τοὺς ἄνδρας, ἦλθ ὑπὲρ τοὺς πολεμίους. ὁ δὲ Σπάρταχος ὑπεξεχώρει διὰ Λευκανίας εἰς τὴν θάλασσαν· ἐν δὲ πορθμῷ λῃςρίοις Κιλίσσαις ὑπιτυχὼν, ὥρμησεν ἄψασθαι Σικελίας, καὶ δισχιλίους ἄνδρας ἐμβιβάσας εἰς τὴν νῆσον, αὖθις ἐξεζωπύρησε τὸ δουλικὸν ἐκεῖ πόλεμον, οὔπω πολὺν χρόνον ἀπεσβηκότα, καὶ μικρῶν πάλιν ὑπεκκαυμάτων δεόμενον. ὁμολογήσαντες δὲ οἱ Κίλικες αὐτῷ, καὶ δῶρα λαβόντες, ἐξηπάτησαν καὶ ἀπέπλευσαν. οὕτω δὴ πάλιν ἀπὸ θαλάσσης ἀναζεύξας ἐκαθίζετο τὸ στρατόν, εἰς τὴν Ῥηγίνων χερρόνησον. ἐπιθεὶς δὲ ὁ Κράσσος, καὶ τὸν τόπον τὴν φύσιν ὁρῶν ὑφηγουμένην ὃ δέον, ὥρμησεν ἀποτειχίσαι τὸ ἰσθμόν· ἅμα καὶ τὴν σχολὴν τῶν στρατιωτῶν ὑφαιρῶν, καὶ τὴν εὐπορίαν τῶν πολεμίων. μέγα μὲν οὖν καὶ χαλεπὸν τὸ ἔργον, ἔνυσε δὲ καὶ κατειργάσατο παρὰ δόξαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, τάφρον ἐμβιβάσας ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν διὰ τοῦ αὐχένος, σταδίων τριακοσίων, εὖρος δὲ καὶ βάθος πεντεκαιδέκα ποδῶν. ὑπὲρ δὲ τῆς τάφρου τεῖχος ἔςησεν ὕψει καὶ ῥώμῃ θαυμαστόν· ὧν ὁ Σπάρταχος ἠμέλει καὶ κατεφρόνει τὸ πρῶτον. ὡς δὲ τῆς λείας ἐπολιπούσης προιέναι βουλόμενος τοῦτο τὸ ἀποτειχισμὸν, καὶ λαμβάνειν οὐδὲν ἦν ἐκ τῆς χερρονήσου, νύκτα νιφετώδη καὶ πνεῦμα χειμέριον προσφυλάξας, ἔχωσε τῆς τάφρου μέρος οὐ πολὺ γῇ καὶ ὕλῃ καὶ κλάδοις δένδρων, ὥστε τῆς στρατείας παραιῶσαι τὸ τρίτον. ἐφοβήθη μὲν οὖν ὁ Κράσσος μὴ λάβοι τὴν ὁρμὴν τὸν Σπάρταχον ὑπὲρ τὴν Ῥώμην ἐλαυνόν. ἐθαρρήσε δὲ πολλῶν ἐκ διαφορᾶς ἀποςάντων αὐτοῦ, καὶ στρατοπεδευσαμένων καθ αὑτοὺς, ὑπὲρ Λευκανίδος λίμνης, ἣν φασι βέπτειν διὰ χρόνου, μινομένην γλυκεῖαν, καὶ αὖθις δημεραν καὶ ἄποτον. τούτοις ἐπιθὼν ὁ Κράσσος ἐξέωσε μὲν ἀπὸ τῆς λίμνης, ἀφῃρέθη δὲ τὸν φόνον καὶ τὴν δίωξιν αὐτῶν ὑπιφυεντος ὀξέως τοῦ Σπαρτάκου, καὶ τὴν φυγὴν ὑπιςήσαντος. γεγραφὼς δὲ τῇ βουλῇ πρότερον ὡς χρὴ τὸν Λούκουλλον ἐκ Θρᾴκης καλεῖν, καὶ Πομπήϊον ἐξ Ἱσπανίας, μετενόει, καὶ πρὶν ἥκειν ἐκείνους, ἔσπευδε διαπολεμῆσαι τὸν πόλεμον. εἰδὼς ὅτι τοῦ προσγενομένου καὶ βοηθήσαντος, οὐχ αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα δόξει. πρῶτον μὲν οὖν διὰ γνοὺς τοῖς ἀφεστῶσι καὶ κατ' ἰδίαν στρατευομένοις, ὧν ἀφηγεῖτο Γάϊος Κανίκιος καὶ Κάστος, ὑπιδεῖσθαι, λόφον τινὰ προκαταληφομένους ἄνδρας ἑξακισχιλίους ἀπέςειλε, λαθεῖν κελεύσας πειρᾶσθαι. οἱ δὲ ἐπειρῶντο μὲν τὴν ἀληθινὴν ἀποκρύπτειν τὰ κράνη καταμπέχοντες· ὀφθέντες δὲ ὑπὸ δυοῖν γυναικῶν προθυομένων τοῖς πολεμίοις, ἐκινδύνευσαν· εἰ μὴ Κράσσος ὀξέως ὑπιφανεὶς, μάχην ἔθετο πασῶν καρτερωτάτην, ἐν οἷς τριακοσίοις ὑπὲρ δισχιλίοις καὶ μυρίοις καταβιβάσας, δύο μόνους εὗρε κατὰ νῶτον τετρωμένους. οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἑςῶτες ἐν τάξει, καὶ μαχόμενοι τοῖς Ῥωμαίοις, ἀπέθανον. Σπαρτάκου δὲ μετὰ τῶν τούτων ἦσαν ἀναχωρήσαντες πρὸς τὰ ὄρη τὰ Πετηλῖνα, Κόϊντος τοῦ πρὸς Κράσσον ἡγεμόνων, καὶ Σκρώφας τάμιας, ἐξαστράτευμα παρηκολούθουν. ὑπιςρέψαντος δὲ γίνεται φυγὴ μεγάλη τῶν Ῥωμαίων, καὶ μόλις τρωθέντα τὸν ταμίαν διασώσαντες ἀπεσώθησαν. τοῦτο τὸν Σπάρταχον ἀπώλεσε τὸ κατόρθωμα, φθονήματος ὑπιγενομένου τοῖς στρατιώταις.

B

C

D

E

F

οὐκέτι γὰρ ἠξίουν φυγομαχεῖν, οὐδὲ ἐπείθοντο τοῖς ἄρχουσιν, ἀλλ' ἤδη καθ' ὁδὸν οὖσας ἐν τοῖς ὅπλοις περιόντες ἠνάγκασαν αὖθις ὀπίσω διὰ τῆς Λευκανίας ἄγειν ὑπὲρ τοὺς Ῥωμαίους, εἰς τοὐναντίον τοῦ Κράσσου σπεύδοντες.

ἤδη γὰρ ὁ Πομπήϊος παρεῖναι ἀπηγγέλετο· καὶ δὴ διαφανεπάζοντες ἦσαν οὐκ ὀλίγοι τὴν νίκην ἐκείνῳ τοῦ πολέμου προσήκειν. ἐλθόντα γὰρ αὐθὶς μαχεῖσθαι καὶ καταλύσειν τὸν πόλεμον. ἐπειγόμενος οὖν ἀγωνίσασθαι, καὶ παρατοπεδεύσασθαι τοῖς πολεμίοις, ὤρυττε τάφρον· πρὸς ἣν ἐκπηδῶντες οἱ δοῦλοι προσεμάχοντο τοῖς ἐργαζομένοις. ἀεὶ δὲ πλείονων ἑκατέρωθεν ἐπιβοηθούντων, ὁρῶν τὴν ἀνάγκην ὁ Σπάρτακος, ἅπαν παρέταξε τὸ στράτευμα. καὶ πρῶτον μὲν τοῦ ἵππου προσαχθέντος αὐτῷ, ἀσασάμενος τὸ ξίφος, καὶ εἰπὼν ὅτι νικῶν μὲν ἔχει πολλοὺς ἵππους καὶ καλοὺς τῶν πολεμίων, ἡττώμενος δὲ οὐ δεῖται, κατέσφαξε τὸν ἵππον· ἔπειτα πρὸς Κράσσον αὐτὸν ὠθούμενος, διὰ πολλῶν ὅπλων, καὶ τραυμάτων, ἐκείνου μὲν οὐκ ἔτυχεν, ἑκατοντάρχας δὲ δύο συμπεσόντας αὐτῷ κτείνας. τέλος δὲ, φυγόντων τῶν περὶ αὐτὸν, αὐτὸς ἑστὼς, καὶ κυκλωθεὶς ὑπὸ πολλῶν, ἀμυνόμενος κατεκόπη. Κράσσου δὲ τῇ τύχῃ χρησαμένου, καὶ στρατηγήσαντος ἄριστα, καὶ τὸ σῶμα τῷ κινδύνῳ παραχόντος, ὅμως οὐ διέφυγε τὸ κατόρθωμα τὴν Πομπηΐου δόξαν. οἱ γὰρ διαπεσόντες αὐτῷ, διεφθάρησαν. ὥστε καὶ γράψαι πρὸς τὴν σύγκλητον, ὅτι μάχῃ μὲν τοὺς δραπέτας φανερῶς Κράσσος νενίκηκεν, αὐτὸς δὲ τοῦ πολέμου τὴν ῥίζαν ἀνῄρηκε. Πομπήϊος μὲν οὖν ἀπὸ Σερτωρείου καὶ Γβηρείας ὑπατεύσας ἐθριάμβευσε· Κράσσος δὲ τὸν μὲν μέγαν θρίαμβον οὐδὲ αὐτὸς αἰτεῖν ἐπεχείρησεν· ἐδόκει δὲ καὶ τοῦτο, οὐσίαν δὲ καλούμενον, ἀξιωνῶς καὶ παρ' ἀξίαν ὑπὲρ δουλικοῦ πολέμου θριαμβεύσας. ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἐκείνου διαφέρει, καὶ περὶ τῆς κλήσεως, ἐν τῷ Μαρκέλλου βίῳ γέγραπται. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν Πομπηΐου αὐτόθεν ὑπὲρ τὴν ὑπατείαν καλουμένου, ἐλπίδας ἔχων ὁ Κράσσος συναρχίας, ὅμως οὐκ ἄκυρον τὸν Πομπηΐου δεηθῆναι. δεξάμενος δὲ τὴν χρείαν ἀσμένως ἐκεῖνος, (ἐπεθύμει γὰρ ἀμφοτέρως ἀεὶ χαρίτος τινος ὀφείλετὴν λαβεῖν τὸν Κράσσον) ἐσπούδασε προθύμως· καὶ τέλος, εἶπεν ἐκκλησιάζων, ὡς οὐκ ἐλάττονα περὶ τὸν συναρχοντος ἔχοι χάριν ἢ περὶ τῆς ἀρχῆς. οὐ μὴν ἔμφασιν ὑπὲρ τῆς αὐτῆς φιλοφροσύνης εἰς τὴν ἀρχὴν καταστάντες, ἀλλ' ὀλίγου δεῖν πρώτων διαφερόμενοι, καὶ πρώτα διεκελαίνοντες ἀλλήλοις καὶ φιλονεικοῦντες, ἀπολίτευτον καὶ ἄπρακτον αὐτοῖς τὴν ὑπατείαν ἐποίησαν· πλὴν ὅτι Κράσσος Ἡρακλεῖ μεγάλῃ θυσίαν ποιησάμενος, ἐστίασε τὸν δῆμον ἀπὸ μυρίων τραπεζῶν, καὶ σῖτον ἐμέτρησεν εἰς τρίμηνον. ἤδη δὲ τῆς ἀρχῆς αὐθεῖς τελευτώσης, ἔτυχον μὲν ἐκκλησιάζοντες. αἰνιγμὸς δὲ τις οὐ τῶν ὑπατευόντων, ἱππεὺς Ῥωμαίων, ἀγροῖκος δὲ τὸν βίον καὶ ἰδιώτης, Ὀνάτιος Αὐρήλιος, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν βῆμα καὶ προελθὼν, ὄψιν διηγεῖτο κατὰ τὸν ὕπνον αὐτῷ γενομένην. Ὁ γὰρ Ζεὺς (ἔφη) μοι φανεὶς, προσέταξεν εἰς καινὸν εἰπεῖν ὅπως μὴ πρότερον παύσασθε τοὺς ὑπάτους ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν ἢ φίλους γενέσθαι. ταῦτα λέγοντος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ δήμου ἀναλαμπρύνοντος κελεύοντος, ὁ μὲν Πομπήϊος ἡσυχίαν ἦγεν ἑστώς, ὁ δὲ Κράσσος ἐμβαδὼν τὴν δεξιὰν αὐτῷ πρότερος, Οὐδὲν (εἶπεν) ὦ ἄνδρες οἶμαι, πολῖται, ταπεινὸν πεπράγαμεν οὐδὲ ἀνάξιον ἐμαυτοῦ, καταρχόμενος εὐνοίας καὶ φιλίας πρὸς Πομπήϊον· ὃν ὑμεῖς μήπω γενόμενον μέγαν ἀνηγορεύσατε, καὶ μήπω μετέχοντι βουλῆς ἐψηφίσασθε θρίαμβον. ἡ μὲν οὖν ὑπατεία τοῦ Κράσσου ταῦτ' ἔχει ἀξίαν μνήμης· ἡ δὲ λαμπρεία πολυπάσιν ἀτελὴς καὶ ἄπρακτος αὐτῷ διῆλθεν. οὔτε γὰρ βουλῆς δεξάσιν, οὐθ' ἱππέων ἐπίσκεψιν, οὔτ' ἀποτίμησιν πολιτῶν ἐποιήσατο,

A Iam enim adesse nuntiabatur Pompeius. Frequentes autem iam iactabant in concionibus ad illum pertinere huius palmam belli: quem, simulatque hostem vidisset, pugnaturum & debellaturum. Maturans igitur cum hostibus dimicare, ac castris hostium castra conferre, ducebat fossam, ad quam eruptione facta serui infestabant operi intentos. Pluribus semper hinc inde affluentibus cernens Spartacus necessitatem omnes copias explicauit. Primùm stricto gladio admotũ equum, fatus victorẽ multos se & eximios hostium equos habiturum: sin victus esset, non fore sibi eo opus,
B confodit. Deinde impressione facta per tela multa & vulnera Crassum petens, illum non est assequutus, verùm duos centuriones, qui manus cum eo conseruere, interemit. Postremò effusis in fugam ijs qui circa eum erant, dum ipse locum tenet & hostium globo cingitur, pugnans trucidatur. Quanuis autem Crassus fortuna vsus est secunda, bonique imperatoris & militis strenui munus prestitit, victoriæ tamen non fuit Pompeij gloria exors, siquidem qui ex prælio fugerunt, ab illo fuerunt oppressi. Vnde senatui scripsit, fusos quidem à Crasso signis collatis fugitiuos, se verò radices
C belli excidisse. Pompeius de Sertorio & Hispanis clarum triumphum duxit, Crassus triumphum ne ipse quidem sustinuit petere: etiam ouantẽ ex bello seruili inisse vrbem abiectũ visum & putidum. Quid autem hoc ab illo differat, atque de vocabulo in vita Marcelli disseruimus. Hinc quum vocaretur ilicò ad consulatum Pompeius, Crassus, quanquam in spe esset vnà se cum eo cõsulem fore, non dubitauit tamen Pompeiũ rogare. Quam occasionem ille libenter arripiens (desiderabat enim quocunque modo Crassum semper beneficijs suis obstrictum habere) adiuvit eum enixè, atque ad extremũ pro concione dixit, nõ minorem
D gratiam de collega se quàm de ipso habiturum honore. Inito magistratu tamen haud in eadem constiterunt beneuolentia, sed, fermè in omnibus dissentientes, mutua vbique acerbitate & concertatione, nihil domi vel foris gesserunt in consulatu memorabile, nisi quòd Herculi Crassus pollucẽs, populo epulum decem millibus mensarum præbuit, ac frumentum in tres menses admensus est. Quum abituri iam magistratu concionem haberent, eques Romanus ex obscurioribus quidam ruri agens & à repub. remotus, Onatius Aurelius, conscendit in rostra, progressusque visionem nar-
E rauit sibi in somnis oblatam: Iupiter, inquit, mihi obuersatus præcepit vt pro concione vobis nuntiarem, ne prius deponere consules honorem, quàm in gratiam redierint, permittatis. Ea vbi dixit, & iussit populus reconciliationem, diu Pompeius immobilis siluit: Crassus verò prior dextera illi porrecta, Nihil arbitror, inquit, Quirites, demissum aut me indignum facere, qui beneuolentiam & amicitiam exordiar cum Pompeio, quem vos imberbem adhuc Magnum appellauistis, & nondum in senatum lecto decreuistis triumphum. Hæc sunt in Crassi consulatu
F memoranda. Censura eius ignauia planè & segnis transacta. Neque enim senatum lustrauit, neque recognouit equites, neque recensum populi egit,

quanuis Romanorum modestissimũ Luctatium Catulum haberet collegam. At fama est acerbam actionem & violentam suscipienti Crasso, vt efficeret populo Romano vectigalẽ Ægyptum, enixè Catulum restitisse: hinc dissensione exorta, vltrò eos magistratum deposuisse. In magna illa Catilinæ coniuratione, quæ propè Romanam euertit rempubl. nonnulla adspersus suspicione Crassus fuit. Atque extitit quidam qui eum inter coniuratos nominauit. verùm fidem homini adhibuit nemo. Cicero tamen in quadam oratione apertè Crasso & Cæsari eam notam inurit. sed edita est post vtriusque fata ea oratio. In oratione De consulatu Crassum noctu dicit cum epistola, quæ Catilinæ faceret mẽtionem, adisse se, sic vt coniurationem, de qua quærebatur, vt certam iam confirmantem. Quamobrem Ciceroni semper infestus Crassus fuit: verùm ne propalàm eum læderet, est per filium impeditus. Publius enim, qui eloquentiæ & literarum studiosus esset, cupidus erat Ciceronis, adeo vt cum eo vestẽ mutaret, ac reliquam iuventutem ad idem faciundũ impelleret. Induxit deniq; parentem vt rediret cum Cicerone in gratiam. Iam Cæsar ex prouincia reuersus parabat consulatũ petere: qui vt novum inter Crassum & Pompeium dissidiũ vidit, noluit adiuncto altero contrahere sibi alterius odiũ, neque sperabat neutro opitulante voti se fore compotẽ. quare reducere eos in gratiam molitus est, sedulò admonens eos semetipsos euertere: Cicerones autẽ, Catulos, & Catones augere, qui nullo numero essent, si collatis in vnum partibus & factionibus, vnis viribus reip. atq; vno moderarentur consilio. Quibus suasu suo reconciliatis, potentiam contraxit & conflauit ex tribus inuictam, quæ senatũ & populum convulsit: neq; mutua opera illos maiores, sed per eos se effecit maximum. Nam extemplo vtriusq; factionis suffragijs gloriose est consul declaratus. Cui consulatum egregiè gerenti legiones decreverunt, Galliamq; tradiderunt, atq; ita tanquam in arce collocauerunt: rati, si prouinciã illi, quam erat sortitus, firmarent, reliqua se nullo negotio inter se partituros. Pompeium quidem impulit eò immodica dominandi cupido: Crassum verò quum ad inueteratum morbum suum auaritiam nouam affectationẽ assumpsisset, & ęstum ex Cæsaris victorijs trophæorum & triumphorũ, quòd, qui cæteris rebus antecelleret, illis foret inferior, non remisit antè studium neq; conquieuit quàm in fœdum exitium & clades recidit publicas. Nam quum Lucam Cæsar ex Gallia venisset, frequentesque Romani ad eum essent profecti, Pompeius quoque & Crassus priuatim cum eo colloquuti statuerunt acrius summam rerum capessere, ac totam rempublicam sui iurisfacere: Cæsar vt in armis maneret, alias prouincias exercitusq; Pompeius & Crassus caperent. Eò vna patebat via, alterius consulatus petitio, cuius illos Cæsar candidatos adiuvare scribendo ad amicos, & frequentes milites ad comitia mittendo debebat. Hac dere Crassus & Pompeius ad vrbem regressi, ilicò in suspicionem venere, eratque in omnium ore, nullius fuisse eos rei salutaris causa congressos. In senatu Marcellino & Domitio Pompeium interrogantibus an petiturus consulatum esset,

A καίτοι συνάρχοντα Ῥωμαίων ἔχοντι τὸν πρεσβύτατον, Λουτάτιον Κάτλον. ἀλλὰ φασὶν ὅτι διὰ ὀνόματος τοῦ Κράσσου πολίτευμα καὶ βίαιον, αἴγυπτον ποιεῖν ὑποτελῆ Ῥωμαίοις, ἀντιβιώσαντ᾽ τὸν Κάτλον ἔρρωτο. ἐν ᾧ τούτου γενομένης διαφορᾶς, ἐκέλευσε τὸν ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν. ἐν δὲ τοῖς περὶ Κατιλίναν πράγμασι μεγάλοις καὶ μικροῦ δεήσασιν ἀναστρέψαι τὴν Ῥώμην, ἥψατο μέν τις ὑπόνοια τοῦ Κράσσου, καὶ προσῆλθεν ἄνθρωπος ὀνομάζων ἀπὸ τῆς συνωμοσίας· οὐδεὶς δ᾽ ἐπίστευσεν. ὅμως δ᾽ ὁ Κικέρων ἔνιοι λόγῳ φανερὸς ὢν Κράσσῳ καὶ Καίσαρι τὴν αἰτίαν προστιθέμενος.

B ἀλλ᾽ οὐδ᾽ μὴν ὁ λόγος ἐξεδόθη μετὰ τὴν ἀμφοῖν τελευτήν. ἐν δὲ τῇ περὶ ὑπατείας ὁ Κικέρων νύκτωρ φησὶ τὸν Κράσσον ἀφικέσθαι πρὸς αὐτόν, ἐπιστολὴν κομίζοντα περὶ τοῦ Κατιλίνα, καὶ ζητουμένου ὡς ἤδη βεβαιοῦντα τὴν συνωμοσίαν. ὁ δ᾽ οὖν Κράσσος ἀεὶ μὲν ἐμίσει τὸν Κικέρωνα διὰ τοῦτο τὸ βλάβην αἰνιττόμενον, ἐμποδὼν εἶχε τὸν υἱόν. ὁ γὰρ Πόπλιος ὢν φιλόλογος καὶ φιλομαθής, ἐζήρτητο τοῦ Κικέρωνος· ὥστε καὶ συμμεταβαλεῖν αὐτῷ τὴν ἐσθῆτα κρινομένῳ, καὶ τοὺς δημοτικοὺς νέους ταὐτὰ ποιεῖν τοῦ διδασκάλου· τέλος δὲ τὸν πατέρα πείσας, φίλον ἐποίησεν. ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας, παρασκευα-

C ζόμενος ὑπατείαν μετιέναι, καὶ Κράσσον ὁρῶν καὶ Πομπήϊον αὖθις ἐν διαφοραῖς πρὸς ἀλλήλους ὄντας, οὔτε θατέρου δεηθεὶς, ἐβούλετο λαβεῖν ἐχθρὸν τὸν ἕτερον, οὔτε μηδετέρου συνεργοῦντος, ἤλπιζε κατορθώσειν. ἐπραττεν οὖν διαλλαγὰς αὐτοῖς, προσκείμενος ἀεὶ, καὶ διδάσκων ὡς καταλύοντες ἀλλήλους, αὔξουσι Κικέρωνας καὶ Κάτλους καὶ Κάτωνας· ὧν οὐδεὶς λόγῳ μὲν ὀκνοῦν συνενεχθέντες εἰς ταὐτὸ τὰς φιλίας καὶ τὰς ἑταιρείας, ἑνὶ κράτει καὶ μιᾷ γνώμῃ τὴν πόλιν ἄγουσι. πείσας δὲ καὶ διαλλάξας συνήγαγε καὶ συνέστησεν ἐκ τῶν τριῶν ἰσχὺν ἄμαχον, ἣ κατέλυσε Ῥωμαίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, οὐκ

D ἐκείνους δὲ ἀλλήλων μείζονας, ἀλλὰ δὲ ἐκείνων ἑαυτὸν μέγιστον ἀπεργασάμενος. αὐξηθεὶς γὰρ αἱρετὸς ὑπὸ ἀμφοτέρων ὕπατος ἀπεδείχθη παμπρεπής. ὑπατεύοντι δὲ αὐτῷ καλῶς, ψηφισάμενοι στρατευμάτων ἡγεμονίαν, καὶ Γαλατίαν ἐξαιρεῖσαντες, ὥσπερ εἰς ἀκρόπολιν κατέστησαν, οἰόμενοι κατ᾽ ἡσυχίαν νεμήσεσθαι τὰ λοιπὰ πρὸς ἀλλήλους, ἐκείνῳ βεβαιοῦντες τὸν ἔλαχεν ἀρχήν. Πομπήϊος μὲν οὖν ὑπὸ φιλαρχίας ἀμέτρου ταῦτ᾽ ἔπρασσε. τῶν δὲ Κράσσου νοσημάτων ἡ ἀρχαία φιλοπλουτία, καινὸν ἔρωτα προσλαβοῦσα καὶ ζῆλον, ὅτι τὸν Καίσαρος ἀρετείας, τρόπαιον καὶ θριάμβων, ὥστε μό-

E νοις ἐλαττοῦσθαι προσῆκον τοῖς ἄλλοις, ἑαυτὸν οὐκ ἀπῆκεν οὔτ᾽ ἐλώφησε, πρὶν εἰς ὄλεθρον ἀπλεῖν καὶ δημοσίας συμφορὰς τελευτῆσαι. Καίσαρος γὰρ εἰς Λουκίαν πόλιν ἐκ Γαλατίας καταβαίνοντος ἄνδρες τε πολλοὶ Ῥωμαίων ἀφίκοντο, καὶ Πομπήϊος καὶ Κράσσος ἰδίᾳ συλλαμόμενοι πρὸς αὐτὸν, ἔγνωσαν ἐγκρατέστερον ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ πᾶσαν ὑφ᾽ ἑαυτοῖς ποιεῖσθαι τὴν ἡγεμονίαν· Καίσαρος μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις μένοντος, ἀνδρῶν δὲ ἐπαρχίας καὶ στρατεύματα Πομπήϊου καὶ Κράσσου λαβόντων. ἐν ταύτῃ δὲ ὁδὸς ἦν μία, δυοῖν ὑπατείας αἴτησις. ἣν μετιόντων ἐκείνων,

F ἔδει συμπρᾶξαι Καίσαρα, τοῖς τε φίλοις γράφοντα, καὶ τῶν στρατιωτῶν πέμποντα πολλοὺς δεησόμενον. ὅτι τούτοις οἱ περὶ Κράσσον εἰς Ῥώμην ἐπανελθόντες, ἀνδρὸς ἦσαν ὑποπτοι· καὶ πολὺς ἐχώρει λόγος ὡς οὐκ ἐπ᾽ ἀγαθῷ

γεγονέναι τὴν συνόδον αὐτῶν. ἐν δὲ τῇ βουλῇ Μαρκελλίνου καὶ Δομιτίου Πομπήϊον ἐρωτώντων εἰ μέλλοιεν ὑπατεύειν,

ἀπεκρίνατο, τυχὸν μὲν μετέναι, τυχὸν δὲ μὴ μετέναι. καὶ πάλιν ἐρωτώμενος, ἔφη μετέναι τοῖς δικαίοις πολίταις, μὴ μετέναι δὲ τοῖς ἀδίκοις. τούτου δὲ δόξαντος ὑπερηφανοῦς ἀποκρίσεως καὶ τετυφωμένας ποιεῖσθαι, μετριώτερον ὁ Κράσσος εἶπεν, εἰ τῇ πόλει μετέναι συμφέρει τῷ δεξιῷ. εἰ δὲ μὴ, πεπαύσεσθαι. διὸ καὶ οἵνες ἐθαρρήσαν ὑπατείας μετιέναι· ὧν εἷς καὶ Δομίτιος. θορυβούντων δὲ φανερῶς ἐκείνων ἐν ταῖς προσαγορεύσεσι, οἱ μὲν δημοτικοὶ δείσαντες ἀπέστησαν, Δομίτιον δὲ Κάτων, οἰκεῖον ὄντα καὶ φίλον ἐθάρρυνεν, εἰσκαλούμενος καὶ παρορμῶν ἔχεσθαι τῆς ἐλπίδος, ὡς ὑπερμαχοῦντα τῆς κοινῆς ἐλευθερίας. οὐ γὰρ ὑπατείας Πομπήϊον δεῖσθαι καὶ Κράσσον, ἀλλὰ τυραννίδος, οὐδὲ δεξιᾶς αἴτησιν, ἀλλ' ἀρπαγὴν ἐπαρχιῶν καὶ στρατοπέδων εἰς τὸ πρᾶγμα. ταῦτα δὲ καὶ λέγων οὕτω καὶ φρονῶν ὁ Κάτων, μόνος προῆλθε εἰς ἀγορὰν τὸν Δομίτιον, καὶ συνίστατο πολλοὶ τοῖς αὐτοῖς· καὶ θαυμάζον οὐκ ὀλίγον ἐπί, Τί δὴ δεύτερας οὗτοι χρήζουσιν ὑπατείας; ἢ δὲ πάλιν μετ' ἀλλήλων; ἢ δὲ οὐ μετ' ἑτέρων; πολλοὶ δὲ εἰσὶν ἄνδρες ἡμῖν, οὐκ ἀνάξιοι δήπου Κράσσῳ καὶ Πομπηΐῳ συνάρχειν. ὃν τούτου δείσαντες οἱ περὶ Πομπήϊον, οὐδενὸς ἀπείχοντο τῶν ἀκοσμοτάτων καὶ βιαιοτάτων· ἀλλὰ πρὸς πᾶσι τοῖς δημοτικοῖς λόγον ὑφέντες τῷ Δομιτίῳ νυκτὸς ἐπὶ μέσῃ τῶν δημοτικῶν κατερχομένῳ, κτείνουσι μὲν τὸν ἀνέχοντα τὸ φῶς πρὸ αὐτοῦ, συνεπτώσκουσι δὲ πολλοί· ὧν εἷς καὶ Κάτων. ῥεμβάμενοι δὲ καὶ κατακλείσαντες εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνους, ἀνηρέθισαν ὕπατοι· καὶ μετ' οὐ πολὺ χρόνον αὖθις ὅπλοις περιέχοντες τὸ οἴκημα, καὶ τὸν Κάτωνα τῆς ἀγορᾶς ἐκβαλόντες, καὶ τινας ὑποσάντας ἀπεκτείνοντες, Καίσαρι μὲν δήλῳ ἀπέδοσαν πενταετίαν τῆς ἀρχῆς, αὐτοῖς δὲ τοῖς ἐπαρχιῶν ἐψηφίσαντο Συρίαν, καὶ Ἱσπανίας συναμφοτέρας. κληρουμένων δὲ, Συρίαν ἔλαχε Κράσσος, τὰ δὲ Ἱσπανικὰ Πομπήϊος. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀκύσιος ὁ κλῆρος ἅπασιν. οἱ τε γὰρ πολλοὶ Πομπήϊον μὴ μαχεῖν εἰς τῆς πόλεως ἐβούλοντο, καὶ Πομπήϊος ἐρῶν τῆς γυναικὸς, αὐτόθι τὰ πολλὰ διατρίβειν ἔμελλε· Κράσσος δὲ χρᾶς ἀθύμοις ἐκπέσοντι τῷ κλήρῳ, καταφανὴς ἦν οὐδὲν ἀτύχημα λαμπρότερον ἑαυτῷ γεγενέναι τοῦ παρόντος ἡδόμενος, ὡς μόλις ἐν δημοτείοις καὶ πολλοῖς ἡσυχίαν ἄγων· πρὸς δὲ τοὺς συνήθεις πολλὰ καινὰ καὶ μεγαλειώδη λέγων, παρ' ἡλικίαν τῶν ἑαυτοῦ καὶ φύσιν, ἥκιστα κομπαστὴς ἢ θρασὺς τοῦ βίου γεγονώς. τότε δὲ ἐπηρμένος κομιδῇ καὶ διεφθαρμένος, οὐ Συρίαν, οὐδὲ Πάρθους ὅρον ἐποιεῖτο τῆς ἀναξίας, ἀλλ' ὡς παιδιὰν ἀποφαινῶν τὰ Λουκούλλου πρὸς Τιγράνην, καὶ Πομπηΐου πρὸς Μιθριδάτην, ἄχρι Βακτρίων καὶ Ἰνδῶν καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης διῆλθε τὰς ἐλπίσι. καὶ τοι τοῦ γραφέντος περὶ τούτων νόμου πάρεισις πόλεμος οὐ πρόσω. ἤδεσαν δὲ πολῖται ὅτι πρὸς τοῦτο Κράσσος ἐπιθόμενος· καὶ Καῖσαρ ἐκ Γαλατίας ἔγραφεν αὐτῷ, τὴν ὁρμὴν ἐπαινῶν, καὶ παρεξιόων ὅτι τὸν πόλεμον. ἐπεὶ δὲ δημαρχῶν Ἀτήϊος ἔμελλε πρὸς τὴν ἔξοδον ἐναντιώσεσθαι, καὶ συνίστατο πολλοὶ, χαλεπαίνοντες εἴ τις ἀνθρώποις οὐδὲν ἀδικοῦσιν, ἀλλ' ἐπιστρατείαις πολεμήσων ἄπεισι, δείσας ὁ Κράσσος ἐδεήθη Πομπηΐου παραγενέσθαι, καὶ συμπροπέμψαι. (μέγα γὰρ ἦν ἐκείνου τὸ πρὸς τὸν ὄχλον ἀξίωμα) καὶ τότε παρεσκευασμένοις πολλοὶς ἐνίσταθαι καὶ καταβοᾶν, ὁρῶντος πρὸ αὐτοῦ φανερῷ βλέμματι καὶ προσώπῳ κατεπράυνεν ὁ Πομπήϊος, ὥστ' εἴκειν σιωπῇ δι' αὐτὸν προϊόντας.

A respondit, fortassis se petiturum, fortassis non. Instantibus illis ait; æquis ciuibus petiturum se, non petiturum iniquis. qui quum superbe visus esset & arroganter respondisse, moderatius Crassus dixit, si è republica foret, honorem se petiturum, sin minus, quieturum. Quare aliqui, quorum de numero fuit Domitius, animum sumpserunt ad consulatum ambiendum. Verùm vbi hi candidati processerunt, cæteri metu deterriti abiecerunt petitionem. Domitium Cato propinquum & amicum suum confirmauit, adhortans & incitans eum, vt, qui pro libertate publica pro-
B pugnaret, spem sequeretur suam. Neque enim Pompeium vel Crassum consulatum quærere, sed dominationem: neu id agi, vt magistratum peterent, sed vt prouincias & legiones raperent. Ita dicens hæc & sentiens Cato, Domitium deduxit tantumnon vi in forum, multiq; se ad illos aggregauerunt: nec pauci mirabantur quidnam iterum hi consulatũ peterent: quid iterum vnà, quidni cum alijs. Atqui multos dicebant esse non indignos, qui quidem consulatũ cum Crasso & Pompeio caperent. Hinc timens Pompeij factio, non temperauit à summa indignitate & violentia: ac
C præter alia, locatis insidijs Domitio, qui ante lucem in comitium cum alijs descendebat, servum ei prælucentem occidit, multos vulnerauit, atque inter hos Catonem, quibus fugatis & domo inclusis consules renuntiati sunt. Nec multo pòst cincta denuo armis Domitij domo, Catone foro deiecto, & nonnullis, qui substiterunt ibi, interfectis, prorogauerunt Cæsari in quinquennium prouincias, sibi procurarunt prouincias Syriam & vtranque Hispaniam. Sortientibus, Syria Crasso, Pompeio Hispaniæ obuenere. Sors fuit omnibus haud ingrata. Quippe nolebat remotum plebs ab vrbe Pompeium, & vxoris Pompeius amore deperiens
D erat circa vrbem plerunque commoraturus. Crassus simul ac sors exijt, exultans, fortunam præ se tulit arbitrari se præsente accidisse sibi splendidiorem nullam, vix vt apud alienos & vulgus temperaret sibi, apud interiores verò multa vana & insolentia iuvenum more effunderet præter ætatem & ingenium suum, qui minimè gloriosus aut iactabundus per totam vitam fuisset. Tunc verò mirum in modũ elatus & dissolutus, non Syriam nec Parthos, metã destinabat suæ prosperitatis, verùm pro ludo habens Luculli contra Tigranem res ge-
E stas, & contrà Mithridatem Pompeij, vsq; ad Bactros & Indos & Oceanum proferebat spes suas. Atqui, quæ de imperio eius lata lex fuit, bellum Parthicum non complectebatur, sed nouerant omnes gestienti animo id affectare Crassum, & Cęsar ex Gallia literis ardorem eius commendauit, inflammauitque eum ad bellum. Quia verò Atteius tribunus plebis parabat profectionem eius interpellare, multique coibant indignantes quòd pacatis & fœderatis gentibus bellũ moturus proficisceretur, timens Crassus orauit Pompeium vt sibi prętò esset & prosequeretur se. Erat enim magna eius ad plebem autoritas. Atque in præsentia
F frequentes, ad impediendum & conuitijs lacerandum Crassum paratos, conspectus ante Crassum placido intuitu ac vultu leniuit Pompeius, vt silentio locũ darent per medios progredientibus,

ὁ δὲ Ἀτήϊος

Atteius verò occurrit ei, ac primum, ne proficisceretur, verbis interdixit & testato denuntiauit, deinde viatori iussit manu corpori iniecta eum retinere. Aliis tribunis intercedentibus non dimisit viator Crassum, & præcurrit ad portam Atteius. Ibi focum accendit. quò quum peruenisset Crassus, suffitibus iniectis factisque libaminibus, diras capiti eius atroces & horrendas imprecatus est: adhæc immanes deos & tetros ibi inuocauit & appellauit. Has Romani arcanas & vetustas deuotiones ea præditas vi ferunt, vt nemo, aduersus quem conceptæ sint, euitare illas queat, nec bene cedant etiam concipientibus eas. Vnde neque qualibet de causa has, neque inultos imprecari. Ac tunc quoque Atteium reprehenderunt, quòd cuius reipub. gratia Crasso infensus erat, deuotionibus eam tanta obstrinxisset religione. At Crassus Brundusium peruenit. Pelago autem etiamnum ex tempestate turbido non expectauit, sed conscendit, magnumque numerum nauigiorum amisit. Reliquis copiis properauit pedestri itinere per Galatiam. Ibi quum reperisset regem Deiotarum, qui ætate iam grauis vrbem condebat, dicto incessit eum, ac, Duodecima hora, inquit, rex, ædificare exordiris? Cui Galata ridens, Atqui neque tu, inquit, imperator, admodum matutinus contendis in Parthos. Excesserat autem annum Crassus sexagesimum, facie tamen apparebat quàm ætate grandior. Aduenienti res primò pro ipsius expectatione respondêre. Etenim nullo negotio Euphratem ponte iunxit, exercitum traduxit sine impedimento, oppidis multis Mesopotamiæ se vltrò dedentibus potitus est. Vni, cuius erat Apollonius tyrannus, vbi milites centum amisit, admouit signa, captamque diripuit, & captiuos sub corona vendidit, Zenodotiam Græci dicebant. Qua capta, quum salutari se ab exercitu imperator sustinuisset, magnam subiit infamiam, abiectusque est habitus, nec maiora sperare, successu qui tam se effertet tenui. Postquam oppidis, quæ deditionem fecerant, imposuit præsidium, quod fuit peditum septem millium & mille equitum, retrò in Syriam hybernatum cessit. Ibi venientem ex Gallia à Cæsare excepit filium, qui donis militaribus ab illo ornatus mille delectos equites adduxit. In eo primò visus est impingere Crassus secundum expeditionem ipsam, in qua maximæ offensiones extitere, quòd quum progrediendum vltrà & Babylon esset tentanda Seleuciaque, Parthis semper infestæ vrbes, spatium dederit hostibus ad se instruendos. Deinde commorationes in Syria eius lacerauerunt quæstuarias potius quàm imperatorias. Non enim lustrauit exercitum, non instituit ad exercendos milites certamina, sed vectigalia tantùm supputauit, deæ Hieropolitanæ thesaurum ponderibus & trutinis per multos dies examinauit, indicebat populis dynastisque militum delectus, mox pecuniæ causa remittebat. His rebus malè audiuit & contemptui fuit. Omen primum ei offertur ab hac dea, quam Venerem, alii Iunonem, nonnulli eam quæ incunabula & semina omnibus ex humido præbuit, causam & naturam arbitrantur esse, & quæ principium omnium bonorum docuit mortales. Nam templo quum excederent, primus in foribus adolescens Crassus lapsus est,

A ὁ δὲ Ἀτήιος ἀπαντήσας, πρῶτον μὲν ἀπὸ φωνῆς ἐκώλυε καὶ διεμαρτύρετο μὴ βαδίζειν, ἔπειτα τῷ ὑπηρέτῃ ἐκέλευεν ἁψάμενον τοῦ σώματος κατέχειν. ἄλλων δὲ διαμαρχόντων οὐκ ἐώντων, ὁ μὲν ὑπηρέτης οὐκ ἀνῆκε τὸν Κράσσον· ὁ δὲ Ἀτήιος προδραμὼν ὅπῃ τῆς πύλης, ἔθηκεν ἐσχαρίδα καὶ ἐπιμελῶς καὶ τὸν Κράσσου θυομένου κατ' αὐτῆς, ὅπῃ θυμιῶν καὶ καταστένων, ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς μὲν αὐτῷ καὶ φρικώδεις, δεινοὺς δέ τινας θεοὺς καὶ ἀλλοκότους ἐπ' αὐταῖς καλῶν καὶ ὀνομάζων. ταύτας φασὶ Ῥωμαῖοι τὰς ἀρὰς ἀποθέτους καὶ παλαιὰς τοιαύτην ἔχειν δύναμιν ὡς προφυγεῖν μηδένα τῶν
B κατηρεθέντων αὐταῖς· κακῶς δὲ πράσσειν καὶ τὸν χρησάμενον· ὅθεν οὐκ ὅπῃ τοῖς τυχοῦσιν αὐταῖς οὐδὲ ἐπὶ πολλῶν ἀρᾶσθαι. καὶ τότ' οὖν ἐμεμφοῦτο τὸν Ἀτήιον, εἰ δι' ἣν ἐκαλέπαινε τῷ Κράσσῳ πόλιν, εἰς αὐτὴν ἀρὰς ἀφεῖκε καὶ δεισιδαιμονίαν τοσαύτην. ὁ δὲ Κράσσος εἰς Βρεντέσιον ἦλθεν· ἔπι δὲ ἀστάτου ὄσης χειμῶνος θαλάσσης, οὐ προσεμένειν, ἀλλ' ἀνήχθη καὶ συχνὰς τῶν πλοίων ἀπέβαλε. τὴν δὲ ἄλλην ἀναλαβὼν δύναμιν, ἐπείγετο πεζῇ διὰ Γαλατίας, ὁρῶν δὲ τὸν βασιλέα Δηιόταρον πάνυ μὲν ὄντα γηραιὸν ἤδη, κτίζοντα δὲ νέαν πόλιν, ἐπεσκώπτεν, εἰπών, Ὦ βασιλεῦ, δωδεκάτης ὥρας οἰκοδομεῖν
C ἀρχῇ; γελάσας δὲ ὁ Γαλάτης, Ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς (εἶπεν) ὦ αὐτοκράτωρ, ὡς ὁρῶ, πρωὶ λίαν ὅπῃ Πάρθους ἐλαυνεῖς. ἐν δὲ ὁ Κράσσος ἐξήκοντα μὲν ἔτη παρῆλθε, πρεσβύτερος δὲ τὸν ὄψιν ἢ κατ' ἡλικίαν. ἀφικομένου δὲ αὐτὸν ἐδέξατο τὰ πράγματα τῆς ἐλπίδος ἀξίως τὸ πρῶτον· καὶ γὰρ ἔζευξε ῥαδίως τὸν Εὐφράτην, καὶ διήγαγε τὸν στρατὸν ἀσφαλῶς, καὶ πόλεις πολλὰς τῆς Μεσοποταμίας κατέσχεν, ἑκουσίως προσελομένας, ἐν μιᾷ δὲ ἧς Ἀπολλώνιός τις ἐτυράννει στρατιωτῶν ἑκατὸν αἱρεθέντων, ἐπαγαγὼν τὴν δύναμιν αὐτοῖς. καὶ κατήσας, διήρπασε τὰ χρήματα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπέδοτο. Ζηνοδοτίαν ἐκάλουν τὴν πόλιν οἱ Ἕλληνες. ὅπῃ ταύτης ἁλούσης
D δοξάσθεις αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀναγορευθῆναι, πολλὴν ὤφλεν αἰσχύνην καὶ ταπεινὸς ἐφαίνετο, καὶ πρὸς τὰ μείζονα δύσελπις, ὅτι πλεονέκτημα μικρὸν ἠγαπηκώς. ἐμβαλὼν δὲ φρουρὰς τοῖς προσκεχωρηκυίαις πόλεσιν, (ὧν ἀριθμὸς ἦν ἑπτακισχίλιοι πεζοί, χίλιοι δὲ ἱππεῖς) ἀνεχώρησεν αὐτὸς εἰς Συρίαν διαχειμάσων. καὶ δεξάμενος αὐτόθι τὸν υἱὸν ἥκοντα παρὰ Καίσαρος ἐκ Γαλατίας, αὐτόν τε κεκοσμημένον ἀριστείοις, καὶ χιλίους ἱππεῖς ὁπλίταις ἄγοντα, τοῦτο πρῶτον ἁμαρτεῖν ἔδοξεν ὁ Κράσσος, μετά γε τὸν στρατείαν αὐτῷ, μείζων ἁμαρτήμασιν
E ἐνομίζετο, ὅτι πρόσω χωρεῖν δέον, ἔχεσθαί τε Βαβυλῶνος καὶ Σελευκείας, δεδιότας ἀεὶ Πάρθοις πόλεων, χρόνον ἐπέδωκε τοῖς πολεμίοις παρασκευῆς, ἔπειτα τὰς ἐν Συρίᾳ διατριβὰς ἠτιᾶντο, χρηματιστικὰς μᾶλλον οὔσας ἢ στρατηγικάς. οὐ γὰρ ὅπλων ἀριθμὸν ἐξετάζων, οὐδὲ γυμνασίων ποιούμενος ἀμίλλας, ἀλλὰ πρόσοδον πόλεων ἐκλογιζόμενος, καὶ τὰ χρήματα τῆς ἐν Ἱερᾷ πόλει θεοῦ σταθμοῖς καὶ βυτίναις μετεχειρίζετο, ὅπῃ πολλὰς ἡμέρας· ὅπῃ γράφων καὶ δήμοις καὶ δυναστείαις στρατιωτῶν καταλόγους, εἶτ' αἰτεῖς ἀργύριον διδόντας, ἀπόλυε καὶ κατεφρονεῖτο τούτοις. γίνεται δὲ πρῶτον
F αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεοῦ ταύτης, ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγροῦ προσαρδόσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσι, καὶ τὴν πρώτων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδείξασαν. ἐξιόντων γὰρ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, πρῶτος ἐσφάλη κατὰ τὰς πύλας ὁ νεανίας Κράσσος,

εἶτ' ἐπ' αὐτῷ πεσεῖν τὸν πρεσβύτερον. ἤδη δὲ τοῖς δυνάμεις ἐκ τῶν χειμαδίων σκωμμαθίζοντος αὐτοῦ, πρέσβεις ἀφίκοντο παρ' Ἀρσάκου βραχύ τινα λόγον κομίζοντες. ἔφασαν γὰρ, εἰ μὴ ὑπὸ Ῥωμαίων ὁ στρατὸς ἀπέσταλται, πόλεμον ἄσπονδον εἶναι καὶ ἀδιάλλακτον· εἰ δὲ τῆς πατρίδος ἀκούσης, (ὡς πιθανόν ἐστι) καὶ ἀδικήματι κλοπῇ· εἰ δὲ τῆς πατρίδος ἀκούσης, (ὡς πιθανόν ἐστι) Κράσσος ἰδίων ἕνεκα κερδῶν ὅπλα Πάρθοις ἐπενεώχει, καὶ χώραν κατείληφε, μετιέναι Ἀρσάκῃ, καὶ τὸν Κράσσου γῆρας οἰκτείρειν. ἀφιέναι δὲ Ῥωμαίοις τοὺς ἄνδρας, οὓς ἔχει φεύγοντας μᾶλλον ἢ φεύγοντας. πρὸς ταῦτα, Κράσσου κομπάσαντος, ὡς ἐν Σελευκείᾳ δώσει τοῖς ἀποκρίσεις, γελάσας ὁ πρεσβύτατος τῶν πρέσβεων Οὐαγίσης. καὶ τῆς χειρὸς ὑπτίας δείξας τὸ μέσον, Ἐντεῦθεν (εἶπεν) ὦ Κράσσε, φύσονται τρίχες, ἢ σὺ ὄψει Σελευκείαν. οὗτοι μὲν οὖν ἀπήλαυνον ὡς βασιλέα Ὑρώδην, πολεμητέα φράσοντες· ἐκ δὲ τῶν πόλεων αἷς ἐφρούρουν Ῥωμαῖοι τῆς Μεσοποταμίας, πρὸς βολὰς τινὲς διεκπεσόντες, ἄξια φρονήσεων ἀπήγγελλον, αὐτόπται γεγενότες τό τε πλῆθος τῶν πολεμίων, καὶ τῶν ἀγώνων οὓς ἠγωνίσαντο πρὸς μαχόμενοι ταῖς πόλεσιν, οἷα δὲ φιλεῖ, πρόσθεν πρὸς τὸ δεινότερον ἐξαγγέλλοντες, ὡς ἄφυκτοι μὲν οἱ ἄνδρες, διώκοντες, ἄληπτοι δ', φεύγοντες, βέλη δ' καινὰ προσθέοντα τῆς ὄψεως, καὶ πρὸς ὀφθῶν τε βαθέα χωρία καὶ τὸν πρὸς τυχόντος. τῶν δ' καταφρακτῶν ὅπλων τὰ μὲν ἀκμὴ πρὸς ὠθεῖσθαι, τὰ δ', πρὸς μηδὲν ἐνδιδόναι πεποιημένα. ταῦτα τῶν στρατιωτῶν ἀκούοντων, τὸ θράσος ὑπέπεσε. πεπεισμένοι γὰρ οὐδὲν Ἀρμενίων ἄμεινον φέρειν Πάρθους, οὐδὲ Καππαδοκῶν, οἷς ἄγων καὶ φέρων Λούκουλλος ἀπεῖπε, καὶ τὸν πόλεμον τὸν χαλεπώτατον ἡγούμενοι μακρὰν ὁδὸν ἕστεσθαι, καὶ δίωξιν δυθεφόρων εἰς χεῖρας οὐκ ἀφιξομένων, παρ' ἐλπίδας ἀγῶνα καὶ κίνδυνον μέγιστον προσεδόκων. ὥστε καὶ τῶν ἐν τέλει τινὰς οἴεσθαι δεῖν ὑπιόντα τὸν Κράσσον, αὖθις ἐπὶ τῶν ὅλων γνώμην προσθέσθαι· τούτων δὲ Κάσσιος ὁ ταμίας· ἡσυχῇ δ' παρεδήλουν καὶ οἱ μάντεις ὡς ἀεὶ πονηρὰ σημεῖα καὶ δυσέκθυτα προφαίνοιτο τῷ Κράσσῳ διὰ τῶν ἱερῶν. ἀλλ' οὔτε τούτοις προσεῖχεν, οὔτε τοῖς ἕτερόν τι πλὴν ἐπείγεσθαι προθαμινοῦσιν. οὐχ ἥκιστα δ' αὐτὸν Ἀρταβάζης ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς ἐπέρρωσεν· ἦλθε γὰρ εἰς τὸν στρατόπεδον μετ' ἑξακισχιλίων ἱππέων. καὶ οὗτοι μὲν ἐλέγοντο φύλακες καὶ πομποὶ βασιλέως· ἕτεροι δὲ μυρίοις ὑπισχνεῖτο καταφράκτοις, καὶ τετρακισμυρίοις πεζοῖς οἰκεῖοις. ἔπειστο δ' Κράσσον ἐμβαλεῖν δι' Ἀρμενίας εἰς τὴν Πάρθων. οὐ γὰρ μόνον ἐν ἀφθόνοις διάξειν τὴν στρατιὰν, αὐτὸν παρέχοντες, ἀλλὰ καὶ πορεύσεσθαι δι' ἀσφαλείας, ὄρη πολλὰ καὶ λόφους συνεχεῖς, καὶ χωρία δύσιππα πρὸς τὸν ἵππον (ἡ μόνη Πάρθων ἀλκή) προσβαλούμενον. ὁ δὲ τὸν προθυμίαν αὐτοῦ καὶ τὸν λαμπρότητα τῆς βοηθείας μετρίως ἠγάπησε· βαδιεῖσθαι δι' ἔφη διὰ Μεσοποταμίας, ὅπου πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς Ῥωμαίων ἄνδρας ἀπέλιπεν. ὁ μὲν οὖν Ἀρμένιος ἐπὶ τούτοις ἀπήλαυνε. τῷ δὲ Κράσσῳ συμβιβάζοντες τὸν γεφυραῖον καὶ τὸ Ζεῦγμα, πολλαὶ μὲν ὑπόφυεῖς βρονταὶ προεῤῥήγνυντο, πολλὰ δὲ καὶ ἤστραπτον σπαρτία τῷ γεφυρῷ πνεῦμα δὲ νέφει καὶ τρικυμίᾳ μεμιγμένον ἐρεῖσαν αὐτὸν κατὰ τῆς γεφύρας αἰέρρηξε πολλὰ καὶ συνέτριψεν. ἐβλήθη δὲ καὶ κεραυνοῖς δυσὶν ὁ χῶρος οὗ στρατοπεδεύειν ἔμελλεν. ἵππος δὲ τῶν στρατηγικῶν ἐπιφανῶς κεκοσμημένος βίᾳ συνεπιπτάσας τὸν ἡνίοχον, εἰς τὸν ῥεῖθρον ὑποβρύχιος ἠφανίσθη. λέγεται δὲ καὶ τῶν ἀετῶν ὁ πρῶτος,

A inde incurrens in illum ſenex. Quum iam ex hybernis legiones euocaret, adierunt eum Arſacis legati cum breui oratione. Ea hæc fuit, Si miſſus à populo Romano exercitus eſſet, geſturum illum implacabile & inexpiabile bellum: ſin patria inuita priuati Craſſus quæſtus gratia arma Parthis intuliſſet, & vrbes occupaſſet, acturum Arſacem moderatè, & Craſſi miſericordiam ſenectutis capturum, populoq; Romano remiſſurum milites, quos obſeſſos teneat potius quàm in præſidiis locatos. Ad ea Craſſo iactante Seleucię ſe reſponſum daturum, ex legatis Vagiſes, qui cæteros ętate anteibat,
B ridens, manus ſupinæ oſtenſa vola, Hinc prius, inquit, pili, Craſſe, exorientur, quàm tu aſpicias Seleuciam. Ita ad regem Hyrodem diſceſſere, bellandum renuntiantes. Ex oppidis Meſopotamiæ, vbi Romana præſidia erant, euaſerant quidam magno cum periculo. Hi non læuia nuntiauerunt, quòd numerum ipſi hoſtium ac prælia eorum oppida oppugnantium ſpectaſſent, atque (vt fieri ſolet) omnia in grauius extollerent, vbi inſtarent, nullum eſſe effugium, nec fugientes aſſequi vllum poſſe, tela inaudita, quę oculorum aciem anteuerterent, &, antequam conſpiceretur is qui emiſerit, quic-
C quid obuium eſſet, penetrarent, arma cataphractorum partim ad omnia perrumpenda, partim ne vlli rei cederent, fabricata. Ea audientes milites ceciderunt animis. Perſuaſi enim nihil Parthos præſtare Armeniis vel Cappadocibus, quibus agendis ferendis fatigatus Lucullus fuerat, difficillimum autem eo in bello rati longinquum iter fore hominumq; inſectationem cominus non pugnantium, præter expectationem certamina & ingens diſcrimen cernebant propoſita. Itaque quidam etiam ex præfectis ſubſiſtendum Craſſo cenſebant, atq; ex integro de ſumma rerum conſilium aduocandum. In his quæſtor erat Caſſius. Aru-
D ſpices quoque nuntiauerunt tectè Craſſo nunquam litare victimas & dira ſemper denuntiare. Cæterum neque his auſcultauit, neque vlli qui aliud quàm ad maturandum hortaretur. Imprimis erexit eum Armeniorum rex Artabazes, qui in caſtra ſex millibus equitum venit. Dicebantur hi eſſe regis ſtipatores & ſatellites, alia pollicebatur decem millia cataphractorum, & xxx. millia peditum, qui ſumptui ei non forent. Suadebat autem Craſſo, per Armeniam vt irrueret in Parthiam. Omnia enim affatim ſe ſubminiſtraturum exercitui, tutum etiam iter fore, quòd mon-
E tes frequentes & continentes colles, regionemque aſperam obiectam habituri eſſent equitatui, quo Parthi vno pollerent. At Craſſus collaudata modicè promptitudine eius & ſubſidii amplitudine, ducturum ſe oſtendit per Meſopotamiam, vbi multos & egregios milites Romanos reliquiſſet. Ita diſceſſit Armenius. Traducente exercitum iuxta Zeugma Craſſo crebra eruperunt & atrocia tonitrua, frequentia fulmina ex aduerſo exercitui emicauere, ventus cum atra nube & preſtere procelloſus in pontem eius temporarium incumbens magna ex parte conuulſit & dirupit
F eum. Locus item, vbi metaturus erat caſtra, bis eſt de cœlo tactus. Equus ex prætoriis inſigniter exornatus, ablato vi rectore, in flumine ſubmerſus atque ex oculis eſt ablatus. Dicitur prima aquila,

quum ſublata eſſet, retrò conuerſa fuiſſe. Adhæc accidit, poſtquam tranſmiſit amnem, vt quum militibus frumuntum metiretur, præberet ante omnia lentes & ſalem, quæ Romani habent pro feralibus, & defunctis apponuntur. Iam ipſi Craſſo excidit concionanti vox, quæ maiorem in modum conſternauit exercitum: ſiquidem pontem dixit ſe reſciſſurum, nequis eorum regrederetur. Ac quum oportuiſſet, vbi aduertit dicti importunitatem, lenire id & declarare apud trepidos, ex peruicacia poſtmiſit. Poſtremò quum luſtraret ſolenni ſacrificio exercitum, porrecta ei ab aruſpice exta exciderunt manibus, vnde vel maximè perculſam coronam cernens riſit, ac, Ea adfert ſenectus, inquit: verùm haudquaquam elabantur manibus meis arma. Hinc ſecundum flumen progreſſus eſt. Habebat ſub ſignis ſeptem legiones, equites paulò minus quatuor millia, leuis armatura æquabat equitatum. Speculatores aliquot à contemplanda ex ſpecula regione reuerſi, nullum hominem nuntiauerunt vſquam comparere, incidiſſe verò in frequentium equorum veſtigia ſe, quaſi ad fugam retrocedentium. Vnde aucta Craſſo eſt ſpes, cœperuntque milites Parthos vt manus non conſerturos contemnere. Caſſius tamen iterum Craſſum conuenit, monuitque, maximè vt, dum aliquid de Parthis allatum eſſet certi, in aliqua vrbium, in quibus præſidium habebat, reficeret exercitum. Sin minus, vt ſecundum flumen Seleuciam ſigna moueret. Commeatus enim naues frumentarias facultatem ſuppeditaturas, ſimulque caſtra ſequuturas, & præſtaturum amnem ne circumueniri poſſent, ſed pari opportunitate ſemper dimicarent cum hoſtibus. Hæc voluentem adhuc & perpendentem Craſſum adit præfectus alæ Arabum Ariamnes nomine, homo aſtutus & verſipellis, qui omnium quæ ad exitium Craſſi coaceruauit fortuna malorum maximum fuit caput. Hunc aliqui, qui ſub Pompeio meruerant, meminerant munificentia Pompeii affectum, habitumque Romanorum cupidum. Verùm is fuerat tunc in Craſſum ex conſilio præfectorum regiorum ſubornatus & miſſus, vt comitans eum, quam remotiſſimè, ſi qua poſſet, à flumine & locis inæqualibus in vaſtum campum coniiceret, vbi cingi valeret equitatu. Quiduis enim quàm fronte concurrere malebant cum Romanis. Barbarus ergo vbi Craſſum acceſſit (& erat facundus) Pompeium extulit vt bene de ſe meritum. Copias verò miratus Craſſi, moram eius improbauit cunctantis, & in apparatu occupati, quaſi armis, non manibus & pedibus opus eſſet habiturus in homines, qui iampridem pararent rebus ereptis pretioſiſſimis & corporibus ad Scythas vel Hyrcanos euolare. Et quidem ſi vel pugnandum ſit, inquit, properandum erat priuſquam reſumpto rex animo vires in vnum contraheret omnes, quando nunc quidem Surenas vobis & Sillaces obiecti ſunt, qui ab inſequendo ſunt vos moraturi: illo verò apparet nuſquam. Ficta hæc erant omnia. Quippe Hyrodes bipertito ſtatim exercitu ipſe Armeniam vaſtabat Artuaſdem vlciſcens, Surenam Romanis immiſerat, nulla quidem (vt nonnulli autumant) deſpicientia. Neque enim vt Craſſum dedignaretur aduerſarium, virum inter Romanos primarium, conueniebat,

A ἀρθεὶς ἀπὸ ταυτομάτου μεταγραφῆναι. τοῖς δὲ πύπτοις, συνέπεσε μὴ τὴν ἀβάσιν μεθυμοῦσι τὰ ὀπιτήδεια τοῖς γραπώταις, τοῦ πρώτων δοθῆναι φακοὺς καὶ ἅλας, ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθημα, καὶ τοῦ τίθεντας τοῖς νέκυσιν. αὐξήθη τε Κράσσου δημηγορεῖν ὤτος, ἐξέπεσε φωνὴ, δεινῶς συγχέασα τὴν στρατόν. ἔφη γὰρ τὸ ζεῦγμα τὸν ποταμὸν διαλύειν, ὅπως μηδεὶς αὐτῶν ἐπανέλθῃ. καὶ δέον, ὡς ἤθετο τὸν ῥήματος τῆς ἀπορίας, ἀναλαβεῖν καὶ ἀβασταφῆσαι τοὺς ἀποδειλιῶντας ὁ εἰρημένον, ἠμέλησεν ὑπὸ αὐθαδείας. τέλος ὅ, τὴν εἱμαρμένον καθαρμὸν ἐσφαγιάζετο, καὶ τὰ σπλάγχνα τὸν μάντεως αὐτῷ τοῖς δόντος, ἐξέβαλε τὴν χεῖρα. ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα διεχρεμίνοντας ἰδὼν τοὺς παρόντας ἐμειδίασε, καὶ, Τοιοῦτον (ἔφη) ὁ γῆρας· ἀλλὰ τῶν γε ὅπλων οὐδὲν αἱ σκυφοῦσι τὰς χεῖρας. οὐκ τοῦ τοῦδε τὴν ποταμὸν ἐξήλασεν· ἐπὰ μὴν ἔχων ὁπλιτῶν πάμπολλα, καὶ τετρακισχιλίων ὀλίγον ἀποδέοντας ἱππεῖς, ψιλοὺς δὲ τοῖς ἱππεῦσι τοῦ πλησίους. τὴν δὲ τοῦ δρόμου τινὲς ἀπὸ σκοπιᾶς ἐπανελθόντες ἤγγελον, αὐθέκαστον μὴ ἔρημον εἶναι τὴν χώραν, ἵππων δ' ἐντετυχηκέναι πολλῶν ἴχνεσιν, οἷς οὐκ μεταβολῆς ὀπίσω διωκομένων. ὅθεν αὐτός τε Κράσσος ἐπὶ μᾶλλον ἤλπιζε, καὶ τοῖς στρατιώταις πρωτάπασι τὴν Παρθῶν παρέξῃ καταφρονεῖν, ὡς οὐκ ἀφιξομένων εἰς χεῖρας. ὅμως δὲ οἱ τοῦ Κάσσιον αὖθις διελέγοντο τῷ Κράσσῳ, καὶ παρῄνουν, μάλιστα μὴ οὐ πόλεί τινὶ τὴν φευγόμενων ἀναλαβεῖν τὴν δύναμιν, ἄχρις ἂν τι πύθηται τοῦ τὴν πολεμίων βέβαιον· εἰ δὲ μὴ, χωρεῖν ὅθεν Σελευκείας τοῦδε τὴν ποταμόν. ὑποδεῖαν γὰρ τὰ σιτηρὰ τῆς ἀληθοῦς τοῦδε φέρειν, ἅμα συγκαταίρεσθαι τοῖς τὸ στρατόπεδον, καὶ φύλακα τὸν μὴ κυκλωθῆναι τὴν ποταμὸν ἔχοντας, ἀπ' ἴσης ἀεὶ τοῖς ἐναντίοις μαχεῖσθαι τοὺς πολεμίους. ταῦτα τὸν Κράσσου διασκοπουμένου ἔτι καὶ βουλευομένου, τοῦδε γίνεται φύλαρχος Ἀράβων Ἀριάμνης ὄνομα, δολερὸς καὶ παλίμβολος ἀνὴρ, καὶ πάντων ὅσα συνῆκεν εἰς ὄλεθρον ἡ τύχη κακῶν, μέγιστον αὐτοῖς καὶ τελεώτατον γενόμενος. τοῦτον δ' ἤδεσαν ἔνιοι τὴν Πομπηΐου συνστρατευμένων ἀπολαύσαντά τι τοῦ ἐκείνου φιλανθρωπίας, καὶ δόξαντα φιλορώμαιον εἶναι. τότε δὴ ὑφεῖτο τοῦ Κράσσου μὴ γνώμης τῶν βασιλέως στρατηγῶν, εἰ δύναιτο τοῦδε πεμψας αὐτὸν ἀπωτάτω τὴν ποταμοῦ καὶ τὴν ἠπείρων, εἰς πεδίον ἐκβαλεῖν ἀχανὲς τοῦ ἐλαυνόμενον. πρῶτα γὰρ διενοοῦντο μᾶλλον, ἢ κατὰ σῶμα συμφέρεσθαι Ῥωμαίοις. ἐλθὼν οὖν τοῖς τὸν Κράσσον ὁ βάρβαρος (καὶ δὲ καὶ πιθανὸς εἰπεῖν) Πομπηΐου μὲν ὡς εὐεργέτου ἐπῄνει· Κράσσον δ' τὴν δυνάμεως μακαρίσας ἐμέμφετο τῆς ἀβραδυτῆτος, μέλλοντα καὶ τοῦ θρασυνόμενον, ὥσπερ ὅπλων αὐτῷ δεησόντων, οὐ χειρῶν οὐδὲ ποδῶν τῶν ταχίστων, ἐπ' ἀνθρώποις οἱ πάλαι ζῆτοῦσιν ἁρπάσαντες τὰ ἡμιώτατα τῶν χρημάτων καὶ σωμάτων, εἰς Σκύθας ἢ Ὑρκανοὺς ἀναστῆσαι. καίτοι μάχεσθαι μέλλοντας (ἔφη) σπεύδειν ἔδει, πρὶν ἅπασαν ἂν ταυτῷ γενέσθαι τὴν δύναμιν ἀναθαρρήσαντος βασιλέως. ἐπεὶ νῦν γε Σουρήνας ἡμῖν προβέληται καὶ Σιλλάκης, ἐφ' αὐτοὺς ἀναδεξάμενοι τὴν δίωξιν· ὁ δὴ οὐδαμῇ φανερός ἐστι. ταῦτα δὲ ἦν ψευδῆ πάντα. διχῇ γὰρ ἤδη ὁ Ὑρώδης διελὼν τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν Ἀρμενίαν ἐπόρθει, τιμωρούμενος Ἀρταουάσδην· Σουρήνα δὲ ἀφῆκεν ἐπὶ Ῥωμαίοις, οὐχ ὑπερφρονήσει χρώμενος, ὡς ἔνιοί φασιν, (οὐ γὰρ αὐτὸν Κράσσον μὲν ἀπαξιοῦν ἀνταγωνιστὴν, ἄνδρα Ῥωμαίων τοῦτον,

Ἀρταυάσδη ὃ πρὸς πολεμεῖν, καὶ τοῖς Ἀρμενίων ὑπόντα χώρας ἐξαιρεῖν) ἀλλὰ καὶ πολὺ δοκεῖ καταδείσας τὸ κίνδυνον, αὐτὸς μὲν ἐφεδρεύειν καὶ καραδοκεῖν τὸ μέλλον· Σουρῆνα δὲ προκαθεῖναι πειρασόμενον μάχης, καὶ περιέλξοντα τοὺς πολεμίους. οὐδὲ γὰρ ἦν τῶν τυχόντων ὁ Σουρῆνας, ἀλλὰ πλούτῳ μὲν καὶ γένει καὶ δόξῃ, μετὰ βασιλέα δεύτερος· ἀνδρείᾳ δὲ καὶ δεινότητι τῶν κατ' αὐτὸν ἐν Πάρθοις πρῶτος· ἐπὶ δὲ μεγέθει καὶ κάλλει σώματος, ὡς οὐδεὶς ἕτερος. ἐξήλαυνε δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀεὶ χιλίας σκευοφορούμενος καμήλους, καὶ δυκαδίας ἁπτικὰς ἐπήγετο παλλακίδων. ἱππεῖς δὲ κατάφρακτοι χίλιοι, πλείονες δὲ τῶν κυφῶν παρέπεμπον. εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας ἱππεῖς ὁμοῦ πελάτας τε καὶ δούλους, μυρίων οὐκ ἀποδεόντας. καὶ γένος μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκέκτητο, βασιλεῖ γενομένῳ Πάρθων ἐπιθήσειν τὸ διάδημα πρῶτος. Ὑρώδου δὲ τοῦτον αὐτὸν ἐξηλαμένον εἰς Πάρθους κατήγαγε, καὶ Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ μεγάλῳ εἷλε, πρῶτος ἐπιβὰς τοῦ τείχους καὶ ῥεψάμενος ἰδίᾳ χειρὶ τοὺς ἀντιστάτας. ὅπου δὲ γεγονὼς ἔτη τριάκοντα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἀνδρείας καὶ συνέσεως δόξαν εἶχε μεγίστην· οἷς οὐκ ἤκισα καὶ τὸν Κράσσον ἔσφηλε διὰ θάρσος καὶ φρόνημα πρῶτον, εἶτα ὑπὸ δέους καὶ συμφορῶν, ταῖς ἀπάταις ἀχειρώτατον γενόμενον. τότε οὖν ὁ βάρβαρος ὡς ἔπεισεν αὐτὸν, ἀποσπάσας τοῦ ποταμοῦ διὰ μέσων ἦγε τῶν πεδίων, ὁδὸν ὑπείκῃ καὶ κούφῃ τὸ πρῶτον, εἶτα μοχθηρὰν, ἄμμου βαθείας ὑποδεχομένης, καὶ πεδίων ἀδένδρων καὶ ἀνύδρων καὶ πρὸς οὐδὲν οὐδαμῆ πέρας ἐφικτὸν ἀφανῆσαι παρομένων· ὥστε μὴ μόνον δίψῃ καὶ χαλεπότητι τῆς πορείας ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ὄψεως ἀπροσμάχητον ἀθυμίαν παρέχειν, οὐ φυτὸν ὁρῶσιν, οὐ ῥεῖθρον, οὐ προβολὴν ὄρους καθιέντος, οὐ πέραν διαβλεπούσαν, ἀλλ' ἀτεχνῶς πελάγους τι χεῦμα θαλασσίου ἐρήμην περιεχόντων τὸν στρατόν. διὸ μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων ὁ δόλος ὕποπτος. ἐπεὶ δὲ καὶ παρὰ Ἀρταυάσδου τοῦ Ἀρμενίου παρῆσαν ἄγγελοι, φράζοντες ὡς πολλῷ σπουδῇ πολέμῳ, ῥυέντος ἐπ' αὐτὸν Ὑρώδου, καὶ πέμπειν μὲν ἐκείνῳ βοήθειαν οὐ δύναται, παραινεῖ δὲ Κράσσῳ, μάλιστα μὲν ἐκεῖ βαδίζειν, καὶ γενόμενον μετ' Ἀρμενίων, ὁμοῦ διαγωνίσασθαι πρὸς τὸν Ὑρώδου· εἰ δὲ μὴ, πορεύεσθαι καὶ στρατοπεδεύειν, ἀεὶ τὰ ἱππάσιμα φεύγοντα, καὶ παρεκχωρεῖν τοῖς ὀρεινοῖς. Κράσσος μὲν οὐδὲν ἀντιγράψας ὑπὸ ὀργῆς καὶ σκαιότητος, ἀπεκείνατο, νῦν μὲν Ἀρμενίοις μὴ βοηθεῖν, αὖθις δὲ ἀφίξεσθαι δίκην ὑπόθησων Ἀρταυάσδῃ τοῦ προδοσίας. οἱ δὲ περὶ Κάσσιον αὖθις ἠγωνίαν, καὶ Κράσσον μὲν ἀθυμοῦντα αὐτοῖς ἐπαύσαντο νουθετοῦντες, ἰδίᾳ δὲ τὸν βάρβαρον ἐλοιδόρουν, Τίς σε δαίμων πονηρὸς, ὦ κάκιστε αὐθέντων, ἤγαγε πρὸς ἡμᾶς; τίσι δὲ φαρμάκοις καὶ γοητείαις ἔπεισας Κράσσον, εἰς ἐρημίαν ἀχανῆ καὶ βυθὸν ἐκχεάντα τὸν στρατιὰν, ὁδὸν ὁδεύειν Νομάδι λησταρχῇ μᾶλλον ἢ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι πρεσβεύουσαν; ὁ δὲ βάρβαρος, αἰνῶν ποικίλος, ἐκείνοις μὲν ἱππόπτων ἐθάρρυνε, καὶ παρεκάλει μικρὸν ἔτι καρτερῆσαι· τοῖς δὲ στρατιώταις, ἅμα συμπαρατέων καὶ παραβοηθῶν, ἐπέσκωπτε μετὰ γέλωτος, Ὑμεῖς δὲ διὰ Καμπανίας ὁδεύειν οἴεσθαι, κρήνας καὶ νάματα, καὶ σκιὰς, καὶ λουτρὰ δημοσία καὶ πανδοκεῖα ποθοῦντες· οὐ μέμνησθε δὲ τῶν Ἀράβων διεξιόντες καὶ Ἀσσυρίων μεθοδείαν; οὕτω μὲν ὁ βάρβαρος διεπαιδαγώγησε τοὺς Ῥωμαίους, καὶ πρὶν ἢ γνῶναι φανερὸς ἐξαπατῶν, ἀφίππευσεν,

A cum Artuasde verò bellaret atque Armeniorum præsidia expugnaret. Verùm qui, meo iudicio, impensè timeret periculum, spectator volebat esse & expectare euentum: Surenam autem priorem præmittere ad periclitandum prælium, & circumueniendos hostes. Neque enim vulgaris vir Surenas erat, sed opibus, genere, autoritate à rege secundus, virtute verò & consilio suæ ætatis Parthorum primus, ad hæc corporis statura eminenti & venustate nemini comparandus. Solus semper iter faciebat mille camelis impedimenta eius portantibus, rhedasque secum B ducentas trahebat pellicum. Equites eum cataphracti mille, leuis armaturæ maior manus comitabatur. Equites in summa, qui essent clientes sui & serui, non minus habebat decem millia. Prærogatiua erat ei antiquitus gentilitia, regi Parthorum designato vt imponeret princeps diadema. Hunc ipsum Hyrodem reduxit exactum in Parthos, ac Seleuciam magnam in potestatem eius redegit, qui in murum euasit primus, hostesque sua manu pepulit. Habebatur id temporis annos nondum natus triginta, consilio atque prudentia primus, quibus artibus potis- C simùm euertit Crassum, ex audacia & confidentia primùm, per pauorem deinde & clades imposturis opportunum. Tunc ergo barbarus, vbi impulit eum, à flumine abstractum mediis duxit campis, via leni & facili initiò, inde succedente alta arena nudisque & sitientibus campis, qui terminari nusquam oculis poterant, odiosa. Nec tantùm sitis & itineris morositas torporem inducebat militibus, sed præbebat etiam prospectus tristitia horrorem, stirpem nullam conspicientibus, non riuum, non montis supercilium se summittentis, non virentem herbam, verùm reuera fluxum quendam marinum vastæ arenæ D exercitum amplectentis. Erat iam vel hinc suspectus dolus. At vbi nuntii quoque ab Armenio Artuasde aduenerunt bello eum graui premi ruente in ipsum Hyrode, ideò mittere non posse illi auxilia, monere autem Crassum, maximè illuc vt se conuertat, iunctisque cum Armeniis copiis vnà decernant cum Hyrode: quòd si non placeat, ita semper incedat, & locum capiat castris, vt regiones declinet equitabiles, & montosas sequatur: Crassus præ stomacho & saturitate nihil rescripsit, sed respondit, Armeniis se in præsentia non vacare, verùm pòst aditurum eos, vt de Ar- E tuasdis proditione expetat pœnas. Porrò Cassius iterum fremuit, & Crassum quidem infensum sibi destitit monere, barbarum verò seorsum increpauit, ac, Quis te malus genius, inquit, homo scelestissime, ad nos adduxit? quibus medicamentis & præstigiis Crassum fascinasti, vt coniecto in vastam & profundam solitudinem exercitu, inter ingrediatur Arabi latronum duci magis quàm imperatori Romano consentaneum? Barbarus, qui versipellis esset, suppliciter agens confirmauit illum, hortatusque est vt paulisper adhuc sustineret. Milites verò simul subueniens & succur- F rens deridebat, Quid vos, num per Campaniam, inquit, iter facere putatis, fontes, riuos, vmbras, balnea scilicet & diuersoria quæritis? Non venit in mentem Arabum & Assyriorum peragrare vos confinium? Ita Romanos barbarus deliniebat, qui priusquam compertus doli esset, aufugit,

non clam Crassum tamen, verùm & hoc ei persuaserat, exercitum se hostium circumuenturum & perturbaturum. Fama est Crassum illo die non (vt solenne Romanis imperatoribus est) paludamento purpureo processisse amictum, sed toga pulla) eamque vbi animaduertit, mutasse: signa autem quædam velut immolita vix magno labore valuisse signiferos conuellere, quos Crassus irridens vrgebat iter, cogens agmen cursum æquare equitum, quousque pauci speculatores accurrentes reliquos nuntiauerunt ab hostibus occisos, se ægrè elapsos, hostes adesse ingenti multitudine & animo ad dimicandum. Ibi omnes perculsi sunt. Crassus planè obstupuit, ac præ properatione non satis sui compos instruxit aciem. Primùm ex Cassii sententia raros ordines legionum, ne circundarentur, quam longissimè per campum produxit, equites distribuit in cornua. Mox consilium mutauit, ac contractis copiis ancipitem aciem & profundam quadratamque fecit. Erant in singulis lateribus duodenæ cohortes. Adiunxit cuique cohorti alam equitum, nequa pars equestri subsidio careret, sed concurreret vndequaque iuxta obseptus. Alterum cornu Cassio, alterum Crasso filio attribuit, ipse in media acie constitit. Ita processerunt ad riuum (Balissus appellatur) non magnum nec largum, verùm, in tanto squalore & æstu per viam reliquam laboriosam & sitientem, gratum tamen eo tempore militibus. Ibi plerique duces castra ponenda & pernoctandum consuerunt explorandumque, quatenus fieri posset, quàm magnæ hostium copiæ essent, & quemadmodum instructæ, inde prima luce in illos mouendum. At Crassus filio suo atque equitibus eius prælium cientibus fretus imperauit vt in acie stantes, quibus liberet, cibum caperent & biberent. Priusquam hoc per omnes ordine factum esset, processit non composito gradu, neque vt ad prælium interquiescens, sed propero & concitato agmine, quoad in conspectu fuere hostes, qui neque numerosi (vt expectabant) neq; pomposi visi Romanis sunt. Nam multitudinem post primam aciem occuluerat Surenas, splendoremque armorum texerat tunicis & sagis pelliceis, quibus edixerat, vt se velarent. Vbi appropinquauerunt, & signum pugnæ sublatum à duce est, primùm graui sonitu atque fremitu terribili compleuerunt campum. Neque enim cornibus aut tubis classicum canunt, sed clauas ex corio concauas æramentis intentas resonantibus pulsant vndique. Hæ fuscum clangorem & dirum edunt velut vlulatu beluino & tonitrui asperitate mistum. Ac rectè aduerterunt ab auditus sensu animum turbari maximè, eiusque ocyssimè cieri affectus, ac potissimùm de statu mentem deiici. Eo strepitu expauescentibus Romanis repentè abiiciunt armorum integumenta. Tum illi rutilare visi galeis loricisque ex Margiano ferro factis coruscante & refulgente. Equi erant æreis & ferreis operti velamentis. Ipse eximia statura Surenas ac pulcherrimus venustatis mollitia opinionem non æquans suæ virtutis, verùm erat potius ad Medorum morem fucata facie & coma redimitus discriminata, quum cæteri Parthi etiam tum Scythico modo horrerent capillo incompto.

A οὐ λαθὼν τὸν Κράσσον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο πείσας ὡς ὑποφράσεται, καὶ ἀναπεράσει τὰ τῶν πολεμίων· λέγεται δὴ τὸν ἡμέρας ἐκείνης τὸν Κράσσον, οὐχ ὥσπερ ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίων στρατηγοῖς, ἐν φοινικίδι προελθεῖν, ἀλλ' ἐν ἱματίῳ μέλανι. καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῦς ἀλλάξαι προνοήσαι τὰ σημεῖα σπίας μόλις, ὥσπερ πεπηγάς, πολλὰ παθόντας ἀπελέσθαι τοὺς φέροντας. ὧν ὁ Κράσσος καταγελῶν ἐπεπάχυνε τὴν πορείαν, προσδιαζόμενος ἀκολουθεῖν τὴν φάλαγγα τοῖς ἱππεῦσι· πρίν γε δὴ τὸν ὀπτὶ κατασκοπῶν ἀποσταλέντων ὀλίγοι προσπελάσαντες ἀπήγγειλαν ἀπολωλέναι τοὺς ἄλλους ὑπὸ τῶν πολεμίων, αὐτοὺς

B δὲ μόλις ἐκφυγεῖν· ὀπτέναι δὲ μαχομένους πλήθει πολλῷ καὶ θάρσει τοὺς ἄνδρας. ἄπορτες μὲν οὖν ἐθορυβήθησαν· ὁ δὲ Κράσσος ἐξεπλάγη πάνυ πάσι, καὶ δεῖ σπουδῆς ὀλίγου καθεστηκὼς παρέπαυσε· πρῶτον μὲν (ὡς οἱ περὶ Κάσσιον ἠξίουν) ἀραιὰν τὴν φάλαγγα τῶν ὁπλιτῶν· ὀπτὶ πλείστον ἀνάγων τὸ πεδίον πρὸς τὰς κυκλώσεις· τοὺς δὲ ἱππεῖς διανέμων τοῖς κέρασιν. ἔπειτα μετέδοξε, καὶ συναγαγὼν, ἀμφίσημον ἐποίησε καὶ βαθὺ πλινθίον, ἐν δώδεκα σπείραις περιερχομένης τὴν πλευρὰν ἑκάστης. πρὸς δὲ τὰς σπείραν, ἴλην ἱππέων ἔταξεν, ὡς μηδὲν ἔχοι μέρος ἐνδεὲς ἱππικῆς βοηθείας, ἀλλὰ πανταχόθεν ὁμαλῶς προσφέροιτο πεφραγμένος. τὴν δὲ κεφάλην τὸ μὲν Κασσίῳ, τὸ δὲ παῖ νέῳ Κράσσῳ παρέδωκεν, αὐτὸς δὲ εἰς μέσον κατέστη. καὶ προελθόντες ὅτως, ὀπτὶ ῥεῖθρον ἦλθον ὃ καλεῖται Βάλισσος, ὀ πολὺ μὲν ἄλλως, οὐδὲ ἄφθονον, ἀσμένοις δὲ τότε τοῖς στρατιώταις φανὲν, ἐν αὐχμῷ καὶ καύματι, καὶ πρὸς τὴν ἄλλην ὀπτὶ πόνον καὶ δύσδρον πορείαν. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν ἡγεμόνων ᾤοντο δεῖν ἐν ταύτῃ κατασταθμιζομένους καὶ νυκτερεύσαντας, καὶ πυθομένους ἐφ' ὅσον οἷόν τε τὸ πλῆθος καὶ τάξιν τῶν πολεμίων, ἅμα ἡμέρᾳ χωρεῖν ἐπ' αὐτοὺς· Κράσσος δὲ τῷ παιδὶ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἱππεῦσιν ἐγκελευομένοις ἄγειν καὶ συνάπτειν, ἐπαρθεὶς, ἐκέλευσεν ἐστῶτας ἐν τάξει φαγεῖν καὶ πιεῖν τοὺς δεομένους. καὶ πρὶν ἢ τοῦτο δι' πάντων διεῖναι καλῶς, ἦλθε δὲ ἀέδιον, οὐδ' ὡς ὀπτὶ μάχην διαναπαύων, ἀλλ' ὀξείᾳ καὶ συντόνῳ χρώμενος τῇ πορείᾳ μέχρις οὗ κατόφθησαν οἱ πολέμιοι πρὸς δόξαν, ὅτε πολλοὶ φανέντες, ὅτε σοβαροὶ τοῖς Ῥωμαίοις. τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ἐπέκρυψε τοῖς πρόσθεν Σουρήνας, τὴν δὲ λαμπρότητα κατέκρυβε τῶν ὅπλων, ἱμάτια καὶ διφθέρας προσάγειν κελεύσας. ὡς δὲ ἐγγὺς ἐλθόντες, καὶ σημεῖον ἦρθη πρὸς τὸν στρατηγόν, πρῶτον μὲν ὀπὶ μπλαῖς φθογγῆς βαρείας καὶ βεβυθοφεικώδους τὸ πεδίον. Πάρδοι γὰρ οὐ κέρασιν, οὐδὲ σάλπιγξιν ἐπορθιάζουσιν ἑαυτοὺς εἰς μάχην, ἀλλὰ ῥόπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα πεπτεινάντες ἠχείοις χαλκοῖς, ἅμα πολλαχόθεν ὀπτὶ δυσπνοῖ. τὰ δὲ φθέγγεται βυθίοντι καὶ δεινὸν, ὠρυγῇ θηριώδει καὶ βαχύτητι βεβιντῆς μεμιγμένον· ὅπως συνεωρακότες ὅτι τὰ αἰσθητηρίων ἀκοὴ, παρακλινεστάτον ὀστὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τὰ περὶ ταύτην πάθη πάνυ κινεῖ, καὶ μάλιστα ἐξίστησι τὴν διάνοιαν. ἐκπεπληγμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀφαιροῦνται τὰ προκαλύμματα τῶν ὅπλων καταβαλόντες, ὤφθησαν αὐτοί τε φλογοειδεῖς, κράνεσι καὶ θώραξι τὸ Μαργιανοῦ σιδήρου στίλβοντες ὀξὺ καὶ περιλαμπές. οἵθ' ἵπποι καταπεφραγμένοι χαλκοῖς καὶ σιδηροῖς ὑφάσμασιν. ὁ δὲ Σουρήνας μέγιστος καὶ κάλλιστος αὐτὸς, τῇ καθ' ἀνδρείαν δόξῃ, τὴν θηλύτητα τοῦ κάλλους οὐκ ἐοικώς, ἀλλὰ Μηδικώτερον ἐσκευασμένος ἐστείμμασι προσώπου καὶ κόμης ἀφανείσι, τῶν ἄλλων Παρθῶν ἔτι Σκυθικῶς ὀπτὶ δὲ φοβερὸν τὴν ἀνασίλλων κομώντων.

καὶ πρῶτον μὲν διενοῦτο τοῖς κοντοῖς εἰσελαύνοντες ὠθεῖν καὶ βιάζεσθαι τοὺς προσπάλους· ὡς δὲ ἑώρων τό, τε βάθος τοῦ συναγωνισμοῦ, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὸ μόνιμον καὶ παρεστηκὸς, ἀπῆγον ὀπίσω· καὶ σκιδνασθαι δοκοῦντες ἅμα καὶ διαλύειν τὴν τάξιν, ἐλάνθανον ἐν κύκλῳ περιβάλλοντες τὸ πλινθίον αὐτῶν. Κράσσος δ' τοὺς φίλους ἐκδραμεῖν κελεύσαντος, οὗτοι μὲν οὐ πολὺ προῆλθον, ἀλλὰ πολλοῖς τοξεύμασιν ἐντυχόντες ταχὺ καὶ συμπαρέντες, αὖθις ἐπεδύοντο τοῖς ὁπλίταις, καὶ παρεῖχον ἀκοσμίας ἀρχὴν καὶ δέος, ὁρῶσι τ' τόνον τῶν οἰκείων καὶ τὴν ῥώμην, ὅπλα τε ῥυγκώντων, καὶ διὰ παντὸς φερομένων ὁμοίως δυπτύπα καὶ μαλακὰ καὶ παγμαλέα. οἱ δὲ Πάρθοι διασάντες, ἐκ μήκους ἤρξαντο τοξεύειν ἅμα πανταχόθεν, οὐ τ' ἀκριβῆ τάξιν, (ἡ γὰρ συνέχεια καὶ πυκνότης τῶν Ῥωμαίων οὐδὲ τὴν βελομένην διαμαρτάνειν ἀνδρὸς παρεῖχεν) δυτόξοις δ' τὰς πληγὰς καὶ βιαίοις διδόντες ἀπὸ τόξων κεραταδῶν καὶ μεγάλων, καὶ τῇ σκολιότητι τῆς καμπῆς ἐναγκασμένον τὸ βέλος ἀποσελλόντων. ἐν οὖν αὐτόθεν ἤδη μορφὴ τῶν Ῥωμαίων. καὶ γὰρ μένοντες ἐν τάξει, συνελαύνοντο, καὶ χωρεῖν ὁμόσε πειρώμενοι, τὸ μὲν πλεῖν ἴσον, ἀπεῖχον, ὁμοίως δ' ἔπασχον. ἐπέφευγον γὰρ ἅμα βάλλοντες οἱ Πάρθοι. καὶ τοῦτο κεφάλαιον ποιοῦσι μετὰ Σκύθας· καὶ σοφώτατόν ἐστιν, ἀμυνομένοις ἔτι τῶν σώζεσθαι τὸ φυγῆς ἀφαιρεῖν τὸ αἰσχρόν. ἄχρι μὲν οὖν ἤλπιζον αὐτοὺς ἐκκεκαμένους τὰ βέλη χρήσεσθαι μάχης, ἢ συνάψειν εἰς χεῖρας, ἐκαρτέρουν· ὡς δ' ἔγνωσαν ὅτι πολλαὶ κάμηλοι παρεστᾶσι τοξευμάτων πλήρεις, ἀφ' ὧν ἐπελαύνοντες οἱ πεζοὶ λαμβάνοιεν, τοῦδε πέρας ὁρῶν ὁ Κράσσος, ἠθύμει· καὶ σκοπεῖν ἐκέλευεν, ἀγγέλους πέμψας πρὸς τὸν υἱόν, ὅπως προσμίξαι βιάσεται τοῖς ἐναντίοις, πρὶν ἢ κυκλωθῆναι. μάλιστα γὰρ ἐκείνῳ προσέπιπτε καὶ πρὸς τὸν κέρας, ὡς κατὰ νώτου θηρασόμενον. λαβὼν οὖν ὁ νεανίας ἱππεῖς τε χιλίους τριακοσίους, (ὧν οἱ χίλιοι παρὰ Καίσαρος ἦσαν) καὶ τοξότας πεντακοσίους, καὶ τῶν ἑπτὰ θυρεοφόρων, ἐκπὸ πτέρας, ἐπεκάλει εἰς ἐμβολήν. τῶν δὲ Πάρθων οἱ περιελαυνόντες, εἴτε σκοπάγμασιν ἐντυχόντες, (ὡς ἔνιοί φασιν) εἴτε λαβεῖν τὸν Κράσσον ἀπατᾶν τοῦ παιδὸς στρατηγοῦντες, ὀπίσω στρέψαντες, ἐδίωκον. ὁ δὲ, βοήσας ὡς οὐ μένουσιν οἱ ἄνδρες, ἤλαυνε, καὶ σὺν αὐτῷ Κλωσωνῖός τε καὶ Μεγάβακχος, ὁ μὲν, εὐψυχίᾳ καὶ ῥώμῃ διαφέρων, Κλωσωνῖος δὲ βουλευτικὸν ἔχων ἀξίωμα, καὶ δεινὸς εἰπεῖν, ἑταῖροι δὲ Κράσσου, καὶ σύμπλησιοι κατ' ἡλικίαν. ἐπιστρωμένων δὲ τῶν ἱππέων, οὐδὲ τὸ πεζὸν ἀπελείπετο προθυμίᾳ καὶ χαρᾷ τῆς ἐλπίδος. νικᾶν γὰρ ᾤοντο καὶ διώκειν, ἄχρις οὗ πολὺ προελθόντες ἤσθοντο τὸν ἀπάτην, μεταβαλλομένων ἅμα τῶν φεύγειν δοκούντων, καὶ πλείονων ἄλλων ἐπιφερομένων. ἐνταῦθα ἔστησαν, οἰόμενοι συνάψειν αὐτοῖς εἰς χεῖρας ὀλίγοις οὖσι τοῖς πολεμίοις· οἱ δὲ, τοὺς καταφράκτους προτάξαντες ἐναντίους τοῖς Ῥωμαίοις, τὸν δ' ἄλλον ἵππον ἄτακτον πρὸς αὐτοὺς ἐλαύνοντες καὶ συνταράττοντες τὸ πεδίον, ἀνίστασαν ἐκ βυθοῦ, φύνας ἄμμου, κονιορτὸν ἐπαγόμενοι ἄπλετον, ὡς μήτε ὁρᾶν ῥαδίως μήτε φθέγγεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, εἰλουμένους δὲ ἐν ὀλίγῳ καὶ συμπίπτοντας ἀλλήλοις, βάλλεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν οὐ ῥᾴδιον οὐδὲ ὀξὺ θάνατον, ἀλλ' ἐπὶ πασμοῦ καὶ ὀδυνῶν δυσφορετοιοῦντας, καὶ κυλινδουμένους πρὸς τοῖς οἴστοις, ἐναποθνήσκειν τοῖς τραύμασι,

A Institerunt primùm infestis hastis antesignanos impellere & mouere. Cæterùm vt altitudinem confertæ aciei & militum videre stabilitatem immobilitatemque, gradum retulerunt. Dissipari autem atque dissoluere ordines quum viderentur, priusquam aduerterent Romani, vndique seipsorum aciei circumfudêre. Quum verò leuem armaturam Crassus procurrere iussisset, haud longè

B sunt progressi, sed grandine sagittarum malè accepti & elanguescentes retrò se in grauem armaturam receperunt, initiumque tumultus & pauoris præbuerunt cernentibus vim & robur iaculorum arma lacerantium, & iuxtà omnia penetrantium, siue dura arma siue molle foret corpus. At Parthi diuulserunt se, cœperuntque eminus vndique sagittare, non exactè dirigentes tela. siquidem efficiebat Romanæ aciei spissitudo ac densitas, vt ne de industria quidem ictu possent aberrare, validasque plagas & violentas incusserunt grandibus atq; firmis arcubus, qui ex tortuosa flexura impellebant magna vi telum. Erant iam hinc res afflictæ Romanorum, quando si ordines seruarent, conuulnerabantur, & si conferre conarentur pedem, quum nihilo magis læderent, pariter ipsi

C infestabantur. quippe fugiebant, atq; interim iaculabantur Parthi: atque id faciunt secundum Scythas peritissimè. quod quidem egregium est commentum, dum pugnant ad euolandum, demendi fugæ turpitudinem. Quousque autem sperauerunt effusis telis temperaturos illos pugna, aut ad manus venturos, pertulerunt Romani. Vt verò cognouerunt multos camelos illis præstò esse sagittis onustos, à quibus circumuecti primi sumebant, neque vidit Crassus finem, obtorpuit, iussitq; per nuntios filio, eniteretur manum cum hostibus antè conserere quàm eum circumuaderent. Illum enim incursabat potissimùm, illique cir-

D cunfundebat se hostium cornu, vt auersum adorirentur. Igitur adolescens mille trecentos equites, ex quibus adduxerat mille à Cæsare, sagittarios quingentos, & ex proximis scutatis octo cohortes orbe facto infestos duxit in hostem. Parthi, qui se circumfundebant, vel quòd in compositam aciem incurrebant (vti dictitant nonnulli) vel artificio molientes vt Publium quamlongissimè retraherent à patre, retrò fugerunt. Ille verò, clamans terga hostes dare, subdit equo calcaria. Sequuntur eum Censorinus & Megabacchus, hic animi celsitudine & vi corporis insignis, ille se-

E natoria dignitate & eloquentia clarus, Crassi sodales & æquales, qui quum traherent secum equites, non concesserunt iis pedites alacritate & spe elati. Vincere enim putabant se & consectari hostes, quoad perceperunt longè progressi dolum, circumagentibus se iis quos fugere putabant, & pluribus aduolantibus aliis. Itaq; substiterunt ibi, rati hostes cum ipsis paucis manus conserturos. Enimuerò cataphractos illi in fronte opposuerũt Romanis, reliquo equitatu incondito circumiecerunt eos, campumque conturbantes cumulos arenæ ex imo excitauerunt. vnde ingens edita est

F pulueris vis, vt nec dispicere commodè Romani nec loqui valerent, volutati autem in angusto atque in se mutuò incurrentes configerentur caderentque, non facili neque celeri morte, sed conuulsione & dolore intolerabili cruciati, iactatique inter iacula, vulneribus immorerentur:

si vero eniterentur, cuspides hamatas, quæ venas & neruos perruperant, elidere, lacerarent insuper & dilaniarent semetipsi. Ita multis occumbentibus, erant etiam superstites ad dimicandum inutiles. Quum hortaretur eos Publius, in cataphractos vt darent impressionem, manus suas ostenderunt scutis affixas pedesque traiectos, & solo adstrictos, vt neque fugere neque valerent præliari. Igitur concitatis equitibus, ipse magna vi intulit se in hostes, dimicauitq; cum iis. Cæterum haud quaquam par erat certamen vel inferendis ictibus vel declinandis. Nam imbecillibus & breuibus lanceis cædebat loricas ex corio crudo confectas vel ferreas, contra præbebat contorum ictibus expedita & nuda corpora Gallorum. His enim fidebat imprimis, horumq; virtute insignia facta edebat: siquidem contos prehendebant, hostesque complexi deturbabant ex equis armorum pondere immobiles. Complures equis suis relictis hostium equos subeuntes ventres eorum fodiebant. Exiliebant illi præ dolore, obterentesque simul sessores & hostes promiscuos, emoriebantur. Præcipue affligebat Gallos æstus & sitis, quorum vtriusque ea gens est impatientissima. Equi pleriq; perierunt in contos infestos admissi. quare coacti sunt ad pedites se recipere. Habebant in medio Publium vulneribus iam grauiter affectum. Conspicati autem in propinquo cliuum sabulosum, eo contenderunt, religatisque in medio equis, foris se clypeis contegebant, atque ita commodius putabant protecturos se aduersus barbaros: verum longe cecidit secus. Vbi enim in plano consistunt, prębent aliquatenus in fronte collocati securitatem posterioribus. Ibi vero ex loci inęqualitate alii aliis editiores, prioribusq; posteriores excelsiores non poterant tela deuitare, sed omnes iuxta figebantur mortem suam deplorantes ingloriam & ignauam. Erant cum Publio Græci duo, qui eo in tractu Carras colebant, Hieronymus & Callimachus. Hi suadebant ei vt cum ipsis subduceret se & confugeret Ischnas oppidum partium Romanarum, quod non procul aberat. Verum ille nullam ait tam acerbam occursuram sibi mortem, cuius ipse metu deserturus esset illos qui sua causa occumberent, iussoq; vt suam ipsi salutem expedirent, complexu dimisit eos. Mox, quod impotens manus esset telo traiecta, latus armigero præbuit & haurire iussit. Pari fato aiunt cecidisse Censorinum. Megabacchus semetipse interemit, similiter nobilissimi quiq;. Residuos subeuntes barbari collem contis confodere pugnantes. Viui non amplius quingenti dicuntur in eorum potestatem venisse. Capite detruncato Publii contenderunt ilico in Crassum. Eius res hoc in statu erant. Postquam filio imperauit inuehere in Parthos, ac quispiam effusam acriter instante Publio fugam esse nuntiasset, cerneret autem sibi obiectos non perinde instare, quod pleriq; eorum illuc cōcurrissent, recepit aliquantulum animi, & conglobatum exercitum ad loca subuexa, retraxit mox regressurum à consectandis hostibus expectās filiū. Qui missi fuerant à Publio, postquā in discrimen venerat, primi à barbaris, in quos inciderūt, trucidati sunt: nouissimi, qui magno labore euaserant, actum esse nuntiauerunt de Publio,

A βίᾳ τε πειρωμένους ἐξέλκειν ἠγκιστρωμένας ἀκίδας· καὶ δεδυκυίας ἀμφὶ φλεβῶν καὶ νεύρων προσαπαρήγνυσθαι, καὶ λυμαίνεσθαι σφᾶς αὐτούς. οὕτω δὲ πολλῶν ἀποθνησκόντων, ἄπρακτοι καὶ οἱ ζῶντες ἦσαν πρὸς ἀλκήν. καὶ τοῦ Πουβλίου τῷ δεξιῷ τρώματι ἐμβαλεῖν εἰς τὸν κατάφρακτον, ἐπεδείκνυσαν, ἑαυτῶν χεῖράς τε θυρεοῖς συμπεπερονημένας, καὶ πόδας ἀμφοτέρους προσπεπαρμένους πρὸς τοὔδαφος· ὥστε καὶ πρὸς φυγὴν ἀμηχάνους εἶναι, καὶ πρὸς ἄμυναν. αὐτὸς δὲ τοὺς ἱππεῖς παρορμήσας, προσέβαλλε μὲν ἐρρωμένως, καὶ συνῆψε τοῖς ἀνδράσιν. ἐν δὲ ἄνισος ἔν τε τῇ πληγῇ, καὶ τῇ φυ-

B λάττεσθαι, πάντων μὲν ἀσθενέσι καὶ μικροῖς δορατίοις θώρακας ὠμοβύρσους καὶ ἀδήρους, παιόμενος δὲ κοντοῖς εἰς ἁλῆν γυμνὰ σώματα τῶν Γαλατῶν. τούτοις γὰρ ἐθάρρει μάλιστα, καὶ μετὰ τούτων ἔργα θαυμαστὰ διεπράττετο. τῶν τε γὰρ κοντῶν ἐπιλαμβάνοντο, καὶ συμπροσπλεκόμενοι τοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῶν ἵππων ἐώθουν, τῇ βαρύτητι τοῦ ὁπλισμοῦ δυσκινήτους ὄντας. πολλοὶ δὲ τοὺς ἑαυτῶν ἀπολιπόντες ἵππους, καὶ δυόμενοι τοῖς ἐκείνων, ἔτυπτον εἰς τὰς γαστέρας· οἱ δὲ ἀνεσκίρτων ὑπὸ ὀδύνης, καὶ συμπατοῦντες ἐν τῷ αὐτῷ τοὺς ἐπιβάτας καὶ τοὺς πολεμίους ἀναπεφυρμένους ἀπέθνησκον, ἐπίεζε δὲ τοὺς

C Γαλάτας μάλιστα τό, τε θάλπος καὶ τὸ δίψος, ἀμφοτέρων ἀήθεις ὄντας· καὶ τῶν ἵππων ἀπολώλεισαν οἱ πλεῖστοι, πρὸς ἐναντίους ἐλαυνόμενοι τοὺς κοντοί. ἐβιάσθησαν οὖν ἀναχωρῆσαι πρὸς τοὺς ὁπλίτας, ἔχοντες τὸν Πόπλιον ὑπὸ τραυμάτων ἤδη κακῶς διακείμενον. ἰδόντες δὲ τινα βυνῶδη πλησίον, ἐχώρουν ἐπ' αὐτοῦ, καὶ τοὺς μὲν ἵππους ἐν μέσῳ κατέδησαν· ἔξωθεν δὲ τοῖς θυρεοῖς συγκλείσαντες, ῥᾴον ἀμύνεσθαι τοὺς βαρβάρους. ἀπέβαινε δὲ τοὐναντίον. ἐν μὲν γὰρ τῷ ὁμόσε, τοῖς ὄπισθεν ἄμφω γέπτως παρέχουσιν οἱ πρόσταικτοι ῥᾳστώνην· ἐκεῖ δὲ ἄλλον ὑπὲρ ἄλλον διὰ τοῦ ἀνωμαλίαν

D ἔχοντος τὸ χωρίου, καὶ μᾶλλον ἀεὶ τὴν κατόπιν ὀξαίροντος, οὐκ ἐδύναντο διαφεύγειν, ἀλλ' ἐβάλλοντο πρότερον ὁμαλῶς, ὀδυρόμενοι τὴν ἀκλεῆ καὶ ἄπρακτον αὐτῶν τελευτήν. ἦσαν δὲ περὶ τὸν Πόπλιον ἄνδρες Ἕλληνες δύο τῶν αὐτόθι κατοικούντων ἐν Καρραῖς, Ἱερώνυμος καὶ Νικόμαχος· οἱ συνέπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν μετ' αὐτῶν, καὶ διαφεύγειν εἰς Ἰσχνάς, πόλιν ἠρημένην τῶν Ῥωμαίων, καὶ οὐ μακρὰν οὖσαν. ὁ δὲ φήσας, οὐδένα δεινὸν οὕτως ἔσεσθαι θάνατον, ὃν φοβηθεὶς Πόπλιος ἀπολείψει τοὺς ἀπολλυμένους δι' αὐτόν, ἐκείνους μὲν ἐκέλευε σώζεσθαι, καὶ δεξιωσάμενος ἀπέλυσεν. αὐτὸς δὲ τῇ

E χειρὶ χρήσασθαι μὴ δυνάμενος (διελήλατο γὰρ βέλος) τὴν ὑπασπίστην ἐκέλευσε παρασχεῖν τὸ ξίφος, τῷ δεξιῷ τὸ πλευρόν. ὁμοίως δὲ καὶ Κένσωρεῖνον ἀποθανεῖν λέγουσι. Μεγάβακχος δὲ αὐτὸν διεχρήσατο, καὶ τῶν ἄλλων οἱ δοκιμώτατοι. τοὺς δὲ ἀπολελειμμένους ἀναβαίνοντες οἱ Πάρθοι τοῖς κοντοῖς διήλαυνον μαχομένους. ζῶντας δὲ τὸ πλείονας ἁλῶναι φασὶ πεντακοσίους, τοὺς δὲ κεφαλὰς τῶν περὶ τὸν Πόπλιον ἀποκείραντες, ἤλαυνον αὐθὶς ἐπὶ τὸν Κράσσον. εἶχε δὲ τὰ κατ' αὐτὸν οὕτως· ὡς ἐκέλευσε τὸν υἱὸν ἐμβαλεῖν τοῖς Πάρθοις, καί τις ἤγγειλεν αὐτῷ μαχομένην ἤδη εἶναι, καὶ δίωξιν ἰσχυρὰν τῶν πολεμίων, ἐώρα δὲ

F καὶ τοὺς καθ' αὐτὸν οὐκέτι προσκειμένους ὁμοίως, (ἐκεῖ γὰρ ἐρρύησαν οἱ πλεῖστοι) μικρὸν ἀνεθάρρησε, καὶ στιβαγὼν ὑπέστειλεν ἐν χωρίοις προσάντεσι τὸν στρατόν, αὐτίκα προσδοκῶν τὸν υἱὸν ἐπανήξειν ἀπὸ τῆς διώξεως. τῶν δὲ πεμφθέντων ὑπὸ τοῦ Πουβλίου πρὸς αὐτόν, ὡς ἐκινδυνεύετο, οἱ μὲν πρῶτοι διεφθάρησαν, ἐμπεσόντες εἰς τοὺς βαρβάρους, οἱ δὲ ὕστεροι, μόγις διαφυγόντες, ἀπήγγελλον οἴχεσθαι τὸν Πόπλιον,

εἰ μὴ ταχεῖα καὶ πολλὴ βοήθεια παρ' ἐκείνου γένοιτο. τὸν δ' Κράσσον ἅμα πολλὰ πάθη κατέχε, καὶ λογισμῷ μὲν, οὐδὲν ἔτι τῶν πραγμάτων ἐώσα, φόβῳ δὲ περὶ τοῦ σύμπαντος ἅμα, καὶ πόθῳ τοῦ παιδὸς, ἐλκόμενος βοηθεῖν, τέλος ὥρμησε προάγειν τὴν δύναμιν. ἐν τούτῳ δὴ οἱ πολέμιοι προσεφέροντο, κλαγγῇ καὶ παιᾶνι, φοβερώτεροι, καὶ πολλὰ τὰ τυμπάνων αὖθις προσεμυκᾶτο τοῖς Ῥωμαίοις, ἑτέρας μάχης ἀρχὴν προσδοκῶσι. οἱ δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ Πόπλιου κομίζοντες ὑπὸ αἰχμῆς ἀναπεπηγῆναι, ἐλίς προσελάσαντες ἀνέδειξαν, ὕβρει πιωθανόμενοι τοκέας αὐτοῦ καὶ γένος. Οὐ γὰρ δὴ πρέπειν γε Κράσσου παῖδ' αἰανδροτάτου καὶ κακίστου γενναῖον οὕτω παῖδα καὶ λαμπρὸν ἀρετῇ γενέσθαι. τοῦτο δ' θέαμα Ῥωμαίων ὑπὲρ ἄπαντα τἄλλα δεινὰ τὰς ψυχὰς κατέκλασε καὶ παρέλυσεν, οὐ θυμοῦ πρὸς ἄμυναν (ὥσπερ ἴσως εἰκὸς) ἀλλὰ φείκης καὶ δέους πᾶσιν ἐγγενομένου, καὶ τοι τόν γε Κράσσον αὐτοῦ λαμπρότατον ἐν τῷ τότε πάθει φανῆναι λέγουσιν. ἐβόα γὰρ ὀπίσω τὰς τάξεις, Ἐμόν, ὦ Ῥωμαῖοι, τοῦτο δ' πένθος ἴδιόν ἐστιν· ἡ δὲ μεγάλη τύχη καὶ δόξα τῆς Ῥώμης ἐν ὑμῖν ἔστηκε σωζομένοις ἄθραυστος καὶ ἀήττητος. εἰ δὲ καὶ ἐμοῦ τίς οἶκτος ἀφῃρημένου παῖδα πολίτων ἄριστον, ὀπιδείξαθε τοῦτο ὀργῇ πρὸς τοὺς πολεμίους· ἀφέλεσθε τὴν χαρὰν αὐτῶν, τιμωρήσασθε τὴν ὠμότητα· μὴ καταπλαγῆτε τοῖς γεγενημένοις, εἰ δεῖ τι καὶ παθεῖν, μεγάλων ἐφιεμένοις. οὐδὲ Λούκουλλος Τιγράνην ἀναιμωτὶ καθεῖλεν, οὐδὲ Σκιπίων Ἀντίοχον. χίλιας δὲ ναῦς οἱ παλαιοὶ περὶ Σικελίαν ἀπώλεσαν· ἐν δὲ Ἰταλίᾳ, πολλοὺς αὐτοκράτορας καὶ στρατηγοὺς ὧν οὐδεὶς προσπεσὼν ἐκώλυσεν αὐτοὺς κρατῆσαι τῶν νενικηκότων. οὐ γὰρ εὐτυχίᾳ τὰ Ῥωμαίων, ἀλλὰ τλημοσύνῃ καὶ ἀρετῇ πρὸς τὰ δεινὰ χωρούντων εἰς τοῦτο προῆλθε δυνάμεως. τοιαῦτα λέγων καὶ παραθαρσύνων ὁ Κράσσος οὐ πολλοὺς ἔσω προθύμους ἐπανεκύησε, ἀλλὰ καὶ σιωπὴν κελεύσας, ἤλεγξε τοῦ στρατοῦ τὴν κατήφειαν, ὡς ἀθενῆ καὶ ὀλίγην καὶ ἀνώμαλον κραυγὴν ἐποιήσατο. ἡ δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων, λαμπρὰ καὶ θρασεῖα κατεῖχε. θαρρούντων δὲ πρὸς ἔργον, οἱ μὲν ἱππόται, πλάγιοι προσελαύνοντες, ἐπόξευον· αὐτοὶ δὲ τοῖς κοντοῖς οἱ πρόσκτοι χρώμενοι, συνέστελλον εἰς ὀλίγον τοὺς Ῥωμαίους, πλὴν ὅσοι τὸν ὑπὸ τῶν τοξευμάτων φεύγοντες θάνατον, ἀπετόλμων παραβόλως εἰς αὐτοὺς φέρεσθαι, μικρὰ μὲν βλάπτοντες, ὀξέως δὲ θνήσκοντες, ὑπὸ τραυμάτων μεγάλων καὶ χαλεπῶν, παχὺ ἐπωθούντων τῷ σιδήρῳ τὸν κοντὸν εἰς τοὺς ἵππους, πολλάκις δὲ καὶ δι' ἀμφοῖν ἀνδρῶν ὑπὸ ῥύμης διαπεπορευμένων. οὕτω διαγωνισάμενοι, νυκτὸς ὀψιούσης ἀπηλλάγησαν· εἰ πόντες, ὅτι Κράσσῳ χαρίζονται νύκτα μίαν ἀποθρηνῆσαι τὸν υἱόν, ἢν ἄρα μὴ βέλτιον ὑπὲρ ἑαυτοῦ σκεψάμενος, ἐλθεῖν μᾶλλον ἐθελήσῃ πρὸς Ἀρσάκην, ἢ κομισθῆναι. οὗτοι μὲν οὖν ἐπαυλισάμενοι πλησίον, ἐν ἐλπίσι μεγάλαις ἦσαν. νὺξ δὲ χαλεπὴ τοῖς Ῥωμαίοις κατελάμβανεν, οὔτε ταφῆς τῶν κειμένων, οὔτε θεραπείας τῶν τραυμάτων καὶ ψυχορραγούντων ποιουμένοις λόγον, ἑκάστου δὲ αὐτὸν ἀποκλαίοντος. ἄφυκτα γὰρ ἐφαίνετο, τήν τε ἡμέραν αὐτοῦ προσμείναντι, καὶ νύκτωρ εἰς πεδίον ἀχανὲς ἐμβάλλοντι. οἵ τε τραυματίαι, πολλὴν ἀπορίαν παρεῖχον, καὶ κομίζειν, ἐμποδὼν τῷ τάχει τῆς φυγῆς ἐσόμενοι, καὶ ἀπολιπεῖν, βοῇ τὴν ἀπόδρασιν ἐξαγγελοῦντες. τοῦ δὲ Κράσσου, καίπερ αἴτιον ἀπόντων νομίζοντες, ἐπόθουν ὄμως τήν τε ὄψιν καὶ τὴν φωνήν.

A nisi mature & firmum subsidium ab ipso mitteretur. Crassus autem multis vno tempore distinebatur motibus, ac consilio iam nihil expediebat, verum metu simul de summa rerum & filii desiderio incitatus ad ei succurrendum, institit deniq; cum exercitu progredi. Interea superuenerunt hostes clangore & victorialibus carminibus formidabiliores, simul crebra tympana iterum obstrepebant Romanis alterius pugnæ exspectantibus exordium. Qui Publii caput suffixum hasta ferebãt, propius aduecti ostentabant id Romanis, ac per ludibrium parentes eius & gentem quærebant. neque
B enim oportere Crassi, patris ignauissimi & fœdissimi, tam fortem & virtute præstantem filium fuisse. Hoc spectaculum supra reliqua omnia acerba animos debilitauit & infregit Romanorum. Neque enim ira ad vindictam (vt docuerat) sed horror tremorque incessit cunctos. At Crassum ferunt in ea acerbitate supra quam ante celsum animum præ se tulisse. Vociferabatur enim circumuectus ordines, Meus est, milites, priuatus hic luctus. Inclyta fortuna & gloria vrbis Romæ in vestra cõsistit incolumitate integra & intacta. Quod si quis meam quoq; vicem dolet omnium optimo filio orbati, id ira in hostes ostendat. Extorquete
C his exultationem, vindicate sæuitiam. Nolite obstupescere acceptis cladibus. Aliquid etiam perpetiendum magna affectantibus. Nec Lucullus Tigranem sine sanguine peruertit, nec Antiochũ Scipio. Mille naues maiores nostri circa Siciliam amisere, in Italia multos imperatores & duces, quorum ante oppressus obstitit nemo, quo minus illi superarent ipsos victores. Neque enim secunda fortuna res Romana, sed tolerantia, & virtute asperis rebus obnitentium ad tantas opes euasit. Dũ hisce dictis eos excitat Crassus, raros animaduertit commoueri. Sed & quum tollere imperas-
D set eis clamorem, animum deiectum exercitus cõperit, vbi languidum & tenuem & inæqualem edidere: à barbaris vero clarus resonabat atq; animorum plenus. Quum iam ad rem gerendam conuertereturtur, equites ex latere obequitantes ingesserunt sagittas, antesignani contis Romanos in angustum coegerunt, nisi qui, ne conficerentur sagittis, temere in illos ausi sunt ruere. Atqui parum hi quidem hosti intulerunt detrimenti, verum celeri fato sunt defuncti, quod ampla vulnera & lethalia ipsis ferro adactus infligeret crassus contus, qui
E subinde duos viros simul ipso impetu transuerberabat. Ita quum essent præliati, appetente nocte receperunt se, iactantes vnam noctem se Crasso largiri ad lugendum filium, nisi rectius saluti suę consulens mauelit ire ad Arsacem quam portari. Atq; hi in propinquo pernoctantes magna in spe erant. At Romanos tristis nox excepit, qui nullam cogitationem sepeliendorum mortuorum, nec curæ vulneratorum, & algore expirantium habebant rationem, sed complorabat semet quisque. Neque enim euadere se videbant posse, siue lucem ibi operirentur, siue in campum se noctu coniicerent vastum. Iam adferebant saucii perplexitatem,
F si auferrentur, fugę celeritatem moraturi, sin relinquerẽtur, fugam vociferatione significaturi. Crassi vero, etsi omnium eum autorem existimarent, conspectum & vocem desiderabant tamen.

Ille vero capite obuoluto in tenebras abdiderat se, vbi exemplum iacebat in vulgus fortunæ, sapientibus præcipitantiæ & ambitionis, cui non satis fuit quod esset in tam immenso hominum numero maximus, sed quod infra duos duntaxat viros existimaretur, omnium se ducebat infimum. Ibi Octauius legatus eius & Cassius conati sunt alleuare & confirmare eum: qui quum plane obtorpuisset, ipsi centuriones & manipulares conuocauerunt, atq;, vbi in concilio visum est capiendam fugam, excitauerunt exercitum sine tuba: ac silentio primum, mox relinqui se debilibus sentientibus ingens tumultus & confusio cum eiulatu & comploratione occupauit castra. Inde perturbatio pauorq; sicut instantibus hostibus inuasit progredientes. Crebro autem deflectendo, crebro aciem struendo, sauciis, qui sequebantur, partim sustollendis, partim deponendis moram interponebant præter trecentos equites, quibuscum Ignatius nocte concubia peruenit Carras ad muros. Ibi Latine appellat excubias. Vbi exaudiere, iussit præfecto Coponio nuntiari ingentem pugnam Crassum cum Parthis commisisse. Nihilo præterea addito, nec qui esset ipse, properauit ad vrbem Zeugma. Seruauit hic quidem suos, sed male audiuit, quod deseruisset imperatorem. Profuit Crasso tamen ea vox ad Coponium coniecta. Intelligens enim infaustam rem nuntiantis tam properam & confusam esse orationem, edixit vt milites extemplo arma caperent, atq; vt primum Crassum accepit venire, occurrens excepit eum, exercitumq; in vtbẽ deduxit. Parthi, quanquam fugam nocte senserũt, haud tamen sunt eos insequuti. Vt vero diluxit, in castra Romana profecti, relictos non intra quatuor millia occuparunt contrucidaueruntq;. Multos in campo palantes exceperunt equitatu. Quatuor simul cohortes, quæ decesserant de via, Varguntinus legatus adhuc nocte auulsit. Has in colle circumuecti pugnantes oppresserunt præter viginti milites. quos strictis gladiis per medios perrumpẽtes admirati, cesserunt eis, & locum dederunt euadendi lento gradu Carras. Porro ad Surenam falsus perlatus rumor est Crassum cum primoribus euolasse: illos qui Carras confluxissent, colluuiem miscellaneam esse nihili hominum. Existimans igitur victoriæ fastigium sibi de manibus elapsum, anceps tamen adhuc & volens rem ipsam cognoscere, quo vel subsisteret ibi & vrbem obsideret, vel Crassum consectaretur omissis Carrenis, summittit quendam ex iis quos secum habebat vtriusque linguæ peritos, imperans ad mœnia vt Latine ipsũ Crassum aut Cassium euocaret, colloqui Surenã cum iis velle. Vbi dicta eius, qui ambas linguas callebat, sunt Crasso annuntiata, accepit oblatum. Mox aduenerunt à barbaris Arabes, qui, quod in castris ante prælium fuissent, prope noscebant de facie Crassum & Cassium. Hi conspecto ex muris Cassio, nuntiauerunt cupere Surenam pacisci cũ ipsis fœdus, & dare, si iungere amicitiam vellent cum rege, incolumitatem, modo excederent Mesopotamia. Id enim è re fore vtriusque partis illum videre, nisi experiri vltima vellent. Quod vbi est Cassius amplexus, locumque & tempus postulauit, quo Surenas & Crassus congressuri essent,

A ὁ δὲ καθ' ἑαυτὸν ἐγκεκαλυμμένος ὑπὸ σκότοις ἔκειτο παράδειγμα τοῖς πολλοῖς, τύχης, τοῖς δὲ δυφεριοῦσιν, ἀβυλίας καὶ φιλοτιμίας· δι' ὧν οὐκ ἠγάπα μὴ πρῶτος ὢν καὶ μέγιστος ἐν μυριάσιν ἀνθρώπων τοσαύταις, ἀλλ' ὅτι δυοῖν μόνον ἀνδρῶν ὕστερος ἐκείνετο, τῷ πρώτῳ ἀποδεῖν νομίζων. τότε δὲ οὖν αὐτὸν Ὀκταούιος ὁ πρεσβευτὴς καὶ Κάσσιος ἀνίσασαν καὶ παρεθάρρυνον. ὡς δ' ἀπηρθρώκει πρὸς πάντας, αὐτοὶ συγκαλέσαντες ἑκατοντάρχας καὶ λοχαγοὺς, ὡς ἔδοξε βυλευομένοις μὴ μένειν, ἀνίσασαν τὸν στρατὸν, ἀνέν σάλπιγγος, καὶ δι' ἡσυχίας τὸ πρῶτον· εἶτ' ἀναθορόντων ὡς ἀπελείποντο τῶν ἀδυνάτων, ἀκοσμία δεινὴ καὶ σύγχυσις, μετ' οἰμωγῆς καὶ βοῆς, τὸ στρατόπεδον κατεῖχεν. ἐκ τούτου δὲ παρεκπὴ καὶ πολία πρεσβείας αὐτοὶ ἐπελάμβανεν, ὡς ἐπιφερομένων τῶν πολεμίων. καὶ πολλάκις μὲν ἐκβεπόλουν, πολλάκις δὲ εἰς τάξιν καθιστάμενοι· τῶν τε τραυματιῶν ὅσοι παρηκολούθουν, τοὺς μὲν ἀναλαμβάνοντες, τοὺς δ' ἀποτιθέμενοι, διατελοῦν εἶχον, πλὴν τριακοσίων ἱππέων, οὓς Ἰγνάτιος ἔχων προσέμιξε τοῖς Κάρραις περὶ μέσας νύκτας. φθεγξάμενος δὲ Ῥωμαϊστὶ τοῖς τειχοφυλακοῦσιν, ὡς ἐπήκουσαν, ἐκέλευσε Κωπωνίῳ τῷ

C ἄρχοντι φράζειν ὅτι γέγονε μάχη μεγάλη Κράσσῳ πρὸς Παρθοῦς. ἄλλο δ' οὐδὲν εἰπὼν, οὐδ' αὐτὸν ὅστις ἦν, ἀπήλαυνεν ὅπερ τὸ ζεῦγμα, καὶ διέσωσε μὲν τοὺς σὺν αὐτῷ, κακῶς δὲ ἤκουσε, καταλιπὼν τὸν στρατηγόν. οὐ μὴν ἀλλ' ὤνησέ γε τὸν Κράσσον ἡ προσειφεῖσα τότε τῷ Κωπωνίῳ φωνή. συμφρονήσας γὰρ ὅτι οὐδὲν χρηστὸν ἀγγέλλειν ἔχοντος, ὅστ' ὀχλος καὶ τὸ συγκεχυμένον τοῦ λόγου, παρήγγειλεν αὐθὶς ὁπλίζεσθαι τοὺς στρατιώτας. καὶ ἅμα τῷ πρῶτον ἀφικέσθαι τὸν Κράσσον ἐν ὁδῷ γεγενημένον, ἀπαντήσας, ἀνελάμβανε καὶ παρέπεμπε τὴν στρατιὰν εἰς τὴν πόλιν. οἱ δὲ Πάρθοι, νυκτὸς μὲν ἀναθόμενοι

D τὴν ἀπόδρασιν, οὐκ ἐδίωκον, ἅμα δὲ ἡμέρᾳ, τοὺς μὲν ἐν τῷ στρατοπέδῳ καταλειφθέντας, τοὺς μείους τετρακισχιλίων, ἐπελθόντες ἀπέσφαξαν· ἐν δὲ τῷ πεδίῳ πλανωμένους πολλοὺς ἱππασάμενοι συνέλαβον. πέντε δὲ ὁμοῦ σπείρας ἐπὶ νυκτὸς ἀπέρρηξε Βαργουντῖνος ὁ πρεσβευτὴς, ἐκπεσούσας τῆς ὁδοῦ· οἃς περιόντες ἔν τινι λόφῳ, διέφθειραν ἀμυνομένας, πλὴν ἀνδρῶν εἴκοσι. τούτους δὲ γυμνοῖς τοῖς ξίφεσιν ὠθουμένους δι' αὐτῶν θαυμάσαντες, εἶξαν, καὶ διέξοδον ἀποδοῦσι βάδην εἰς τὰς Κάρρας ἐδίδοσαν. τῷ δὲ Σουρήνᾳ προσέπεσε ψευδὴς λόγος, ἐκπεφευγότας Κράσσον μετὰ τῶν ἀρίστων·

E δὲ εἰς Κάρρας συνερρυηκότα ὄχλον, ἐπὶ σύμμικτον ἐκ ἀξίων σπουδῆς ἀνθρώπων. οἰόμενος οὖν ἀποβεβληκέναι τὸ νίκης τέλος, ἔτι δὲ ἀμφιδοξῶν, καὶ μαθεῖν βουλόμενος τὸ ἀληθὲς, ὅπως ἢ πρεσβευόμενον ἐν τῷ πολιορκίᾳ, ἢ Κράσσον διώκοι, χαίρειν ἐάσας Καρρίνοις, ἐπέπεμπε τινὰ τῶν παρ' αὐτῷ διγλώττων πρὸς τὰ τείχη, κελεύσας ἑνὶ Ῥωμαϊκῷ προσλέκτον, καλεῖν Κράσσον αὐτὸν ἢ Κάσσιον, ὡς Σουρήνᾳ προσλόγων ἐθέλοντος αὐτοῖς συγγενέσθαι. τοῦτο τοῦ διγλώττου φράσαντος, ὡς ἀπηγγέλη τοῖς περὶ Κράσσον, ἐδέχοντο τὰς προσκλήσεις, καὶ μετὰ μικρὸν ἦκον ἀπὸ τῶν βαρβάρων Ἄραβες, οἱ Κράσσον καὶ Κάσσιον ἀπ' ὄψεως ἐγνώριζον, ἐν τῷ στραβοπέδῳ πρὸς τῇ μάχῃ γεγενότες. οἱ δὲ τὸν Κάσσιον ἰδόντες ἀπὸ τοῦ τείχους, ἔλεγον ὅτι Σουρήνας πέμπεται, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς φίλοις οὖσι τοῦ χρόνου λυσιτελὲς ἀμφοτέροις, περὶ τῆς ἐφάτης ἀνάγκης δεξαμένου τοῦ Κάσσιου, καὶ τόπον ὁρισθῆναι καὶ χρόνον ἀξιοῦντος ἐν ᾧ συνιάσι Σουρήνας καὶ Κράσσος,

βασιλέως σώζεσθαι, Μεσοποταμίαν ἐκλιποῦσι.

οὕτω φάμενοι ποιήσειν, ἀπήλαυνον. ἡδεῖς οὖν ὁ Σουρήνας ὅτι τῷ τοὺς ἄνδρας ἐνέχεσθαι τῇ πολιορκίᾳ, μεθ' ἡμέραν ἐπῆγε τοῖς Πάρθοις, πολλὰ καθυβρίζοντας, καὶ κελεύοντας, εἰ βούλονται τυχεῖν ἀπονδῶν Ῥωμαῖοι, Κράσσον ἐγχειρίσαι σφίσι καὶ Κάσσιον δεδεμένους. οἱ δ' ἠθροίζοντο μὲν ἠπατημένοι, μάχεσθαι δ' καὶ κενὰς τὰς Ἀρμενίων ἐλπίδας καταβάλλειν τῷ Κράσσῳ φράσαντες, ἔχοντο δρασμοῦ. καὶ τοῦτ' ἔδει μηδένα πρὸ καιροῦ Καρρήνων πυθέσθαι. πιστάνεται δ' ὁ πάντων ἀπιστότατος Ἀνδρόμαχος, ὑπὸ Κράσσου καὶ τοῦτο πιστευθεὶς, τῆς ὁδοῦ τὴν ἡγεμονίαν. οὐδὲν οὖν ἔλαθε τοὺς Πάρθους, ἐξαγγέλλοντος τοῦ Ἀνδρομάχου καθ' ἕκαστον. ἐπεὶ δ' νυκτομαχεῖν οὐ πάτριον αὐτοῖς ἐστιν οὐδὲ ῥᾴδιον, ὄξηει δὲ νύκτωρ ὁ Κράσσος, ὅπως μὴ καθυστερήσωσι πολὺ τῇ διώξει, στρατηγῶν δ' Ἀνδρόμαχος ἄλλοτε ἄλλας ὁδοὺς ὑφηγεῖτο. καὶ τέλος ἐξέτρεψεν εἰς ἕλη βαθέα καὶ χωρία πάφρων μεστὰ τὴν πορείαν χαλεπὴν καὶ πολυπλανῆ διωμνύοις τοῖς ἐπισπωμένοις. ἐδόκουν γὰρ τινες, οἱ μηδὲν ὑγιὲς τὸν Ἀνδρόμαχον στρέφειν καὶ παρελίττειν εἰκάσαντες, οὐκ ἠκολούθησαν· ἀλλὰ Κάσσιος μὲν ἐπανῆλθεν εἰς Κάρρας πάλιν, καὶ τῶν ὁδηγῶν (Ἄραβες δ' ἦσαν) ἀναμένειν κελευόντων ἄχρις οὗ σελήνη παραλλάξῃ τὸν σκορπίον, Ἀλλ' ἔγωγε (εἰπὼν) ἔτι τούτου μᾶλλον φοβοῦμαι τὸ ἑξήκοντα, ἀπήλαυνεν εἰς Ἀσσυρίαν μετ' ἱππέων πεντακοσίων. ἄλλοι δὲ χρησάμενοι πιστοῖς ὁδηγοῖς ἐλάβοντο χωρίων ὀρεινῶν, ἃ καλεῖται Σίννακα, καὶ κατέσχον σὺν ἀσφαλεῖ τοῦ ἡμέρας. οὗτοι τοὺς πεντακισχιλίους ἦσαν, ἡγεῖτο δ' αὐτῶν ἀνὴρ ἀγαθὸς Ὀκταούιος. τὸν δὲ Κράσσον ἡμέρα κατελάμβανεν ὑπεξελθόμενον ὑπὸ Ἀνδρομάχου τοῖς δυσχωρίαις καὶ τὸ ἕλος. ἦσαν δὲ τέσσαρες σπεῖραι σὺν αὐτῷ θυρεοφόρων, ἱππεῖς δὲ πάντες ὀλίγοι, καὶ πέντε ῥαβδοῦχοι· μεθ' ὧν ὑπὸ πόνου εἰς τὴν ὁδὸν καὶ μόλις καταστάς, ἤδη τῶν πολεμίων ἐπικειμένων ὅσον δώδεκα σταδίους ἀπολιπὼν τοῦ συμμίξαι τοῖς περὶ τὸν Ὀκταούιον, ἐπ' ἄλλον ἀναφεύγει λόφον, οὐχ οὕτω μὲν ἄφιππον οὐδ' ὀχυρόν, ὑποκείμενον δὲ τοῖς Σιννάκοις καὶ συνηρτημένον αὐχένι μακρῷ διὰ μέσου κατατείνοντι τοῦ πεδίου πρὸς τοῦτον. ἐν οὖν ὄψει τοῖς περὶ τὸν Ὀκταούιον ὁ κίνδυνος αὐτοῦ· καὶ πρῶτος Ὀκταούιος ἔδραμε μετ' ὀλίγων ἄνωθεν ἐπιβοηθῶν· εἶτα οἱ λοιποὶ κακίσαντες ἑαυτοὺς ἐπεφέροντο· καὶ προσπεσόντες καὶ ὠσάμενοι τοὺς πολεμίους ἀπὸ τοῦ λόφου, περιέχουν σὺν μέσῳ τὸν Κράσσον, καὶ περιεβάλοντο τοῖς θυρεοῖς, μεγαληγορεῖν τῶν, ὡς οὐκ ἔστι Πάρθοις βέλος ὃ προσπεσεῖται τοῦ σώματι τοῦ αὐτοκράτορος πρὶν ἢ σφᾶς ἀπολέσας ὑπὲρ αὐτοῦ μαχομένους ἀποθανεῖν. ὁρῶν οὖν ὁ Σουρήνας τοὺς τε Πάρθους ἀμβλυτέρους ἤδη κινδυνεύοντας, καὶ λόφον ἥτε νυξὶ ἐπίσχῃ, καὶ τὸ ὁρῶν οἱ Ῥωμαῖοι λάβωνται, πάντα πάσιν ἀδοξοῦν ἐσομένους ἀληθῶς, ἔπεμψε τοῦ Κράσσου δόλον. ἀφεῖθησαν μὲν γὰρ ἔνιοι τῶν αἰχμαλώτων, ἀκηκοότες σὺν τῷ στρατοπέδῳ τῶν βαρβάρων πρὸς ἀλλήλους ἐπιτηδὲς διαλεγομένων, ὡς οὐ βούλεται βασιλεὺς ἀπονδὶ αὐτοῦ τὸν πόλεμον εἶναι πρὸς Ῥωμαίους, τὸν δὲ φίλον αὐ ἀναλαβεῖν χάριν, Κράσσῳ χρησάμενος φιλανθρώπῳ. ἔχοντος δὲ μάχης οἱ βάρβαροι, Σουρήνας δὲ μόνος τῶν ἀρίστων προσελάσας ἀτρέμα τοῦ λόφου, οὐ μὴν πόξυ τὸν τόνον αἴνησε, τὴν δὲ δεξιὰν προὔτεινε. καλεῖ δὲ τὸν Κράσσον ὅτι συμβάσεις, εἰπὼν ὅτι τῆς μὲν ἀνδρείας καὶ δυνάμεως ἄκοντος πεπείρανται βασιλέως, προθύμου δὲ αὐτοῖς καὶ φιλοφρονοῦντος ἔχων ὑπεδείκνυται, πανδήμους ἀποδοῦναι καὶ παρέχων σώζεσθαι.

A præfiniri, ita facturos se fati regrediuntur. Surenas igitur, quod implicatus Crassus obsidioni esset, exultans postero die admouit Parthos oppido vehementer insultantes Romanis imperantesq; si cupiant inducias obtinere, vt Crassum & Cassium dederent sibi vinctos. Fremuerunt hi impositum sibi esse, mittendamque longinquam & inanem subsidii Armeniorum spem Crasso dicentes, fugam intenderunt. Id quum nullum Carrenorum intelligere ante tempus oportuisset, intelligit ex Crasso perfidissimus omnium Andromachus, quem insuper delegit itineris ducem. Itaque nihil
B Parthos fefellit enuntiante singula Andromacho. Quia vero Parthis de nocte pugnare nefas est & difficile, Crassus autem nocte mouit, ne multo serius insequerentur machinans Andromachus, duxit eos aliis atque aliis viis. Postremo in profundas paludes & loca fossis concisa deflexit, iter laboriosum & cæcum sequentibus. Erant enim nonnulli qui, ex ambagibus & circumflexionibus Andromachi nihil sani coniicientes, nollent eũ sequi. verum Cassius retulit se Carras. Ducibus itineris (Arabes hi erant) vt operiretur monentibus eum, dum esset scorpionem luna præteruecta, Atqui sagittarium ego, inquit, magis quam
C hunc exhorresco. Ita cum equitibus quingentis abripuit se in Assyriam. Alii fidos nacti duces, loca montosa, quæ Sinnaca dicuntur, ceperunt, peruenerunt q; ante lucem in tutum. Hi erant quinq; millia, quibus vir fortis præerat Octauius. Crassum Andromachi insidiis implicatum in locis illis difficilibus & palude occupauit dies. Habebat secum cohortes legionariorum quatuor, equites plane paucos, & quinque lictores. quibuscum magno labore tandem in viam peruenit incumbentibus iam hostibus. qui quum non plus mille
D quingentos passus abesset, quo minus se coniungeret cum Octauio, in alium collem confugit non perinde inequitabilem vel munitum, subiectum tamen Sinnacis, ac longo dorso per medium exporrecto campum cum illo commissum. Igitur erat in conspectu Octauii illius periculum. Princeps autem cum paucis decurrit Octauius ad opem ei ferendam. Mox reliqui semetipsi insectantes aduolant, factaq; impressione deiiciunt ex cliuo hostes, ac Crassum in medio sepiunt, circumiiciuntque eum scutis, nullum telum iactantes Parthis esse quod ante attacturum corpus imperatoris esset quam ipsi pro eo propugnantes
E omnes occubuissent. Considerans ergo Parthos Surenas segnius pugnare, &, si nox ipsos oppressisset, tenuissentque Romani montes, plane fore eos explicatos, dolum nectit Crasso. Captiuos aliquot dimisit, qui Parthos in castris audiuerant ex composito colloquentes, nolle bellum sibi regem cum Romanis internecinum, verum amicitiam beneficio velle redintegrare, benigne cum Crasso agendo. Simul sustinuerunt barbari prælium. Surenas autem cum principibus ad collem sensim aduectus, neruum
F arcus remittit, dextram protendit, Crassum ad paciscendum inuitat, inuito rege ferens se virtutem & potentiam eius ipsis ostendisse, nunc lenitatem & benignitatem vltro velle induciis faciendis & salute concedenda abeuntibus ostendere.

Verba Surenæ cæteri magno cum assensu audiuere, maioremque in modum erexerunt animos. At Crassus, qui nusquam non impostura eorum circumuentus impegisset, & mutationis repentinæ arbitraretur nullam subesse causam, nolebat auscultare, sed deliberabat. Cæterum vbi milites conclamantes voluerunt vt colloqueretur cum Surena, inde conuitia & probra ei ingesserunt, quod obiiceret se ad pugnandum cum illis, quibuscum congredi ipse inermibus non sustineret ad colloquium, tentauit primum orare ac docere eos, si quod superesset diei pertulissent, posse nocte ipsos ad loca montosa & aspera recipere se. Ostendit viam, hortatusque est ne propinquæ salutis abiicerent spem. Vt vero infensi & armis concrepantes sunt ei comminati, exterritus pergit ad hostes, ac tantum ait conuersus, Vos, Octaui & Petroni, & quotquot adestis præfecti Romani, itineris mei cernitis necessitatem, & testes estis indigne me & violenter tractari: verum cæteris mortalibus omnibus nuntiate, vbi incolumes fueritis, deceptum ab hostibus Crassum, non à ciuibus deditum ad supplicium perisse. Non hæsit tamen illic Octauius, verum descendentem de colle est comitatus. lictores sequentes abegit Crassus. Primi ex barbaris occurrerunt duo semigræci, qui Crassum ex equis desilientes adorauerunt, ac Græce appellantes dixerunt ei, vt certos premitteret, quibus Surenas se comitesque suos inermes ostenderet & pacatos accedere. His quum respondisset Crassus, si vel minimam vitæ suæ rationem haberet, non facturum se fuisse ipsis vt committeret se: duos Roscios fratres misit percunctatum super quibus conditionibus, & quot conuenirent. quos extemplo correptos Surenas detinuit, atque eum primoribus equo aduectus, Quid hoc rei est, inquit, pedes Romanus imperator, & nos equo vehimur? Simul iussit adduci ei equum. Quum respondisset Crassus neque se peccare neque ipsum, quod congrederentur more vterque patrio: iam tum Hyrodi regi cum Romanis ait fœdus & pacem esse, verum ad leges scribendas progrediendum ad fluuium. Neque enim fœderum, inquit, vos Romani memores estis: porrexitque ei dexteram. Iubente Crasso equum adduci, negauit ille opus esse. Nam rex, inquit, hunc tibi donat. Simul admotus Crasso equus est aureis exornatus phaleris, stratoresque sustulerunt eum in equum, & assectati sunt verberibus equum concitantes. Ibi Octauius primus arripuit frænum, & secundum illum vnus ex tribunis Petronius, mox reliqui circumfusi inhibere parauerunt equum atque illos qui ex vtraque parte vrgebant Crassum retrahere. Tum impulsu sequuto & tumultuatione, mox verberibus, stricto Octauius gladio occidit vnius barbari equisonem, alius Octauium, à tergo feriens. Petronius non habebat scutum. Hic percussus in loricam resiliit ab equo illæsus. Crassum Parthus Pomaxæthres nomine interfecit. Id alii negant, alium autem asserunt percussorem fuisse. hunc vero iacentis caput & dexteram detruncasse. Cæterum hæc coniectura potius quam certa veritate feruntur, quando qui præsentes erant, partim pugnantes circa Crassum confossi sunt, partim confestim in collem recurrere.

A Ταῦτα τοῦ Σουρήνα λέγοντος, οἱ μὲν ἄλλοι προθύμως ἐδέξαντο, καὶ παρεκελεύοντο. ὁ δὲ Κράσσος, οὐδὲν ὅ, τι μὴ δι' ἀπάτης ἐσφαλμένος ὑπ' αὐτῶν, καὶ δι' αἰφνίδιον τῆς μεταβολῆς ἄλογον ἡγούμενος, οὐχ ὑπήκουεν, ἀλλ' ἐβουλεύετο. τῶν δὲ στρατιωτῶν βοώντων καὶ κελευόντων, εἶτα λοιδορούντων καὶ κατηγόρων, ὡς παραβάλλοντα μαχουμένοις ἄνευ οἷς αὐτὸς ἀνόπλοις εἰς λόγους οὐθαρρεῖ συνελθεῖν, πρῶτον μὲν ἐπειρᾶτο δεῖσθαι, καὶ λέγειν ὅτι τὸ λειπόμενον μέρος τῆς ἡμέρας διαφυλάξαντες ἐν τοῖς ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι, δύνανται διὰ νυκτὸς ἰέναι, καὶ τὴν ὁδὸν ἐδείκνυε, καὶ παρεκάλει τὴν ἐλ-
B πίδα μὴ προέσθαι τῆς σωτηρίας ἐγγὺς οὔσης. ὡς δὲ χαλεπαίνοντες αὐτῷ, καὶ τὰ ὅπλα κρούοντες ἠπείλουν, φοβηθεὶς ἐχώρει· καὶ τοσοῦτον εἶπε μεταστρεφεὶς, Ὀκταούιε καὶ Πετρώνιε, καὶ ὅσοι πάρεστε Ῥωμαίων ἄρχοντες, ὑμεῖς ὁρᾶτε τὴν ἐμὴν ὁδοῦ τὴν ἀνάγκην, καὶ σώιζετε παρόντες ὡς αἰσχρὰ πάσχω καὶ βίαια· τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις λέγετε σωθέντες, ὡς Κράσσος ἀπατηθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, οὐκ ἐκδοθεὶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀπώλετο. οὐ μὴν ἔμειναι οἱ περὶ τὸν Ὀκταούιον, ἀλλὰ συγκατέβαινον ἀπὸ τοῦ λόφου. τοὺς δὲ ῥαβδούχους ἑπομένους ὁ Κράσσος ἐπήλασε. πρῶτοι
C δὲ τῶν βαρβάρων ἀπήντησαν αὐτῷ, δύο μιξέλληνες· οἱ καὶ προσεκύνησαν τὸν Κράσσον ἀπὸ τῶν ἵππων ἁλόμενοι. καὶ προσαγορεύσαντες Ἑλλάδι φωνῇ, παρεκάλουν πρέσβεις τινάς, οἷς ἐπιδείξεται Σουρήνας ἑαυτὸν καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀόπλους καὶ ἀσπόνδους προσερχομένους. ὁ δὲ Κράσσος ἀπεκρίνατο μὴ ὡς εἰ καὶ τὸν ἐλάχιστον εἶχε τοῦ ζῆν λόγον, οὐκ ἂν εἰς χεῖρας αὐτοῖς ἦλθεν· δύο δὲ Ῥωσκίους ἀδελφοὺς ἔπεμψε πυθομένους ἐπὶ τίσι καὶ πόσοι συνίασιν. οὓς αὐθὶς συλλαβὼν ὁ Σουρήνας κατέχει, αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν ἀείστων ἱππότης προσῄει, καὶ, Τί τοῦτο; (ἔφη) πεζὸς ὁ Ῥω-
D μαίων αὐτοκράτωρ, ἡμεῖς δὲ ὀχούμεθα; καὶ προσαγαγεῖν ἐκέλευσεν ἵππον αὐτῷ. τοῦ δὲ Κράσσου φήσαντος, οὔτε αὐτὸν ἁμαρτάνειν, οὔτ' ἐκεῖνον, ὡς ἑκατέρῳ πάτριον ἐστι πιστεύοντι τὴν σύνοδον· εἶναι μὲν αὐτόθεν ἔφη σπονδὰς καὶ εἰρήνην ὁ Σουρήνας Ὑρώδῃ τε βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις. δεῖν δὲ γράφεσθαι τὰς συνθήκας, ὅπῃ τὸν ποταμὸν προσελθόντας. Οὐ γὰρ ὑμεῖς γε (ἔφη) μνήμονες ὁμολογιῶν, οἱ Ῥωμαῖοι. καὶ προσύτεινε τὴν δεξιὰν αὐτῷ. μεταπεμπομένου δὲ ἵππον, οὐδὲν ἔφη δεῖν. βασιλεὺς γὰρ σοι δίδωσι τοῦτον. ἅμα δὲ ἵππος τῷ Κράσσῳ παρέστη χρυσοχάλινος, οἵ τε
E ἀναβολεῖς αὐτὸν ἀειράμενοι παρεβίβασαν, καὶ παρείποντο, πληγῇ τὸν ἵππον ὀπισθοχωροῦντες. Ὀκταούιος δὲ πρῶτος ἀπιλαμβάνεται τῶν χαλινῶν, καὶ μετ' ἐκεῖνον, εἷς τῶν χιλιάρχων, Πετρώνιος, εἶτα οἱ λοιποὶ προεῖσαντο, τόν τε ἵππον διωκόντων πειρώμενοι, καὶ τοὺς περιοιστῶτας Κράσσον ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀφέλκοντες. ὠθισμοῦ δὲ γινομένου καὶ παραχῆς, εἶτα πληγῶν, Ὀκταούιος μὲν διαστάσας τὸ ξίφος, ἑνὸς τῶν βαρβάρων κτείνει τὸν ἱπποκόμον· ἕτερος δὲ τὸν Ὀκταούιον, ἐκ τῶν ὄπισθεν παταξας. Πετρώνιος δὲ ὅπλου μὲν οὐκ ἐπόρισεν, εἰς δὲ τὸν θώρακα πληγεὶς, ἀπεπήδησεν
F ἀπὸ τοῦ ἵππου ἄτρωτος. τὸν δὲ Κράσσον, ὄνομα Πομαξάθρης Πέρσης ἀπέκτεινεν. οἱ δὲ οὔφασιν, ἀλλ' ἕτερον μὲν εἶναι τὸν ἀποκτείναντα· πολὺν δὲ χρόνον τὴν κεφαλὴν ἀποκόψαι καὶ τὴν δεξιάν. εἰκάζεται δὲ ταῦτα μᾶλλον ἢ γινώσκεται. τῶν γὰρ παρόντων οἱ μὲν ἐκεῖ μαχόμενοι περὶ τὸν Κράσσον αἱρεθέντες, οἱ δ' αὐθὶς ἀνεπήδησαν ὅπῃ τὸν λόφον.

ἐπελθόντων τῶν Πάρθων, καὶ λεγόντων ὅτι Κράσσος μὲν δίκην ἔδωκε, τοῖς δ' ἄλλοις κελεύει Σουρήνας καταίειν θαρρούσας, οἱ μὲν συνεχέρησαν αὐτοῖς καταβαίνοντες, οἱ δ', τῆς νυκτὸς ἐσπάρησαν, καὶ τούτων ὀλίγοι παντάπασι διεσώθησαν· τοῖς δ' ἄλλοις ἀκροβολίζοντες οἱ Ἄραβες συνελάμβανον καὶ διέφθειρον. λέγονται δ' οἱ πάντες, δισμύριοι μὲν ἀποθανεῖν, μύριοι δ' ἁλόντες ζῶντες. ὁ δ' Σουρήνας τὴν κεφαλὴν τοῦ Κράσσου καὶ τὴν χεῖρα πρὸς Ὑρώδην ἔπεμψεν εἰς Ἀρμενίαν, αὐτὸς δέ, θραδεῖς λόγον περὶ ἀγγέλων, εἰς Σελευκείαν ὡς ζῶντα Κράσσον ἄγοιτο, παρεσκευάζετο πομπήν τινα γελοίαν, ὕβρει προσαγορεύων θρίαμβον. ὁ μὲν γὰρ ἐμφερέστατος Κράσσῳ τῶν αἰχμαλώτων, Γάϊος Πακκιανός, ἐσθῆτα βαρβαρικὴν ἐνδύς, καὶ διδασκαλικὸς ὢν, καὶ Κράσσος ὑπακούειν καὶ αὐτοκράτορα τοῖς καλοῦσιν, ἐφ' ἵππου κομιζόμενος ἤγετο. πρὸ αὐτοῦ δ' σαλπιγκταὶ καὶ ῥαβδοῦχοί τινες ὀχούμενοι καμήλοις ἤλαυνον. ἐξήρτητο δὲ τῶν ῥάβδων βαλάντια, καὶ πρὸς τοῖς πελέκεσι προσέφατοι κεφαλαὶ Ῥωμαίων ἀποτετμημέναι. κατόπιν δ' εἵποντο Σελευκειάδες ἑταῖραι μουσουργοί, πολλὰ βωμολόχα καὶ γελοῖα δι' ἀσμάτων εἰς θηλύτητα καὶ δυσωδίαν τοῦ Κράσσου λέγουσαι. ταῦτα μὲν οὖν πάντες ἐθεῶντο. τὴν δ' γεγουσίαν τῶν Σελευκέων ἀθροίσας, εἰσήνεγκεν ἀκόλαστα βιβλία τῶν Ἀριστείδου Μιλησιακῶν· ἅτε ταῦτά γε καταψευσάμενος. εὑρέθη γὰρ ἐν τοῖς Ῥουσίου σκευοφόροις. καὶ παρέχει τὸν Σουρήνα καθυβρίσαι πολλὰ καὶ κατασκώψαι τοὺς Ῥωμαίους, εἰ μὴ δὲ πολεμοῦντες ἀπέχεσθαι τοσούτων καὶ γραμμάτων δοκοῦσι τοιούτων. τοῖς μέντοι Σελευκέσι ἐδόκει σοφὸς ἀνὴρ Αἴσωπος εἶναι, τὸν Σύραιν ὁρῶσι τὴν μὲν τῶν Μιλησιακῶν ἀκολασημάτων πήραν ὀξηρτημένον τοῦ ὤμου, ὄπισθεν δ' Παρθικὴν Σύβαριν ἐφελκόμενον ἐν τοσαύταις παλλακίδων ἀμάξαις, ἔνθεν τινὰ τῆς λεγομένης ἐχίδνας καὶ σκυτάλας δυτιμόρφους, τὰ μὲν ἐμφαίνοντα καὶ τοῦ θήλεος μέρη, φοβερὰ καὶ θηριώδη, δέρασι καὶ τόξοις καὶ ἵππους προβαλλομένου, κατ' οὐρὰν δ' τῆς φάλαγγος, εἰς πόρνας καὶ κρόταλα καὶ ψάλμοις καὶ πωνυχίδας ἀκολάστοις μετὰ γυναικῶν τελουμένας. ψεκτὸς μὲν γὰρ ὁ Ῥούσιος, αἰσχυνθεὶς δ' Πάρθοι τὰ Μιλησιακὰ φέροντες, ὧν πολλοὶ βεβασιλεύκασιν, οὐκ Μιλησίων καὶ Ἰωνίδων ἑταιρῶν γεγενότες, Ἀρσακίδαι. τούτων δὲ πραττομένων, Ὑρώδης ἐτύγχανεν ἤδη διηλλαγμένος Ἀρταουάσδῃ τῷ Ἀρμενίῳ, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ γυναῖκα Πακόρῳ τῷ παιδὶ καθωμολογημένος· ἑστιάσεις τε καὶ πότοι δι' ἀλλήλων ἦσαν αὐλοῖς, καὶ πολλὰ παρεισήγετο τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀκουσμάτων. ἐν γὰρ οὔτε φωνῆς οὔτε γραμμάτων Ὑρώδης Ἑλληνικῶν ἄπειρος. ὁ δ' Ἀρταουάσδης καὶ τραγῳδίας ἐποίει, καὶ λόγους ἔγραφε καὶ ἱστορίας, ὧν ἔνιοι διασώζονται. τῆς δ' κεφαλῆς τοῦ Κράσσου κομισθείσης ὅτι θύρας, ἐπηρμένα μὲν ἦσαν αἱ τράπεζαι· τραγῳδιῶν δ' ὑποκριτὴς, Ἰάσων ὄνομα, Τραλλιανός, ἦδεν Εὐριπίδου Βακχῶν τὰ περὶ τὴν Ἀγαύην. εὐδοκιμοῦντος δ' αὐτοῦ, Σιλλάκης ὑπεξὰς ὑπὸ ἀνδρῶνι καὶ προσκυνήσας, προεβάλλετο εἰς μέσον τοῦ Κράσσου τὴν κεφαλὴν, κρότον δὲ τῶν Πάρθων μετὰ κραυγῆς καὶ χαρᾶς ἀειρόντων, τὸν μὲν Σιλλάκην κατέκλινον οἱ ὑπηρέται, βασιλέως κελεύσαντος· ὁ δ' Ἰάσων, τὰ μὲν τοῦ Πενθέως σκευοποιήματα παρέδωκε τινὶ τῶν χορευτῶν, τῆς δὲ τοῦ Κράσσου κεφαλῆς λαβόμενος καὶ ἀναβακχεύσας, ἐπῆσμεν ἐκεῖνα τὰ μέλη μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ᾠδῆς, Φέρομεν ἄρτι ὄρεος ἔλικα νεότομον Ἐπὶ μέλαθρα, μακαρίαν θήραν.

καὶ ταῦτα

A Hos Parthi sequuti, Crassum dixerunt pœnas exoluisse, reliquos Surenam iubere bono animo esse & descendere. Ita alii de colle digressi dediderunt se, alii nocte dilapsi sunt: quorum salui euaserunt omnino pauci. Cæteros Arabes venati assequutique peremere. Summa interfectorum xx millia dicitur fuisse: eorum qui viui in potestatem hostium venerunt, decem millia. Caput Crassi & dexteram misit Surenas ad Hyrodem in Armeniam. Inde rumore per nuntios Seleuciæ dispersо se Crassum viuum adducere, pompam quandam ridiculam instruxit, quam contume-
B liæ causa appellabat triumphum. Siquidem qui in captiuis consimillimus Crassi erat, C. Pacianus amiculo barbarico velatus, doctusque Crassus & imperator vocari, insidens equo ducebatur. Eum tubicines & lictores quidam in camelis præcedebant. Dependebant ex virgis zonæ & alligata securibus Romanorum recens desecta capita. Pone sequebantur Seleuciades meretrices cantrices, vernilia multa & ridicula cantilenis in mollitiem & ignauiam Crassi modulantes. Hoc spectaculum publice fuit editum. Senatu coacto Seleucensium intulit lasciuos libros Aristidis, Milesiacos inscriptos. Neque fuit hoc commenti-
C tium. Fuerant enim in Roscii impedimentis reperti, præbueruntque Surenæ argumentum multis modis suggillandi & eludendi Romanos, quod nec in bello temperare iis rebus & scriptis valerent. Atqui sapientem virum habuerunt Æsopum quum Surenam contemplarentur Seleucenses, ante dependentem qui gerebat Milesiacarum manticam lasciuiarum, pone vero Sybarim Parthicam trahebat tam multis pellicum curribus, viperas quodammodo & scytalas repræsentantem: quæ partes præferret conspicuas & anteriores sæuas & feras hastis, arcubus, equis: extremo autem
D agmine in scorta, crotala, cantus, lustra terminaret. Dignus quidem reprehensione Roscius, verum impudentes Parthi, delicias qui reprehendebant Milesiacas, apud quos regnauerunt complures ex Milesiis & Ionicis nati meretricibus Arsacidæ. Dum hæc aguntur, composuerat iam pacem Hyrodes cum Artuasde Armenio, cuius sorore filio suo Pacoro desponsa, agitabant inter se epulas & conuiuia, quæ multis acroamatibus Græcis interpolabant. Nec erat linguæ & literarum Hyrodes Græcarum rudis. Artuasdes etiam tragœdias scripsit: orationes quoque & historias
E commentatus est, quarum adhuc extant quędam. Vbi iam allatum caput Crassi ad fores fuit, nondum sublatæ erant mensæ, & tragœdiarum actor Iason, cognomine Trallianus, recitabat ex Bacchis Euripideis Agauen. qui quum placeret, ingrediens conuiuium Sillaces, postquam regem adorauit, proiecit in medium caput Crassi. Ibi Parthis plausum cum clamore & gratulatione tollentibus, ministri Sillacem regis iussu inuitauerunt ad accubandum. Iason autem tradita vni de mimis Penthei persona corripuit caput Crassi, corporisq; fanatica iactatione carmina illa cum furo-
F re & cantu pronuntiauit,

Ex monte ferimus nos recens cæsum
Ceruum bonam prædam domum.

Atque hæc omnes oblectauerunt. Dum verò sequentes alterni versus ad chorum decantantur,

Cho. Quis occidit?

Ag. Meum decus est,

Ibi exiliens Pomaxæthres, qui tunc cœnabat, apprehendit caput, quasi sibi ista dicere, quàm illi, potiùs conueniret. Rex lætus, donis eum de more auxit, Iasoni largitus est talentum. In huiuscemodi aiunt exodium Crassi expeditionem quasi tragœdiam terminasse. Pœnas tamen & crudelitate Hyrodes & periurio Surenas pependit dignas. Surenam enim breui pòst inuidia gloriæ eius necauit Hyrodes: Hyrodi verò, postquam amisit acie à Romanis fusum Pacorum, implicito morbo, qui in hydropisim desiit, Phraates filius ad maturandam mortem aconitum dedit. Id venenum quum morbus vicisset, atq; vnà cum eo esset expulsum, corpus autem recreatum regis, ad celerrimam viam Phraates conuersus, suffocauit eum.

A καὶ ταῦτα μὲν πολύτας ἔτερπεν· ἀδομένων δ' τῷ ἐφεξῆς ἀμοιβαίων τοῖς τ' χορὸν, τίς ἐφόνευσεν; Ἐμὸν δ' γέρας, ἀναπηδήσας ὁ Πομαξαίθρης, (ἐτύγχανε δ' δειπνῶν) ἀντελαμβάνετο τ' κεφαλῆς, ὡς ἑαυτῷ ταῦτα λέγων μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ προσῆκον. ἡδεῖς δὲ ὁ βασιλεὺς τ' μὲν οἷς πάτριον ἦν ἐδωρήσατο, τῷ δὲ Ἰάσονι τάλαντον ἔδωκεν, εἰς τοιοῦτό φασιν ὄξοδον τ' Κράσσου στρατηγίαν, ὥσπερ τραγῳδίαν τελευτῆσαι. δίκην μὲν τοι καὶ τ' ὠμότητος Ὑρώδου, καὶ τ' ἐπιορκίας Σουρήνας ἀξία μετῆλθε. Σουρήνας μὲν γὰρ ὀ μὴ πολὺ χρόνον Ὑρώδης φθόνῳ τ' δόξης ἀπέκτεινε· Ὑρώδῃ δ' ἀποβαλόντι Πάκορον, ὑπὸ Ῥωμαίων μάχῃ κρατηθέντα, καὶ νοσήσαντι νόσον εἰς ὕδρωπα τραπεῖσαν, Φραάτης ὁ υἱὸς ἐπιβουλεύων, ἀκόνιτον ἔδωκεν. ἀναδεξαμένης δ' τ' νόσου τ' φάρμακον ὑφ' ἑαυτοῦ, ὥστε συνεκκριθῆναι, καὶ τ' σώματος ἐκκαθαρθέντος, ἐπὶ τ' ταχίστην τ' ὁδὸν ἐλθὼν ὁ Φραάτης, ἀπέπνιξεν αὐτόν.

IN collatione primùm Niciæ opes cum Crassi comparatæ opibus, acquisitionem habent inculpatiorem. Nemo alioqui quæstum probet ex metallis, quæ ferè per facinorosos & barbaros, nonnullos etiam vinctos & fatigatos locis insalubribus pestilentibusque exercentur. Hic quæstus tamen si opponatur hastæ Syllæ & redempturis ex incendiis, longè eum dicas probiorem. eas enim Crassus apertè vt agriculturam & fœnus exercebat. Quæ verò inficias ibat obiecta, sententiam suam in curia ipsum quæstui habere, socios expilare, passim muliercul is adulari, defensionem suscipere improborum, horum nihil Niciæ est ne falsò quidem exprobratum vnquam. Imò verò quòd argentum donis profunderet ex timiditate in delatores, derisus est. Quæ res indigna Pericle fortassis & Aristide fuisset, verùm necessaria illi qui natura esset meticulosus. Quod etiam Lycurgus Orator postea ad populum iactauit, quum improperatur ei quòd sycophantam quendam redemisset, Gaudeo, inquit, quòd tam diu vestra republ. gesta priùs datæ pecuniæ arguar quàm captæ. Iam sumptibus Nicias ciuilior, qui fuit donis diis dicandis, gymnasiarchiis, & choris prolixus exhibendis: quæ verò Crassus absumpsit tam infinitæ simul hominum multitudini epulo, inde tessera frumentaria præbenda, eorum Nicias nihil nisi portionem, annumeratis illis quæ impendit, possedit, vt mirum sit, siquem prætercat, improbitatem inæqualitatem quandam esse morum & dissonantiam, quum cernat eos qui turpiter quæsiuerunt mox effundere benignè. Atque de diuitiis hactenus. Actiones in republ. Niciæ nulla versutia, nulla iniquitate vel violentia suffusæ sunt, nec ferocia. imò potiùs impositum fuit ei ab Alcibiade, atque cum populo agebat modestè. Crassi verò in variandis amicis & inimicis perfidiam animumque fucatum accusant. Vi verò ne ipse quidem abnuebat consulatum petisse conductis hominibus, qui Catonem & Domitium violarent. Iam in comitiis prouincialibus multi vulnerati, ceciderunt quatuor. Ipse (quod in narratione nos præteriit) L. Annalio senatori populi Romani sibi aduersanti pugno os cecidit, expulitque cruentum. Atqui vt his violentus Crassus & tyrannicus,

ΕΝ τῇ συγκρίσει, πρῶτον ὁ Νικίου πλοῦτος τοῦ Κράσσου τοῦ θαυμαζομένου, ἀμεμπτοτέραν ἔχει τὴν κτῆσιν. ἄλλως μὲν γὰρ οὐκ ἂν τις δοκιμάσειε τὴν ἀπὸ μετάλλων ἐργασίαν, ἧς τὰ πλεῖστα πραγίνεται ὑπὸ κακούργων ἢ βαρβάρων, εἰλῶν δεδεμένων καὶ φθειρομένων ἐν τοῖς ὑποβρύχιοις καὶ νοσεροῖς. τοῦ θαυμαζομένου δὲ πρὸς τὰ Σύλλα δημοσιεύματα, καὶ τὰς τοῦ πυρὸς ἐργολαβίας, ἐπιεικεστέρα φανεῖται. ταύτας γὰρ ὁ Κράσσος ἀναφανδὸν, ὡς τοῦ γεωργεῖν, ἐχρῆτο καὶ τοῦ δανείζειν. ἀλλ' ἔξαρνος ἦν ἐλεγχόμενος ἐπὶ κέρδεσιν ἐν βουλῇ λέγειν, καὶ τοὺς συμμάχους ἀδικεῖν, καὶ γυναικαρείων κολακεύειν, καὶ συνεπικρύπτειν τοὺς πονηροὺς, τούτων αἰτίαν οὐδὲ ψευδῆ ποτὲ Νικίας ἔλαβεν. ἄλλως δὲ διδοὺς καὶ προϊέμενος ἀργύριον ὑπὸ δειλίας τοῖς συκοφάνταις, ἐχλευάζετο, πρᾶγμα ποιῶν Περικλεῖ μὲν ἴσως καὶ Ἀριστείδῃ μὴ πρέπον, αὐτῷ δ' ἀναγκαῖον, οὐκ ἂν τῷ πεφυκότι πρὸς τὸ παρρεῖν· ὡ καὶ Λυκοῦργος ὕστερον ὁ ῥήτωρ ἐπῴρνυτο ἀσταζόμενος τ' δῆμον, αἰτίαν ἔχων ἐξωνήσασθαί τινα τῶν συκοφάντων· Ἥδομαι γὰρ (εἰπεῖν) εἰ τοσοῦτον χρόνον πεπολιτευμένος ὑμῖν, δεδοὺς πεφώραμαι πρότερον ἢ λαμβάνων. ἐν δὲ ταῖς δαπάναις πολιτικώτερος μὲν ὁ Νικίας, ἀναθήμασι καὶ γυμνασιαρχίαις καὶ διδασκαλίαις χορῶν φιλοτιμούμενος· ὧν δὲ ὁ Κράσσος ἀνάλωσεν, ἑστιάσας ἅμα τοσαύτας μυριάδας ἀνθρώπων, εἶτα θρεψας πάλιν, οὐδὲν ἢ μέρος ὁ Νικίας ἐκέκτητο σὺν οἷς ἀνήλωσεν, ὥστε θαυμάζειν εἴ τινα λέληθε, τὸ τ' κακίαν ἀνωμαλίαν εἶναί τινα τρόπου καὶ ἀνομολογίαν· ὁρῶντα τοὺς αἰφνιδίως συλλέγοντας, εἶτα χρηστῶς ἐκχέοντας. περὶ μὲν οὖν τ' πλούτου, τοσαῦτα. τοῖς δ' πολιτευόμασι, τοῦ μὲν Νικίου, πανουργίαν οὐδὲν οὐδὲ ἄδικον οὐδὲ βίαιον πρόσεστιν, οὐδὲ θρασύτης, ἀλλ' ἐξηπατᾶτο μᾶλλον ὑπὸ Ἀλκιβιάδου, καὶ τοῦ δήμου πρόσοιμι μετ' ἀλαζονείας, τ' δ' Κράσσου πολλοὺς μὲν ἐν ταῖς πρὸς ἔχθραν καὶ φιλίαν μεταβολαῖς, ἀπιστίαν καὶ ἀνελευθερίαν κατηγοροῦσι· βίᾳ δὲ οὐδὲ αὐτὸς ἠρνεῖτο τὴν ὑπατείαν μελέτῃ μισθωσάμενος ἄνδρας τοὺς Κάτωνι καὶ Δομιτίῳ τὰς χεῖρας προσοίσοντας. ἐν δ' τῇ περὶ τὴν ἐπαρχίαν ψηφοφορίᾳ τοῦ δήμου, πολλοὶ μὲν ἐτρώθησαν, ἔπεσον δὲ τέτταρες, αὐτὸς δὲ (ὅπερ ἡμᾶς ἐν τῇ διηγήσει παρελήλυθε) Λούκιον Ἀνάλιον, ἄνδρα βουλευτὴν, ἀντιλέγοντα, πυξ πατάξας εἰς τὸ πρόσωπον, ἐξέβαλεν ἡμαγμένον. ὡς δὲ περὶ ταῦτα βίαιος ὁ Κράσσος καὶ τυραννικὸς,

οὕτως αὖ πάλιν ἐκείνου δεδοφοδεὲς ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ ἄπολ- A
μον, καὶ τοῖς κακίστοις ὑφειμένον, τὸ μεγίστων ὑπολήψεων ἄξιον·
ὁ γὰρ Κράσσος, ὑψηλὸς μὲν οὖν γε καὶ μεγαλόφρων, οὐ μὴν
Κλέωνας οὐδὲ Ὑπερβόλους, μὰ Δία, τοῦ ἀγῶνος ὄντος, ἀλλὰ
τοῖς τοῦ Καίσαρος λαμπρότητι, καὶ τρεῖς τοῦ Πομπηΐου θρι-
άμβους οὐχ ὑποείξας, ἀλλ' ἀπέρας ἑκατέρῳ τὸ δυνάμει,
ἀξιώματι γὰρ τῆς λιμηλικῆς ἀρχῆς καὶ Πομπήϊον ὑπερβαλό-
μενος. δεῖ γὰρ ὅπου μεγίστοις οὐ τὸ ὑπέφθονον ἀλλὰ τὸ λαμπρὸν
ἐν πολιτείᾳ λαμβάνειν, μεγέθει δυνάμεως ἐξαμαυροῦντα
τὸ φθόνον. εἰ δὲ ἐξ ἄπαντος ἀγαπᾷς ἀσφάλειαν καὶ ἡσυχίαν,
καὶ δέδιας Ἀλκιβιάδου μὲν ὅπου τοῦ βήματος, ἐν ᾧ Πύλῳ Λα- B
κεδαιμονίοις, Περδίκκαν δὲ ἐν Θρᾴκῃ, πολλὴν εὐρυχωρίαν
ἡ πόλις ἔχει σχολῆς, ἐκ μέσου γενόμενον καθῆσθαι πλέκου τὸ
τῆς ἀπραξίας στεφανῶν, ὡς ἔνιοι σοφισταὶ λέγουσιν. ὁ μὲν
γὰρ τῆς εἰρήνης ἔρως θεῖος ὢν ὡς ἀληθῶς, καὶ τὸ λύειν τὸν πόλεμον
Ἑλληνικώτατον πολίτευμα· καὶ τῆς πράξεως ἕνεκα ταύτης
οὐκ ἄξιον Νικίαν παραβαλεῖν Κράσσῳ, οὐδὲ εἰ τὸ Κάσπιον
φέρων πέλαγος ἢ τὸν Ἰνδὸν ὠκεανὸν τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ
προσθείη. πόλει μὲν τοι χρώμενον ἀρετῆς αἰσθανομένῃ, καὶ
κρείττονα οὖσαν τῇ δυνάμει, χώραν οὐ δοτέον τοῖς πονηροῖς, οὐδὲ
ἀρχὴν μὴ ἀξίοις, οὐδὲ πίστιν ἀπιστουμένοις· ὅπερ ἐποίησεν C
ὁ Νικίας, τὸν Κλέωνα, μηδὲν ὄντα πλέον ἐν τῇ πόλει τοῦ ἀπὸ τοῦ
βήματος αἰσχυντίας καὶ κραυγῆς, αὐτὸς εἰς τὸ στρατηγεῖν κα-
ταστήσας. οὐκ ἐπαινῶ μὲν γὰρ ἐγὼ τὸν Κράσσον, ἐν τοῖς Σπαρ-
τακίοις ἐπειγόμενον θᾶσσον ἢ ἀσφαλέστερον διαγωνίσασθαι.
καίτοι φιλοτιμίας ἕνεκα τὸ δεῖσαι μὴ Πομπήϊος ἐλθὼν ἀφέλη-
ται τὴν δόξαν αὐτοῦ, καθάπερ ἀφείλετο Μετέλλου Μόμμιος τὴν
Κόρινθον. τὸ δὲ τοῦ Νικίου πεμπάσιν ἄτοπον καὶ δεινόν.
οὐ γὰρ ἐλπίδας οὐδὲ ῥαστώνην ἐχούσης ὀξέως τοῦ ἐχθροῦ
φιλοτιμίας καὶ ἀρχῆς, ἀλλὰ κίνδυνον ὑφορώμενος ἐν τῇ
στρατηγίᾳ μέγαν, ἠγάπησε, τὸ καθ' αὑτὸν ἐν ἀσφαλεῖ θέ- D
μενος, προσέσθαι τὸ κοινόν. καίτοι ὅγε Θεμιστοκλῆς, ἵνα μὴ
φαῦλος αὐθέκαστος ἐν τοῖς Περσικοῖς καὶ ἄφρων στρατη-
γήσας ἀπολέσῃ τὴν πόλιν, ἀργυρείᾳ τῆς ἀρχῆς ἀπέστησεν
αὐτόν· καὶ Κάτων, ὅτι μάλιστα ἐώσα πράγματα καὶ κιν-
δυνώδεις ἔχουσαν, ὑπὲρ τῆς πόλεως τὴν δημαρχίαν μετῆλ-
θεν. ὁ δὲ αὐτὸν ὅπου τὴν Μινῴαν καὶ Κύθηρα καὶ Μηλίους
τοὺς παλαιπώρους φυλάττων στρατηγόν, εἰ δέοι μάχεσθαι
Λακεδαιμονίοις, ἀποδυόμενος, τὴν χλαμύδα, καὶ τῇ
Κλέωνος ἀπειρίᾳ καὶ θρασύτητι ναῦς καὶ ἀνδρας καὶ ὅ-
πλα, καὶ στρατηγίαν ἐμπειρίας ἄκρας δεομένην παραδιδοὺς, E
οὐ τὴν ἑαυτοῦ προσήκεν δόξαν, ἀλλὰ τὴν τῆς πατρίδος
ἀσφάλειαν καὶ σωτηρίαν. ὅθεν ὕστερον οὐχ ἑκὼν οὐδὲ βουλό-
μενος Συρακουσίοις πολεμεῖν, ἠναγκάζετο, δοκῶν οὐ λο-
γισμῷ τοῦ συμφέροντος, ἀλλὰ ῥαστώνῃ καὶ μαλακίᾳ τὸ
παρ' αὐτὸν ἀποστερεῖν Σικελίας τὴν πόλιν. ἐκεῖνο μέντοι
μεγάλης ὑπεικείας σημεῖον, ὅτι δυσχεραίνοντα τὸ πολε-
μεῖν ἀεὶ, καὶ φεύγοντα τὸ στρατηγεῖν οὐκ ἐπαύοντο χειροτο-
νοῦντες, ὡς ἐμπειρότατον καὶ βέλτιστον. τῷ γὰρ Κράσσῳ πρὸ
πολλοῦ τὸν χρόνον ἐφιεμένῳ στρατηγίας, οὐχ ὑπῆρξε
τυχεῖν, πλὴν ὅτι τὸν δουλικὸν πόλεμον ἐξ ἀνάγκης, Πομ- F
πηΐου καὶ Μετέλλου, καὶ Λουκούλλων ἀμφοτέρων ἀπόν-
των, καίτοι τότε τιμωμένῳ μάλιστα καὶ δυναμένῳ πλεῖστον
ἀλλ', ὡς ἔοικε, καὶ τοῖς κωμῳδοῦσι περὶ αὐτὸν ἐδόκει
κατὰ τὸν κωμικὸν, Ἀνὴρ ἄριστος εἶ πάντα πλὴν ἐν ἀσπίδι.

A ita contrà illius in republic. gerenda trepidatio & pauor, & quòd scelestissimis submitteret se imprimis sunt notanda. Crassus verò celsus hîc certè & magnanimus, qui, quum non cum Cleonibus ei neque cum Hyperbolis sanè certamen foret, sed cum Cæsaris splendore, atque tribus Pompeii triumphis, contendit cum vtroque potentia, dignitate quidem certè censoria etiam Pompeium superauit. Decet enim eum qui rempublicam gerit, in maximis rebus non si inuidiosæ sunt respicere, sed si præclaræ, atque opum mole inumbrare inuidiam. Quòd si supra omnia securitatem & quietem sectaris, atque Alcibiadem formidas, in suggestu, Pyli Lacedæmonios, Perdiccam in Thracia, habet otii ciuitas latum campum in quo remotus de medio sedere queas, ac tibi ipse contexere tranquillitatis coronam, vt nonnulli sophistæ aiunt. Nam pacis quidem erat profectò diuinum desiderium, atque bellum dirimere imprimis humana & ciuilis actio. cuius facti causa Niciæ nulla parte est æquiparandus Crassus, ne si ad mare quidem Caspium aut ad Oceanum Indicum terminos promouisset Romani imperii. Non debet tamen is qui versatur in ciuitate sensum habente virtutis, & pollentior est opibus, dare locum malis, nec magistratum priuatis, nec fidem suspectis: quod quidem admisit Nicias, qui Cleonem, cuius in ciuitate nihil eminebat præterquam perfricta frons & vociferatio, prouexit ad imperium. Equidem non prædico Crassum, qui bello Spartacio celeriùs quàm tutius conferre properauit signa. quanquam animi laudis auidi erat, vereri ne decus sibi Pompeius aduentu suo eriperet, quomodo Metello Corinthum eripuerat Mommius. At Niciæ absurdum planè est factum & callidum. neque enim cessit inimico gloriæ campo & prouincia, cuius appareret spes & facultas conficiendæ: sed quum grande illa in expeditione periculũ timeret, contentus fuit rebus suis in tuto collocatis rempublicam proiicere. Et quidem Themistocles, ne bello Persico vilis homo & turpis ductu suo perderet rempublicam, cum pecunia remouit à prætura: Cato autem tribunatum plebis, quum implicitum eum videret maximis negotiis & periculis, reipublicæ causa petiuit. Qui verò se Minoæ, Cytheris, miseris Milesiis reseruat ducem, sin conserendæ cum Lacedæmoniis manus sint, chlamydem ponit, Cleonis autem imperitiæ & ferocitati tradit classem, milites, arma, prouinciam, quæ summum vsum requirat, non laudes hic negligit suas, sed patriæ securitatem & salutem. vnde pòst inuitus nolensque bellum est cum Siculis gerere compulsus, quòd non vtilitatis publicæ, sed quietis & mollitiæ ratione rempubl. quantum in se erat, Sicilia defraudaret. Illud tamen ingens est integritatis eius signum, quòd abhorrentem semper à bello atque ducatum detrectantem non desiterint tanquam exercitatissimum & optimum designare. At inhians perpetuò prouinciæ, non valuit eam Crassus consequi nisi ex necessitate bello seruili, Pompeio & Metello & vtroque Lucullo absentibus, licet id temporis summo in honore esset & polleret plurimum. Nam, meo quidem iudicio, videbatur vel studiosis eius iuxta comicum,

Vir cæteraesse, nisi in scuto, ille maximus.

Quod nihil Romanis profuit, ab illius expugnatis cupiditate prouinciæ atque ambitione. Niciam enim Athenienses ad bellum repugnantem miserunt, Crassus in bellum Romanos duxit repugnantes: atque huius causa respubl. ille reipubl. in calamitatem incidit. Veruntamen Niciam citiùs hinc commendes quàm improbes Crassum. Ille enim peritia & consiliis motus prudentis ducis non est vnà cum ciuium spe in errorem detractus, verùm desperauit & diffisus est posse capi Siciliam. hic, sicut ad rem procliuem ruens, bellum Parthicum impegit. At grandia concupiuit, & Cæsare Occidentem, Gallos, Germanos, Britanniam subigente, ad Orientem ipse & Oceanum progredi Indicum, Asiamque in ditionem redigere: quæ Pompeius aggressus est, & quò contendit Lucullus. qui placidi viri atque in omnes boni permanserunt, quum eadem ac Crassus suscepissent, & idem haberent institutum. Nam Pompeium quoque, quum daretur ei prouincia, senatus impugnauit: ac Cæsar, cæsis fugatisq; Germanorum trecentis millibus, autor Cato fuit vt victis dederetur, ac violatæ pacis in illius caput verteretur vltio. Verùm populus salutem dicens Catoni, in quindecim dies supplicationes decreuit, atque in magna fuit gratulatione. Qui fuisset ergo eius animus, & quot dierum supplicationes decreuisset, ex Babylone si Crassus literas de victoria misisset: hinc progressus Mediam, Persidem, Hyrcanos, Susa, Bactra redegisset in formam prouinciarum? Nam si ius violandum est (vt ait Euripides) iis qui otii sunt impatientes, neque frui præsentibus norunt bonis, non Scandia, non Mendæ excindendæ, nec profugi Æginetæ, qui relicta patria auium modo in aliena regione delitescunt, captandi, sed magnum præmium quærendum iuris violandi: non facilè autem, neque qualibet de causa, vt res humilis & vilis, iustitia negligenda. Enimuerò qui Alexandri expeditionis impetum in cælum ferunt, & Crassi obterunt, hi parum rectè primordia æstimant ex nouissimis. Iam in ipsis gerendis bellis facta extant non pauca Niciæ præclara. quippe crebris præliis hostes superauit, ac Syracusis parum abfuit quin potiretur: neq; sua culpa offensauit in omnibus, sed valetudini eius partim & vrbanorum ciuium expensum feras inuidiæ. Crassus ob erratorum multitudinem locum fortunæ ad aliquid boni designandũ reliquit nullum, vt mireris stoliditatem eius, non quòd à Parthorũ sit viribus victa, verùm quòd felicitatẽ vicerit Romanorum. Quia verò præsagio Nicias nullo negligendo, alter omnibus contemnendis similiter perierunt, haud pronum quidem sit, neq; certum de istis iudicare: benignius tamen in iis est cum vetusta & recepta opinione per religionem peccare, quàm contra mores & peruicaciter. At in exitu minus reprehendendus Crassus, qui semetipse non dedidit, non vinctus, non affectus contumelia fuit, verùm orantibus cessit amicis, ac contra ius gentium violatus ab hostibus fuit: Nicias turpis & ingloriæ salutis spe supplicem se præbens hostibus mortem sibi effecit fœdiorem.

A καὶ τοῦτο Ῥωμαίοις οὐδὲν ὤνησεν, ἀκβιαθείσας ὑπὸ τῆς φιλαρχίας αὐτοῦ καὶ φιλοτιμίας. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ ἄκοντας Νικίαν ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὸν πόλεμον, Ῥωμαίους δ' Κράσσος ἄκοντας ἐξήγαγε· καὶ Ἀθηναῖς μὲν τοῦτον ἡ πόλις, ἐκεῖνος δ' Ἀθηναῖς τὴν πόλιν ἠτύχησεν. οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλόν ἐστιν ἐν τούτοις τὸν Νικίαν ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν τὸν Κράσσον. ὁ μὲν γὰρ, ἐμπειρίᾳ καὶ λογισμῷ χρησάμενος ἡγεμόνος ἔμφρονος, οὐ συνεπατήθη ταῖς ἐλπίσι τῶν πολιτῶν, ἀλλ' ἀπείπε καὶ ἀπέγνω λήψεσθαι Σικελίαν. ὁ δ' ὡς ἐπὶ ῥᾷστον ἔργον τὸν Παρθικὸν ὁρμήσας πόλεμον ἤμυρτεν. ὠρέχθη δὲ μεγάλων καὶ Καίσαρος

B τὰ ἑσπέρια, καὶ Κελτοῖς καὶ Γερμανοῖς καταστρεφομένου, καὶ Βρεττανίαν, αὐτὸς ἐπὶ τὴν ἕω καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἐλάσας θάλασσαν, καὶ προσεργάσασθαι τὴν Ἀσίαν οἷς Πομπήιος ἐπῆλθε, καὶ Λούκουλλος αὐτέχει, ἄνδρες ἠρεμεῖς καὶ πρὸς πάντας ἀγαθοὶ διαμείναντες. προσελθόντοι δ' ὅμοια Κράσσῳ, καὶ ταὐτὰ ὑποθέσεις λαβόντες. ἐπεὶ καὶ Πομπήιῳ τῆς ἀρχῆς διδομένης, ἡ σύγκλητος ἠναντιοῦτο, καὶ Καίσαρα μυριάδας τριακοσίας Γερμανῶν τρεψάμενον, συνεβούλευεν ὁ Κάτων· ἐκδοῦναι τοῖς ἠττωμένοις, καὶ τρέψαι τὸ μίασμα τοῦ παρασπονδήματος εἰς ἐκεῖνον· ὁ δὲ δῆμος ἐρ-

C ρώσθαι φράσας Κάτωνι, πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἔθυεν ἐπινίκια, καὶ προσηγορὴν ἐδίδου. πῶς οὖν ἂν διετέθη, καὶ πόσας ἔθυσεν ἡμέρας, εἰ Κράσσος ἐκ Βαβυλῶνος ἔγραψε νικᾶν, εἶτ' ἐπελθὼν Μηδίαν, Περσίδα, Ὑρκανοὺς, Σοῦσα, Βάκτρα, Ῥωμαίων ἐπαρχίας ἀπέδειξεν; Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἡσυχίαν ἄγειν μὴ δυναμένους, μηδὲ χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς εἰδότας, οὐ Σκανδείαν, οὐ Μένδας ἐκκοπτέον, οὐδὲ φεύγοντας Αἰγινήτας ἀπολελοιπότας τὴν ἑαυτῶν, ὥσπερ ὄρνιθας εἰς ἑτέραν χώραν ἀποκεκρυμμένους ἐκθηρατέον, ἀλλὰ πολλοῦ τιμητέον τὸ ἀδι-

D κεῖν, μὴ ῥᾳδίως, μηδ' ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν, ὥς τι φαῦλον ἢ μικρὸν προϊεμένους τὸ δίκαιον. οἱ δὲ τὴν μὲν τῆς Ἀλεξάνδρου στρατείας ὁρμὴν ἐπαινοῦντες, τὴν δὲ Κράσσου ψέγοντες, οὐκ εὖ τὰ πρῶτα κρίνουσιν ἀπὸ τῶν τελευταίων. οὐ γὰρ ταῖς στρατηγίαις αὐταῖς, Νικίου μὲν οὐκ ὀλίγα γενναῖα. καὶ γὰρ μάχαις πολλαῖς ἐνίκησε τοὺς πολεμίους, καὶ τοῦ λαβεῖν Συρακούσας ὀλίγον ἐδέησε· καὶ πολύπα δι' αὐτὸν οὐκ ἔσφαλεν, ἀλλὰ καὶ νόσον αὐτῆς αὐτιάσαιτο, καὶ φθόνον τῶν οἴκοι πολιτῶν. Κράσσος δὲ διὰ πλῆθος ἁμαρτημάτων, οὐδὲν τῇ τύχῃ χρηστὸν ἀποδείξασθαι παρῆκεν· ὥστε θαυμάζειν αὐτοῦ

E τὴν ἀβελτηρίαν, οὐ τῆς Πάρθων δυνάμεως ἡττηθεῖσαν, ἀλλὰ τῆς Ῥωμαίων δυστυχίας προτιμωμένου. ἐπεὶ δ' ὁ μὲν μηδενὸς τῶν ἀπὸ μαντικῆς καταφρονῶν, ὁ δὲ πολύπα ὑποφορῶν, ὁμοίως ἀπώλετο, χαλεπὴ μὲν ἐν τούτοις ἡ ἀσφάλεια καὶ δύσκριβος, ἐπιεικέστερον δὲ αὐτῆς τοῦ παρανόμου καὶ αὐθάδους, τὸ μετὰ δόξης παλαιᾶς καὶ συνήθους δι' ἀλάβειαν ἁμαρτανόμενον. πρὸς μὴν τὴν τελευτὴν ἀμεμπτότερος ὁ Κράσσος, οὐ παραδοὺς ἑαυτὸν, οὐδὲ δεθεὶς, οὐδὲ φενακισθεὶς, ἀλλ' εἴξας τοῖς φίλοις δεομένοις, καὶ παρασπονδηθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων· ὁ δὲ Νικίας, αἰσχρᾶς καὶ ἀκλεοῦς ἐλπίδι

F σωτηρίας, ὑποπεσὼν τοῖς πολεμίοις, αἰσχίονα ἑαυτῷ τὸν θάνατον ἐποίησεν.

A

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ Βίοι παράλληλοι ΣΕΡΤΩΡΙΟΥ καὶ ΕΥΜΕΝΟΥΣ.

ΣΕΡΤΩΡΙΟΣ.

A Deinde munitionibus cinxit & circumuallauit eum. Ille dies quinque & quadraginta obsessus, cum firmissimis copiis, quum inutiles & ęgrotos occidisset, clam consciuit fugam. Mox tamen eum circa Euphratem adeptus Pompeius castra castris eius contulit: metuensq; ne anteuerteret Euphratem transmittere, intempesta nocte instructas copias in hostem duxit. Quo tempore fama fert vidisse Mithridatem in somnis speciem, quæ futura ei prænuntiaret. Videbatur sibi in mari Pontico secundo nauigare vento, Bosphorumque iam prospicere & comiter vna vectos affari, vt qui certa & B indubitata incolumitate gaudeat: verum repente ab omnibus se reperisse desertum, ac fragmento exiguo nauigii iactari. His occupatum motibus & imaginibus assistentes amici excitauere, Pompeium nuntiantes adesse. Pugnandum igitur necessario pro vallo erat, eductisq; copiis struxerunt duces aciem. Quos parare se vbi Pompeius animaduertit, dubitauit per tenebras discrimen prælii subire. tantum circumfundendos, ne fugerent arbitratus est, ac sub lucem exercitu suo, qui firmior erat, aggrediendos. At maiores natu ordinum ductores precando & adhortando concitauerunt eũ. C Neque enim prorsus cæca nox erat, sed luna præcipitans satis clarum corporum aspectum adhuc præbebat. quod imprimis elusit regios. Siquidem incurrentes Romani auersam habebant lunam. Luna autem in occasum decliui vmbrę longe corpora præcurrentes incumbebant hostibus, qui non valebant interuallum exacte cognoscere: sed, vt si ad manus ventum esset, hastis incassum emissis neminẽ attigere. Quo animaduerso Romani cũ clamore inuehuntur, hostesq; consistere vltra non audentes, sed perculsos & pedem referentes cædunt. Ita longe plus decem millia cecidere, & castra capta sunt. Ipse Mithridates initio octingentorum equitum cuneo per Romanos erupit. Mox D cæteris dilapsis solus relictus cum tribus est. in quibus Hypsicratia fuit pellex. quæ semper quidem virilis audaciæ fuerat, quare Hypsicratem eam rex appellauit. Tunc vero veste amicta virili Persica & equo vecta, nec corpore ex fugæ prolixitate fatiscere visa est, nec curando regis corpore & equo est fatigata, vsq; dum ad arcem Inora ventum est, vbi regia pecunia & thesauri erant cumulata. Inde sumpsit Mithridates vestes pretiosas, quas confluentibus ad ipsum ex fuga distribuit. Præterea lethale virus cuique amicorum ferendum secum dedit, nequis in manibus hostiles veniret inuitus. Inde in Armeniam ad Tigranem contendit. Quod ille quum ei interdiceret, ac centum talenta in caput eius pronuntiasset, præteritis Euphratis fontibus intendit per Colchidem fugam. At Pompeius Armeniam accersitus à minore Tigrane ingressus est. Desciuerat iam hic à parente, Pompeioq; ad Araxem amnem occurrit. Is oritur ex iisdem quibus Euphrates locis, sed deflectens ad orientem in mare Caspium effunditur. Dum hi vna progrediuntur, vrbesque in fidem recipiunt, rex Tigranes nuper ab Lucullo obtritus, quod mitem animo ac placidum Pompeium accepisset esse, F præsidium in regia accepit, atq; ipse cum amicis & necessariis ad deditionem faciendam perrexit.

ὡς δ' ἦλθεν

Vbi equo est ad castra aduectus, præstò ei fuerunt duo Pompeij lictores, ac descendere ei ex equo pedibusque iusserunt incedere. Neminem enim mortalium in castris Romanis vnquam visum qui equo insideret. Obtemperauit in eo Tigranes, gladiumq; discinxit tradiditq; eis. Vt deniq; ad Pompeium peruenit, detraxit capiti cidarin, quam institit ad pedes eius deponere, & abijciens se omnium fœdissimè ad genua eius procumbere. Cæterùm anteuertit Pompeius, apprehensaq; dextera sustulit eum, & sedere iussit ad latus suum, ex altero filium. Tum cætera Lucullo ostendit imputanda. Ab illo enim Syria, Phœnicia, Cilicia, Galatia, Sophene ipsos exutos, quæ hactenus retinuissent, ea se relicturum ipsis. Iniuriarum illatarum mulctam sex millia talentûm penderent, Sophenes regnum filius haberet. Has conditiones Tigranes approbans, lætusq; quod esset ab Romanis rex appellatus, pollicitus est semiminas argenti se in milites daturum, centurioni minas decem, tribuno talentum. Id filius eius ægrè tulit, vocatusque ad cœnam respōdit facile se carere Pompeio, qui tales honores sibi haberet. Nam alium se ex Romanis inuenturum. Inde in vincula coniectus, atque ad triumphum seruatus est. Haud multo post Parthus Phraates legatos misit, adolescentē, vt generum suum, repetitum & postulatum: vt imperiorum Euphrates terminus esset. Pompeius responsum dedit, Tigranem in patris potius quàm soceri iure esse: termino autem se vsurum iusto. Relicto ad præsidium Armeniæ Afranio, per gentes Caucasum circumcolentes necessariò contra Mithridatem iter intendit. Maximæ nationes Albani & Iberes sunt. Iberes ad montem Moschium & Pontum pertinent: Albani vergunt ad Orientem & mare Caspium. Hi primò petenti Pompeio transitum dedere. Cæterum eo in tractu bruma occupato exercitu & instantibus Saturnalibus aggressi sunt ijsdem diebus non minus quadraginta millia barbarorum Cyrnum fluvium transmeare. Oritur ille ex montibus Ibericis, auctusque delabente ex Armenia Araxe duodecim ostijs in mare Caspium sese effundit. Alij committi cum eo Araxem negant, sed solum prope eum euolui in idem pelagus. Hostes Pompeius, licet transitum eorum impedire potuisset, permisit per otium trajicere. Inde illatis signis, ingentem numerum eorum fudit fugauitque. Regi supplici, qui legatos ad ipsum misit, dedit veniam, ictoque fœdere in Iberas mouit, nec numero pauciores, & alijs bellicosiores, maioremque in modum cupidos de Mithridate bene mereri ac propulsare Pompeium. Quippe neque Medis neque Persis paruerant Iberes. Declinauerunt Macedonum quoque imperium, quòd raptim Alexander Hircania excesserit. Quibus pariter ingenti prælio profligatis, in quo nouem millia occubuere, capti amplius decem millia, regionem Colchicam inijt. Ad Phasim ei Seruilius cum classe, qua tuebatur Pontum occurrit. Ac Mithridatis insectatio, qui in gentes Bosphori & Mœotidis accolas abdiderat se, magnas præbuit Pompeio perplexitates, atq; Albanos allatum est denuo defecisse. in quos ira & peruicaci vsciscēdi ardore stimulatus vertit,

ὡς ἦλθεν ἱππότης ὅτι τὴν χάριν, ῥαβδοῦχοι δύο τοῦ Πομπηίου προσελθόντες ἐκέλευσαν ἀποβῆναι τοῦ ἵππου, καὶ πεζὸν ἐλθεῖν. οὐδένα γὰρ ἀνθρώπων ἐφ' ἵππου καθεζόμενον ἐν Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ πώποτε ὀφθῆναι. καὶ ταῦτα μὲν οὖν Τιγρανὴς ἐπείθετο, καὶ τὸ ξίφος αὐτοῖς ἀποδυσάμενος παρεδίδου. καὶ τέλος, ὡς πρὸς αὐτὸν ἦλθε τὸν Πομπήιον, ἀφελόμενος τὴν κίταριν, ὥρμησε πρὸ τῶν ποδῶν θεῖναι, καὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν, δυσχερὲς δὴ πάντων προσπεσεῖν αὐτοῦ τοῖς γόνασιν. ἀλλ' ὁ Πομπήιος ἔφθη τὴν δεξιᾶς αὐτοῦ λαβόμενος προσαγαγέσθαι, καὶ πλησίον ἱδρύσασθαι ἑαυτοῦ, τὸν υἱὸν ὅτι δεύτερα, τῶν μὲν ἄλλων ἔφη σε δεῖν αἰτιᾶσθαι Λούκουλλον, ἐκεῖνου γὰρ ἀφῃρῆσθε Συρίαν, Φοινίκην, Κιλικίαν, Γαλατίαν, Σοφήνην· ἃ δ' ἄρχεις ἑαυτοῦ βασιλεύειν ἔξεστιν, κτήσαι τὰ ποίνιν ἑξακισχίλια τάλαντα Ῥωμαίοις τῆς ἀδικίας. Σοφήνης δὲ βασιλεύειν τὸν υἱόν. ὅτι τούτοις ὁ μὲν Τιγρανὴς ἠγάπησε, καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀσπασάμενος αὐτὸν βασιλέα, πρόθυμος ἦν· μόνος, ἐπηγείλατο στρατιώτῃ μὲν ἡμιμναῖον ἀργυρίου δώσειν, ἑκατοντάρχῃ δὲ μνᾶς δέκα, χιλιάρχῳ δὲ τάλαντον. ὁ δὲ υἱὸς ἐδυσφόρει, καὶ κληθεὶς ὅτι δεῖπνον, οὐκ ἔφη Πομπηίου δεῖσθαι τοιαῦτα τιμῶντος· καὶ γὰρ αὐτὸς ἄλλον εὑρήσειν Ῥωμαίων· οὐκ τούτου δεθεὶς εἰς τὸν θρίαμβον ἐφυλάττετο. καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἔπεμψε Φραάτης ὁ Πάρθος, ἀπαιτῶν μὲν τὴν νεανίσκον, ὡς αὐτοῦ γαμβρὸν, ἀξιῶν δὲ τῶν ἡγεμονιῶν ὅρῳ χρῆσθαι τῷ Εὐφράτῃ. Πομπήιος δὲ ἀπεκρίνατο, τὴν μὲν Τιγρανίου τῷ πατρὶ μᾶλλον ἢ τῷ πενθερῷ προσήκειν· ὅρῳ δὲ χρήσεσθαι τῷ δικαίῳ. καταλιπὼν δὲ φρουρὸν Ἀρμενίας Ἀφράνιον, αὐτὸς ἐβάδιζε διὰ τῶν προσοικούντων τὸν Κάυκασον ἐθνῶν, ἀναγκαίως ὅτι Μιθριδάτου. μέγιστα δὲ αὐτῶν ὅδε ἔθνη, Ἀλβανοὶ καὶ Ἴβηρες· Ἴβηρες μὲν, ὅτι τὰ Μοσχικὰ ὄρη καὶ τὸν Πόντον κατοικοῦντες, Ἀλβανοὶ δὲ, ὅτι τὸν ἕω καὶ τὸν Κασπίαν κεκλιμένοι θάλασσαν. οὗτοι πρῶτον μὲν αὐτοκράτορι Πομπηίῳ ὁδὸν ἔδοσαν. χειμῶνος δὲ τὸν στρατείαν ἐν τῇ χώρᾳ καταλαβόντος, καὶ τῆς κρονικῆς ἑορτῆς τοῖς Ῥωμαίοις κατοικούσης, νομίσαντες τετρακισμυρίων οὐκ ἐλάττους, ἐπεχείρησαν αὐτοῖς διαβαίνειν τὸν Κύρνον ποταμὸν, ὃς οὐκ τῶν Ἰβηρικῶν ὀρῶν αἰσάμενος καὶ δεχόμενος κατιόντα τὸν Ἄρεξιν ἀπὸ Ἀρμενίας, ἐκχέει δώδεκα στόμασιν εἰς τὸ Κάσπιον. οἱ δὲ οὐ φασὶ τούτῳ συμφέρεσθαι τὸν Ἄρεξιν, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸν, ἐλπὶς δὲ ποιεῖσθαι τὴν ἐκβολὴν εἰς ταὐτὸ πέλαγος. Πομπήιος δὲ, καίπερ οὐκ ἐῶν διαβαίνειν τοὺς πολεμίους, πρὶν εἰδὲ διαβαίνοντας καθ' ἡσυχίαν· εἶτα ἐπαναγαγὼν ἐτρέψατο, καὶ διέφθειρε πάμπληθεῖς. τῷ δὲ βασιλεῖ, δεηθέντι καὶ πέμψαντι πρέσβεις, ἀφεὶς τὴν ἀδικίαν, καὶ συνεισάμενος, ὅτι τοὺς Ἴβηρας ἐβάδιζε, πλῆθος μὲν οὐκ ἐλάττονας, μαχιμωτέρους δὲ τῶν ἑτέρων ὄντας, ἰσχυρῶς βουλόμενος τῷ Μιθριδάτῃ χαρίζεσθαι, καὶ διωθεῖσθαι τὸν Πομπήιον. οὔτε γὰρ Μήδοις, οὔτε Πέρσαις ὑπήκουσαν Ἴβηρες· διέφυγον δὲ καὶ τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν, Ἀλεξάνδρου δὲ τάχει οὐκ τῆς Ὑρκανίας ἀπαέντος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τούτοις μάχῃ μεγάλῃ τρεψάμενος ὁ Πομπήιος, ὥστε ἀποθανεῖν μὲν σὺν χιλίοις, ἁλῶναι δὲ πλείους μυρίων, εἰς τὴν Κολχικὴν ἐνέβαλε· καὶ πρὸς τὸν Φάσιν αὐτῷ Σερουίλιος ἀπήντησε, τὰς ναῦς ἔχων αἷς ἐφρούρει τὸν Πόντον. ἡ μὲν οὖν Μιθριδάτου δίωξις ἐνδεδυκότος εἰς τὰ πρὸς Βόσπορον ἔθνη καὶ τὴν Μαιῶτιν, ἀπορίας εἶχε μεγάλας. Ἀλβανοὶ δὲ αὖθις ἀφεστῶτες αὐτῷ προσηλθόσαν· πρὸς οὓς ὑπὸ ὀργῆς καὶ φιλονεικίας ὑπιστρέψας,

τόν τε Κύρνον μόλις καὶ τραχέως πάλιν διεπέρασεν, ὅτι πολὺ σαυρῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀποκεχαρακωμένον· καὶ μαχεσάμενος αὐτὸν ἐκδεχομένης αὐύδρου καὶ ἀργαλέας ὁδοῦ, μυρίους ἀσκοὺς ὕδατος ἐμπλησάμενος, ἤλαυνεν ὅτι τοὺς πολεμίους, καὶ κατέλαβε, τοὺς Ἀβανῖ ποταμῷ τραπεζαμένους, ἑξακισμυρίους πεζοὺς, καὶ δισχιλίους ἱππεῖς ὅτι μυρίοις, ὡπλισμένους ὑ Φαύλως καὶ δέρμασι θηρίων τοῖς πολλοῖς. ἡγεῖτο ὑ αὐτῶν βασιλέως ἀδελφὸς, ὄνομα Κῶσις· οὗτος, ἐν χερσὶ τῆς μάχης γενομένης, ὅτι τ Πομπήϊον ὁρμήσας αὐτὸν, ἔβαλεν ὅτι τῷ θώρακος ὅτι τῷ τυχὼ ἀκοντίσματι, Πομπήϊος ὑ ἐκεῖνον ἐν χειρὸς διελάσας ἀνεῖλεν. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ λέγονται καὶ Ἀμαζόνες συναγωνίσασθαι τοῖς βαρβάροις, ἀπὸ τῶν περὶ τ Θερμώδοντα ποταμὸν ὀρῶν καταβᾶσαι. μετὰ γὰρ τὴν μάχην σκυλεύοντες οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς βαρβάρους, πέλτας Ἀμαζονικὰς καὶ κοθόρνοις ἐνετύγχανον· σῶμα ὑ οὐδὲν ὤφθη γυναικεῖον. νέμονται ὑ τὸ Καυκάσου τὰ καθήκοντα πρὸς τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν, οὐχ ὁμορροῦσαι τοῖς Ἀλβανοῖς, ἀλλὰ Γέλαι καὶ Λῆγες οἰκοῦσι μεταξὺ μέσου· καὶ τούτοις ἔτοις ἑκάστου δύο μυριάδας εἰς ταυτὸ φοιτῶσαι περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν ὁμιλοῦσιν, εἶτα καθ' αὑτὰς ἀπαλλαγεῖσαι βιοτεύουσιν. ὁρμήσας ὑ μετὰ τὴν μάχην ὁ Πομπήϊος ἐλαύνει ὅτι τὴν Ὑρκανίαν καὶ Κασπίαν θάλασσαν, ὑπὸ πλήθους ἑρπετῶν θανασίμων ἀπετρέπη, πειρῶν ὁδὸν ἡμερῶν ἀποχών. εἰς ὑ τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν ἀνεχώρησε, καὶ τῶν νῦν Ἐλυμαίων καὶ Μηδῶν βασιλεῖ πέμψασι πρέσβεις ἀντέγραψε φιλικῶς· τ ὑ Πάρθον, εἰς τὴν Γορδυηνὴν ἐμβεβληκότα καὶ πρὸς ἱππεύοντα τοὺς ὑπὸ Τιγρανῆ, πέμψας μετὰ Ἀφρανίου δυνάμεις, ἐξήλασε, διωξάντα μέχρι τ Ἀρβιλίτιδος. ὅσαι ὑ τ Μιθριδάτου παλλακίδων ἀνῆκεν, ὁσονεμίαν ἔγνω, πάσας ὑ τοῖς γονεῦσι καὶ οἰκείοις ἀνέπεμψεν. ἦσαν γὰρ αἱ πολλαὶ, θυγατέρες καὶ γυναῖκες στρατηγῶν καὶ δυναστῶν. Στρατονίκη ὑ, ἡ μεγίστον εἶχεν ἀξίωμα, καὶ ὁ πολυχρυσότατον τ φορείων ἐφύλαττεν, ὡς μὴ (ὡς ἔοικε) φάλτου λινοῦ, ὁν μὴ τυχοῦς τάλλα, προσεύτου ὑ, θυγάτηρ. οὕτω ὑ αὐτὸς εἶλε περὶ πότον φήλασα τ Μιθριδάτου, ὥστε ἐκείνῳ μὴ ἔχων ἀνεπαύετο, τ ὑ προσεύτου ἀπέπεμψε διεφορημένα ὧ μηδὲ προσρήσεως τυχεῖν ὑπείκοις. ὡς μὴ τοι περὶ ὄρθρον ἐλθεῖς εἶδεν ἔνδον ἐκπωμάτων μὴ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τραπέζας, ὄχλον ὑ θεραπείας πολύν, εὐνούχους ὑ καὶ παῖδας ἱμάτια τῶν πολυτελῶν προσφέροντας αὐτῷ, καὶ πρὸ τῆς θύρας ἵππον ἐστῶτα κεκοσμημένον, ὡς τῶν οἱ τ φίλων τοῦ βασιλέως, χλευασμὸν εἰ) ὁ χρῆμα καὶ παιδιὰν ἡγούμενος, ὥρμησε φεύγειν διὰ θυρῶν. τῶν ὑ θεραπόντων ἀπολαμβανομένων, καὶ λεγόντων ὅτι πλουσίου τεθνηκότος ἔναγχος οἶκον αὐτῷ μέγαν ὁ βασιλεὺς δεδώρηται· καὶ ταῦτα μικραὶ ἴνες ἀπαρχαὶ καὶ δείγματα τῶν ἀνῶν χρημάτων καὶ κτημάτων εἰσίν· οὕτω πίστεύσας μολις, καὶ τὴν πορφύραν ἀναλαβὼν, καὶ ἀναπηδήσας ὅτι τὸν ἵππον, ἤλαυνε διὰ τῆς πόλεως, βοῶν, Ἐμὰ ταῦτα πάντα ἐστί. πρὸς ὑ τοὺς καταγελῶντας, οὐ τοῦτο ἔλεγεν εἰ) θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι μὴ λίθοις βαλεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, ὑφ' ἡδονῆς μεμεθύσμενος. ταύτης μὲν οὖν καὶ γενεᾶς καὶ αἵματος ἡ Στρατονίκη. τῷ ὑ Πομπηΐῳ καὶ τὸ χωρίον παρέδιδου τοῦτο, καὶ δῶρα πολλὰ προσήνεγκεν· ὧν ἐκεῖνος ὅσα κόσμον ἱερῶν καὶ λαμπρότητα τῶν θριάμβων παρέξειν ἐφαίνετο, λαβὼν μόνα, τὰ λοιπὰ τῇ Στρατονίκῃ ἀπέλυσε κεκτῆσθαι χαίρουσαν. ὁμοίως ὑ καὶ τοῦ βασιλέως τῶν Ἰβήρων, κλίνῃ τε καὶ τράπεζαν καὶ θρόνον, ἄπορα χρυσᾶ,

Palmer.

A Cyrnumq; iterum ingenti difficultate & periculo transmisit. Eum magno spatio vallauerant barbari palis. Hic quum eum longa, arida, & aspera via exciperet, decem millia vtrium aqua impleuit, atque ita in hostem duxit. Offendit ad amnem Abanta peditum millia sexaginta, equitũ duodecim millia in acie instructa, magna ex parte malè & ferinis tergoribus armatorum, quos regis frater, Cosis nomine, ductabat. Hic, quum signa collata essent, in ipsum inuectus Pompeium, percussit iaculo loricæ eius commissuram: Pompeius illum hasta transfixit & occidit. In hac pugna Amazones, à
B montibus Thermodonti fluvio accubantibus profectæ, auxilio venisse perhibentur barbaris. Quippe à prælio, dum spolia barbarorum legunt Romani, peltas Amazonicas cothurnosque reperere, corpus verò muliebre reperere nullum. Caucasum incolunt, quà ad mare Hyrcanum spectat, non conterminæ Albanis, sed interueniunt Gelæ & Leges. Cum his menses binos quoque anno ad amnem Thermodontem congrediuntur & concumbunt. Inde digressæ seorsum degunt. Pompeius quum secundum pugnam gestiret Hyrcaniam & mare Caspium visere, à pernicialium serpentium vi, quum abesset trium dierum
C itinere, deterritus diuertit in Armeniam minorem. Elymæorum & Medorum regibus, qui legatos ad eum miserunt, benignè rescripsit. Parthum Gordyenem incursantem, & Tigranis subditos vastantẽ, misso cum exercitu Afranio, expulit, insectatusq; est vsq; ad Arbelitin. Ex omnibus Mithridatis pellicibus, quæ attractæ ad eum fuere, nullam attigit, omnes ad parentes & propinquos remisit. Nam ducum ferè & dynastarum filiæ coniugesque erant. Stratonice verò, quæ apud eum summæ erat autoritatis opulentissimamque arcem seruabat, cantoris cuiusdam (vti fama est).
D non abundantis & senis fuit filia. Adeo hæc repentè psallens in conuiuio cepit Mithridatem, vt cum ea ilicò cubitum discederet, senemque ablegeret molestè ferentem quòd ne appellasset quidem se benignè. Vt tamen sub diluculo expergefactus, domi conspexit aureis & argenteis poculis refertas mensas, frequentem famulitij turbam, eunuchos & pueros, qui sibi exquisita pallia offerrent, atque in vestibulo stantem equum exornatum, sicut regis amicis solet, derisui & ludibrio se haberi ratus, efferre se ostio voluit. verùm retinentibus eum ministris, exponentibusque di-
E uitis nuper defuncti opimam hæreditatem ei à rege donari, atque tenues has primitias & documenta esse reliquorum bonorum & possessionum: ita vix tandem his fidem habens, purpuram induit, insilienſque in equum per vrbem vectus est clamitans, Mea hæc omnia sunt. Ad deridentes ipsum, non hoc ait esse mirum, sed quòd gaudij impotens, obuios non incesseret lapidibus. His natalibus & sanguine fut Stratonice. Ea Pompeio & arcem tradidit, & multa munera obtulit. ex quibus ille, quæ ornatum templis, & triumpho existimabat præ-
F bitura splendorem, sola accepit, reliquis Stratonicem se iussit oblectare. Perinde quum rex Iberum lectum, mensam, & sellam ei, omnia aurea,

misisset, precareturq; ea vt acciperet, hæc quoque quæstoribus, vt referrẽt in tabulas publicas, tradidit. In arce, quod dicebatur Cœnon, arcana monumẽta Pompeius Mithridatis nactus est, nec ea inuitus legit, quòd clarè illius censum patefacerent. Erant commentarij, ex quibus veneno cùm alios complures tum filium comperit eum Ariarathem sustulisse, præterea Sardianum Alcæum, quod in ludis ipsum aurigando antecelluisset. Significationes item perscriptæ erant somniorum, quæ partim ipse, partim nonnullæ coniugum eius viderant. Ad hæc Monimes ad eum, & ad hanc illius lasciuæ epistolæ. Theophanes etiam Rutulij inuentam prodit orationem, qua eum ad ciuium Romanorum cædem in Asia inflammauit. quod rectè plerique à Theophane conijciunt mal.ciosè confictum, qui nihil sui Rutilium similem prosequeretur odio Probabile etiam sit Pompeij causa, cuius patrem hominem teterrimum ostendit in historijs Rutilius. Hinc Amisum profectus Pompeius est, vbi ambitione impulsus rem designauit inuidiosam. Qui enim acerbè Lucullum vellicauerat, quòd hoste viuo prouincias composuisset, præmiaq; & honores esset dilargitus, quæ facere patrato & confecto bello solen: victores, ipse dominante in Bosphoro Mithridate, qui contraxerat manum haud contemnendã, quasi omnibus bonis cõfectis eadẽ egit, prouincias ordinauit, & dona cõtulit. Multi duces, dynastæ, reges etiam duodecim ad eum conuenerunt barbari. Vnde nec Parthum rescribẽs voluit in aliorum gratiam Regem regum, sicut cæteri, appellare. Tenebat autem eum desiderium & cupiditas Syriæ recipiendæ, atque per Arabiam penetrandi ad mare rubrum, vt ad Oceanum, quo orbis terræ vndique cingitur, peruenire victor. Etenim in Africa victoriam vsque ad Oceanum princeps protulerat. Iam in Hispania iterum imperium Romanũ mari terminauerat Atlantico. Tertiò consectandis modò Albanis penè attigerat mare Hyrcanum. Igitur, quo expeditionis suæ committeret mari rubro orbem, signa mouit. Quippe Mithridatis alioquin arduam videbat capturam, cumque in fuga quàm certamine grauiorem. Itaque validiorem hostem fatus relictuum se ei famem, stationes nauium disposuit contra nauigantes in Bosphorum mercatores, pœnamque captis capitalem indixit, ac trahens secum magnam exercitus manum iter est ingressus. Ibi incidit in cadauera etiamnum inhumata illorum qui duce Triario improsperè cum Mithridate pugnauerant ceciderantque. Hos splendidè & magnificè omnes tumulauit, quod neglectum: militum animos imprimis putatur ab Lucullo abalienasse. Subiugatis per Afranium Arabibus, qui Amanum accolunt, descendit in Syriam. quam vt iusto rege vacantem in formam prouinciæ redegit, possessionemque fecit populi Romani. Iudæam subegit, regemque Aristobulum cepit. Vrbes alias condidit, alias fecit immunes, puniens earum tyrannos. Plurimum temporis in iure dicendo posuit, vrbium & regum controuersias disceptans. Quò non aditet ipse, amicos misit. Ita Armenijs & Parthis, qui de certa regione ambigentes causam eius notioni permiserant, tres iudices & arbitros misit. Ingens enim nomen erat eius potentiæ,

πέμψαντος αὐτῷ καὶ δεηθέντος λαβεῖν, καὶ ταῦτα τοῖς τοῦ δήμου παρέδωκεν εἰς τὸ δημόσιον. ἐν δὲ τῷ καινῷ φρουρίῳ καὶ γράμματα ἀπόρρητα ὁ Πομπήιος ἐπέτυχε τοῦ Μιθριδάτου, καὶ διῆλθεν οὐκ ἀπόβλητα αὐτὰ πολλοὶ ἔχοντα τοῦ ἤθους κατηγορήσοντα. ὑπομνήματα γὰρ ἦν ἃ ἐξ ὧν ἐφαρμάκευσε φαρμάκοις ἄλλοις τε πολλοὺς καὶ τὸν υἱὸν Ἀριαράθην ἀνῃρηκώς, καὶ τὸν Σαρδιανὸν Ἄλκαιον, ὅτι παρῳδοκιμήσειν αὐτὸν ἵππους ἀγωνίσας ἐλαύνων. ἦσαν δὲ καὶ ἀναγεγραμμένα κρίσεις ἐνυπνίων, ὧν τὰ μὲν αὐτὸς ἑωράκει, τὰ δὲ ἔνια τῶν γυναικῶν. ἐπιστολαί τε Μονίμης πρὸς αὐτὸν ἀκόλαστοι, καὶ πάλιν ἐκείνου πρὸς αὐτήν. Θεοφάνης δὲ καὶ Ῥουτιλίου λόγον εὑρεθῆναί φησι παροξυντικὸν ὅτι τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαίων. ὃ καλῶς εἰκάζουσιν οἱ πλεῖστοι, κακοήθευμα τοῦ Θεοφάνους εἶναι. τάχα μὲν οὐδὲν αὐτῷ τῷ Ῥουτιλίῳ ἐοικότα μισοῦντος, εἰκὸς δὲ καὶ τὸν Πομπήιον, οὗ τὸν πατέρα παμπόνηρον ἀπέδειξεν ὁ Ῥουτίλιος ἐν ταῖς ἱστορίαις. ἐντεῦθεν εἰς Ἀμισὸν ἐλθὼν ὁ Πομπήιος, πάθος νεμεσητὸν ὑπὸ φιλοτιμίας ἔπαθε. πολλὰ γὰρ τὸν Λεύκολλον ὑπικερτομήσας, ὅτι τοῦ πολεμίου ζῶντος ἔγραφε δραπέτας καὶ δωρεὰς ἔνεμε καὶ νίκας, ἃς συνηρημένου πολέμου καὶ πέρας ἔχοντος εἰώθασι ποιεῖν οἱ νενικηκότες, αὐτὸς ἐν Βοσπόρῳ Μιθριδάτου κρατοῦντος καὶ συνειληχότος ἀξιόμαχον δύναμιν, ὡς δὴ συντετελεσμένων ἁπάντων, ἔπραττε ταῦτα, δραχμὰς τε ἐπαρχίας, καὶ δραχμὰς δωρεὰς, πολλῶν μὲν ἡγεμόνων καὶ δυναστῶν, βασιλέων δὲ δώδεκα βαρβάρων ἀφικομένων πρὸς αὐτόν. ὅθεν οὐδὲ ἠξίωσε τὸν Πάρθον ἀντιγράφων (ὥσπερ οἱ λοιποὶ) βασιλέα βασιλέων προσαγορεύσαι, τοῖς δικαίοις χαριζόμενος. αὐτὸν δὲ λίς ἔρως καὶ ζῆλος εἶχε, Συρίαν ἀναλαβεῖν, καὶ διὰ τῆς Ἀραβίας ὅπῃ τοῦ ἐρυθρᾶ ἐλάσειε θάλασσαν, ὡς πᾶν πρεσβεύοντι τὸν οἰκουμένου πόντον ὠκεανῷ προσμίξειν νικῶν. καὶ γὰρ ἐν Λιβύῃ πρῶτος ἄχρι τῆς ἐκτὸς θαλάσσης κρατῶν προῆλθε, καὶ τὸν ἐν Ἰβηρίᾳ πάλιν ἀρχὴν ὡείσατο Ῥωμαίοις τῶν Ἀτλαντικῶν πελάγη, καὶ τέλος ἔναγχος Ἀλβανοὺς διώκων, ὀλίγον ἐδέησεν ἐμβῆναι εἰς τὸν Ὑρκανίαν θάλασσαν. ὡς οὖν συνάψων τῇ ἐρυθρᾷ τὸν περίοδον τῆς στρατείας, αἴσατο. καὶ γὰρ δὴ ὡς τὸν Μιθριδάτου ἑώρα δυσθήρατον ὄντα τοῖς ὅπλοις, καὶ φεύγοντα χαλεπώτερον ἢ μαχόμενον. διὸ τοῦτο μὲν εἰπὼν, ἰσχυρότερον ἑαυτῷ πολέμιον τὸν λιμὸν ἀπολείψειν, ἐπέστησε φύλακας τῶν νεῶν ὅπῃ τοὺς πλεόντας εἰς Βόσπορον ἐμπόρους· καὶ θάνατος ἦν ἡ ζημία τοῖς ἁλισκομένοις. αἰχμαλωτῶν δὲ τῆς στρατιᾶς τὸν πληθὺν συχνὸν πρὸς τῇ γῇ, καὶ τῶν μετὰ Τειραείου πρὸς Μιθριδάτου ἀτυχῶς ἀγωνισαμένων καὶ πεσόντων, ἐν τυχὼν ἀτάφοις ἐπὶ τοῖς νεκροῖς, ἔθαψε λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως ἀπάντας. ὃ δοκεῖ παραλειφθεὶς, οὐχ ἥκιστα Λεύκολλῳ μίσους αἴτιον γενέσθαι. χρησάμενος δὲ Ἀφρανίου τοῦ περὶ Ἀμανὸν Ἄραβας, καὶ καταβὰς αὐτὸς εἰς Συρίαν, ταύτῃ μὲν ὡς οὐκ ἔχουσαν γνήσιον βασιλέα, ἐπαρχίαν ἀπέφηνε, καὶ κτῆμα τοῦ δήμου Ῥωμαίων· τῇ δὲ Ἰουδαίᾳ κατεστρέψατο, καὶ συνέλαβεν Ἀριστόβουλον τὸν βασιλέα. πόλεις δὲ τὰς μὲν ἔκτισε, τὰς δὲ ἠλευθέρου, κολάζων τοὺς ἐν αὐταῖς τυράννους. τῷ δὲ πλείστῳ χρόνῳ ἐν τῷ δικάζειν ἐποιεῖτο, πόλεων καὶ βασιλέων ἀμφισβητήματα διαιτῶν· ἐφ' ἃ δὲ αὐτὸς οὐκ ἐξικνεῖτο, πέμπων τοὺς φίλους· ὥσπερ Ἀρμενίοις καὶ Πάρθοις, περὶ ἧς διεφέροντο χώρας τὴν κρίσιν ποιησαμένοις ἐπ' αὐτῷ, τρεῖς ἀπέστειλε κριτὰς καὶ διαλλακτάς. μέγα μὲν γὰρ ἦν ὄνομα τῆς δυνάμεως,

ἔλαττον ἢ τῆς ἀρετῆς καὶ τραχύτητος· ᾧ καὶ τὰ πλεῖστα
τῶν φίλων καὶ συνήθων ἀπέκρυπτε, κωλύειν μὴ δυνάμενος τοὺς πονηρευομένους οὐ πεφυκώς, αὐτὸν δὲ παρέχων τοῖς ἐντυγχάνουσι τοιοῦτον, ὥστε καὶ τὰς ἐκείνων πλεονεξίας καὶ βαρύτητας εὐκόλως ὑποφέρειν. ὁ δὲ μέγιστον δυνάμενος παρ' αὐτῷ, Δημήτριος ὢν, ἀπελεύθερος, οὐκ ἄφρων εἰς τὰ ἄλλα νεανίας, ἄγαν δὲ τύχῃ χρώμενος. περὶ οὗ καὶ τοιόνδε λέγεται· Κάτων ὁ φιλόσοφος, ἔτι μὲν ὢν νέος, ἤδη δὲ μεγάλην ἔχων δόξαν καὶ μέγα φρονῶν, ἀνέβαινεν εἰς Ἀντιόχειαν, οὐκ ὄντος αὐτόθι Πομπηΐου βουλόμενος ἱστορῆσαι τὴν πόλιν. αὐτὸς μὲν οὖν, ὥσπερ ἀεὶ, πεζὸς ἐβάδιζεν, οἱ δὲ φίλοι συνῴδευον ἵππους χρώμενοι. κατιδὼν δὲ τοὺς τῆς πύλης ὄχλον ἀνδρῶν ἐν ἐσθῆσι λευκαῖς, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς ὁδὸν ἔνθεν μὲν ἐφήβους, ἔνθεν δὲ τοὺς παῖδας διακεκριμένους, ἐδεξιάζετο, οἰόμενος εἰς ἡμῶν τινα καὶ θεραπείαν ἑαυτοῦ μηδὲν δεομένου, ταῦτα γενέσθαι. τοὺς μὲν οὖν φίλους ἐκέλευσε καταβαίνειν καὶ πορεύεσθαι μετ' αὐτοῦ· γενομένοις δὲ πλησίον ὁ πομπὸς διακοσμῶν ἐκεῖνα καὶ καθιστὰς, ἔχων στέφανον καὶ ῥάβδον, ἀπεύθυνε, πυνθανόμενος παρ' αὐτῶν ποῦ Δημήτριον ἀπολελοίπασι, καὶ πότε ἀφίξεται. τοῖς μὲν οὖν φίλοις τοῦ Κάτωνος γέλως ἔλαβεν· ὁ δὲ Κάτων εἰπὼν, Ὦ τῆς ἀθλίας πόλεως, παρῆλθεν, οὐδὲν ἕτερον ἀποκρινάμενος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦτον τὸν Δημήτριον ἥττον ἐπίφθονον ἐποίει αὐτὸς ὁ Πομπήϊος, ὑπερφρονῶν αὐτοῦ, καὶ μὴ διεκκλίνων. λέγεται γὰρ ὅτι πολλάκις ἐν ταῖς ὑποδοχαῖς τοῦ Πομπηΐου παρεμένοντος καὶ δεχομένου τοῖς ἄλλοις, ἐκεῖνος ἤδη κατέκειτο βαρὺς ἔχων δι' ὤτων καὶ τῆς κεφαλῆς ὑμάτιον. οὔπω δὲ εἰς Ἰταλίαν ἐπανεληλυθὼς, ἐκέκτητο τῆς Ῥώμης τὰ ἥδιστα θεάματα, καὶ τὴν ἑσπερίων τὰ κάλλιστα· καὶ κἄστι πολυτελὴς ἦσαν ὀνομαζόμενοι Δημητρίου. καὶ τοι Πομπήϊος αὐτὸς ἄγει τὸν τρίθριαμβον μετρίως καὶ ἀφελῶς ᾤκησεν. ὕστερον δὲ Ῥωμαῖος τοῦτο δὴ τὸ καλὸν καὶ θαυμαστὸν αὐτοῦ θεάσασθαι, ὥσπερ ἐφολκιόνι, παρετεκτήνατο λαμπροτέραν οἰκίαν ἐκείνης, ἐπιφθονοῦντι καὶ τούτῳ· ὥστε τὸν ἐνθυμούμενον δεσπότην αὐτῆς μετὰ Πομπήϊον, εἰσελθόντα θαυμάζειν καὶ πυνθάνεσθαι ποῦ Πομπήϊος Μάγνος ἐδείπνει. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω λέγεται. τοῦ δὲ βασιλέως τῶν περὶ τὴν Πέτραν Ἀράβων, πρότερον μὲν οὐδενὶ λόγῳ τὰ Ῥωμαίων ἠθεμένου, τότε δὲ δείσαντος ἰσχυρῶς, καὶ γράψαντος ὅτι πρῶτα πείθεσθαι καὶ ποιεῖν ἔγνωκεν, οὐκ βεβαιώσασθαι βουλόμενος αὐτὸ τὸν Δία οἰόμενος ὁ Πομπήϊος, ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Πέτραν οὐ πολὺ τὰ τοῖς πολλοῖς ἀμεμπτοτέραν στρατείαν. ἀποδρᾶναι γὰρ ᾤοντο τῆς Μιθριδάτου διώξεως εἕ), καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἠξίουν βέπεσθαι τὸν ἀρχαῖον ἀντιπαγωνιστὴν, αὖθις ἀναζωπυρούντα καὶ παρασκευαζόμενον, ὡς ἀπηγγέλλετο, Δὰ Σκυθῶν καὶ Παιόνων στρατὸν ἐλαύνειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν. ὁ δὲ, ῥᾴδιον οἰόμενος αὐτὸν καταλύσειν τὴν δυνάμει πολεμοῦντος, ἢ τὸ σῶμα λήψεσθαι φεύγοντος, οὐκ ἐβούλετο τείνεσθαι μάτην ἐπὶ τὴν διώξιν, ἑτέρας δὲ τοῦ πολέμου παρενθήκας ἐποιεῖτο, καὶ τὸν χρόνον εἶλκεν. ἡ δὲ τύχη τὴν ἀπορίαν ἔλυσεν. οὐκέτι γὰρ αὐτοῦ τῆς Πέτρας πολλὴν ὁδὸν ἀπέχοντος, ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης βεβλημένου χάρακα, καὶ γυμνάζοντος ἑαυτὸν ἵππῳ περὶ τὸ στρατόπεδον, γραμματηφόροι προσήλαυνον ἐκ Πόντου κομίζοντες εὐαγγέλια. δῆλοι δὲ εὐθὺς εἰσὶ τοῖς αἰχμαῖς τῶν δοράτων. (δάφναις γὰρ ἀναστέφονται) τούτους ἰδόντες οἱ στρατιῶται συνέδραμον πρὸς τὸν Πομπήϊον.

A nec virtutis & mansuetudinis minus. quo pleraque amicorum & familiarium suorum velabat admissa, minimè factus ad coercendos aut puniendos facinorosos, verùm sese eum præbebat adeuntibus, vt illorum ferrent æquo animo auaritiam & acerbitatem. Plurimum apud eum libertus poterat Demetrius, non insipiens cætera iuuenis, sed insolenter fortuna vtens. de quo hoc refertur: Cato philosophus, iuvenis tum quidem, sed magnæ iam opinionis & animi, Antiochiam absente Pompeio ad visendam perrexit vrbem. Iter perpetuo faciebat more suo pedibus: amici,
B qui comitabantur eum, vectabantur equis. Hic contemplatus pro porta virorum turbam in vestibus candidis, atque ex vno latere viæ adultos, ex altero pueros discretos, stomachatus est, ratus honoris sui & officij causa hæc, quæ non morabatur, facta: amicos tamen ad pedes digredi, & secum iussit incedere. Quum propè venissent, occurrit ijs cũ corona & virga designator, qui omnia illa componebat, quærens de ipsis vbi Demetrium reliquissent, & quando esset adfuturus. Ibi Catonis amicis in risum effusis, Cato ait, O miseram ciuitatem! neque alio dato responso præterijt. Sed
C tamen minus apud alios inuidiosum hunc Demetriũ ipse efficiebat Pompeius, qui illius in se insolentiam nõ ægrè ferebat. Memorant enim operiente in conuiuijs atque excipiente alios Pompeio, subinde illum iam accubuisse fastuosè aures & caput habens toga obtecta. Nondum in Italiam reuersus amœnissima subvrbana Romæ comparauerat. Pulcherrima gymnasia, hortique pretiosissimi erant, qui Demetrij dicebantur, quum vsque ad tertium triumphum Pompeius modicam & ciuilem domum haberet. Pòst populo Romano eximium illud & celebratum theatrum extruxit, & iuxta velut appendicem ædificauit domum
D priore splendidiorem, sed ne hanc quidem inuidiosam: vt ille, qui dominus eius post Pompeium fuit, eam ingressus obstupesceret & quæreret vbinam Pompeius Magnus cœnasset. Atque hæc ita referuntur. Rex Arabiæ Petreæ contemptis antè Romanis armis, tunc magno metu perculsus, dicto audientem scripsit se ei fore & imperata facturum. Quo magis autem huius consilium Pompeius exploraret, mouit Petram. Quæ expeditio apud multitudinem castrensem non carebat reprehensione: declinationem enim putabant eam insequendi Mithridatis, atque in illum vertenda
E arma censebant veterem hostem, qui iam bellum instaurabat & parabat (vt annuntiabatur) per Scythiam, & Pannoniam cum exercitu inuadere Italiam. At Pompeius pronius sibi factu existimans vires opprimere bellum gerentis, quàm corpus capere fugientis, quum non esset ei consilium nequicquam sese fatigare in persequendo illo, alias belli digressiones fecit & tempus duxit. At dissoluit fortuna eum nodum. Quum iam non procul à Petra abesset, atque adeo illo die iam esset castra metatus, corpusque circa vallum ex equo exerceret, tabellarij accurrerunt ex Ponto lætum nun-
F tium afferentes. Id statim lancearum cuspidibus demonstrant, quas lauri frondibus exornant. His conspectis milites ad Pompeium concurrerunt.

Quum perficere vellet ille exercitationem, voci- A ferantibus & precantibus illis desilijt ex equo, literisq; acceptis progressus est. Nõ erat ibi suggestus, nequedum erectus fuerat castrensis, quem faciũt grandibus cespitibus excisis & accumulatis. tunc verò nimia properatione & studio congestis iumentorum clitellis tumulum excitauere. Eò postquam conscendit Pompeius, nuntiauit ijs Mithridatem decessisse: qui, quòd secessisset ab ipso Pharnaces filius, manus sibi ipse intulerat. Omnia illic Pharnacem occupasse, eaque sibi & Romanis scripsisse facere. Inde exercitus haud immeritò, quasi in Mithridatis corpore sexcentis extinctis hostibus, ouans conuertit se ad sacrificandum & conuiuia. Pompeius imposita factis suis & expeditionibus, quam haud ita expectauerat facilem, coronide, extemplo signa retrò ex Arabia mouit. Prouincias intermedias cursim emẽsus, Amisum peruenit, inuenitque multa dona à Pharnace allata, multa corpora ex familia regia, ipsum etiam Mithridatis cadauer non admodum ex facie cognitum. Nam cerebrum, qui corpus curauerant, omiserant macerare: verùm agnouerunt eum excicatricibus, qui id spectaculi desiderabant. Nam ipse non sustinuit id videre Pompeius, verùm auertens deorum inuidiam, Sinopen amandauit. Vestem, qua amicire solitus erat se, armorumque molem & splendorem miratus est. At gladij vaginam, quę constiterat talentis quadringentis, Publius furatus venundedit Ariarathi. Cidatin Caius Mithridatis collactaneus Fausto Syllæ filio petenti occultè dedit operis mirifici. quod in prę sentia Pompeiũ fefellit: at Pharnaces, quum pòst resciuisset, in illos qui ea auerterant, animaduertit. Ordinata & composita prouincia, tum fecit maiore pompa iter. Nanque postquam peruenit Mitylenen, ciuitatem immunitate Theophanis gratia donauit, institutumque à maioribus poetarum certamen, quod vnum habebat argumentum ipsius res gestas, spectauit. Delectatus theatro, delineauit effigiem & figuram eius, quo Romę simile excitaret grandius & excellentius. Rhodum profectus, omnes sophistas audiuit, donauitque singulis talentum. Posidonius etiam descripsit disputationem, quam illo audiente habuit contra Hermagoram rhetorem De quæstione generali. Par extitit Athenis aduersus philosophos Pompeij munificentia. Ciuitati ad vrbis instaurationem quinquaginta talenta largitus, sperabat omnium mortalium se in Italiam splendidissimum rediturum, de- E siderabatque videri domesticis desiderantibus. At Deus, cui curæ est fortunæ splendori & magnificentiæ semper aliquam admiscere mali portionem, hoc clàm domi iampridem struxerat parans ei tristiorem regressum. Mutia enim eo absente gesserat se libidinosè. Quandiu procul Pompeius fuit, contempsit sermonem: vbi appropinquauit Italiæ, ac vacua mente scilicet delata versauit, nuntium ei remisit. Quamobrem autem repudiauerit eam, neque tunc scripsit, neque postea verbo prodidit: verùm causa relata est in epistolis Ciceronis. Porrò rumores de Põpeio varij præcur- F rerunt, & ingẽs tumultus fuit, quasi exercitũ Pompeio vrbi admoturo & dominatum sibi firmaturo.

ὁ ὃ πρῶτον μὲν ἐβούλετο τὰ γυμνάσια συντελῆσαι, βοώντων δὲ καὶ δεομένων, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, καὶ λαβὼν τὰ γράμματα προσήει. βήματος δὲ οὐκ ὄντος, οὐδὲ τοῦ στρατοπεδεύειν φθάσαντος, (ὃ ποιοῦσιν αὐτοὶ, τῆς γῆς ἐκτεμνάς βαθείας λαμβάνοντες, καὶ καταλλήλων συντιθέντες) ἐκ τῆς τότε σπουδῆς καὶ προθυμίας τὰ σώματα τῶν ἐπιζυγίων συμφορήσαντες ὕψος ἐξῆραν. ἐπὶ τοῦτο προβὰς ὁ Πομπήιος, ἀπήγγειλεν αὐτοῖς ὅτι Μιθριδάτης τέθνηκε, σφαγιάσαντος Φαρνάκου τοῦ υἱοῦ Δημαχρησάμενος ἑαυτόν· τὰ δὲ ἐκεῖ πάντα προάγματα Φαρνάκης κατεκληρώσατο, καὶ ἑαυτῷ καὶ Ῥωμαίοις γέγραφε ποιούμενος. ἐκ τούτου δὲ μὲν στρατόπεδα τὴν χώραν χρώμενον (ὡς εἰκὸς) εὐθυσίας καὶ συνουσίας δίηγε, ὡς ἐν τῷ Μιθριδάτου σώματι μυείων τεθνηκότων πολεμίων. Πομπήιος δὲ πᾶσι προέξεσιν αὐτῷ καὶ τῇ στρατείᾳ κεφαλαιῶν ὑπιτεθηκώς, οὐ πάνυ ῥαδίως οὕτω προσδοκηθεῖσαν, αὖθις ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Ἀραβίας· καὶ ταχὺ τὰς ἐν μέσῳ διόξελθὼν ἐπαρχίας, εἰς Ἀμισὸν ἀφίκετο, καὶ κατέλαβε πολλὰ μὲν δῶρα τῶν Φαρνάκου κεκομισμένα, πολλὰ δὲ σώματα τῶν βασιλικῶν· αὐτὸν δὲ τὸν Μιθριδάτου νεκρὸν, οὐ πάνυ γνωριμον ἀπὸ τοῦ προσώπου, (τὸν γὰρ ἐγκέφαλον ἔλαθον ἐκτῆξαι τοὺς θεραπεύοντας) ἀλλὰ τὸν οὐλαῖς ἐπεγνωσκον οἱ δεόμενοι τοῦ θεάματος. οὐ γὰρ αὐτὸς Πομπήιος ἰδεῖν ἐπέμεινεν, ἀλλ' ἀφοσιωσάμενος τὸ νεμεσητὸν, εἰς Σινώπην ἀπέπεμψε. τῆς δὲ ἐσθῆτος εἰῶν ἐφόρει, καὶ τῶν ὅπλων τὸ μέγεθος καὶ τὴν λαμπρότητα ἐθαύμαζε. καίτοι τὸν μὲν ξιφήρη πεποιημένον ἀπὸ τετρακοσίων ταλάντων Πόπλιος κλέψας ἐπώλησεν Ἀριαράθῃ· τὴν δὲ κίταριν Γάιος ὁ τοῦ Μιθριδάτου σύντροφος ἔδωκε κρύφα θεήσαντι Φαύστῳ τῷ Σύλλα παιδὶ, θαυμαστῆς οὖσαν ἐργασίας. ὃ τότε τὸν Πομπήιον διέλαθε, Φαρνάκης δὲ γνοὺς ὕστερον, ἐμμωρήσατο τοῖς ὑφελομένοις· διοικήσας δὲ τὰ ἐκεῖ καὶ καταστησάμενος, οὕτως ἤδη πανηγυρικώτερον ἐχρῆτο τῇ πορείᾳ. καὶ γὰρ εἰς Μιτυλήνην ἀφικόμενος, τὴν τε πόλιν ἠλευθέρωσε διὰ Θεοφάνη, καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν πάτριον ἐθεάσατο τῶν ποιητῶν, ἐπίθεσιν μίαν ἔχοντα τὰς ἐκείνου πράξεις. ἡσθεὶς καὶ τῷ θεάτρῳ, προσεγράψατο τὸ εἶδος αὐτοῦ καὶ τὸν τύπον, ὡς ὅμοιον ἀποφανούμενος τὸν ἐν Ῥώμῃ, μεῖζον δὲ καὶ σεμνότερον. ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος, πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε. Ποσειδώνιος δὲ καὶ τὴν ἀκρόασιν ἀνέγραψεν, ἣν ἔχει ἐπ' αὐτοῦ, πρὸς Ἑρμαγόραν τὸν ῥήτορα περὶ τῆς καθ' ὅλου ζητήσεως ἀντιπαραξάμενος. ἐν δὲ Ἀθήναις, τὰ μὲν πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὅμοια τοῦ Πομπήιου· τῇ πόλει δὲ ἐπιδοὺς εἰς ἐπισκευὴν πεντήκοντα τάλαντα, λαμπρότατος ἀνεθέφτων ἤλπιζεν ἐπιβήσεσθαι τῆς Ἰταλίας, καὶ πρόθυμον ὀφθήσεσθαι τοῖς οἴκοι πολίταις. ὡς δὲ ἀρὰ πρὸς τὰ λαμπρὰ καὶ μεγάλα τῶν ἀπὸ τῆς τύχης ἀγαθῶν ἀεί τινα κεραννύναι κακὸν μοῖραν ἐπιμελές ἐστι δαιμονίῳ, τοῦτο ἐπιοιχόμενον πάλαι τῶν ἀσκεύαζον αὐτῷ λυπηρότερον τὴν ἐπάνοδον. ἐξύβεισε γὰρ ἡ Μουκία πρὸς τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ. καὶ πόρρω μὲν ὢν ὁ Πομπήιος κατεφρόνει τοῦ λόγου, πλησίον δὲ Ἰταλίας γενόμενος, καὶ φοβούμενον τὸν λοιδορῶν μᾶλλον (ὡς ἔοικε) τῆς αἰτίας ἀφαιρούμενος, ἔπεμψεν αὐτῇ τὴν ἄφεσιν· οὔτε τότε γράψας, οὔθ' ὕστερον ἐφ' οἷς ἀφῆκεν ἐξειπών· ἐν δὲ ἐπιστολαῖς Κικέρωνος ἡ αἰτία γέγραπται. λόγοι δὲ πανταχοῦ περὶ τοῦ Πομπήιου περιφερόμενοι εἰς τὴν Ῥώμην· καὶ θορυβος ἦν πολὺς, ὡς δεινὸς ἀξιόπιστος ἐπὶ τὴν πόλιν στράτευμα, καὶ μοναρχίας βεβαίας ἐσομένης.

Κράσσος δ' τὸς παῖδας καὶ τὰ χρήματα λαβὼν ὑπεξῆλθεν, εἴτε δείσας ὀρθῶς, εἴτε μᾶλλον (ὡς ἐδόκει) πίστιν ἀπολείπων τῇ διαβολῇ καὶ τὸ φθόνον ποιῶν τραχύτερον. ὅθεν ὑπεδέξατο Ἰταλίας ὁ Πομπήϊος, καὶ συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τοὺς στρατιώτας, καὶ τὰ πρέποντα διαλεχθεὶς καὶ φιλοφρονησάμενος, ἐκέλευσε διαλύεσθαι κατὰ πόλιν ἑκάστους, καὶ βέπεσθαι πρὸς τὰ οἰκεῖα, μεμνημένους αὖθις ὅτι τὸ θρίαμβον αὐτῷ συνελθεῖν. οὕτω δὲ τῆς στρατιᾶς σκεδασθείσης, καὶ πυθανομένων ἀπόντων, πρᾶγμα συνέβη θαυμαστόν. ὁρῶσαι γὰρ αἱ πόλεις Πομπήϊον Μάγνον ὅπλον, καὶ μετ' ὀλίγων τῶν συνήθων, ὡς περ ἐξ ἀδείας ἀποδημίας διαπορευόμενον, ἐκχεόμεναι δι' εὔνοιαν καὶ προπέμπουσαι μετὰ μείζονος δυνάμεως, συγκατήγαγον εἰς τὴν Ῥώμην, εἴτε κινεῖν διενοεῖτο καὶ νεωτερίζειν τότε, μηδὲν ἐκείνου δεόμενον τοῦ στρατεύματος. ἐπεὶ δὲ νόμος οὐκ εἴα πρὸς τὸ θρίαμβον παρελθεῖν εἰς τὴν πόλιν, ἔπεμψεν ἀξιῶν εἰς τὴν βουλὴν ἀναβοηθέσθαι τὰς τῶν ὑπάτων ἀρχαιρεσίας καὶ δοῦναι ταύτην αὐτῷ τὴν χάριν, ὅπως παρὼν Κάτωνι συναρχαιρεσιάσῃ. Κάτωνος δὲ πρὸς τὴν ἀξίωσιν ἀντάντος, οὐκ ἔτυχε τοῦ βουλεύματος. θαυμάσας δὲ τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ καὶ τὸν τόνον, ᾧ μόνος ἐχρῆτο φανερῶς ὑπὲρ τῶν δικαίων, ἐπεθύμησεν δικαίως γέ πως κτήσασθαι τὸν ἄνδρα. καὶ δυεῖν οὐσῶν ἀδελφιδῶν τοῦ Κάτωνος, τὴν μὲν αὐτὸς ἐβουλεύετο λαβεῖν γυναῖκα, τὴν δὲ τοῦ παιδὶ συνοικίσαι. τοῦ δὲ Κάτωνος ὑποφθονοῦντος τὴν πεῖραν, ὡς διαφθορὰν οὖσαν αὐτοῦ, βέπον δὲ καὶ δεκαζομένου διὰ τῆς οἰκειότητος, ἥτε ἀδελφή, καὶ γυνὴ χαλεπῶς ἔφερον εἰ Πομπήϊον Μάγνον ἀποτείχεται κηδεστήν. ὁ δὲ τούτῳ βουλόμενος ὕπατον ἀποδεῖξαι Πομπήϊος Ἀφράνιον, δεγύριον εἰς τὰς φυλὰς ἀνήλισκεν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τοῦτο κατιόντες εἰς τοὺς Πομπήϊου κήπους ἐλάμβανον· ὥστε τὸ πρᾶγμα πιθανὸν ἦν). καὶ τὸν Πομπήϊον ἀκούειν κακῶς, ἧς αὐτὸς δεχθεὶς ἐφ' οἷς κατώρθωσεν, ὡς μεγίστης, ἔτυχε, ταύτην οἷον ποιούντα τοῖς δι' ἀρετῆς κτήσασθαι μὴ δυναμένοις. τούτων μὲν οὖν πρὸς τὰς γυναῖκας ὁ Κάτων ἔφησε τὴν ὀργὴν κοινωνητέον, οἰκείοις Πομπήϊου γενομένοις· αἱ δὲ ἀκούσασαι, συνέγνωσαν βέλτιον αὐτὸν ἐκείνου λογίζεσθαι περὶ τοῦ πρέποντος. τοῦ δὲ θριάμβου ὡς μεγάλης (καίπερ εἰς ἡμέρας δύο μεταθέντος) ὁ χρόνος οὐκ ἐξήρκεσεν, ἀλλὰ τὴν παρεσκευασμένων πολλὰ τῆς θέας ἐξέπεσεν, ἑτέρας ἀποδεικνύντα πομπῆς ἀξίωμα καὶ κόσμος εἶχε). γράμμασι δὲ πρεσβευομένοις ἐδηλοῦτο τὰ γένη καθ' ὧν ἐθριάμβευεν. ἦν δὲ τάδε, Πόντος, Ἀρμενία, Καππαδοκία, Παφλαγονία, Μηδία, Κολχίς, Ἴβηρες, Ἀλβανοί, Συρία, Κιλικία, Μεσοποταμία, τὰ περὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην, Ἰουδαία, Ἀραβία, ὃ πειρατικὸν ἅπαν ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ καταπεπολεμημένον. ἐν δὲ τούτοις φρούρια μὲν ἑλωκότα, χιλίων οὐκ ἐλάττονα, πόλεις δὲ οὐ πολὺ τῶν ἑκατὸν ἀποδεοῦσαι· πειρατικαὶ δὲ νῆες ὀκτακόσιαι, κατοικίαι δὲ πόλεων μιᾶς δεοῦσαι τετταράκοντα. πρὸς δὲ τούτοις ἔφερε διὰ τῶν γραμμάτων, ὅτι πεντακισχίλιαι μὲν μυριάδες ἐκ τῶν τελῶν ὑπῆρχον, ἐκ δὲ ὧν αὐτὸς προσεκτήσατο τῇ πόλει μυριάδας ὀκτακισχιλίας πεντακοσίας λαμβάνουσιν· ἀναφέρεται δὲ εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον ἐν νομίσματι καὶ κατασκευαῖς, ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ διακόσια τάλαντα, πάρεξ τῶν εἰς τοὺς στρατιώτας δεδομένων· ὧν ὁ τοὐλάχιστον αἴρων κατὰ λόγον δραχμὰς εἴληφε χιλίας πεντακοσίας. αἰχμάλωτοι δὲ ἐπομπεύθησαν, ἀπὸ τῶν ἀρχιπειρατῶν, ὁ τοῦ Τιγράνου τοῦ Ἀρμενίου, μετὰ γυναικὸς καὶ θυγατρός·

A Crassus sanè, vel quòd reuera id formidaret, vel (quod videbatur verisimilius) vt calumniæ fidem faceret atq; inuidiam excitaret Pompeio acerbiorem, subduxit se cum liberis & fortunis ex vrbe. Igitur Pompeius simulatque attigit Italiam, aduocatis ad concionem militibus conuenientem tempori orationem habuit, ac benignè eos prosequutus iussit vt in patriam se quisq; reciperet, domumq; rediret, admonuit autem vt ad triumphum suum adessent. Ita soluto exercitu, quum id vbiq; percrebuisset, res mirifica accidit. Siquidem ciuitates Pompeium Magnum cernentes inermem, & cum paucis
B necessarijs sicut ex alia profectione transeuntem, effusæ magno studio ac prosequentes, Romã eum maiore frequentia reduxerunt, vt si quid mouere vel nouare cogitaret, nihil tum requireret exercitũ suum. Quando verò ante triumphum vetitum lege erat ingredi vrbem, misit ad senatum petitum vt comitia consularia proferrent, ac sibi hoc darent beneficij, quo Pisonis petitionem commendare sua præsentia posset: cæterùm renitente Catone nõ obtinuit quod postulauerat. Catonis autem admiratus libertatem & vim, quibus solus apertè pro legibus vtebatur, affectauit omninò illum sibi adiungere: atq; ex duabus fratris & sororis filiabus, quas
C habebat Cato, vnam ipse sibi nuptijs copulare, alteram collocare cupiuit filio. At quia Cato id quod attentabat Pompeius suspectum habebat, tanquam ad corrumpendum se spectaret labefaciendumque per necessitatem, soror eius & vxor ægrè ferebant quòd affinitatem repudiaret Pompeij Magni. Interea quærens Pompeius Afraniũ consulem facere, nummos pro eo in tribus pronuntiauit, atq; ad eos accipiendos venerunt in hortos Pompeij. Vnde re euulgata, fuit aduerso rumore Pompeius: qui quẽ magistratum ob res præclarè gestas fuerat vt maximum præmium adeptus, eum non valentibus vir-
D tute assequi proponeret venalem. Atqui mulieribus Cato, In harum veniendum, inquit, nobis erat communionem macularum, si necessitudinem contraxissemus cum Pompeio. Quod vbi audiuerunt, agnouere rectius eum quàm se, quid deceret, expendere. Triumphi quamuis in duos diuisi dies non cepit tempus magnitudinem, sed apparatus magna pars, quæ ad decorandum & exornandum alium triumphum satis suppeditasset, non fuit spectata. Titulis præcedentibus gentes, de quibus triumphabat, significatæ. Hæ fuerunt Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Col-
E chis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia: præterea quæ circa Phœniciam & Palæstinam incolunt gentes, Iudæa, Arabia: piratæ terra marique debellati. In his captæ arces non minus mille, vrbes non intra nongentas, naues octingentæ piraticæ, frequentatæ cultoribus vrbes, quæ fuerant desolatæ, vndequadraginta. Ad hæc tabulis ostensum vniuersa populi Romani vectigalia ante id bellum bis millies fuisse, ex ijs verò quæ populo Romano ipse quæsitis addidisset, redire ter millies quadringenties. In ærarium retulit vasa, aurum argentumque signa-
F tum ad viginti millia talentum, præter ea quæ diuisa sunt militibus: quorum qui minimum accepit, pro rata mille & quingentos denarios tulit, Captiui in triumpho ducti extra archiparatas Tigranis Armenij filius cum coniuge & filia

ipsius Tigranis vxor Zosime, Iudæorum rex Aristobulus, ad hæc Mithridatis soror cum quinq; filijs & Scythicæ mulieres. Iam Albanorum & Iberûm obsides, & Commagenorum regis. Trophæa permulta numero omnibus paria pugnis, quibus aut ipse aut per legatos palmam tulerat. Quod autem excellentissimum ad gloriã eius erat, & quod nemo vnquam obtinuerat Romanorum, tertium triumphum ex tertia parte orbis duxit. Nam tres etiam antè alij egerant. Ille primo ex Africa, altero ex Europa, tertio hoc ex Asia ducto, quasi de orbe terræ tribus triumphis inuectus est visus. Ætate tunc erat, vt illi volunt qui in omnibus cum Alexandro illum contendunt & conferunt, quatuor & triginta annis minor, reuera attingebat quadragesimum. Qui vtinam tum vitã deposuisset, quoad fortunam habuit Alexandri. Vlterius tempus plenas inuidiæ attulit ei prosperitates & acerbissima infortunia. Quam enim meritis suis obtinebat in vrbe potentiam, hac pro alijs abutendo, quantum illis conciliabat opum, tantum suam imminuens gloriam, imprudens potentiæ suæ vim & molem euertit. Atque vt firmissimæ vrbium partes & loca, vbi hostem acceperunt, illis suum adijicunt robur, ita per Pompeij opes sublatus in rempub. Cæsar, quibus viribus aduersus alios pollebat, ijsdẽ ipsum euertit & prostrauit. Ea ad hunc modum gesta sunt: Lucullum, vbi ex Asia remeauit, omni genere iniuriæ à Pompeio affectum & statim senatus honorificè excepit, & Pompeio iam præsente monendo excitauit vt autoritatem suam accommodaret ad rempubl. capessendam. Elanguerat & obtorpuerat quidem ille de cætero industria, atq; otij voluptatibus diuitijsque fruendis dediderat se. In Pompeium verò confestim insurgens atq; acriter eum adortus, decreta sua, quæ aboleuerat ille, obtinuit & plus in senatu potuit adiuvante Catone. Ita explosus & iactatus Pompeius, necesse habuit ad tribunos plebis confugere atque applicare se ad adulescentulos, quorum pestilentissimus & audacissimus eum Clodius recepit & obnoxium reddidit populo. Quem indignis modis volutatum in foro tenens & circumducens adhibuit rogationum, quas ad demerendam & illiciendam plebem ferebat, autorẽ: ac mercedem insuper poposcit, quasi non macularet eum, sed beneficijs afficeret, quam accepit pòst, vt amicum & eum qui multas pro ipsius dignitate susceperat actione, proderet Ciceronem. quem in periculũ vocatum, & opem petentem ab ipso, ne in conspectum quidem admisit, sed villa exclusit venientes, & alio ostio extulit se. Ita Cicero iudicij metu vrbe cessit. Eadem tempestate reuersus ex prouincia Cæsar, negotium suscepit, quod in præsentia magnum ei fauorẽ & in posterum addidit opes ingentes, Pompeium verò & remp. perdidit. Petebat primum consulatum. Considerans autẽ in Crassi à Pompeio alienatione, si ad alterum se applicasset, alterum habiturum se inimicum, ad ambos reconciliandos conuertit animum, rem præclaram alioquin & ciuilem, sed ex causa praua cauteq; ab illo & insidiose commentatam. Quippe vires reipubl. quæ sicut in naui propensiones ad æquilibriũ redigebant, vbi coiêre & vnitæ sunt,

A αὐτός τε Τιγρανοῦ τοῦ βασιλέως γυνὴ Ζωσίμη, καὶ βασιλεὺς Ἰουδαίων Ἀριστόβουλος· Μιθριδάτου δὲ ἀδελφὴ καὶ πέντε τέκνα· καὶ Σκυθίδες γυναῖκες· Ἀλβανῶν δὲ καὶ Ἰβήρων ὅμηροι, καὶ τοῦ Κομμαγηνῶν βασιλέως· καὶ τρόπαια πάμπολλα, ταῖς μάχαις ἰσάριθμα πάσαις ἃς ἢ αὐτὸς ἢ διὰ τῶν στρατηγῶν ἐνίκησε. μέγιστον δὲ ὑπῆρχε πρὸς δόξαν καὶ μηδενὶ τῶν πώποτε Ῥωμαίων γεγενὸς, ὅτι τὸ τέταρτον θρίαμβον ἀπὸ τῆς τρίτης ἠπείρου κατήγαγον. ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ πρότερον ἦσαν ἕτεροι τετριαμβευκότες. ἐκεῖνος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐκ Λιβύης, τὸν δὲ δεύτερον ἐξ Εὐρώπης, τοῦτον δὲ τὸ τελευταῖον,

B ἀπὸ τῆς Ἀσίας εἰσαγαγών, ὅπου διὰ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον ἐδόκει τοῖς τρισὶν ἐπῆναι θριάμβοις. ἡλικία δὲ τότε τοῦ (ὡς μὲν οἱ πολλοὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ παραβαλλόντες αὐτὸν καὶ παρεβιβάζοντες ἀξιοῦσι) νεώτερος τῶν τεσσαράκοντα καὶ τεττάρων ἐτῶν, ἀληθείᾳ δὲ τοῖς τεσσαράκοντα παρῆν. ὡς εἴ γε ἐνταῦθα τοῦ βίου παυσάμενος ἄχρις οὗ τοῦ Ἀλεξάνδρου τύχοι ἔφερεν· ὁ δὲ ἐπέκεινα χρόνος αὐτῷ τὰς μὲν δυστυχίας ἤνεγκεν ἐπιφθόνους, αἰτίας δὲ καὶ δυστυχίας. οὐ γὰρ ἐκ παρεσκευῶν αὐτὸς ἐκτήσατο δυνάμιν ἐν τῇ πόλει, ταύτῃ χρώμενος ὑπὲρ ἀνδρῶν οὐ δικαίως, ἴσον ἐκείνοις

C ἰσχὺς παρεσκεύαζε, τῆς αὐτοῦ δόξης ἀφαιρῶν, ἔλαττον ῥώμῃ καὶ μεγέθει τῆς αὐτοῦ δυνάμεως καταλυθείς· καὶ καθάπερ τὰ καρτερώτατα μέρη καὶ χωρία τῶν πόλεων, ὅταν δέξηται πολεμίους, ἐκείνοις παρεστήσι τὸν αὐτῶν ἰσχύν, οὕτω δι' τῆς Πομπηίου δυνάμεως Καῖσαρ ἐξαρθεὶς ἐπὶ τὸν πόλιν, ᾧ κατὰ τῶν ἀνδρῶν ἴσχυσε, τοῦτον ἀνέτρεψε καὶ κατέβαλεν. ἐπράχθη δὲ οὕτω· Λεύκουλλος ὡς ἐπανῆλθεν ἐξ Ἀσίας, ὑπὸ Πομπηίου παρευδοκιμούμενος, αὐτίκα τε λαμπρῶς ἡ σύγκλητος ἐδέξατο, καὶ μᾶλλον ἐπὶ Πομπηίου παραλυομένου κελεύουσα τὸν δόξαν ἤγειρεν ἐπὶ τὸν πολιτείαν. ὁ δὲ τὰ πολλὰ μὲν ἀμβλὺς ἦν ἤδη, καὶ κατέψυκτο τὸ πρακτικὸν, ἡδονῇ σχολῆς καὶ τοῖς περὶ τὸν πλοῦτον διατριβαῖς ἑαυτὸν ἐνδεδωκώς· ἐπὶ δὲ Πομπηίου θυθὶς αἴξας καὶ λαβόμενος ἐπόνως αὐτοῦ, περί τε τῶν διατάξεων ἃς ἔλυσεν, ἐκράτει, καὶ πλέον εἶχεν ἐν τῇ βουλῇ, συναγωνιζομένου Κάτωνος. ἐκπίπτων δὲ περιωθούμενος ὁ Πομπήιος, ἠναγκάζετο δημαρχοῖς προσφεύγειν καὶ προσαρτᾶσθαι μειρακίοις. ὧν ὁ βδελυρώτατος καὶ θρασύτατος Κλώδιος αἰαλαβὼν αὐτὸν ὑπέρριψε τῷ δήμῳ· καὶ παρ' ἀξίαν κυλινδούμενον ἐν ἀγορᾷ ἔχων καὶ περιφέρων, ἐχρῆτο τῶν πρὸς χάριν ὄχλου καὶ κολακείαν γραφομένων καὶ λεγομένων βεβαιωτῇ, καὶ πρὸς ἔπι μισθὸν ἤτει, ὥσπερ οὐ καταισχύνων, ἀλλὰ διεργετῶν, ὃν ὕστερον ἔλαβε παρὰ Πομπηίου, πρεσθεύσαι Κικέρωνα, φίλον ὄντα, καὶ πλεῖστα δὴ πεπολιτευμένον ὑπὲρ αὐτοῦ. κινδυνεύοντι γὰρ αὐτῷ, καὶ δεομένῳ βοηθείας, οὐδὲ εἰς ὄψιν προῆλθεν, ἀλλὰ τοῖς ἥκουσιν ἀποκλείσας τὸν αὔλειον, ἑτέραις θύραις ὤχετο ἀπιών. Κικέρων δὲ φοβηθεὶς τὸν κρίσιν, ὑπεξῆλθε τῆς Ῥώμης. τότε δὲ Καῖσαρ ἐλθὼν ἀπὸ στρατείας, ἥψατο πολιτεύματος ὃ πλείστην μὲν αὐτῷ χάριν ἐν ᾧ παρόντι καὶ δυνάμιν εἰσαῦθις ἐδώρησε, μέγιστα δὲ Πομπήιον ἔβλαψε καὶ τὸν πόλιν. ὑπατείαν μὲν γὰρ μετῄει πρότερον· ὁρῶν δὲ ὅτι

D Κράσσου πρὸς Πομπήιον διαφερομένου, θατέρῳ προσθέμενος, ἑκατέρῳ χρήσεται τῷ ἑτέρῳ, βέπεται πρὸς διαλλαγὰς ἀμφοῖν, πρᾶγμα καλὸν μὲν ἀνδρὸς καὶ πολιτικὸν, αἰτίᾳ δὲ φαύλῃ, καὶ μετὰ δεινότητος ὑπὸ σοφίου συντεθὲν ὑπουλοῦσθαι· ἡ γὰρ ὥσπερ ἐν σκάφει, τὰς ἀποκλίσεις ἐπανισοῦσα τῆς πόλεως ἰσχὺς, εἰς ἓν συνελθοῦσα καὶ γενομένη μία,

τὴν πόλιν πρᾶγματα καταστάσεσιν καὶ καταβαλοῦσαν ἀναπαγώλιστον ἐποίησεν. ὁ γὰρ Κάτων τοὺς λέγοντας ὑπὸ τῆς ὕστερον γενομένης πρὸς Καίσαρα Πομπηίου διαφορᾶς ἀναβαστάζειν τὴν πόλιν, ἁμαρτάνειν ἔλεγεν, αἰνιττομένους τὸ τελευταῖον. οὐ γὰρ τὴν στάσιν οὐδὲ τὴν ἔχθραν, ἀλλὰ τὴν σύστασιν καὶ τὴν ὁμόνοιαν αὐτῇ τῇ πόλει πρῶτον κακὸν γενέσθαι καὶ μέγιστον. ἠρέθη μὲν γὰρ ὕπατος, Καῖσαρ. δήμου δὲ πενεστέρων τε ἄπορον καὶ πένητα, κατοικίας πόλεως καὶ νομὰς ἀγρῶν ἔγραφεν, ἐκβαίνων τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα, καὶ τόπον τινὰ δημαρχίας τὴν ἐξουσίαν καθιστάς. ἐναντιουμένου δὲ τοῦ συνάρχοντος αὐτῷ Βίβλου, καὶ Κάτωνος ἐρρωμένως τῷ Βίβλῳ παρεσκευασμένου βοηθεῖν, προσαγαγὼν ὁ Καῖσαρ ὀλίγου βήματος Πομπήιον ἐμφανῆ καὶ προσαγορεύσας, ἠρώτησεν εἰ τοὺς νόμους ἐπαινοίη. τοῦ δὲ συμφήσαντος, Οὐκοῦν (εἶπεν) αὖθις τοὺς νόμους βιάζηται, εἰς τὸ δῆμον ἀφίξῃ βοηθῶν; πάνυ μὲν οὖν (ἔφη ὁ Πομπήιος) ἀφίξομαι, πρὸς τοὺς ἀπειλοῦντας τῷ ξίφει, μετὰ ξίφους καὶ θυρεοῦ κομίζων. τούτου Πομπήιος οὐδὲν οὔτε εἰπεῖν οὔτε ποιῆσαι μᾶλλον τῆς ἡμέρας ἐκείνης φορτικώτερον ἔδοξεν· ὥστε καὶ τοὺς φίλους ἀπολογεῖσθαι, φάσκοντας ἐκφυγεῖν αὐτὸν ὅτι κεφαλὴ τὸ ῥῆμα. τοῖς μὲν οὖν μετὰ ταῦτα πραττομένοις φανερὸς ἦν ἤδη πρωτάπασιν ἑαυτὸν τῷ Καίσαρι χρήσασθαι πρόθυμον δεδωκώς. Ἰουλίαν γὰρ τὴν Καίσαρος θυγατέρα, Καπίωνι καθωμολογημένην καὶ γαμεῖσθαι μέλλουσαν, ὀλίγων ἡμερῶν, οὐδενὸς αὐτὸ προσδοκήσαντος, ἔγημε Πομπήιος, μείλιγμα Καπίωνι τῆς ὀργῆς, τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα καταγνέσας, φαύσῳ τῷ παιδὶ Σύλλα πρότερον ἐγγεγυημένην. αὐτὸς δὲ Καῖσαρ ἔγημε Καλπουρνίαν τὴν Πείσωνος. ἐκ δὲ τούτου Πομπήιος ἐμπλήσας στρατιωτῶν τὴν πόλιν, ἄπορα τὰ πράγματα βίᾳ κατεῖχε. Βίβλῳ τε γὰρ εἰς ἀγορὰν τῷ ὑπάτῳ καταβάντι μετὰ Λουκούλλου καὶ Κάτωνος, ἄφνω προσπεσόντες κατέκλασαν τὰς ῥάβδους· αὐτοῦ δέ τις χωρίων κόφινον ἐκ κεφαλῆς τοῦ Βίβλου κατεσκέδασε. δύο δὲ δημάρχοι τῶν συμπροπεμπόντων ἐτρώθησαν. οὕτω δὲ τῶν ἐνισταμένων τὴν ἀγορὰν ἐρημώσαντες, ἐπεκύρωσαν τὸν περὶ τῆς διανομῆς τῶν χωρίων νόμον· ᾧ δεδιττεύσας ὁ δῆμος, εἰς πᾶσαν ἤδη θυσίαν αὐτοῖς ἐγεγόνει, καὶ κατ' αἰτίας πρᾶξιν οὐδὲν πολυπραγμονοῦν, ἀλλ' ὑπηρέτων σιωπῇ τοῖς γραφομένοις τὴν ψῆφον. ἐκυρώθησαν δὲ τῷ Πομπηίῳ μὲν αἱ διαπάξεις, ὑφ' ὧν Λούκουλλος ἤειξε· Καίσαρι δὲ, τὴν ἐντὸς Ἄλπεων καὶ τὴν ἐκτὸς ἐπὶ Γαλατίαν, καὶ Ἰλλυρίους, εἰς πενταετίαν· καὶ τέσσαρα τάγματα τέλεια στρατοῦ. ὑπάτοις δὲ εἰς τὸ μέλλον ἔτος, Πείσωνα τὸν Καίσαρος πενθερὸν, καὶ Γαβίνιον, ἄνδρα τῶν Πομπηίου κολάκων ὑπερφυέστατον. παραλυομένων δὲ τούτων, Βίβλος μὲν εἰς τὴν οἰκίαν κατακλεισάμενος, ὀκτὼ μηνὶ οὐ προῆλθεν ὑπατεύων, ἀλλ' ἐξέπεμψε διαγράμματα, βλασφημίας ἀμφοῖν ἔχοντα καὶ κατηγορίας. Κάτων δὲ, ὥσπερ ὀπτίμους καὶ φοιβόληπτος, ἐν τῇ βουλῇ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει καὶ τῷ Πομπηίῳ προηγόρευε. Λούκουλλος δὲ, ἀπειπὼν ἡσυχίαν ἦγεν, ὡς οὐκ ἐπὶ πρὸς πολιτείαν ὡρᾶος· ὅτε δὴ καὶ Πομπήιος ἔφη, γέροντι δὲ φυφᾶν ἀωρότερον εἶναι τοῦ πολιτεύεσθαι. ταχὺ μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἐμαλάσσετο τῷ τῆς κόρης ἔρωτι, καὶ προσεῖχεν ἐκείνῃ τὰ πολλὰ καὶ συνδιημέρευεν ἐν ἀγρῷ καὶ κήποις, ἠμέλει δὲ τῶν κατ' ἀγορὰν πραττομένων· ὥστε καὶ Κλώδιον αὐτοῦ καταφρονήσαι δημαρχοῦντα τότε, καὶ θρασυτάτων ἅπτεσθαι πραγμάτων. ἐπεὶ γὰρ ἐξέβαλε Κικέρωνα καὶ Κάτωνα προφάσει στρατηγίας εἰς Κύπρον ἀπέστειλε, Καίσαρος εἰς Γαλατίαν ἐξηλαυνόντος,

A quod quidem eam oppressit & euertit funditus, inexuperabile reddiderunt momentum. Vnde Cato eos qui ab inf. quuto Pompeij cum Cæsare diffidio remp. prædicabant profligatam, errare dicebat, qui reprehenderent nouissima. Neq; enim dissensionem vel simultatem, sed coitionem eorũ, & consensionem primum reipub. vulnus & maximum fuisse. Quippe consul Cæsar est designatus, isque mox blandiens inopi & egenæ multitudini legem de colonijs deducendis, & legem agrariam tulit, magistratus sui excedens maiestatem, consulatumque quodam modo in tribunatum plebis
B siquis remansisset Romæ, eum se pro Iuliano habiturum, sub tenebras vrbem reliquit. Consules non mactatis solennibus ante bellum victimis fugere. Fuit autem ob hominum erga se in ipso rerum discrimine beneuolentiam felix Pompeius: quod quanuis belli rationem multi culparent, nemo odisset tamen ducem, sed plures inuenirentur qui deserere Pompeium non potuere, quam qui fugerunt causa libertatis. Paulo post ingressus Cæsar vrbem, atq; ea potitus, cum aliis egit benigne eosq; placauit. Vni tribuno plebis Metello in-
C terdicenti ne pecuniam ex æriario sumeret, necẽ denuntiauit, minisq; orationem addidit asperiorem. Ait enim non tam factu id sibi, quam dictu difficile esse. Ita permoto Metello, acceptisq; quibus haberet opus, Pompeiũ persequutus est, pellere eum Italia maturans ante quam subueniret eĩ exercitus Hispaniensis. Ille occupato Brundusio, facultatem nactus nauium, consules iussit extemplo conscendere, atque cum his triginta cohortes præmisit Dyrrachium. Socerum Scipionẽ & Cnæium filium ad parandam classem misit in Syriam. Ipse portas obstruit, expeditissimos milites in mu-
D ris collocat. Brundusinis domi se continere iubet: fossas tota vrbe perducit per vias, eas stipitibus præacutis implet præter duas, quibus ad mare descendit. Tertio die iam omnes per otium conscenderant. Illos qui erant in muris prostatione collocati repente signo dato velociter decurrentes recipit ac transmittit. Cæsar vt conspexit muros nudatos, fugam sentiens, dum insequitur, pene in stipites & fossas incurrit. Cæterum Brundusinorum monitu vrbe declinata & flexa, omnes vidit in altum euectos præter duo nauigia, in qui-
E bus milites pauci erant. Pompeii quidem discessum alii inter optima consilia bellica numerant: ipse verò Cæsar mirabatur quod qui munitam insideret vrbem, copias Hispanienses expectaret, marique polleret, reliquisset & excessisset Italia. Reprehendit etiam Cicero quod Themistoclis consilium non Periclis imitatus esset, quũ res his forent, non illis consimiles. Ipse re ostendit Cæsar magnopere se tempus formidare. Numerium enim Pompeii amicum, quem captum habebat, misit Brundusium, pacem æquis conditionibus petens. At Numerius Pompeium sequutus est. Inde Cæsar, dieb. sexaginta tota Italia sine sanguine potitus, cupiebat quidẽ euestigio Pompeiũ insequi, sed, q̃ copiam non haberet nauium, in Hispaniã deflexit, quo illas copias adiũgeret sibi. Interea Pompeius magnas vires cõtraxit. Classis
F

erat omnino incomparabilis. Siquidem naues e- A
rant ei bello aptæ quingentæ, liburnicarum & specula-
toriarum immensus numerus. Equitum Ro-
manorum & Italicorum flos ad septem millia, ge-
nere, opibus, & animis præstantes. Peditatum col-
lectitium & tyronem exercebat ad Bercœam sedēs
non segnis, sed sicut iuuenis exercitationes obi-
bat. Magnum enim erat ad animos excitādos mo-
mētum, Pompeium Magnum videre annos duo-
desexaginta natum in armis certantem peditem,
inde in equo rursus, ac gladium citato equo faci-
le stringentem, iterumq; condentem expedite, in
iaculando non artem modo, sed lacertos etiā ostē-
dētem spatio quod multi iuuenes non excedebāt. B
Iam conferebāt se ad eum reges gentium dynastę-
que. Principum Romanorum numerus qui cum
eo erat, speciem senatus præbebat. Accessit ad eū
& Labienus relicto Cæsare, qui eum amicitia cōi-
unctus fuerat & in Gallia militauerat. Brutus itē
filius Bruti eius qui necatus in Gallia fuerat, magni
vir animi, qui ante eam diem Pompeium vt patris
sui interfectorem nō appellauerat vel salutauerat,
tunc verò vt libertatis Romanæ defensorē est
sequutus. Cicero, licet diuersa scripserat & delibe-
rauerat, erubuit tamen non censeri in numero eo- C
rum qui pro patria se in periculum demiserāt. Ve-
nit in Macedoniā & Tigius Sextius, ætate vir ex-
acta, & altero crure claudus: quem cæteris ridē ti-
bus & illudentib. simulatq; conspexit eū Pompe-
ius, assurrexit & occurit ei pro magno testimonio
habens, q; vel ætate & virib. impotentes secū mal-
lent discrimen adire quam securitatem amplecti.
Postquam verò coacto senatu decreuerunt ex Ca-
tonis sententia nequis ciuis Romanus nisi in acie
occideretur, neq; oppidum pacatū populo Roma-
no diriperetur, tum multo maiorem fauorē Pom-
peii partes habuere. Etenim quib. nihil negotii cū
bello erat, quod longe essent positi, aut negligerē- D
tur ob imbecillitatem, studio certe assentiebātur
ei, verbisq; se pro iusta causa associabant, diis ho-
minibusq; hostem arbitrantib. eum qui victoriam
non optaret Pompeio. Cæsar præbuit itē se in vi-
ctoria benignū, qui captis in Hispania & deuictis
Pompeii legionib. dimisit duces, militibusq; vsus
est. Hic Alpib. denuo traiectis Brundusiū circa sol-
stitium brumale venit, trāsmissoq; pelago Oricum
peruasit per hostium stationes. Iubiū Pompeii fa-
miliarem, quem in potestate habebat secum, de-
stinauit ad eum: vt ambo cōgressi die tertio omnes
exercitus dimitterent, reconciliataque amicitia E
& dato iureiurando redirent in Italiam. Eas Pom-
peius nouas insidias putauit esse. Itaq; raptim de-
scendit ad mare: præsidia & loca occupauit, vbi
sedes admodum munitas pedestres copiæ ha-
berent, naualiaque & portus opportuni essent
per mare commeantibus: vt omnis esset ventus
Pompeio secundus, commeatumque vel milites
vel stipendiū adueheret. Cæsar difficultatibus ter-
ra mariq; circumuentus quærebat necessario pu-
gnam, adoriensq; munimenta atq; assidue lace-
sens eum, leuibus certaminibus plerunq; victor &
superior fuit: semel pene fuit oppressus, & exerci- F
tum amisit. Quo tempore Pompeius, qui egregia
pugna omnes pepulerat, interfecerat duo millia,

καὶ πάμπολυ ἀνάντωνιστος. (ἦσαν γὰρ αἱ μάχιμοι πεζοκόσιαι, λιβυρνίδων τε καὶ κατασκόπων ὑπερβάλλων ἀριθμός) ἱππεῖς τε, Ῥωμαίων καὶ Ἰταλῶν τὸ ἀνθοῦν, ἑπτακισχίλιοι, γένει καὶ πλούτῳ καὶ φρονήμασι διαφέροντες. τούτῳ τε ξὺν σύμμικτον ὄσαι, καὶ μηδέτης δεομένου, ἐγύμναζεν ὁ Βερσία καθήμενος, οὐκ ἀργός, ἀλλ' ὡς περ ἀκμάζοντι χρώμενος αὐτῷ πρὸς τὰ γυμνάσια. μεγάλη γὰρ ἰδεῖν ὁρᾶν τε τὸ θαρρεῖν, τοῖς ὁρῶσι Πομπήιον Μάγνον, ἑξήκοντα μὲν ἔτη δυεῖν λείποντα γεγυμνασμένον, ἐν τοῖς ὅπλοις ἀμιλλώμενον πεζόν, εἶτα ἱππότην αὖθις, ἐλαύνοντά τε τὸ ξίφος ἀπεστραμμένως θέοντι τῷ ἵππῳ καὶ κατακλείοντα πάλιν δι' χερός· ἐν τοῖς ἀκοντισμοῖς οὐ μόνον ἀκρίβειαν, ἀλλὰ καὶ ῥώμην ἐπιδεικνύμενον εἰς μῆκος ὁ πολλοὶ τῶν νέων οὐκ ἐπεφοίτων τε καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν καὶ δυνάστας, καὶ τῶν ἀπὸ Ῥώμης ἡγεμονικῶν ἀριθμὸς οὐ σύντελος βουλῆς πρὸς αὐτόν. ἦλθε τε καὶ Λαβιηνὸς ἀπολιπὼν Καίσαρα, φίλος γενόμενος, καὶ συνεστρατευμένος ἐν Γαλατίᾳ· καὶ Βρούτος, υἱὸς ὢν Βρούτου τοῦ περὶ Γαλατίαν σφαγέντος, ἀνὴρ μεγαλόφρων, καὶ μηδέποτε Πομπήιον προσειπὼν μηδὲ ἀσπασάμενος πρότερον, ὡς φονέα τοῦ πατρός, τότε τε, ὡς ἐλευθερωτὴν Ῥώμης, ὑπεδέξατο ἑαυτόν. Κικέρων τε, καὶ περ ἄλλα γεγραφὼς καὶ βεβουλευμένος, ὅμως κατηδέσθη μὴ γενέσθαι τοῦ προκινδυνεύοντος ἀριθμοῦ τῆς πατρίδος. ἦλθε δὲ καὶ Τίδιος Σέξτιος, ἐκατόνταρχος ἀνήρ, θάτερον πεπηρωμένος σκέλος, εἰς Μακεδονίαν ὤν, τῶν ἄλλων γηρώντων καὶ χλευαζόντων, ὁ Πομπήιος ἰδὼν ἐξανέστη καὶ προσέδραμε μέγα νομίζων μαρτύριον εἶναι, καὶ τοῖς παρ' ἡλικίαν καὶ δυνάμιν ἀρρωμένοις τε μετ' αὐτοῦ κίνδυνον αἱρεῖν τῆς ἀσφαλείας. ἐπεὶ δὲ βουλὴν ἠθροισμένην, καὶ γνώμῃ Κάτωνος εἰ πόντος, ἐψηφίσαντο μηδένα Ῥωμαίων αὖθις τῶν πατρίδος ἀναιρεῖν, μηδὲ διαρπάζειν πόλιν ὑπήκοον Ῥωμαίοις, ἐπὶ μᾶλλον ἡ Πομπήιου μερὶς ἠγαπήθη. καὶ γὰρ οἷς μηδὲν ἦν πρᾶγμα τοῦ πολέμου, πόρρω κατοικοῦσιν, ἢ δι' ἀσθένειαν ἀμελουμένοις, τῶν γε βούλεσθαι συνεκατεπίθεντο, καὶ τῶν λόγῳ συνεμάχουν τῶν δικαίων, ἡγούμενοι θεοῖς εἶναι καὶ αὐθεόποις ἐχθρόν, ὃ μὴ καθ' ἡδονὴν εἴη νικᾶν Πομπήιον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Καῖσαρ εὐγνώμονα παρεῖχεν ἑαυτὸν ἐν τῷ κρατεῖν· ὃς καὶ τὰς ἐν Ἱσπανίᾳ τοῦ Πομπήιου δυνάμεις ἑλών, καὶ καταπολεμήσας, ἀφῆκε τοὺς στρατηγούς, τοῖς δὲ στρατιώταις ἐχρῆτο. καὶ πάλιν ὑπερβαλὼν τὰς Ἄλπεις, καὶ διαδραμὼν τὴν Ἰταλίαν, εἰς Βρεντέσιον ἦκεν, ἐν τεσσαρᾶσι ἤδη τοῦ χειμῶνος ὄντος· καὶ διαπερᾶσας τὸ πέλαγος, αὐτὸς μὲν εἰς Ὠρικὸν παρενέβαλεν, Ἰούβιον δὲ τὸν Πομπήιου φίλον αἰχμάλωτον ἔχων σὺν ἑαυτῷ, πρὸς Πομπήιον ἀπέστειλε, προκαλούμενος, εἰς ἓν συνελθόντας ἀμφοτέρους, ἡμέρᾳ τρίτῃ πάντα διαλυσαμένους στρατεύματα, καὶ γνωρίμους φίλους καὶ ὁμόσαντας, ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν. ταῦτα Πομπήιος αὖθις ἐνέδραν ἡγεῖτο, καὶ καταβὰς ὀξέως ἐπὶ θάλατταν, κατέλαβε χωρία καὶ τόπους ἕδρας τε τοῖς πεζοῖς στρατοπέδοις ὑπάρχειν ἔχοντα, καὶ ναύλοχα, καὶ κατάρσεις ἐπιφόρους τοῖς ἐπιφοιτῶσι διὰ θαλάσσης· ὥστε πάντα πνεῖν ἄνεμον Πομπήιῳ σῖτον ἢ στρατιὰν ἢ χρήματα κομίζοντα· Καῖσαρ δὲ δυσχωρίας τε γῆς ὁμοῦ καὶ τῆς θάλατταν προσεχόμενον, ἐξ ἀνάγκης φιλομαχεῖν, καὶ προσβάλλοντα τοῖς ἐρύμασι, καὶ προκαλούμενον ἐκάστοτε, τὰ μὲν πλεῖστα νικᾶν καὶ κρατεῖν τοῖς ἀκροβολισμοῖς. ἅπαξ δὲ μικροῦ συντριβῆναι καὶ τῷ στρατῷ ἐκβαλεῖν, τοῦ Πομπήιου λαμπρῶς ἀγωνισαμένου μέχρι βραχέος ἀπολέσαντα, καὶ φόνου δισχιλίων,

βιάσασθαι ὁ καὶ σπουδάσειν μὴ δυνηθέντος, ἢ φοβηθέντος. ὥστε εἰπεῖν Καίσαρα πρὸς τοὺς φίλους, ὅτι σήμερον ἂν ἡ νίκη τοῦ πολεμίου ἦν, εἰ τὸν νικῶντα εἶχον. ὑπὲρ τούτου μέγα φρονήσαντες οἱ Πομπήϊοι, διὰ μάχης ἐσπευδον κρίνειν. Πομπήϊος ὁ τοῖς μὲν ἔξω βασιλεῦσι καὶ στρατηγοῖς καὶ πόλεσιν, ὡς νενικηκὼς ἔγραφε, τὸν δὲ τῆς μάχης κίνδυνον ὀρρωδεῖ, ὡ χρόνῳ καὶ ταῖς ἀπορίαις καταπολεμήσειν νομίζων ἄνδρας ἀμάχους μὲν τοῖς ὅπλοις, καὶ σκιδνησομένους νικᾶν μετ' ἀλλήλων πολὺ ἤδη χρόνον· πρὸς δὲ τὸν ἄλλον στρατείαν, καὶ πλάνας, καὶ μεταβάσεις, καὶ τάφρον ὀρύξεις, καὶ τεῖχων οἰκοδομίας, ἀπαγορεύοντας ὑπὸ γήρως, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς χεροὶν ἐμφῦναι τάχιστα καὶ συμπλακῆναι σπεύδοντας. ὁ μὲν ἀλλὰ πρότερον ἀμφοτέρως παρῆγε πείθων τοὺς πολεμίους αὐτὸν ἀρεμεῖν ὁ Πομπήϊος. ἐπεὶ δὲ μὴ τῷ μάχῃ ὁ Καῖσαρ ὑπὸ τῆς ἀπορίας ἀνάγκας ἐβάδιζε δι' Ἀθαμανίων εἰς Θεσσαλίαν, οὐκέτι κατεκτὸν ἦν τὸ φρόνημα τῆς ἀνδρῶν, ἀλλὰ φεύγειν Καίσαρα βοῶντες, οἱ μὲν ἀκολουθεῖν καὶ διώκειν ἐκέλευον, οἱ δὲ, διαβαίνειν εἰς Ἰταλίαν· οἱ δὲ πρεσβευτὰς εἰς Ῥώμην καὶ φίλους ἔπεμπον, οἰκίας προκαταληψομένους ἐν τῇ ἀρχῇ, ὡς αὐτίκα μελλόντες ἄρχειν ἐλεύσεσθαι δὲ πολλοὶ πρὸς Κορνηλίαν ἔπλεον εἰς Λέσβον, διαγγελιζόμενοι τὸν πόλεμον ἐκεῖνον ἐκεῖ δὲ αὐτὴν ἐκπέμψειν ὁ Πομπήϊος. ἀθρόα θεῖσης δὲ βουλῆς, Ἀφράνιος μὲν ἀπεφαίνετο γνώμην, ἔχεσθαι τῆς Ἰταλίας, (ταύτην γὰρ εἶναι τοῦ πολέμου τὸ μέγιστον ἆθλον) πρεσβεύειν δὲ τοῖς κατοῦσιν αὐθις Σικελίαν, Σαρδῶ, Κύρνον, Ἱσπανίαν, Γαλατίαν ἅπασαν. ἧς τε δὴ πλεῖστος ὁ λόγος Πομπηΐῳ πατρίδος ὀρεγούσης χεῖρας εἰσιόντος ἐνθάδε, οὐ καλῶς ἔχειν πρεσβεῖαν πρεσβευόμενον, καὶ δουλεύουσαν οἰκέταις καὶ κολακεύοντας. αὐτὸς δὲ Πολπήϊος οὔτε πρὸς δόξαν ἡγεῖτο καλὸν αὐτῷ, δεύτερον φυγεῖν φεύγοντα Καίσαρα, καὶ διώκεσθαι, τῆς τύχης διώκειν διδούσης, οὔτε ὅσιον ἐκκαλεῖν Σκιπίωνα, καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Θεσσαλίαν ἄνδρας ὑπαλύκοις, δεινοὺς ὑπὸ Καίσαρι γεγενημένους μὴ χρημάτων καὶ δυνάμεων μεγάλων. τῆς δὲ Ῥώμης μάλιστα κήδεσθαι τῷ ἀπωτάτῳ πολεμοῦντων περὶ αὐτῆς, ὅπως ἀπαθὴς κακῶν οὖσα καὶ ἀπήχθεος περιμένῃ τὸν κρείττω, ταῦτα ψηφισάμενος ἐδίωκε Καίσαρα, μάχης μὲν ἐγνωκὼς ἀπέχεσθαι, πολιορκεῖν δὲ καὶ τρίβειν τῆς ἀπορίας, ἐνθάδε ἐπακολουθῶν. καὶ γὰρ ἄλλως ταῦτα συμφέρειν ἡγεῖτο, καὶ λόγος τις εἰς αὐτὸν ἦκεν ἐν τοῖς ἱππεῦσι φεύγεσθαι, ὡς χρὴ πάχιστα δεδιαμένους Καίσαρα, συγκαταλύειν κἀκεῖνον αὐτόν. ἔνιοι δέ φασι, διὰ τοῦτο καὶ Κάτωνι μηδὲν ἄξιον σπουδῆς χρήσασθαι Πομπήϊον· ἀλλὰ καὶ παρεῖναι μὲν ὅτι Καίσαρα, πρὸς θαλάσσῃ καταλιπεῖν ὅτι τὴν ἀποσκευῆς, φοβηθέντα μὴ Καίσαρος αἱρεθέντος, ἀναγκάσῃ κἀκεῖνον εὐθὺς ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν. οὔπω δὲ παρακολουθῶν ἀπεέμα τοῖς πολεμίοις, ἐν αἰτίαις ἦν καὶ καταβοήσεσιν, ὡς οὐ Καίσαρα καταστρατηγῶν, ἀλλὰ τὴν πατρίδα καὶ τὴν βουλήν, ὅπως ἀεὶ πολυτὸς ἄρχῃ, καὶ μηδέποτε παύσηται τοῖς ἀξιοῦσι τῆς οἰκουμένης ἄρχειν χρώμενος ὑπηρέταις καὶ δορυφόροις. Δομίτιος δὲ αὐτὸν ἀεὶ ὁ Αἰνόβαρβος Ἀγαμέμνονα καλῶν, καὶ βασιλέα βασιλέων, ἐπιφθονον ἐποίει. καὶ Φαώνιος οὐχ ἧττον ἦν ἀνδρὸς τῆς παρρησιαζομένου ἀκαίρως, ἐν τῷ σκώπτειν, Ἀνθεφοροι (βοῶν) οὐδὲ τῆτες ἔφαγε τὸν ἐν Τουσκλαίῳ σύκων μεταλαβεῖν. Λούκιος δὲ Ἀφρανίος,

A instare vnaq; cum fugientibus in castra eorum irrumpere non valuit aut timuit. Vnde dixit apud amicos Cæsar, victoriam fuisse eo die penes hostē futuram, si vincere sciuisset. Ea re sublati properauere Pompeiani acie decernere. At Pompeius quanuis ad absentes reges, duces, & ciuitates vt victor scriberet, aleam trepidauit tamen pugnæ, temporis longinquitate ac difficultatibus necessariorum oppressurum se ratus inuictos armis viros, ac diu iam vna vincere assuetos: qui ad alia militiæ munera, ad vagandum, transferenda castra, fossas ducendas, munimenta excitanda præ senio fatis-
B centes manus quamprimum conserere & confligere properabant. Pompeius verò ante suadēdo adduxerat suos vt quescerent. Verum vt secundū pugnam illam rerum necessariarum angustiis Cæsar compulsus contendit per Athamāiam in Thessaliam, haud poterant iam vltra illorum spiritus frænari, sed fugere vociferātes Cæsarem, alii persequendum & instandum, alii censuerunt transmittendum in Italiam, alii ministros necessariosque Romam miserunt, ad propinqua foro ædificia quasi mox honores petituri, occupanda. Multi ad Corneliam Lesbum nauigauerunt gratulatum debellatum esse. Eo enim Pompeius clam ex-
C tra tumultum miserat illam. Porro senatu coacto censuit Afranius apprehendendam Italiam. Hoc enim belli maximum præmium esse: cuius potiēdi mox accessuram. Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Hispaniam, Galliam omnem: deniq;, cuius prima esset ratio porrigentem Pompeio manus ex tam propinquo turpe esse patriam pati ludibrio haberi seruireq; tyrannorum mancipiis & adulatoribus. Cæterum ipse Pompeius neq; vel ad gloriam sibi putabat honestū, quum fortuna præberet ei insequendi facultatem, iterum fugere Cæsarem, vt se ille insectaretur: neq; fas deserere Scipio-
D nem & dispersos per Græciam & Thessaliam cōsulares, qui mox in potestate Cæsaris cum argento & magnis copiis futuri erant. Vrbi maxime se consulere, si de ea certent quam remotissime, quo expers & exors malorum expectet victorem. His decretis, Cæsarem insequitur, pugna certum habens abstinere, tantum circunsedere eum & rerū necessariarum atterere angustiis prope adhærens. Etenim cum hæc alias existimauit cōducere, tum sermo quidam ad eum est allatus, qui iactabatur inter equites, vt primum fudissent Cæsarem, mox hunc quoq; in ordinem cogendum. Nonnulli ferunt à Pompeio ideo quoq; nulla in re adhibitum
E grauiore Catonem, sed quum Cæsarem consectaretur, impedimentis eum apud mare præfecisse, q; vereretur ne sublato Cæsare abdicare se quoque ilico cogeret imperio. Dum ita Cæsarē sensim subsequitur, impetiuerunt eum criminibus & obtrectationibus, non Cæsarem ipsius artibus, sed patriam & senatum circumveniri, quo semper cum imperio sit, neque vnquam desistat illis qui deberent orbem terræ regere, pro assecis & satellitibus vti. Domitius Ænobarba eum perpetuo Agamemnonem appellās & regem regum, inuidiam
F ei conflabat. Nec minus erant Fauonii importuna cauilla quam aliorū libere emissæ intempestiuæ voces. Quirites, clamabat ille, toto hoc anno non vescemini ficub. Tusculanis. L. Afranius,

qui exercitus Hiſpanienſes amiſerat, proditionis A nota adſperſus, quũ Pompeium tunc detrectantẽ cerneret certamen, demirari ſe dicebat accuſatores ſuos, cur non ad dimicandum cum prouinciarum mercatore procederent. His & huiuſcemodi multis dictis virum impotentem gloriæ & ruboris erga amicos impulerunt Pompeium, vt relictis cõſiliis optimis ſuis, ipſorum obſecundaret ſpei & motibus: quod nec nauigii gubernatorem, nedũ tot gentium & tantarum copiarum conueniebat ſummum imperatorem admittere. At hic qui cõmendabat eos qui nunquam indulgerent cupiditatibus ægrorum, medicos ipſe parti exercitus æ- B grę conceſſit, veritus ad ſalutem eius acerbus eſſe. Qui enim ſanos illos dicas homines, quorum partim conſulatus & præturas in caſtris deambulantes ambirent: Lentulo, Domitio, Scipioni de ſacerdotio Cæſaris rixæ, contentiones, & prenſationes eſſent, quaſi Armenius Tigranes aut Nabataeorum rex collata ipſis caſtra haberet, non autem Cæſar ille & legiones, quæ mille vrbes expugnauerant, gentes ſubegerant amplius trecentas, cum Germanis & Gallis inuicti pugnis innumerabilibus conflixerant, hominum decies centena millia ceperant, totidem ſignis collatis fuſos occi- C derant. Attamen inſtantes & tumultuantes, poſtquam in campos Pharſalicos eſt deſcẽſum, coegerunt Pompeium vt concilium aduocaret. Ibi Labienus præfectus equitum exurgens princeps iurauit, niſi profligatis hoſtib. non exceſſurũ ſe prælio. Idem omnes iurauerunt. Nocte viſũ Pompeio eſt in ſomnis theatrum ingreſſo ſibi populum plaudere, templumq; ſe Veneris victricis multis ſpoliis exornare. Hæc viſio partim erexit eum, partim ſolicitauit nonnihil metuentem ne Cæſaris familiæ Venerem contingenti accederet ab ſe decus & claritas: atq; exciuerunt eum Panici quidam ter- D rores ex ſomno. Quarta vigilia ſupra Cæſaris caſtra, vbi omnia quieta erant, ingens effulſit lumen. Ex eo fax accenſa flammea in Pompeii eſt caſtra delata. Ipſe ſe Cæſar hoc, dum excubias circumiret, ait vidiſſe. Primo dilueculo quum caſtra mouere ante lucem ſtatuiſſet, detendentibus tentoria militibus, iumentaq; & ſeruitia præmittentibus accurrentes exploratores nuntiauerunt in caſtris hoſtium ſe multa arma vidiſſe huc illuc ferri, motumq; & tumultum ibi hominum eſſe ad pugnam accingentium ſe. Mox alii adfuerunt qui referrent primã aciem iam inſtructam. Ibi Cęſar, quum E dixiſſet adeſſe expectatam diem, qua cum viris eſſent non cum fame & inopia dimicaturi, iuſſit confeſtim ſagum purpureum pro prætorio proponi. Id enim apud Romanos eſt ſignum pugnæ. Quo conſpecto iubilantes milites omiſſis tentoriis ad arma concurrere, inſtruentibuſque aciem ordinum ductoribus iuit quiſque in chori modum ſine tumultu perite & ſilentio in ordinem ſuum. Fuit in dextro cornu Pompeius Antonio oppoſitus: in media acie ſocerum ſuum Scipionem contra L. Albinum locauerat. ſiniſtrum L. Domitius tenuit. id firmauit equitum multitudine. Eò enim traducti omnes fuere, quo Cæſa- F rẽ impellerent & conciderent legionẽ decimam,

ὁ τὰς ἐν Γερμανίᾳ δυνάμεις ἀποβαλὼν, ἐν αἰτίᾳ τοῦ δόξας γεγενῆσθαι, τότε δὴ τὸν Πομπήϊον ὁρῶν φυγομαχοῦντα, θαυμάζειν ἔλεγε τοὺς κατηγορουμένους αὐτοῦ, πῶς πρὸς τὸν ἔμπορον τῶν ἐπαρχιῶν οὐ μάχονται προελθόντες. ταῦτα καὶ τοιαῦτα πολλὰ λέγοντες, ἄνδρα δόξης ἥττονα καὶ τῆς πρὸς τοὺς φίλους αἰδοῦς τὸν Πομπήϊον ἀξεβιάσαντο ταῖς ἑαυτῶν ἐλπίσι καὶ ὁρμαῖς ἐπακολουθῆσαι, πρὸς ἔρριψον τοὺς ἀρίστους λογισμοὺς· ὅπερ οὐδὲ πλοίου κυβερνήτῃ, μήτι γε τοσούτων ἐθνῶν καὶ δυνάμεων αὐτοκράτορι στρατηγῷ, παθεῖν ἐῶν προσῆκον. ὃ δὴ τῶν μυρίαις ὧν τις μηδέποτε χαριζομένοις ταῖς ἐπιθυμίαις ἐπήνεσεν, αὐτὸς δὴ τῷ νοσοῦντι τῆς στρατηγίας ἐνέδωκε, δείσας ὅπῃ σωτηρία λυπηρὸς γένοιτο. πῶς γὰρ ἄν τις φήσειν ὑγιαίνειν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας ὧν οἱ μὲν ὑπατείας ἤδη καὶ στρατηγίας ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦ νοσοῦντος ἐμνῶντο; Σπινθῆρες δὴ καὶ Δομιτίῳ καὶ Σκιπίωνι περὶ τῆς Καίσαρος ἀρχιερωσύνης ἔριδες ἦσαν καὶ φιλονεικίαι καὶ δεξιώσεις, ὡς παρ' αὐτοῖς Τιγράνου τοῦ Ἀρμενίου τοῦ στρατοπεδεύοντος, ἢ τοῦ Ναβαταίων βασιλέως· ἀλλ' οὐ Καίσαρος ἐκείνου, καὶ τῆς δυνάμεως, ἣ χιλίας μὲν ἠρήκει πόλεις κατ' κράτος, ἔθνη δὲ πλείονα τετρακοσίων ἐκτήκτο· Γερμανοῖς δὲ καὶ Γαλάταις μεμαχημένος ἀήττητος ὅσας οὐκ ἄν τις ἀριθμήσαι μάχας, ἑκατὸν μυριάδας αἰχμαλώτων ἔλαβεν, ἑκατὸν δὲ ἀπέκτεινε τε ἐφάμιλλος οὐκ ὀλιγάκις. ἀλλ' ὅμως ἐγκείμενοι καὶ θορυβοῦντες, ἐπεὶ κατέβησαν εἰς τὸ Φαρσάλιον πεδίον, ἠνάγκασαν βουλεῦσαι τὸν Πομπήϊον, ἐν ᾗ Λαβιῆνος ὁ τῶν ἱππέων ἄρχων, πρῶτος ἀναστὰς, ὤμοσε μὴ ἀναχωρήσειν οὐκ τῆς μάχης, εἰ μὴ φύγοιτο τοὺς πολεμίους. πάντες δὲ αὐτὰ καὶ πολῖται ὤμνυσαν· τῆς δὲ νυκτὸς ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους Πομπήϊος, εἰς τὸ θέατρον εἰσιόντος αὐτοῦ, κρατεῖν τὸν δῆμον, αὐτὸς δὲ κοσμεῖν ἱερὰ Ἀφροδίτης νικηφόρου πολλοῖς λαφύροις. καὶ τὰ μὲν ἐθάρρει, τὰ δὲ ἐνέθραπεν αὐτὸν ἡ ὄψις, δεδιὼς τὰ μὴ τῷ φύει τῷ Καίσαρος εἰς Ἀφροδίτην ἀνήκουσι δόξα καὶ λαμπρότης ἀπ' αὐτοῦ φύηται. καὶ πυρικαί τινες θόρυβοι φαίνοντες ἐξαίφνης ἐξεπέσησαν αὐτόν. ἑωθινῆς δὲ φυλακῆς ἀπὸ τοῦ Καίσαρος κατεβεβόει πολλὴ ἡσυχία ἄγρυπνος, ἐξέλαμψε μέγα φῶς, ἐκ δὲ τούτου λαμπὰς ἀφθεῖσα φλογειδὴς ἐπὶ Πομπήϊον κατέσκηψε· καὶ τοῦτο ἰδεῖν φησι Καῖσαρ, αὐτὸς ἐπιὼν τὰς φυλακάς. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ μέλλοντος αὐτοῦ περὶ σκότους ἀναζευγνύειν, καὶ τὰς σκηνὰς τῶν στρατιωτῶν καθαιρούντων, καὶ προπεμπόντων τὰ ζεύγλα καὶ θεράποντας, ἦκον οἱ σκοποὶ, φέρεν ὅπλα πολλὰ καθορᾶν ἐν τῷ χάρακι τῶν πολεμίων διαφερόμενα, καὶ κίνησιν εἶναι. καὶ θόρυβον ἀνδρῶν ἐπὶ μάχῃ ἀξιόντων. μετὰ δὲ τούτους ἕτεροι παρῆσαν εἰς τάξιν ἤδη καθίσασθαι τοὺς πρώτους λέγοντες. ὁ μὲν οὖν Καῖσαρ, εἰπὼν τῷ προσδοκωμένῳ ἥκειν ἡμέραν ἐν ᾗ πρὸς ἀνδρας, οὐ πρὸς λιμὸν οὐδὲ πενίαν μαχοῦνται, κατὰ τάχος πρὸ τῆς σκηνῆς ἐκέλευε προθεῖναι τὸν φοινικοῦν χιτῶνα· τοῦτο γὰρ μάχης Ῥωμαίοις ἐστὶ σύμβολον. οἱ δὲ στρατιῶται θεασάμενοι, μετὰ βοῆς καὶ χαρᾶς τὰς σκηνὰς ἀφέντες, ἐφέροντο πρὸς τὰ ὅπλα. καὶ τῶν τοξιάρχων ἀγόντων εἰς τὸν ἐδεῖ τάξιν ἕκαστος, ὡσπερ χορὸς, οὐδὲ θορύβου μεμελετημένως εἰς τάξιν καὶ πρόσω καθίστατο. Πομπήϊος δὲ τὸ μὲν δεξιὸν αὐτὸς ἔχων, ἔμελλεν αὐτίσασθαι πρὸς Ἀντώνιον· ἐν δὲ τῷ μέσῳ Σκιπίωνα τὸν πενθερὸν, ἀντέταξε Καλβίνῳ Λουκίῳ· τὸ δὲ εὐώνυμον εἶχε μὲν Λούκιος Δομίτιος, ἐρρώσθη δὲ τῷ πλήθει τῶν ἱππέων· ἐν τούτῳ γὰρ ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ἔρρυσαν, ὡς Καίσαρα βιασόμενοι, καὶ τὸ δέκατον τάγμα διαλύσοντες,

οὐ πλεῖστος ἰσχὺς ὁ λόγος ὡς μαχιμωτάτου, καὶ Καῖσαρ ἐν ἐ-
χείνῳ τῷ τόπῳ νομίζων εἰώθει μάχεσθαι. κατιδὼν δὲ πεφραγμέ-
νον ἵππῳ τοσαύτῃ τῶν πολεμίων τὸ εὐώνυμον, καὶ φοβηθεὶς
τὴν λαμπρότητα τοῦ ὁπλισμοῦ, μετεπέμψατο τρεῖς ἀπὸ τῆς δευτέρας
ἐξ ἀπὸ τῶν ἐπιταγμάτων, καὶ κατέστησεν ὄπισθεν τοῦ δεκάτου, κελεύσας ἡσυχίαν ἄγειν, ἀδήλους τοῖς πολεμίοις ὄντας·
ὅταν δὲ προσελαυνώσιν οἱ ἱππεῖς, ἀφ᾽ τῶν προμάχων ἐκδραμόντας, μὴ προέσθαι τοῖς ὤσεσι, ὥσπερ εἰώθασιν οἱ κεφάλοι, ἀπεύδοντες ἐπὶ τὰς ἐξιφυλκίας, ἀλλὰ παίειν ἄνω, στιλπνώσαντας ὄμματα καὶ πρόσωπα τῶν πολεμίων. οὐ γὰρ μενεῖν τοὺς καλοὺς τούτους καὶ ἀνθηρὸς πυρρίχας ἀφ᾽ τὸν ὠφελίμων, οὐδὲ ἀντιβλέψειν πρὸς τὸν σίδηρον ἐν ὀφθαλμοῖς γενόμενον. ἐν τούτοις μὲν δὴ ὁ Καῖσαρ ἦν. ὁ δὲ Πομπήϊος ἀφ᾽ ἵππου τὴν παράταξιν ἐπισκοπῶν, ὡς ἐώρα τοὺς μὲν ἀντιπάλους μὲν ἡσυχίας τὸν καιρὸν ἐν τάξει προσμένοντας, τῆς δὲ ὑφ᾽ αὐτῷ φαλαγγὸς τὸ πλεῖστον οὐκ ἀτρεμοῦν, ἀλλὰ κυμαίνον ἀπειρίᾳ καὶ θορυβούμενον, ἔδεισε μὴ ἀφανὴς πᾶσιν ἐν ἀρχῇ τῆς μάχης. καὶ τὸ σάλπισμα τοῖς προτεταγμένοις ἔδωκεν, ἐστῶτας ἐν προβολῇ καὶ μένοντας ἀρρήκτους, δέχεσθαι τοὺς πολεμίους. ὁ δὲ Καῖσαρ ἀπάτας τὸ στρατήγημα τοῦτο. τῶν τε γὰρ πλησιῶν τὸν ἐξ ἐπιδρομῆς πόνον ἀμαυρώσας, καὶ τὴν μάλιστα τοὺς πολλοὺς ἐν τῷ συμφέρεσθαι τοῖς πολεμίοις πλησθῆναι ἐνθουσιασμοῦ καὶ φορᾶς αὐτεξόρμησιν, ἅμα κραυγῇ καὶ δρόμῳ τὸν θυμὸν αὔξουσαν, ἀφελόντα, πῆξαι καὶ καταψύξαι τοὺς ἄνδρας. ἦσαν δὲ, οἱ μὲν μετὰ Καίσαρος, διχίλιοι πρὸς δισμυρίους· οἱ δὲ μετὰ Πομπηίου, βραχεῖ πλείονες ἢ διπλάσιοι τούτων. ἤδη δὲ σωθήματος διδομένου τῶν ἀμφοτέρων, καὶ τὸ σάλπιγγος ἀρχομένης ἐκχεῖσθαι πρὸς τὴν σύρασιν, τῶν μὲν πολλῶν ἐσκοπεῖτο ἕκαστος καθ᾽ αὑτόν, ὀλίγοι δὲ Ῥωμαίων οἱ βέλτιστοι, καὶ τινες Ἑλλήνων παρόντες ἔξω τῆς μάχης, ὡς ἐλεεινὸν τὸ δεινὸν, ἐλογίζοντο τὴν πλεονεξίαν καὶ φιλονεικίαν, ὅπου φέρουσα τὴν ἡγεμονίαν ἐξέδηκεν. ὅπλα γὰρ συγγενικὰ, καὶ τάξεις ἀδελφαὶ, καὶ κοινὰ σημεῖα, καὶ μιᾶς πόλεως ἀνδρία τοσαύτη καὶ δύναμις, αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν συνέπιπτεν· ἐπιδεικνυμένην τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ὡς ἐν πάθει γινομένη τυφλὸν ὄντι καὶ μανιῶδες. οὗ μὲν γὰρ ἤδη καθ᾽ ἡσυχίαν ζητοῦσιν ἀρχὴν καὶ ἀπολαύειν τῶν κατειργασμένων τὸ πλεῖστον καὶ κράτιστον ἀρετῇ, γῆς καὶ θαλάσσης ἐπήκοον· οὗ δὲ τὸ τροπαίων καὶ θριάμβων ἔρωτι βουλομένους χαίζεσθαι, καὶ διψῶντας ἐμπίπλασθαι Παρθικῶν πολέμων ἢ Γερμανικῶν· πολὺ δὲ καὶ Σκυθικὰ λειπόμενον ἔργον, καὶ Ἰνδοί. καὶ πρόφασις οὐκ ἄδοξος ἐπὶ τοῦτο τῆς πλεονεξίας, ἡμέρωσαι τὰ βαρβαρικά. τίς δὲ αὖ ἢ Σκυθῶν ἵππος, ἢ τοξεύματα Παρθῶν, ἢ πλοῦτος Ἰνδῶν ἐπέρρε μυριάδας ἑπτὰ Ῥωμαίων ἐν ὅπλοις ἐπερχομένας, Πομπηίου καὶ Καίσαρος ἡγουμένων, ὧν ὄνομα πολὺ πρότερον ἤκουσαν ἢ τὸ Ῥωμαίων; οὕτως ἀμικτα καὶ ποικίλα καὶ θηριώδη φῦλα νικῶντες ἐπῆλθον, τότε δὲ ἀλλήλοις μαχόμενοι σιωπῶσαι, οὐδὲ τὴν δόξαν αὐτῶν δι᾽ ἰσῶ τῆς πατρίδος ἠφείδοσαν οἰκτείραντες, ἄχθος τὴν ἡμέρας ἐκείνης ἀνικήτων πρεσβευόμενον. ἡ μὲν γὰρ γνωμένη συγγένεια καὶ τὰ Ἰουλίας φίλτρα, καὶ γάμος ἐκεῖνος, λύσις ἰσῶ ἀπατηλὰ καὶ ὑποπτα κοινωνίας ἐπὶ χρείᾳ σωιζαμένης ὁμηρεύματα, φιλίας δὲ ἀληθινῆς οὐ μετέχεν. ὡς δὲ ὅσον τε Φαρσάλιον πεδίον ἀνδρῶν καὶ ἵππων καὶ ὅπλων ἀνεπέπλησο, καὶ μάχης ἤρθη παρ᾽ ἀμφοτέρων σημεῖα, πρῶτος ἐκ τῆς Καίσαρος φάλαγγος ἐξέδραμε Γαΐος Κράστινος ἀνδρῶν ἑκατὸν εἴκοσι λοχαγῶν, μεγάλῳ ἐπιδείξει ὑπόχρεων Καίσαρι.

A quæ habebatur longè fortissima, in qua consistere Cæsar, quum dimicaret, solebat. Animaduertens Cæsar tanto septum equitatu sinistrum hostium cornu, metuensque armorum splendorem, sex cohortes ex secunda acie detraxit, ac ponè decumanos collocauit, præcepitque quieti vt consisterent, ne perciperet eos hostis: vbi inueherent equites, per principia procurrerent, nec pila emitterent, vt solent fortissimi ad gladios stringendos properantes, verùm superiora peterẽt, hostiumq; oculos & faciem ferirent conuulnerarentq;, haud substituros cum fuco suo pulchellos istos & floridos saltatores, neque facturos vt contra appetens oculos ferrum intuerentur. Dum hæc agit Cæsar, Pompeius ex equo aciem contemplatus, vt hostes vidit consistentes & signum in ordinibus suis expectantes, contrà suos maxima ex parte non tranquillos, sed imperitia fluctuantes tumultuantesque, timuit ne mox commisso prælio prorsus distraherẽtur. Itaque imperat antesignanis vt in procinctu atque in vestigio starent, atque sic exciperent hostem. Id consilium reprehendit Cæsar. Quippe eum ictuum ostẽdit ex incursu vehementiam remisisse, ac dum infestum aufert impetum, qui imprimis milites in concurrendo cum hostibus ardore & alacritate implet, cum clamoreq; & cursu incitat, languorẽ & teporem induxisse suis. Cæsar sub signis viginti duo millia habebat, Pompeius paulo amplius altero tanto. Signo pugnæ vtrinque dato, incipientibusque concinere tubis, quisque ex vulgo ea quæ ad se pertinebant voluebat. Pauci Romani ex optimatibus & Græci nonnulli præsentes extra aciem, vbi ante oculos fuit discrimen, expendebant ambitio & concertatio quò deduxisset imperium. Arma cognata, acies germanæ, communia signa, vniusq; ciuitatis flos tantus & vires secum collidebantur, demonstrantes naturam humanam, vbi commota est, quàm cœca sit & furiosa. Nam regere si cupiuissent & frui partis, quod indole optimum præstantissimumq; erat terra mariq;, id habebant pacatum. Quòd si quid trophæorum & triumphorum desiderio concedere voluissent, bella Parthica & Germanica satiare vel sitientes valuissent. Supererat etiam ingens Scythia opus & India, & prætextus ad hæc haud inhonestus immodicæ cupiditatis, velle domare barbaros. Quis enim aut Scytharum equus, aut quæ sagittæ Parthorum, aut Indorum opes septuaginta millium Romanorũ militum sustinuissent Pompeio & Cæsare ducibus impressionem, quorum prius nomen audierant quàm Romanorum? Adeo horridas, versutas, & feras nationes victoriis suis peragrarant. Hi signis tunc cõcurrerunt, nec gloriæ suæ, cuius causa vexabãt patriam, rationem habentes, qui dicti ad eam diem inuicti fuerant. Nam illa inita affinitas, Iuliæ illecebræ, atque illæ nuptiæ, insidiosa ab initio fuerant & suspecta necessitudinis vtilitatis gratia cõtractæ pignora, nec germanæ amicitiæ consortium habuerunt. Vt igitur campi Pharsalici viris, armis, equis completi sunt, & signa vtrinque concinuere, primus ex Cæsaris acie procurrens C. Crastinus, qui centum viginti militum manipulum ducebat, pollicitus est Cæsari magnificè:

Nam primum progrediens Cæsar castris aspexit, appellansq; rogauit quid spei de pugna haberet? Ille porrecta dextera exclamauit, Præclaram victoriam Cæsar reportabis: me autem hodie aut viuũ aut mortuum laudabis. Horum dictorum memor erupit, multisque eum sequentibus in medios incurrit hostes. Satim gladiis res geri cœpta. Ibi multis interfectis instantem & per antesignanos perrumpentem excipiens quidam gladio per os traiecit, vt mucro trã-fixus emineret sub occipite. Occiso Crastino hac parte pugnabatur æquo marte. Dexterum cornu Pompeius tardius induxit, circumspectansq; alterum, & equitum pugnam expectans morabatur. Iam illi ad cingendum Cęsarem & equites eius paucos, qui in fronte erant locati, in peditum aciem coniiciendos porrigebant alas. Ibi signo à Cæsare dato recepit se equitatus, & cohortes subsidiariæ aduersus circuitionem locatæ tria millia hostibus occurrerunt, obiicientesq; se equis, vti præceptum erat, erectis pilis ora eorum foderunt. Illi vt omnis pugnæ rudes, & qui talem neq; expectauerant, neq; præmeditati fuerant, abiecto animo non sustinuerunt oculos suos & ora cædi, sed auersi oculosque manibus integentes turpiter in fugam se effudere. Iuliani fugientibus omissis pedites sunt adorti, qua maxime nudatum equitatu cornu circundari & cingi poterat. His ex latere eos inuadentibus, simulque decima legione in frontem incurrente pedem retulere atq; cessere: quum cernerent, qua re circũuenturos se sperauerant hostes, eam in se recidere. Quib. pulsis, vt vidit puluerem Pompeius & fugã coniecit equitatus, quo animo fuerit difficile est dictu: sed dementi maxime similis & attonito mẽte, neque Magnum se Pompeium esse cogitans, neminemque alloquutus, recepit se sensim in castra, in quem bene quadrabant hi versus,

At pater in curru residens sublimis eburno
Iuppiter, Aiaci terrorem inflixit: at ille
Attonitus scutum septeno tergore vinctum
Ex acie timidus fugiens in terga reflexit.

Ita prætorium ingressus tacitus sedit, dum magna manus tergis fugientium inhęrens vno agmine in castra irrupere, Tunc vna hac voce missa, Etiam in castra? præterea nihil loquutus, surrexit, sumptaq; veste præsenti fortunę conueniente, clam castris excessit. Terga dederunt & cæteræ legiones eius. Magna cædes tentoria custodientium & seruitiorum edita. Militum sex milia tantum cecidisse ait Asinius Pollio, qui eo in prælio à partibus fuit Cæsaris. Captis castris amentiam & leuitatem hostium contemplati sunt. Siquidem tabernacula erant myrto omnia redimita & stragulis pictis exornata: instructæ poculis mensæ & crateres vini expositi, paratusque & cultus sacrificantium & festos dies agentium potius quam ad prælium se armantium. Ita spe occæcati inanisque pleni fiduciæ ad pugnam processerant. At Pompeius, paulum extra vallum progressus, equum dimisit. Paucis eum comitantibus vbi nemo est insequutus, abiuit sedato gradu voluens cogitationes quales vetsare verisimile est, virum annos quatuor & triginta omnes vincere & superare assuetum,

πρῶτον γὰρ αὐτὸν ἐξιὼν τοῦ χάρακος εἶδε, καὶ προσαγορεύσας, ἤρετο πῶς φρονοίη περὶ τῆς μάχης. ὁ δὲ τῇ δεξιᾷ προτείνας ἀνεβόησε, Νικήσεις λαμπρῶς, ὦ Καῖσαρ· ἐμὲ ἢ ζῶντα τήμερον ἢ νεκρὸν ἐπαινέσῃς. Τούτων τῶν λόγων μεμνημένος, ἐξώρμησε καὶ συνεπεπάσατο πολλοὺς, καὶ προσέβαλε κατὰ μέσους τοὺς πολεμίους. γιγνομένου δ' ἀγῶνος δεινοῦ σὺν ξίφεσι, καὶ πολλῶν φονευομένων, βιαζόμενον προσώω καὶ ἀμαχόπαιγα τοῖς πρώτοις ὑποστάς τις ὠθεῖ διὰ τοῦ στόματος τὸ ξίφος, ὥστε τῇ ἀκμῇ φράσασαν ἐκφεῖν κατὰ τὸ ἰνίον. πεσόντος δὲ τοῦ Κρασταίνου, κατὰ τοῦτο μὲν ἐῤῥόπησε τὴν μάχην· τὸ δὲ δεξιὸν ὁ Πομπήιος οὐ ταχέως ἐπῆγε, ἀλλὰ παραπαίων ὑπὸ θάτερα, καὶ τὸ τῶν ἱππέων δυναμένων ἔργον ἐν διέτριβεν. ἤδη δὲ ἐκεῖνοι τοῖς οὐλαμοῖς ἀπῆγον, ὡς κυκλωσόμενοι τὸν Καίσαρα, καὶ τοῖς προστεταγμένοις ἱππεῖς ὀλίγους ὄντας ἐμβαλόντες εἰς τῇ φάλαγγα. Καίσαρος δὲ σημεῖον ἄραντος, οἱ μὲν ἱππεῖς ἐξανεχώρησαν, οἱ δὲ ὑπὸ τεταγμένας πεῖραν πρὸς τῇ κύκλωσιν ἐκδραμοῦσαν, τειχίλιοι ἄνδρες, ὑπαντιάζουσι τοῖς πολεμίοις, καὶ παρεισάμενοι κατ' ἵππων ὡς ἐδιδάχθησαν, ὑψηλοῖς ἐχρῶντο τοῖς ὑσσοῖς, ἐφιέμενοι τῶν προσώπων. οἱ δὲ, ἅτε μάχης πάσης ἄπειροι, τοιαύτῃ δὲ μηδὲ προσδοκήσαντες μηδὲ προμαθόντες, οὐκ ἐτόλμων οὐδὲ ἠνείχοντο τὰς πληγὰς ἐν ὄμμασι καὶ στόμασιν οὔσας, ἀλλ' ἀποστρεφόμενοι καὶ προϊσχόμενοι τῶν ὄψεων τὰς χεῖρας, ἀκλεῶς ἐδίωκον. φευγόντων δὲ τούτων, ἀμελήσαντες οἱ Καίσαρος ἐχώρουν ὑπὸ τοὺς πεζοὺς, ἡ μάλιστα τῶν ἱππέων ὁ κέρας ἐπιλωμένον τῷ δρομῇ ἐδίδου καὶ κύκλωσιν. ἅμα δὲ τούτων ἐκ πλαγίου προσπεσόντων, καὶ κατὰ στόμα τοῦ δεκάτου προσμίξαντος, οὐκ ἀνέμειναν, οὐδὲ συνέστησαν, ὁρῶντες ἐν ᾧ κυκλώσεσθαι τοὺς πολεμίους ἤλπιζον αὐτοὺς τοῦτο πάσχοντας. καταμαθόντες δὲ τούτων, ὡς κατεῖδε τὸν κίνδυνον ὁ Πομπήιος, καὶ ὁ τοῖς ἱππεῖς πάθος εἴκασεν, ὦ μὲν ἐχρήσατο λογισμῷ χαλεπὸν εἰπεῖν, μάλιστα δὲ ὅμοιος τοῖς φρονοῦσι καὶ τοῖς παπληξὶ τὴν διάνοιαν, καὶ μηδ' ὅτι Μάγνος ἐστὶ Πομπήιος ἐννοοῦντι· μηδένα προσειπὼν, ἀπῆλθε βάδην εἰς τὸν χάρακα, πολὺ τοῖς ἕπεσι πρέπων ἐκείνοις,

Ζεὺς δὲ πατὴρ Αἰακὸν ὑψίζυγος ἐν φόβον ὦρσε·
Στῆ δὲ τραφὼν, ὄπιθεν δὲ σάκος βάλεν ἐπταβόειον,
Τρέσε δὲ παντήνας ἀφ' ὁμίλου.

τοιούτος εἰς τὴν σκηνὴν παρελθὼν, ἄφθογγος καθῆτο, μέχρις οὗ τοῖς φύγοσι πολλοὶ διώκοντες συνέπιπτον· τότε δὲ φωνὴν μίαν ἀφεὶς τοῦτο, Οὐκοῦν καὶ ὑπὲρ τῆς παρεμβολῆς; ἄλλο δὲ μηδὲν εἰπὼν, ἀναστὰς, καὶ λαβὼν ἐσθῆτα τῇ παρούσῃ τύχῃ πρέπουσαν, ἐξῆλθεν. ἔφυγε δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τάγματα, καὶ φόνος ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολὺς ἐγένετο σκηνοφυλάκων καὶ θεραπόντων. στρατιώτας δὲ, μόνους ἑξακισχιλίους φησὶ πεσεῖν Ἀσίνιος Πολλίων, μεμαχημένος ἐκείνῳ τῇ μάχῃ Καίσαρος. αἱρεθέντες δὲ ὁ στρατόπεδον, ἐθεώρουν τὴν ἄνοιαν καὶ κουφότητα τῶν πολεμίων. πᾶσα γὰρ σκηνὴ μυρσίναις κατέστεπτο, καὶ στρωμνὰς αὐλαίας ἤσκητο, καὶ τραπέζας ἐκπωμάτων μεστὰς· καὶ κρατῆρες οἴνου προὔκειντο· καὶ θυσκόη καὶ κόσμος ἱερὰ τεθυκότων καὶ πανηγυριζόντων μᾶλλον, ἢ πρὸς μάχην ἐξοπλιζομένων, ὅτι τὰς ἐλπίδι διεφθαρμένοι, καὶ γέμοντες ἀνοήτου θράσους, ὑπὲρ τὸν πόλεμον ἐχώρουν. Πομπήιος δὲ, μικρὸν ἔξω τοῦ χάρακος προελθὼν, τὸν μὲν ἵππον ἀφῆκεν, ὀλίγων δὲ κομιδῇ περὶ αὐτὸν ὄντων, ὡς οὐδεὶς ἐδίωκεν, ἀπῆλθε καθ' ἡσυχίαν, ἐν διαλογισμοῖς ὤν, οἵους εἰκὸς λαμβάνειν ἄνθρωπον ἔτη τέτταρα καὶ τριάκοντα νικᾶν καὶ κρατεῖν ἀπόντων εἰθισμένον,

ἡλικίας καὶ φυγῆς τότε πρῶτον ἐν γήρᾳ λαμβάνοντα πεῖρα· ἐνθυμούμενον ὅσων ἀγώνων καὶ πολέμων συνήθροιζε βαλὼν ὥρᾳ μιᾷ δόξαν καὶ δυνάμεις, ἣν πρὸς μικροῦ τοσούτοις ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ στόλοις δορυφορούμενος, ἀπῆρε μικρὸς οὕτω γεγονὼς καὶ συνεσταλμένος, ὥστε λανθάνειν ζητοῦντας τοὺς πολεμίους. παρεμείψαν δὲ Λάρισσαν, ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὰ Τέμπη, καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα δεδιψηκὼς, ἔπινε τοῦ ποταμοῦ, καὶ πάλιν ἀναστὰς ἐβάδιζε διὰ τῶν Τεμπῶν, ἄχρις οὗ κατῆλθεν ἐπὶ τὴν θάλατταν. ἐκεῖ τῆς νυκτὸς τὸ λοιπὸν ἀναπαυσάμενος ἐν καλυβίῳ τινὶ σαγηνέων, καὶ πρὸς τὸν ὄρθρον ἐπιβὰς ποταμίου πλοίου· καὶ τῶν ἑπομένων τοὺς ἐλευθέρους ἀναλαβὼν, τοὺς δὲ θεράποντας ἀπεῖναι πρὸς Καίσαρα κελεύσας, καὶ μὴ δεδιέναι· πρὸς γὲ τῷ κομιζόμενος, εἶδεν ἐν μεγέθει φορτηγὸν ἀναγέσθαι μέλλουσαν, ἧς ἐναυκλήρει Ῥωμαῖος ἀνὴρ, οὐ πάνυ Πομπηΐῳ συνήθης, γινώσκων δὲ τὸν ὄψιν αὐτοῦ· Πετίκιος ἐκαλεῖτο· τούτῳ συνεβεβήκει τῆς παρῳχημένης νυκτὸς ἰδεῖν κατὰ τοὺς ὕπνους Πομπήϊον, οὐχ ὃν ἑώρακε πολλάκις, ἀλλὰ ταπεινὸν καὶ κατηφῆ, προσδεχόμενόν αὐτοῦ. καὶ ταῦτα τοῖς συμπλέοντιν ἐτύγχανε διηγούμενος· ὡς δὴ φιλεῖ πρὸς τὰ παρμυθητικὰ τῶν λόγων ἔχειν ἀνθρώποις φροντίδα. ἐξαίφνης δέ τις τῶν ναυτῶν ἐφράσε κατιδών, ὅτι πλοῖον ποτάμιον ἀπὸ τῆς γῆς ἐρέσσεται, καὶ καταστίσαι τινὲς ἄνθρωποι τὰ ἱμάτια καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγουσι πρὸς αὐτούς. ὑπιστάς οὖν Πετίκιος, ἀθρόος ἔγνω τὸν Πομπήϊον οἷος ὄναρ εἶδε· καὶ πληξάμενος τὴν κεφαλὴν, κελεύει τοὺς ναύτας ὃ ἐφόλκιον προβαλεῖν, καὶ τὴν δεξιὰν ἐκτείνει, καὶ προσκαλεῖ τὸν Πομπήϊον· ἤδη συμφρονῶν τῷ κήματι τὴν τύχην καὶ μεταβολὴν τοῦ ἀνδρός. ὅθεν οὔτε προσκλήσιν ἀναμείνας, οὔτε λόγον, ἀλλ' ἀναλαβὼν ὅσους ἐκέλευσε μετ' αὐτοῦ, (Λέντυλοι ἦσαν ἀμφότεροι, καὶ Φαώνιος) ἀνήχθη· καὶ μικρὸν ὕστερον ἰδόντες ἀπὸ γῆς ἀμελλώμενον Δηϊόταρον τὸν βασιλέα ἀναλαμβάνοντιν. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δεῖπνον, καὶ προσκεύασεν ὁ ναύκληρος ἐκ τῶν παρόντων, ἰδὼν ὁ Φαώνιος οἰκετῶν ἀπορίᾳ τὸν Πομπήϊον δεχόμενον αὐτὸν ἀπολούειν, προσέδραμε καὶ ὑπέλουσε καὶ συνήλειψε. καὶ ὃ λοιπὸν ἐκ τούτου πρὸς ἑπτὼν καὶ θεραπόντων, ὅσα δεσπότας δοῦλοι, μέχρις νίψεως ποδῶν, καὶ δείπνου προσκυνῆς διετέλεσεν. ὥστε τὴν ἐλευθεριότητα τῆς ὑπουργίας ἐκείνης θαυμάζοντα τινὰ καὶ ὃ ἀφελὲς καὶ ἄπλαστον, εἰπεῖν, Φεῦ τοῖς γενναίοις ὡς ἄπρακτον ἐλθόν. οὕτω δὲ παραπλεύσας ἐπ' Ἀμφίπολεως, ἐκεῖθεν εἰς Μιτυλήνην ἔπεμψε, οὐ τὴν βουλόμενος Κορνηλίαν ἀναλαβεῖν καὶ τὸν υἱόν. ἐπεὶ δὲ προσέσχε τῇ νήσῳ κατ' ἀγκαλόν, ἔπεμψεν εἰς πόλιν ἄγγελον, οὐχ ὡς ἡ Κορνηλία προσεδόκα, τοῖς πρὸς χάριν ἀπαγγελλομένοις καὶ γραφομένοις, ἐλπίζουσα τοῦ πολέμου κεκρατηκότος πρὸς Δυρράχιον, ἐπὶ λοιπὸν ἔργον εἶναι Πομπηΐῳ τὴν Καίσαρος δίωξιν. ἐν τούτοις οὖσαν αὐτὴν καταλαβὼν ὁ ἄγγελος, ἀπασασθαι μὴ οὐχ ὑπέμεινε, πάνδεινα καὶ μέγιστα τῶν κακῶν τοῖς δάκρυσι μᾶλλον ἢ τῇ φωνῇ φράσας, ἀπεύδειν ἐκέλευσεν, εἰ βούλεται πώς Πομπήϊον ἰδεῖν ἐπὶ νεὼς μιᾶς καὶ ἀλλοτρίας. ἡ δὲ ἀκούσασα πρόσκαιρον μὲν αὐτὴν χαμᾶζε, καὶ πολὺν χρόνον ἔκφρων καὶ ἄναυδος ἔκειτο· μόλις δέ πως ἔμφρων γενομένη, καὶ συνενόησα τὸν καιρὸν οὐκ ἄνευ θρήνων καὶ δακρύων, ἐξέδραμε δι' ἀγορᾶς τῆς πόλεως ἐπὶ θάλατταν. ἀπαντήσαντος δὲ τοῦ Πομπηΐου, καὶ δεξαμένου τὰς ἀγκάλας αὐτῆς, ὑποφειπομένη καὶ προπίπτουσαν, Ὁρᾶς τι (εἶπεν) ἄνερ, οὐ τῆς σῆς τύχης ἔργον, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς, προσερριμμένον ἐνὶ σκάφει,

A cladem autem & fugam tum primùm in senectute sentiẽtem, atq; agitantem secum ex quàm multis collectam certaminibus & bellis abiecisset vna hora gloriã & opes: per quas paulo antè tam multis armis, equis, classibus stipatus discedit, nunc vsque adeo humilis & adstrictus, vt hostes lateat ipsum inuestigantes. Præterita Larissa vt venit in Tempe, siti pressus abiecit se in os & bibit ex flumine. Inde surgens Tempe peragrauit, dum peruenit ad mare. Ibi quod nocti supererat in tuguriolo piscatorio quieuit. Circa diluculum nauem

B fluuiatilẽ conscendit, acceptisq; comitibus qui liberæ conditionis erant, seruisq; ad Cæsarem absq; timore ire iussis, quum terram legeret, nauem cõspexit prægrandem onerariam, quæ vela factura erat. Nauclerum habebat ciuem Romanum, cui non magnus vsus intercesserat cum Pompeio, sed nouerat eũ de facie, Petitium nomine. Huic fortè proxima nocte in somniis oblatus Pompeius fuerat, non qualem cõtemplatus erat frequenter, verùm abiectus & mœstus secum colloquens. Vt solent tantis de rebus homines otiosi confabulari, hæc narrabat tum vectoribus. Ibi repentè nauta

C quidam videre ait se nauem fluuiatilẽ remis à tergo agi, hominesq; nõnullos vestibus signum dantes ac manus ad ipsos porrigentes. Petitius intentis oculis, mox agnouit Pompeium, qualem in somnis viderat, afflictoque capite nautis iussit cymbam admittere, dextramq; porrexit & appellauit Pompeium, perspiciens ex habitu fortunæ eius conuersionem. Vnde nullis expectatis precibus vel oratione, sed receptis cum eo omnibus quos voluit (ambo Lentuli erant & Fauonius) in altum est prouectus. Mox regem Deiotarum videntes

D ex terra ad ipsos properantem, eum quoque accepere. Quum tempus cœnæ instaret, parasset autẽ ex præsentibus copiis nauclerus, cernens Pompeium Fauonius seruorum penuria semetipsum lauantem, accurrit abluitq; & vnxit eum: nec destitit deinceps curare & inseruire ei, vt dominis serui, vsq; ad pedum lauationẽ & cœnam parandam. Vnde quum cerneret quidam illius ministerii simplicem & minimè fucatum candorem, ait,

Papæ decent vt omnia egregios viros!

Ita præuectus Amphipolim, inde Mitylenẽ transmisit, vt ibi Corneliam & filium acciperet. Postquam ad littus insulæ applicuit, nuntium misit in oppidum, non pro expectatione Corneliæ, quæ ex nuntiis & scriptis ad gratiam ex decreto ad Dyrrhachium bello vnum sperabat reliquum

E esse Cæsaris consectationem. Ea in mente illam offendens nuntius non sustinuit eam salutare, verùm pleraque ac maxima mala lacrymis magis quàm voce exprimens, monet eam vt maturet, modò aspicere Pompeium in vna & aliena naui velit. Quibus nuntiatis illa abiecit se in terram, diuque de mentis statu dimota & muta iacuit. Vix tandem recepta mente, intelligens non esse lamentationum & lacrymarum tempus ad mare media vrbe decurrit. Procedẽte ei obuiam Pompeio, exanimatamque atque in ipsum se reiicientem complexo, Video te, inquit, iactari, vir, non

F pro tua fortuna, sed mea, vna huc eiectum scapha,

qui ante Corneliæ nuptias quingentis nauib. hoc A mari es prouectus. Quid me videre voluisti, nec duræ reliquisti sorti, quæ tanta te quoq; obrui calamitate? Quam sim mulier fortunata, si ante nũtiatam Publii, cui virgo nupseram, apud Parthos cædem expirassem: ac sapiens, si eo defuncto vitam, vt institueram, profudissem? Atqui seruata sum vt essem & Magno Pompeio cladi. Sic fatam perhibent Corneliam, ac Pompeium respondisse, Tu verò vnam nosti Cornelia fortunam secundam, quæ tibi quoq; forsitan imposuit, quod solito diutius me sit comitata. Cæterum hæc nobis, qui nati homines sumus, sunt ferenda, iterumq; B periclitanda sors. Neq; enim abiicienda spes est illa recuperandi ei, huc qui ex illis recidit. Tum illa afferri ex oppido res suas iussit, euocauitq; ancillas. Mitylenæis Pompeium salutantibus & inuitantib. in oppidũ abnuit, atq; monuit illos victori vt parerent, bonoq; essent animo. nam clementẽ & benignum Cæsarem esse. Tum ad Cratippum philosophum conuersus (ille enim ex vrbe ad eum visendum descenderat) conquestus est, & cum eo disputauit nonnihil de prouidentia. Assensus Cratippus est, traduxitque eum ad spem meliorem, ne acerbus vel importunus foret repugnan- C do. Nam quæsiuisset tandem Pompeius de prouidentia aliquid. Ille demonstrasset propter peruersam rempub. rebus principatu vnius opus esse. Quæsisset præterea, Qui & quo Pompeie signo credamus, si Cæsarem vicisses, rectius te quam illum fortuna vsurum fuisse? Verum res diuinæ suo ordini relinquendæ. Accepta coniuge & amicis, nauigauit sequens portus necessarios, vbi aquare & accipere poterat necessaria. Primum oppidum iniit Attaliam Pamphyliæ. Ibi ei nonnullæ naues ex Cilicia ocurrere, militesque contracti ad eum sunt, atque rursus sexaginta ordinis senatorii ad eum conuenere. Quum acciperet classem D adhuc saluam esse, & Catonem magna vi militum ex fuga collecta in Africam traiecisse, conquestus est semetipse, increpitans quod adactus pedestribus copiis confligere, & firmioribus citra controuersiam virib. nusquã vsus esset, nec classe cinxisset se: vbi si terra cespitasset, ilico ad manum par haberet maritimum robur & vires tam ingentes. Neque enim fuit peccatum Pompeii maius, neque consilium callidius Cæsaris, quam quod tam procul ab subsidio nautico prælium retraxerit. Verum quia ex præsentibus facultatibus mouere aliquid & tentare necesse habebat, le- E gatos misit ad vrbes. Ab aliis circumuectus ipse argentũ postulabat & naues complebat. Sed quia velocitatem & celeritatem extimescebat hostis, ne superueniens ante apparatum opprimeret se, circumspiciebat in præsentia confugium & receptum. Prouinciam deliberans nullam se tueri videbat posse. Ex regnis Parthicum censuit pollentissimum tum ad ipsos excipiendos in præsenti & tegendos infirmos, tum ad confirmandos iterum & magnis viribus stipandos. Alii in Africam & ad Iubam animum conuertebant. Verum Theophani Lesbio insanum videbatur, Ægypto, F quæ trium dierũ iter abesset, relicta, & Ptolemæo ætate adulto, atque amicitiæ causa & beneficiorum apud patrem collocatorum ei obstricto,

τὸν περὶ τῆς Κορνηλίας γάμον πεντακοσίαις ναυσὶ ταύτῃ περιπλεύσαντα τῇ θαλάσσαν. τί με ἦλθες ἰδεῖν, καὶ οὐκ ἀπέλιπες τῷ βαρυδαίμονι, τῇ καί σε δυστυχίας ἀναπλήσασαν τοσαύτης; ὡς δυτυχὴς μὲν ἂν ἤμην γυνή, περὶ τὸν Πόμπηιον ἐν Πάρθοις ἀκούσασα τὸν παρθένιον ἄνδρα κείμενον ἀποθανούσα· σώφρων δὲ, μετ' ἐκείνου (ὥσπερ ὥρμησα) τὸν ἐμὸν τῆς περιεμένη βίον. ἐσωζόμεν δὴ ἄρα καὶ Πομπηίῳ Μάγνῳ συμφορὰ γενέσθαι. ταῦτα εἰπεῖν τὴν Κορνηλίαν λέγουσι. τὸν δὲ Πομπήιον ἀποκρίνασθαι, Μίαν ἄρα, Κορνηλία, τύχην ἤδεις τὴν ἀμείνονα, ἣ καὶ πέπονθας ἐξαπάτησεν, ὅτι μοι χρόνον πλείονα τοῦ συνήθους παρέμεινεν. ἀλλὰ καὶ ταῦτα δεῖ φέρειν, γενομένοις ἀνθρώποις, καὶ τῆς τύχης ἔτι περατέον. οὐ γὰρ ἀπέλπιστον ἐκ τούτων ἀναλαβεῖν ἐκείνα, τὸν δὲ ἐκ ἐκείνων ἐν τούτοις γενόμενον. ἡ μὲν οὖν γυνὴ μετεπέμπετο χρήματα καὶ θεραπόντας ἐκ πόλεως. τῶν δὲ Μιτυληναίων τὸν Πομπήιον ἀσπασαμένων, καὶ παρακαλούντων εἰς ἄστυ εἰς τὴν πόλιν, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ κἀκείνοις ἐκέλευσε τῷ κρατοῦντι πείθεσθαι καὶ θαρρεῖν· εὐγνώμονα γὰρ εἶναι Καίσαρα καὶ χρηστόν· αὐτὸς δὲ πρὸς Κράτιππον βαπόμενος τὸν φιλόσοφον (κατέβη γὰρ ἐκ τῆς πόλεως ὀφόμενος αὐτόν) ἐμέμφετο καὶ συνδιεπόρει βραχέα περὶ τῆς προνοίας, ὑποκαταχλινομένου τοῦ Κρατίππου, καὶ παρακαλέσαντος αὐτὸν ὅτι τὰς ἀμείνονας ἐλπίδας, ὅπως μὴ λυπηρὸς μηδὲ ἄχαρις ἀντιλέγων εἴη. ἐπεὶ δὲ μὴ ἐρέσθαι τὸν Πομπήιον εἰ ὑπὲρ τῆς προνοίας, τὸν δὲ ἀποφαίνεσθαι ὅτι τοῖς πράγμασιν ἤδη μοναρχίας ἐδεῖ καὶ τὴν κακοπολιτείαν. ἐρέσθαι δὲ, Πῶς ἂν Πομπήιε, καὶ τίνι τεκμηρίῳ πειθώμεν ὅτι βέλτιον ἂν σὺ τῇ τύχῃ Καίσαρος ἐχρήσω κρατήσας; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑαυτὸν ὥσπερ ἔχει τὰ τῶν θεῶν. ἀναλαβὼν δὲ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς φίλους, ἐκομίζετο, πρὸς ἑσπέραν ὅρμοις ἀναλαμβάνοις ὕδωρ ἢ ἀγρὸν ἔχοντιν. εἰς δὲ πόλιν εἰσῆλθε πρὸς τὴν Ἀτταλείαν τῆς Παμφυλίας. ἐν ταύτῃ δὲ αὐτῷ καὶ πειρᾶς τινὲς ἀπιόντησαν ἐκ Κιλικίας, καὶ στρατιῶται συνελέγοντο, καὶ τῶν συλλεγεισῶν πάλιν ἐξήκοντα πρὸς αὐτὸν ἦσαν. ἀκούων δὲ καὶ τὸ ναυτικὸν ἔτι σωζεσθαι, καὶ Κάτωνα πολλοὺς στρατιώτας ἀνελληφότα φραγοῦ εἰς Λιβύην, ὠδύρετο πρὸς τοὺς φίλους, καταμεμφόμενος ἑαυτὸν ἐκβιασθέντα πεζῇ συμβαλεῖν, τῇ δὲ κρείττονι ἀδηείτως δυνάμει πρὸς μηδὲν ἀποκρίσασθαι. μηδὲ προορμίσαι τὸ ναυτικὸν, ὅπου κἀγὼ σφαλεὶς, οὐδὲ ἂν εἶχεν ἀντίπαλον ἐκ θαλάττης παρεστῶσαν ἀλκὴν καὶ δυνάμιν τοσαύτην. οὐδὲ γὰρ ἁμάρτημα Πομπηίου μεῖζον, οὐδὲ δεινότερον στρατήγημα Καίσαρος, ἢ τὸ τὴν μάχην οὕτω μακρὰν ἀποστάσαν τῆς ναυτικῆς βοηθείας, οὐ μὴν ἀλλ' ἐκ τῶν παρόντων κινεῖν τι καὶ πρόσθεν ἀναγκαζόμενος, ὅτι τὰς πόλεις παρέπεμπε τὰς δὲ αὐτὸς πρεσβεύων, ἤτει χρήματα, καὶ ναῦς ἐπλήρου. τὴν δὲ ὀξύτητα τοῦ πολεμίου καὶ τὸ τάχος δεδοικὼς, μὴ προσαναρπάσῃ τὴν παρασκευὴν αὐτὸν ἐπελθὼν, ἐσκόπει καταφυγὴν ὅτι τῷ παρόντι καὶ ἀναχώρησιν. ἐπαρχία μὲν οὖν οὐδεμία φυλάξιμος ἐφαίνετο βουλευομένοις αὐτοῖς. τὸν δὲ βασιλεῖ αὐτὸς μὲν ἀπέφαινε τὴν Πάρθων ἰσχυροτάτην οὖσαν ἔν τε τῷ παρόντι δέχεσθαι καὶ προσβαλεῖν σφᾶς ἀσθενεῖς ὄντας, αὖθίς τε ῥῶσαι καὶ πρεσπέμψαι μετὰ πλείστης δυνάμεως· τῶν δὲ ἄλλων, οἱ μὲν εἰς Λιβύην καὶ Γόβαν ἔδεπον τὴν γνώμην. Θεοφάνης δὲ τῷ Λεσβίῳ μανικὸν ἐδόκει τριῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχουσαν Αἴγυπτον ἀπολιπόντας, καὶ Πτολεμαῖον ἡλικίαν μὲν ἀντίπαιδα, φιλίας δὲ καὶ χάριτος πατρῴας ὑπόχρεων,

Παρθοις ὑποβαλεῖν ἑαυτὸν, ἀπιστοτάτῳ γένει, καὶ Ρωμαίῳ μὲν ἀνδρὶ, κηδεστῇ γενομένῳ, τὰ δευτερεῖα λέγοντα, πρῶτον εἶναι τῶν ἄλλων μὴ θέλειν, μηδὲ πειρᾶσθαι τῆς ἐκείνου μετριότητος. Ἀρσάκῃ δ' ποιεῖσθαι κύριον ἑαυτὸν, τὸν μηδὲ Κράσσου δυνηθέντα ζῶντος. καὶ γυναῖκα νέαν, οἴκου τοῦ Σκιπίωνος, εἰς βαρβάρους κομίζειν, ὕβρεως καὶ ἀκολασίας τὴν ἐξουσίαν μέλλουσας. ἢ κἂν μὴ πάθῃ, δόξῃ δ' παθεῖν, δεινόν ἐστιν ὅτι τοῖς ποιήσαι δυναμένοις γενόμενον. τοῦτο μόνον (ὡς φασιν) ἀπέστρεψε τὸν ὅτι τὸν Εὐφράτην ὁδοῦ Πομπήϊον· εἰ δή τις ἐπὶ Πομπήϊον λογισμὸς, ἢ οὐχὶ δαίμων ἐκείνῳ ὑφηγεῖτο τὴν ὁδόν. ὡς δ' οὖν ἐνίκα φεύγειν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἀναχθεὶς ἀπὸ Κύπρου Σελευκίδι τριήρει μετὰ τῆς γυναικὸς, (τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν ἐν μακραῖς ὁμοίως ναυσὶν, οἱ δ' ἐν ὁλκάσιν ἅμα συμπαρέπλεον) τὸν μὲν πέλαγος διεσώσατο ἀσφαλῶς· πυθόμενος δ' τὸν Πτολεμαῖον ἐν Πηλουσίῳ καθῆσθαι μετὰ στρατιᾶς πολεμοῦντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ἐκεῖ κατέσχε, πρεσβείας τὸν φράσοντα τῷ βασιλεῖ καὶ δεησόμενον. ὁ μὲν οὖν Πτολεμαῖος ἔτι νήπιος, ὁ δὲ πρῶτα διέπων τὰ πράγματα Ποθινὸς, ἠθροισε βουλὴν τῶν δυνατάτων. ἐδυνάντο δὲ μέγιστον οὗς ἐκεῖνος ἐβούλετο, καὶ λέγειν ἐκέλευσεν ἕν ἕκαστος ἔχει γνώμην ἕκαστος. ἦν οὖν δεινὸν, περὶ Πομπηΐου Μάγνου βουλεύεσθαι Ποθινὸν τὸν διάδοχον, καὶ Θεόδοτον τὸν Χῖον, ὅτι μισθῷ ῥητορικῶν λόγων διδάσκαλον ἀνειλημμένον, καὶ τὸν Αἰγύπτιον Ἀχιλλᾶν. κορυφαιότατοι γὰρ ἦσαν ἐν καταστάσει καὶ τοῖς ἄλλοις οὐ πισύμβουλοι. καὶ τοιούτου δικαστηρίου ψῆφον Πομπήϊος ἐπ' ἀγκύρᾳ πρόσω τῆς χώρας ἀποβαλόντων προσέμενεν, ὃν Καίσαρι σωτηρίας χάριν οὐκ ἦν ἄξιον ὀφείλειν. τὴν μὲν οὖν ἄλλων τοσοῦτον αἱ γνῶμαι διέφησαν. ὅσον οἱ μὲν ἀπελαυνόντων ἐκέλευον, οἱ δὲ καλῶν καὶ δέχεσθαι τὸν ἄνδρα. Θεόδοτος δ', δυνάτητα λόγου καὶ ῥητορείαν ἐπιδεικνύμενος, οὐδέτερον ἀπέφηνεν ἀσφαλὲς, ἀλλὰ δοξαμένους μὲν, ἔξειν Καίσαρα πολέμιον, καὶ δεσπότην Πομπήϊον ἀπωσαμένους δ', καὶ Πομπηΐῳ τῆς ἐκβολῆς ἐν αἰτίοις ἔσεσθαι, καὶ Καίσαρι τῆς διώξεως. κράτιστον οὖν εἶναι μεταπεμψαμένους ἀνελεῖν τὸν ἄνδρα. καὶ γὰρ ἐκείνῳ χαρίεσθαι, καὶ τοῦτον οὐ φοβήσεσθαι. προσεπεῖπε δ' ἀναμειδιάσας (ὡς φασιν) ὅτι νεκρὸς οὐ δάκνει. ταῦτα κυρώσαντες, ἐπ' Ἀχιλλᾶ ποιοῦνται τὴν πρᾶξιν. ὁ δὲ Σεπτίμιον τινὰ πάλαι γενόμενον Πομπηΐου τάξιάρχον παραλαβὼν, καὶ Σάλβιον ἕτερον ἑκατοντάρχην, καὶ τρεῖς ἢ τέτταρας ὑπηρέτας, ἀνήχθη πρὸς τὴν Πομπηΐου ναῦν. ἔτυχον δὲ πάντες εἰς αὐτὴν οἱ δοκιμώτατοι τῶν συμπλεόντων ἐμβεβηκότες, ὅπως εἰδεῖεν ὃ πραττόμενον. ὡς οὖν εἶδον οὐ βασιλικὴν οὐδὲ λαμπρὰν, οὐδὲ ταῖς Θεοφάνους ἐλπίσιν ὁμοίαν ὑποδοχὴν, ἀλλ' ὅτι μιᾶς ἁλιάδος προσπλέοντας ὀλίγους ἀνθρώπους, ὑπεῖδοντο τὴν ὀλιγωρίαν· καὶ τῷ Πομπηΐῳ παρήνουν εἰς πέλαγος ἀνακρούεσθαι τὴν ναῦν, ἕως ἔξω βέλους εἰσίν. ἐν τούτῳ δὲ πελαζούσης τὴν ἁλιάδος, φθάσας ὁ Σεπτίμιος ἐξανέστη, καὶ Ρωμαϊστὶ τὸν Πομπήϊον αὐτοκράτορα προσηγόρευσεν. ὁ δὲ Ἀχιλλᾶς, ἀσπασάμενος αὐτὸν Ἑλληνιστὶ, παρεκάλει μετελθεῖν εἰς τὴν ἁλιάδα. τέναγος γὰρ εἶναι πολὺ, καὶ βάθος οὐκ ἔχειν πλοῖμον τηρεῖν τὴν θάλατταν ὑποφαινόμενον. ἅμα δὲ καὶ νῆες τινὲς ἐφαίνοντο τῶν βασιλικῶν πληρούμεναι, καὶ τὴν αἰγιαλὸν ὁπλῖται κατεῖχον. ὥστ' ἀφυκτία καὶ μεταβαλλομένοις ἐφαίνετο, καὶ προσεῖναι δοκεῖν τοῖς φονεῦσι τὴν ἀπιστίαν αὐτὴν τῆς ἀδικίας ἀπολογίαν.

A Ita vtraque re consternatus Parmenio, misit ad Alexandrum nuntios, qui significarent ei transactum esse de castris & impedimentis, ni propere firmum subsidium ex prima acie nouissimis submisisset. Eodem articulo dederat suis signum pugnæ. Vt iam Parmenionis mandata audiuit, negauit eum sanum esse, neque constare mente, sed præ consternatione oblitum acquirere victores etiam hostium opes, victis vero laborandum esse non de sarcinis, neque de mancipiis, verum vt pugnantes cadant quam honestissime & fortissime. His datis ad Parmenionem mandatis, galeam sumpsit. Reliquum munimentum corporis iam B in tabernaculo induerat, amiculum Siculum cinctum, super eum thoracem lineum duplicem ex præda Issensi. Galea erat ferrea, quæ tamen instar candidi argenti refulgebat, Theophili opus. Iam collare habebat ex ferro item compactum quod gemmis erat distinctum: gladium mira tinctura & leuitate, regis Citieorum donum, quo accinctus erat, assuetus fere gladio vti in prælio. Balteum gestabat opere superbiore quam pro reliquæ ratione armaturæ. Opificium fuit veteris Heliconis, Rhodiorum donum, quo eum illa C honorauerat ciuitas. hoc in conflictibus vtebatur. Tantisper autem dum in acie instruenda vel dandis imperiis vel monendo vel inspiciendo obequitabat aciem, alio vehebatur equo: quod Bucephalæ, qui iam grauis ætate erat, parceret. Vbi prælium iniret admouebatur ille, in quem quum transisset, ilico signa iussit canere. Ibi Thessalos longa oratione adhortatus atque alios Græcos, vbi alacres ostenderunt se conclamantes, duceret in barbaros, traiecta in sinistram lancea, deorum opem inuocauit, vt autor est Callisthenes, precatus, si vere satus Ioue esset, vt Græcis adessent dexteri & propitii. Vates Aristander candida læna amictus, coronamque auream gestans, qui iu- D xta Alexandrum vehebatur, ostendit super verticem eius Aquilam sublimem volare, cursumque recta dirigere in hostes. Vnde ingens spectantes incessit alacritas, ex alacritate autem & mutua adhortatione admisso in hostem equitatu instar fluctus ingruit phalanx. Cæterum priusquam frontes concurrerunt, inclinauit barbarorum acies. Magna erat impulsio, quod redigeret cedentes Alexander in mediam aciem vbi Darius agebat. Procul enim per antesignanos conspexit media in cohorte regia conspicuum pulchrum virum & emi- E nentem, qui curru vehebatur excelso, frequentibus fortibusq; equitibus septus arcte conglobatis circa currum, paratisq; hostem excipere. Sed Alexander, cuius terribilis ex propinquo apparebat aspectus, dum fugientes coniicit in eos qui locum adhuc tenebant, perculit eos maxima ex parte disturbauitq;. Optimorum ac fortissimorũ quorũq; quum pro rege contrucidarentur, cumulus exaggeratus cadentiũ, qui comprehendebant moribũdi pedes virorũ equorumq;, insectationẽ inhibuit. Darius quũ omnes terrores ante oculos essent, & frons, quã ante se habebat, corrueret in eũ, haud fa F cile currum flectere & peruadere valebat, sed quia rotæ retinebãtur tanto aceruo intricatæ cadauerũ, equi aũt strage illa distenti & operti exiliebãt consternabantq; aurigam, curru armisq; relictis equã

(vt ferunt) recens enixam conſcendens effudit ſe in fugam, non euaſurus in præſentia tamen, vti videbatur, niſi alii iterum à Parmenione equites miſſi ad Alexandrum fuiſſent retrahendum, quòd magna manus adhuc illa parte ſtaret in acie, neq; hoſtes pedem referrent. Inſimulant ſanè Parmenionis omnino illo in conflictu ignauiam & ſegniciem, ſiue audaciam ſenium eius iam reſoluebat, ſiue potentiam Alexandri (vt tradit Calliſthenes) ille grauabatur & æmulabatur gliſcentem & inſurgentem. Tunc igitur reuocari ſe rex, etſi ægrè ferret, veruntamen non indicauit id militibus, verùm quaſi cędem inhibens ac pręcipite in noctem die, receptui cecinit. In itinere, dum pergit ad periclitantes ſuos, accepit omni ex parte fuſos fugatosque hoſtes. Hoc pugnæ illius euentu imperium Perſarum pro ſemel ſubmerſo habitum, atq; Aſiæ rex renuntiatus Alexander, diis magnificè honorem habuit, amicis opes, domos, prouincias eſt largitus. Ad Græcos ambitioſè velle ſe ſcripſit, vt omnes tollerentur iniuſti dominatus, & immunes ipſi ſuis legibus viuerent, priuatim autem ad Platæenſes, vt oppidum ipſorum inſtauraretur, quòd agrum Græcis maiores eorum ad decertandam in eo pro libertate cum barbaris præbuiſſent. Ad hæc Crotoniatis in Italia prædam impertiuit ad Phayli athletæ honorandum ſtudium virtutemque, qui bellis Medicis, quum Itali cæteri res Græcorum haberent pro deploratis, Salamina naui ſuis impenſis inſtructa fuerat ad periculi ſocietatem profectus. Vſqueadeò candidus erga omnem virtutem erat, factorumque ad memoriam cuſtos & fautor honeſtorum. Caſtra inde mouit in Babyloniam, quæ protinus dedidit ſe ei tota. Miraculo ei fuit in Ecbatanis terræ hiatus ignem perpetuò ſicut ex fonte ſubuehens, & ſcaturigo naphthæ ex abundantia non longè illo hiatu ſtagnantis, qui cætera bitumen repræſentat, cæterùm cognationem habet cum igne adeò magnam, vt priuſquam contingat flammam, interfuſum aëra frequenter ſolo ſplendore circa flammam elucente accendat. Quo vim eius & indolem oſtenderent barbari, viam ad regis tentorium tendentem irrorauere minutis huius medicamenti ſtillis, ſtanteſque in extremo faculas irrigatis admouere. Iam enim tenebræ erant. Capite accenſo mox flamma puncto temporis depaſta reliqua eſt, atq; momento ad alterum percurrit terminum, ac via cõtinuò colluxit igne. Athenophanes erat Athenienſis ex iis qui in vngendo & balneo curare regis corpus ſolebat, mentemque eius ſcitè abducere ad remiſſionem. Hic in balneo aſſiſtente tunc regi puero facie ridicula, ſed qui caneret lepidè, Stephanum dicebant, Vis, inquit, in Stephano, rex, periculum faciamus naphthæ? Nam hunc ſi attigerit, nec fuerit extinctus, dicam vires eius planè inexuperabiles & eximias eſſe. Quum promptè puer offerret ſe ad experimentum, ſimulatque inunctus fuit, & attigit eum medicamentum, flammam corpus eius tam ingentem effudit, & igne occupatum eſt totum, vt ad extremam perplexitatem trepidationemque reciderit Alexander. Quòd ni adfuiſſent qui multa vaſa aquæ in balnei vſum ad manum habebant, nulla ope prohiberi potuiſſet quin corpus pueri eſſet ambuſtum.

A (ὡς φασιν) νεοτόκον ἵππον τῶν βιβᾶς ἐφυγῶν. οὐ μὴν τότε γ' αὐ-
ἐδόκει ἀφαφθήναι, εἰ μὴ πάλιν ἦκον ἕτεροι τῶν ἀπὸ Παρ-
μενίωνος ἱππεῖς, μεταπεμπόμενοι Ἀλέξανδρον, ὡς συνεστώ-
σης ἔτι πολλῆς δυνάμεως ἐκεῖ, καὶ τῶν πολεμίων οὐκ ἐνδιδόν-
των. ὅλως γὰρ αἰτιῶνται Παρμενίωνα κατ' ἐκείνου τὸν μά-
χιμον καὶ θεῖον ἀνδρὸς ἀνδρείας καὶ δύσερριν· εἴτε τὸν ἥρωος ἤδη τι τῶν ἀφα-
λύοντος τὸ τόλμης, εἴτε τὸν ἐξουσίαν καὶ τὸ ὄγκον, (ὡς Καλλισθέ-
νης φησὶν) τὸ Ἀλεξάνδρου δυνάμεως βαρυνόμενον καὶ πρεσ-
φθονοῦντα. τότε δὴ οὖν ὁ βασιλεὺς δυσαθεῖς τῇ μεταπέμψει
τοῖς μὲν στρατιώταις οὐκ ἔφρασε τὸ ἀληθές, ἀλλ' ὡς δυέχων τὸ
B φοβεῖν, καὶ σκότους ὄντος, ἀνάκλησιν ἐσήμανεν. ἐλαίωνα δὲ
πρὸς τὸ κινδυνῶδον μέρος, ἤκουσεν κατ' ὁδὸν ἥψασθαι πυρ-
πάσαν καὶ φέγγειν τοῖς πολεμίοις. τοῦτο τῆς μάχης ἐκείνης
λαβούσης τὸ τέλος, ἡ μὲν ἀρχὴ πυρπάσαν ἡ Περσῶν ἐδόκει
καταλελύσθαι· βασιλεὺς δὲ τῆς Ἀσίας Ἀλέξανδρος ἀνηγορευ-
μένος, ἔθυε τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπῶς, καὶ τοῖς φίλοις ἐδωρεῖτο
πλούτοις καὶ οἰκίαις καὶ ἡγεμονίαις. φιλοδιμούμενος δὲ πρὸς τοὺς
Ἕλληνας, ἔγραψεν τὰς τυραννίδας πάσας καταλυθῆναι,
καὶ πολιτεύειν αὐτονόμοις· ἰδίᾳ δὲ Πλαταιεῦσι, τὴν πόλιν ἀνοι-
κοδομεῖν, ὅτι τὴν χώραν οἱ πατέρες αὐτῶν ἀγωνίσασθαι τοῖς
C Ἕλλησιν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας παρέσχον. ἔπεμψε δὲ καὶ Κροτω-
νιάτης εἰς Ἰταλίαν μέρος τῶν λαφύρων, τὸν Φαύλου τοῦ ἀθλητοῦ
ἕνεκεν προθυμίαν καὶ ἀρετήν, ὃς περὶ τὰ Μηδικά, τῶν ἄλλων
Ἰταλιωτῶν ἀπεγνωκότων τοὺς Ἕλληνας, ἰδιόστολον ἔχων ναῦν,
ἔπλευσεν εἰς Σαλαμῖνα, τὸν κινδυνεύοντα μεθέξων. οὕτω τις
εὐμενὴς ἦν πρὸς ἅπασαν ἀρετήν, καὶ καλῶν ἔργων φύ-
λαξ καὶ οἰκεῖος. ἐπιὼν δὲ τὴν Βαβυλωνίων ἅπασαν εὐθὺς
ἐπ' αὐτὴν ἐστρατεύετο, ἐθαύμασε μάλιστα τό, τε χάσμα τοῦ
πυρὸς τὸ Ἐκβατανοῖς, ὥσπερ ἐκ πηγῆς συνεχῶς διαφερομένου, καὶ τὸ ῥεῦμα τοῦ νάφθα λιμνάζοντος ἀφ' ὃ
D πλήθους, οὐ πόρρω τοῦ χάσματος· ὃς πάντα μὲν ἀσφάλτῳ
προσέοικεν, οὕτω δὲ εὐπαθής, πρὸς τὸ πῦρ ἐστιν, ὥς τε πρὶν
ἢ θίγειν τὴν φλόγα, δι' αὐτῆς τῆς πρὸς τὸ φῶς ἐξαπωμένης
αὐγῆς, τὸν μεταξὺ πολλάκις αἔρα συσκιάσαι. ἐπιδεικνύ-
μενοι δὲ τὴν δυνάμιν αὐτοῦ καὶ φύσιν οἱ βάρβαροι, τὸν
ἄγοντα πρὸς τὴν κατάλυσιν τοῦ βασιλέως στρατὸν ἐλα-
φρῷ τῷ φαρμάκῳ κατεψέκασαν· εἶτα στάντες ἐπ' ἄκρῳ
τοὺς λαμπῆνας τοῖς βεβρεγμένοις προσέθηκαν (ἤδη γὰρ
συνεσκόταζεν) τῶν δ' πρόσθεν ὀλίγους ἀφαμένων, οὐκ ἔφθασεν ἡ
νυμὴ χρόνον ἀμέτρητον, ἀλλ' ἅμα νοήματι διῆλθε πρὸς ἑκατε-
E ρον πρᾶς, καὶ πῦρ ἐγεγόνει συνεχὴς ὁ στρατός· ἦν δέ τις Ἀ-
θηνοφάνης Ἀθηναῖος, τῶν περὶ ἄλειμμα καὶ λουτρὸν εἰω-
θότων τὸ σῶμα θεραπεύειν τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν διάνοιαν ἐμμελῶς ἀπάγειν ὅπῃ τὸ ῥάθυμον· οὗτος ἐν τῷ λου-
τρῶνι τότε παιδαρίου τοῦ Ἀλεξάνδρῳ παρεστῶτος ὑπε-
λοῦς σφόδρα καὶ γελοίου τὴν ὄψιν, ἄδοντος δ' ἐρωτήσαντος, ὃς
Στέφανος ἐκαλεῖτο, Βούλει (φησὶν) ὦ βασιλεῦ δοκιμάσωμεν
ἐν Στεφανῷ τὸν φαρμάκου λαβόμενος· ἐὰν γὰρ ἅψηται τούτου καὶ
μὴ κατασβεσθῇ, πυρπάσαν δὴ φαίην ἅμαχον καὶ δει-
νὴν αὐτοῦ τὴν δυνάμιν εἶναι. προθύμως δέ πως καὶ τοῦ
F παιδαρίου διδόντος ἑαυτὸν πρὸς τὴν πεῖραν, ἅμα τοῦ
προσαλεῖψαι καὶ θίγειν, ἐξεκαύθησε φλὸξ τοσαύτην τὸ
σῶμα, καὶ πυρὶ κατεχέθη πολύ, ὥστε τὸν Ἀλέξαν-
δρον εἰς πολὺν ἀπορίας καὶ δέους ἐλθεῖν εἰ δὲ μὴ τυχὼν
πολὰ παρῆσαν ἀγγεῖα πρὸς τὸ λουτρὸν ὕδατος ἀφ' χειρῶν ἔχοντες, οὐκ ἂν ἔφθασεν ἡ βοήθεια τὴν ὑπονοούμενον.

ἀλλὰ καὶ τότε μόγις κατέσβεσαν τὸ σῶμα τῆς παιδὸς ὅλον πῦρ γενόμενον, καὶ μετὰ ταῦτα χαλεπῶς ἔχον. εἰκότως οὖν ἔνοιοι τὸν μῦθον ἀναστρέφοντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν, τοῦτο φασὶν εἶναι τὸ τῆς Μηδείας φάρμακον, ᾧ τὸν βαγωδούμενον στέφανον καὶ τὸν πέπλον ἔχρισεν. οὐ γὰρ ἐξ αὐτῶν σκείνων, οὐδὲ ἀπ' αὐθεμάτου λάμψαι τὸ πῦρ, ἀλλὰ φλογὸς σκεῖθεν προσπεσείσης, ὀξεῖαν ὀλκὴν καὶ συναφὴν ἄδηλον αἰσθήσει γενέσθαι. τὰς γὰρ ἀκτῖνας καὶ τὰ ῥεύματα τοῦ πυρὸς ἄπωθεν ἐπιφερόμενα τοῖς μὲν ἄλλοις σώμασιν φῶς καὶ θερμότητα προσβάλλειν μόνον, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ξηρότητα πυκνομαλακὴν καὶ νοτίδα λιπαρὰν καὶ ἀθρόαν κεκτημένοις ἀθροιζόμενα καὶ πυκνουμένα μεταβάλλειν ὀξέως τὴν ὕλην παρεῖχεν δὲ ἀπορίαν ἡ γένεσις, εἴτε μᾶλλον ὑπέκκαυμα τῆς φλογὸς ὑποῤῥεῖ τὸ ὑγρὸν, ἐκ τῆς γῆς φύσιν λιπαρὰν καὶ πυκνὴν ἐχούσης. καὶ γὰρ ὅστιν ἡ Βαβυλωνία σφόδρα πυρώδης, ὥστε τὰς μὲν κριθὰς χαμόθεν ἐκπηδᾷν καὶ ἀποπάλλεσθαι πολλάκις, οἷς ὑπὸ φλεγμονῆς τῶν πέπων σφυγμοὺς ἐχόντων· τοὺς δὲ δένδρεσι ἐν τοῖς καύμασιν ἀπὸ ἀσκῶν πεπληρωμένων ὕδατος καταρδεῖν. Ἄρπαλος δὲ τῆς χώρας ἀπολειφθεὶς ὀπτιμελητὴς, καὶ φιλοκαλῶν Ἑλληνικῆς φυτείας διαφυσῶσαι τὰ βασίλεια καὶ τοὺς περίπατους, τῶν μὲν ἄλλων ἐκρέπτησεν, τὸν δὲ κισσὸν οὐκ ἔτρεφεν ἡ γῆ μόνον, ἀλλ' ἀεὶ διέφθειρεν, οὐ φέρουσα τὴν κρᾶσιν. ἡ μὲν γὰρ, πυρώδης, ὁ δὲ, φιλόψυχρος. τῶν μὲν οὖν τοιούτων παρεκβάσεων, ἀν μέγιστον ἔχωσιν, ἥττον ἴσως οἱ δύσκολοι κατηγορήσουσιν. Ἀλέξανδρος δὲ Σούσων κυριεύσας παρέλαβεν ἐν τοῖς βασιλείοις τετρακισμύρια τάλαντα νομίσματος, τὰ δὲ ἄλλα κατασκευὴν καὶ πολυτέλειαν ἀδιήγητον. ὅπου φησὶν καὶ πορφύρας Ἑρμιονικῆς διαφθειρομένας τάλαντα πεντακισχίλια, συγκειμένης μὲν ἐξ ἑτῶν δέκα δεόντων διακοσίων, πρὸς φατνὸν δὲ τὸ ἄνθος ἔτι καὶ νεαρὸν φυλαττούσης. αἴτιον δὲ τούτου φασὶν εἶναι, τὸ τὰ βαφικὰ διὰ μέλιτος γίνεσθαι τῶν ἀλουργῶν, δι' ἐλαίου δὲ λευκοῦ, τῶν λευκῶν· καὶ γὰρ τούτων τὸν ἴσον χρόνον ἐχόντων τὰ λαμπρότητα καθαρὰν καὶ στίλβουσαν ὁρᾶσθαι. Δίνων δέ φησιν καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἴστρου μετὰ τῶν ἄλλων μεταπεμπομένους εἰς τὴν Γάζαν ἀποτίθεσθαι τοὺς βασιλεῖς, οἷς ἐκβεβαιουμένοις τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸ κυριεύειν ἀπάντων. τῆς δὲ Περσίδος ὅσης διὰ βραχύτητα διεμβόλου καὶ φυλαττομένης ὑπὸ γυναικοπάτων Περσῶν, (Δαρεῖος μὲν γὰρ ἐπεφύγει) γίνεται τινὸς περιόδου κύκλον ἔχούσης οὐ πολὺν ἡγεμὼν αὐτῷ δίγλωσσος ἄνθρωπος, ἐκ πάτρας Λυκίου, μητρὸς δὲ Περσίδος γεγονώς· ὃν φασὶν ἔτι παιδὸς ὄντος Ἀλεξάνδρου τῷ Πυθίᾳ προειπεῖν, ὡς Λύκιος ἔσται καθηγεμὼν Ἀλεξάνδρῳ τῆς ὅδοῦ Περσῶν πορείας. φόνον μὲν οὖν ἐνταῦθα πολὺν τῶν ἁλισκομένων γενέσθαι συνέπεσεν. γράφει γὰρ αὐτὸς, ὡς νομίζων αὐτῷ τοῦτο λειτουργεῖν, ἐκέλευεν ἀποσφάττεσθαι τοὺς ἀνθρώπους· νομίσματος δὲ ἄγειν πλῆθος ὅσον ἐν Σούσοις, τὰ δὲ ἄλλα καταστρεψὴν καὶ τὸν πλοῦτον ἐκκομιζομένας φασὶν μυρίοις ὀρεινοῖς ζεύγεσιν καὶ πεντακισχιλίαις καμήλοις. Ξέρξου δὲ ἀνδριάντα μέγα θαυμάσαντα, ὑπὸ πλήθους τῶν ὠθουμένων εἰς τὰ βασίλεια πλημμελῶς ἀνατεταραγμένον, ἐπέστη, καὶ καθάπερ ἔμψυχον προσαγορεύσας, Πότερόν σε (εἶπεν) διὰ τὴν ὅτι τοὺς Ἕλληνας στρατείαν κείμενον παρέλθωμεν, ἢ διὰ τὴν ἄλλην μεγαλοφροσύνην καὶ ἀρετὴν ἐγείρωμεν; τέλος δὲ, πολὺν χρόνον πρὸς ἑαυτὸν γενόμενος καὶ σιωπήσας, παρῆλθεν βουλόμενος τοῖς στρατιώταις ἀναλαβεῖν (καὶ γὰρ ἦν χειμῶνος ὥρα) τέσσαρας μηνὰς αὐτόθι διήγαγεν.

Sed & tunc corpus eius vndequaq; inflammatum fuit, & ignem extinxerunt ægrè, ac pòst malè habuit. Itaq; haud absurdè fabulam quidam ad veritatem reducentes, hoc illud esse dictitant Medeæ medicamentum, quo decantatam illam coronam flammeumq; inunxit. Quippe haud ex semetipsis neq; sponte concepisse illa ignem, sed quum adiecta illinc fuisset flamma, citam eius & continentē contagionem, quæ sensum effugeret, fuisse. Nam radios & profluuia ignis eminus ingruētia lumen aliis corporib. & feruorē tantummodo adiungere, in aliis ariditate halituosa, pinguiq; & saturo præditis liquore collecta atque vi gliscentia flammea statim vertere materiam. Mouit generatio eius dubitationem * an potius flammæ fomes liquor hic ex solo emanet vi oleosa inflammāteq; prædito. Est enim perquam Babylonia ignea, vt hordeū ex humo subsultet & regeratur frequenter, quòd ea regio quasi nimia inflammatione palpitet, habeantq; homines per feruores in vtribus aqua impletis cubilia. Harpalo, qui regionis huius relictus præfectus fuit, studenti Græcis plantis regiam & ambulationes excolere, cætera responderunt, vnam respuit tellus hederam, quam semper corrupit impatientem eius temperiei, quòd hæc frigidis gaudeat, illa ferueat. Cæterùm huiuscemodi digressus, si modum seruent, minus fortassis reprehendent morosi. Alexander Susis potitus, quadraginta millia talentûm argenti signati inuenit, præterea instrumentum regium aliud, & res pretiosas innumerabiles. vbi etiam purpuræ Hermionicæ quinq; millia talentûm narrat inuenta, annos seruatæ decem minus ducentos, quæ florem recentē adhuc ac nouitiū retineret. Cuius ferunt causam esse, quòd puniceorum infectura melle perfecta fuerit, & candido oleo candidorū. quippe horum in pari ætate splendorem integrum & fulgentem conspici. Ad hæc ex Nilo & Istro haustum inter cætera Dinon memorat solenne fuisse, vt afferti imperarent atq; in thesaurum reconderent reges, tanquam in pignus imperii & rerum se dominos esse. Quum autem Persis ob asperitatem esset aditu difficilis, præsidiumq; haberet delectissimorum Persarum (nanque confugerat eò Darius) quidam vtriusq; linguæ peritus, qui patre Lycio, Perside matre ortus erat, quem puero etiamnum Alexandro præcinuisse perhibent Pythiam, nempe Lycium ducē Alexandro itineris in Persas fore, modico circuitu, duxit eum in Perfidē. Strages illic ingens captiuorum edita. siquidem scribit ipse ratum se id è re sua esse imperasse vt hostes contrucidarentur. Argenti reperit ibi parem ac Susis summam. Reliquum instrumentū regium & opes decem millibus iugorum mularium & quinq; millibus camelorū egesta. Statuam ingentem Xerxis à turba contemplatus in regiam irrumpentium imprudenter euersam, substitit, ac sicut spirantem compellans, Vtrùm te, inquit, ob illatum Græcis bellum præteribimus prostratum, an ob cæteram animi tui celsitudinem & virtutem attollemus? Postremò, vt diu cogitabundus & tacitus restitit, prætergressus est. Quatuor mēses ibi, quo exercitū reficeret, quòd esset hyemis tempestas, transegit.

Fama eſt, quum primùm ſub aurea teſtudine Alexander in ſolio regio conſideret, Corinthium Demaratum Alexandri familiarem & amicum paternum, ſenili more illacrymaſſe, ac dixiſſe; fraudatos magna voluptate Græcos, qui antè quàm in Darii ſolio Alexandrum ſpectaſſent ſedentem vita eſſent functi. Hinc in Darium moturus, compotationem & luſum cum amicis iniit, interfueruntq; meretrices, quæ comeſſatum venerant ad amatores ſuos. Inter has nobilis imprimis Thais, Ptolemæi, qui pòſt regnauit, amica, ex Attica oriunda, partim ſcitè celebrans Alexandrum, partim alludens, in ſermonem eſt temulenta prouecta, patriæ quidem eius congruentem moribus, ſed ſupra eius conditionem. Quippe laborum ait ſibi in peragranda exantlatorum Aſia illo die fructum recipere ſe, ſuperbæ Perſorum regiæ inſultantem: verùm multo libentius per ludum & laſciuiam domicilium Xerxis, qui inflammauit Athenas, ſuccenſuram faceſque manibus ſuis inſpectante ſubdituram rege, quo inter mortales vulgariter ſequentes Alexandri caſtra mulierculas maiores pœnas à Perſis vicem Græciæ, quàm Græcos naualium & terreſtrium copiarum duces expetiſſe. Quum dicentem eſſet aſſenſus & admurmuratio conſequuta, adhortatioque & contentio amicorum, impulſus in eam ſententiam exiliit, coronatusque & facem manu tenens progreſſus eſt. Alii, ſequentes ludibundi conclamantesq; regiam cinxere: reliquorumque Macedonum, vbi id intellexerunt, concurſus illuc cum lampadibus exultantium factus eſt. Sperabat enim domum reſpicientis eſſe ſignum nec commoraturi inter barbaros, quòd regiam eorum incenderet euerteretq;. Atq; hæc ita aliqui autores ſunt geſta fuiſſe, alii conſultò. Atqui citò illum pœnituiſſe facti, atq; vt reſtinguerent flammam imperaſſe, in confeſſo eſt. Munificentia verò, quæ inſita ei erat, multo magis excitata eſt rerum incremento. Adiuncta erat comitas, cuius vnius acceſſione ſanè ſunt munera grata. Huius pauca exempla recenſebo. Pæoniæ præfectus Ariſto, quum hoſtem obtruncaſſet, oſtendiſſetque ei caput, Hoc donum, rex, inquit, apud nos poculo aureo penſatur. Arridens Alexander, Nempe vacuo, inquit, Ego verò plenum mero tibi propino. Gregarius quidam Macedo mulum onuſtum auro regio agebat. Defeſſo iumento ſarcinam ipſe in humeros ſublatam portabat. Vidit rex onere oppreſſum, ac re intellecta, quum ille id depoſiturus eſſet, Ne defatigeris, inquit, ſed abſolue reliquum itineris, atque in tentorium tuum hoc defer. Omnino ſuccenſebat magis, ſi non acciperes, quàm ſi poſceres. Phocioni per literas mandauit, ſi non admitteret dona ſua, renuntiare ei ſe amicitiam. Serapioni vni ex grege eorum qui ſecum luſitabant pila, quia nihil petebat, nihil largiebatur. Quum autem ad ludum acceſſiſſet Serapion, adiecit pilam aliis: cui vbi dixit rex, Quin mihi das? Non petis, inquit. Riſit rex, atque ampla largitione eſt eum proſequutus. Protheæ cuidam in dicteriis inter pocula non infeſtiuo videbatur infenſus. Quum deprecarentur amici pro eo, atque ille lachrymas profunderet, redire dixit ſe cum eo in gratiam. Tum ille, Igitur rex, inquit, pignus primùm mihi aliquod dato. Atque huic quinque talenta iuſſit numerari.

A λέγεται ὅ, καθήσαντος αὐτοῦ τὸ πρῶτον ὑπὸ τὴ χρυσοῦν οὐρανίσκον ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ, τὸν Κορίνθιον Δημάρατον, κλαῖσαι εἰπεῖν, ὡς μεγάλης ἡδονῆς στερεῖν τοὺς Ἑλλήνων οἱ τεθνηκότες πρὶν ἰδεῖν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ Δαρείου θρόνῳ καθήμενον. ἐκ τούτου μέλλων ἐξελαύνειν ἐπὶ Δαρεῖον, ἔτυχεν μὴ εἰς μέθην τινὰ καὶ παιδιὰν τοῖς ἑταίραις ἑαυτὸν δεδωκώς, ὥστε καὶ γύναια συμπίνειν ἐπὶ κῶμον ἥκοντα πρὸς τοὺς ἑραστάς· ἐν οἷς τούτοις εὐδοκιμοῦσα μάλιστα Θαΐς, ἡ Πτολεμαίου τοῦ βασιλεύσαντος ὕστερον ἑταίρα, γένος Ἀττική,

B τὰ μὲν ἐμμελῶς ἐπαινοῦσα, τὰ δὲ παίζουσα πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, ἅμα τῇ μέθῃ λόγον εἰπεῖν προήχθη, τῷ μὲν τὸν πατρίδος ἥδιστα πρέπουσα, μείζονα δὲ ἢ καθ' αὑτήν. ἔφη γάρ, ὧν πεπόνηκε πεπλανημένη τὴν Ἀσίαν, ἀπολαμβάνειν χάριν ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἐνδυφῶσα τοῖς ὑπερηφάνοις Περσῶν βασιλείοις· ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ὑποπρήσας κωμάσασα τὸν Ξέρξου τοῦ καταλύσαντος τὰς Ἀθήνας οἶκον, αὐτὴ τὸ πῦρ ἅψασα τοῦ βασιλέως ὁρῶντος· ὡς αὐτὸ λόγος ἔχει πρὸς ἀνθρώπους, ὅτι τὸν ναυμάχων καὶ πεζομάχων ἐκείνων στρατηγῶν τὰ μετ' Ἀλεξάνδρου γύναια μείζονα δίκην ἐπέθηκεν Γέρσαις ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος· ἅμα δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ κρότου καὶ θορύβου γενομένου, ὑπὸ τῆς κελεύσεως τῶν ἑταίρων καὶ φιλοτιμίας, ἐπιπαθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ ἀναπηδήσας, ἔχων στέφανον καὶ λαμπάδα προῆγε· οἱ δὲ ἑπόμενοι κώμῳ καὶ βοῇ προεῖσαν τὰ βασίλεια· καὶ τῶν ἄλλων Μακεδόνων οἱ στιφανόμενοι συνέδραμον μετὰ λαμπάδων, χαίροντες. ἤλπιζον γὰρ ὅτι τοῖς οἴκοι προσέχοντος ἐστὶ τὸν νοῦν, καὶ μὴ μέλλοντος ἐν βαρβάροις οἰκεῖν, τὸ πιμπρᾶναι τὰ βασίλεια καὶ παραφθείρειν. οἱ μὲν οὕτω ταῦτα γενέσθαι φασίν, οἱ δὲ ἀπὸ γνώμης. ὅτι γὰρ οὖν μετενόησεν ταχὺ καὶ κατασβέσαι προσέταξεν, ὁμολογεῖται. φύσει δὲ ὢν μεγαλοδωρότατος, ἔτι μᾶλλον ἐπέδωκεν εἰς τοῦτο τῶν παρὰ μάτων

D αὐξανομένων. καὶ πρὸς τοῦ φιλοφρονεῖν, μεθ' ἧς μόνης ὡς ἀληθῶς οἱ διδόντες χαρίζονται. μνησθήσομαι δὲ ὀλίγων παρίστων. ὁ τῶν Παιόνων ἡγούμενος, ἀποκτείνας πολέμιον ἄνδρα καὶ τὸν κεφαλὴν ἐπιδεξάμενος αὐτῷ, Τοῦτο (εἶπεν) ὦ βασιλεῦ, παρ' « ἡμῖν ἐκπώματος χρυσοῦ τιμᾶται τὸ δῶρον. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος « γελάσας, κενοῦ γε (εἶπεν) ἐγὼ δέ σοι μεστὸν ἀκεράτου προπίο- « μαι. τῶν δὲ πολλῶν τις Μακεδόνων ἤλαυνεν ἡμίονον, βασι- « λικὸν χρυσίον κομίζων· κάμνοντος δὲ τοῦ κτηνοῦς, αὐτὸς ἐφόρει τὸν κόμιζε τὸ φορτίον. ἰδὼν οὖν ὁ βασιλεὺς θλιβόμενον αὐτὸν σφόδρα, καὶ πυθόμενος τὸ πρᾶγμα, μέλλοντος καταθέσθαι, Μὴ κάμνῃς (εἶπεν) ἀλλὰ πρόσθες ἐπὶ τὸν λοιπὸν ὁδόν, ἐπὶ τὸν σκηνὸν σαυτῷ τοῦτο κομίσας. ὅλως δὲ ἥδετο τοῖς μὴ λαμβάνουσι μᾶλλον ἢ τοῖς αἰτοῦσιν· καὶ Φωκίωνι μὲν ἔγραψεν ἐπιστολὴν, ὡς οὐ χρησόμενος αὐτῷ φίλῳ τὸ λοιπὸν, εἰ διωθοῖτο τὰς χάριτας· Σεραπίωνι δὲ τῶν ἀπὸ σφαίρας παίζειν νεανίσκων οὐδὲν ἐδίδου, παρὰ τὸ μηδὲν αἰτεῖν. ὡς οὖν εἰς τὸ σφαιρίζειν παρῆλθεν Σεραπίων, ἄλλοις ἔβαλε τὴν σφαῖραν· εἰ πόνος δὲ τοῦ βασιλέως, Ἐμοὶ δὲ « οὐδίδως; Οὐ γὰρ αἰτεῖς. (εἶπεν) τούτῳ μὲν δὴ γελάσας, « πολλὰ δέδωκεν. Πρωτέᾳ δέ τινι τῶν περὶ σκώμματα καὶ πότον οὐκ ἀμούσων, ἔδοξεν δι' ὀργῆς γενόμενος. τῶν δὲ φίλων δεομένων, κἀκείνου δακρύοντος, ἔφη παραλλάττεσθαι κἀκεῖνος, Οὐκέτι (εἶπεν) ὦ βασιλεῦ, δός τι μοι πιστὸν πρῶτον. ἐκέλευσεν οὖν αὐτῷ πέντε τάλαντα δοθῆναι.

περὶ δὲ τοὺς φίλους καὶ τοὺς σωματοφύλακας νεμομένων πλούτων, ἡλίκον εἶχεν ὄγκον, ἐμφαίνει δι' ἐπιστολῆς Ὀλυμπιὰς πρὸς αὐτὸν, Ἄλλως (φησὶν) εὖ ποιεῖ τοὺς φίλους καὶ ἔνδοξος ἄγει. νῦν δὴ ἰσοβασιλέας πολλοὺς ποιεῖς, καὶ πολὺ φιλίας πολυπλασιάζεις ἀλλοῖς, σεαυτὸν δὲ ἐρημοῖς. πολλάκις δὲ τοιαῦτα τῆς Ὀλυμπιάδος γραφούσης, ἐφύλαττεν ἀπόρρητα τὰ γράμματα. πλὴν ἅπαξ Ἡφαιστίωνος (ὡς φασὶ εἰώθει) λυθεῖσαν ἐπιστολὴν αὐτῷ σωναναγνώσαντος. οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ τὸν δακτύλιον ἀφελόμενος τὸν αὑτοῦ, προσέθηκεν τῷ ἐκείνου φόμαλι τὴν σφραγῖδα. Μαζαίου δὲ τοῦ μεγίστου παρὰ Δαρείῳ γενομένου παιδὶ satrapeiam ἔχοντι, δευτέραν προσεπέθη μείζονα. παρῃτούμενος δ' ἐκεῖνος εἶπεν, Ὦ βασιλεῦ, τότε μὲν εἷς Δαρεῖος, νῦν δὲ σὺ πολλοὺς πεποίηκας Ἀλεξάνδρους. Παρμενίωνι μὲν οὖν τὸν Βαγώου ἔδωκεν οἶκον, ἐν ᾧ λέγεται τὴν περὶ Σούσων χιλίων ταλάντων εὑρεθεῖσαν ἱματισμόν. πρὸς δὲ Ἀντίπατρον ἔγραφεν κελεύων ἔχειν φύλακας τοῦ σώματος, ὡς ἐπιβουλευόμενον, τῇ δὲ μητρὶ πολλὰ μὲν ἐδωρεῖτο καὶ κατέπεμπεν, οὐκ εἴα δ' πολυπραγμονεῖν, οὐδὲ παρρησιάζειν ἐγκαλούσης δ', πρᾴως ἔφερεν τὴν χαλεπότητα. πλὴν ἅπαξ ποτὲ μακρὰ Ἀντιπάτρου κατ' αὐτῆς γράψαντος ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ἀγροεῖν εἶπεν Ἀντίπατρον ὅτι μυρίας ἐπιστολὰς ἓν δάκρυον ἀπαλείφει μητρός. ἐπεὶ δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν ἑώρα πολυπάσιν ἐκτεταμένους, καὶ φορτικοὺς ταῖς δαπάναις καὶ πολυτελείαις ὄντας, ὥστε Ἄγωνα μὲν τὸν Τήιον ἀργυρᾶς ἐν ταῖς κρηπῖσιν ἅλοις φορεῖν, Λεοννάτῳ δ' πολλαῖς καμήλοις ἀπ' Αἰγύπτου κόνιν εἰς τὰ γυμνάσια παρακομίζεσθαι, Φιλώτᾳ δ', πρὸς θήρας σταδίων ἑκατὸν αὐλαίας γενέσθαι, μύρῳ δὲ χρωμένους ἔναι πρὸς ἄλειμμα καὶ λουτρὸν ὅσοις οὐδὲ ἐλαίῳ, τείνοντας δ' καὶ κατευνάσας πεπαιδευμένους ἐπεπίεσεν πρᾴως καὶ φιλοσόφως, θαυμάζειν φάσκων, εἰ ποσοῦτος ἠγωνισμένοι καὶ τηλικούτους ἀγῶνας ὑπεμενεν ὅτι τῶν καταπονηθέντων οἱ καταπονήσαντες ἥδιον καθεύδουσιν· οὐδὲ ὁρῶσι, τοῖς Γέρων βίοις τοὺς ἑαυτῶν παραβάλλοντες, ὅτι δουλικώτατον μὲν ὄντ' ὀρθῶς, βασιλικώτατον δ' ὀρθῶς ποιεῖν. Καίτοι πῶς δή τις (ἔφη) δι' ἑαυτοῦ θεραπεύσειεν ἵππον, ἢ λόγχῃ ἀσκήσειεν ἢ κράνος, ἀπειθικὸν τὴν φιλπάτου σώματος ἀπεσταλμένας χεῖρας; οὐκ ἴσε (εἶπεν) ὅτι τοῦ κρατεῖν πρᾶς ἡμῖν ὄντ' ὀρθῶς μὴ ταὐτὰ ποιεῖν τοῖς κεκρατημένοις; ἐπέτεινεν οὖν ἔτι μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν ταῖς στρατείαις καὶ τὴν κυνηγεσίαις, κακοπαθῶν καὶ παραβαλλόμενος. ὥστε καὶ Λάκωνα πρεσβευτὴν παραλυόμενον αὐτῷ λέοντα καταβάλλοντι μέγαν, εἰπεῖν, Καλῶς γε Ἀλέξανδρε πρὸς τὸν λέοντα ἠγώνισαι περὶ τῆς βασιλείας. τοῦτο δ' κυνήγιον Κρατερὸς εἰς Δελφοὺς ἀνέθηκεν, εἰκόνας χαλκᾶς ποιησάμενος τοῦ λέοντος καὶ τῶν κυνῶν, καὶ τοῦ βασιλέως τῷ λέοντι συμπεσόντος, καὶ αὐτοῦ προσβοηθοῦντος· ὧν τὰ μὲν Λύσιππος ἔπλασεν, τὰ δ' Λεωχάρης. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν ἑαυτὸν ἀσκῶν ἅμα καὶ τοὺς ἄλλους παρορμῶν πρὸς ἀρετὴν ἐκινδύνευεν· οἱ δὲ φίλοι δι' πλοῦτον καὶ ὄγκον ἤδη τρυφᾶν βουλόμενοι καὶ φοβούμενοι, ἐβαρύνοντο τὰς πλάνας καὶ τὰς στρατείας, καὶ κατ' μικρὸν οὕτω προῆλθον εἰς τὸ βλασφημεῖν καὶ κακῶς λέγειν αὐτόν. ὁ δὲ καὶ πολὺ πρᾴως ἐν ἀρχῇ πρὸς ταῦτα διέκειτο, φάσκων βασιλικὸν εἶ τὸ κακῶς ἀκούειν οὐ ποιοῦντα. καίτοι τὰ μὲν μικρόπολα τῶν γινομένων τοῖς συνήθεσι παρ' αὐτοῦ σημεῖα μεγάλης ὑπῆρχεν εὐνοίας καὶ τιμῆς· ὧν ὀλίγα παραθήσομαι. Πολλάκις μὲν ἔγραψεν, μεμφόμενος ὅτι δηλητὴς ὑπ' ἀρετῆς, τοῖς μὲν ἄλλοις ἔγραψεν, αὐτῷ δ' οὐκ ἐδήλωσεν,

A In ditandis amicis & ſtipatoribus ſuis quàm fuerit prolixus declarat Olympias epiſtola quam ad eum ſcripſit: Bene merere aliâs, inquit, de amicis & ſplendore vtere. Enimuerò nunc omnes regi efficis pares, multosque amicos eis paras, temetipſum verò reddis ſolitarium. Ea quum identidem ad illum ſcriberet Olympias, ſeruabat in abdito epiſtolas. niſi ſemel Hephæſtioni (vt aſſueuerat) ſolutam epiſtolam ſecum legenti non vetuit: verùm detracto digito anulo ſigillum ori illius admouit. Mazei, cuius apud Darium ſumma fuerat gratia, filio, ſatrapię prefecto, alteram adiecit ampliorem.

B At ille recuſans ait, Tunc, ô rex, vnus erat Darius, nunc tu multos effeciſti Alexandros. Parmenioni donauit Bagoæ domum, in qua ad cultũ pertinentium veſtiarium mille talentũm inuenit. Antipatro per literas mandauit vt cuſtodes corporis aduerſus inſidias adhiberet. Matri dona multa miſit: cæterùm interdixit ei rebus ſe ingerere, vel ducis munera vendicare. Expoſtulantis ſecum leniter tulit acerbitatem. Semel autem quum prolixas literas Antipatri illam criminantis perlegiſſet, fallere dixit Antipatrum, ſexcentas epiſtolas vna deleri matris lacrymula. Quum amicos ſuos

C in totum cerneret luxu perditos, victuq; & ſumptibus licentiores, atq; Agnonem Teium clauis argenteis ſuffigere crepidas, Leonato multis camelis puluerem ex Ægypto vſq; ad exercitationes ſupportari, Philotam ad venationem centum ſtadiorum aulæas habere, vnguento plures quàm oleo delibutos ad balneum ire, trahere eos ſecum frictores & cubicularios, caſtigauit eos placidè & philoſophicè, mirari ſe dicẽs ipſis, qui tot & tanta certamina decertauiſſent, excidiſſe, eos iucundius alios qui fatigant quàm fatiſcentes quieſcere: neq; animaduertere Perſarum moribus æquiparantes ſuos, nihil eſſe ſeruile magis quàm indulgere deliciis, nec magis regium quàm labores ſuſcipere. Et quidẽ quî cures, inquit, tua opera equum, vel haſtã galeamve polias, ſi inducere animũ non potes vt corpori, quo nihil charius, admoueas manus? An ignoratis finem nobis vincendi eſſe, ne eadem ac victi faciamus? Igitur laborẽ intẽdit, in expeditionibus & venationib. ſubigens corpus ſuum & periculis exponens, vt Lacon legatus, qui aſſiſtebat, quum cõficeret grandem leonem, diceret, Macte Alexander iſta cum leone de regno pugna. Hanc venationẽ Craterus Delphis dedicauit, ac ſimulacra ex ere leonis, canum, regis cum leone congreſſi, & ſuum, ei ſuccurrentis, facienda locauit. quorũ Lyſippus partem, partem fecit Leochares. Ita Alexander quidem dum ſemetipſum pariter exercet, & incendit alios ad virtutem, in præcipites caſus dabat ſe. Amici verò eius ob opes & faſtum voluptatibus indulgere & otio affectantes tædebat errorum & expeditionũ. Vnde paulatim ad obtrectandum ei & allatrandum ſunt progreſſi. Quod ille primùm tulit leniter, regium eſſe ferens, quum benefeceris, malè audire. Et quidem benefacta minima eius in amicos ingentis fuerunt beneuolentiæ & honoris, quem illis habebat, ſignificationes. quorum pauca attexam: Moleſtum ſibi eſſe mandauit per literas Peuceſtæ, morſum ab vrſo ipſum, quòd aliis ſcripſiſſet, ſibi non ſignificaſſet.

verte: iis, qui a labore ceſſarunt, laborantes melius dormiunt

At nunc certè, inquit, ſcribe, vt vales, & num qui te ſociorum in venatione deſeruerunt, vt pœnas dent. Hephæſtioni ob certa negotia abſenti, pugnantibus per ludum ipſis cum ichneumone, Craterum ſcripſit in lanceã Perdiccæ induiſſe ſe, vulneratumq; in vtroq; femore fuiſſe. Quum Peuceſtas ex morbo quodam reualuiſſet, ad medicum Alexippum ſcripſit agere ſe ei gratias. Cratero affecto, quum viſio eſſet ei per quietem oblata, & ipſe pro ſalute eius ſacrificauit, & illum iuſſit. Pauſaniæ medico ſcripſit, vbi elleboro eum purgare Craterum accepit velle, partim æſtuans, partim admonens quemadmodum medicamentum propinaret. Illos qui Harpali fugam primi nuntiauerunt in vincula cõiecit, Ephialtem & Ciſſum, tanquam mendacia de eo nuntiantes. Quum infirmos & ætate graues domum remitteret, Eurylochus autem Ægæus retuliſſet ſe inter ægrotos, inde compertus nullo morbo teneri, Teleſippæ amore cõfeſſus eſſet ſe deperire ac comitari ad mare velle abeuntẽ, quæſiuit cuius cõditionis mulier eſſet. Audito meretricem liberam eſſe, Habes nos Euryloche, inquit, tibi in amore fauentes: at tu da operam, quandoquidem libera eſt Teleſippa, vt vel donis vel verbis eam inducamus. Mirum verò eſt vacaſſe eum etiam hactenus amicis literas vt huiuſcemodi mitteret, cuiuſcemodi ſcripſit, Seleuci puerum qui in Ciliciã profugerat, imperans requiri: Peuceſtam commendans, quòd ſeruum Crateri Niconem corripuiſſet: Megabyzo de ſeruo qui ad ædem ſacrã confugerat, iubens, ſi queat, extra templum vt inuitatum occuparet, in templo ne ei iniiceret manum. Iam initiò quum iudicia capitalia diſceptaret, fama tenet manum eum alteri auri dum diceret accuſator admouere ſolitũ, reo vt alteram integram & intactam ſeruaret à calumniis. Cęterùm pòſt crebrę calumniæ per veros tramites ad mendacia fidem accipientes exaſperauerunt eum. præcipuè verò quum ſermonib. ſuorum carperetur, exibat de poteſtate, ſæuusque erat atq; inexorabilis: nempe qui gloriam vitæ & regno anteferret. Porro ea tempeſtate, in Darium, quaſi bellum reparaſſet, perrexit. Quem vt vinctũ accepit à Beſſo, Theſſalos remiſit in patriam, ac duo millia talentûm ſtipendiis eorum cumuli dono adiecit. Dum conſectatur Darium in itinere laborioſo & prolixo (nam diebus vndecim tria millia trecenta ſtadia confecit) plerique laſſitudine ſunt confecti, & præſertim aquæ penuria. Ibi occurrerunt ei Macedones quidam, qui aquam in vtribus à flumine mulis portabant: conſpicienteſque Alexandrum medio iam die ſiti maceratum, impleuerunt confeſtim galeam, eique obtulere. Requirente eo quibuſnam aquam afferrent: Liberis noſtris, reſpondêre. verùm te incolumi alios gignemus, etiamſi hos amiſerimus. ſub quorum dicta accepit galeam. Cæterùm circumlatis oculis, vbi vidit qui ipſum comitabantur equites capite inclinato potũ reſpicientes, reddidit illis aquã non guſtatam, laudauitq; eos. Nam ego, inquit, ſi ſolus bibero, hi elangueſcent. Regis conſpicati equites cõtinentiã & magnitudinẽ animi, duceret, & bono animo eſſet, vociferati ſunt, & equos verberarunt: neq; fatigari ſe neq; ſitire, ſed nec mortales ducere eſſe, quoad talem haberent regem.

A Ἀλλὰ νῦν γε (φησὶν) γράφον ὅ πῶς ἔχεις, καὶ μὴ τίνες σε τῶν συγκωμηγετούντων ἐγκατέλιπον, ἵνα δίκην δῶσιν. τοῖς δὲ περὶ Ἡφαιστίωνα διὰ πραξεῖς τινὰς ἀπόδοσιν ἔγραψεν ὅτι παίζοντων αὐτῶν πρὸς ἰχνεύμονα, τὸν Περδίκκου δορατίῳ πεπεισῶν Κρατερὸς, τοῖς μηροῖς ἐβάφη. Πευκέστα δὲ σωθέντος ἔκ τινος ἀσθενείας, ἔγραψεν πρὸς Ἀλέξιππον τὸν ἰατρὸν εὐχαριστῶν. Κρατερὸν δὲ νοσοῦντος, ὄψιν ἰδὼν καθ' ὕπνον, αὐτός τε θυσίας θυσίαν ἔθυεν ὑπὲρ αὐτοῦ, κἀκείνῳ θῦσαι ἐκέλευσεν. ἔγραψε δὲ καὶ Παυσανίᾳ τῷ ἰατρῷ, βουλομένῳ τὸν Κρατερὸν ἐλλεβορίσαι, τὰ μὲν ἀγωνιῶν, τὰ δὲ παραινῶν ὅπως χρήσηται

B τῇ φαρμακείᾳ. τοὺς δὲ πρώτους τὸν Ἁρπάλου φυγὴν καὶ ἀπόδρασιν ἀπαγγείλαντας ἔδησεν, Ἐφιάλτην καὶ Κίσσον, ὡς καταψευδομένους τοῦ ἀνδρός. ἐπεὶ δὲ τοὺς ἀσθενοῦντας αὐτῷ καὶ γέροντας εἰς οἶκον ἀποστέλλοντος, Εὐρύλοχος Αἰγαῖος ἀνέγραψεν ἑαυτὸν εἰς τοὺς νοσοῦντας· εἶτα φωραθεὶς ἔχων οὐδὲν κακὸν, ὡμολόγησεν Τελεσίππας ἐρᾶν, καὶ συνεπακολουθεῖν ὅτι θαλάττῃ ἀπιόντος ἐκείνης, ἠρώτησεν τίνων ἀνθρώπων ἐστὶ θυγάτηρ. ἀκούσας δὲ ὅτι τῶν ἐλευθέρων ἑταιρῶν, Ἡμᾶς μὲν (εἶπεν) ὦ Εὐρύλοχε, συνεραστὰς ἔχεις· ὅρα δὲ ὅπως πείθωμεν ἢ δώρεσι ἢ λόγοις τὴν Τελεσίππην, ἐπειδὴ παρ' ἐλευθέρας ἐστίν. θαυμάσας δὲ αὐτόν ἐστιν ὅτι καὶ μέχρι τοιούτων ἐπιστολὰς τοῖς φίλοις ἐπέστελλεν, οἷα γράφει, παῖδα Σελεύκου εἰς Κιλικίαν ἀποδεδρακότα κελεύων ἀναζητῆσαι, καὶ Γαλκέσαν ἐπαινῶν ὅτι Νίκωνα Κρατεροῦ δοῦλον συνέλαβεν· καὶ Μεγαβύζῳ περὶ τοῦ θεράποντος τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ καθεζομένου, κελεύων αὐτὸν, εἰ δυνήσεται, συλλαβεῖν ἔξω τοῦ ἱεροῦ προσκαλεσάμενος, ἐν δὲ τῷ ἱερῷ μὴ προσάπτεσθαι. λέγεται δὲ καὶ τὰς δίκας διακρίνων ἐν ἀρχῇ τὰς θανατικὰς, τὴν χεῖρα τῶν ὤτων τῷ ἑτέρῳ προσπτύειν, τοῦ κατηγόρου λέγοντος, ὅπως τὸν κινδυνεύοντα καθαρὸν φυλάττηται καὶ ἀδιάβλητον. ἀλλ' ὕστερόν

D γε αὐτὸν ἐξεδάχρυσαν αἱ πολλαὶ διαβολαὶ, διὰ τῶν ἀληθῶν παρόδων πίστιν ἔτι τὰ ψευδῆ λαβοῦσαι. καὶ μάλιστα κακῶς ἀκούων, ἐξίστατο τοῦ φρονεῖν, καὶ χαλεπὸς ἦν καὶ ἀπαραίτητος, ἅτε δὴ τὴν δόξαν αὐτὴν τοῦ ζῆν καὶ τῆς βασιλείας ἠγαπηκώς· τότε δὴ ἐξήλασεν ἔτι Δαρεῖον, ὡς πάλιν μαχούμενος. ἀκούσας δὲ τὴν ἐπὶ Βήσσου γενομένην αὐτοῦ σύλληψιν, ἀπέλυσεν τοὺς Θεσσαλοὺς οἴκαδε, χίλια τάλαντα δωρεὰν ἔτι μεταδόντας τῆς μισθοφορᾶς. πρὸς δὲ τὴν δίωξιν ἐπιγαλέαν καὶ μακρὰν γινομένην, (ἑνδεκαήμεροι ἐπάσαι τρισχίλιοι καὶ τριακόσιοι σταδίοι) ἀπηγόρευσαν μὲν οἱ πλεῖστοι, καὶ μάλιστα τὴν ἀνυδρείαν.

E ἔνθα δὴ Μακεδόνες τινὲς ἀπήντησαν αὐτῷ, ὕδωρ ἐν ἀσκοῖς ἐφ' ἡμιόνων κομίζοντες ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. καὶ θεασάμενοι τὸν Ἀλέξανδρον, ἤδη μεσημβρίας οὔσης καὶ κακῶς ὑπὸ διψῶν ἔχοντα, παχὺ πλησάμενοι χρυσοῦν προσενέγκαν. πυθομένου δὲ αὐτοῦ τίσιν κομίζοιεν, Υἱοῖς (ἔφασαν) ἰδίοις· ἀλλὰ σοῦ ζῶντος, ἑτέρους ποιησόμεθα, κἂν ἐκείνους ἀπολέσωμεν. ταῦτα ἀκούσας, ἔλαβεν εἰς τὰς χεῖρας ὁ κρατήρ· περιβλέψας δὲ καὶ θεασάμενος τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς, ἀπνευστὶ ἐγκεκλικότας τὰς κεφαλὰς, καὶ πρὸς ποτὸν βλέποντας,

F ἐπέδωκεν, οὐ πιὼν, ἀλλὰ ἐπαινέσας τοὺς ἀνθρώπους, Ἐγὼ γὰρ αὐτὸς (ἔφη) πίω μόνος, ἀθυμήσουσιν οὗτοι. θεασάμενοι δὲ τὴν ἐγκράτειαν αὐτοῦ καὶ μεγαλοψυχίαν οἱ ἱππεῖς, ἄγειν διέκραγον θαρροῦντα, καὶ τοὺς ἵππους ἐμάστιζον. οὔτε γὰρ κάμνειν, οὔτε διψᾶν, οὔθ' ὅλως θνητοὺς εἶναι νομίζειν αὐτοὺς, ἕως ἂν ἔχωσι βασιλέα τοιοῦτον.

ἡ μὲν οὖν προθυμία πάντων ἴση ὁμοία, μόνους δὲ φασιν ἑξήκοντα σωσκηπεσεῖν εἰς τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων. ἔνθα δὴ πολὺ μὲν χρυσὸν ἐρριμμένον ὑπερβαίνοντες, πολλὰς δὲ παίδων καὶ γυναικῶν ἁρμαμάξας ἡνιόχων ἐρήμους διαφερομένας παρερχόμενοι, τοῖς προφοῖς ἐδίωκον, ὡς ἐν ἐκείνοις Δαρεῖον ὄντα. μόλις δ' εἰσκέπτεται, πολλῶν ἀκοντισμάτων καταπλεώσας τὸ σῶμα, κείμενος ἐν ἁρμαμάξῃ, μικρὸν ἀπολείπων τὸ τελευτᾶν. ὅμως δ' ἐκέλευσε πιεῖν ἤτησεν· καὶ πιὼν ὕδωρ ψυχρόν, εἶπεν πρὸς τὸν δόντα Πολύστρατον, Ὦ ἄνθρωπε, τί τοι φίλος γέγονεν δυστυχίας ἁπάσης, ὅ τι παθεῖν, ἀμείψασθαι μὴ δυνάμενον· ἀλλὰ Ἀλέξανδρος ἀποδώσει σοι τὴν χάριν· Ἀλεξανδρῷ δ' οἱ θεοί, τῆς εἰς μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας τοὺς ἐμοὺς ὑπεικείας, ᾧ τούτῳ δίδωμι τὴν δεξιάν σοι. ταῦτα εἰπὼν καὶ λαβόμενος τῆς τοῦ Πολυστράτου χειρὸς, ἐξέλιπεν. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἐπῆλθεν, ἀλγῶν τε τῷ πάθει φανερὸς ἦν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα λύσας ἐπέβαλεν τῷ σώματι, καὶ περιέστειλεν· καὶ βίαιον μὲν ὕστερον δύο δένδρων διεσφενδόνησεν, ὀρθίων δένδρων εἰς τοὐτὸ κεκλιμένων ἑκατέρῳ μέρει προσαρτήσας τὸ σώματος· εἶτα μηδεὶς ἑκάτερον, ὡς ὥρμησε ῥύμῃ φερόμενον, τὸ πρόσηκον αὐτοῦ μέρος νείμασθαι. τότε δὲ τοῦ Δαρείου τὸ μὲν σῶμα κεκοσμημένον βασιλικῶς πρὸς τὴν μητέρα ἀπέστειλεν, τὸν δὲ ἀδελφὸν Ἐξάθριν εἰς τοὺς ἑταίρους ἀνέλαβεν. αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἀκμαιοτάτης δυνάμεως εἰς Ὑρκανίαν κατέβαινε· καὶ πελάγους ἰδὼν κάλλιστον, οὐκ ἐλάττονα μὲν τὸν Ποντικὸν φανέντα, γλυκύτερον δὲ τῆς ἄλλης θαλάττης, σαφὲς μὲν οὐδὲν ἔχειν πυθέσθαι περὶ αὐτοῦ, μάλιστα δ' εἴκασε τῆς Μαιώτιδος λίμνης διαχεῖν ἑαυτόν). καίτοι τοὺς γε Φοινικικοὺς ἄνδρας οὐκ ἔλαθε πάλαι θὲς, ἀλλὰ πολλοῖς ἔτεσιν ἔμπροσθεν τῆς Ἀλεξάνδρου στρατείας ἱστορήκασιν ὅτι τεσσάρων κάλλιστον εἰσερχόντων ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάσσης, βορειότατος οὗτός ἐστιν, τὸ Ὑρκάνιον πέλαγος καὶ Κάσπιον ὁμοῦ προσαγορευόμενον. ἐνταῦθα τῶν βαρβάρων ἀπροσδοκήτως περιτυχόντες τοῖς ἄγουσι τὸν ἵππον αὐτοῦ τὸν Βουκεφάλαν λαμβάνουσιν. ὁ δὲ ἤνεγκεν οὐ μετρίως· ἀλλὰ κήρυκα πέμψας, ἠπείλησεν πόλεις ἀποκτενεῖν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν εἰ τὸν ἵππον αὐτῷ μὴ ἀποπέμψαιεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν ἵππον αὐτῷ ἄγοντες ἦκον, καὶ τὰς πόλεις ἐγχειρίζοντες, ἐχρήσατο φιλανθρώπως πᾶσι, καὶ τοῦ ἵππου λύτρα τοῖς λαβοῦσιν ἔδωκεν. ἐντεῦθεν εἰς τὴν Παρθικὴν ἀναζεύξας καὶ προλάζων, πρῶτον ἐνεδύσατο τὴν βαρβαρικὴν στολὴν, εἴτε βουλόμενος αὐτὸν συνοικειοῦν τοῖς ἐπιχωρίοις νόμοις, ὡς μέγα πρὸς εὐημέρησιν αἰδεῖσθαι τὸ συνήθες καὶ ὁμόφυλον· εἴτ' ἀπόπειρά τις ὑφεῖτο τῆς προσκυνήσεως αὐτὴ τοῖς Μακεδόσι, καὶ μικρὸν ἀναχρέσθαι τὴν ἐκθαύμασιν αὐτοῦ καὶ μεταβολὴν ἐλπιζομένοις. οὐ μὴν τὴν γε Μηδικὴν προσήκατο πομπὴν πασιν, βαρβαρικὴν καὶ ἀλλόκοτον οὖσαν, οὐδὲ ἀναξυρίδας, οὐδὲ κιδαριν, οὐδὲ τιάραν ἔλαβεν, ἀλλὰ ἐν μέσῳ τινὰ τὴν Περσικῆς καὶ τῆς Μηδικῆς, μιξάμενος δίκαιος, ἀτυφοτέραν μὲν ἐκείνης, τούτης δὲ σεμνοτέραν οὖσαν. ἐχρῆτο δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐντυγχάνων τοῖς βαρβάροις καὶ τοῖς ἑταίροις κατ' οἶκον, εἶτα τοῖς πολλοῖς οὕτως ἐξελαιώων καὶ χρηματίζων ἐπρᾶτο. καὶ λυπηρὸν μὲν ἦν τοῖς Μακεδόσι τὸ θέαμα· τὴν δὲ ἄλλην αὐτοῦ θαυμάζοντες ἀρετὴν, ᾤοντο δεῖν ἔνια τῶν πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ καὶ δόξαν ὑπιχωρεῖν· ὅσγε πρὸς ἅπασιν τοῖς ἄλλοις ἔναγχος τόξευμα μὲν εἰς τὴν κνήμην λαβὼν, ὑφ' οὗ τῆς κερκίδος ὀστέον ἀποθραυσθὲν ἐξέπεσε· λίθῳ δὲ πληγεὶς πάλιν εἰς τὸν τράχηλον,

A Alacritas erat quidem omnium par, sed solos sexaginta ferunt|Alexandrum in castra hostium persequutos. Ibi vim magnã auri & argenti pecti supergredientes, multa vehicula puerorum mulierumq; aurigis destituta & vagantia præteruecti, primorũ tergis inhæserunt, in illis rati Dariũ esse. Vix tandem inuenitur corpore multis confosso iaculis in curru iacens propè iam moribundus: potum tamẽ postulauit. Vt frigidam hausit, illum qui porrexerat, Polystratum, affatus est, Hic mihi terminus, quicunq; es, omnis est felicitatis, quòd beneficiũ acceptũ nequeam rependere. verùm referet Ale-
B xander tibi gratiam: Alexandro dii immortales, q; tam humanus in genitricẽ, vxorẽ & liberos meos fuerit: cui hanc dextram te interprete porrigo. Ita fatus, apprehensa Polystrati manu, expirauit. Postquam superuenit Alexander, nõ obscurè indoluit huic misero casui, chlamydemq; suam soluit, eoq; iniecto corpus inuoluit. Bessum post comprehensum dilacerauit directis arboribus duab. in vnum deflexis, quarũ vtriq; corporis partem alligauit, inde laxatę ambæ, atq; impetu in sedem suam relatę, partem sibi annexã retinuere. Corpus Darii regio cultum more ad matrem eius misit. Fratrem eius
C Exathrem in cohortem recepit amicorum. Hinc eum expeditissimis copiis descendit in Hyrcaniã. Sinum illic maris Ponto (vt apparebat) inuenit nõ minorem, sed cętero mari dulciorem. Verùm certã nihil habuit de eo discere. Omninò cõiecit Mæotin lacum illuc restagnare. Atqui non præteriit physicos veritas, sed multis ante Alexandri expeditionem annis scripserunt in quatuor finibus, quĩ ex Oceano subeunt continentem, hunc maximè ad Boream vergere. Hyrcanũ pelagus & Caspium pariter nuncupant. Ibi barbari repentino incursu exceperunt eos qui equum Alexandri Bucephalan ducebant. Quod ille haud moderatè tulit, sed
D misso caduceatore, ni remisissent sibi equũ, omnibus necem cum liberis & coniugib. denuntiauit. Quibus equum ad eum reducẽtibus, vrbesq; suas dedentibus, præbuit se omnibus humanum: atq; illis qui ceperant equũ, pretium dedit redemptionis. Hinc Parthiam petens, quum in otio ageret, primùm vestem barbaricã sumpsit, incertum, vt accõmodaret se incolarum moribus, multùm existimans valiturum ad mansuefaciendos homines, si consuetudinẽ & patrios mores eorum vsurparet: an tentare hac re Macedonas, atq; ad adorandum se traducere, morumq; patriorum ferre cõuersionem & transitum in alienos voluit assuefacere. Ha-
E bitum Medicum tamen, quòd prorsus barbaricus esset & alienus, repudiauit, nec anaxyridas vel candyn tiarámve sumpsit, sed medium inter Persicum & Medicũ scitè temperauit, minus hoc tumidum, & insolentiorẽ illo. Vsurpauit eum primùm agens cum barbaris ac sub tecto cum amicis, deinde eo cultu prodiit in publicũ, ac quum vacaret postulationibus conspiciendũ ita dedit se omnibus. Erat acerbum id Macedonib. spectaculum: sed miraculo ducti reliquę eius virtutis, quędã putabant libidini & gloriæ concedenda eius qui præter omnia
F alia quum nuper sagitta in crure ictus, vt os radii infractũ excideret, rursus lapide secũdum ceruicẽ

afflictus, vt caligo oculis eius offunderetur, quæ non paruo ſpatio tenuit eum, nuſquam tamen parceret ſibi in periculis: ſed & tranſmiſſo Orexarte amne, quem ipſe eſſe arbitrabatur Tanaim, fuſos fugatoſque Scythas (quamuis ventris fluore infeſtaretur) ad centum ſtadia eſt inſectatus. Eo veniſſe ad eum Amazonem perhibent multi, inter quos Clitarchus, Polycritus, Oneſicritus, Antigenes, Hiſter ſunt. Ariſtobulus vero, Chares, Iſangelus, Ptolemæus, Anticlides, Philon Thebanus, Philippus Iſangelus, inſuper Eretrienſis Hecatæus, Philippus Chalcidenſis, Duris Samius, eſſe hoc aſſerunt commentum, quibus adſtipulari apparet Alexandrum. ſiquidem Antipatro omnia exacte ſcribens, Scytham ait filiæ ſibi nuptias obtuliſſe, Amazonis nuſquam meminit. Fama eſt multis annis poſt Lyſimacho iam regnanti Oneſicritum quartum librum ſuum recitauiſſe, in quo meminit Amazonis, ac Lyſimachum ſubridentem dixiſſe, Et vbi tunc ego eram? His ſiue fidem detrahas, non eo Alexandrum minus, ſiue adiungas, pluris facias. Porro timens ne ad reliqua expeditionis torpeſcerent Macedones, reliquam multitudinem reliquit in ſtatiuis. Delectiſſimos vero quum in Hyrcania ſecum haberet ad viginti millia peditum & tria equitum, propoſuit his à barbaris nunc ipſos per ſomniũ viſos eſſe. Quod ſi commota tantum deceſſiſſent Aſia, mox adorituros illos velut fœminas. Verumtamen abire iuſſit, ſiquis vellet, conteſtatuſq; dum Macedonibus orbem terræ ſubigit, ipſo in negotio ſe cum amicis & voluntariis militibus deſtitutum. Hæc pene ad verbum in Epiſtola ad Antipatrum perſequutus eſt: quæ quum dixiſſet, omnes conclamaſſe, duceret quo terrarum vellet. Horum explorata voluntate, ptocliue iam fuit inducere vulgus. quod facile eſt aſſenſum. Tum vero multo magis ſe barbarorum moribus accommodauit, illoſq; cũ inſtitutis commiſcuit Macedonicis, temperatura & communione ſtabiliturum firmius ſe per beneuolentiã imperiũ exiſtimans, quam vi, quum procul abſcederet. Itaque triginta millia delectorum puerorum literis Græcis imbui ac Macedonicis inſtitui armis curauit, quibus præpoſuit multos præceptores. Atq; Roxanes quidem nuptias cõciliauit amore, cuius eum ſpecies & forma aliquando inter pocula cepit: non alienæ præſentibus negociis habitæ ſunt tamen. quippe harum fœdere nuptiarũ erexerunt ſe barbari, miroq; amore ſunt Alexandrum proſequuti, quod qui eſſet in his continentiſſimus, ne eam quidem, cui ſuccubuit vni, attingere mulierẽ niſi legitime ſuſtinuerit. Quum autem ex primis amicis cerneret his aſſentientem Hephæſtionẽ, atq; ad inſtitutũ ſuum ſe accommodantem, Craterum vero patriis inſiſtentẽ morib., hoc interprete Græcis & Macedonibus reſponſa dabat, illo barbaris. Et omnino hunc in maximo honore habebat, illum maxime diligebat, exiſtimans & dicens petpetuo Hephæſtionem Alexandri amantem, Craterum regis eſſe. Quapropter exiſtebant inter hos inuicem æmulos crebræ offenſiones. Semel in India etiã ad manus venere diſtrictis enſibus. Subuenientibus vtriq; amicis accurrens Alexander, probris increpauit Hephæſtionẽ, propalam ſtolidum eum & amentem vocans,

A ὥστε καὶ τὸ ὄψεσιν ἀχλὺν ὑποσταλαμβάνειν, ὃ δὲ μείνασαν οὐκ ὀλίγον χρόνον, ὅμως οὐκ ἐπαύετο χρώμενος ἑαυτὸν πρὸς τοὺς κινδύνους ἀφειδῶς, ἀλλὰ καὶ τὸν Ὀρεξάρτην διαβὰς ποταμὸν, ὃν αὐτὸς ᾤετο Τάναϊν εἶναι, καὶ τοὺς Σκύθας τρεψάμενος, ἐδίωξεν ἐπὶ σταδίους ἑκατὸν, ἐνοχλούμενος ὑπὸ δυσῤῥοίας. ἐν ταύτῃ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστιν καὶ Πολύκριτος, καὶ Ὀνησίκριτος, καὶ Ἀντιγένης καὶ Ἵστρος· Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Χάρης ὁ εἰσαγγελεὺς, καὶ Πτολεμαῖος, καὶ Ἀντικλείδης, καὶ Φίλων ὁ Θηβαῖος, καὶ Φίλιππος ὁ εἰσαγγελεὺς· πρὸς δὲ τούτοις, Ἑκαταῖος ὁ

B Ἐρετριεὺς, καὶ Φίλιππος ὁ Χαλκιδεὺς, καὶ Δοῦρις ὁ Σάμιος, πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο. καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς ἔοικεν Ἀλέξανδρος. Ἀντιπάτρῳ γὰρ ἅπαντα γράφων ἀκριβῶς, τὸν μὲν Σκύθην φησὶν αὐτῷ διδόναι τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, Ἀμαζόνος δὲ οὐ μνημονεύει. λέγεται δὲ πολλοῖς χρόνοις Ὀνησίκριτος ὕστερον ἤδη βασιλεύοντι Λυσιμάχῳ τὴν βιβλίων τὸ τέταρτον ἀναγινώσκειν, ἐν ᾧ γεγράφθαι περὶ τῆς Ἀμαζόνος. τὸν δὲ Λυσίμαχον ἀδέμα μειδιάσαντα, Καὶ, ποῦ (φάναι) τότε ἤμην ἐγώ; Ταῦτα μὲν οὖν τις οὔτε ἀπιστῶν, ἤτοι, οὔτε πιστεύων,

C μᾶλλον Ἀλέξανδρον θαυμάσειεν. φοβούμενος δὲ τοὺς Μακεδόνας, μὴ εἰς τὰ ὑπόλοιπα τῆς στρατείας ἀπαγρεύσωσιν, ὃ μὲν ἄλλο πλῆθος εἴασε κατὰ χώραν, τοὺς δὲ ἀρίστους ἔχων ἐν Ὑρκανίᾳ μεθ' ἑαυτοῦ, δισμυρίους πεζοὺς καὶ τετρακισχιλίους ἱππεῖς, προσέβαλε, λέγων, ὡς νῦν μὲν αὐτοὺς ἐνύπνιον τῶν βαρβάρων ὁρῶντων, αὖθις δὲ μόνον παρέξαντες τὴν Ἀσίαν ἀπίασιν, ὅτι θησομένων αὐτοὺς ὥσπερ γυναικῶν. οὐ μὴν ἀλλ' ἀπιέναι γε τοὺς βουλομένους ἔφη, καὶ μαρτυράμενος ὅτι τὴν οἰκουμένην τοῖς Μακεδόσι κτώμενος ἐγκαταλέλειπται μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν ἐθελόντων στρατεύειν. ταῦτα μὲν οὖν αὐτοῖς ὀνόμασιν ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐ-

D πιστολῇ γέγραπται, καὶ ὅτι ταῦτα εἰ πόνους αὐτοῦ πολλοὺς ἐξέκραγον, ὅπου βούλεται τὴν οἰκουμένης ἄγειν. δεξαμένων δὲ τούτων τὴν πεῖραν, οὐκ ἐπὶ τῷ χαλεπὸν πρᾶγμα θεῶσθαι τὸ πλῆθος, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἐπηκολούθησεν. οὕτω δὴ καὶ τὴν διάνοιαν ἔτι μᾶλλον ὡμοιοῦτο τοῖς ἐπιχωρίοις ἑαυτὸν, ἐκείνά τε προσήγετο τοῖς Μακεδονικοῖς ἔθεσιν, ἀνακεράσει καὶ κοινωνίᾳ μᾶλλον δι' εὐνοίας καταστήσεσθαι τὰ πράγματα νομίζων ἢ βίᾳ, μακρὰν ἀπαγαγόντος αὐτοῦ. διὸ καὶ τετρακισχίλους παῖδας ἐπιλεξάμενος, ἐκέλευσε γράμματά τε μανθάνειν Ἑλληνικὰ καὶ Μακεδονικοῖς ὅπλοις ἐκδέφεσθαι πολλοὺς ἐπιστάτας καταστήσας· καὶ τὰ

E περὶ Ῥωξάνην, ἔρωτι μὲν ἐπτόησε, κάλλει καὶ ὥρᾳ ἔν τινι χρόνῳ πόθον ὀφθεῖσαν· ἔδοξεν δὲ οὐκ ἀνάρμοστα τοῖς ὑποκειμένοις εἶναι πράγμασιν. ἐθάρρησαν γὰρ οἱ βάρβαροι τῇ κοινωνίᾳ τοῦ γάμου, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὑπηγάπησαν, ὅτι σωφρονέστατος περὶ ταῦτα γεγενὼς, οὐδὲ ἧς μόνης ἡττήθη γυναικὸς, οὐδὲ νόμου θίγειν ὑπέμεινεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν φίλων ἑώρα τῶν μεγίστων, Ἡφαιστίωνα μὲν, ἐπαινοῦντα καὶ συμμεταχειρίζοντα αὐτῷ, Κρατερὸν δὲ τοῖς πατρίοις ἐμμένοντα· δι' ἐκείνου μὲν ἐχρηματίζετο τοῖς βαρβάροις, διὰ τούτου δὲ τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς Μακεδόσι· καὶ ὅλως, τὸν μὲν

F ἐφίλει μάλιστα, τὸν δὲ ἐτίμα· νομίζων καὶ λέγων ἀεὶ, τὸν μὲν Ἡφαιστίωνα, φιλαλέξανδρον εἶναι, τὸν δὲ Κρατερὸν, φιλοβασιλέα. διὸ καὶ πρὸς ἀλλήλους ὑπούλως ἔχοντες συνέκρουον πολλάκις. ἅπαξ δὲ περὶ τὴν Ἰνδικὴν καὶ εἰς χεῖρας ἦλθον, ἀπασάμενοι τὰ ξίφη· καὶ τῶν φίλων ἑκατέρῳ παραβοηθούντων, προσελάσας Ἀλέξανδρος, ἐλοιδόρει τὸν Ἡφαιστίωνα φανερῶς, ἔμπληκτον καὶ λωβὸν καὶ μαινόμενον,

εἰ μὴ συνίησιν ὡς, ἐάν τις αὐτοῦ τὸν Ἀλέξανδρον ἀφέληται, μηδέν ἐστιν. ἰδίᾳ δὲ καὶ τοῦ Κρατεροῦ πικρῶς καὶ δηφατο· καὶ συναγαγὼν αὐτοὺς καὶ διαλλάξας, ἐπώμοσε τὸν Ἄμμωνα καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς, ἢ μιᾶ μάλιστα φιλεῖν ἀλλήλους ἀπάντων ἀνθρώπων ἐκείνους· εἰ δὲ πάλιν ἀλλήλους διαφερομένους, ἀποκτενεῖν ἀμφοτέρους, ἢ τὸν ἀρξάμενον. ὅθεν οὔτε τοῦδε παίζοντες εἰπεῖν τι τοῦδε τοῦ ἕξαι τοῦς ἀλλήλοις λέγονται. Φιλώτας δὲ ὁ Παρμενίωνος, ἀξίωμα μὲν εἶχεν ἐν τοῖς Μακεδόσι μέγα. καὶ γὰρ δυσφορεῖος ἐδόκει καὶ καρτερικὸς εἶναι· φιλόδωρος δ' οὕτω καὶ φιλέταιρος περὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον οὐδείς. λέγεται δ' οὖν ὅτι τῶν συνήθων τινὸς αἰτοῦντος ἀργύριον, ἐκέλευσε δοῦναι· φήσαντος δὲ τοῦ διοικητοῦ μὴ ἔχειν, Τί λέγεις; (εἶπεν) οὐδὲ ποτήριον ἔχεις, οὐδ' ἱμάτιον; ὄγκῳ δ' φρονήματος καὶ βάρει πλούτου, καὶ τῇ περὶ τὸ σῶμα θεραπείᾳ καὶ διαίτῃ χρώμενος ἐπαχθέστερον ἢ κατ' ἰδιώτου, καὶ τότε δὴ τὸ σεμνὸν καὶ ὑψηλὸν οὐκ ἐμμελῶς, ἀλλ' αὖθις χρείτων τοῦ σολοίκου καὶ τοῦ θρασήμου μιμούμενος, ὑποψίας καὶ φθόνον ἔφερεν· ὥστε καὶ Παρμενίωνα ποτὲ εἰπεῖν πρὸς αὐτόν, Ὦ παῖ, χείρων ποι γένου. πρὸς δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ πολλῶν χρόνων ἐτύγχανε διαβεβλημένος. ὅτε γὰρ τὰ περὶ Δαμασκὸν ἑάλω χρήματα. Δαρείου νικηθέντος ἐν Κιλικίᾳ, πολλῶν σωμάτων κομισθέντων εἰς τὸ στρατόπεδον, εὑρέθη γύναιον ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις, τοῦ μὲν γένει Πυδναῖον, εὐπρεπὲς δὲ τὴν ὄψιν· ἐκαλεῖτο δ' Ἀντιγόνη. τοῦτο ἔσχεν ὁ Φιλώτας· οἷα δ' νέος πρὸς ἐρωμένην, καὶ σὺν οἴνῳ πολλὰ φιλότιμα καὶ στρατιωτικὰ παρρησιαζόμενος, ἑαυτοῦ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων ἀπέφαινεν· καὶ τὸν παῖδ' Ἀλέξανδρον δ', μειράκιον ἀπεκάλει, δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα καρπούμενον. ταῦτα τὴν γυναῖκα ἐκφερούσης πρός τινα τῶν συνήθων, ἐκείνου δὲ (ὡς εἰκὸς) πρὸς ἕτερον, προῆλθεν εἰς Κρατερὸν ὁ λόγος· καὶ λαβὼν τὸν γνώμονα, εἰσήγαγον κρύφα πρὸς Ἀλέξανδρον· ἀκούσας δ' ἐκεῖνος, ἐκέλευσεν φοιτᾶν εἰς ταὐτὸ τοῦ Φιλώτα, καὶ πολλά, τι αὐ ἐκπύθηται, τοῦτο πρὸς αὐτὸν ἀπαγγέλλειν βαδίζουσαν. ὁ μὲν οὖν Φιλώτας ἐπιβουλευόμενος οὕτως ἠγνόει, καὶ συνῆν τῇ Ἀντιγόνῃ, πολλὰ καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ μεγαλαυχίαν κατὰ τοῦ βασιλέως ῥήματα καὶ λόγους ἀνεπιτηδείους προιέμενος. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, καίπερ καρτερὸς ἐν δείξεως κατὰ τοῦ Φιλώτου προσπεσούσης, ἐκαρτέρησεν σιωπῇ καὶ κατέχων, εἴτε θαρρῶν τῇ Παρμενίωνος εὐνοίᾳ πρὸς αὐτὸν, εἴτε δεδιὼς τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν. ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ Μακεδὼν ὄνομα Λίμνος, ἐκ Χαλκίδας, χαλεπῶς ἐπιβουλεύων Ἀλεξάνδρῳ, Νικόμαχον τινὰ τῶν νέων, πρὸς ὃν αὐτὸς ἐρωτικῶς εἶχεν, ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῆς πράξεως παρεκάλει. τοῦ δὲ μὴ δεξαμένου, φράσαντος δ' τῷ ἀδελφῷ Βαλείνῳ τὴν πεῖραν, ἐλθὼν ἐκεῖνος πρὸς Φιλώτου, ἐκέλευσεν εἰσάγειν αὐτὸν πρὸς Ἀλέξανδρον, ὡς περὶ δυναγκαίων ἔχοντας ἐντυχεῖν καὶ μεγάλων. ὁ δ' ὅπερ δὴ παθὼν (ἄδηλον γὰρ ἐστιν) οὐ παρῆν αὐτοῖς, ὡς πρὸς ἄλλοις μείζοσι γιγνομένου τοῦ βασιλέως· καὶ τοῦτο δὶς ἐποίησαν. οἱ δὲ καθ' ὑποψίαν ἤδη τοῦ Φιλώτου τεταμένοι πρὸς ἕτερον, καὶ δι' ἐκείνου τοῦ Ἀλεξάνδρου πρεσβεύσαντες, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τοῦ Λίμνου κατεῖπον, ἔπειτα παρεδήλωσαν ἡσυχῇ τὸν Φιλώταν, ὡς ἀμελήσειεν αὐτοῦ δὶς ἐντυχόντων. καὶ τοῦτο δὴ σφόδρα παρώξυνε τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοῦ πεμφθέντος ἐπὶ τὸν Λίμνον, ὡς ἠμύνετο συλλαμβανόμενον, ἀποκτείναντος αὐτὸν, ἔτι μᾶλλον διεταράχθη, τὸν ἔλεγχον ἐκπεφυγμένα τῆς ἐπιβουλῆς νομίζων.

A nisi intelligeret, si quis ei detraheret Alexandrum, actum de ipso esse. Priuatim Craterum corripuit amarè, reconciliataq; ac restituta inter eos gratia, per Ammonem atque omnes deos sanctè iurauit eos sibi supra omnes mortales charos esse, quos si iterum cõcertare perciperet, ambos necaturum se, aut eum initium qui dedisset. Vnde nec per iocum quidem deinceps alter alterum vllo dicto vel facto dicitur lacessiuisse. At Philotas Parmenionis authoritate inter Macedonas summa erat. Etenim strenuus habebatur & laboris tolerans, munificus autem, & effusus in amicos adeo, vt secundum A-
B lexandrum alius nemo. Ac fertur, quum necessarius quidam illius argentum ab ipso posceret, iussisse dari. Negante procuratore esse, Quid ais, inquit, ne poculum quidem aut vestem habes? Cæterùm animi tumore & opũ supercilio, corporisq; cultu & victu insolentior erat quàm pro priuato fastigio. Et sanè grauitatem tunc amplitudinemq; non vrbanitate, sed sine gratiis ineptè & insulsè exprimens suspitiones sibi cõciliauit & inuidiam. vt Parmenio etiam ei aliquando diceret, Deteriorem te mihi fili redde. Hic iam dudum delatus apud Alexandrum fuerat. Quum enim Dario in Cilicia superato, præda capta Damasci fuisset,
C multis capitibus in castra adductis, mulier inter captiuos reperta fuit genere Pydnæa, eximia forma, Antigone dicta fuit. Hanc tenebat Philotas. Vt iuuenis apud amicam & per vinum multa arroganter & militari effutiens ferocia arrogauit, quicquid præclarè esset gestum, sibi & patri: Alexandrum appellauit adolescentulum, qui ipsorum beneficio nomen regis teneret. Hæc mulier illa familiari cuidam enuntiauit, ille (vt fit) alteri, ita ad Craterum sermo tandem est perlatus. Ille mulierem clàm introduxit ad Alexandrum: qui his auditis cõsuetudine vti eam iussit Philotæ, & quicquid
D intellexisset ex eo, id vt mox ad se deferret. Philotas verò, qui ita peti se ignorabat insidiis, in contubernio Antigones multa verba & sermones ineptos infestè & insolenter in regem habuit. At Alexander, etsi grauiter delatus apud ipsum Philotas esset, omnia tamen vel beneuolentia fretus erga se Parmenionis, vel autoritatem eorum & potentiam timens, tacitus tulit & silentio oppressit. Eadẽ tempestate Macedo, nomine Dimnus, Chalæstræus, capitales Alexandro insidias struens, adolescentem quendam Nicomachum, cuius flagrabat amore, inuitauit ad consilii societatẽ. Qui quũ
E id repudiasset, & fratri indicasset Balino, tentatum se, ille ad Philotã profectus petiit introduci se cum fratre ad Alexandrum, rem magnam se & atrocẽ ostendens habere, quã ei aperirent. Ille, haud scio qua de causa (incertũ est enim) non introduxit eos ad illũ, maioribus negotiis regem districtum causatus. Bis id fecere. Itaq; cœpit iis Philotas esse suspectus: ita ad alium conuersi, atq; per eum ad Alexandrum admissi, primùm Dimni coniurationem detulerunt, deinde obiter adiecere, quũ bis interpellassent Philotam, non fuisse rem ei curæ. Enimvero id Alexãdrum stimulauit. atq; vbi ille qui ad
F comprehendendum Dimnum missus erat, defendentem se interfecit, impẽdio magis est cõmotus, indicem ratus amissum initæ in se conspirationis.

Λίμνος Blancard. ad Arrian. III. p. 224. et Pal. ex.

Βαλείνῳ ex Curtio mer.

Huius in Philotam exacerbatus animus concitauit veteres inimicos eius, qui clare fremebant socordem regem esse, quod Dimnum censeat, hominem Chalæstræum tantum facinus suscepisse solum, sed hunc administrum, imo esse organum à principio motum maiore. In Illis scrutandas insidias quibus maxime hæc tegi bono esset. Hisce verbis & suspicionibus patefactas regis aures onerauerunt iam sexcentis contra Philotam calumniis. Inde correptum torserunt assistentibus quæstioni regis amicis, & Alexandro pone obtensam aulęam foris exaudiente. Quo tempore eum dixisse aiunt, quum miserandis & abiectis vocibus precibusq; Philotas Hephæstionem compellaret, Adeone mollis tu Philota & effœminatus tantas res moliebare? Necato Philota, Parmenionem quoq; certos misit in Mediã qui interficerẽt, vitũ qui magnificas res cum Philippo gesserat, solusq;, aut precipue ex veteribus amicis, ad transeundum in Asiam incitauerat Alexandrum. Ex tribus filiis quos in castris habuit, duos ante viderat defunctos, cum tertio est vna trucidatus. Hæc facta Alexandrum amicis reddiderunt formidabilem, imprimis Antipatro. Is ad Ætolos clam misit legatos, fidem dans & accipiens. nam timebant Alexandrum Ætoli ob Oeniadarum excidium. quod vbi nuntiatum ei est, non Oeniadarum ait filios, sed ipsum se pœnas ab Ætolis persequuturum. Non multo post Cliti casus accidit, si sic nude audias, Philotæ calamitate tetrior: si tamen narrationi adiungas & causam & tempus, non de industria, sed infortunio aliquo inuenias patratum, quando regis ira & vinum diræ fortunæ Cliti præbuit occasionem. Id ad hunc modum gestum est: Quidam ab ora maritima poma Græca regi attulerant. ille viriditatem eorum & speciem miratus acciuit Clitum, vt ei ostenderet illa & impertiretur. Forte ille sacrificabat. qui relictis sacris, perrexit ad regem, eumq; tres oues, in quas facta iam fuerat libatio, sunt sequutæ. Quo intellecto, rex rem ad vates retulit Aristandrum & Cleomanta Laconem. Denuntiãtibus illis tetrum prodigium esse, præcepit vt propere pro Clito litarent. quippe triduo ante oblata ei fuerat in somniis fœda species. Visus est Clitum videre pullatum considentem inter Parmenionis filios, qui erant omnes extincti. At Clitus, nondum litato, confestim ad cœnam venit, quum rex Castori & Polluci sacrificasset. Dum strenue certatur poculis, cantata carmina sunt Pranichi cuiusdam, aut (vt alii volunt) Pierionis, in duces qui pridem victi à barbaris fuerant, ad probrum & risum scripta. Stomachantibus maioribus natu, insectantibusque poetam & cantorem, Alexandro ex altera parte & assecłis eius libenter audientibus, atque vt recitaret exhortantibus: Clitus iam vino grauis, naturaque asper & præfractus, fremuit, negans conuenire, præsertim vt inter barbaros & hostes, Macedones multo quam qui riderent eos, etiamsi infesta essent fortuna vsi, præstantiores, ludibrio haberentur. Ibi quum diceret Alexander, sibi ipsi Clitum patrocinari, qui timiditatem aduersæ fortunæ nomine censeret, exurgens Clit°, Atqui hæc, inquit, te timiditas diis prognatum à Spithridatis gladio terga iam dantem vindicauit:

A καὶ πικρῶς ἔχων πρὸς τὸν Φιλώτᾳ, ἐπεκρόασε τοὺς πάλαι μισοῦντας αὐτόν, ἤδη φανερῶς λέγοντας, ὡς ῥᾳθυμία τοῦ βασιλέως εἴη, Δίμνον οἰόμενον, Χαλαστραῖον ἄνδρα μόνον, ὑπηρετῆσαι τολμήματι τοσούτῳ καθ' αὐτόν· ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὑπηρέτην εἶναι, μᾶλλον ἢ ὄργανον ἀπὸ μείζονος ἀρχῆς ἀφικόμενον· ἐν ἐκείνοις ἢ τινὶ ὑπόβολλον ζητητέον οἷς μάλιστα ταῦτα λανθάνειν συνέφερεν. τοιούτοις λόγοις καὶ ὑπονοίαις διαπετάσαντες τὰ ὦτα τοῦ βασιλέως, ἐπῆρον ἤδη μυείας καὶ τοῦ Φιλώτου δυσβολάς. ἐκ τούτου ἢ συλληφθεὶς ἀνεκρίνετο, τῶν ἑταίρων ἐφεστώτων τοῖς βασάνοις, Ἀλεξάνδρου καὶ

B πακούοντος ἔξωθεν αὐλείας τοῦ πατεταμένης· ὅτε δὴ καί φασιν αὐτὸν εἰπεῖν, οἰκτρὰς καὶ ταπεινὰς τοῦ Φιλώτου φωνὰς καὶ δεήσεις τοῖς τοῦ τὸν Ἡφαιστίωνα προσφέροντος, Οὕτω δὴ μαλακὸς ὤν, ὦ Φιλώτα, καὶ ἄνανδρος, ἐπεχείρεις πράγμασι τηλικούτοις; ἀποθανόντος ἢ τοῦ Φιλώτα, καὶ Παρμενίωνα, πέμψας ἀνδρὸς εἰς Μηδίαν, ἀνεῖλεν, ἄνδρα πολλὰ μὲν Φιλίππῳ συγκατεργασάμενον, μόνον ἢ, ἢ μάλιστα τῶν τοῦ πρεσβυτέρων φίλων, Ἀλέξανδρον εἰς Ἀσίαν ἐξορμήσαντα δυσβουλῆσαι· τριῶν ἢ υἱῶν, οὓς ἔχων ἐπὶ τῆς στρατιᾶς, δύο μὲν ἐπιδόντα τοῦ πρότερον ἀποθανόντας, ὧν ἢ τούτῳ συνανῃρεθέντα.

C Ταῦτα πραχθέντα, πολλοῖς τῶν φίλων φόβον ἐποίησεν τὸν Ἀλέξανδρον, μάλιστα δὲ Ἀντιπάτρῳ καὶ πρὸς Αἰτωλοὺς ἔπεμψε κρύφα, πίστεις διδοὺς καὶ λαμβάνων. ἐφοβοῦντο γὰρ Ἀλέξανδρον Αἰτωλοὶ διὰ τὴν Οἰνιάδων ἀνάστασιν, οὐ πυθόμενος, ὅτι Οἰνιάδων ἔφη παῖδας, ἀλλ' αὐτὸν ὑπεύθυνον εἶναι δίκας Αἰτωλοῖς. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον συνέβη καὶ τὰ περὶ Κλεῖτον, οὔπω μὲν ἁπλῶς πυθομένοις, τὸν δὲ Φιλώτα ἀγεννέστερα, λόγῳ μέντοι συνπίπτοντα ἅμα καὶ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν καιρόν, οὐκ ἀπὸ γνώμης, ἀλλὰ δυστυχίᾳ τινὶ ταῦτα δρασάντος πεπραγμένα τοῦ βασιλέως, ὀργῇ καὶ μέθῃ πρέ-

D φασιν τῷ Κλείτου δαίμονι τοῦ φρόνος. ἐπράχθη δ' οὕτως. ἦκόν τινες ὁπώραν Ἑλληνικὴν ἀπὸ θαλάσσης τῷ βασιλεῖ κομίζοντες. ὁ δ' θαυμάσας τὴν ἀκμὴν καὶ τὸ κάλλος ἐκάλει τὸν Κλεῖτον, ὑπιδεῖξαι καὶ μεταδοῦναι βουλόμενος. ὁ δ' θύων μὲν ἐτύγχανεν, ἀφεὶς δὲ τὴν θυσίαν ἐβάδιζεν, καὶ τεία τῶν κατεσπεισμένων προβάτων ἐπηκολούθησεν αὐτῷ. πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς, ἀνεκινοῦτο τοῖς μάντεσιν, Ἀριστάνδρῳ καὶ Κλεομάντει τῷ Λάκωνι. φησάντων δὲ πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ἐκέλευσεν ἐκθύσασθαι καὶ τάχος ὑπὲρ τοῦ Κλείτου. καὶ γὰρ αὐτὸς ἡμέρας τείτης καὶ τοὺς ὕπνους εἶδεν ὄψιν ἄτοπον. δόξαι γὰρ αὐτῷ τὸν Κλεῖτον μετὰ τῶν Παρμενίωνος υἱῶν ἐν

E μέλασιν ἱματίοις καθέζεσθαι, τεθνηκότων ἁπάντων. οὐ μὴν ἔφθασεν ὁ Κλεῖτος ἐκθυσάμενος, ἀλλ' ἀθυς ὅτι τὸ δεῖπνον ἦκεν τεθυκότος τοῦ βασιλέως Διοσκόρεσις. πότου δὲ νεανικοῦ συρραγέντος, ἤδετο ποιήματα Πρανίχου τινὸς (ὡς δέ φασιν ἔνιοι, Πιερίωνος) εἰς τοὺς στρατηγοὺς πεποιημένα τοὺς ἔναγχος ἡττημένους ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ἐπ' ἀσχήμονι καὶ γέλωτι. τῶν δὲ πρεσβυτέρων δυσχεραινόντων, καὶ λοιδορούντων τόν τε ποιητὴ καὶ τὸν ἄδοντα, τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἡδέως ἀκουόντων, καὶ λέγειν κελευόντων, ὁ Κλεῖτος ἤδη μεθύων, καὶ φύσει τραχὺς ὢν καὶ αὐθάδης ἠνιάκει, μάλιστα φάσκων οὐ καλὸς ἐν βαρβάροις καὶ πολεμίοις ὑβρίζεσθαι

F Μακεδόνας πολὺ βελτίονας τῶν γελώντων, εἰ καὶ δυστυχίᾳ κέχρηνται. φήσαντος δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου τὸν Κλεῖτον αὐτῷ συνωφελεῖν, δυστυχίαν ἀποφαίνοντα τὴν δειλίαν, ἐπανασὰς ὁ Κλεῖτος, Αὕτη μέντοι σε (εἴ πεν) ἡ δειλία, τὸν ἐκ θεῶν, ἤδη ὃν Σπιθριδάτου ξίφει τὸν νῶτον ἐκδέποντα παρεποίησε·

» καὶ τῷ Μακεδόνων αἵματι καὶ τοῖς τραύμασι τούτοις ἐλθοῦ
» τηλικοῦτος, ὥστε Ἀμμωνι σαυτὸν εἰσποιῆν, ἀπειπάμενος
» Φίλιππον. παροξυνθεὶς οὖν ὁ Ἀλέξανδρος, Ἦ τοῦτα (εἶ-
» πεν) ὦ κακὴ κεφαλή, σὺ περὶ ἡμῶν ἑκάστοτε λέγων, καὶ θαυ-
» μασιάζων Μακεδόνας, χαίρησιν νομίζεις; Ἀλλ' οὐδὲ νῦν (ἔ-
» φη) χαιρομεν, Ἀλέξανδρε, τοιαῦτα τέλη τῶν πόνων κομιζό-
» μενοι· μακαρίζομεν δὲ τοὺς ἤδη τεθνηκότας, πρὶν ὁρᾶν
» Μηδικαῖς ῥάβδοις ξαινομένους Μακεδόνας, καὶ Περσῶν δεο-
» μένους, ἵνα τῷ βασιλεῖ προσελθωμεν· ταῦτα τοῦ Κλείτου
παρρησιαζομένου, καὶ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἀντιμιγαλένων
καὶ λοιδορούντων αὐτόν, οἱ πρεσβύτεροι κατέχειν ἐπειρῶντο
τὸν θόρυβον. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἀποστραφεὶς πρὸς Ξενόδοχον
» τὸν Καρδιανὸν καὶ τὸν Κολοφώνιον Ἀρτέμιον, Οὐ δοκοῦσιν
» (εἶπεν) ὑμῖν οἱ Ἕλληνες ἐν τοῖς Μακεδόσιν ὡς περὶ θηρίοις
» ἡμίθεοι περιπατεῖν; τοῦ δ' Κλείτου μὴ εἴκοντος, ἀλλὰ εἰς μέ-
σον ἃ βούλεται λέγειν τὸν Ἀλέξανδρον κελεύοντος, ἢ μὴ κα-
λεῖν ὅπου δεῖπνον ἀνδρας ἐλευθέρους, καὶ παρρησίαν ἔχοντας,
ἀλλὰ μετὰ βαρβάρων ζῆν καὶ ἀνδραπόδων, οἳ τὴν Περσι-
κὴν ζώνην καὶ τὴν λευκὴν αὐτῶν χιτῶνα προσκυνήσουσι, οὐκ
ἔτι φέρων τὴν ὀργὴν Ἀλέξανδρος, μήλων τῶν κειμένων
ἐνιβαλὼν ἔπαισεν αὐτὸν καὶ τὸ ἐγχειρίδιον ἐζήτει. τῶν δ' σω-
σόντ Palmer. ματοφυλάκων ἑνὸς Ἀειροφόνου φθάσαντος ὑφελέσθαι, καὶ
τῶν ἄλλων περιεχόντων καὶ δεομένων, ἀναπηδήσας ἀνεβόα Μα-
κεδονιστὶ καλῶν τοὺς ὑπασπιστάς, (τοῦτο δὲ ἦν σύμβολον θορύ-
βου μεγάλου) καὶ τὸν σαλπικτὴν ἐκέλευε σημαίνειν· καὶ πύξ ἔ-
παισεν, ὡς θορυβούντα καὶ μὴ βουλόμενον· (οὗτος μὲν οὖν ὕστε-
ρον ἐδοκίμησεν, ὡς τὸν μὴ σιωπήσαντα θανάτῳ τὸν στρατόπεδον ἀ-
πώτατος θορύβου) τὸν δὲ Κλεῖτον οὐκ ἐφιέμενον οἱ φίλοι
μόλις ἐξέωσαν τοῦ ἀνδρῶνος. ὁ δὲ κατ' ἄλλας θύρας αὖθις εἰ-
σῄει, μάλα ὀλιγώρως καὶ θρασέως Εὐριπίδου τὰ ἐξ Ἀνδρο-
» μάχης ἰαμβεῖα ταῦτα φράζων, Οἴμοι καθ' Ἑλλάδ' ὡς κα-
» κῶς νομίζεται. οὕτω δὴ λαβὼν τῶν δέ τινος τῶν δορυφόρων Ἀ-
λέξανδρος ἀξίνην, ἀποστρέφεται τὸν Κλεῖτον αὐτῷ, καὶ τῶν θύ-
ρων τὸ πρὸς τῇ θύρᾳ τῶν κάλυμμα, διελαύνει πεσόντος
δὲ μετὰ στεναγμοῦ καὶ βρυχήματος, εὐθὺς ἀφῆκεν ὁ θυμὸς αὐτόν·
καὶ θορυβούμενος παρ' ἑαυτῷ, καὶ τοὺς φίλους ἰδὼν ἀφώνους ἑστῶτας,
ἐλκύσαθαι μὲν οὐκ τοῦ νεκροῦ τὴν ἀξίνην ἔφθασεν, πᾶσαν δ'
ἑαυτὸν ὁρμήσας πρὸς τὸν τοῖχον, ἐπεχέθη, τῶν σωματο-
φυλάκων τὰς χεῖρας αὐτοῦ λαβόντων, καὶ τὸ σῶμα βίᾳ πα-
ρενεγκόντων εἰς τὸν θάλαμον. ἐπεὶ δὲ τὴν νύκτα κακῶς
κλαίων διήνεγκεν, καὶ τὴν ὑπεροῦσαν ἡμέραν, ἤδη τῷ βοᾷν καὶ
θρηνεῖν ἀπειρηκώς, ἄφωνος ἔκειτο, βαρεῖς ἀναφέρων στε-
ναγμούς, δείσαντες οἱ φίλοι τὴν ἀποσιώπησιν, εἰσῆλθον
βίᾳ καὶ τῶν μὴ ἄλλων οὐ προσίετο τοὺς λόγους, Ἀεισάν-
δρου δὲ τοῦ μάντεως ὑπομνήσαντος αὐτὸν τήν τε ὄψιν
ἣν εἶδεν περὶ τοῦ Κλείτου, καὶ τὸ σημεῖον, ὡς δὴ πάλαι
καθειμαρμένων τούτων, ἔδοξεν ἐνδιδόναι. διὸ Καλλισθένη τε
τὸν φιλόσοφον παρεισήγαγον, Ἀριστοτέλους οἰκεῖον ὄντα, καὶ
τὸν Ἀβδηρίτην Ἀνάξαρχον. ὧν Καλλισθένης μὲν ἠθικῶς
ἐπειρᾶτο καὶ πρᾴως, ὑποδυόμενος τῷ λόγῳ καὶ παρεικὼν
ἀλύπως, λαβέσθαι τοῦ πάθους· ὁ δὲ Ἀνάξαρχος, ἰδίαν τι-
νὰ πορευόμενος ἐξ ἀρχῆς ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δόξαν
» εἰ ληφὼς ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας τῶν συνήθων, εὐθὺς
» εἰσελθὼν ἀνεβόησεν, Οὗτός ἐστιν Ἀλέξανδρος εἰς ὃν
ἡ οἰκουμένη νῦν ἀποβλέπει· ὁ δὲ ἔρριπται κλαίων ὥσπερ ἀνδράποδον, ἀνθρώπων νόμον καὶ ψόγον δεδοικώς,

A Macedonumque ſanguine atque hiſce vulneribus ad tantum perueniſti faſtigii, vt repudiato Philippo, Ammonem tibi ipſe aſſeras patrem. Hinc accenſus Alexander, De hiſne, ſceleſte, inquit, quę quotidie de nobis iactas & concitas Macedonas, gratulaturum te tibi ſperas? Enimuero nec nunc, inquit, nobis Alexander gratulamur, qui hæc præmia ferimus laborum: verum beatos ducimus illos qui iam prius fato functi ſunt quam virgis Medicis lacerari viderint Macedonas, & aditum petentes ad regem à Perſis. Ea effundente Clito, Alexandroq; contra inſurgente, ac Clitum proſcindente conuitiis, ſeniores comprimere enitebantur turbam. Ibi Alexander ad Xenodochum Cardianum & Colophonium Artemium verſus, Numne vobis, inquit, videntur inter Macedonas Græci, ſicut inter feras ſemidii, verſari? Quum non cederet Clitus, ſed clamaret vt Alexander, ſiquid vellet, in medium proferret, aut ne ad cœnam vocaret liberos homines & liberam linguam habentes: verum cum barbaris viueret & mancipiis, qui zonam Perſicam & candicantem tunicam adoraturi eſſent: haud vltra par iræ Alexander, ex malis appoſitis vno coniecto percuſſit Clitum, & gladium quæſiuit. Quem quum vnus ſatellitum Ariſtophanes ſubtrahere maturaſſet, aliiq; eum complecterentur & obſecrarent, proſiliens exclamauit, & lingua Macedonica armigeros vocauit (id ſignum erat ingentis tumultus) ac tubicinem carere iuſſit: cui, quod cunctaretur & tergiuerſaretur, impegit colaphum. Verum hic poſtea laudem meruit, quod potiſſimum in cauſa fuiſſet ne tumultus cieretur in exercitu. At Clitum eadem intemperantia furentem amici ægre triclinio ſummouere. Quum ille altero oſtio regreditur, mire ſecure & ferociter Euripidis hos ex Andromache verſus pronuntians,

In Græcia mores mali ſunt, proh dolor.

Tum ablata cuidam ſatelliti Alexander haſta, obuium Clitum remouentemq; velum ianuæ tranſfixit. Quo cum gemitu & fremitu cadente, mox ira animo eius deceſſit. Reuerſus ad ſe, & amicos cernens ſtupentes ſilentio ſtare, euulſit ex mortui corpore telum, quod vertere quum in iugulum ſuum pararet, inhibitus eſt à ſtipatoribus, qui manus eius corripuerunt, eumque vi detulerunt in cubiculum. Vt noctem miſere plorando tranſegit, ac proximo die eiulando lamentandoque deſeſſum vox defecit, iacuitque alta trahens ſuſpiria, metuentes amici ſilentium, vi ſunt ad eum ingreſſi. Cæterorum quidam non admiſit ſermonem. At quum vates Ariſtander viſum illi quod de Clito fuerat ei repræſentatum & prodigium ſubiiceret, iamdudum hæc in fatis fuiſſe, viſus eſt animum relaxare. ita Calliſthenem philoſophũ introduxerunt Ariſtotelis neceſſarium, & Abderitam Anaxarchum. quorum Calliſthenes placide tentauit & modeſte oratione ſubeundo & lenibus ambagibus reprimere mœrorem eius: Anaxarchus, peculiari quadam ab initio in philoſophia incedens via, deſpectorque & contemptor habitus ſodalium ſuorum, ſimulatque ingreſſus eſt, exclamauit, En Alexander ille in quem orbis coniicit oculos: en abiectus in lacrymis inſtar mancipii iacet, legem & probra exhorreſcens hominum,

quibus ipse lex esse, & terminus deberet, si modo, vt imperaret & rerum potiretur, vicit, non vt victus ab inani gloria seruiret. Nescis, inquit assessorem Ioui iustitiam & fas esse, quo quicquid actum ab dominante fuerit, id ius & fas sit? Huiuscemodi adhibita oratione, ægritudinem Anaxarchus regis alleuauit, mores eius multo fluxiores reddidit & violentiores, seipsum vero mirifice insinuauit in gratiam eius, & Callisthenis consuedinem vel alias ob austeritatem parum gratam insuper reddidit inuidiosam. Memorant orto super cœnam aliquando de tempestatibus anni & aeris temperatura sermone, assentientem Callisthenem opinioni illam regionem asserentium gelidiorem & rigentiorem Græcia, repugnante obstinate Anaxarcho dixisse, Enimuero non potes non fateri intentiorem hic quam illic rigorem esse: quippe tu in læna illic hyemem traducebas, hic tribus velatus tapetibus recumbis. Id vehementer etiam exasperauit Anaxarchum. Cæteros sophistas & assentatores mordebat Callisthenes, quod in gratia esset ob dicendi facultatem apud iuuentutem, neq; minus acceptus senibus ob vitam modestam, grauem, continentem, & adstipulantem vulgato eius peregrinationis prætextui, ideo profectum eum ad Alexandrum, quo ciues suos in patriam reduceret, eamque denuo frequentaret. Qui quum premeretur ob existimationem suam inuidia, interimetiam materiam ipse sui calumniandi præbebat, quod fere reiiceret vocationes, atque in conuiuiis quum adesset, significaret supercilio & silentio non laudare se vel probare ea quæ agerentur. Vnde de eo dixit Alexander,

Odi sophistam qui sibi ipsi non sapit.

Dicitur aliquando multitis ad cœnam inuitatis inter pocula iussus Macedonas Callisthenes laudare, tam profluenti oratione hoc tractasse argumentum, vt exilientes ei plauderent & coronas ingererent: Alexander vero ibi dixisse ei,

Qui dictionis nactus est
Campum bonum, haud ægre fit isthic eloquens.

At ostende (dixisse) facultatem tuam vituperandis Macedonibus, quo emendentur auditis delictis suis: ita ad retractanda ille priora versus multa in Macedonas magna libertate disseruisse, Græcorumque dissensionem demonstrasse causam fuisse Philippi incrementi & potentiæ,

Dissidio in populi capit & sceleratus honorem.

Acerbam inde inuidiam in eum & grauem concepisse Macedones, ac dixisse, Alexander non eloquentiæ suæ Callisthenem, sed Maleuolentiæ dedisse Macedonibus documentum. Hæc Hermippus autor est Callisthenis anagnostem Aristoteli Stroibum retulisse: Callisthenem autem, animum ab se alienatum regis quum percepisset, digredientem bis aut ter ad seipsum dixisse,

Occidit & Patroclus multo præstantior ac tu.

Non absurde igitur dixisse apparet Aristotelem, facundum esse & magnum in dicendo Callisthenem, verum mentem non habere. At dum fortiter & sapienter recusat prostratus humi Alexandrum salutare, solusque disserit publice ea quæ in occulto optimus quisque & natu maximi inter Macedonas stomachabantur, magna quidem macula Macedonas, & Alexandrum maiore exoluit,

A οἷς αὐτὸν προσήκει νόμον εἶναι, καὶ ὅρον τῶν δικαίων, ἐπεὶ τῶν
ἄρχειν καὶ κρατεῖν νενίκηκεν, ἀλλὰ μὴ δουλεύειν ὑπὸ κενῆς
δόξης κεκρατημένον. οὐκ οἶδα (εἶπεν) ὅτι τῷ δικαίῳ ἔχει
πάρεδρον ὁ Ζεύς, καὶ τῷ Θέμιν, ἵνα πᾶν ὃ πρᾶξιν ὑπὸ
τοῦ κρατοῦντος θεμιτὸν ᾖ καὶ δίκαιον; τοιούτοις τοῖς λόγοις
χρησάμενος ὁ Ἀνάξαρχος, τὸ μὲν πάθος ἐκούφισε τοῦ βασι-
λέως, τὸ δὲ ἦθος εἰς πολλὰ χαυνότερον καὶ τρυφερώτερον
ἐποίησεν. αὐτὸν δὲ δαιμονίως ἐνήρμοσεν, καὶ τοῦ Καλλισθένους
τῇ ὁμιλίᾳ, οὐδὲ ἄλλως ὑπήχθετο, διὰ τὸ αὐχηρὸν, οὖ-
σαν, προσδιέβαλεν. λέγεται δέ ποτε τοῦδε δεῖπνον ὑπὲρ
B ὥρας καὶ κράσεως τοῦ περιέχοντος λόγων ὄντων, τὸν Καλλι-
σθένη μετέχοντα δόξης, τοῖς δὲ λόγοις πάσχει μᾶλλον εἶναι
ψυχρὰ καὶ δυσχείμερα τῶν Ἑλληνικῶν, ἐνδυσιουμένου τοῦ
Ἀναξάρχου καὶ φιλονεικοῦντος, εἰπεῖν, Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη σ
σοι ταῦτα ἐκείνων ὁμολογεῖν ψυχρότερα. σὺ γὰρ ἐκεῖ μὲν ἐν
τείβωνι διεχείμαζες, ἐνταῦθα δὲ τρεῖς ὑπεβεβλημένος σ
δάπιδας κατάκεισαι. τὸν μὲν οὖν Ἀνάξαρχον καὶ τοῦτο σ
παρῴξυνεν, τοῖς δὲ ἄλλοις σοφισταῖς καὶ κόλαξας ὁ
Καλλισθένης ἐλύπει, σπουδαζόμενος μὲν ὑπὸ τῶν νέων διὰ
C τὸν λόγον, οὐχ ἧττον δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἀρέσκων διὰ τὸν
βίον, ἄπακτον ὄντα καὶ σεμνὸν καὶ αὐτάρκη, καὶ βεβαιοῦντα
τῷ λεγομένῳ τῆς ἀποδημίας πρόφασιν· ὅτι τοὺς πολί-
τας καταγαγεῖν, καὶ κατοικίσαι πάλιν τῷ πατρίδα φιλο-
τιμούμενος, ἀνέβη πρὸς Ἀλέξανδρον· φθονούμενος δὲ
διὰ τὴν δόξαν, ἔστιν ἃ καὶ καθ' αὑτὸν τοῖς διαβάλλουσι
παρεῖχεν, τάς τε κλήσεις τὰ πολλὰ διωθούμενος, ἐν δὲ τοῖς
συνεῖναι, βαρύτητι καὶ σιωπῇ δοκῶν οὐκ ἐπαινεῖν, οὐδὲ ἀ-
ρέσκεσθαι τοῖς γινομένοις. ὥστε καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν
ἐπ' αὐτῷ, Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐδ' αὑτῷ σοφός. λέγεται σ
D δέ ποτε, πολλῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐπαινέ-
σαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης,
οὕτως εἰρῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὥστε αἰσαμένους
κροτεῖν καὶ βάλλειν τοῖς στεφάνοις ἐπ' αὐτόν. εἰπεῖν οὖν τὸν
Ἀλέξανδρον, ὅτι κατ' Εὐριπίδου, τὸν λαβόντα τῶν λόγων
καλὰς ἀφορμάς, οὐ μέγα ἔργον εὐλογεῖν. Ἀλλ' ἐνδεῖξαι σ
φαίη τῷ σαυτοῦ δυνάμει ἡμῖν, κατηγορήσας Μακεδό- σ
νων ἵνα καὶ βελτίους γένωνται μαθόντες ἃ πλημμελοῦσιν. οὕ- σ
τω δὴ τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν παλινῳδίαν τραπόμενον, πολ-
λὰ παρρησιάσασθαι κατὰ τῶν Μακεδόνων, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν κά-
E σιν, αἰτίαν ἀποφήνασθαι τοῦ γενομένου περὶ Φίλιππον αὐξήσεως
καὶ δυνάμεως, εἰπεῖν, Ἐν δὲ διχοστασίᾳ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε σ
τιμῆς. ἐφ' ᾧ πικρὸν καὶ βαρὺ ἐγκυμονεῖσθαι μῖσος τοῖς Μακεδόσι.
καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν, ὡς οὐ τῆς δεινότητος ὁ Καλλισθένης
ἀλλὰ τοῦ δυσμενείας Μακεδόσιν ἀπόδειξιν δέδωκεν. ταῦτα μὲν
οὖν ὁ Ἕρμιππος φησιν τὸν ἀναγνώστην τοῦ Καλλισθένους Στρόι-
βον, Ἀριστοτέλει διηγεῖσθαι. τὸν δὲ Καλλισθένους συνέντα τὴν
ἀλλοτριότητα τοῦ βασιλέως, δίς ἢ τρὶς ἀπιόντα πρὸς αὐτὸν
εἰπεῖν, Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅστις σέο πολλὸν ἀμείνων. σ
οὐ φαύλως οὖν εἰπεῖν ἔοικεν ὁ Ἀριστοτέλης ὅτι Καλλισθέ-
F νης, λέγων μὲν ἐν δυνατὸς καὶ μέγας, νοῦν δὲ οὐκ εἶχεν.
ἀλλά τοι γε πρεσβεύοντα ἰσχυρῶς ἀπωσάμενος καὶ φι-
λοσόφως, καὶ μόνος ἐν φανερῷ διελθὼν ἃ κρυφαπτόμενοι
οἱ βέλτιστοι καὶ πρεσβύτατοι τῶν Μακεδόνων ἠγωνάκτουν,
τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἀσχολίας ἀπήλλαξε μεγάλης, καὶ
μείζονος Ἀλέξανδρον, ἀποτρέψας τοῦ προσκυνεῖν·

αὐτὸν δὲ ἀπώλεσεν, ἐκβιάσαι δοκῶν μᾶλλον ἢ πεῖσαι τὸν βασιλέα. Χάρης ὁ Μιτυληναῖος φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐν ᾧ συμποσίῳ πόντα φιάλῃ, προπεῖναι τινὶ τῶν φίλων· τὸν δὲ δεξάμενον, πρὸς ἑστίαν ἀναστῆναι, καὶ πόντα προσκυνῆσαι πρῶτον, εἶτα φιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον ἐν ᾧ συμποσίῳ, καὶ κατακλιθῆναι. πρώτων δὲ τοῦτο ποιούντων ἐφεξῆς, τὸν Καλλισθένην λαβόντα τὴν φιάλην, οὐ προσέχοντος τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ Ἡφαιστίωνι προσδιαλεγομένου, πόντα προσιέναι φιλήσαντα. Δημητρίου δὲ τοῦ προσονομαζομένου Φείδωνος εἰπόντος, Ὦ βασιλεῦ, μὴ φιλήσῃς. οὗτος γὰρ σε μόνος οὐ προσκεκύνηκεν· δεδοικέναι τὸ φίλημα τὸν Ἀλέξανδρον. τὸν δὲ Καλλισθένην μέγα φθεγξάμενον εἰπεῖν, Φιλήματι τοίνυν ἔλασσον ἔχων ἄπειμι. τοιαύτης ὑπογινομένης ἀλλοτριότητος, πρῶτον μὲν Ἡφαιστίων ὑπεσκέτο, λέγων ὅτι σκυθρωπὸς πρὸς αὐτὸν ὁ Καλλισθένης προσκυνήσας ψεύσαιτο τὴν ἐμολογίαν· ἔπειτα Λυσίμαχοι καὶ Ἄγνωες ἐπεφύοντο, φάσκοντες πρεσβεύειν τὸν σοφιστὴν, ὡς ὑπὸ καταλύσει τυραννίδος μέγα φρονοῦντα, καὶ συνδρέχειν πρὸς αὐτὸν τὰ μειράκια, καὶ θεραπεύειν, ὡς μόνον ἐλεύθερον ἐν πασαύσαις μυριάσιν. διὸ καὶ τοὺς περὶ Ἑρμόλαον ὑπεβάλλοσαν τῷ Ἀλεξανδρῳ, καὶ φανερῶν γενομένων, ἔδοξαν ἀληθεσιν ὅμοια κατηγορεῖν οἱ ἀναβάλλοντες, ὡς τῷ μὲν προβάλλοντι πῶς ἂν ἐνδοξότατος γένοιτο αὐτὸς, εἰπεῖν, αὐτὸν ἀποκτείνῃ τὸν ἐνδοξότατον. τὸν δὲ Ἑρμόλαον ὑπὲρ τοῦ πρᾶξιν παρεξιόντων, ἐκέλευε μὴ δεδιέναι τὸν χρυσοῦν κλίνην, ἀλλὰ μνημονεύειν ὅτι καὶ νοσοῦντι καὶ τραυματιζομένῳ πρόσεστιν ἀνθρώπῳ. καίτοι τῶν περὶ Ἑρμόλαον οὐδεὶς οὐδὲ ἀναγκασθεὶς ὑπὸ τῶν ἐρώτησις ἀνάγκης οὐ Καλλισθένους κατεῖπεν. ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρος αὐτὸς ἀνθυς Κρατερῷ γράφων καὶ Ἀτάλῳ καὶ Ἀλκέτᾳ, φησὶν τοὺς παῖδας βασανιζομένους ὁμολογεῖν ὡς αὐτοὶ ταῦτα πρᾶξαι, ἄλλος δὲ οὐδεὶς συνειδείη. ὕστερον δὲ γράφων πρὸς Ἀντίπατρον, καὶ τὸν Καλλισθένη συνεπαιτιασάμενος, Οἱ μὲν παῖδες (φησὶν) ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κατελεύσθησαν· τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ὑποδεξαμένους πᾶς πόλεσι τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας. ἀπίκρις ἔν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλη. καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ, διὰ τὴν συγγένειαν, ὢν Ἥρας γεγονὼς ἀνεψιὸς Ἀριστοτέλους. ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν, οἱ μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δὲ, ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα· Χάρης δὲ, μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη, παρόντος Ἀριστοτέλους. ἐν αἷς δὲ ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν ὑπὸ πάχους νοσήσαντα καὶ φθειριάσαντα. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐπράχθη· Δημάρατος δὲ ὁ Κορίνθιος, ἤδη πρεσβύτερος ὤν, ἐφιλοτιμήθη πρὸς Ἀλέξανδρον ἀναβῆναι· καὶ θεασάμενος αὐτὸν, εἶπεν, μεγάλης ἡδονῆς ἐστερῆσθαι τοὺς Ἕλληνας ὅσοι τεθνήκασι πρὶν ἰδεῖν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ Δαρείου θρόνῳ καθήμενον. οὐ μὴν ὅτι πλέον γε τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας τοῦ βασιλέως ἀπέλαυσεν· ἀλλ' ὀξ ἀρρωστίας ἀποθανὼν ἐκηδεύθη μεγαλοπρεπῶς, καὶ τάφον ἔχωσεν ὁ στρατὸς ἐπ' αὐτῷ, τῇ περιμέτρῳ μέγαν, ὕψος δὲ πηχῶν ὀγδοήκοντα. τὰ δὲ λείψανα. τέθριππον κεκοσμημένον λαμπρῶς ὑπὲ θάλασσαν κατεκόμισε. μέλλων δὲ ὑπερβάλλειν εἰς τὴν Ἰνδικὴν, ὡς ἑώρα πλήθει λαφύρων τὴν στρατιὰν ἤδη βαρεῖαν καὶ δυσκίνητον οὖσαν, ἀμ' ἡμέρᾳ συνεσκευασμένων τῶν ἁμαξῶν, πρῶτας μὲν

A deterrens eum ab adoratione, se vero ipse perdidit, quod extundere id magis regi quam videretur persuadere. Chares Mitylenæus Alexandrum prædicat in conuiuio quodam, quum bibisset, phialam vni ex amicis porrexisse, illum phiala accepta ad aram versum assurrexisse, ac quum hausisset, adorasse primum, deinde osculatum Alexandrum, in conuiuio mox accubuisse. Postquam id omnes deinceps fecerunt, cepisse phialam Callisthenem, ac non attendente rege sed cum Hephæstione fabulante bibisse, atque ad ferendum regi osculum accessisse. Ibi quum Demetrius cognomine Phidon dixisset, Caue rex osculeris eum:
B nam vnus hic non adorauit te: Alexandrum osculum declinasse, Callisthenem vero dixisse alta voce, Vno ergo osculo minus ferens abibo. Ita exulcerato regis animo, primum habita Hephæstioni fides est, dicenti receptam sibi Callisthenem fidem, adoraturum ipsum regem, fefellisse. Inde Lysimachi & Agnones vellicauerunt eum, obambulare iactantes sophistam, tanquam euersa tyrannide, intumescentem, concurrereq; ad eum & obseruare adolescentes tanquam vnum in tot millibus liberum. Quocirca insidiis, quæ Alexandro paratæ ab Hermolao erant, detectis, crimina inimicorum eius sunt probabilia visa, rogatum ab
C hoc quemadmodum vir clarissimus euaderet, respondisse, si interfecisset clarissimum: concitantemq; ad facinus Hermolaum, mouisse ne aureum lectum formidaret, sed meminisset rem sibi fore cum homine & morbis & vulneribus opportuno. Atqui ex Hermolai coniuratione nemo ne in extremis quidem tormentis Callisthenem nominauit. Sed & ipse Alexander Cratero protinus & Attalo & Alcetæ scribens, pueros in quæstione confessos ait se hoc consilium per se inisse, neque fuisse alium conscium quenquam: post vero in epistola ad Antipatrum idem crimen impingit Callistheni. Ac pueri quidem, inquit, lapidibus sunt à Macedonibus cooperti: in sophistam ego consulam, & in illos qui eum miserunt, & oppidis suis
D insidiantes mihi recipiunt. in quibus animum aduersus Aristotelem suum detegit: siquidem fuerat apud eum Callisthenes ob necessitudinem educatus, quod esset ex Hero Aristotelis consobrina editus. Decessisse eum alii ab Alexandro suspensum dictitant, in vinculis alii morbo afflictũ: Chares, postquam comprehensus fuit, septem menses in vinculis custoditum, vt in concilio pręsente Aristotele iudicaretur, ac quo tempore in
E Mallis Oxydracis Indiæ sauciatus fuit, ex corpore supra modum turgido & morbo pediculari excessisse. Cæterum hæc postea sunt insequuta. Demaratus Corinthius, iam annis grauis, affectauit ad Alexandrum proficisci, eoque adspecto, magna ait voluptate Græcos spoliatos quotquot prius fato functi essent quam Alexandrum in solio Darii conspexissent considentem. Fructum tamen hic ex regis amicitia alium cepit nullum quam quod morbo absumptus quum esset, elatus ab eo est magnifice, tumulumque ei aggessit exercitus ambitu magnum & cubitos octoginta excelsum. Ossa
F eius quadriga splendide exornata ad mare deportari curauit. Porro in Indiam transiturus, vt vidit prædæ onere exercitum iam grauem & tardum,

πρῶτας μὲν

ſimulatq; diluxit plauſtris oneratis ſua & amico- A
rum prima ſuccendit. Inde Macedonum impedimentis imperauit ſubijci ignem. Apparuit autem re conſiliũ difficilius, magiſque ſtupendum inceptum. Paucos enim torſit. Pleriq; voce & plangore, ſicut lymphati, neceſſaria impertientes egenis, & quæ vſui ſuperant ibidem concremantes labefactanteſq; impleuerunt alacritate & ardore Alexandrum. Iam torvus erat & implacabilis in delictis puniendis. quippe ex cohorte amicorum Menandrum, quòd in præſidio, cui eum præfecerat, detrectaret manere, necauit. Ex rebellantibus barbaris Orſodatem ipſemet confixit iaculis. Quum B
autem ouis agnum edidiſſet, qui figuram & colorem tiaræ in capite teſticuloſq; vtrinq; preferebat, auerſatus eſt portentum, atq; expiatus per Babylonios, quos de more trahebat ſecũ ad talia. Apud amicos verò negauit ſua cauſa ſe inde perculſum eſſe, ſed ipſorum, ne poſt faſt ſua imperium Deus in hominem degenerem & illaudatum conferret. At oſtentum oblatum lætius conſternationẽ eius diſcuſſit. Præfectus eorũ qui ſtragulis erant appoſiti, vir Macedo (Proxeno nomen erat) dum tabernaculo regio locũ fodit iuxta Oxum amnem, fontem detexit pinguis & oleoſi liquoris. Vbi primùm
exhauſit, liquidum inde & lympidum oleum emanauit, nec odore in ſpeciem nec guſtu ab oleo abhorrens, ſplendoreq; & liquore indiſcreto, idque illa regione oleas non gignente. Perhibetur ipſa quoq; Oxi molliſſima aqua eſſe, cutemq; in eo lauantium pinguefacere. Mirificè verò erectum eo Alexandrũ fuiſſe ex epiſtolis eius ad Antipatrum liquet. vbi in maximis hoc à Deo ſibi oblatis oſtẽtis reponit. Vates id pro glorioſi quidem, ſed operoſi belli grauiſq; prodigio habuere. nam ad labores à Deo docuerunt datum hominibus oleum lenimentum. Et multa ſanè ei in prælijs ibi pericula
occurrerunt, & vulnera inconſultè accepit. Maximam autẽ exercitus ſtragem anguſtiæ neceſſariorum & cæli intẽperies inuexere. Ille ſuperare fortunam audacia & vires virtute enitens, nihil cen ſebat audentibus inexpugnabile, vel munitum eſſe animoſis. Fama eſt Siſimethris obſidentem petram auiam & inacceſſam, deſpondentibus animos militibus, de Oxyarte eum exquiſiuiſſe, quid animi ipſe haberet Siſimethres. Quum reſpondiſſet Oxyartes, omnium hominum eum trepidiſſimum eſſe, Profectò tu, dixiſſe, petrã nobis oſtendis eſſe ſuperabilem, quando eius non eſt firmum
caput. Cepit eam pauore Siſimethri iniecto. Alterã perinde abſciſſam Macedonum iuventute adortus, quendam Alexandrum nomine appellauit, &, Te verò, inquit, fortem eſſe vel nominis cauſa decet. Quum hic iuuenis fortiter pugnãs cecidiſſet, haud mediocriter perculſus eſt. Nyſam appellatam detrectantibus Macedonibus oppugnare (etenim amnis altus ſubluit eam) ſubſiſtens, Cur ego, inquit, miſerrimus non didici natare? Iamque clypeum tenens tranſmeare parabat. Poſtquam oppugnatione ab ea compreſſa, miſſi à ciuitatibus obſeſſis legati ſupplices eum adiere, primùm obſtupuere, quum in armis eum ſine vlla F
pompa contemplarentur. Hinc puluinũ qui allatus ſibi erat accipere & conſidere maximũ natus,

πρόσας μὲν ἐπέφρησεν τὰς αὐτῷ καὶ τῶν ἑταίρων· μετὰ δὲ ταύτας ἐκέλευσε καὶ τοῖς τῶν Μακεδόνων ἐνεῖναι πῦρ. καὶ τὸ πρᾶγματος τὸ βούλημα μεῖζον ἐφαίνη, καὶ δεινότερον ἦν τὸ ἔργον. ὀλίγους μὲν γὰρ ἔκαιον, οἱ δὲ πλεῖστοι, βοῇ καὶ ἀλαλαγμῷ μετὰ ἐνθουσιασμοῦ, τὰ μὲν ἀναγκαῖα τοῖς δεομένοις μεταδιδόντες, τὰ δὲ περιόντα τῆς χρείας, αὐτοὶ καταχέοντες καὶ ἀναφθείροντες, ὁρμῆς καὶ προθυμίας ἐνεπίμπλασαν τὸν Ἀλέξανδρον. ἤδη δὲ καὶ φοβερὸς ἦν καὶ ἀπαράιτητος κολαστὴς τῶν πλημμελούντων. καὶ γὰρ Μένανδρον τινὰ τῶν ἑταίρων, ἄρχοντα φρουρίου καταστήσας, ὡς οὐκ ἐβούλετο μένειν, ἀπέκτεινεν· καὶ τῶν ἀποστάντων βαρβάρων Ὀρσοδάτην αὐτὸς κατετόξευσεν. πρόβατου δὲ τεκόντος ἄρνα περὶ τῇ κεφαλῇ σῆμα καὶ χρῶμα τιάρας ἔχοντα, καὶ διδύμους ἑκατέρωθεν αὐτό, βδελυχθεὶς τὸ σημεῖον, ἐκαθάρθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων, οὓς ἐξ ἔθους ἐπάγετο πρὸς τὰ τοιαῦτα· διελέχθη δὲ πρὸς τοὺς φίλους, ὡς οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ δι' ἐκείνους ταραχθείη, μὴ τὸ κράτος εἰς ἀγνωμοσύνην καὶ ἀνδροκτονίαν αἴφνης τρέψαντος αὐτόν, πρεσβεύσῃ τὸ δαιμόνιον. οὐ μὴν ἀλλὰ βέλτιόν τι σημαίνοντα τὴν ἀθυμίαν ἔλυσεν. ὁ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων πεταγμένος, ἀνὴρ Μακεδὼν, ὄνομα Πρόξενος, τῇ βασιλικῇ σκηνῇ χώραν ὀρύττων τῷ τῶν Ὤξον ποταμὸν, ἀνεκάλυψεν πηγὴν ὑγρὸν λιπαρὸν καὶ πιμελώδες· ἀποπλουμένου δὲ τοῦ πρώτου, καθαρὸν ἀνέβλυζεν ἤδη καὶ διαυγὲς ἔλαιον, οὔτε ὀσμῇ δοκοῦν οὔτε γεύσει ἐλαίου διαφέρειν, πλειότητά τε καὶ λιπαρότητα πᾶσιν ἀπολλάκτον· καὶ ταῦτα, τῆς χώρας μηδὲ ἐλαίας φερούσης. λέγεται μὲν οὖν καὶ τὸν Ὤξον αὐτὸν εἶναι μαλακώτατον ὕδωρ, ὥστε τὸ δέρμα τῶν λουομένων ὑπολιπαίνειν. οὐ μὴν ἀλλὰ θαυμαστῶς Ἀλέξανδρος ἡδεῖς δῆλός ἐστιν, ἐξ ὧν γράφει πρὸς Ἀντίπατρον, ἐν τοῖς μεγίστοις τοῦτο τῶν ἀπὸ τοῦ θεοῦ χρηστοτάτων αὐτῷ διήνυσμος. οἱ δὲ μάντεις, ἐνδόξου μὲν γραπιᾶς, ὑπὲρ πόνου δὲ καὶ χαλεπῆς τὸ σημεῖον ἐποιοῦντο. πόνων γὰρ ἀρωγὸν ἔλαιον ἀνθρώποις ὑπὸ θεοῦ δεδόσθαι. πολλοὶ μὲν οὖν καὶ τὰς μάχας αὐτῷ κίνδυνοι συνέπεσον, καὶ τεράσιν νεανικοῖς ἀπήντησεν· τὴν δὲ πλείστην φθορὰν ἀπορίαι τῶν ἀναγκαίων καὶ δυσχρασίαι τοῦ περιέχοντος ἀπειργάσαντο τῆς γραπιᾶς. αὐτὸς δὲ τόλμῃ τὴν τύχην ὑπερβαλέσθαι, καὶ τὴν δύναμιν ἀρετῇ φιλοτιμούμενος, οὐδὲν ᾤετο τοῖς θαρροῦσιν ἀνάλωτον, οὐδὲ ὀχυρὸν εἶναι τοῖς ἀτόλμοις. λέγεται δὲ τὴν Σισιμήθρου πολιορκῶν πέτραν, ἄβατον οὖσαν καὶ ἀπρόσβατον, ἀθυμούντων τῶν γραπιῶν, ἐρωτῆσαι τὸν Ὀξυάρτην ποῖός τις αὐτὸς εἴη τὴν ψυχὴν ὁ Σισιμήθρης. φήσαντος δὲ τοῦ Ὀξυάρτου, δειλότατον ἀνθρώπων, Λέγεις σύ γε) φαίη) τὴν πέτραν ἁλώσιμον ἡμῖν εἶναι). ὃ γὰρ ἄρχον αὐτῆς, οὐκ ὀχυρὸν ἐστιν. ταύτῃ μὲν οὖν, οὐκ φοβήσας τὸν Σισιμήθρην, ἔλαβεν. ἑτέρᾳ δὲ ὁμοίως ἀποτόμῳ προσβαλὼν τοῖς νεωτέροις τῶν Μακεδόνων, Ἀλέξανδρον τινὰ καλούμενον προσαγορεύσας, Ἀλλά σοί γε (εἶπεν) ἀνδραγαθεῖν πρέπει, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν. ἐπεὶ δὲ λαμπρὸς ἀγωνιζόμενος ὁ νεανίας ἔπεσεν, οὐ μετείως ἐδήχθη. τῇ δὲ καλουμένῃ Νύσῃ τῶν Μακεδόνων ὀκνούντων προσιέναι, (καὶ γὰρ πολλοὶ τῷ ποταμοῖ πρὸς αὐτῇ βαθύς) ὑπισχνεῖτο, Τί γὰρ (εἶπεν) ὁ κάκιστος ἐγὼ νεῖν οὐκ ἔμαθον; καὶ ἤδη ἔχων τὸν ἀσπίδα περᾶν ἠθέλησεν. ἐπεὶ δὲ καταπαύσαντος τὸν μάχιμον αὐτοῦ, παρῆσαν ἀπὸ τῶν πολιορκουμένων πόλεων πρέσβεις δεησόμενοι, πρῶτον μὲν ὀφθεὶς ἀθρόος τοῖς ὅπλοις, ἐξέπληξεν αὐτούς· ἔπειτα προσκεφαλαιούμενος αὐτῷ κομιζόντος, ἐκέλευσε λαβόντα καθίσαι τὸν πρεσβύτατον,

(Ἀκουφις ἐκαλεῖτο) θαυμάσας οὖν τὴν λαμπρότητα καὶ φιλανθρωπίαν ὁ Ἀκουφις, πρῶτα μὲν βούλεται τοιούτους αὐτοὺς ἔχειν φίλους. φήσαντος δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου, Σὲ μὲν αὐτὸν, ἄρχοντα καταστήσαντας αὐτόν· πρὸς δὲ ἡμᾶς πέμψαντας ἑκατὸν ἀνδρας τοὺς ἀρίστους, γελάσας ὁ Ἀκουφις, Ἀλλὰ βέλτιον (εἶπεν) ἄρξω βασιλεύ, τοὺς κακίστους πρός σε πέμψας μᾶλλον ἢ τοὺς ἀρίστους. ὁ δὲ Ταξίλης λέγεται μὲν τῆς Ἰνδικῆς ἔχειν μοῖραν οὐκ ἀποδέουσαν Αἰγύπτου τὸ μέγεθος, ἄβοτον δὲ καὶ καλλίκαρπον εἰς πᾶς μάλιστα. σοφὸς δὲ ἦν αὐτὸς εἶναι), καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἀσπασάμενος, Τί δεῖ πολέμων (φησὶ) καὶ μάχης ἡμῖν Ἀλέξανδρε πρὸς ἀλλήλους, εἰ μήτε ὕδωρ ἀφαιρησόμεθα ἡμεῖς ἀφεῖξαι, μήτε σοφὸν αὐτὸν ἀγνοῆσαι; ὑπὲρ ὧν μόνων ἀνάγκη διαμάχεσθαι νοῦν ἔχουσιν αὐθέφποις. τοῖς δὲ ἄλλοις χρήμασι καὶ κτήμασι λεγομένοις, εἰ μὲν εἰμι χρείττων, ἕτοιμος δοῦναι· εἰ δὲ ἥττων, οὐ φθόνῳ χάριν ἔχειν, δὲ παθών. ἡσθεὶς οὖν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ δεξιωσάμενος αὐτὸν, Ἦ που νομίζεις (ἔφη) δίκα μάχης ἔσεσθαι τῷ ἐντυγχάνειν ἡμῖν ἀπὸ τοιούτων λόγων καὶ φιλοφροσύνης. ἀλλ' οὐδὲν σοι πλέον· ἐγὼ γὰρ ἀγωνιοῦμαι πρός σε καὶ διαμαχοῦμαι ταῖς χάρισιν, ὡς μου χρηστὸς ὢν μὴ περιγένῃ. λαβὼν δὲ δῶρα πολλὰ, καὶ δοὺς πλείονα, τάλαντα χίλια τάλαντα νομίσματος αὐτῷ προσέπτιεν. ἐφ' οἷς τοὺς μὲν φίλους ἰσχυρῶς ἐλύπησεν, τοὺς δὲ βαρβάρους πολλοὺς ἐποίησεν ἡμερωτέρους ἔχειν πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δὲ τοὺς Ἰνδῶν οἱ μαχιμώτατοι μισοφρονοῦντες ἐπεφοίτων τὰς πόλεσιν, ἐρρωμένως ἀμυνόντες, καὶ πολλὰ τὸν Ἀλέξανδρον ἐκακοποίουν, ἀπεισάμενος ἐν νυκτὶ πόλει πρὸς αὐτοὺς, ἀπιόντας ἐν ὁδῷ λαβὼν, ἀπολέσας ἀπέκτεινεν καὶ τοῦτο τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις αὐτοῦ, τἄλλα νομίμως καὶ βασιλικῶς πολεμήσαντος, ὡς κηλὶς πρόσεστιν. οὐκ ἐλάττονα δὲ τούτων οἱ φιλόσοφοι πρᾶγματα παρέχον αὐτῷ, τοὺς τε πρεσβυτέρους τῶν βασιλέων κακίζοντες, καὶ τοὺς ἐλευθέρους δήμους ἀφιστάντες. διὸ καὶ τούτων πολλοὺς ἐκρέμασεν. τὰ δὲ πρὸς Πῶρον αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ὡς ἐπράχθη γέγραφεν. φησὶ γὰρ ἐν μέσῳ τῶν στρατοπέδων τοῦ Ὑδάσπου ῥέοντος, αὐτοπρεπῶς ἱστάντα τοὺς ἐλέφαντας ἀεὶ τὸν Πῶρον ἐπιτηρεῖν τὴν διάβασιν. αὐτὸν μὲν οὖν καθ' ἡμέραν ἑκάστην φόφον ποιεῖν καὶ θόρυβον ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολλῷ, ἐθίζοντα τοὺς βαρβάρους μὴ φοβεῖσθαι· νυκτὸς δὲ χειμεείου καὶ ἀσελήνου, λαβόντα τῶν πεζῶν μέρος, ἱππεῖς δὲ τοὺς κρατίστους, καὶ προελθόντα πόρρω τῶν πολεμίων, διαβῆναι πρὸς ἱππον οὐ μεγάλῳ. ἐνταῦθα δὲ ῥαγδαίου μὲν ἐκ χωρίου ὄμβρου, πρηστήρων δὲ πολλῶν καὶ κεραυνῶν εἰς τὸ στρατόπεδον φερομένων, ὄμφρ ὁρῶν ἀπολλυμένους ἵππους καὶ συμφλεγομένους ὑπὸ τῶν κεραυνῶν, ἀπὸ τῆς ἱππάδος ἄρας, πρὸς φέρεσθαι ταῖς αὐτοπτέρυξ ὄχθαις. τραχὺ δὲ τὸ ῥεῦμα τοῦ Ὑδάσπου ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ὑπτιόντα καὶ μετέωρον, ἔκρημα ποιῆσαι μέγα, καὶ πολὺ μέρος ἐκείνῃ φέρεσθαι τοῦ ῥεύματος· αὐτὸς δὲ δέξασθαι τὸ μέσον οὐ βεβαίως, ἅτε δὴ στιβολοῦν καὶ περιρρηγνύμενον. ἐνταῦθα δὲ εἰπεῖν φασιν αὐτὸν, Ὦ Ἀθηναῖοι, ἆρά γε πιστεύσαιτε ἂν ἡλίκοις ὑπομένω κινδύνοις ἕνεκα τῆς παρ' ὑμῖν δόξης; ἀλλὰ τοῦτο μὲν Ὀνησίκριτος εἴρηκεν· αὐτὸς δέ φησιν, τὰς φρένας ἀφέντας αὐτοὺς μετὰ τῶν ὅπλων, τὸ ἔκρημα διαβαίνειν ἄνευ μαχῶν βρεχομένους. διαβὰς δὲ, τὴν πεζῶν εἴκοσι σταδίους προϊόντα λογιζόμενος, εἰ μὲν οἱ πολέμιοι τοῖς ἵπποις προσβάλοιεν, πολὺ κρατήσειν· εἰ δὲ κινοῖεν τὴν φάλαγγα, φθήσεσθαι τοὺς πεζοὺς αὐτῷ προσγενομένους.

A Acuphi nomen erat) iussit. Cuius admiratus benignitatem & humanitatem Acuphis, quæ siuit quibus conditionibus ipsos recipere in amicitiam vellet: respondente Alexandro, Vt teipsum patriæ tuæ principem imponamus, & vos centum ad nos viros optimos mittatis, arridens Acuphis, Atqui melius, *inquit*, imperauero, rex, si deterrimos ad te potius quàm optimos misero. Taxiles perhibetur Indiæ obtinuisse Ægypto non angustiorem laxitate portionem, pabulo autem lætam fœcundamque fructibus imprimis, ac vir ipse sapiens fuisse, atque quum salutaret Alexandrum, dixisse, Quid
B bellis inter nos & prælio Alexander opus est, quũ neque aquam nobis ademptum neque victum necessarium veneris? pro quibus solis necesse habent homines sani decertare. Reliquis opibus & facultatibus, quas vocant, si ego abundantior sum, impertiar tibi libens, sin inferior, non recuso accipere abs te grato animo beneficium. Delectatus ea oratione Alexander, illumque complexus, An tu, inquit, pugna arbitraris ex tali sermone & comitate colloquium fore immune? at nihil proficis. quippe contendam tecum & depugnabo beneficijs, ne me superes benignitate. Ac muneribus ac-
C ceptis multis, datisque pluribus, denique mille talentũm argenti signati ei propinauit. Qua re torsit amicos acriter, sed barbaros multos sibi reddidit mansuetiores. Bellicosissimi Indi militabant mercede. hi vrbes strenuè defendebant, multisque modis Alexandrum fatigabant. Cum his inducias in oppido quodam fecit, mox recipientes se in itinere oppressit. quæ rebus illius bello gestis, iustè aliàs & regaliter bellantis, quasi labes adhæsit. Nõ minus quàm hi infestabant eum philosophi: qui reges Alexandro qui se coniunxerant insectabantur, & liberos populos solicitabant. quapropter multos ex his suspendit. Cum Poro acta ipse in
D epistolis, quemadmodum sunt gesta, prodidit. Ait enim interlabente vtraque castra Hydaspe, Porum elephantos semper infestos tenentem captasse transitum suum, se verò strepitum in castris & tumultum quotidie ingentem excitasse, quo assuefaceret suos non formidare barbaros. Hinc nocte brumali & obscura cum parte peditum & lectissimis equitibus procul se ab hostibus progressum, in insulam non magnam transmisisse, Ibi imbre ingentibus procellis fuso, crebrisque in exercitum presteribus & fulguribus cadentibus, soluisse tamen, quanuis interire nonnullos & per-
E stringi fulmine videret, ex insula se ad vlteriorem ripam contendisse. Hydaspem, quum ex illa tempestate torrẽs & tumidus ferretur, perrupisse grandi eluvie ripam, magnamq; partem illac vndæ decurrisse. Terram se intermediam cepisse nõ stabili pede vtpote lubricã, quam vndiq; lacerabat vnda. Ibi dixisse autumant eum, Quis credat, Athenienses, quanta pericula vestri pręconij causa subeam? Cęterũ hoc prodidit Onesicritus. Ipse autor est ratibus relictis, Macedonas sub armis eluviem illam superasse pertingente ad pectus vnda. Amne traiecto viginti stadia se ante peditatum prouec-
F tum, si hostis confligeret secum equitatu, multo se ratum superiorem fore, sin moueret peditatum, maturè peditatum suum se consequuturum.

Euenisse alterũ. nam fudisse se mille equites & currus sexaginta, qui secum fuerant congressi. Currus cepisse omnes, ex equitibus quadringẽtos occidisse. Ita aduertente Poro ipsum transmisisse Alexandrum, cum omnibus copijs se intulisse, nõ pluribus ibi relictis quàm qui transitum impedirent Macedonum. Beluarum & hostium multitudinis metu in alterum cornu inuectũ se, cæteros immisisse omnes in dexterum. Vtroq; auerso cornu, eos qui premebantur globo facto ad bestias semper se recepisse. Inde promiscuè pugnatũ, & vix octaua hora hostes terga dedisse. Hæc ipse prælij autor recensuit in epistolis. Porum pleriq; scriptores cõsentiunt quatuor cubitos palmo excedentem, ob corporis eminentiam & molem elephanto, quantumvis fuerit grandis, equitis portione respondisse. Mirificam solertiam hæc belua demonstrauit & solicitudinem pro rege. Qui eum adhuc valentem adorientes animosè excepit & reiecit, vt verò telorum & vulnerum vi sensit cõfectum, veritus ne deflueret, genibus leniter humi demisit se, & promuscide singula iacula sensim ex corpore eius evulsit. Vt captum Alexander Porum rogauit quî de ipso consuleret, *Regaliter*, respondit. Adijciente Alexandro nihil ne aliud vellet, Omnia, inquit, verbum *Regaliter* complectitur. Igitur nõ modò ei pristinum regnum sub satrapæ nomine restituit, verumetiam adiecit liberorum ibi populorum, quos subegit, regionem in qua nationes quindecim, vrbium non mediocrium quinque millia, & vicos quamplurimos memorant fuisse. Aliam domuit ter tantam, cuius Philippo vni excohorte amicorũ præfecturam dedit. Ex prælio cum Poro commisso, Bucephalas mortuus est non extemplo, sed pòst, vt pleriq; produnt sub vulnerũ curatione: vt Onesicritus est autor, ob senium labore cõfectus. Nam triginta annorũ ætate ait eum decessisse. Mortẽ eius tulit Alexander grauiter, nõ aliter existimans quam si familiarẽ & amicũ amisisset. In memoriã eius super Hydaspem condidit vrbem, quam appellauit Bucephaliã. Ferunt canem quoq; cum, Peritam nomine, alitum ab ipso, atque in delicijs habitum amisisse, vrbemq; erexisse ei cognominem. Id Sotion de Potamone se Lesbio narrat audiuisse. At Macedonas illa cum Poro pugna reddidit segniores repressitq;, nepeterent vlteriorẽ Indiam. Quum enim ægrè pepulissent illũ qui viginti millia peditum & duo millia equitum in aciem adduxerat, obnixè reluctati Alexandro sunt, superare contendenti etiam amnem Gangem: cuius accipiebant latitudinem duorum & triginta stadiorum esse, & vlnarum centum profunditatem, ripas vlteriores peditum, equitum, elephantorum agminibus coopertas. Siquidem fama tenebat octoginta equitum millibus, ducentis peditum, curruum octo & elephantorum bellatorum sex millibus munitos Gandaritarum & Præsiorum reges ibi eum operiri. neque ea vanè iactata. Androcottus enim, qui non multo pòst regnauit, elephantos Seleuco quingentos dono dedit, & sexenis millibus militum Indiam peragrans, omnem redegit in potestatem. Hîc primùm animi mœrore & ira tabernaculo inclusus abiecit se in terram, pœnitebatque eum rerum perpetratarum, nisi Gangem superaret,

A θάτερον ὑ συμβῶσαι. τῶν γὰρ ἱππέων χίλιοι, καὶ τῶν ἁρμάτων ἑξήκοντα συμπεσόντα βεβάλοιν, τὰ μὲν ἅρματα λαβὼν ἅπαντα, τῶν δὲ ἱππέων ἀνελὼν τετρακοσίους. οὕτω δὴ συμφρονήσαντα τὸν Πῶρον ὡς αὐτὸς εἴη βασιλικὸς Ἀλέξανδρος, ὀπτέναι μὲν πάσης τῆς δυνάμεως, πλὴν ὅσον ἐμποδὼν εἶ) τοῖς βαίνουσι τῶν Μακεδόνων ἀπέλιπεν. φοβηθεὶς ὑ τὰ θηρία καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, αὐτὸς μὲν στῆσαι κατὰ θάτερον κέρας, κοινῇ ὑ τῷ δεξιῷ πρὸς βοηθὲν κελεύσας. θορυβῆς ὑ τρεπῆς ἑκατέρωθεν, ἀναχωρῶν ἀεὶ πρὸς τὰ θηρία καὶ σωφλεῖσθαι τοὺς σκυβιαζομένους. ὅταν ἤδη τῷ μάχῃ ἀναμεμιγμένῳ εἶ). καὶ μόλις ὀγδόης ὥρας ἀπειπεῖν τοὺς πολεμίους. ταῦτα μὲν οὖν ὁ τῆς μάχης ποιητὴς, αὐτὸς ἐν ταῖς ὑπισολαῖς εἴρηκεν. οἱ ὑ πλεῖστοι τῶν συγγραφέων ὁμολογοῦσι τὸν Πῶρον, ὑποφαίρεντα τεσσάρων πηχῶν ἀποδαμῆ τὸ μῆκος ἱππότου, μηδὲν ἀποδεῖν πρὸς τὸν ἐλέφαντα συμμετείᾳ, ἀλλὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος· καίτοι μέγιστος ὢν ὁ ἐλέφας. σοφίσμασιν ὑ θαυμαστὴν ἐπεδείξατο καὶ κηδεμονίαν τοῦ βασιλέως, ἐρρωμένου μὲν ἔτι, θυμῷ τοῖς τραυματισμοῖς ἀμυνόμενος καὶ δυσκόλῳ· ὡς ὑ ἠθέτο βελῶν πλήθει καὶ τραυμάτων κάμνοντα, δείσας μὴ πεσὼν ἐκρυῇ, τοῖς μὲν γόνασιν εἰς γῆν ὑφῆκεν τρόπον ἑαυτὸν, τῇ δὲ προνομαίᾳ λαμβάνων ἀρέμα τῶν δορατίων ἕκαστον, ἐξῄρει τοῦ σώματος. ἐπεὶ ὑ ληφθέντα τὸν Πῶρον ὁ Ἀλέξανδρος ἠρώτα πῶς αὐτῷ χρήσηται, βασιλικῶς· (εἶπεν) προσπυθομένου ὑ μηδὲν ἄλλο, Γαῦπα (εἶπεν) ἔστιν ἐν τῷ βασιλικῶς. οὐ μόνον οὖν ἀφῆκεν αὐτὸν ἄρχειν ὧν ἐβασίλευεν, Σατράπην καλούμενον, ἀλλὰ καὶ προσέθηκε χώραν, καὶ τοῖς αὐτονόμοις καταστρεφόμενος, ἐν ᾗ πεντεκαίδεκα μὲν ἔθνη, πόλεις ὑ πεντακισχίλιας ἀξιολόγους, κώμας ὑ παμπόλλας εἶ) φασίν. ἄλλῳ ὑ τινὶ τοσαύτῳ, ἧς Φίλιππον ἑνὶ τῶν ἑταίρων, Σατράπην ἀπέδειξεν. ὁ δὲ τῆς πρὸς Πῶρον μάχης καὶ ὀβουκεφάλας ἐτελεύτησεν, οὐκ εὐθὺς, ἀλλ' ὕστερον. ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσιν, ὑπὸ τραυμάτων θεραπευόμενος· ὡς ὑ Ὀνησίκριτος, ἀλλὰ γήρας ὑπὸ ἔρπονος θυόμενος. πεντήκοντα γὰρ ἐτῶν ἀποθανεῖν αὐτόν. ἐδήλωσε δὲ ἰσχυρὸς Ἀλέξανδρος, οὐδὲν ἄλλο ἢ σωφρονῶν καὶ φίλον ἀποβεβληκέναι νομίζων· καὶ πόλιν οἰκίσας ἐπ' αὐτῷ πρὸς τὸν Ὑδάσπην, Βουκεφαλίαν προσηγόρευσεν. λέγεται ὑ καὶ κύνα Περίτου ὄνομα τεθραμμένον ὑπ' αὐτοῦ καὶ τρεφόμενον ἀποβαλὼν κτίσαι πόλιν ἐπώνυμον. τοῦτο ὑ Σωτίων φησὶν Ποτάμωνος ἀκούσαι τοῦ Λεσβίου. τοὺς μὲν τοι Μακεδόνας ὁ πρὸς Πῶρον ἀγὼν ἀμβλυτέρους ἐποίησεν; καὶ ὁ πρόσω τῆς Ἰνδικῆς ἔτι προσελθεῖν ἐπέχων. μόλις γὰρ ἐκεῖνον ὠσάμενοι, δισμυρίοις πεζοῖς καὶ χιλίοις ἱππεῦσι παρεσκευάσμενον, ἀντέστησαν ἰσχυρῶς Ἀλεξάνδρῳ βιαζομένῳ καὶ τὸν Γάγγην περάσαι ποταμὸν, εὖρος μὲν αὐτοῦ, δύο καὶ τεσσαράκοντα σταδίων εἶ) πυνθανόμενοι, καὶ βάθος ὀργυιὰς ἑκατόν· ἀμφοτέρας ὑ τὰς ὄχθας ἀποκεκρύφθαι, πλήθεσιν ὅπλων καὶ ἵππων καὶ ἐλεφάντων. ἐλέγετο γὰρ ὀκτὼ μὲν μυριάδας ἱππότων, εἴκοσι ὑ, πεζῶν, ἅρματα ὑ ὀκτακισχίλια, καὶ μαχίμους ἐλέφαντας ἑξακισχιλίους ἔχοντες οἱ Γανδαριτῶν καὶ Γραισίων βασιλῆς ὑποδέχεσθαι. καὶ κόμπος οὐκ ἐν ὀλίγῳ τοῦ τοῦ τοῦ

ἀλλ' ὁμολόγησιν ἥττης διέμενος τῷ ἀναχώρησιν. ὡς δ' οὔτε φίλοι τὰ εἰκότα παρηγορεῖν τολμῶντες αὐτὸν, οὔτε γραῦς κλαυθμῷ καὶ βοῇ προσιστάμενοι τὰς θύρας ἱκέτευον, ὑπικλασθεὶς ἀνεζεύγνυεν, πολλὰ τοῖς δόξαν ἀπατηλὰ καὶ σοφιστικὰ μηχανώμενος. καὶ γὰρ ὅπλα μείζονα καὶ φάτνας ἵππων καὶ χαλινοὺς βαρυτέρους κατασκευάσας, ἀπέλιπέ τε καὶ διέρριψεν. ἱδρύσατο δὲ βωμοὺς θεῶν, οὓς μέχρι νῦν οἱ Πρασιαίων βασιλεῖς διαβαίνοντες σέβονται, καὶ θύουσιν Ἑλληνικὰς θυσίας. Ἀνδρόκοττος δ', μειράκιον ὤν, αὐτὸν Ἀλέξανδρον εἶδεν, καὶ λέγεται πολλάκις εἰπεῖν ὕστερον ὡς παρ' οὐδὲν ἦλθεν τὰ πράγματα λαβεῖν Ἀλέξανδρος, μισουμένου τε καὶ καταφρονουμένου τοῦ βασιλέως διὰ μοχθηρίαν καὶ δυσγένειαν. ἐντεῦθεν ὁρμήσας Ἀλέξανδρος, τὴν ἔξω θάλασσαν ὑπεῖδεν, καὶ πολλὰ πορθμεῖα καὶ πτηνὴ καὶ ἐφολκὰς πηξάμενος, ἐκόμιζε δι' αὐτῶν τοῖς ποταμοῖς εὐπορούμενος ῥᾳδίως. ὁ δὲ πλοῦς οὐκ ἀργὸς οὐδὲ ἀπόλεμος, πρὸς βοηθοῦντας τοῖς πόλεσιν καὶ ἀποβαίνοντας, ἐχρήσατο πολλάκις. πρὸς δὲ τοῖς καλουμένοις Μαλλοῖς, οὓς φασιν Ἰνδῶν μαχιμωτάτους γενέσθαι, μικρὸν ἐδέησεν καταστῆναι. τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους βέλεσιν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀπεσκέδασεν· πρῶτος δ', ἅμα κλίμακος τεθείσης ἀναβὰς ὅπερ ὁ τεῖχος, ὡς ἅπτετο κλίμαξ συνεπείσθη, καὶ τῶν βαρβάρων ὑφισταμένων παρὰ τὸ τεῖχος, ἐλάμβανε πληγὰς κάτωθεν, ὀλιγοστὸς ὤν, συγρένας ἑαυτὸν εἰς μέσους ἀφῆκεν τοὺς πολεμίους, καὶ κατὰ τύχην ὀρθὸς ἔστη. ἐκλαμπόντων δ' τοῖς ὅπλοις, ἔδοξαν οἱ βάρβαροι στέλεχος τι καὶ φάσμα πρὸ τοῦ σώματος φέρεσθαι. διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἔφυγον καὶ διεσκεδάσθησαν· ὡς δ' εἶδον αὐτὸν μετὰ δυεῖν ὑπασπιστῶν, ὑπεδραμόντες, οἱ μὲν σὺν χερσὶν ξίφεσιν καὶ δόρασιν ἅμα τῶν ὅπλων συνεθλάσαν ἀμυνόμενον· εἰς δ' μικρὸν ἀπωτέρω στὰς, ἔφηκεν ἀπὸ τόξου βέλος, οὕτως ὀξὺ καὶ βίαιον, ὥστε τὴν θώρακα διακόψαν ἐμπαχλῶαι τοῖς πρὸς τὴν μαστὸν ὀστέοις. πρὸς δ' τῷ πληγῷ κύψαντος αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ κάμψαντος, ὁ μὲν βαλὼν ἐπέδραμε, παστάμενος βαρβαρικῷ μαχαίρᾳ· Πευκέστας δ' καὶ Λιμναῖος προσέστησαν· ὧν πληγέντων ἑκατέρων, ὁ μὲν ἀπέθανεν, Πευκέστας δ' ἀντεῖχεν. τὸν δ' βαρβαρον Ἀλέξανδρος ἀπέκτεινεν· αὐτὸς δ' τραύματα πολλὰ λαμβάνων, τέλος δ' πληγεὶς· ὑπὸ ἑρμῷ κατ' ὀδαχήλου, πρεσπήρισε δὲ τεῖχος τὸ σῶμα, βλέπων πρὸς τοὺς πολεμίους. ἐν τούτῳ δ' τῶν Μακεδόνων προσιόντων, ἀρπασθεὶς, ἀναίσθητος ἤδη τῶν περὶ αὐτὸν ὑπὸ σκιῶς ἐκομίζετο. καὶ παραυτίκα μὲν ὡς τεθνεῶτος ἐν λόγῳ ἐν τῷ στρατοπέδῳ· χαλεπῶς δ' καὶ πολυπόνως τὸ ὀιστὸν ἐκ τρισάντων ξύλινον ὄντα, καὶ τὸ θώρακος οὕτω μόλις ἀπολυθέντος, περὶ τὴν ἐκκοπὴν ἐγένοντο, τῆς ἀκίδος ἐνδεδυκυίας ἐν ἑνὶ τῶν ὀστέων. λέγεται δὲ, τὸ μὲν πλάτος, τριῶν δακτύλων εἶναι, τὸ δ' μῆκος, τεσσάρων. διὸ τῆς λιποψυχίας ἔλιπε θανάτου συνεπαυόμενος, ἐξαιρουμένης αὐτῆς, ὅμως ἀνέλαβεν· καὶ ἀναφυγὼν τὸν κίνδυνον, ἐπὶ δ' ἀσθενὴς ὤν, καὶ πολὺν χρόνον ἐν διαίτῃ καὶ θεραπείαις ἔχων αὐτὸν, ἔξω θορυβοποιοῦντας ὡς ἤκουεν, ποθοῦντας αὐτὸν ἰδεῖν τοὺς Μακεδόνας, λαβὼν ἱμάτιον προῆλθεν, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς, αὖθις οἴκαδε ἦλθεν, καὶ παρεκομίζετο, χώρας τε πολλὰς καὶ πόλεις μεγάλας καταστρεφόμενος. τῶν δ' γυμνοσοφιστῶν τοὺς μάλιστα τὴν Σάββαν ἀναπείσαντας ἀποστῆναι, καὶ κακὰ πλεῖστα τοῖς Μακεδόσι πρᾶξαντας, λαβὼν δέκα, δεινοὺς δοκοῦντας εἶναι περὶ τὰς ἀποκρίσεις καὶ βραχυλόγους, ἐρωτήματα προὔγραφεν αὐτοῖς ἄπορα· φήσας ἀποκτενεῖν τὸν μὴ ὀρθῶς ἀποκρινόμενον πρῶτον,

A & pro cõfessione victum se esse habebat reditum. At vbi amici eum, prout res erat, suadentes assistentesq; foribus cum planctu & strepitu milites supplices orauerunt, infractus parauit se ad reditum, multaque fucata & commentitia est machinatus. Quippe grandiora arma & equorum præsepia frænaq; fabricatus ponderosiora, reliquit & disseminauit. Posuit præterea deorum aras, quas hac quoq; memoria Præsiorum reges traiecto flumine venerantur, immolantq; hostias ibi Græco ritu. Androcottus id tẽporis adolescẽs ipsum Alexandrum vidit, ferturq; sæpe postea dixisse, Nihil
B factum fuisse propius quàm vt rerum illic Alexander potitus fuisset, quod rex ob improbitatem & ignobilitatem inuisus atque contemptus esset. Inde pergens Alexander ad contemplandum Oceanum, frequentes naues actuarias & rates parat, ijsque secundo flumine per otium defertur. Nõ fuit inanis ea nauigatio tamen neq; belli exors. Nam descensionibus faciendis vrbibusq; oppugnandis omnia redegit in potestatem. In mallis verò, quos Indorum perhibent bellicosissimos fuisse, penè concisus est. Ciues enim telis à muris reiecit, positisq; scalis in murum euasit primus. quæ vbi imminutæ sunt atq; à barbaris infrà stantibus iuxta mu-
C rum multa tela ingesta paucis comitato, librato corpore in medios saltu se immisit hostes, & forte fortuna se pedibus excepit. Cuius vibrantibus armis iubar aliquot & spectrum barbaris videbatur pro corpore eius obuersari. Vnde primùm in fugam effusi sunt: cæterùm vt duobus tantùm comitatum armigeris cõspexere, impressione facta, alij cominus gladijs lanceisq; traiecerunt arma eius, pugnantemque fortiter convulnerauerunt. Vnus paulo remotior sagittam arcu excussit tanta vi & impetu vt adacta per loricam in costas eius secundum mammam defigeretur. Ad ictum remitten-
D te Alexando & inclinante corpus, ille qui miserat sagittã, ense districto barbarico occurrit. Assistebant ei Peucestas & Limnęus, qui vulnerati ambo, alter cecidit, Peucestas restitit. barbarum Alexander obtruncauit. Multis confixus vulneribus, tandemq; ictus pistillo in collo corpus mœnibus applicuit directa in hostes acie. Interea circumfundentibus se Macedonibus abreptus, semianimisq; in tabernaculum est relatus: ac mox regem vulgatum est in castris expirasse. Ingenti difficultate ac labore sagittam, quæ lignea erat, abscindunt. Tum detracto tandẽ thorace, accingũt se ad euel-
E lendum spiculũ, quod vni ossi erat infixum. Dicitur tres digitos latum fuisse, longũ quatuor. Vnde animo identidem linquente, pene exanimis, exempto eo tamẽ recepit se. Quũ ex periculo emersisset, esset tamen adhuc imbecillis, diuq; in victus ratione & cura hæreret, vbi tumultuantes videndi sui desiderio Macedonas animaduertit, sumpto pallio prodijt, & quum dijs sacra fecisset, iterum conscendit naues. In transitu latum tractũ vrbesq; amplas domuit. Ex Gymnosophistis, qui præcipuè Sabbam ad defectionem impulerant, & plurimum fatigauerant Macedonas, decem acres ad respon-
F dendum & contractos habitos, cepit. His quæstiones obscuras posuit, necem denuntians primo

qui parum rectè respōdisset, inde ordine reliquis. A vnum natu maximum dedit iudicem. Primus interrogatus, Viuosne plures esse, an mortuos censeret, Viuos ait. neque enim iam esse eos qui mortui sunt. Secundus, Terram an pelagus grandiores gignere beluas, Terram. quippe huius, inquit, pelagus portio est. Tertius, Quod animal callidissimum esset, Quod hactenus, inquit, homo, non cognouit. Quartus requisitus, Quamobrē Sabbam ad rebellionem concitasset, respōsum dedit, Quo honestè viueret, aut malè periret. Quintus rogatus, Diem an noctem putaret fuisse priorē, Diem, ait, vno die. Adiecit autem, (quum id rex admira- B retur) Implicatarū interrogationum necesse esse vt essent implicatæ responsiones. Ita progrediens sextum percunctatus est, Quemadmodum quis maximè se efficiat charū, Si potentissimus, inquit ille, nec formidabilis esset. Ex reliquis alius rogatus, Quemadmodum ex mortali quis Deus euadat, Siquid fecerit, inquit, quod facere denegatū sit homini. Alius, De vita & morte, vtra valentior, respondit, Vitam, tam multa tolerantem mala. Postremus, Quatenus hominem viuere deceat, Eatenus dum mori quàm viuere non censeat præstare. Ita tandem versus ad iudicem pronūtiare eum C iussit sententiam, qui quum alium alio dixisset segnius respondisse, Ergo tu, inquit, primus moriere, qui ita decernis: Minimè verò, rex, inquit ille, nisi tu mentiaris: qui primum dixisti interfecturū te illum qui pessimè respondisset. Hos igitur muneribus honoratos dimisit. Ad eos verò qui erant clarissimi, solitariam autem quietamq; vitam agebant, Onesicritum misit petitum, ad se vt venirēt. Fuit Onesicritus philosophus ex Diogenis Cynici contubernio. Aiunt Calanum sane quamsuperbè & asperè iussisse ei vt posita veste audiret se nudus: alioqui non congressurū cum eo se, ne si à Ioue missus esset quidem. Dandamim egisse placidius, ac de Socrate, Pythagora, Diogene quū audiuisset, dixisse magno ingenio sibi eos viros videri fuisse, sed nimium reuerentes legum. Alij Dandamim nihil memorant nisi solum hoc quæsisse, Qua de causa Alexander eò venisset tam immenso itinere: Calanum tamē, vt ad Alexandrum proficisceretur, Taxiles induxit. Sphines vocabatur: sed quòd sermone Indico Cale pro Salue salutans obuios compellaret, Calanus est à Græcis nominatus. Hunc referunt exemplū imperij sui Alexandro ob oculos posuisse. Corium in medium con- E iecit siccum & retorridum, cuius oram calcauit. Id vno loco pressum cæteris partibus extulit se. Idem circulans vndique & pedibus stringens in quaque parte ostendit euenire, quoad medium pedibus occupauit, tunc omnes partes quieuere. Ea imagine significauit media regni, maximè premēda, neq; procul ab ijs vagandum Alexandro esse. Descensus Alexandri per flumina ad Oceanum septem mensium spatium absumpsit. Vt verò classe ad Oceanum penetrauit, accessit ad insulam, quam ipse Scillustin, Psitucin alij appellauere. Ibi extensione facta, sacrificauit, pelagiq; & oræ marinæ, quatenus assequi valuit, indolem collustra- F uit. Inde precatus, nequis post se mortaliū expeditionis suæ transcenderet terminos, regressus est.

εἶτα ἐφεξῆς οὕτω τοὺς δήμους. ἕνα ὃ τὸν πρεσβύτατον σκέλλοντε κρίνειν. ὁ μὲν οὖν πρῶτος ἐρωτηθεὶς, πότερον οἴεται τοὺς ζῶντας εἶναι πλείονας, ἢ τοὺς τεθνηκότας, ἔφη τοὺς ζῶντας· οὐκ ἔτι γὰρ εἶναι τοὺς τεθνηκότας. ὁ δὲ δεύτερος, πότερον τὴν γῆν ἢ τὴν θάλατταν μείζονα τρέφειν θηρία. τὴν γὰρ ταύτης ἔφη μέρος εἶναι τὴν θάλατταν. ὁ δὲ τρίτος, ποῖόν ἐστιν ζῶον πανουργότατον, Ὃ μέχρι τοῦδε (εἶπεν) ἀνθρωπος οὐκ ἔγνωκεν. ὁ δὲ τέταρτος αἰακρινόμενος διὰ λογισμῶν τὸν Σάββαν ἀπέφησε, ἀπεκρίνατο, Καλῶς ζῆν βουλόμενοι αὐτὸν, ἢ κακῶς ἀποθανεῖν. ὁ δὲ πέμπτος, ἐρωτηθεὶς πότερον οἴεται τὴν ἡμέραν ἢ τὴν νύκτα πρότερον γεγενέναι, Τὴν ἡμέραν (εἶπεν) ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ προσεῖπεν, οὕτως θαυμάσαντος τοῦ βασιλέως, ὅτι τοῦ ἀπόρων ἐρωτήσεων, δυνάγκη καὶ τὰς ἀποκείσεις ἀπόρους εἶναι. μεταλαβὼν οὖν, τὸν ἕκτον ἠρώτα πῶς ἄν τις φιλοθεώτατα, Ἂν κράτιστος ὦ (ἔφη) μὴ φοβερός ᾖ. τοῦ δὲ λοιπῶν, ὁ μὲν, ἐρωτηθεὶς πῶς ἄν τις ἐξ ἀνθρώπων γένοιτο θεὸς, Εἴ τι πράξειεν (εἶπεν) ὃ πρᾶξαι δυνατὸν ἀνθρώπῳ μὴ ἔστιν. ὁ δὲ, περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, πότερον ἰσχυρότερον, ἀπεκρίνατο, τὸν ζῶντα, τοσαῦτα κακὰ φέρουσαν. ὁ δὲ τελευταῖος, μέχρι τίνος ἄν ἄνθρωπον καλῶς ἔχοι ζῆν· μέχρι οὗ μὴ νομίζῃ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἄμεινον. οὕτω δὴ τερπόμενος πρὸς τὴν δικαστὴν, σκέλλουσιν ἀποφαίνεσθαι. τοὺς δὲ ἕτερον ἑτέρου χείρον εἰρηκέναι φήσαντος, Οὐκοῦν (ἔφη) καὶ σὺ πρῶτος ἀποθανῇ, τοιαῦτα κρίνων. Οὐκ ἄν γε (εἶπεν) ὦ βασιλεῦ, εἰ μὴ σὺ ψεύδῃ, φήσας πρῶτον ἀποκτενεῖν τὸν ἀποκρινόμενον κάκιστα. τούτους μὲν οὖν ἀφῆκεν δωρησάμενος. πρὸς δὲ τοὺς ἐν δόξῃ μάλιστα καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐν ἡσυχίᾳ ζῶντας ἔπεμψεν Ὀνησίκριτον, ἀφικέσθαι δεόμενος πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ Ὀνησίκριτος, ὢν φιλόσοφος τοῦ Διογένους τοῦ κυνικοῦ συνεσχολακότων. καὶ φησιν τὸν μὲν Καλανὸν ὑβριστικῶς πάνυ καὶ τραχέως κελεύειν, ἀποδύντα τὸν χιτῶνα, γυμνὸν ἀκροᾶσθαι τοῦ λόγου· δυνατὸς δὲ οὐ συμβαλέσθαι πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ εἰ πολὺ τοῦ Διὸς ἀφίκοιτο. τὸν δὲ Δανδαμιν, πραότερον, καὶ συμπυθόμενον περὶ Σωκράτους καὶ Πυθαγόρου καὶ Διογένους, εἰπεῖν ὡς δι' φυεῖς μὲν αὐτοὺς γεγενέναι δοκοῦσιν οἱ ἄνδρες, λίαν δὲ τοὺς νόμους αἰδούμενοι βεβιωκέναι. δυνατοὶ δέ φασιν τὸν Δανδάμιν τοῦδε εἰπεῖν, ἀλλ' ἢ τοῦδε μόνον, Τίνος χάριν ὁ Ἀλέξανδρος ὁδὸν τοσαύτην δεῦρ' ἦλθεν; τὸν μὲν τοι Καλανὸν ἔπεισεν ὁ Ταξίλης ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον. ἐκαλεῖτο δὲ Σφίνης· ἐπεὶ δὲ κατ' Ἰνδικὴν γλῶτταν τοῦ Καλὲ προσαγορεύων αὐτὴ τοῦ χαίρειν, τοὺς ἐντυγχανόντας ἠσπάζετο, Καλανὸς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὠνομάσθη. τοῦτον δὲ λέγεται καὶ τὸ πρόδειγμα τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου προθέσθαι. καταβαλὼν γὰρ ἐν μέσῳ βύρσαν λινὰ ξηρὰν καὶ κατισχνηκυῖαν, ἐπάτησε τὸ ἄκρον· ἡ δὲ, εἰς ἓν πιεσθεῖσα, τοῖς δεξιοῖς ἐπήρθη μέρεσιν. καὶ τοῦτο πρεσβεύων ἐν κύκλῳ καὶ πέζων, καθ' ἕκαστον ἐδείκνυεν γιγνόμενον, ἄχρι οὗ τὸ μέσον ὑπεξάς κατέστη, καὶ πάντα οὕτως ἠρέμησεν. ἐβούλετο δὴ ἡ εἰκὼν ἔνδειξις εἶναι τοῦ τὰ μέσα δεῖν μάλιστα τῆς ἀρχῆς πέζειν, καὶ μὴ μακρὰν ἀποπλανᾶσθαι τοῦ Ἀλέξανδρον. ἡ δὲ Ἀμάζων ποταμοῦ πρὸς τὴν θάλατταν ἀναγωγὴ μῆνας ἑπτὰ χρόνον αἰήλασεν. ἐμβαλὼν δὲ τὴν ναῦν εἰς τὸν ὠκεανὸν, ἀνέπλευσεν πρὸς νῆσον ἣν Σκιλλῦσιν αὐτὸς ὠνόμασεν, ἕτεροι δὲ Ψιλτοῦκιν. ἐν ταύτῃ δὲ ἀποβάς, ἔθυσε τοῖς θεοῖς, καὶ τὴν φύσιν ἐπείδεν τοῦ πελάγους καὶ τῆς παραλίας, ὅσον ἐφικτὸν ἦν. εἶτα ἐπαλξάμενος μηδένα μετ' αὐτὸν ἀνθρώπων ὑπερβιῶναι τοὺς ὅρους τῆς στρατείας, ἀνέστρεφεν.

καὶ τὰς μὲν ναῦς ἐκέλευσε πρὸς πλεῖν, ἐν δεξιᾷ τῶν Ἰνδικῶν
ἔχουσας, ἡγεμόνα μὲν, Νέαρχον ἀποδείξας, ἀρχικυβερνήτην δ', Ὀνησίκριτον. αὐτὸς δ' πεζῇ δι' Ὠρείτων πορευόμενος,
εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν προήχθη, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἀπώλεσεν, ὥστε τῆς μαχίμου δυνάμεως μηδὲ τὸ τέταρτον
ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἀπαγαγεῖν. καίτοι δώδεκα μὲν μυριάδες ἦσαν οἱ πεζοὶ, ὁ δ' ἱππικὸν, εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους.
ἀλλὰ καὶ νόσοι χαλεπαὶ, καὶ δίαιται πονηραὶ, καὶ καύματα ξηρὰ, καὶ πλείστους ὁ λιμὸς διέφθειρεν, ἄπορον χώραν διοικοῦντας ἀνθρώπων κακοβίων, ὀλίγα καὶ ἀγριῶν προβάτα κεκτημένων, ἃ τοῖς θαλαττίοις ἰχθύσι εἰθισμένα προσφέρεσθαι, σαρκὶ μοχθηρᾷ εἶχεν καὶ δυσώδει. μόλις οὖν ἐν ἡμέραις ἑξήκοντα ταύτῃ διελθὼν, καὶ τῆς Γεδρωσίας ἀφάνθμος, ἐνθὺς ἐν ἀφθόνοις ἦν πᾶσιν, τῶν ἔγγιστα σατραπῶν καὶ βασιλέων προσκυσάντων. ἀναλαβὼν οὖν ἐνταῦθα τὴν δύναμιν, ὥρμησεν κώμῳ χρώμενος ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ διὰ τῆς Καρμανίας. αὐτὸν μὲν οὖν ἵπποι φέδλιν ἐκόμιζον ἐκτὸς μετὰ τῶν ἑταίρων ἐπὶ θυμέλης ἐν ὑψηλῷ καὶ προφανεῖ· πλαισίῳ πεπηγυίας, ἐνωχούμενον συνεχῶς ἡμέρας καὶ νυκτός. ἅμαξαι δ' παμπληθεῖς, αἱ μὲν ἀργυρᾶς καὶ ποικίλοις προβολαῖς, αἱ δ' ὕλης ἀεὶ προσφάτου καὶ χλωρᾶς σκιαζόμεναι κλάδοις, εἵποντο, τοὺς φίλους ἄγουσαι φίλοις καὶ ἡγεμόνας ἐστεφανωμένους καὶ πίνοντας. εἶδες δ' οὐ πέλτιν, οὐ κράνος, οὐ σάρισαν, ἀλλὰ φιάλας καὶ ῥυτοῖς καὶ θηλυκλείοις πρὸς τὴν ὁδὸν ἅπασαν οἱ στρατιῶται βαπτίζοντες, ἐκ πίθων μεγάλων καὶ κρατήρων ἀλλήλοις προσέπινον, οἱ μὲν, ἐν τῷ προσάγειν ἅμα καὶ βαδίζειν, οἱ δ' κατακείμενοι. πολλὴ δὲ μουσικὴ συρίγων καὶ αὐλῶν, ᾠδῆς τε καὶ ψαλμῳδῶν βακχείας γυναικῶν, κατεῖχε πᾶν τόπον· τῷ δ' ἀτάκτῳ καὶ πεπλανημένῳ τῆς πορείας, παρείπετο ταῖς φιάλαις καὶ παιδιὰ βακχικῆς ὕβρεως, ὡς τοῦ θεοῦ παρόντος αὐτοῦ, καὶ συμπροπέμποντος τὸν κῶμον. ἐπεὶ δὲ ἦκε τῆς Γεδρωσίας εἰς τὸ βασίλειον, αὖθις ἀνελάμβανε τὴν στρατιὰν πανηγυρίζων. λέγεται δ', μεθύοντα αὐτὸν θεωρῶν ἀγῶνας χορῶν, τὸν δ' ἐρώμενον Βαγώαν χορηγοῦντα νικῆσαι, καὶ κεκοσμημένον παρὰ τοῦ θεάτρου παρελθόντα καθίσαι παρ' αὐτόν. ἰδόντας δ' τοὺς Μακεδόνας, κροτεῖν καὶ βοᾶν, φιλῆσαι κελεύοντας· ἄχρις οὗ προελθὼν κατεφίλησεν. ἐνταῦθα τῶν περὶ Νέαρχον ἀναβάντων πρὸς αὐτὸν, ἡδεῖς καὶ ἀσμένους τὰ περὶ τὸν πλοῦν, ὥρμησεν αὐτὸς πλεύσας κατὰ τὸν Εὐφράτην σὺν μεγάλῳ, εἶτα περὶ τὴν Ἀραβίαν καὶ τὴν Λιβύην προσκομιθεὶς, διὰ στηλῶν Ἡρακλείων, ἐμβαλεῖν εἰς τὴν ἐντὸς θάλασσαν. καὶ πλοῖα πολυποδαπὰ περὶ Θάψακον ἐπήγνυτο, καὶ συνήγοντο ναῦται καὶ κυβερνῆται πανταχόθεν. ἡ δ' ἀνωφελεία χαλεπὴ γενομένη, καὶ ὁ περὶ Μηδεῖς φρόνημα καὶ ἡ φθορὰ πολλὴ λεχθεῖσα τῆς δυνάμεως, ἀπιστίαν τῆς σωτηρίας αὐτοῖς, τά τε ὑπήκοα πρὸς ἀποστάσεις ἐπῆρεν, καὶ τοῖς στρατηγοῖς καὶ σατράπαις ἀδικίαν πολλὴν καὶ πλεονεξίαν καὶ ὕβριν ἐποίησεν· καὶ ὅλως διέδραμεν σάλος ἀπιστίας καὶ νεωτερισμός. ὅπου καὶ πρὸς Ἀντίπατρον Ὀλυμπιὰς καὶ Κλεοπάτρα στασιάσασαι, διείλοντο τὴν ἀρχὴν, Ὀλυμπιὰς μὲν, Ἤπειρον, Κλεοπάτρα δ', Μακεδονίαν προσλαβοῦσα. καὶ τοῦτο ἀκούσας Ἀλέξανδρος, βέλτιον ἔφη βεβουλεῦσθαι τὴν μητέρα. Μακεδόνας γὰρ οὐκ ἂν ἐνεγκεῖν βασιλευομένους ὑπὸ γυναικός. διὰ ταῦτα Νέαρχον μὲν αὖθις ὀπὶ θάλασσαν ἔπεμψεν, ἐμπλήσας πολέμων ἅπασαν ἐγγυτέρω τῆς Θαλίας·

A Naues circumvehi iussit, relicta ad dexteram India. Classi præfecit Nearchum, magistrum gubernatorum Onesicritum creauit. Ipse pedestri itinere per Oritas pergens, in extremam inopiam recidit, multosque mortales amisit, vt militarium copiarum ne quartam quidem partem reduceret ex India, quum peditum essent centum viginti millia, equitum ad quindecim millia. Ad hæc graues morbi, pravus victus, feruores torridi, plurimos fames assumpsere, dum regionem peragrant incultam, hominum duram vitam agentium, qui paucas & viles habebant oues marinis piscibus as-
B suetas vesci, atque hinc praua carne & putida præditas. Hanc tandem diebus sexaginta emensus, Gedrosiam attigit. Ibi in rerum omnium egit affluentia, quòd proximi satrapæ & reges de omnibus prouidissent. Igitur refecto hîc exercitu, incessit comessabundus diebus septem per Carmaniã. Illum equi octo composito gradu vehebant cum amicis super pulpitum in edito & conspicuo tabulato erectum quadrato, conuiuijs noctem diebus continuantem. Sequebantur currus frequentes partim purpureis & picturatis tapetibus, partim arborũ semper recentium & virentiũ inumbrati
C ramis, quibus alij vehebantur amici & duces eius coronati potantesq;. Videres non cetram, non galeam, non sarissam, sed phialis, pateris, calicibus, thericlijs milites toto itinere ex grandibus dolijs & crateris haurientes, præbibebant inter se, alij simul inter pergendum & progrediendum, alij recumbentes. Circumsonabant omnia loca fistulis, tibijs, carminibus, cantilenis, bachabũdis mulieribus. Tam in composito & incondito itinere comitabantur pocula bachabundæ licẽtiæ ludus, quasi ipso præsente Baccho & comessationis duce. Postquam in regiam Gedrosiæ venit, relaxauit de integro exercitum tempestiuis conuiuijs. Fe-
D runt temulentum chororum ludos spectasse, amasium eius Bagoam choragum palmam obtinuisse, exornatumq; medio theatro transisse, & ad latus eius cõsedisse: Macedonas, quũ id viderent, plaudentes vt osculum ei ferret conclamasse, quoad illum complexus & dissuauiatus sit. Huc redijt ad eum Nearchus, lætusq; ille intellecta nauigatione, instituit ipse magna classe deuectus Euphrate Arabiam & Africam ambire, atque per columnas Herculis in mare mediterraneum decurrere. Omnis generis nauigia apud Thapsacum parabantur, nauticique & gubernatores comquirebantur
E vndique. At fama duræ illius in superioribus prouincijs expeditionis oppugnationisque Mallorum atque ingentis stragis exercitus ex diffidentia illius salutis concitauit pacatos ad defectionẽ, ducibusque & satrapis magnæ exercendæ violentiæ, auaritię & flagitiorum dedit occasionem. Breui fluctus & seditio omnes peruasit. Quando etiam Olympias & Cleopatra contra Antipatrum tumultuantes prouinciam eius partitæ sunt, Olympias Epirum, Macedoniam Cleopatra sumpsit. Qua re ad Alexandrum perlata, rectius dixit matrem suam consuluisse. neque enim
F regnum Macedonas fuisse fœminæ toleraturos. vnde Nearchum extemplo ad mare misit, statuitque oram maritimam armis omnem implere.

In progrediendo ſumpſit de ducibus qui delique- A
rant ſupplicium. Vnum ipſe ex Abulitis filijs O-
xyartem intetfecit, quem haſta tranſverberauit:
Abuliti, qui nihil præparauerat commeatus, tan-
tùm argenti ſignati tria millia talentum attulit,
equis obijcere iuſſit pecuniam. quibus eam non
guſtantibus, Quò igitur nobis, inquit, hic paratus?
ita abulitē in vincula compegit. In Perſide num-
mos primùm fœminis donauit, vt moris erat regi-
bus, quoties initēt Perſidem, ſingulis aureum lar-
giri. Itaque aliquos referunt non crebrò, Ochum
verò ne ſemel quidem ob ſordes Perſas inuiſiſſe,
exiliumq; ſibi patriæ indixiſſe. Hinc quum Cyri B
conditorium apertum comperiſſet, interfecit au-
torē, quamuis Pellæus eſſet non ex obſcuriſſimis,
qui id admiſerat, Polymachus nomine. Titulum
quum legiſſet, iuſſit Græcis quoq; literis infrà in-
cîdi. Is fuit huiuſcemodi, QVISQVIS ES HO-
MO, ET VNDECVNQVE VENISTI, (NAM
VENTVRVM NOVI EGO) CYRVS SVM
PERSIS QVI QVÆSIVI IMPERIVM. NE
INVIDEAS MIHI, ORO TE, EXIGVAM
HANC HVMVM, QVÆ CORPVS TE-
GIT MEVM. Hæc Alexandrum vehementer
permouere reputantem rerum incertitudinem & C
viciſſitudinem. Eadem tempeſtate Calanus,
quum non diu alui fluore laboraſſet, rogum po-
ſtulauit ſibi ſtrui. Ad quem poſtquam eſt equo de-
latus, deos precatus, libamina ſibi ipſe infudit, ca-
pilliſque ſuis rem diuinam fecit. Inde rogum con-
ſcendens aſſiſtentes Macedonas complexus eſt,
rogauitque lætum vt illum diem tranſigerent, &
cum rege perpotarent: illum ipſum breui ait Ba-
bylone ſe reuiſurum. Ita fatus decubuit operuit-
que ſe, neque ſe appropinquante igne mouit, ſed
quo compoſuerat ſe habitu, eum conſeruans ve-
teri illorum ſophiſtarum more ſemetipſe immo D
lauit. Hoc multis annis pòſt alius Indus Athenis
ex comitatu Cæſaris imitatus eſt: cuius viſitur hac
quoque ætate monumentum Indi appellatum.
Regreſſus à rogo Alexander frequentibus amicis
& præfectis ad cœnam inuitatis, certamen & præ-
mium propoſuit potandi meri. Qui plurimum
hauſit, Promachus ad quatuor congios progreſſus
eſt, relatoque pro victoriæ pretio talento, triduum
ſuperſtes fuit. Ex cæteris (vt Chares autor eſt) vnus
& quadraginta ex vinolētia exanimati, quum ex-
cepiſſet ingens gelu crapulam. Nuptias amicorū
Suſis celebrauit, atq; ipſe Darij filiam duxit vxo- E
rem Statiram. Clariſſimas clariſſimis iunxit, ac
commune Macedonum, qui iam antè contraxe-
rant connubia, celebrauit ſplendidè epulum nu-
ptiale, in quo memorant cuique conuiuarū, quo-
rum fuerit nouem millium numerus, auream
phialam, ad libandum donatam. Iam fuit cùm in
cæteris mirificè largus, tum æs alienum exercitus
creditoribus de ſuo diſſoluit. Eius impenſæ vni-
uerſa ſumma centum & triginta minus ad decem
millia talentum peruenit. Antigenes autem Lu-
ſcus obæratum ſimulans ſe, falſò nomen dederat,
adductoque certo ad menſam qui affirmauit
ſe ei dediſſe mutuò, repræſentauit ei pecuniam. F
Eo poſtea mendacij comperto exarſit rex, ſum-
mouitque eum aula, atque præfecturam ademit.

αὐτὸς ὁ καταβαίνων ἐκόλαζεν τοὺς πονηροὺς τῶν στρατηγῶν. τῶν δ' Ἀβουλίτου παίδων, ἕνα μὲν, Ὀξυάρτην, αὐτὸς ἀπέκτεινεν, σαρίσῃ διελάσας· Ἀβουλίτου δὲ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων παρασκευάσαντος, ἀλλ' ἢ τριχίλια τάλαντα νομίσματος αὐτῷ προσαναγόντος, ἐκέλευσε τοῖς ἵπποις ὃ ἀργύριον παρεβαλεῖν. ὡς δὲ οὐκ ἐγεύοντο, φήσας, Τί οὖν ὄφελος ἡμῖν ἡ σῆς παρασκευῆς; καθείρξε τὸν Ἀβουλίτην. ἐν δὲ Πέρσαις, πρῶτον μὲν ἀπέδωκε τὸ νόμισμα τὸν γυναιξίν, ὥσπερ εἰώθασι οἱ βασιλῆς, ὁσάκις εἰς Πέρσας ἀφίκοιντο, διδόναι χρυσοῦν ἑκάστῃ. καὶ διὰ τοῦτο φασὶν οἴκοι μὴ πολλάκις, Ὦχον δ', μηδὲ ἅπαξ εἰς Πέρσας παρεγένετο, διὰ μικρολογίαν, ἀποξενώσαντα τῆς πατρίδος ἑαυτόν. ἔπειτα τὸν Κύρου τάφον βύρσῃ διορωρυγμένον, ἀπέκτεινε τὸν ἀδικήσαντα. καίτοι Ἕλλαδος ἐν οὐ τῶν ἀσημοτάτων ὁ πλημμελήσας, ὄνομα Πολύμαχος. τὸν δ' ἐπιγραφὴν αἰαγκαῖς, ἐκέλευσεν Ἑλληνικοῖς ὑποχαράξαι γράμμασιν. εἶχεν δὲ οὕτως, ΩΑΝΘΡΩΠΕ, ΟΣΤΙΣ ΕΙ, ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ ΗΚΕΙΣ, (ΟΤΙ ΜΕΝ ΓΑΡ ΗΞΕΙΣ, ΟΙΔΑ) ΕΓΩ ΚΥΡΟΣ ΕΙΜΙ Ο ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΑΜΕΝΟΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ. ΜΗ ΟΥΝ ΤΗΣ ΟΛΙΓΗΣ ΤΑΥΤΗΣ ΓΗΣ ΦΘΟΝΗΣΗΣ, Η ΤΟΥΜΟΝ ΣΩΜΑ ΠΕΡΙΚΑΛΥΠΤΕΙ. Ταῦτα μὲν οὖν ἐμπαθῆ σφόδρα τὸν Ἀλέξανδρον ἐποίησεν, ἐν νῷ λαβόντα τὴν ἀδηλότητα καὶ τὴν μεταβολήν. ὁ δὲ Κάλανος ἐν ταῖς χρόνον οὐ πολὺν ὑπὸ χειλίας ἀποχληθεὶς, ἠτήσατο πυρὰν αὐτῷ νεκρῶσαι. καὶ κομισθεὶς ἵππῳ πρὸς αὐτὴν, ἐπαυξάμενος καὶ καταστείψας ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τριχῶν ἀπαρξάμενος, ἀναβαίνων, ἐδεξιοῦτο τοὺς παρόντας τῶν Μακεδόνων, καὶ παρεκάλει τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡδέως γενέσθαι καὶ μεθυσθῆναι μετὰ τοῦ βασιλέως· αὐτὸν δὲ ἔφησεν ἔφη μετ' ὀλίγον χρόνον ἐν Βαβυλῶνι ὄψεσθαι. ταῦτα δ' εἰπὼν, κατακλιθεὶς καὶ συγκαλυψάμενος, οὐκ ἐκινήθη τοῦ πυρὸς πλησιάζοντος, ἀλλ' ἐν ᾧ κατεκλίθη χήματι τοῦτο διετήρησεν, ἐκθηριέρησεν ἑαυτὸν τῷ πατρίῳ νόμῳ τῶν ἐκεῖ σοφιστῶν. τοῦτο πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον δεύτερος Ἰνδὸς ἐν Ἀθήναις Καίσαρι συνὼν ἐποίησεν· καὶ δείκνυται μέχρι νῦν τὸ μνημεῖον, Ἰνδοῦ προσαγορευόμενον. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς πυρᾶς γενόμενος, καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐπὶ δεῖπνον, ἀγῶνα προὔθηκεν καὶ στέφανον ἀκροποσίας. ὁ μὲν οὖν πλεῖστον πιὼν Πρόμαχος, ἄχρι χοῶν τεσσάρων προῆλθεν. καὶ λαβὼν τὸ νικητήριον στέφανον τάλαντον, ἡμέρας τρεῖς ἐπέζησεν. τῶν δ' ἄλλων (ὡς Χάρης φησὶν) τεσσαράκοντα καὶ εἷς ἀπέθανον πίοντες, ἰσχυρὸν τῇ μέθῃ χρόνος ἐπιγενομένου. τῶν δ' ἑταίρων γάμον ἐν Σούσοις ἐπιτελῶν, καὶ λαμβάνων μὲν αὐτὸς γυναῖκα, τὴν Δαρείου θυγατέρα Σπάτιραν, Δραιέμην δ' τὰς ἀρίστας τοῖς ἀρίστοις, χαίνων δ' τῶν ἤδη προγεγαμηκότων Μακεδόνων γάμον καλὸν ἑστιάσας· ἐν ᾧ φασὶν ἐννακισχιλίων τῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὄντων, ἑκάστῳ χρυσῆν φιάλην προς τὰς σπονδὰς δοθῆναι. τά τε δῶρα θαυμαστῶς ἐλαμπρύνατο, καὶ τὰ χρέα τοῖς δημοσίᾳ ὑπὲρ τῶν ὀφειλόντων αὐτὸς ἀφαλύσας, τὸ πλῆθος ἀναλώματος ἐλάσσονος μυρίων τάλαντων ἑκατὸν τριάκοντα τάλαντος ἐπιγενομένου. ἐπεὶ δ' Ἀντιγένης ὁ ἑτερόφθαλμος, ὡς ὀφείλων ἀπεγράψατο ψευδῶς, καὶ παραγαγὼν τινὰ φάσκοντα δεδανεικέναι πρὸς τὴν τράπεζαν, ἀπέπεσεν ὁ ἀργύριον εἶτα ἐφωράθη ψευδόμενος. ὀργισθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἀπήλασεν τῆς αὐλῆς αὐτὸν, καὶ παρείλετο τὴν ἡγεμονίαν.

ἑῶ δ' λαμπρὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς ὁ Ἀντιγένης· καὶ ἔτι νέος
ὤν, Φιλίππου πολιορκοῦντος Πέρινθον, ἐμπεσόντος αὐτῷ κα-
πελτικοῦ βέλους εἰς τὸ ὄφθαλμόν, οὐ παρέσχεν βουλομένοις
ἐξελεῖν τὸ βέλος, οὐδὲ ὑφήκατο, πρὶν ὥσαντας πρὸς μαχόμε-
νος καὶ καταδιῶξαι τοὺς πολεμίους εἰς τὸ τεῖχος. οὐ μετείως οὖν
τότε τὴν ἀπιμίαν ἔφερεν, ἀλλὰ δῆλος ἦν ἑαυτὸν ὑπὸ λύπης
καὶ βαρυθυμίας ἀπαγχόμενος. καὶ τοῦτο δείσας ὁ βασιλεὺς,
ἀνῆκεν τὴν ὀργὴν, καὶ τὰ χρήματα ἔχειν ἐκέλευσεν αὐτόν. τοὺς
παίδων τῶν τεισμυρίων, οὓς ἀσκουμένους καὶ μανθάνοντας ἀ-
πέλιπε, τοῖς τε σώμασιν εὐδρείων φανέντων, καὶ τοῖς εἴδεσιν εὐ-
πρεπῶν, ἔτι δὲ καὶ τὴν μελέτης εὐχέρειαν καὶ κουφότητα θαυμα-
σὴν ἐπιδεικνυμένων, αὐτὸς μὲν ἤδη τοῖς μὲν Μακεδόσι δυσθυμία
παρέσχε καὶ δέος, ὡς ἥττον αὐτοῖς τοῦ βασιλέως προσέξοντος. διὸ
καὶ τοὺς ἀδυνάτους καὶ πεπηρωμένους αὐτοῦ καταπέμποντος ὑπὲρ
θάλατταν, οὔδεν ἔφασαν εἶναι καὶ προπηλακισμόν, ἀνθρώ-
ποις ἀπαχρησαμένον εἰς ἄπορα, καὶ ἀποτίθεσθαι σὺν αἰ-
σχύνῃ, καὶ προσείπωσιν τοῖς πατέσι καὶ τοῖς γονεῦσιν, οὐ τοιού-
τοις παραλαβόντα. πολλοὺς οὖν ἐκέλευον ἀφιέναι, καὶ πολ-
λοὺς ἀχρήστους νομίζειν Μακεδόνας, ἔχοντα τοὺς νέους τούτους
πυρριχιστὰς, σὺν οἷς ὅπου ἂν καταστήσεται τὴν οἰκουμένην.
πρὸς ταῦτα χαλεπῶς ὁ Ἀλέξανδρος ἔφερεν, καὶ πολλὰ μὲν
ἐλοιδόρησεν αὐτοὺς πρὸς ὀργὴν, ἀπελάσας δ', τοὺς φυλακὰς
παρέδωκε Πέρσαις, καὶ κατέρρηξεν ἐκ τούτων δορυφόρους καὶ
ῥαβδοφόρους· ὑφ' ὧν ὁρῶντες αὐτὸν πρὸς ἀλλήλους ἐπεμπόμενον, αὐτοὺς
δ' ἀπειρημένους καὶ προπηλακιζομένους, ἐπαπειλοῦντο· καὶ
διδόντες λόγον, δεῖσαν αὐτοὺς ὀλίγου δεῖν μανέντας ὑπὸ
ζηλοτυπίας καὶ ὀργῆς. τέλος δὲ, συμφορήσαντες ἐβάδι-
ζον ἄοπλοι καὶ μονοχίτωνες ὑπὲρ τὴν σκηνὴν μετὰ βοῆς
καὶ κλαυθμοῦ πρὸς ἀλλήλους διδόντες ἑαυτοὺς, καὶ χρήσασθαι κε-
λεύοντες ὡς κακοῖς καὶ ἀχρείοις· ὁ δ' οὐ προσίετο, καί-
περ ἤδη μαλακώτερος. οἱ δ' οὐκ ἀπέρρησαν, ἀλλ' ἡμέρας
δύο καὶ νύκτας οὕτω προσεῖχον καὶ ὀλοφυρόμενοι καὶ
κλίσιον ἀνακαλούμενοι ἐκαρτέρησαν. τῇ δὲ τείτῃ προελθὼν,
καὶ θεασάμενος οἰκτροὺς καὶ τεταπεινωμένους, ἐδάκρυεν
πολὺν χρόνον· εἶτα μεμψάμενος μέτεια, καὶ προσαγορεύ-
σας φιλανθρώπως ἀπέλυσε τοὺς ἀχρήστους, δωρησάμενος
μεγαλοπρεπῶς, καὶ γράψας πρὸς Ἀντίπατρον, ὅπως ἐν
πᾶσι τοῖς ἀγῶσι καὶ τοῖς θεάτροις προεδρίαν ἔχοντες ἐστεφανω-
μένοι καθέζοιντο. τῶν δὲ τεθνηκότων τοὺς παῖδας ὀρφανοὺς
ὄντας, ἐμμίσθους ἐποίησεν. ὡς δ' ἦκεν εἰς Ἐκβάτανα τὴν Μη-
δίας, καὶ διώκησε τὰ κατεπείγοντα, πάλιν αὖ θεάτροις καὶ
πανηγύρεσιν, ἅτε δὴ τετρακισχιλίων ἀμφὶ τεχνιτῶν ἀπὸ τῆς Ἑλ-
λάδος ἀφιγμένων. ἔτυχε δὲ περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας Ἡ-
φαιστίων πυρέσσων· οἷα δὲ νέος καὶ σφριγῶντος, οὐ φέρων ἀ-
κριβῆ δίαιταν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡδονὴν γλαῦκον ἀπελθεῖν εἰς τὸ
θέατρον παρὲ χρῆσιν γλυκύμυρος, καὶ καταφαγὼν ἀλεκτρυόνα
ἔφθον, καὶ ψυκτῆρα μέγαν ἐκπιὼν οἴνου, κακῶς ἔχων, καὶ
μικρὸν ἀναλιπὼν ἀπέθανεν. τοῦτο οὐδενὶ λογισμῷ ὁ πάν-
δος Ἀλέξανδρος ἤνεγκεν, ἀλλ' εὐθὺς μὲν ἵππους τε κεῖ-
ραι πάντας ὑπὲρ πέδης καὶ ἡμιόνους ἐκέλευσεν, καὶ τὴν περὶ
πόλεων ἀφεῖλεν τὰς ἐπάλξεις· τὸ δὲ ἄθλιον ἰατρὸν ἀ-
νεστάυρωσεν. αὐλοῖς δὲ κατέπαυσεν καὶ μουσικὴν ἐν πᾶ-
σι τοῖς στρατοπέδῳ πολὺν χρόνον· ἕως ἐξ Ἄμμωνος ἦλθεν μαν-
τεία λιμοῦ Ἡφαιστίωνα, καὶ θύειν ὡς ἥρωϊ προσκελεύουσα. τοῦ δὲ πένθους παρηγορίᾳ τῷ πολέμῳ χρώμενος, ὡς πρὸς
ὑπὲρ θηρᾶν καὶ κυνηγεσίου ἀνδρῶν ἐξῆλθεν, καὶ τὸ Κουσταῖον ἔθνος κατεστρέφετο, πολλοὺς ἡδονὴν ἀποσφάττων.

A Fuit bello bonus Antigenes, ac iuvenis etiamnũ,
quum obsideret Philippus Perinthon, intorto ex
catapulta in oculũ suum telo, non paruit eximere
telum volentibus, neq; pugnam remisit priusquã
vrgens pepulisset atq; inter muros redegisset ho-
stes. Non modicè ergo tulit in præsentia ignomi-
niam, verùm præ se tulit dolore & mœrore manus
sibi ipsum allaturum. Id timens Alexander, iram
deposuit, & ipsum pecuniã eam iussit habere. Tri-
ginta millia puerorum, quos exercendos & insti-
tuendos reliquerat, virili corpore inuenit & spe-
cie decora. Dederunt insuper illi miræ dexterita-
B tis & agilitatis documenta. Ea re læto rege angor
Macedonas & metus incessit minus regem ipsis
addictum fore. Quapropter quum debiles & in-
utiles remitteret ille domum, contumeliam dicta-
uerunt eam & suggillationẽ esse, quòd quibus ho-
minibus abusus ad omnia fuerat, eos ignominiosè
tunc in patriam & ad parentes detruderet, non eo
quo acceperat eos statu. Igitur missionem omnes
flagitare conclamareque, omnes Macedonas pro
inutilibus haberet, solos iuvenes hos retineret sal-
tatores, quibuscum orbem terræ iret subiugatum.
Inde cõcitatus Alexander frendensq; multis con-
C uitijs hos proscidit, eisque amotis, corporis sui cu-
stodiam tradidit Persis, atq; ex his satellites appa-
ritoresq; delegit. A quibus quum cernerent illum
stipari, se verò reijci ignominiosè, conciderunt
animis, ac colloquuti inter se deprehenderunt se-
ipsi ex æmulatione & indignatione penè insanire.
Postremò ad se reuersi perrexerunt ad regis taber-
naculum inermes & tunicati cũ clamore & plan-
gore offerentes semetipsi, petentesq; vteretur ipsis
quasi improbis & ingratis. Ille verò, quanvis iam
placatior, nõ admisit eos. Non abscesserũt illi, sed
duos dies & noctes ita pro tabernaculo eius lamẽ-
tantes dominumq; appellãtes perduauere. Ter-
D tio die prodijt, ac quum lamentabiles abiectosq;
vidisset, in lacrymas longo spatio est effusus. Inde
modicè castigauit eos, tum appellauit humaniter,
ac dimisit inutiles, vbi eos magnificè donauit.
Scripsit insuper ad Antipatrũ, vt omnibus in ludis
& spectaculis primum locum tenerent, & corona-
ti ibi considerent. De mortuorum liberis orbis sti-
pendia parentum attribuit. Postquam Ecbatana
Mediæ venit, rebus compositis necessarijs, retulit
se ad spectacula & tempestiua conuiuia, quòd tria
millia artificum ad eum ex Græcia venissent. Sub
idem tempus Hephæstio febre correptus est. Vt
E iuvenis & militaris exactioris impatiens victus,
dum medicus Glaucus ad spectaculum abijt,
prandium sumpsit, adesoque gallo gallinaceo af-
so, atque epoto ingenti vini frigefacti cratere, ma-
lè habuit, pauloque pòst decessit. Hunc casum tu-
lit parum sapienter Alexander, sed confestim
equos omnes mulosque tonderi lugubriter iuſ-
sit, circumiectorum oppidorum pinnas detra-
xit, miserum medicum egit in crucem, tibias mu-
sicamque perdiu in castris compescuit, quoad
ab Ammone allatum oraculum est, vt Hephæ-
stionem colerent pro Deo, eique sacrificarent. Ad
F luctus eleuationem bellum adhibuit, ac sicut ad
venationem hominum egressus, Cussæorum gen-
tem excidit, omnemq; ad internecionem deleuit.

Ea Hephæstionis parentatio dicta. In tumbam & A
monumentum eius atque in hæc exornanda decem millia talentum intendens expẽdere, operisque præstantia & exquisita arte superare sumptũ, desiderauit præter omnes artifices Stasicratem, qui proiectam granditatem & magnificentiam in nouis rebus edendis promittebat. Quippe hic antea iactauerat apud eum in colloquio, ex montibus Thracium Athon configurari & conformari ad hominis effigiem posse. Itaque si vellet, simulacrum se ei ex Atho effecturum æternum & amplissimum, quod sinistra teneret frequẽtem mille capitibus vrbem, dextra fundentem largam flumi- B
nis vndam in mare decurrentis. verùm hoc repudiauit. At tunc de multo absurdioribus sumptuosioribusq; quotidie agebat cum artificibus commentandis & machinandis. Babylonem pergenti Nearchus, qui ab Oceano Euphratẽ inuectus reuerterat, refert cõuenisse se certos Chaldæos, qui monebãt, Babylone vt abstineret. Nihil motus tamen progressus est. Postquam peruenit ad muros vrbis, corũorũ examen vidit certantium & se mutuò cædentium. quorum aliquot iuxta ipsum sunt delapsi. Inde delato ad eum indicio præfectũ Babylonis Apollodorũ de ipso exta consuluisse, aru- C
spicem Pythagoram acciuit. Non inficiantem factum rogauit quid deprehendisset in hostia: qui vbi respondit trunca exta fuisse, Papæ, inquit, fœdum prodigium! Nec Pythagorã violauit: verùm pœnituit eum quòd fidem non adhibuisset Nearcho. ac ferè extra muros Babylonios diuertit, circumvectusq; est animi causa Euphrate. Terrebant autem eum multa prodigia. Leonem grandissimũ & speciosissimum, eorum qui ibi alebãtur, domesticus asinus adortus calce interfecit. Depositis vestibus vnctus pila ludebat. Ibi iuvenes qui pila luserant, vbi resumenda erant pallia, hominẽ con- D
templantur tacitum in solio sedentẽ, diademate & amictu regio ornatũ. Hic in quæstione interrogatus qui esset: diu nõ reddidit vocem. Vix tandem, quum ad se redisset, Dionysiũ ait dici se, esse Messenium genere, certis autem criminibus accusatũ, atq; eò à mari ductũ longo spatio in vinculis fuisse, modò Serapim adstitisse sibi: vinculisq; exemptum eò deduxisse, atq; imperauisse vt veste regia sumpta & diademate, silentio consideret. His Alexander auditis, illum ex vatum consilio sustulit de medio. Cæterùm animo ipse anxio atque erga deos diffidenti iam euasit, aduersus amicos verò E
suspicioso. Antipatrum imprimis formidabat eiusque filios, ex quibus Iolas princeps pincerna erat, Cassander nuper aduenerat. Qui quum barbaros venerabundos illum salutantes conspexisset, vir in libertate enutritus Græca, atque huiuscemodi spectaculi hactenus insolens, in cachinnum est effusus. Ea re exarsit ita Alexander, vt arreptum crinibus caput eius ambabus manibus vehementer contuderit ad parietem. Aliâs respondere Antipatri accusatoribus aliquid parantem interpellans Cassandrum, Quid ais, inquit, tam longa via homines nihil læsos tantùm ad calumniandum venisse? Quum respondisset Cassander, esse F
id ipsum calumniæ indicium, quòd procul probationibus venissent: cachinnans Alexander,

τοῦτο ἡ Ἡφαιστίωνος ἐναγισμὸς ἐκαλεῖτο. τύμβον δὲ καὶ τάφον αὐτῷ καὶ τὸν περὶ ταῦτα κόσμον ἀπὸ μυείων ταλάντων ἐπιτελέσαι διανοούμενος, ὑπερβαλέσθαι δὲ τῷ φιλοτέχνῳ καὶ περιττῷ τῆς κατασκευῆς τὸν δαπανήσειν, ἐπόησεν, μάλιστα τῶν τεχνιτῶν Στασικράτει, μεγαλουργίαν τινὰ καὶ τόλμαν καὶ κόμπον ἐν ταῖς καινοτομίαις ἐπαγγελλόμενον. οὗτος γὰρ αὐτῷ πρότερον ἐντυχὼν, ἔφη, τῶν ὁρῶν μάλιστα τὸ Θρᾴκιον Ἄθων ἀνδριάντωσιν εὐπρεπέστατον δέχεσθαι καὶ ἀνδρόμορφωσιν· εἰ θέλοι κελεύοι, μονιμώτατον ἀγαλμάτων αὐτῷ καὶ περιφανέστατον ἐξεργάσασθαι τὸ Ἄθων, τῇ μὲν ἀριστερᾷ χεῖρα περιλαμβάνοντα πυρίαιδρον πόλιν οἰκουμένην, τῇ δὲ δεξιᾷ ἀπένδοντα ποταμοῦ ῥεῦμα δαψιλὲς εἰς τὴν θάλασσαν ἀπορρέοντος. ταῦτα μὲν οὖν παρῃτήσατο, πολλῷ δὲ ἀπορώτερα καὶ δαπανηρότερα τούτων σοφιζόμενος τότε καὶ συμμηχανώμενος τοῖς τεχνίταις διέτριβεν. εἰς δὲ Βαβυλῶνα πορευόμενος αὐτὸν, Νέαρχος (ἀφίκετο γὰρ αὖθις εἰς πλοῦσας εἰς τὸν Εὐφράτην ἀνὰ τῆς μεγάλης θαλάσσης) ἔφη τινὰς συντυγχάνειν αὐτῷ Χαλδαίους, παραινοῦντας ἀπέχεσθαι Βαβυλῶνος τοῦ Ἀλεξάνδρου. ὁ δὲ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ἐπορεύετο· καὶ πρὸς τοῖς τείχεσι θορυβούμενος, κόραξας εἶδεν πολλοὺς ἀναφερομένους, καὶ τυπτομένους ἀλλήλους, ὧν ἔνιοι κατέπεσον παρ' αὐτόν. ἔπειτα μανύσεως θορυβούσης κατὰ Ἀπολλοδώρου τοῦ στρατηγοῦ τῆς Βαβυλῶνος, ὡς εἴη περὶ αὐτὸν τεθυμμένος, σκάλᾳ Πυθαγόραν τὸν μάντιν. οὐκ ἀρνουμένου δὲ τὴν πρᾶξιν, ἐρώτησε τῶν ἱερῶν τὸ τέρας. φήσαντος δὲ ὅτι ὁ ἵππαρ ἦν ἄλοβον, Παπαῖ (εἶπεν) ἰσχυρὸν τὸ σημεῖον. καὶ τὸν Πυθαγόραν οὐδὲν ἠδίκησεν· ἦλθετο δὲ μὴ πειθεὶς τῷ Νεάρχῳ, καὶ τὰ πολλὰ τῆς Βαβυλῶνος ἔξω περιπατῶν καὶ περὶ πλέων τὸν Εὐφράτην διέτριβεν. ἐνώχλει δὲ αὐτὸν σημεῖα πολλά. καὶ γὰρ λέοντα τῶν τρεφομένων μέγιστον καὶ κάλλιστον ἥμερος ὄνος ἐπελθὼν καὶ λακτίσας ἀπέκτεινεν. ἀποδυσαμένου δὲ πρὸς ἄλειμμα, καὶ σφαῖραν αὐτὸν παίζοντος, οἱ νεανίσκοι οἱ σφαιρίζοντες, ὡς ἔδει πάλιν λαβεῖν τὰ ἱμάτια, καθορῶσιν αὐθέφτον ἐν τῷ θρόνῳ καθεζόμενον σιωπῇ, τὸ διάδημα καὶ τὴν στολὴν τὴν βασιλικὴν περικείμενον. οὗτος ἀνακρινόμενος ὅστις εἴη, χρόνον πολὺν ἄφωνος ἦν· μόλις δὲ συμφρονήσας, Διονύσιος μὲν ἔφη καλεῖσθαι, Μεσσήνιος δὲ εἶναι τὸ γένος. ἐκ δεινῶν αἰτίας καὶ κατηγορίας, ἐν τούτῳ κομισθεὶς ἀπὸ θαλάσσης, πολὺν χρόνον γεγονέναι ἐν δεσμοῖς· ἄρτι δὲ αὐτῷ τὸν Σάραπιν ἐπιστάντα τοὺς δεσμοὺς λυθῆναι, καὶ πορεύεσθαι κελεῦσαι, καὶ κελεύσαντα λαβόντα τὴν στολὴν καὶ τὸ διάδημα, καθίσαι καὶ σιωπᾶν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀλέξανδρος, τὸν μὲν αὐθέφτον (ὥσπερ ἐκέλευον οἱ μάντεις) ἠφάνισεν. αὐτὸς δὲ ἠθύμει καὶ δυσέλπις ἦν πρὸς τὸ θεῖον ἤδη καὶ πρὸς τοὺς φίλους ὕποπτος. μάλιστα δὲ Ἀντίπατρον ἐφοβεῖτο, καὶ τοὺς παῖδας, ὧν Ἴολαος μὲν, ἀρχοινοχόος ἦν· ὁ δὲ Κάσανδρος ἀφῖκτο μὲν νεωστὶ, θεασάμενος δὲ βαρβάρους τινὰς προσκυνοῦντας, ἅτε δὴ τεθραμμένος Ἑλληνικῶς, καὶ τοιοῦτο πρότερον μηδὲν ἑωρακώς, ἐγέλασεν προπετέστερον. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ὠργίσθη, καὶ δραξάμενος αὐτοῦ τῶν τριχῶν, σφόδρα ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἔπαισε τὴν κεφαλὴν πρὸς τὸν τοῖχον. αὖθις δὲ πρὸς τοὺς κατηγορεῖν τοῦ Ἀντιπάτρου λέγειν τι βουλόμενον τὸν Κάσανδρον ἐκκρούων, Τί λέγεις; (ἔφη) τοσαύτην ὁδὸν αὐθέφτους μηδὲν ἀδικουμένους, ἀλλὰ συκοφαντοῦντας ἐλθεῖν; φήσαντος δὲ τοῦ Κασάνδρου τοῦτο αὐτὸ σημεῖον εἶναι τοῦ συκοφαντεῖν, ὅτι μακρὰν ἥκουσι τῶν ἐλέγχων, ἀναγελάσας ὁ Ἀλέξανδρος,

» Ταῦτα σκεῦα (ἔφη) σφίσματα τῶν Ἀριστοτέλους, εἰς ἑκά-
» τερον τῶν λόγων· οἱμῳζόμενοι ἂν μικρὸν ἀδικηθῶτε φα-
» νῆτε τοὺς δυθεφόους. Ὃ δ' ὅλον αὐτῷ φασὶν δεινὸν ἐνδῦναι
καὶ δυσποιὸν ἐγγενέσθαι τῇ ψυχῇ τοῦ Κασάνδρου τὸ δέος,
ὥστε ὕστερον χρόνοις πολλοῖς, ἤδη Μακεδόνων βασιλεύοντα,
καὶ κρατοῦντα τῆς Ἑλλάδος ἐν Δελφοῖς περιπατοῦντα
καὶ θεώμενον τοὺς ἀνδριάντας, εἰκόνος Ἀλεξάνδρου φανεί-
σης, ἄφνω πληγέντα, φρίξαι καὶ κραδανθῆναι τὸ σῶμα,
καὶ μόλις ἀναλαβεῖν ἑαυτὸν ἱλιγγιάσαντα πρὸς τὴν ὄ-
ψιν. ὁ δὴ οὖν Ἀλέξανδρος ὡς ἐνέδωκεν τότε πρὸς τὰ θεῖα,
παρακρούσης ῥυόμενος καὶ περίφοβος τὴν θρῆνοιαν, οὐδὲν
ἧττον μικρὸν οὕτως τῶν ἀπίστων καὶ ἀπόπτων ὁ μὴ πέρας ἐποιεῖτο
καὶ σημεῖον, ἀλλὰ θυομένων καὶ καθαιρόντων καὶ μαντευόν-
των μεστὸν ἦν τὸ βασίλειον. οὕτως ἄρα δεινὸν μὲν ἀπιστία
πρὸς τὰ θεῖα, καὶ καταφρόνησις αὐτῶν· δεινὴ δὲ αὖθις ἡ δει-
σιδαιμονία, δίκην ὕδατος ἀεὶ πρὸς τὸ ταπεινούμενον, καὶ ἀ-
ναπλήρωσιν ἀβελτηρίας καὶ φόβου τὸν Ἀλέξανδρον ῥυόμενον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὧν χρησμῶν τῶν περὶ Ἡφαι-
στίωνος ἐκ θεοῦ κομιζόντων, ἀποθέμενος τὸ πένθος, αὖθις
ἦν ἐν θυσίαις καὶ τόποις. ἑστιάσας γὰρ λαμπρῶς τοὺς περὶ
Νέαρχον, εἶτα λουσάμενος ὥσπερ εἰώθει, μέλλων καθεύδειν,
Μηδίου δειπνοῦντος, ᾤχετο κωμασόμενος πρὸς αὐτόν· κἀκεῖ
πιὼν ὅλην τὴν ὑπνοῦσαν ἡμέραν, ἤρξατο πυρέττειν, οὔτε
σκύφον Ἡρακλέους ἐκπιών, οὔτε ἄφνω θραλγὴς γενόμενος τὸ μεταφρένον, ὥσπερ λόγχῃ πεπληγώς· ἀλλὰ ταῦτα
ἔνιοι φασὶν δεῖν γράφειν, ὥσπερ δράματος μεγάλου τραγικὸν ἐξόδιον καὶ περιπαθῆ πλάσαντες. Ἀριστόβουλος δὲ φη-
σὶν αὐτὸν πυρέττοντα μανικῶς, διψήσαντα γὰρ σφόδρα, πιεῖν
οἶνον. ἐκ τούτου γὰρ φρενητιάσαι, καὶ τελευτῆσαι, τετρακάδι Δαισίου μηνός. ἐν δὲ ταῖς ἐφημερείσιν οὕτως γέγραπται περὶ τῆς νόσου. Ὀγδόῃ ὅτι δεκάτῃ Δαισίου μηνὸς
ἐκάθευδεν ἐν τῷ λουτρῷνι, θραλγὲς πυρέξας. τῇ δὲ ἑξῆς
λουσάμενος εἰς τὸν θάλαμον μετῆλθεν, καὶ διημέρευε πρὸς
Μηδίον κυβεύων. εἶτ' ὀψὲ λουσάμενος, καὶ τὰ ἱερὰ τοῖς θεοῖς
θυσθεὶς, ἐμφαγὼν, θραλγὲς νυκτὸς ἐπύρεξεν. τῇ εἰκάδι λουσάμενος, πάλιν ἔθυσε τὴν εἰθισμένην θυσίαν· καὶ κατακείμενος
ἐν τῷ λουτρῶνι τοῖς περὶ Νέαρχον ἐρόλαζεν, ἀκροώμενος τὰ
περὶ τὸν πλοῦν καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν. τῇ δεκάτῃ φθίνοντος
τοῦτο ποιήσας μᾶλλον ἀνεφλέγη, καὶ τὴν νύκτα βαρέως ἔχων,
καὶ τὴν ὑπνοῦσαν ἡμέραν ἐπύρεττεν σφόδρα· καὶ μεταθεὶς κα-
τέκειτο πρὸς τὴν μεγάλην κολυμβήθραν· ὅτε δὴ τοῖς ἡγεμό-
σι διελέχθη περὶ τῶν ἐρήμων ἡγεμονίας τάξεων, ὅπως κα-
τασφήσωσι δοκιμάσαντες. ἑβδόμῃ, σφόδρα πυρέττων ἔθυσεν,
ἐξαρθεὶς πρὸς τὰ ἱερά. τῶν δὲ ἡγεμόνων ἐκέλευε τοὺς μεγί-
στους θραστείβειν ἐν τῇ αὐλῇ, τοξιάρχοις καὶ πεντακοσιάρ-
χοις ἔξω νυκτερεύειν. εἰς ὃ τὰ πέραν βασίλεια θραχυμι-
θεὶς, τῇ ἕκτῃ σμικρὸν ὕπνωσεν. ὁ δὲ πυρετὸς οὐκ ἀπῆκεν.
ἐπελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων, ἦν ἄφωνος. ὁμοίως δὲ καὶ
τὴν πέμπτην· διὸ καὶ τοῖς Μακεδόσιν ἔδοξεν τεθνάναι, καὶ
κατεβόων, ἐλθόντες ὅτι τὰς θύρας, καὶ διηπειλοῦντο τοῖς
ἑταίροις, ἕως ἐβιάσαντο. καὶ τῶν θυρῶν αὐτοῖς ἀνοιχθεισῶν,
ἐν τοῖς χιτῶσι καθ' ἕνα πολῖται πρὸς τὴν κλίνην παρεξ-
ῆλθον. ταύτης δὲ τῆς ἡμέρας οἱ περὶ Πύθωνα καὶ Σέλευκον,
εἰς τὸ Σαραπεῖον ἀποσταλέντες, ἠρώτων εἰ κομί-
σωσιν ἐκεῖ τὸν Ἀλέξανδρον· ὁ δὲ θεὸς κατὰ χώραν ἐᾶν αὐτὸν ἐκέλευεν. τῇ δὲ τρίτῃ φθίνοντος πρὸς δείλην ἀπέθανεν. τού-
των τὰ πλεῖστα κατὰ λέξιν ἐν ταῖς ἐφημερείσιν οὕτω γέγραπται. φαρμακείας δὲ ὑποψίαν αὐτίκα μὴν οὐδεὶς ἔσχεν.

A Hęc illa, inquit, commenta Aristotelis sunt in vtraque partem dicendi: pœnã luetis, si parum eos contuincemini læsisse. Breui ingentem terrorem aiunt Cassandri animum subisse & pertinaciter insedisse, vsqueadeo vt insequutis temporibus regnum Macedoniæ obtinens, & Græciæ potiens, quum Delphis inambularet contemplareturq; statuas, simulacro cõspecto Alexandri, subito horrore toto contremuerit corpore, & ad illius imaginis conspectum æstuans, ægrè colligeret se. Alexander igitur postquam semel religione obstrictus est, tumultuante & trepidante animo prędितus, nulla res insolita & alie-
B na tam oblata exigua est quam non verteret in prodigium & ostentum, sed sacrificantium, expiantiũ, & vaticinãtium erat regia referta. Adeo res est horrenda incredulitas & contemptio deorum, horrenda item superstitio, quæ aquæ modo vergit ad demissa, impletq; absurdis opinionibus & metu mortales, vt tunc Alexandrum. At ille oraculis de Hephæstione à Deo allatis luctum deposuit, iterumq; ad sacrificia & pocula se conuertit. Ac quum splendido conuiuio excepisset Nearchũ, atq; inde lotus de more suo esset iturus cubitum, ad obnixè rogantem Medium iuit comessatum. Apud hũc quum die-
C em insequentem totum perpotasset, febre est tentatus. Non exhausit Herculis scyphum, neque repentè spinæ dolore veluti hasta confixus ingemuit. Sed hæc putauerunt quidam scribenda, quasi magnæ fabulæ tragicum exodium & lamentabile fingentes. Aristobulus narrat, eum quum delirio ex febre teneretur, atq; ingenti cruciaretur siti, vinum potasse, hinc in phrenesim incidisse, atq; trigesimo mensis Dæsij die decessisse. In diarijs ad hũc modũ de morbo eius scriptum est: Octauo decimo die mensis Dæsij in balneo febris causa cubauit. Postero die lotus contulit se in cubiculum, eumq; diem aleæ ludo cum Medio transegit. inde vesperi lotus & sacris
D operatus cibum sumpsit auidius. Hinc nocte febre afflictus est. Die vigesimo lotus solenne sacrum iterum peregit, decumbensque in balneo Nearcho vacauit, nauigationem suam, & quid vidisset in Oceano, exponenti. Vigesimo primo quum idem fecisset, aggrauauit febris, noctemque egit grauem, ac postridie est acri febre tentatus, translatusq; decubuit iuxta magnum natatorium. Eodem tempore cum ducibus egit quemadmodum ordinibus vacuis præficerent spectatos. Vigesimo quarto ingrauescente vi morbi sacris operatus est, ad quæ est deportatus, ac præcipuos duces in aula iussit com-
E morari, centuriones & tribunos excubare pro foribus. Delatus in vlteriorem regiam vigesimo quinto die paulisper quieuit, febris non remisit. Quum adissent eum duces, iam vocem amiserat. Pari modo vigesimo sexto egit. Vnde Macedones mortuum rati ad fores magno strepitu accesserunt, minisque amicos regis coegerunt vt admitterentur, ac foribus apertis tunicati ad vnum omnes præter lectum eius transierunt. Eodẽ die Python & Seleucus ad templum Serapis missi consuluerunt Deũ an deportarent eò Alexandũ. Deus, ne eum mouerent loco, respõdit. Vigesimo octauo sub vesperam expi-
F rauit. Hæc ferè in diarijs ita perscripta ad verbum sunt. Veneni extemplo suspicionem nemo habuit.

Sexto demum anno autumant indicio delato Olympiada multos necasse, ossa etiam proiecisse mortui Iolæ, quasi venenum hic miscuisset. Qui verò autor Aristotelem huius facinoris perhibent Antipatro fuisse, atque omnino per illum allatum virus, hi Agnothemim quendam, qui id ex Antigono rege audisset, narrasse referunt. Venenum aquam frigidam fuisse & instar glaciei gelidam, quæ nonacride ex petra quadẽ resudet. Eam sicut tenuem rorem excipientes asini vngula reponere. nullo enim vase ferri alio posse, verùm erodere rigore suo & acrimonia omnia. Maxima pars tamen eam veneni fabulam prorsus existimant commentitiam, habentque argumentum non leue, quòd dissentientibus per multos dies ducibus, corpus quum locis feruidis & æstuosis iacuisset non curatum, eiuscemodi veneni nullum vestigium præ se tulerit, verùm sine liuore & tabe permanserit recens. Roxane prægnans erat, atque ideo quum à Macedonibus coleretur, Statiram autem æmularetur, literis circumventam commentitijs euocauit. quam, vt venit, cum sorore necauit, ac cadauera earũ in puteum præcipitauit, terramque ingessit, conscio & adiutore Perdicca. Ille enim mox in summa fuit potestate Aridæo, velut regni vmbra, stipatus. Natus hic ex obscura fuit muliere & vulgante corpus Philine, neque mentis compos ex corporis vitio non natiuo neque spontaneo. imò verò perspicuè ferunt in puero eluxisse festiuam indolem nec ignauam, pòst tamen, quum medicamentis fuisset ab Olympiade vitiatus, mente debilitatum fuisse.

ἕκτῳ ὃ ἔτει φασὶν μηνύσεως γενομένης, τὴν Ὀλυμπιάδα πολλοὺς μὲν ἀνελεῖν, ἐκείνας δὲ τὰ λείψανα τοῦ Ἰόλα τεθνηκότος, ὡς τοῦτον ὁ φάρμακον ἐγχέαντος. οἱ δὲ Ἀριστοτέλη φάσκοντες Ἀντιπάτρῳ σύμβουλον γενομένῳ τῆς πράξεως, καὶ ὅλως δι' ἐκείνου κομιζομένῳ τὸ φάρμακον, Ἀγνόθεμιν τινὰ διηγεῖσθαι λέγουσι, ὡς Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως ἀκούσαντα. τὸ δὲ φάρμακον, ὕδωρ εἶναι ψυχρὸν καὶ παγετῶδες ἀπὸ πέτρας τινὸς ἐν Νοναχρίδι οὔσης, κατὰ ὥσπερ δρόσον λεπτὴν ἀναλαμβανόντες, εἰς ὄνου χηλὴν ἀποτίθενται. τὴν γὰρ ἄλλην οὐδὲν ἀνιεῖν φέρειν, ἀλλὰ διακόπτειν τοῦ ψυχρότητος καὶ δριμύτητος. οἱ δὲ πλείστοι τὸν λόγον ὅλως οἴονται πεπλάσθαι περὶ τῆς φαρμακείας· καὶ τεκμήριον αὐτοῖς οὐ μικρὸν ὅτι τῶν ἡγεμόνων στασιασάντων ἐφ' ἡμέρας πολλάς, ἀθεράπευτον τὸ σῶμα κείμενον ἐν τόποις θερμοῖς καὶ πνιγώδεσιν, οὐδὲν ἔχον τοιαύτης φθορᾶς σημεῖον, ἀλλ' ἔμεινεν καθαρὸν καὶ τερές φατον. ἡ δὲ Ῥωξάνη κύουσα μὲν ἐτύγχανε, καὶ ἅμα τοῦτο μεμφομένη τοῖς Μακεδόσιν. διεζήλως δὲ ἔχουσα πρὸς τὴν Στάτειραν, ἐξηπάτησεν αὐτὴν ἐπιστολῇ τινι πεπλασμένῃ, θεραπεύεσθαι, καὶ προσαγαγοῦσα, μετὰ τῆς ἀδελφῆς ἀπέκτεινεν, καὶ τοὺς νεκροὺς εἰς τὸ φρέαρ κατέβαλε καὶ συνέχωσεν, εἰδότος ταῦτα Περδίκκου καὶ συμπράττοντος. τὸν γὰρ οὗτος ἐκεῖνος ἀνὴρ ὑπὸ δυνάμει μεγίστῃ, τοῦ Ἀρριδαίου, ὥσπερ δορυφόρημα τῆς βασιλείας, ἐφελκόμενος, γεγονὼς μὲν ἐκ γυναικὸς ἀδόξου καὶ κοινῆς Φιλίννης, ἀτελὴς δὲ φρενῶν ὄντα σφόδρα σώματος νόσον, καὶ φύσει πρεσβεύουσαν, οὐδὲ αὐτομάτως· ἀλλὰ καὶ πάνυ φασὶν παιδὸς ὄντος αὐτοῦ σφόδρα φαίνεσθαι χαρίεν ἦθος, καὶ οὐκ ἀγεννές· εἶτα μέντοι φαρμάκοις ὑπὸ Ὀλυμπιάδος κακωθέντα σφόδρα φθαρῆναι τὴν διάνοιαν.

PLVTARCHI

C. CÆSAR.

CORNELIAM Cinnæ, qui Romæ rerum potitus est, filiam postquam victor Sylla, neque spe neque metu perpellere Cæsarem valuit vt dimitteret, publicauit dotem eius. Causa inimicitiæ in Syllã Cæsari necessitudo Marij erat. Iuliam enim Cęsaris amitam Marius maior in matrimonio habuit, ex qua Marius iunior natus est Cæsaris consobrinus. Vt autem initiò ob eorum qui interficiebantur multitudinẽ & occupationes est à Sylla neglectus, non acquieuit, sed ad petitionem sacerdotij penè impubes venit in campum. Cęterum huius repulsam aduersante clàm ei Sylla tulit. qui quũ de necãdo eo deliberaret, & ostẽderent nonnulli nihil esse causæ cur tantulũ puerum trucidaret, Nihil mentis dixit eos habere, si non ei puero multos viderent Marios inesse. Hac voce ad Cęsarem perlata longo tempore palans in Sabinis abdidit se. Inde dũ valetudinis causa aliã in domũ transfertur, incidit in Syllanos milites, qui illa loca scrutabantur comprehendebantque, siqui delitescerent. Quorum ducem Cornelium duodecim millium denariorum mercede induxit vt dimitteretur, ac conscensa protinus naui in Bithyniam ad regem Nicomedem est profectus.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

ΤΗΝ Κίννα τοῦ μοναρχήσαντος θυγατέρα Κορνηλίαν, ὡς ἐπεκράτησε Σύλλας, οὔτε ἐλπίσιν οὔτε φόβῳ δυνηθεὶς ἀποστάσαι Καῖσαρος, ἐδήμευσε τὴν φερνὴν αὐτῆς. αἰτία δὲ Καίσαρι τοῦ πρὸς Σύλλαν ἀπεχθείας, ἡ πρὸς Μάριον οἰκειότης ἦν. Ἰουλία γὰρ, παῖς ἀδελφὴ Καίσαρος, ὁ πρεσβύτερος στρατηγὸς Μάριος, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Μάριος ὁ νεώτερος, ἀνεψιὸς ὢν Καίσαρος. ὡς δὲ ὑπὸ πλήθους φόνων ἐν ἀρχῇ καὶ δι' ἀχολίας ὑπὸ Σύλλα παρορώμενος, οὐκ ἠγάπησεν, ἀλλὰ μετιὼν ἱερωσύνην, εἰς τὸ δῆμον παρῆλθεν, ὕπω πάνυ μειράκιον ὤν, ταύτης μὲν οὐκ πεσεῖν αὐτὸν ἐναντιωθεὶς Σύλλας παρεσκεύασεν· τοῦ δὲ δυναστείας βουλευομένου, ἐνίων λεγόντων ὡς οὐκ ἔχοι λόγον, ἀποκτιννύναι παῖδα τηλικοῦτον, καὶ ἔφη νοῦν οὐκ ἔχειν αὐτοὺς, εἰ μὴ πολλοὺς ἐν τῷ παιδὶ τούτῳ Μαρίους ἑωρῶσιν. ταύτης τῆς φωνῆς ἀνενεχθείσης πρὸς Καίσαρα, συχνὸν μὲν χρόνον πλανώμενος ἐν Σαβίνοις, ἔκλεπτεν ἑαυτόν· ἔπειτα δὲ ἀρρωστίας εἰς οἰκίαν ἑτέραν μεταχωμιζόμενος, κατὰ νύκτα τοῦ πρὸς τῷ Σύλλα, διερευνωμένοις ἐκείνα τὰ χωρία, καὶ τοὺς κεκρυμμένους συλλαμβάνοσιν. ὧν τὸν ἡγεμόνα Κορνήλιον πείσας δυσὶ ταλάντοις ἀφείθη· καὶ καταβὰς εὐθὺς ἐπὶ θάλατταν, ἐξέπλευσεν εἰς Βιθυνίαν πρὸς Νικομήδην τὸν βασιλέα.

v. Palmerium contra Rualdum.

παρ' ᾧ διατείψας χρόνον οὐ πολύν, εἶτα ἀποπλέων, ἀλίσκεται περὶ τὴν Φαρμακοῦσαν νῆσον ὑπὸ πειρατῶν, ἤδη τότε σύλοις μεγάλοις καὶ σκάφεσιν ἀπλέποις κατεχόντων τὴν θάλατταν. πρῶτον μὲν οὖν αἰτηθεὶς ὑπ' αὐτῶν λύτρα εἴκοσι τάλαντα, κατεγέλασεν, ὡς οὐκ εἰ δόντων ὃν ἠρώτησιν· αὐτὸς δὲ ὡμολόγησεν πεντήκοντα δώσειν. ἔπειτα τοὺς περὶ αὐτὸν ἄλλον εἰς ἄλλην διαπέμψας πόλιν ὅπως τὴν χρημάτων ποίησιν, σὺν ἀνθρώποις φοινικωτάτοις Κίλιξιν μετ' ἑνὸς φίλου καὶ δυοῖν ἀκολούθοιν ἀπολελειμμένος, οὕτω καταφρονητικῶς εἶχεν. ὥστε πέμπων ἐπάκις ἀναπαύοιτο, παρεσείετο αὐτοῖς σιωπᾷν. ἡμέρας δὲ τεσσαράκοντα δυεῖν δεούσας, ὥσπερ οὐ φεύγοιμι, ἀλλὰ δορυφορούμενος ὑπ' αὐτῶν, ὅτι πολλῆς ἀδείας συνέπαιζε καὶ συνεγυμνάζετο. καὶ ποιήματα γράφων καὶ λόγους λυνάς, ἀκροατὰς ἐκείνοις ἐχρῆτο· καὶ τοὺς μὴ θαυμάζοντας, ἀπαίδευτος ἀπαιδεύτους καὶ βαρβάρους ἀπεκάλει· καὶ συνὼ γέλωτι πολλάκις ἠπείλησεν κρεμᾶν αὐτούς. οἱ δ' ἔχαιρον, ἀφελείᾳ μὲν καὶ παιδιᾷ τὴν παρρησίαν ταύτην νεμόντες. ὡς δ' ἦκεν ἐκ Μιλήτου τὰ λύτρα, καὶ δοὺς ἀφείθη, πλοῖα πληρώσας εὐθὺς ἐκ τῶν Μιλησίων λιμένος, ὅτι τοὺς λῃστὰς διώκετο. καὶ καταλαβὼν ἐπὶ τοῖς τῇ νήσῳ ναυλοχοῦσας, ἐκράτησεν τῶν πλείστων· καὶ τὰ μὲν χρήματα λείαν ἐποιήσατο, τοὺς δ' ἄνδρας ἐν Περγάμῳ καταδήσας εἰς δεσμωτήριον, αὐτὸς ἐπορεύθη πρὸς τὸν διέποντα τὴν Ἀσίαν Ἰούνιον, ὡς ἐκείνῳ προσήκων· ὅθεν στρατηγῷ κελεύσας τοὺς ἐλεγχόντας. ἐκείνου δὲ καὶ τοῖς χρήμασιν ἐπιφθαλμοῦντος, (ἐπεὶ γὰρ οὐκ ὀλίγα) καὶ περὶ τῶν αἰχμαλώτων σκέψασθαι φάσκοντος ὅτι σχολῆς, χαίρειν ἐάσας αὐτὸν ὁ Καῖσαρ, εἰς Πέργαμον ἦλθε, καὶ προσαγαγὼν τοὺς λῃστὰς ἄπαντας ἀνεσταύρωσεν, ὥσπερ αὐτοῖς δοκῶν παίζειν ἐν τῇ νήσῳ προειρήκει πολλάκις. ἐκ δὲ τούτου τῆς Σύλλα δυνάμεως ἤδη μαραινομένης, καὶ τῶν οἴκοι καλούντων αὐτόν, ἔπλευσεν εἰς Ῥόδον ὅτι σχολὴν πρὸς Ἀπολλώνιον τὸν τοῦ Μόλωνος, οὗ καὶ Κικέρων ἠκροᾶτο, σοφιστεύοντος ἐπιφανοῦς, καὶ τὸν τρόπον ὑπείκοντος εἰ δοκοῦντος. λέγεται δὲ καὶ φύσει πρὸς λόγους πολιτικοὺς ὁ Καῖσαρ ἄριστα, καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν, ὡς τὰ δευτερεῖα μὲν ἀδηλείτως ἔχειν, τὸ δὲ πρωτεῖον, ὅπως τῇ δυνάμει καὶ τοῖς ὅπλοις πρῶτος εἶη μᾶλλον· ἀλλ' ἀφληθεὶς ὑφεῖναι, πρὸς ὅπερ ἡ φύσις ὑφηγεῖτο τῆς ἐν τῷ λέγειν δεινότητος, ἐπὶ στρατείαν καὶ πολιτείας, ἣ κατεκτήσατο τὴν ἡγεμονίαν, οὐκ ἀξιοῦμεν. αὐτὸς δὴ οὖν ὕστερον ἐν τῇ πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος συγγραφῇ παραιτεῖται, μὴ στρατιωτικὸν λόγον ἀνδρὸς ἀντεξετάζειν πρὸς δεινότητα ῥήτορος δι' φυσικῆς, καὶ σχολὴν ὅτι τοῦτο πολλὴν ἄγοντος. ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ῥώμην, Δολοβέλλαν ἔκρινεν κακώσεως ἐπαρχίας, καὶ πολλαὶ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῶν πόλεων μαρτυρίας αὐτῷ παρέσχον. ὁ μὲν οὖν Δολοβέλλας ἀπέφυγε τὴν δίκην, ὁ δὲ Καῖσαρ, ἀμειβόμενος τὴν Ἑλλάδα τῆς προθυμίας, συνηγόρευσεν αὐτῷ, Πόπλιον Ἀντώνιον διωκούσῃ δωροδοκίας, ὅτι Λεύκολλον τὸν Μάρκου Μακεδονίας στρατηγοῦ. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε τὸν Ἀντώνιον ὑπικαλέσασθαι τοὺς δημάρχους, σκηψάμενον οὐκ ἔχειν ὅ ἴσον ἐν τῇ Ἑλλάδι πρὸς Ἕλληνας. ἐν δὲ Ῥώμῃ πολλὴν μὲν ὅτι τῷ λόγῳ περὶ τὰς συνηγορείας αὐτοῦ χάριν ἐξέλαμπεν, πολλὴν δὲ τῆς περὶ τὰς δοξασίας καὶ ὁμιλίας φιλοφρονούμενος ἔνοια πρὸς τὸν δήμοτον ἀπήντα, πρεσβευτικοῦ παρ' ἡλικίαν ὄντος. ἐν δὲ τοῖς καὶ ἀπὸ δείπνων καὶ βαπτίζης, καὶ ὅλως,

A Apud quem quum non diu desedisset, discedens in pelago ad Pharmacusam insulam capitur à piratis. qui magnis iam classibus multisque nauigijs mare infestum habebant. Hos Cæsar primùm postulantes pro ipsius redemptione viginti talenta, derisit, quasi ignaros quem tenerent. ipse quinquaginta daturum se pollicitus est. Inde comitibus suis aliò ad aliam vrbem expediendæ pecunię gratia dimissis, inter homines immanissimos Cilicas cum vno amico & duobus seruis relictus, adeo eos despexit, vt quoties quiescebat, misso aliquo indiceret illis silentium. Dies duodequaragin-
B ta, quasi non custodiretur, sed stiparetur ab eis, vnà ludebat & se exercebat. Iam carmina & orationes scribebat, eaque in circulo eorum pronuntiabat. siqui non admirarentur ea, hos palàm inertes appellabat & barbaros. frequẽter per iocum suspensurum eos se minabatur. Placebat id illis, simplicitati eius & ætati hanc linguæ libertatem adscribentes. Vt allata Mileto pecunia, qua redimeretur, & numerata missus est, compleuit confestim naues, atque ex Milesiorum portu ad persequendos prædones soluit, occupansq; ad illam insulam adhuc stantes plerosq; in potestatem rede-
C git. quorum pecuniam in prædã vertit, ipsos Pergami dedit in custodiam, atq; ad Iunium, qui cum imperio Asiam obtinebat, profectus est, quòd illius, vt prætoris, esset de captiuis supplicium sumere. Qui quum nummis eorum oculos adiecisset (neq; enim pauca summa erat) & de captiuis cõsideraturum se diceret per otium, salute Cæsar prætori dicta, Pergamum contendit, sustulitq; in crucem piratas omnes, sicut per speciem ioci crebrò in insula illis prædixerat. Interea languescẽte iam Syllæ potentia, & necessarijs eum domũ reuocantibus, Rhodum nauigauit ad Apolloniũ Molonis,
qui magistratus nunquam ante fuerat annuus. In proximum annum consul est creatus. Male audiuit, quod per seditionem militarem duobus interfectis viris prætoriis, Cosconio & Galba, hactenus castigauerit milites: quod pro militib. Quirites appellauerit. Diuisit in singulos millenos denarios, agrumq; latum assignauit in Italia. Fuit præterea eius suggillatio Dolobellæ furor Amintii auaritia, ebrietas Antonii, & Cornificius sector Pōpeii domum eius mutans, quasi non satis amplam. Hęc enim populum Romanum mordebāt. Cæteriū Cæsar, quanuis non ignoraret vel probaret ea, cogebatur tamen ad institutum suum vti illis administris. Porro quia Cato & Scipio post aciem Pharsalicam in Africam refugerant, atq; ibi regis Iubæ ope magnas coegerant copias, statuit expeditionē Cæsar in illos suscipere. Circa solstitium brumale traiecit in Siciliam. Vt autem omnem statim ducibus suis spem præcideret cunctationis & moræ, statuit tabernaculum suum in crepidine maris, ac vento oblato conscendens cum tribus millibus peditum & paucis equitibus vela fecit: quibus expositis repetiit clam mare de maiore exercitus parte solicitus. His iam vela facientibus occurrit, omnesque in castra deduxit. Hostes verò accipiens oraculo quodam fretos veteri, fatale esse Scipionum gentē semper in Africa inuictam fore, haud facile dictu, ioco an vt serio ad se traduceret omen, quod esset in præsidiis suis quidam obscurus alioquin & abiectus, ex familia tamen Africanorum (Scipio Sallutio vocatus fuit) eum in præliis ante signa vt ducem exercitus locauit. Subigebatur subinde lacessere & adoriri hostes. Quippe & re frumentaria deficiebantur milites, neque suppeditabat pabulum iumentis, sed algæ marinæ abluta salsugine pauculam herbam pro condimento admistam obiicere equis cogebantur. Numidæ enim frequentes & expediti subito exorientes regionem vndique habebant infestam. Feriantem aliquando Cæsaris equitatum (nam forte Afer quidam saltationem ostentabat, simulque ad miraculum vsque canebat tibia, quo oblectati milites considebant atque equos commiserant pueris) circunfusi repente adoriuntur hostes, partim obtruncant, partim effuse ad castra fugientibus Iulianis vno agmine irrumpunt. Quod ni Cæsar ipse, vnaque Asinius Pollio suppetias ferētes extra vallum fugam repressissent, transactum erat bellum. Præterea alio in conflictu signis collatis superiores hostes fuere. In eo fugientem Cæsar aquiliferum collo dicitur corripuisse ac conuertisse dicens, Hic hostes sunt. His erectus successib. Scipio est ad acie dimicandum, relictoque seorsum Afranio, seorsum etiā Iuba, qui castra exiguo inde interuallo habebant, instituit Scipio super lacum præsidium munire prope vrbem Thapsagū, quo id omnib. ad pugnā arx & refugiū foret. Dū in eo est, Cæsar loca saltuosa & impedimenta incredibili celeritate transmisit, atque alios circumuasit, alios in frontem est adortus: quibus fusis fugatisque occasione & impetu fortunæ vsus est,

quo momento Afranii castra cepit, momento Iuba fugiente Numidarum castra diripuit. Ita diei vnius exiguo spatio trinis potitus castris, cæsis hostium millib. quinquaginta, ne quinquaginta quidem desiderauit de suis. Ita aliqui de pugna illa tradunt. Negant alii rei gerendæ illum interfuisse, sed dum instruit & adornat exercitum, solito morbo correptum: quem vt primùm sensit ingruentẽ, priusquam inuaderetur & occuparetur prorsus à malo sensus, trementem iam in proximam turrim ablatum fuisse atq; ibi quieuisse. Ex iis qui ex acie refugere, consularib. & prętoriis viris, alii, dum cõprehenduntur, semetipsi interfecere, multos Cæsar captos necauit. Catonem in potestate habere viuum affectans Vticam properauit: quam vrbem seruans non interfuit Cato pugnæ. Vbi verò est ad eum allatum, manus sibi Catonem intulisse, ostendit ea remorderi se Cæsar. Qua verò de causa, obscurum est: ait autem, Inuideo Cato hoc lethum tibi: nempe tu mihi salutem inuidisti tuam. Enimverò quam postea in Catonem scripsit defunctum orationem, nõ apparet sereni vel placabilis in eum animi esse significationem: qui enim pepercisset viuenti, quum in exanimem tantam effuderit bilem? At ex eius aduersus Ciceronem, Brutum, atq; infinitos alios hostes suos augurantur clementia nec librum illum odio, sed ciuili adductum ambitione commentatũ fuisse ex huiuscemodi causa. Scripsit Cicero Catonis laudationẽ, cui libro Catonem nomen reddidit. Is nimirum omnium manibus terebatur vt ab oratore eloquentissimo in argumento factus præstantissimo. Pupugit id Cæsarem notam suam ratus mortui ipsius causa celebrationem. Ea in oratione vim magnam criminũ in Catonem congessit. Libello Anticatoni titulum fecit. Habet vterq; liber æmulos Cæsaris & Catonis causa multos. Vt verò ad vrbem est ex Africa regressus, primùm hanc victoriam in concione venditauit, commemorans se tam latum subegisse tractum, qui vectigal quotannis penderet frumẽti ducentena millia medimnüm Atticorum, olei tricies centena millia librarum. Inde tres triumphos duxit, Alexandrinum, Ponticum, Africanum, non de Scipione, sed de rege Iuba scilicet. Ibi Iuba filius eius admodum puer in triumpho ductus est. Fortunata fuit ei captiuitas, qui inde ex barbaris Numidis inter eruditissimos historicos recensetur. Sub triumphos ingentia præmia largitus est militibus, populumq; epulis & spectaculis deliniuit. Excepit eum tricliniorum in summa viginti duobus millibus. Spectacula edidit gladiatorum & prælii naualis in filiæ Iuliæ honorem iamdudum defunctæ. A spectaculis censu acto pro trecentis viginti millib. ciuium, quot superiore censu fuerant, censi sunt in totum centum quinquaginta millia. Tantam inflixit bellum ciuile cladem, tantamque populi portionem absumpsit, vt taceam acceptas per reliquam Italiam & prouincias calamitates. His peractis consul quartum designatus in Hispaniam cum exercitu profectus est contra Pompeii liberos: qui licet iuuenes etiamnum, immensum tamen numero coëgerant exercitum, animosq; ostendebant ei imperando pares,

A ἐφ' ἧς αὐλοεὶ μὴν ἤρει ὁ Ἀφρανίου στρατόπεδον, αὐλοεὶ δὲ φύγοντος Ἰόβα, διεπόρθη ὁ τῶν Νομάδων· ἡμέρας μὴν μιᾶς μέρει μικρῷ τριῶν στρατοπέδων ἐγκρατὴς γενόμενος, καὶ πεντακισμυρίους τῶν πολεμίων ἀνῃρηκώς, οὐδὲ πεντήκοντα τῶν ἰδίων ἀπέβαλεν. οἱ μὲν ταῦτα περὶ τῆς μάχης ἐκείνης διαγγέλλουσιν, οἱ δὲ οὐφασὶν αὐτὸν ἐν τῷ ἔργῳ νοσεῖσθαι, σωματάλγοντος δὲ τοῦ στρατιᾶ καὶ ἀμακροσμοιοῦτος ἄφασθαι τὸ σύνηθες νόσημα. τὸν δὲ ἀθυμοῦντα ἀρρωστίᾳ, πρὶν ἐκτραπέσθαι καὶ καταλαμβάνεσθαι πανταπασιν ὑπὸ τῶν πάθους τοῦ αἰσθήσιν, ἤδη σιόμενον, εἴς τινα τῶν πλησίων

B πύργων κομισθῆναι, καὶ ἀμαγαγεῖν ἐν ἡσυχίᾳ. τῶν δὲ πεφυγότων ἐκ τῆς μάχης ὑπατικῶν καὶ στρατηγικῶν ἀνδρῶν, οἱ μὲν ἑαυτοὺς διέφθειραν ἀλισκόμενοι, συχνοὺς δὲ Καῖσαρ ἔκτεινεν ἁλόντας. Κάτωνα δὲ λαβεῖν ζῶντα φιλοτιμούμενος, ἔσπευδεν πρὸς Ἰούκιον· (ἐκείνῳ γὰρ τῷ φυλάττειν τοῦ πόλιν, οὐ μετέσχεν τοῦ ἀγῶνος) πυθόμενος δὲ ὡς ἑαυτὸν ὁ ἀνὴρ διεργάσαιτο, δῆλος μὲν ἦν δηχθεὶς, ἐφ' ᾧ δὲ, ἄδηλον. εἶπε δὴ οὖν. Ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου· καὶ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας. ὁ μὲν οὖν μετὰ ταῦτα γεγραφεὶς ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς Κάτωνα τεθνεῶτα λόγος, οὐ δοκεῖ

C πρᾴως ἔχοντος οὐδὲ ἀδιάλλακτος σημεῖον εἶναι. πῶς γὰρ ἂν ἐφείσατο ζῶντος, εἰς ἀναίσθητον ἐκχέας ὀργὴν τοσαύτην, τὴν πρὸς Κικέρωνα καὶ Βροῦτον αὐτοῦ καὶ πλείους ἄλλους τῶν πεπολεμηκότων ὑπτιοκεία, τεκμαίρονται καὶ τὸν λόγον ἐκεῖνον οὐκ ἐξ ἀπεχθείας, ἀλλὰ φιλοτιμίας πολιτικῆς, σωστεπάχθαι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. ἔγραψε Κικέρων ἐγκώμιον Κάτωνος, ὄνομα τοῦ λόγου θέμενος Κάτωνα· καὶ πολλοῖς ὁ λόγος οὗτος διὰ σπουδῆς, ὡς εἰκὸς, ὑπὸ τοῦ δεινοτάτου τῶν ῥητόρων εἰς τὸν κάλλιστον πεποιημένος ὑπόθεσιν. τοῦτο νυνὶ Καῖσαρ, κατηγορίαν αὐτοῦ νομίζοντα τὸν τοῦ τεθνηκότος δι' αὐτὸν ἔ-

D παινον. ἔγραψεν οὖν πολλὰς τινας κατὰ τοῦ Κάτωνος αἰτίας συναγαγών· ὃ δὲ βιβλίον Ἀντικάτων ὑπεγράφατο. καὶ σπουδαστὰς ἔχει τῶν λόγων ἑκάτερος διὰ Καῖσαρ καὶ Κάτωνα, πολλοὺς. ἀλλὰ γὰρ ὡς ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην ἀπὸ Λιβύης, πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῆς νίκης ἐμεγαλησήρησεν πρὸς τὸν δῆμον, ὡς τοσαύτην κεχειρωμένος χώραν ὅση παρέζει καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς τὸ δημόσιον, σίτου μὲν εἴκοσι μυριάδας Ἀττικῶν μεδίμνων, ἐλαίου δὲ, λίτρων μυριάδας τριακοσίας. ἔπειτα θριάμβους κατῆγε, τὸν Αἰγυπτιακὸν, τὸν Ποντικὸν, τὸν Λιβυκὸν, οὐκ ἀπὸ Σκιπίωνος, ἀλλ' ἀπὸ Ἰόβα δῆθεν τοῦ βα-

E σιλέως. τότε καὶ Ἰόβας υἱὸς ὢν ἐκείνου, κομιδῇ νήπιος, ἐν τῷ θριάμβῳ παρήχθη, μαθητευόμενος ἄλλοις ἄλλοσιν, οὐκ βαρβάρων καὶ Νομάδων, Ἑλλήνων τοῖς πολυμαθεστάτοις ἐπάειθμος γενέσθαι συγγραφεῦσιν. μετὰ δὲ τοὺς θριάμβους, πανδοκίαις τε μεγάλας δωρεὰς ἐδίδου, καὶ τὸν δῆμον ἀνελάμβανεν ἑστιάσεσι καὶ θέαις· ἑστιάσας μὲν ἐν δισμυρίοις καὶ διακοσίοις τρικλίνοις ὁμοῦ σύμπαντας, θέας δὲ καὶ μονομάχων καὶ ναυμαχιῶν ἀνδρῶν τοῦ μαχῶν ὑπὲρ τῇ θυγατρὶ Ἰουλίᾳ πάλαι τεθνεώσῃ. μετὰ δὲ τὰς θέας γενομένων τιμήσεων, ἀντὶ τῶν τριστέρων δυεῖν καὶ τριάκοντα μυριάδων, ἐξητάθησαν αἱ πᾶσαι πεντεκαιδεκα. τηλικαύτην ἡ στάσις ἀπειργάσατο συμφορὰν, καὶ τοσοῦτον ἀπεμήλωσε τοῦ δήμου

F μέρος· ἔξω τοῦ λόγου τιθεμένοις τὰ κατὰ χώραν τὴν ἄλλην Ἰταλίαν ἀτυχήματα καὶ τὰς ἐπαρχίας. συντελεσθέντων δὲ τούτων, ὕπατος ἀποδειχθεὶς ὁ τέταρτον, εἰς Ἱσπανίαν ἐστράτευσεν ὑπὲρ τοὺς Πομπηίου παῖδας, νέους μὲν ὄντας ἔτι, θαυμαστὴν δὲ τοῦ πλήθει στρατιὰν συνειληχότας, καὶ τόλμαν ἀποδεικνυμένους ἀξιόχρεων πρὸς ἡγεμονίαν,

ὥστε κίνδυνον τῷ Καίσαρι παρίστασθαι τὸν ἔσχατον. ἡ δὲ μεγάλη μάχη περὶ πόλιν συνέστη Μουνδῆνῳ, ἐν ᾗ Καῖσαρ ἐνθυμούμενος ὁρῶν τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ κακῶς ἀντέχοντας, εἰ δόα διὰ τῶν ὅπλων καὶ τῶν τάξεων διαθέοντες, εἰ μηδὲν αἰδοῦνται λαβόντας αὐτὸν ἐγχειρήσαντας τοῖς παιδαρίοις, μόλις ὑπὸ τοσαύτης πολλῆς τοῖς πολεμίοις ὠσάμενος, ἐκείνων μὲν ὑπὲρ τετρακισχιλίους διέφθειρεν, τῶν δὲ αὐτῶν χιλίους ἀπώλεσε τοὺς ἀρίστους. ἀπιὼν δὲ μετὰ τὸν μάχην πρὸς τοὺς φίλους, εἶπεν, ὡς πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νυνὶ δὲ πρῶτον περὶ ψυχῆς. ταύτῃ τῇ μάχῃ ἐνίκησεν τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, καθ' ἣν λέγεται καὶ Πομπήϊος Μάγνος ὅτι τὸν πόλεμον ἔξελθεῖν· διὰ μέσου δὴ χρόνος ἐνιαυτῶν τεσσάρων διῆλθεν. τῶν δὲ Πομπηΐου παίδων ὁ μὲν νεώτερος διέφυγε, τοῦ δὲ πρεσβυτέρου μετ' ἡμέρας ὀλίγας Δίδιος ἀπεκόψατο τὴν κεφαλήν. τοῦτον ἔσχατον Καῖσαρ ἐπολέμησε τὸν πόλεμον. ὁ δὲ ἀπ' αὐτοῦ καταθεὶς θρίαμβος, ὡς οὐδὲν ἄλλο, Ῥωμαίοις ἠνίασεν. οὐ γὰρ ἀλλοφύλοις ἡγεμόνας οὐδὲ βαρβάρους βασιλεῖς κατηγωνισμένον, ἀνδρὸς δὲ Ῥωμαίων κρατίστου τύχῃ κεχρημένου παῖδας καὶ γένος ἄρδην διῃρηκότα, ταῖς τ' πατρίδος ἐπιπομπεύειν συμφοραῖς οὐ καλῶς εἶχεν, ἀγαλλόμενον ἐπὶ τούτοις, ὧν μία καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀπολογία, ὃ μετ' ἀνάγκης πεπράχθαι. καὶ ταῦτα, πρότερον μήτε ἄγγελον μήτε γράμματα δημόσια πέμψαι περὶ νίκης ἀπὸ τῶν ἐμφυλίων πολέμων, ἀλλὰ ἀπωσάμενον ἀγχοῦν τὴν δόξαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τύχην τοῦ ἀνδρὸς ἐγκεκλικότες, καὶ δεδιγμένοι τὸν χαλινόν, καὶ τῶν ἐμφυλίων πολέμων καὶ κακῶν ἀπαυνοῦν ἠξιούμενοι τὴν μοναρχίαν, δικτάτορα μὲν αὐτὸν ἀπέδειξαν διὰ βίου. τοῦτο δὲ καὶ ὁμολογουμένη μὲν τυραννίς, τῷ ἀνυπευθύνῳ τῆς μοναρχίας τὸ ἀκατάπαυστον προσλαβούσης· τιμὰς δὲ τὰς πρώτας Κικέρωνος εἰς τὴν βουλὴν γράψαντος, ὧν ἀμφοτέρως ἀνθρώπινον καὶ τὸ μέγεθος, ἕτεροι προσλαθόντες ὑπερβολὰς, καὶ διαμιλλώμενοι πρὸς ἀλλήλους, ἐξειργάσαντο καὶ τοῖς προσπάτοις ἐπαχθῆ τὸν ἄνδρα καὶ λυπηρὸν γενέσθαι διὰ τὸν ὄγκον καὶ τὴν ἀποπίαν τῶν ψηφιζομένων. οἷς οὐδὲν ἧττον οἴονται συναγωνίσασθαι τῶν κολακευόντων Καίσαρα τοὺς μισοῦντας, ὅπως ὅτι πλείστας κατ' αὐτὸν προφάσεις ἔχωσι, καὶ μετὰ μεγίστων ἐγκλημάτων ἐπιχειρεῖν δοκῶσιν. ἐπεὶ τά γε ἄλλα τῶν ἐμφυλίων αὐτῷ πολέμων πέρας ἐχόντων ἀνέγκλητον παρεῖχεν· καὶ τότε τὴν ἐπιεικείας ἱερὸν οὐκ ἄπο τόπου δοκοῦσιν χαριεστέρου ἐπὶ τῇ προσόψει ψηφίσασθαι. καὶ γὰρ ἀφῆκε πολλοῖς τῶν πεπολεμηκότων πρὸς αὐτὸν, οἷοις δὲ καὶ τιμὰς καὶ ἀρχὰς, ὡς Βρούτῳ καὶ Κασσίῳ, προσέθηκεν· ἐστρατήγησαν γὰρ ἀμφότεροι. καὶ τὰς Πομπηΐου καταβεβλημένας εἰκόνας οὐ περιεῖδεν, ἀλλ' ἀνέστησεν. ἐφ' ὧν καὶ Κικέρων εἶπεν ὅτι Καῖσαρ τοὺς Πομπηΐου φήσας ἀνδριάντας, τοῖς ἰδίοις ἔπηξεν. τῶν δὲ φίλων ἀξιούντων αὐτὸν δορυφορεῖσθαι, καὶ πολλῶν ἐπὶ τοῦτο παρεχόντων ἑαυτοὺς, οὐχ ὑπέμεινεν· εἰπὼν ὡς βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ ἀεὶ προσδοκᾶν. τὴν δ' εὔνοιαν, ὡς κάλλιστον ἑαυτοῦ ἅμα καὶ βεβαιότατον ἑαυτῷ περιβαλόμενος φυλακτήριον, αὖθις ἀπελάμβανε τὸν δῆμον ἑστιάσεσι καὶ σιτηρεσίοις· τὸ δὲ γραπτικὸν, ἀποικίαις, ὧν ἐπιφανέστατα Καρχηδὼν καὶ Κόρινθος ἦσαν. αἷς καὶ πρότερον τὴν ἅλωσιν, καὶ τότε τὴν ἀνάληψιν ἅμα, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀμφοτέραις γενέσθαι συνέτυχεν. τῶν δὲ δυνατῶν τοῖς μὲν ὑπατείας καὶ στρατηγίας εἰς τοὔπιθεν ἐπηγγείλατο, τοῖς δὲ ἄλλαις τισὶν ἐξουσίαις καὶ τιμαῖς παρεμυθεῖτο· πᾶσιν δὲ ἐλπίζειν ἐπέδιδου, μηδὲν δυόμενος ἄρχειν ἐκόντων.

A vnde in periculum extremum est adductus Cęsar. Magnus conflictus est ad vrbem Mundam commissus: in quo inclinatam aciem suam Cæsar & ægrè resistentem cernens, clamauit per medios discurrens armatos & ordines, ecquid eos puderet, quòd pueris se proditum irent. Hostibus tandem acri contentione pulsis triginta millia ex illis oppressit, ex suis mille desiderauit fortissimos quosq;. Reuertens à pugna dixit ad amicos, Sæpè se pro victoria, in præsentia verò pro vita primùm dimicasse. Hanc victoriam obtinuit Saturnalibus: quibus Pompeius Magnus quoq; ad bellum profectus

B dicitur spatio annorum quatuor interiecto. Ex Pompeii liberis minor est elapsus. Maioris paucis pòst diebus Didius caput retulit. Hoc Cæsar bellum gessit nouissimum. Quem de eo duxit, triumphus supra modum fuit Romanis acerbus. Neque enim alienigenis ducibus vel regibus oppressis barbaris, sed viri Romani summi calamitate afflicti liberis & familia semel oppressis fœdum habebatur patriæ insultare calamitatibus, atq; exultare ob has, quarum vnica apud deos atque homines, quòd necessario esset eò compulsus, existebat defensio, idque quum antè nec nuncio nec literis vi-

C ctoriam ex bellis ciuilibus relatam publicè significasset, sed gloriam illam reiecisset rubore. Veruntamen ad Cæsaris fortunam inclinantes Romani frænumq; accipientes, atq; à bellis intestinis arbitrantes dominatum respirationem, dictatorem perpetuum eum dicunt. Erat vera ea tyrannis, quum ad potestatem absolutam accessisset perpetuitas. Primos honores, quos humanum sanè capiebat fastigium, quum Cicero ei in senatu decreuisset, alii immodicis certatim adiiciendis Cæ-

D sarem vel apud placidissimos inuidiosum reddidere & odiosum, ob tumorem & nouitatem decretorum, in quibus non minus inimicos Cæsaris quàm adulatores putant elaborasse, quo pluribus ex occasionibus & offensionibus maximis in eum viderentur insurgere: quando cætera bellis explicatis ciuilibus præstitit sese irreprehensibilem. Ac clementiæ quidem ædem tunc non immeritò ad honorandum lenitatem Cæsaris decreuisse eos dicas. Quippe hostibus suis multis salutem dedit, nonnullis honores quoque & magistratus, velut Bruto & Cassio, addidit: quorum erat vterque prætor. Iam statuas deiectas Pompeii non permisit iacêre, sed reposuit. Quamobrem Cicero ait, Cæsar, dum Pompeii statuas

E erigit, suas stabilit. Monentibus eum amicis, stipatoribus vt cingeret se, multisque ad id se offerentibus, non sustinuit, præstare dicens semel mori, quàm semper timere. Sepiens verò se, vt optimo iuxta ac fidelissimo custode, beneuolentia, populum iterum epulis & tesseris annonariis deliniuit, milites coloniis deducendis, quarum fuerunt clarissimæ Carthago & Corinthus: quibus & capi antè & tunc instaurari vna eademq; tempestate ambabus contingit. Principibus partim consulatus & præturas obtulit in posterum: alios aliis imperiis & honoribus leniuit. Omnibus bonam spem ostendit, affectans volentibus imperare.

Itaq; quum Maximus conſul deceſſiſſet, in diem vnam magiſtratus reliquam conſulem creauit Caninium Rebilium. Ad quem de more ſalutandum & proſequendum multis cõtendentibus, Cicero, Maturemus, inquit, priuſquam ille abeat magiſtratu. Quia verò ingenium eius grandia moliens & affectans multæ res præclarè geſtæ non ad fruendum elaboratis vertere, ſed vt incitamenta & fidentia in futurum, maiorum rerum infuderunt cogitationes, nouæque gloriæ cupiditatem, quaſi conſumpta præſenti, motus erat eius nihil aliud quàm ipſius ſecum tanquam cum alio æmulatio & contentio quædam ſuperandi conſequentibus patrata. Parabat & inſtituebat Parthos bello petere. His ſubiugatis per Hyrcaniam ſecundum mare Caſpium & Caucaſum ambire Pontum, atque ita Scythiam inuadere, incurſatiſque quæ Germaniæ circumiecta ſunt, ac Germania ipſa, per Galliam regredi in Italiam, atq; hunc committere imperii Romani Oceano vndiq; circunſcripti orbem. Interea dum expeditio ea paratur, Iſthmum Corinthium perfodere molitus eſt. Hinc Anienen in animo habebat Tiberimq; ſtatim ab vrbe alta exceptos foſſa atq; ad Circeum deflexos, in mare ad Tarracinam deducere, quo ſecurum & pronum mercatoribus curſum paratet ad vrbem. Ad hæc paludes in Nomentanis & Setinis diriuare, atque efficere campum qui multa millia poſſet capere agricolarum. Proximo vrbi mari clauſtra aggeribus imponere, cæcumque & importuoſum Oſtiæ littus repurgare, ac portus ibi moliri ſtationesque tantæ ſufficientes nauigationi. Atque hæc inſtituebantur. At faſtorum ordinatio atque inæqualitatis anni correctio ratione mathematica ſcitè explicata ad exitumque perducta, vſum præbuit elegantiſſimum. Namque Romani non modò temporibus admodum vetuſtis non habebant certos & congruentes cum anno menſium anfractus: vt ſacrificia & feſti dies paulatim labentes, in diuerſas incurrerint à temporibus ſuis tempeſtates: verùm ſolaris etiam, qui tunc obtinebat cæteris erat prorſus cæcus. Soli ſacerdotes momentorum conſcii repentè ac nemine præſentiente menſem intercalarem adſcribebant, eumq; nuncupabant Mercedonium, quem interieciſſe rex Numa princeps dicitur: quod, vt in vita illius prodidimus, minutulum excogitauit & non diuturnum in lapſibus emendationis auxilium. Cæſar verò, philoſophis & mathematicis præſtantiſſimis hac de re delegata, effecit ex ſuppeditante iam via & ratione ſingularem quandam & exactiorem correctionem: qua hactenus populus Romanus vtens non perinde ac cæteri videtur in diſcrepantia illa claudicare. Verum enimverò verterunt hoc quoque inuidi & potentiam eius exoſi in crimen. ſiquidem Cicero orator, quum diceret quidam cras Lyram orituram: Nempe, inquit, ex edicto: quaſi id quoque reciperent per imperium homines. At odium maximè illuſtre in eum & funeſtũ effecit regni cupido, quę vulgò prima materia & iampridem in occulto maleuolis color fuit ſpecioſiſſimus. Et quidem rumorẽ in plebem vulgauerunt illi qui hoc honoris quærebant Cæſari,

A ὡς καὶ Μαξίμου τοῦ ὑπάτου τελευτήσαντος, εἰς τὸ πρόσουσαν τῆς ἀρχῆς μίαν ἡμέραν ὕπατον ἀποδεῖξαι Κανίνιον Ῥεβίλιον. πρὸς ὃν (ὡς ἔοικε) πολλῶν δεξιώσασθαι καὶ προπέμψαι βαδιζόντων, ὁ Κικέρων, Σπεύδωμεν (ἔφη) πρὶν φθάσαι τῆς ὑπατείας ἐξελθὼν ὁ ἄνθρωπος. ἐπεὶ γὰρ φύσει μεγαλουργὸν αὐτοῦ καὶ φιλότιμον αἱ πολλαὶ κατορθώσεις οὐ πρὸς ἀπόλαυσιν ἕτερον τῶν πεποιημένων, ἀλλ' ὑπέκκαυμα καὶ θάρσος οὖσαι πρὸς τὰ μέλλοντα, μειζόνων ἐνέτικτον ὀπτασίας πραγμάτων, καὶ καινῆς ἔρωτα δόξης, ὡς ἀποχρησημένῳ τῇ παρούσῃ· ὃ μὲν πάθος, οὐδὲν ἐῶ ἕτερον, ἢ ζῆλος αὐτοῦ, καθάπερ ἄλλου, καὶ φιλονεικία τις ὑπὲρ τῶν μελλόντων πρὸς τὰ πεπραγμένα· πρασκευὴ δὲ καὶ γνώμη, στρατεύειν μὲν ὀπὶ Γέτας, καταστρεψαμένῳ δὲ τούτοις, καὶ δι' Ὑρκανίας περὶ τὴν Κασπίαν θάλατταν καὶ τὸν Καύκασον ἐκπερινεῦσαι τόπον, εἰς τὴν Σκυθικὴν ἐμβαλεῖν· καὶ τὰ πρόσχωρα Γερμανοῖς, καὶ Γερμανίαν αὐτὴν ὀπισθαμόνι, διὰ Κελτῶν ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν, καὶ συνάψαι τὸν κύκλον τῶν τῆς ἡγεμονίας τῶν πανταχόθεν ὠκεανῷ περιοριζόντων. διὰ μέσου δὲ τῆς στρατείας τόν τε Κορινθίων Ἰσθμὸν ἐπεχείρει διασκάπτειν, Ἀνιηνὸν ὀπὶ τοῦτο παρεσκευασμένος, καὶ τὸν Τίβερειν αὖθις ἀπὸ τῆς πόλεως ὑπολαβὼν διώρυχι βαθείᾳ καὶ περικλάσας, ὀπὶ τὸ Κιρκαῖον ἐμβαλεῖν εἰς τὴν πρὸς Ταρρακίνῃ θάλασσαν, ἀσφάλειαν ἅμα καὶ ῥαστώνην τοῖς δι' ἐμπορείας φοιτῶσιν εἰς Ῥώμην μηχανώμενος. πρὸς δὲ τούτοις, τὰ μὲν ἕλη τὰ περὶ Νομεντῖνον καὶ Σήτιον ἐκβέψας, πεδίον ἀποδεῖξαι πολλαῖς ἐνεργὸν ἀνθρώπων μυριάσι. τῇ δὲ ἕπῃσα τῆς Ῥώμης θαλάσσῃ κλεῖθρα διὰ χωμάτων ἐπαγαγών, καὶ τὰ τυφλὰ καὶ δύσορμα τῆς Ὠστιανῆς ἠιόνος ἀναπαθηράμενος, λιμένας ἐμποιήσασθαι καὶ ναύλοχα πρὸς πολλαπλασίαν ἀξιόπιστα ναυτιλίαν. καὶ ταῦτα μὲν ἐν παρασκευαῖς ἦν. ἡ δὲ τοῦ ἡμερολογίου διάθεσις, καὶ διόρθωσις τῆς περὶ τὸν χρόνον ἀνωμαλίας, φιλοσοφηθεῖσα χαριέντως ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τέλος λαβοῦσα, γλαφυρωτάτῳ παρέχει χρείαν. οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ χρόνοις τεταγμένοις ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι τοῖς τῶν μηνῶν πρὸς τὸν ἑαυτῶν περίοδοι, ὥστε τὰς θυσίας καὶ τὰς ἑορτὰς ὑποφερομένας κατὰ μικρὸν, εἰς ἐναντίας ἐκπεπτωκέναι τοῖς χρόνοις ὥρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν τότε οὖσαν ἡλιακὴν οἱ μὲν ἄλλοι πάμπαν τούτων ἀσυλλογίστως εἶχον, οἱ δὲ ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες, ἐξαίφνης καὶ παρηωρημένου μηδενὸς τὸν ἐμβολιμαῖον παρεσέγραφον μῆνα, Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες, ὃν Νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος ἐμβαλεῖν λέγεται, μικρὸν καὶ ἀμαυρεύουσαν οὐ πόρρω βοήθειαν ἐξευρὼν τῆς περὶ τὰς ἀποκαταστάσεις πλημμελείας, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται. Καίσαρ δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων καὶ μαθηματικῶν τὸ πρόβλημα προθεὶς ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἤδη μεθόδων ἔδειξεν ἰδίαν τινὰ καὶ διηκριβωμένῳ μᾶλλον ἐπανορθωσιν, ἣ χρώμενοι μέχρι νῦν Ῥωμαῖοι δοκοῦσιν ἧττον ἑτέρων σφάλλεσθαι περὶ τὴν ἀνωμαλίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τοῖς βασκαίνουσι καὶ βαρυνομένοις τὴν δύναμιν αἰτίας παρεῖχε. Κικέρων γὰρ ὁ ῥήτωρ (ὡς ἔοικεν) φήσαντος τινὸς αὔριον ὀπιτέλλειν λύραν, Ναὶ (εἶπεν) ἐκ διατάγματος. ὡς καὶ τοῦτο πρὸς ἀνάγκην τῶν δυνατῶν δεχομένων. ὃ δὲ ἐμφανὲς μάλιστα μῖσος καὶ θανατηφόρον ἐπ' αὐτὸν ὁ τῆς βασιλείας ἔρως ἐξειργάσατο, τοῖς μὲν πολλοῖς αἰτία πρόφασις, τοῖς δὲ ὑπούλοις πάλαι, πρόφασις εὐπρεπεστάτη γενομένη· καί τοι καὶ λόγον τινὰ κατέσπειραν εἰς τὸν δῆμον οἱ τούτῳ Καίσαρι τῷ τιμῷ προξενοῦντες,

ὡς ἐκ γραμμάτων Σιβυλλείων ἁλώσιμα τὰ Πάρθων φαίνοιτο Ῥωμαίοις στρατηγοῦντι βασιλεῖ στρατευομένοις ἐπ' αὐτοὺς, ἄλλως ἀνέφικτα ὄντα· καὶ καταβαίνοντος ἐκ Ἄλβης Καίσαρος εἰς τὴν πόλιν, ἐπόλμησαν αὐτὸν ἀσπάσασθαι βασιλέα. τοῦ δὲ δήμου δυσαρεστήσαντος, ἀχθεσθεὶς ἐκεῖνος, οὐκ ἔφη βασιλεὺς ἀλλὰ Καῖσαρ καλεῖσθαι. καὶ βλοῦμμής πρὸς τοῦτο πολύτων σιωπῆς, οὐ πάνυ φαιδρὸς οὐδὲ εὐμενὴς παρῆλθεν. ἐν δὲ συγκλήτῳ τιμαί τινας ὑπερφυεῖς αὐτοῦ ψηφισαμένων, ἔτυχεν μὲν ὑπὸ τῶν ἐμβόλων καθεζόμενος· προελθόντων δὲ τῶν ὑπάτων καὶ τῶν στρατηγῶν, ἅμα ὅ τε βουλὴς ἁπάσης ἑπομένης, οὐχ ὑπεξαναστὰς, ἀλλ' ὡς περ ἰδιώτας τινὰς πρὸς χρηματίζων, ἀπεκρίνατο, συστολῆς μᾶλλον ἢ προσθέσεως ἕνεκα τιμὰς δεῖσθαι. καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἠνίασεν τὴν βουλὴν, ἀλλὰ καὶ τὸν δῆμον. ὡς ἐν τῇ βουλῇ τῆς πόλεως προσπελακιζομένης· καὶ μετ' δεινῆς κατηφείας ἀπῆλθον οἴκαδε, οἷς ἐξῆν μὴ παρεῖναι ὥστε κἀκεῖνον ἐννοήσαντα, παραχρῆμα μὲν εἴκαδε τραπέσθαι, καὶ βοᾶν πρὸς τοὺς φίλους, ἀπαγαγόντα τοῦ τραχήλου τὸ ἱμάτιον· ὡς ἕτοιμος εἴη τοῖς βουλομένοις τὸν σφαγὸν παρέχειν. ὕστερον δὲ προφασίζεσθαι τὸν νόσον. οὐ γὰρ ἐθέλειν τὸν ἄθησιν ἀναμένειν τοιούτων ἐχόντων, ὅτου ἱστάμενοι προσλέγωσι πρὸς ὄχλον, ἀλλὰ σιωμένων ταχὺ καὶ παρεφερομένων, εἰλίγγους ὑπιστάσθαι καὶ καταλαμβάνεσθαι. τὸ δὲ οὐκ εἶχεν οὕτως, ἀλλὰ καὶ πάνυ βαλόμενον αὐτὸν ὑπεξαναστῆναι τῇ βουλῇ, λέγεσιν ὑπό τινων τῶν φίλων, μᾶλλον δὲ κολάκων, Κορνηλίου Βάλβου, καταγνῶναι· φήσαντος, Οὐ μεμνήσῃ Καῖσαρ ὤν, οὐδὲ ἀξιώσεις ὡς χρείττονα θεραπεύεσθαι σεαυτόν; ὑπιγένεται τούτοις τοῖς προσκρούσμασιν ὁ τῶν δημάρχων προπηλακισμός. ἐν μὲν γὰρ ἡ τῶν λουπερκαλίων ἑορτὴ, περὶ ἧς πολλοὶ γράφουσιν, ὡς ποιμένων τὸ παλαιὸν εἴη καὶ τι καὶ προσήκει τοῖς Ἀρκαδικοῖς λυκαίοις. τῶν δ' νεανίσκων καὶ ἀρχόντων πολλοὶ διαθέουσιν δυὰ τὴν πόλιν γυμνοὶ, σκύτεσιν λασίοις τοὺς ἐμποδὼν ὑπὸ παιδιᾶ καὶ γέλωτι παίοντες. πολλαὶ δὲ καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων γυναικῶν ὑπέτηδες ὑποδυτῶσαι παρέχουσιν, ὥσπερ ἐν διδασκάλου, τὼ χεῖρε ταῖς πληγαῖς, πεπεισμέναι πρὸς εὐτοκίαν κυήσαις, ἀγονίοις ὄντος κύησιν ἀγαθὸν εἶναι. ταῦτα Καῖσαρ ἐθεάτο, καθήμενος ὑπὲ τῶν ἐμβόλων ὑπὲ δίφρου χρυσοῦ, θριαμβικῷ κόσμῳ κεκοσμημένος· Ἀντώνιος δὲ τῶν θεόντων τὸ ἱερὸν δρόμον εἰς ἐν. (καὶ γὰρ ὑπάτευεν) ὡς οὖν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐνέβαλε, καὶ ὁ πλῆθος αὐτῷ διέστη, φέρων διάδημα περιπεπλεγμένον, ὤρεξε τῷ Καίσαρι. καὶ γίνεται κρότος οὐ λαμπρὸς, ἀλλ' ὀλίγος οὐκ ἐπιδεξιός. ἀπωσαμένου δὲ τοῦ Καίσαρος, ἅπας ὁ δῆμος ἀνεκρότησεν. αὖθις δὲ προσφέροντος, ὀλίγοι, καὶ μὴ δεξαμένου, πάλιν ἄπαντες. οὕτω δὲ τῆς πείρας ἐξελεγχομένης, Καῖσαρ μὲν ἀείσας, τὸν στέφανον εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀπενεχθῆναι κελεύσας· ὤφθησαν δὲ ἀνδριάντες αὐτῷ διαδήμασιν δυὰ δεδεμένοι βασιλικοῖς· καὶ τῶν δημάρχων δύο, Φλαούιος καὶ Μάρυλλος ἐπελθόντες ἀπέσασαν, καὶ τοὺς ἀσπασαμένους βασιλέα τὸν Καίσαρα πρὸς τοῖς ἐξελεγχθέντες, ἀπῆγον εἰς τὸ δεσμωτήριον. ὁ δὲ δῆμος εἵπετο κροτῶν, καὶ Βρούτους ἀπεκάλει τοὺς ἄνδρας, ὅτι Βροῦτος ἐν ὀκαταλύσας τὴν τῶν βασιλέων διαδοχὴν, καὶ ὁ κράτος εἰς βουλὴν καὶ δῆμον ἐκ μοναρχίας καταστήσας. ὑπὲ τούτῳ Καῖσαρ παροξυνθεὶς, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀφείλετο τῶν περὶ τὸν Μάρυλλον· ἐν ᾧ τῷ κατηγορεῖν αὐτῶν, ἅμα καὶ τὸν δῆμον ἐφυβρίζων, πολλάκις Βρούτους τε καὶ Κυμαίους ἀπεκάλει τοὺς ἄνδρας. οὕτω δὴ βέποντας πρὸς Μάρκον Βροῦτον οἱ πολλοὶ, γένος μὲν ἐκεῖνον εἶναι δοκοῦντα πρὸς πατέρων,

A libris Sibyllinis proditum, vinci Parthos à Romanis posse, si rege duce bellum eis mouissent, esse ipsis alioquin insuperabiles: ac redeuntem Alba ad vrbem Cæsarem ausi fuere salutare regem. Indignante populo ille offensus, non regem ait se, sed Cæsarem, vocari. Ibi quum obticuissent cuncti, plane tristis dolensque transiit. Quum in senatu eximios honores ei decreuissent, sedebat forte pro rostris. Adeuntibus eum consulibus & prætoribus atque vniuerso sequente senatu, non adsurrexit: sed, quasi ageret cum priuatis, respondit contrahendos magis quam ampliandos sibi honores. Id non senatum modo, verum populum etiam offendit, tanquam despecta in patribus repub. atq; ilico illi quibus licebat non adesse, cum ingẽti mœrore receperunt se. Digressus est Cæsar quoq; re animaduersa domũ: nudatoq; iugulo apud amicos exclamauit paratum se esse cuilibet eum ad cædem offerre. Post ferunt eum causatum morbum. negauit enim sensum constare ita affectis, quum in concione stantes agant cum populo. sed vibrare statim eos membris, turbatosque vertigine corripi, atq; sensum eis intercludi. Cæterum aliter res se habebat. siquidem cupiebat omnino senatui assurgere: sed ferunt eum ab amico, vel adulatore potius, retentum, Cornelio Balbo. qui dixit, Non meministi te esse Cæsarem, neque vis pro maiestate tua coli? His offensionibus successit contumelia eius in tribunos plebis. Lupercalia agebantur. quæ multi tradunt fuisse festum olim pastorum. Congruunt aliquatenus cum Arcadicis Lycæis. Nobiles iuuenes frequentes & magistratus nudi per vrbem discurrunt hirsutis seuticis obuios per ludum & iocum cædentes. Multæ quoq; principes fœminæ ex composito offerunt se illis, ac manus ferientibus sicut in ludo literario offerunt, creduntq; id ad facile puerperium prægnantibus, & infœcundis proficere ad conceptum. Id Cæsar pro rostris aurea sedens sella vesteq; ornatus triumphali spectabat. Antonius autem, quod consul esset: vnus erat Lupercorum. qui, postquam in forum decurrit, & plebs dimouit se, porrexit Cæsari circumiectum lauream diadema: ac plausus non magnus, sed obscurus est de industria consequutus. Quod vbi repulit Cæsar, populus vniuersus applausit. Illo iterum diadema admouente, pauci: reiiciente Cæsare, ex integro cuncti. Ita periculo facto Cæsar surgens coronam in Capitolium misit. Iam statuæ quoq; eius regiis reuinctę diadematibus conspiciebantur. Ea duo tribuni plebis Flauius & Marullus detraxere: illosq; qui Cæsarem primi salutauerant regem, requisitos in carcerem duxere. Sequutus populus est applaudens, eosq; Brutos appellauit: quod Brutus fuisset qui regum abolita successione imperium ad senatum & populum ex regno traduxit. Hinc incensus Cæsar Marullum & Flauium potestate tribunitia priuauit: in quos dum inuehitur, populo pariter insultans, subinde Brutos eos & Cumanos vocauit. Ita multitudo ad Marcum Brutum, qui genus paternum ducere existimabatur à Bruto,

maternum à Seruiliorum alia illustri familia, generum autem & sororis filium Catonis, se conuertit. Hunc, ne vltro aggrederetur dominatum opprimere, delati à Cæsare honores & beneficia retundebant. Non solum enim secundum aciem Pharsalicam, quum fugisset Pompeius, conseruatus est, multosque, pro quibus deprecaretur, conseruauit necessarios: verum erat in magna etiam fide apud eum. Præturam quoque inter consortes præcipuam accepit. Ad hæc consul in quartum annum designatus est & competitori prælatus Cassio. siquidem perhibetur Cæsar dixisse, Iustiorem Cassii causam esse, non posse tamen præterire se Brutum. Immo deferentibus aliquando nonnullis Brutum, quum esset iam in manibus coniuratio, non præbuit aures: sed corpus manu tangens ad delatores ait, Hæc cutis exspectat Brutum: significans imperio quidem ob virtutem Brutum dignum, sed imperii causa non futurum ingratum neque improbum. Qui vero mutationem desiderabant, & illum solum vel primum respiciebant, quum eum hac de re dubitarent appellare, noctu in tribunali & sella, qua prætor ius dicebat, sparserunt libellos. in quibus multa continebantur huiuscemodi: Dormis Brute: &, Non es Brutus. Quibus Cassius stimulatam nonnihil gloriam eius sentiens, institit & acuit eum quàm ante acrius. quod esset priuato quodam in Cæsarem odio incensus ex causis quas in vita Bruti recensuimus. Habebat etiam eum Cæsar suspectum, atque ad amicos dixit aliquando, Quid vobis videtur Cassius velle? mihi quidem non admodum pallor eius placet. Iam fama est Antonio & Dolobella apud eum delatis, quod res nouas molirentur, nihil plane timere se hos respondisse eum pingues & comatos, sed pallidos illos potius & macilentos: Cassium & Brutum designans. At non perinde improuisum videtur vt ineuitabile fatũ. quando tunc rara prodigia & spectra memorant apparuisse. Ac fulgores quidem cœlestes & imagines nocturnas passim huc illuc discurrentes, aueſque solitarias in forum delatas minus conueniat fortasse tanto in casu commemorare. At Strabo philosopus tradit multos viros flammeos incurrere visos: militis seruum ingentem flammam è manu emisisse, eamque visam conspicientibus ardere: vbi extincta est, nihil hominem mali habuisse. Ipsi Cæsari immolanti cor hostiæ non apparuisse, idque pro tetro ostento habitum. neque enim consistere naturaliter animal sine corde posse. Hoc item passim audias commemorari, aruspicem quendam eum præmonuisse, vt Idibus Martiis graue periculum caueret. qui dies quum illuxisset, progrediensq; ad senatum salutasset Cæsar aruspicem, ac ludens dixisset, Atqui idus Martiæ adsunt: respondisse ei aruspicem submisse, adsunt vero, non præterierunt tamen. Pridie quum apud M. Lepidum cœnaret, subscribebat forte Epistolis, vt solebat recumbens. Ibi sermone moto, quænam mors optima foret, omnes anteuertens exclamauit, Inopinata. Inde apud vxorem more suo quum cubaret, omnibus cubiculi ianuis pariterq; fenestris patefactis, exterritus est simul strepitu & lumine, Calpurniamque splendente luna aduertit

A καὶ πρὸς μηδὲς δὲ ἀπὸ Σερβιλίων, οἰκίας ἑτέρας ἐπιφανοῦς, γαμβρὸν καὶ ἀδελφιδοῦν Κάτωνος. τοῦτο μὲν ὀξὺ ἑαυτοῦ ὁρμῆσαι πρὸς καταλύσιν τῆς μοναρχίας ἠμβλυνον αἱ τοῦ Καίσαρος τιμαὶ καὶ χάριτες. οὐ γὰρ μόνον ἐσώθη περὶ Φάρσαλον ἀπὸ τῆς Πομπηίου φυγῆς, οὐδὲ πολλοὺς τῶν ἐπιτηδείων ἔσωσεν ἐξαιτησάμενος, ἀλλὰ καὶ πίστιν εἶχεν μεγάλην παρ' αὐτῷ. καὶ στρατηγίαν μὲν ἐν τοῖς τότε τῶν ἐπιφανεστάτων ἔλαβεν· ὑπατεύειν δὲ ἔμελλεν εἰς τέταρτον ἔτος, ἐκείσαντος Κασσίου προτιμηθείς. λέγεται γὰρ ὁ Καῖσαρ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγοι μὲν Κάσσιος, αὐτὸς, μέντοι Βροῦτον οὐκ
B ἂν παρέλθοι. καί ποτε καὶ διαβαλλόντων τινῶν τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν μεταβολὴν ἤδη τῆς συνωμοσίας, οὐ προσέσχεν, ἀλλὰ τοῦ σώματος τῇ χειρὶ θίγων, ἔφη πρὸς τοὺς διαβάλλοντας, Ἀναμένει τοῦτο τὸ δέρμα Βροῦτον. ὡς ἄξιον μὲν ὄντα τῆς ἀρχῆς δι' ἀρετὴν, διὰ τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἂν ἀχάριστον καὶ πονηρὸν ἡγούμενον. οἱ δὲ τὴν μεταβολῆς ἐφιέμενοι, καὶ πρὸς μόνον ἐκεῖνον ἢ πρῶτον ἀποβλέποντες, αὐτῷ μὲν οὐκ ἐτόλμων διαλέγεσθαι νύκτωρ δὲ κατεπίμπλασαν γραμμάτων τὸ βῆμα, καὶ τὸν δίφρον ἐφ' οὗ στρατηγῶν ἐχρημάτιζεν. ὧν ἐν τοῖς πολλοῖς τοιαῦτα, Καθεύδεις Βροῦτε, καὶ οὐκ εἶ Βροῦτος.
C ὑφ' ὧν ὁ Κάσσιος ἀγανακτούμενον ἡνυσχῆ τὸ φιλότιμον αὐτοῦ, μᾶλλον ἢ πρότερον ἐνέκειτο, καὶ παρώξυνεν αὐτοὺς, ἰδίᾳ τι καὶ μίσους ἔχων πρὸς τὸν Καίσαρα, δι' αἰτίας ἃς ἐν τοῖς περὶ Βρούτου γεγραμμένοις δεδηλώκαμεν. εἶχεν μέντοι καὶ δι' ὑποψίας ὁ Καῖσαρ αὐτὸν, ὥστε καὶ πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν ποτε, Τί φαίνεται βουλόμενος ἡμῖν Κάσσιος; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐ λίαν ἀρέσκει, λίαν ὠχρὸς ὤν. πάλιν δὲ λέγεται περὶ Ἀντωνίου καὶ Δολοβέλλα, διαβολῆς πρὸς αὐτὸν, ὡς νεωτερίζοιεν, ἐλθούσης, Οὐ πάνυ (φαίη) τούτοις δέδοικα τοὺς παχεῖς καὶ κομήτας, μᾶλλον ἢ τοὺς ὠχροὺς καὶ
D λεπτοὺς ἐκείνους· Κάσσιον λέγων καὶ Βροῦτον. ἀλλ' ἔοικεν οὐχ οὕτως ἀπροσδόκητον, ὡς ἀφύλακτον εἶναι τὸ περιφρονούμενον. ἐπεὶ καὶ σημεῖα θαυμαστὰ καὶ φάσματα φανῆναι λέγουσιν. στέλεχη μὲν οὖν οὐράνια καὶ τύποις νύκτωρ πολλαχοῦ διαφερομένοις, καὶ καταίροντας εἰς ἀγορὰν ἐρήμους ὄρνιθας, οὐκ ἄξιον ἴσως ἐπὶ πάθει τηλικούτῳ μνημονεῦσαι· Σράβων δὲ ὁ φιλόσοφος ἱστορεῖ, πολλοὺς μὲν ἀνθρώπους διαπύρους ἐπιφερομένους φανῆναι· στρατιώτου δὲ ἀνδρὸς οἰκέτην οὐκ τὴν χεῖρας ἐκβαλεῖν πολλῷ φλόγα, καὶ δοκεῖν καίεσθαι τοῖς ὁρῶσιν· ὡς δὲ ἐπαύσατο, μηδὲν ἔχειν κακὸν τὴν ἀνθρώπου.
E αὐτῷ δὲ Καίσαρι θύοντι τὴν καρδίαν ἀφανῆ γενέσθαι τοῦ ἱερείου, καὶ δεινὸν εἶναι τὸ τέρας· οὐ γὰρ ἀν φύσει γε συστῆναι ζῷον ἀκάρδιον. ἔστιν δὲ καὶ ταῦτα πολλῶν ἀκούσαι διεξιόντων, ὡς τις αὐτῷ μαντὶς ἡμέρᾳ Μαρτίου μηνὸς, ἣν εἰδοὺς Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, παρεῖποι μέγαν φυλάττεσθαι κίνδυνον. ἐλθούσης δὲ τῆς ἡμέρας, προιὼν ὁ Καῖσαρ εἰς τὸ σύγκλητον, ἀσπασάμενος παρεπαίζειν ὅτι μάντει φάναι, Αἱ μὲν δὴ Μάρτιαι εἰδοὶ πάρεισιν. ὁ δὲ ἡσυχῇ πρὸς αὐτὸν εἶπεν, Ναὶ πάρεισιν, ἀλλ' οὐ παρεληλύθασιν. περὶ μιᾶς δὲ ἡμέρας, Μάρκου Λεπίδου
F δειπνίζοντος αὐτὸν, ἔτυχε μὲν ἐπιστολὰς ὑπογράφων, ὡς εἰώθει, κατακείμενος· ἐμπεσόντος δὲ λόγου, ποῖος ἄρα τῶν θανάτων ἄριστος, ἀπόνως φθάσας ἐξεβόησεν, Ὁ ἀπροσδόκητος. μετὰ ταῦτα κοιμώμενος, ὡς εἰώθει, παρὰ τὴν γυναῖκα, πασῶν ἅμα τῶν θυρῶν τοῦ δωματίου καὶ τῶν θυρίδων ἀναπετομένων, διαταραχθεὶς ἅμα τῷ κτύπῳ καὶ τῷ φωτὶ, καὶ λαμπούσης τῆς σελήνης ἤθετο τὴν Καλπουρνίαν βαθέως μὲν καθεύδουσαν

ἀσαφεῖς ὀφωνὰς καὶ στεναγμοὺς ἀναρθρους ἐκ τῶν ὕπνων
ἀναπέμπουσαν. ἐδόκει δὲ ἀγκλαίειν ἐκεῖνον ὑπὲρ τὰς ἀγ-
κάλας ἔχουσα κατεσφαγμένον. οἱ δ' οὐ φασὶν τῇ γυναικὶ
ταύτην ὀφθῆναι τὴν ὄψιν· ἀλλὰ ἦν γάρ τι τῇ Καίσαρος οἰ-
κίᾳ προσκείμενον, οἷ ὑπὲρ κόσμου καὶ σεμνότητι τῆς βουλῆς
ψηφισαμένης ἀκρωτήριον, ὡς Λίβιος ἱστορεῖ· τοῦτο ὄναρ ἡ Καλ-
πουρνία θεασαμένη καταρρηγνύμενον, ἔδοξε ποτνιᾶσθαι καὶ
δακρύειν. ἡμέρας δ' ὀλίγας ὀφθείσης, ἐδεῖτο τοῦ Καίσαρος, εἰ μὴ
οἷόν τε μὴ προελθεῖν, ἀλλ' ἀναβαλέσθαι τὴν σύγκλητον.
εἰ δὲ τῶν ἐκείνης ὀνείρων ἐλάχιστα φροντίζει, σκέψασθαι
θυσίαις μαντικῆς ἄλλης καὶ ἱερῶν περὶ τοῦ μέλλοντος. εἶχεν δέ τις
(ὡς ἔοικεν) καὶ ἐκεῖνον ὑποψία καὶ φόβος· οὐδένα γὰρ γυναι-
κισμὸν ἐν δεισιδαιμονίᾳ, πρότερον κατεγνώκει τῆς Καλ-
πουρνίας, τότε δὲ ἐώρα πεισθεῖσαν. ὡς δ' ἐκ πολλῶν κα-
θυσάντες οἱ μάντεις ἔφασαν αὐτῷ δυσιερεῖν, ἔγνω πέμ-
ψας Ἀντώνιον, ἀφεῖναι τὴν σύγκλητον. ἐν δὲ τούτῳ Δέκιος
Βροῦτος, ὑπικλησιν Ἀλβῖνος, πιστευόμενος μὲν ὑπὸ Καί-
σαρος, ὥστε καὶ δεύτερος ὑπ' αὐτοῦ κληρονόμος γεγράφ-
θαι, τοῖς δὲ περὶ Βροῦτον τὸν ἕτερον καὶ Κάσσιον μετέχων
τῆς συνωμοσίας, φοβηθεὶς μὴ τὴν ἡμέραν ἐκείνην θαρ-
ρουσαμένου τοῦ Καίσαρος, ἔκπυστος ἡ πρᾶξις γένηται, πρός
τε μάντεις ἐχλεύαζεν, καὶ καθήπτετο τοῦ Καίσαρος, ὡς αἰ-
τίας καὶ θραβολὰς ἑαυτῷ κτωμένου πρὸς τὴν σύγκλη-
τον, εἰ γυφᾶσθαι δοκοῦσαν. ἥκειν μὲν γὰρ αὐτὴν, κελεύσαντ-
τος ἐκείνου, καὶ προθύμως εἰ ψηφίζεσθαι πρότερον ὅπως
τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας ἐπαρχιῶν βασιλεῖς ἀναγορεύοιτο, καὶ φο-
ρεῖν διάδημα, τὴν ἄλλην ὑπτιῶν χλῶν καὶ θαλασσαν· εἰ δὲ
φέροι τὰς αὐτῆς καθεζομένοις, νῦν μὲν ἀπαλλάττεσθαι,
παρεῖναι δὲ αὖθις ὅτῳ ἐντύχοι βελτίοσιν ὀνείρασι Καλπουρ-
νία, τίνας ἔσεσθαι λόγους περὶ τῶν φθονούντων; ἢ τίνα τῶν
φίλων ἀνέξεσθαι, διδασκόντων ὡς οὐχὶ δουλεία ταῦτα καὶ
τυραννίς ἐστιν. ἀλλ' εἰ δοκεῖ πρώτως (ἔφη) τὴν ἡμέραν ἀ-
φοσιώσασθαι, βέλτιον αὐτὸν προελθόντα καὶ προσαγορεύ-
σαντα τὴν βουλὴν ὑποφέρεσθαι. ταῦθ' ἅμα λέγων ὁ Βροῦ-
τος, ἦγε τῆς χειρὸς λαβόμενος τὸν Καίσαρα, καὶ μικρὸν μὲν
αὐτῷ προελθόντι τῶν θυρῶν, οἰκέτης ἄλλοτριος ἐντυχεῖν
προθυμούμενος, ὡς ἡλᾶτο τοῦ περὶ ἐκείνου κινδύνου καὶ
πλήθους, βιασάμενος εἰς τὴν οἰκίαν, παρέδωκεν ἑαυτὸν τῇ
Καλπουρνίᾳ, φυλάττειν κελεύσας ἄχρι οὗ ἐπανέλθῃ Καί-
σαρ, ὡς ἔχων μεγάλα πράγματα κατειπεῖν πρὸς αὐτόν.
Ἀρτεμίδωρος δὲ, Κνίδιος ὁ γραμματικὸς, Ἑλληνικῶν λόγων σο-
φιστὴς, καὶ διὰ τοῦτο γεγονὼς οἰκείος συνήθης τῶν περὶ Βροῦ-
τον, ὡς τε καὶ γνῶναι τὰ πλεῖστα τῶν πραττομένων, ἦκεν μὲν
ἐν βιβλιδίῳ κομίζων ἅπερ ἔμελλεν μηνύειν· ὁρῶν δ' τὸν Καί-
σαρα τῶν βιβλίων ἕκαστον δεχόμενον, καὶ παραδιδόντα τοῖς
περὶ αὐτὸν ὑπηρέταις, ἐγγὺς σφόδρα προσελθὼν, Τοῦτο
(ἔφη) Καῖσαρ, ἀνάγνωθι μόνος καὶ ταχέως· γράφεται γὰρ ὑπὸ
πραγμάτων μεγάλων, καὶ σοι διαφερόντων. δεξάμε-
νος οὖν ὁ Καῖσαρ, ἀναγνῶναι μὲν ὑπὸ πλήθους τῶν ἐντυγχα-
νόντων ἐκωλύθη, καὶ παρορμήσας πολλάκις· ἐν δὲ τῇ χειρὶ
κατέχων καὶ φυλάττων μόνον ἐκεῖνο, παρῆλθεν εἰς τὴν
σύγκλητον. ἔνιοι δέ φασιν ἄλλον ὑπιδοῦναι τὸ βιβλίον
τοῦτο, τὸν δ' Ἀρτεμίδωρον οὐδὲ ὅλως προσελθεῖν, ἀλλ' ἐκβληθῆναι πρὸς πᾶσαν τὴν ὁδόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
ἤδη που φέρει καὶ τὸ αὐτόματον. ὁ δὲ δεξάμενος τὸν φόνον ἐκεῖνον καὶ τὸν ἀγῶνα χωρὶς, εἰς ὃν ἡ σύγκλητος ἠθροίσθη,
τότε Πομπηίου μὲν εἰκόνα κειμήλιον ἔχων, Πομπηίου δὲ ἀνάθημα γεγονὼς τῶν προκεκοσμημένων τοῦ θεάτρου,

A arcte ſopitam voces obſcuras ſuſpiriaq; edere indiſcreta. Imaginabatur illa lugere ſe eum, quem in gremio teneret confoſſum. Eam viſionem alii negant ei oblatam. ſed quum Cæſaris ædibus eſſet ex ſenatuſconſulto adiunctum, (vt autor eſt Liuius) velut ad ornamentum & amplitudinem, pinnaculum, id per quietem imaginata collabi Calpurnia, videbatur ſibi ideo lamentari & lacrymari: ac quum lux appetiſſet, rogauit Cæſarem, ſi qua fieri poſſet, ne prodiret, ſed in aliud tempus reiiceret ſenatum. Quod ſi ſomnia ſua floccipenderet, at aruſpices hoſtiasq; conſuleret de impen-
B dentibus. Vnde fuit aliqua illi quoq;, vt videtur, oblata ſuſpicio & metus. quippe ſuperſtitionem nullam animaduerterat ante muliebrem in ea, quam tum videbat anxiam. Vt vero multis iam cæſis hoſtiis renuntiauerunt ei aruſpices litari non poſſe, ſtatuit miſſo Antonio ſenatum dimittere. Interea Decius Brutus, Albinus cognomento, (quem Cæſar ob fidem, quam ei habebat, in ſecundis hæredibus ſcripſerat, quum coniurationis alterius Bruti & Caſſii conſors eſſet) veritus, ne ſi diem illum exemiſſet Cæſar, res efferretur, irriſit aruſpices, Cæſaremq; caſtigauit, quod criminum
C materiam & calumniarum præberet aduerſus ſe patribus, qui ludibrio viderentur haberi. Conueniſſe ex ipſius edicto ſenatum, libentemq; omnia decreturum, vt prouinciarum extra Italiam rex diceretur, omnibuſque locis aliis terra marique diadema ferret. Quibus ſi quis conſidentibus dicat, in præſentia vt diſcedant, redeantque vbi nacta fuerit Calpurnia lætiora ſomnia: quales futuri ſint apud inuidos ſermones, aut quis laturus amicos e-
D ius demonſtrantes non eſſe hanc ſeruitutem & tyrannidē? Quod ſi diem hunc omnino, inquit, abominaris, ſatius eſt teipſum in ſenatum venire, patribuſque appellatis rem in aliud tempus reiicere. Sic fatus Brutus ſimul Cæſarem manu prehendit eduxitque. Progreſſum paululum foras ſeruus alienus conuenire geſtiens Cæſarem, vbi à cingente Cæſarem multitudine eſt repulſus, coniecit ſe in domum eius tradiditque Calpurniæ, dum rediſſet Cæſar, cuſtodiendum. Magna habere oſtendit ſe, quæ ad eum deferret. Artemidorus Gnidius genere, literarum Græcarum doctor, qui ea de re nonnullis Bruti ſociis familiariter vtebatur, cognouerat magna ex parte quæ agebantur: eaq; in libello complexus, afferebat iudicium ſuum. qui quū
E Cæſarem cerneret, quos accipiebat libellos, eos comitantibus ipſum ſeruis tradentem, proxime accedens, Hunc, inquit, Cæſar ſolus lege & cito: magnas enim res continet, & ad te pertinentes. Acceptum Cæſar legere per ſalutantium frequentiam, licet eſſet ſubinde conatus, prohibitus eſt, ac manu illum tenens ſolumque ſeruans venit in ſenatum. Sunt qui dicant alium porrexiſſe hunc libellum, Artemidorum vero nequaquam valuiſſe eum adire, ſed fuiſſe tota via expulſum. Cæterum hæc fortaſſe caſuum fert temeritas. At locus vbi cædes illa & certamen eſt patratū, in quo coactus fuit ſenatus, vbi ſtatua erat Pōpeii locata, dedicat
F à Pōpeio inter ornamēta quę theatro prętexuerat,

omnino oſtendit numinis cuiuſpiam autoris & trahentis illuc negotium factum illud fuiſſe. Quin etiam Caſſius fertur, quamuis ab Epicuri doctrina non abhorreret, eam ſtatuam ante aggreſſionem reſpiciens tacitus, Pompeium inuocaſſe. Verum articulus ille, vtpote tanto iam ingruente diſcrimine, amotis prioribus rationibus, fanaticum eum & commotum reddidit. Igitur Antonium fidum Cæſari & valentem moratus eſt extra curiam Decius Brutus, ſermonem ex compoſito cum eo prolixum exorſus. Ingreſſo Cæſari aſſurrexit honoris cauſa ſenatus. Bruti cohors partim pone ſellam eius circumſteterunt, alii proceſſerunt ei obuiam, tanquam cum Cimbro Tullio pro fratre eius exule rogaturi: ac deprecantes vſque ad ſellam ſunt eum proſequuti. Vt conſidens abnuit preces, inſtantibuſque acrius ſingulis infenſus eſt, Tullius togam eius ambabus manibus correptam à collo detraxit. Id ſignum erat adoriendi. Primus Caſca gladio vulnus ſecundum ceruicem infligit ei neq; lethale neq; graue, nimirum in magni facinoris exordio attonitus. At Cæſar conuerſus pugionem corripuit & tenuit: ſimulq; clamorem ſuſtulere, Cæſar Latine, Scelerate Caſca quid agis? Caſca Græce ad fratrem, Frater ades. Eo facto initio exortes conſilii ſtupor & horror contemplantes inceſſit, nec fugere aut ſuccurrere, ac ne vocem quidem mittere audebant. Coniuratorum vnoquoque ſtrictum intentante gladium vndique Cæſar circumuentus, ac quocunque conuertiſſet oculos, ictibus occurrens ferroque minanti quod faciei ſuæ & oculis intentabatur, in omnium manibus inſtar feræ volutabatur. Conuenerat enim vt omnes libarent & guſtarent cædem: ideoq; vnum Brutus vulnus ingeſſit ei ſecundum inguina. Memorant nonnulli cæteris illum repugnaſſe, corpuſque huc & illuc iactaſſe, vociferatumque fuiſſe: at ſimul vt Brutum conſpexit ſtrictum tenentem gladium, toga caput obuoluiſſe, ac ſeſe demiſiſſe: fuitque fortuitone an à percuſſoribus impulſus ad baſim in qua poſita Pompeii ſtatua erat: eamq; large cruore, dum interficeretur, reſperſit. Ita apparebat vltioni de hoſte ſumendæ præfuiſſe Pompeium ad pedes ſuos abiecto atque ob vulnerum multitudinem animam agente. Tribus enim & viginti plagis confoſſus dicitur. Multi ſe mutuo ſauciauere, quum corpus vnum tam crebris peterent ictibus. Interfecto Cæſare ſenatus, quamuis Brutus in medium procederet tanquam aliquid de eo quod actum fuerat dicturus, confeſtim eiecit ſe foras, fugienſque impleuit ciuitatem tumultu & terrore ingenti: vt ianuas obſerarent, alii menſas relinquerent & tabernas: curſu ferrentur alii illum in locum ad ſpectandum facinus: alii illinc, qui viderãt. Antonius & Lepidus, amici primarii Cæſaris, ſubducentes ſe abdiderũt in tecta aliena. Coniurati, cæde adhuc calẽtes ſtrictiſque gladiis micantes, vna omnes globo facto ex curia Capitolium petiere: nec præ ſe ferebant fugam, ſed mire erecti fidenteſq; vocauerunt ad libertatem populum, exceperuntq; optimum quemque, qui ipſos appellaret. Aliqui ſunt eos comitati,

A παντάπασιν ἀπέφηνεν δαίμονος τινὸς ὑφηγουμένου καὶ καλοῦντος ἐκεῖ τὴν πρᾶξιν ἔργον γεγονέναι. καὶ γὰρ οὖν καὶ λέγεται Κάσσιος εἰς τὸν ἀνδριάντα τοῦ Πομπηίου περὶ τὴν ἐγχειρήσεως ἀποβλέπων, ἐπικαλεῖσθαι σιωπῇ, καίπερ οὐκ ἀλλότριος ὢν τῶν Ἐπικούρου λόγων· ἀλλ' ὁ καιρὸς (ὡς ἔοικεν) ἤδη τοῦ δεινοῦ παρεστῶτος, ἐνθουσιασμὸν ἐνεποίει καὶ πάθος, αὐτὸ τοῦτο τῶν λογισμῶν. Ἀντώνιον μὲν οὖν, πιστὸν ὄντα Καίσαρι καὶ ῥωμαλέον, ἔξω παρακατεῖχεν Βροῦτος Ἄλβινος, ἐμβαλὼν ἐπίτηδες ὁμιλίαν μακρὸν ἔχουσαν. εἰ σπόντος δὲ Καίσαρος, ἡ βουλὴ μὲν ἐξανέστη περιπλόκοντα τοῦ Βροῦτον· οἱ μὲν ἐξόπισθεν τὸν δίφρον αὐτοῦ περιέστησαν, οἱ δὲ ἀπήντησαν ὡς δὴ Μετέλλῳ Κίμβρῳ περὶ ἀδελφοῦ φυγάδος ἐντυγχάνοντι συνδεησόμενοι, καὶ συνεδέοντο μέχρι τοῦ δίφρου παρακολουθοῦντες. ὡς δὲ καθίσας διεκρούετο τὰς δεήσεις, καὶ προσκειμένων βιαιότερον, ἠγωνάκτει πρὸς ἕκαστον, ὁ μὲν Μέτελλος τὴν τήβεννον αὐτοῦ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις συλλαβὼν, ἀπὸ τοῦ τραχήλου κατῆλυ, (ὅπερ ἦν σύνθημα τοῦ ἐπιχειρήσεως) πρῶτος δὲ Κάσκας ξίφει παίει παρὰ τὸν αὐχένα, πληγὴν οὐθανατηφόρον οὐδὲ βαρεῖαν, ἀλλ' (ὡς εἰκὸς) ἐν ἀρχῇ

B

C τολμήματος μεγάλου παραθεὶς· ὥστε καὶ τὸν Καίσαρα μεταστραφέντα τοῦ ἐγχειριδίου λαβέσθαι καὶ κατέχειν· ἅμα δέ πως ἐξεφώνησαν, ὁ μὲν πληγείς, Ῥωμαϊστὶ, Μιαρώτατε Κάσκα τί ποιεῖς; ὁ δὲ πλήξας, Ἑλληνιστὶ πρὸς τὸν ἀδελφόν, Ἀδελφὲ βοήθει. τοιαύτης δὲ τῆς ἀρχῆς γενομένης, πᾶς μὲν οὐδὲν συνειδὼς ἔκπληξις εἶχεν· καὶ φείκη πρὸς τὰ δρώμενα, μήτε φεύγειν, μήτε ἀμύνειν, ἀλλὰ μηδὲ φωνὴν ἐκβάλλειν τολμῶντες. τῶν δὲ παρεσκευασμένων ἕνεκα τὸν φόνον ἑκάστου γυμνὸν ἀποδείξαντος τὸ ξίφος, ἐν κύκλῳ περιεχόμενος, καὶ πρὸς ὅ, τι τρέψειε τὴν ὄψιν, πληγὰς ἀπαντῶν, καὶ σιδήρῳ φερομένῳ καὶ κατ' πρόσωπον καὶ κατ' ὀφθαλμῶν διελαυνόμενος, ὥσπερ θηρίον ἐσείετο ταῖς πάντων χερσίν. ἅπαντας γὰρ ἔδει καταρξάσθαι καὶ γεύσασθαι τοῦ φόνου. διὸ καὶ Βροῦτος αὐτῷ πληγὴν ἐνέβαλε μίαν εἰς τὸν βουβῶνα. λέγεται δὲ ὑπό τινων, ὡς ἄρα πρὸς τοὺς ἄλλους ἀπομαχόμενος, καὶ διαφέρων δεινὸν κἀκεῖ τὸ σῶμα, καὶ κεκραγώς, ὅτε Βροῦτον εἶδεν ἐσπασμένον τὸ ξίφος, ἐφειλκύσατο κατὰ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον, καὶ παρῆκεν ἑαυτὸν, εἴτε ὑπὸ τύχης, εἴτε ἀπὸ τῶν κτεινόντων ἀπωσθεὶς πρὸς τὴν βάσιν ἐφ' ἧς ὁ Πομπηίου βέβηκεν ἀνδριάς· καὶ

D

E πολὺ καθήμαξεν αὐτὴν ὁ φόνος, ὡς δοκεῖν αὐτὸν ἐφεστάναι τῇ τιμωρίᾳ τοῦ πολεμίου Πομπηΐου ὑπὸ πόδας κεκλιμένου, καὶ περιστατοῦντος ὑπὸ πλήθους τραυμάτων. εἴκοσι γὰρ καὶ τρία λαβεῖν λέγεται· καὶ πολλοὶ κατεῤῥώσθησαν ὑπὸ ἀλλήλων, εἰς ἓν ἀφικνούμενοι σῶμα πληγὰς τοσαύτας. κατειργασμένου δὲ τοῦ ἀνδρὸς, ἡ μὲν γερουσία, καίπερ εἰς μέσον Βρούτου ἐλθόντος, ὥς τι περὶ τῶν πεπραγμένων ἐρωτῶντος οὐκ ἀναχωρεῖν, ἀλλὰ θυρῶν ἐξέπιπτεν, καὶ φεύγουσα κατέπλησε παραχῆς καὶ δέους ἀπόρου τὸν δῆμον, ὥστε τοὺς μὲν οἰκίας κλείειν, τοὺς δὲ ἀπολείπειν τραπέζας καὶ χρηματιστήρια· δρόμῳ δὲ χωρεῖν, τοὺς μὲν, ὅθι τὸν τόπον ὀφθησόμενοι τοῦ πάθους, τοὺς δὲ, οἴκοθεν, ἐπιθεασόμενοι. Ἀντώνιος δὲ

F

καὶ Λέπιδος, οἱ μάλιστα φίλοι Καίσαρος, ὑποεκδύντες, εἰς οἰκίας ἑτέρας κατέφυγον. οἱ δὲ περὶ Βροῦτον, ὥσπερ ἦσαν ἔτι θερμοὶ τῷ φόνῳ, γυμνὰ τὰ ξίφη δεικνύντες, ἅμα πηδῶντες ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου συγκεκροτημένοι ἐχώρουν εἰς τὸ Καπιτώλιον, οὐ φεύγοντες ἐοικότες, ἀλλὰ μάλα φαιδροὶ καὶ θαῤῥαλέοι, παρακαλοῦντες ὅθι τὴν ἐλευθερίαν τὸ πλῆθος, καὶ προσδεχόμενοι τοὺς ἀρίστους τῶν ἐντυγχανόντων. ἔνιοι δὲ καὶ συναπέβαινον αὐτοῖς,

καὶ κατεμίγνυσαν ἑαυτοὺς, ὡς μετεσχηκότες τοῦ ἔργου, καὶ
προσεποιοῦντο τὴν δόξαν· ὧν ἦν καὶ Γάιος Ὀκτάουίος καὶ
Λέντλος Σπινθήρ. οὗτοι μὲν οὖν τῆς ἀλαζονείας δίκην ἔδω-
κεν ὕστερον, ὑπὸ Ἀντωνίου καὶ τοῦ νέου Καίσαρος δυαιρε-
θέντες, καὶ μηδὲ τῆς δόξης, δι' ἣν ἀπέθνησκον, ἀπολαύσαν-
τες, ἀπιστίᾳ τῶν ἄλλων. οὐδὲ γὰρ οἱ κολάζοντες αὐτοὺς, τῆς
πράξεως, ἀλλὰ τῆς βουλήσεως τὴν δίκην ἔλαβον. μεθ' ἡ-
μέραν δ' τῶν περὶ Βροῦτον κατελθόντων καὶ ποιησαμένων
λόγους, ὁ μὲν δῆμος οὔτε διεχρήσαντο, οὔτε ὡς ἐπαινῶν τὰ
πεπραγμένα τοῖς λεγομένοις πρόσειχεν, ἀλλ' ὑπεδήλου τῇ πολλῇ σιωπῇ, Καίσαρα μὲν οἰκτείρων, αἰδούμενος δ'
Βροῦτον. ἡ δ' σύγκλητος ἀμνηστίας τινὰς καὶ συμβάσεις πράττουσα πᾶσιν Καίσαρα μὲν ὡς θεὸν τιμᾶν ἐψηφίσαντο, καὶ κυ-
ρεῖν μηδὲν ὧν σμικρότατον ὧν ἐκεῖνος ἄρχων ἐβούλευσεν, τοῖς
δ' περὶ Βροῦτον ἐπαρχίας τε διένειμαν, καὶ τιμὰς ἀπέδωκε
πρεπούσας· ὥστε πάντας οἴεσθαι τὰ πράγματα κατάστασιν ἔχειν, καὶ σύγκρισιν ἀπειληφέναι τὴν ἀρίστην. ἐπεὶ δ' τῶν
δεδηκῶν τῶν Καίσαρος αἰσχρεισῶν δυρέθη δεδεμένη Ῥω-
μαίων ἑκάστῳ δόσις ἀξιόλογος, καὶ τὸ σῶμα κομιζόμενον δι'
ἀγορᾶς ἐθεάσαντο ταῖς πληγαῖς ἀμελελωβημένον, οὐκ ἔτι
κόσμον εἶχεν οὐδὲ πάξιν αὐτῷ τὸ πλῆθος, ἀλλὰ τῷ μὲν νεκρῷ
περιστορέσαντες ὅλῃ ἀγορᾶς βάθρα καὶ κιγκλίδας καὶ τρα-
πέζας, ὑφῆψαν αὐτὸ καὶ κατέκαυσαν· φέρομενοι δ' δαλοὺς
ἀπὸ πυρὸς ἔθεον ὅπῃ τὰς οἰκίας τῶν ἀνηρηκότων καταφλέ-
ξοντες. ἄλλοι δὲ ἐφοίτων πανταχόσε τῆς πόλεως, συλλα-
βεῖν καὶ ἀπασπάσασθαι τοὺς ἄνδρας ζητοῦντες· οἷς ἐκεί-
νων μὲν οὐδεὶς ἀπήντησεν, ἀλλὰ δὴ πεφραγμένοι πάντες
ἦσαν. Κίννας δέ τις τῶν Καίσαρος ἑταίρων, ἔτυχεν μὲν (ὡς
φασιν) τῆς παρωχημένης νυκτὸς ὄψιν ἑωρακὼς ἄπορον. ἐδόκει γὰρ ὑπὸ Καίσαρος ὅπῃ δεῖπνον καλεῖσθαι· παραιτού-
μενος δὲ, ἄγεσθαι τῆς χειρὸς ὑπ' αὐτοῦ, μὴ βουλόμενος,
ἀλλ' ἀπιτείνων. ὡς δ' ἤκουσεν ἐν ἀγορᾷ τὸ σῶμα καίεσθαι τοῦ
Καίσαρος, ἀναστὰς ἐβάδιζεν ὅπῃ τύχοι, καὶ φορούμενος
τὴν ὄψιν ἅμα καὶ πυρέττων. καί τις ὀφθέντος αὐτοῦ τῶν πολ-
λῶν ἔφασκεν ἑτέρῳ τοιοῦτον πυθανομένῳ, κἀκεῖνος ἄλ-
λῳ· καὶ διὰ πάντων δι' ὀλίγου χρόνου, ὡς οὗτός ἐστιν ὁ δολοφόνος τῶν ἀνηρηκότων Καίσαρα· καὶ γὰρ ἦν τις ὁμώνυμος ἐκείνῳ Κίν-
νας ἐν τοῖς στασιωμένοις, ὃν τοῦτον εἶναι νομίζοντες,
ὥρμησαν δι' ὀλίγου καὶ διέσπασαν ἐν μέσῳ τῷ ἀγορᾷ. τοῦ-
το μάλιστα δείσαντες οἱ περὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον, οὐ πολ-
λῶν ἡμερῶν διαγενομένων ἀπεχώρησαν ἐκ τῆς πόλεως. ἃ
δὲ καὶ πράξαντες καὶ παθόντες ἐτελεύτησαν, ἐν τοῖς
περὶ Βρούτου γέγραπται. ἐνήσκει δ' Καῖσαρ, τὰ μὲν πάντα
γεγονὼς ἔτη πεντήκοντα καὶ ἕξ, Πομπηΐῳ δὲ ὑπεβιώσας
οὐ πολὺ πλέον ἔτη τέσσαρα· ἐπὶ δὲ τῷ βίῳ πάντι ἀρ-
χῇ καὶ δυναστείᾳ διὰ κινδύνων τοσούτων διώκων, μόλις
κατειργάσατο, ταύτης οὐδὲν ὅτι μὴ τοὔνομα μόνον καὶ τὴν
ὑπόφθονον καρπωσάμενος δόξαν παρὰ τῶν πολιτῶν. ὁ μὲν
πρὶν μέγας αὐτὸν δαίμων, ᾧ παρὰ τὸν βίον ἐχρήσατο, καὶ τε-
λευτήσαντος ἐπηκολούθησεν πιμφρὸς τοῦ φόνου, διά τε γῆς
πάσης καὶ θαλάσσης ἐλαύνων καὶ ἀνιχνεύων ἄχρι τοῦ μηδέ-
να λιπεῖν τῶν ἀπεκτονότων, ἀλλὰ καὶ τοὺς καθ' ὁποιῶν, ἢ
χειρὶ τοῦ ἔργου ἁψάντας, ἢ γνώμης μεταχόντας ἐπεξελθεῖν.

A atq; se vt facti consortes associauerunt eis, ac gloriam illam vendicarunt. in quibus C. Octauius & Lentulus Spinther fuerunt. Hi interfecti post ab Antonio & Octauio Cæsare pœnas dederunt insolentiæ: ac ne gloriæ quidem, cuius causa necati sunt, quia non crediderunt alii, fructum cepere. neque enim illi qui puniuerunt eos, facti piacula, sed voluntatis, exegere. Postero die descenderunt coniurati ex Capitolio, ac concionem habuerunt. Populus autem ita præbuit dicentibus aures, vt neque improbaret neq; probaret factum: verum obstinato silentio Cæsarem significauit miserari
B se, Brutum vero in reuerentia habere. Senatus vero de obliuione præteritorum & reconciliatione inter omnes agens, decreuit Cæsari diuinos honores, acta eius omnia confirmauit, coniuratis dedit prouincias, conuenientesque tribuit honores. Vnde putabant rempublicam omnes pacatam esse atque optime compositam. At postquam apertis testamenti Cæsaris tabulis compertum est legatum Populo Romano viritim luculentum relictum esse, elatumq; per forum corpus vulneribus conspexere laceratum, haud potuit vltra contineri aut regi multitudo: sed congestis ex foro subsellii,
C cancellis, mensisque, succenderunt & cremauerunt cadauer. Inde ardentibus titionibus ad domos inflammandas percussorum tetendere. Alii per totam vrbem discurrerunt, requirentes eos vt comprehenderent & discerperent. in quos nemo illorum incurrit, sed sepserant se omnes diligenter. Cinna quidam ex amicis Cæsaris somnium horrendum priore nocte habuerat. Videbatur sibi ad cœnam inuitari à Cæsare: quum renueret autem, manu ab eo inuitus & reluctans duci. Hic audito Cæsaris corpus in foro cremari, etsi visionem suspectam habebat, & tenebatur etiam febre, honoris illius causa in forum profectus est. Vt conspe-
D ctus est, nomen quidam ex plebe quærenti alteri dixit, ille alteri. Mox omnes peruasit, vnum hunc esse ex Cæsaris percussoribus. Erat enim in coniuratis alius illi cognominis Cinna, quem quod existimarent hunc esse, impetu confestim facto in ipso foro eum dilacerauerunt. Ob hanc formidinem Brutus & Cassius paucis interiectis diebus vrbe excessere. Quibus autem rebus inde gestis, quibusq; pressi calamitatibus occubuerunt, in Bruti historia sumus persecuti. Obiit Cæsar annos natus non plus sex & quinquaginta. Pompeio superstes fuit non multo annis quatuor amplius. Quod
E vero omni vita imperium & dominationem per tanta pericula persecutus ægre confecit, & hoc nihil nisi nominis & inuidiosæ apud ciues gloriæ fructum cepit. At magna eius felicitas, qua est in vita vsus, mortuum quoque comitata necis eius vltrix, atq; omni terra mariq; persequuta est, & inuestigauit interfectores, quoad nullus superfuit, sed omnes, qui vlla re vel manu facti affines vel consilii fuerant consortes, vindicauit. Porro inter humana signa mirandum imprimis quod Cassio accidit. Hic victus in Philippis semetipse interemit eodem pugione quo violauerat Cæsarem. Ex cælestibus,
F grandis cometa, qui post Cæsaris necem eximiè fulgẽs septem noctes apparuit, inde subductus est.

θαυμασιώτατον δ' τῶν μὲν ἀνηρεθέντων ὑπὸ τῶν περὶ Κάσσιον· (ἡττηθεὶς γὰρ ἐν Φιλίπποις, ἐκείνῳ τῷ ξιφιδίῳ διέφθειρεν ἑαυτὸν ᾧ κατὰ Καίσαρος ἐχρήσατο) τῶν δὲ θείων, ὅ, τε μέγας κομήτης, (ἐφαίνετο γὰρ ὅπῃ νύκτας ἑπτὰ μετὰ τὴν Καίσαρος σφαγὴν διαφανής, εἶτα ἠφανίσθη)

Iam iubaris ſolis obcæcatio. Nam anno toto illo orbis eius pallidus ſine fulgore emerſit, debilemque & tenuem dimiſit calorem. Itaque nubilus aer & grauis extitit imbecillitate eum tenuantis teporis. Vnde fructus crudi immaturique elanguerunt ob cœli rigorem, & flaccidi euaſere Præcipue vero oblatum Bruto ſpectrum Cæſaris cædem denunciauit non fuiſſe diis cordi. Id fuit huiuſcemodi: Tranſportaturus ex Abydo in oppoſitam continentem exercitum, quieſcebat nocte, vt aſſueuerat, in tabernaculo, inſomnis adhuc, vt de belli euentu ſolicitus. ſiquidem vir hic inter omnes imperatores perhibetur minime ſomno indulſiſſe, naturaque fuiſſe vigilantiſſimus. Is ſtrepitum ſentire ad fores imaginatus eſt. Intentis autem ad lucernæ lumen iam emarcentis oculis, ſpeciem vidit horribilem viri immani magnitudine diroque aſpectu. Perculſus primum, vbi nihil intentantem conſpexit, neque vocem mittentem, tantum cubili ſuo tacitum aſſiſtentem: rogauit quiſnam eſſet. Reſpondit ei ſpectrum, Tuus Brute malus genius: in Philippis me videbis. Tunc forti animo Brutus, Videbo, inquit. Mox genius ille ex oculis abiit, Poſtmodum, quum in Philippis infeſtum exercitum contra Antonium & Cæſarem haberet prima acie victor oppoſitum ſibi cornu profligauit, atque inſtans effuſis, caſtra Cæſaris diripuit. Altera inſtante pugna idem ſe ei noctu obtulit ſpectrum, neque eſt eum alloquutum: verum intelligens Brutus fatum, in periculum demiſit ſe. Non cecidit tamen in prælio: ſed pulſis ſuis refugit ad rupem quandam, admatoque pectori ſtricto gladio, ſimulque amico quodam, vt fama eſt, ictum adiuuante exanimatus eſt.

A καὶ ὁ περὶ τὸν ἥλιον ἀμαύρωμα τῆς αὐγῆς. ὅλον γὰρ ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὠχρὸς μὲν ὁ κύκλος καὶ μαρμαρυγὰς οὐκ ἔχων ἀνέτελλεν, ἀδραναὲς δ' καὶ λεπτὸν ἀπ' αὐτοῦ κατῆγε τὸ θερμόν· ὥστε τὰ μὲν ἀέρα, δι' ὀφερὸν καὶ βαρὺ ἀσθενείᾳ τοῦ δυσκρινοῦσης αὐτὸν ἀλέας οὐκ φέρεσθαι, τοὺς δ' καρποὺς ἡμιπέπτους καὶ ἀτελεῖς ἀποδυσθῆναι καὶ παρακμάσαι δυσὶ τοῦ ψυχρότητα τοῦ περιέχοντος. μάλιστα δ' ὁ Βροῦτον θορυβοῦν φάσμα τοῦ Καίσαρος ἐδήλωσεν σφαγὴν τοῦ θυμοῦν θεοῖς ἐχθρόν. ὧν δ' τοιόνδε, μέλλων τὸν στρατὸν ἐξ Ἀβύδου διαβιβάζειν εἰς τὴν ἑτέραν ἤπειρον, ἀνεπαύετο νυκτὸς (ὡς πρὸς εἰώθει) καὶ σκηνῇ, τοῦ καθεύδων, ἀλλὰ φροντίζων περὶ τοῦ μέλλοντος. (λέγεται γὰρ οὗτος ἀνὴρ ἥκιστα δὴ τῶν στρατηγῶν ὑπνώττειν θηρᾶσθαι, καὶ πλεῖστον ἑαυτῷ χρόνον ἐγρηγορέναι πεφυκώς) φόβου δέ τινος αἰσθέσθαι περὶ τὴν θύραν ἔδοξε, καὶ πρὸς τὸ τοῦ λύχνου φῶς ἤδη καταφερομένου σκιάμενος, ὄψιν εἶδε φοβερὰν ἀνδρὸς οὐκ φύλου τὸ μέγεθος, καὶ χαλεπὸν τὸ εἶδος. ἐκπλαγεὶς δ' τὸ πρῶτον, ὡς εἶδε μήτε πράττοντά τι, μήτε φθεγγόμενον, ἀλλὰ ἑστῶτα σιγῇ παρὰ τὴν κλίνην, ἠρώτα ὅστις ἐστίν. ἀποκρίνεται δὴ αὐτῷ τὸ φάσμα, Ὁ σὸς ὦ Βροῦτε δαίμων κακός· ὄψῃ δέ με περὶ Φιλίππους. τότε μὲν οὖν ὁ Βροῦτος θυθαρσῶς, Ὀψομαι, εἶπεν. καὶ τὸ δαιμόνιον θυθὺς ἐκποδὼν ἀπῆει· παρ' δὲ ἐκείνου μιᾷ χρόνῳ περὶ τοὺς Φιλίππους ἀντιπαραταξεὶς Ἀντωνίῳ καὶ Καίσαρι, τῇ μὲν πρώτῃ μάχῃ κρατήσας τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐρρώσθη καὶ διεξήλασεν, πορθῶν τὸ Καίσαρος στρατόπεδον· τῇ δὲ δευτέρᾳ αὐτῷ μάχεσθαι μέλλοντι φοιτᾷ τὸ αὐτὸ φάσμα τοῦ νυκτὸς αὖθις, οὐχ ὥστε τι προσειπεῖν· ἀλλὰ συνεὶς ὁ Βροῦτος τὸ πεπρωμένον, ἔρριψε φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸν κίνδυνον. οὐ μὴν ἔπεσεν ἀγωνιζόμενος, ἀλλὰ τῆς δόξης θυμούμενος, ἀναφυγὼν πρός τι χρημνώδες, καὶ παρ' ξίφει γυμνῷ προσβαλὼν τὸ στέρνον, ἅμα καὶ φίλου τινὸς (ὡς φασιν) ὑπορρώσαντος πληγήν, ἀπέθανεν.

B

C

D

PLVTARCHI
vitæ comparatæ
PHOCIONIS
&
CATONIS
Minoris.

PHOCION.

EMADES orator quia ad Macedonum & Antipatri nutum rempubl. gerebat, Athenis pollens, quum multas leges rogare multaque dicere cogeretur præter ciuitatis dignitatem & morem, ignoſcendum dicebat ſibi eſſe, quod naufragia ciuitatis gubernaret. Fuit hoc dictum arrogantius, traductum tamen ad Phocionis in republic. actiones verum dicas. quippe erat ipſe naufragium reipubl. Demades, qui ita inſolenter & vixit & rempubl. adminiſtrauit: vt de illo diceret Antipater iam ſene, Ex eo ſicut hoſtia immolata linguam modo & ventrem ſupereſſe. At Phocionis virtutem, quæ grauem aduerſariam erat & violentam temporum ſæuitiam ſortita, fortuna Græciæ languidam & obſcuram reddidit ad gloriam.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
Βίοι παράλληλοι
ΦΩΚΙΩΝΟΣ
καὶ
ΚΑΤΩΝΟΣ
τοῦ νεωτέρου.

ΦΩΚΙΩΝ.

ΗΜΑΔΗΣ ὁ ῥήτωρ, ἰσχύων μὲν ἐν τῇ Ἀθήναις, δι' ὃ τοὺς χαρίεν πολιτεύεσθαι Μακεδόνων καὶ Ἀντιπάτρου, πολλὰ γὰρ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ἦθος, ἔλεγε συγγνώμης ἄξιος εἶναι, πολιτευόμενος τὰ ναυάγια τῆς πόλεως. τοῦτο δ' εἰ καὶ θρασύτερον εἴρηται, δόξειεν ἂν ἀληθὲς εἶναι, μετενεγθὲν ὅπερ τὴν Φωκίωνος πολιτείαν. Δημάδης μὲν γὰρ αὐτὸς ὢν ναυάγιον τῆς πόλεως· οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥστε Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι καθάπερ ἱερείου σφαττομένου, γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον ἀπολλείποιεν. τὸν δὲ Φωκίωνος ἀρετὸν, ὥσπερ ἀντιπαλαίστρᾳ βαρεῖ καὶ βιαίῳ, καιρῷ συλλαχοῦσαν. αἱ τύχαι τῆς Ἑλλάδος ἀμαυρὰν καὶ ἀλαμπῆ πρὸς δόξαν ἐποίησαν.

οὐ γὰρ Σοφοκλεῖ γε προσεκτέον ἀσθενῆ ποιοῦντι τὴν ἀρετὴν, ἐν οἷς φησιν,

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὦ νοῦς, οὐδ' ὃς δὴ βλαστὴ μένει,
Νοῦς τοῖς κακῶς πράξασιν, ἀλλ' ἀξίᾳ τιμᾷ. τοσοῦτον δὲ τῇ τύχῃ δοτέον αἰτιατομένῃ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἰσχύειν, ὅσον ἀντὶ τῆς ἀξίας τιμῆς καὶ χάριτος ἐνίοις φόβους πονηροὺς καὶ ἀμφιβολίας ἐπιφέρουσαν τὴν πίστιν ἀσθενεστέραν ποιεῖν τῆς ἀρετῆς. καίτοι δοκοῦσιν οἱ δῆμοι μᾶλλον εἰς τοὺς ἀγαθοὺς ἐξυβρίζειν, ὅταν δοκῶσιν εὐτυχεῖν ὑπὸ πραγμάτων μεγάλων καὶ δυνάμεως ἐπαιρόμενοι, συμβαίνειν ὃ τοιοῦτον. ἀεὶ γὰρ αἱ συμφοραὶ πικραὶ μὲν τὰ ἤθη καὶ μικρόλυπα καὶ ἀκροσφαλῆ πρὸς ὀργὰς ποιοῦσιν, δύσκολον δὲ τὴν ἀκοὴν καὶ τραχεῖαν, ὑπὸ παντὸς λόγου καὶ ῥήματος τόνον ἔχοντος ἐνοχλουμένην. ὁ δὲ ἐπιτιμῶν τοῖς ἐξαμαρτανομένοις, ἐξονειδίζειν τὰ δυστυχήματα δοκεῖ, καὶ καταφρονεῖν ὁ παρρησιαζόμενος. καὶ καθάπερ ὃ μέλι λυπεῖ τὰ τεθρομμένα καὶ πεπληγμένα μέρη τοῦ σώματος, οὕτως πολλάκις οἱ ἀληθινοὶ καὶ νοῦν ἔχοντες λόγοι δάκνουσι καὶ παροξύνουσι τοὺς κακῶς πράττοντας, ἐὰν μὴ πρᾴως ὦσιν καὶ συνείκοντες, ὥσπερ ἀμέλει ὃ ἡδύ, μυθοειδὲς ὁ ποιητὴς κέκληκεν, ὡς πρὸς ἡδονὴν τῆς ψυχῆς ὑπείκον, καὶ μὴ μαχόμενον μηδὲ αἰτιτυπῶν. καὶ γὰρ ὄμμα φλεγμαῖνον, ἥδιστα τοῖς σκιεροῖς καὶ ἀλαμπέσιν ἐν ἀμαυρείᾳ χρώμενον. τὰ δ' αὐγὴν ἔχοντα καὶ φῶς ἀποστρέφεται. καὶ πόλις ἐν τύχαις ἀβουλήτοις γινομένη, φοβερὰς καὶ τρυφερὸν ἐστὶ δι' ἀσθένειαν ἀνέχεσθαι παρρησίας, ὅτε μάλιστα δεῖται, τῶν πραγμάτων δυσφορεῖν ἁμαρτήματος οὐκ ἐχόντων. διὸ πολύτη σφαλερὸν ἡ τοιαύτη πολιτεία. σκωπόλλιοι γὰρ τὸν πρὸς χάριν λέγοντα, καὶ προσαπόλλιοι τὸν μὴ χαριζόμενον. ὥσπερ οὖν τὸν ἥλιον οἱ μαθηματικοὶ λέγουσιν, μήτε τῷ αὐτῷ τῷ οὐρανῷ φερόμενον φορὰν, μήτε ἀπικρὶς ἐναντίαν καὶ ἀντιβατικῷ, ἀλλὰ λοξῷ καὶ παρεγκεκλιμένῳ πορείας σχήματι χρώμενον, ὑγρὸν καὶ εὐκαμπῆ καὶ περιελιττομένῳ ἕλικα ποιεῖν, ᾗ σώζεται πολύτα καὶ λαμβάνει τὴν ἀρίστην κρᾶσιν· οὕτως ἄρα τῆς πολιτείας ὁ μὲν ὄρθιος ἄγαν καὶ πρὸς ἄπολυτα τοῖς δημοσίοις ἀντιβαίνων τόνος, ἀπηνὴς καὶ σκληρός· ὥσπερ αὖ πάλιν ἐπισφαλὲς καὶ κάτολυτες, ὃ συνεφελκόμενον τοῖς ἁμαρτανόμενοις, ᾧ πολλοὶ καὶ συνεπιρρέπουσιν. ἡ δ' ἀνύπτειχουσα πειθομένοις καὶ διδοῦσα ὃ πρὸς χάριν εἶτ' ἀπαιτοῦσα ὃ συμφέρον ἐπιτασία καὶ κυβέρνησις ἀνθρώπων πολλὰ πρᾴως καὶ χρησίμως ὑπουργούντων, εἰ μὴ πολύτα δεσποτικῶς καὶ βιαίως ἄγοιντο, σωτήριος, ἐργώδης δὲ καὶ χαλεπὴ, καὶ ὃ σεμνὸν ἔχουσα τῷ ἐπιεικεῖ δεδεμένον· ἐὰν δὲ μιχθῇ, τοῦτό ἐστιν ἡ πολύτων μὲν ῥυθμῷ, πασῶν δὲ ἁρμονιῶν ἐμμελεστάτη καὶ μουσικωτάτη κρᾶσις· ᾗ καὶ τὸν κόσμον ὁ θεὸς λέγεται διοικεῖν, οὐ βιαζόμενος, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ λόγῳ παρέχων τὴν ἀνάγκην. ταῦτα δὲ καὶ Κάτωνι τῷ νέῳ συνέβη. καὶ γὰρ οὗτος οὐ πιθανὸν ἔφερεν οὐδὲ πρὸς φιλὲς ὄχλῳ ὃ ἦθος, οὐδὲ ἐνῴκησεν ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸς χάριν· ἀλλ' ὁ μὲν Κικέρων φησὶν αὐτὸν, ὥσπερ ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ, καὶ οὐκ ἐν τῇ Ῥωμύλου πολιτευόμενον ὑποσταθμῇ, τῆς ὑπατείας ἐκπεσεῖν. ἐμοὶ δὲ ταὐτὸ δοκεῖ παθεῖν τοῖς μὴ καθ' ὥραν ἐκφανεῖσι καρποῖς. ὡς γὰρ ἐκείνοις ἡδέως ὁρῶντες καὶ θαυμάζοντες, οὐχρῶνται· οὕτως ἡ Κάτωνος ἀρχαιοτροπία διὰ χρόνων πολλῶν ἐπιθυμουμένη βίοις διεφθορόσι καὶ πονηροῖς ἔθεσι, δόξαν μὲν εἶχε μεγάλην καὶ κλέος, οὐκ ἐνήρμοσε δὲ ταῖς χρείαις, διὰ βάρος καὶ μέγεθος τῆς ἀρετῆς ἀσύμμετρον τοῖς καθεστῶσι καιροῖς.

A Neque enim audiendus Sophocles est, qui imbecillem virtutem facit hisce carminibus,

Non mens eo statu remanet, quo floruit,
O Rex, in hisce quos malorum pondera
Grauiter premunt, sed linquit afflictissimos.

Tantam vero infestę bonis viris attribuas vim fortunæ, quatenus pro merito honore & gratia infamiam nonnullis & probra referens fidem infirmat virtuti. Et quidem putantur insolescere magis in bonos populi, quum lætas res suas existimant, rebus magnis & potentia exultantes. Verum diuersum accidit. siquidem clades amaros mores irri-
B tabilesq; & præcipites reddunt in iram: ad hæc aures difficiles atque morosas, quæ quouis dicto & verbo acri exacerbentur. Iam peccantes qui castigat, exprobrare videtur calamitates: & despicere, qui libere loquitur. Atque vt corporis mel vulnera & vlcera pungit: ita frequenter vera & cordata oratio, nisi lenis sit & blanda, mordet ac stimulat afflictos. quamobrem dulce poeta μυθοειδὲς vocauit, quasi animo cedens nec repugnans vel renitens tumenti. Nam vt oculo inflammato opacus & fuscus gratissimus color est, splendidus vero & lucidus asperat eum: haud secus rebus obruta ciuitas asperis timet refugitque ob imbecillitatem,
C quum maxime opus habeat, rebus eo prolapsis vt excitari nequeat ab offensa, veritatē audire. Quapropter versatur prorsus in lubrico ea resp. quippe vna secum blandientem auribus perdit, & acerbum perdit ante. Vt igitur prædicant solem mathematici non eodem ac cœlum motu volui, neq; prorsus aduerso tamen & opposito, sed obliquam atq; leuiter inflexam cursus formam tenendo lentum, flexibilem, & sequacem efficere anfractum,
D quo vniuersitas constat, atq; optimam accipit temperaturam: in republ. item nimirum directus, & per omnia populi voluntati reluctans, ingratus est tenor & rigidus: vt contra lubricus & procliuis qui peccantes sequitur, quum eo videat inclinare populum. Illa vero quæ parentibus concedit indulgetq;, indeque exigit quod fructiferum est, administratio & moderatio hominum in multis modeste atq; vtiliter, nisi vbiq; imperiose & violenter agantur, obtemperantium, salutaris quidem est, verum ardua eam quæ ægre cum lenitate temperatur retinens grauitatem. Quæ cum hac si temperata fuerit, ea demum modulorum sit omnium & concentuum maxime concinna & delectabilis temperatura, qua mundum quoq; perhibent Deū
E regere, non violentia, sed lepore & ratione inducendo leniens necessitatem. Hæc Catoni minori vsu venere. neq; enim blandis hic vel gratis plebi moribus præditus fuit, neq; floruit in republ. obsequiis: sed ait eum Cicero quasi in republ. Platonis, non in Romuli fæce, ageret, consulatus repulsam tulisse. Mihi vero videtur idem illi quod fructibus accidisse intempestiue prouenientibus. Vt enim hos contēplamur libenter miramurq;, nec vtimur tamen: ita mores antiqui Catonis, in ciuitate corrupta & deprauata consuetudine existentes, laudem quidem habuerunt & gloriam grandē, v-
F sui tamen propter pondus & fastigium à præsenti abhorrens seculo virtutis non fuerunt cōsentanei.

Etenim haud præcipite iam patria, vt Phocion, magna tamen tempestate & fluctibus iactata, vela & rudentes vt tractare & assistere posset potentioribus, remp. gerens: quũ à clauo esset & gubernaculo summotus, certamen exhibuit tamen fortunæ durum, quippe subiugauit illa quidem & prostrauit remp. per alios, verum ægre & tarde longoque spacio, quum victoria penes remp: pene fuisset per Catonem & Catonis virtutem: cum qua Phocionis conferimus non communibus similitudinibus vt bonorum & reipub. tractandę peritorum virorum. Nempe est & fortitudinis cum fortitudine discrimen, ceu eius quæ Alcibiadis fuit, cum illa quæ Epaminundæ: & cum prudentia prudentię, velut Themistoclis cum Aristidis: iustitiæ item cũ iustitia, vt Numæ cum Agesilai. At horum virorum virtutes vsq; ad extremas & indiuiduas differentias eundem characterem, effigiem, colorem morum communem pręferunt impressum, quasi temperata pari modo cum austeritate humanitate, & cum cautione fortitudine: pro aliis solicitudine, pro semetipsis securitate: turpitudinis fuga cum firmitate iustitiæ similiter in vtroq; coaptata. vt ad discernendum & eruendum quatenus discrepent, arguta opus sit tanquam instrumento oratione.

A C Catonis quidem in confesso est clarum genus, vt post dicetur, fuisse: Phocionem vero auguramus loci fuisse non omnino obscuri & abiecti. Neq; enim, si fuisset ei (vt Idomeneus autumat) pater artifex cochlearius, qui sexcenta collegit & obiecit ei conuitia, generis nouitatem Glaucippus Hypperidis filius prætermisisset: neq; mores adeo liberales & honestos vel institutionem sortitus esset. qui Platonis admodum adolescens, & post Xenocratis, fuit in academia auditor, studiorumq; à prima ætate sectator optimorum. Siquidem neq; ridentem neque plorantem quisquam Atheniensium temere Phocionem vidit, neque in balneo publico lauantem, vt tradit Duris: neque extra pallium, quum amictus esset, manum eius exertam. Nam peregre quidem atq; in bello sine calceis semper nudusq; incedebat, nisi gelu immodicum esset & intolerabile: vt milites per iocum pro grauis brumæ nota haberent, vbi esset vestib. Phocion opertus. Quamuis autem moribus esset mansuetissimis facilimisq;, vultum tamen morosum & tetricum repræsentabat. vnde nemo facile eum alienior conuenit solus. Itaque quum Chares aliquando supercilia eius perstringeret, arrideretque populus Atheniensis: Nihil hoc vobis, inquit, mœroris intulit supercilium: at horum risus multas ciuitati lacrymas inuexit. Perinde oratio quoque fuit Phocionis vtilibus sententiis & consiliis salubris, coniuncta cum imperiosa, austera & tristi breuitate. quippe, vt Zeno ait, mente tinctum proferre philosophum sermonem debere, pari modo habuit Phocionis oratio plurimũ in concisa dictione sentẽtiæ. quo apparet Sphettium Pholyeuctum respexisse, quũ diceret oratorem esse Demosthenẽ optimũ, sed in dicendo acutissimum Phocionem. Quomodo. n. habet monetæ æstimatio exigua in mole maximum valorem, sic huius orationis vim censebat verbis paucis multa significare. Et vero ipsum etiam ferunt Phocionem aliquando completo theatro sub scena inambulasse cogitabundũ.

A καὶ γὰρ αὐτὸς οὐ κεκλιμμένης μὴν ἤδη τῆς πατρίδος, ὥσπερ ὁ Φωκίων, πολλὰ δὲ χειμῶνα καὶ σάλον ἐχούσης, ὅσον ἱστίων καὶ κάλων ὑπιλαβέσθαι, καὶ παρεξιέναι τοῖς πλέον δυναμένοις, πολιτευσάμενος, οἰάκων τε καὶ κυβερνήσεως ἀπωθεὶς, ὅμως μέγαν ἀγῶνα τῇ τύχῃ παρεσείσησεν. εἴλε μὲν γὰρ καὶ κατέβαλε τὴν πολιτείαν δι' ἄλλους, πόλις τε καὶ βασιλέως, καὶ χρόνῳ πολλῷ καὶ παρὰ μικρὸν ἐλθοῦσαν παρεγγυήσας δι' Κάτωνα καὶ τὴν Κάτωνος ἀρετήν· ἣ παραβάλλομεν τὴν Φωκίωνος, οὐ κατ' κοινὰς ὁμοιότητας, ὡς ἀγαθῶν καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν. ἔστι γὰρ ἀμελεῖ καὶ ἀνδρείας διαφορὰ πρὸς ἀνδρείαν,

B ὡς τῆς Ἀλκιβιάδου πρὸς τὴν Ἐπαμεινώνδου· καὶ φρονήσεως πρὸς φρόνησιν, ὡς τῆς Θεμιστοκλέους πρὸς τὴν Ἀριστείδου· καὶ δικαιοσύνης πρὸς δικαιοσύνην, ὡς τῆς Νομᾶ πρὸς τὴν Ἀγησιλάου. τούτων τῶν τῶν ἀνδρῶν αἱ ἀρεταὶ, μέχρι τῶν τελευταίων καὶ ἀτόμων διαφορῶν, ἕνα χαρακτῆρα καὶ μορφὴν καὶ χρῶμα κοινὸν ἤθους ἐγκεκραμένων σκιαφέρουσιν, ὥσπερ ἴσῳ μέτρῳ μεμιγμένῳ πρὸς τὸ αὐστηρὸν τῆς φιλανθρώπου, καὶ πρὸς τὸ ἀσφαλὲς τῆς ἀνδρείας, καὶ τὸ παρ' ἄλλων μὴ κακοδαιμονίας, παρ' αὐτῶν δὲ ἀφοβίας, καὶ πρὸς μὲν τὸ αἰσχρὸν τῆς ἀλαζονείας, πρὸς δὲ τὸ δίκαιον τῆς τυραννοσυνήμοσυνῆς

C νης ὁμοίως· ὥστε λεπτῆς πάνυ λόγου δεῖσθαι, καθάπερ ὀργάνου πρὸς διάκρισιν καὶ αἵρεσιν τῶν διαφερόντων.

Τὸ μὲν οὖν Κάτωνος ὁμολόγηται γένος οὐκ ἀμαυρῶν ὑπάρχειν, (ὡς λεχθήσεται) Φωκίωνα δὲ τεκμαίρομαι μὴ πάντα πασιν εἶναι γένους ἄτιμον καὶ καταπεπτωκότος. εἰ γὰρ ἐκεῖνον (ὡς φησιν Ἰδομενεὺς) δι' ἀνθρακοποιοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν οὐδ' ὁ λόγος Γλαύκιππος ὁ Ὑπερίδου, μυρία συνειλοχὼς καὶ εἰρηκὼς κατ' αὐτοῦ κακὰ, τὴν διαβολὴν παρῆκεν· οὐδ' ἂν οὕτως ἐλευθερίου βίου καὶ σώφρονος καὶ παιδείας μετέσχεν, ὥστε τῆς Πλάτωνος, ἔτι μειράκιον ὤν, ὕστερον δὲ τῆς Ξενοκράτους διατριβῆς ἐν

D Ἀκαδημίᾳ μεταλαβεῖν, καὶ τῶν ἀρίστων ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευμάτων ζηλωτὴς γενέσθαι. Φωκίωνα γὰρ οὔτε γελάσαντα τὸν, οὔτε κλαύσαντα, ῥᾳδίως Ἀθηναίων εἶδεν, οὐδ' ἐν βαλανείῳ δημοσιεύοντι λουσάμενον, (ὡς ἱστόρηκε Δοῦρις) οὐδὲ ἐκτὸς ἔχοντα τὴν χεῖρα τῆς περιβολῆς, ὅτε τύχοι περιβεβλημένος. ἐπεὶ κατά γε τὴν χώραν καὶ τὰς στρατείας, ἀνυπόδητος ἀεὶ καὶ γυμνὸς ἐβάδιζεν, εἰ μὴ ψῦχος ὑπερβάλλον εἴη καὶ δυσκαρτέρητον, ὥστε καὶ παίζοντας ἤδη τοὺς στρατευομένους, σύμβολον μεγάλου ποιεῖσθαι χειμῶνος, ἐνδεδυμένον Φωκίωνα. ὃν οὐ νῦν πρεσβύτερος ὢν καὶ φιλανθρωπότατος, ἀπὸ τοῦ προσώπου

E δυσξυμβόλου ἐφαίνετο καὶ σκυθρωπὸς· ὥστε μὴ ῥᾳδίως δύνασθαι μόνον ἐντυχεῖν αὐτῷ τῶν ἀστικῶν. διὸ καὶ Χάρης ποτὲ πρὸς τὰς ὀφρῦς αὐτοῦ λέγοντα, τῶν Ἀθηναίων ἐπιγελώντων, Οὐδὲν (εἶπεν) αὕτη ὑμᾶς λελύπηκεν ἡ ὀφρύς· οὗ τούτων γέλως πολλὰ κλαῦσαι τὴν πόλιν πεποίηκεν. ὁμοίως δέ πως τοῦ Φωκίωνος καὶ ὁ λόγος ἐν ὀλίγοις ἐπὶ χρησίμοις εὐτυχήμασι καὶ διανοήμασι σωτήριος, πρεσπάκτικόν τινα καὶ αὐστηρὸν καὶ ἀνήδυντον ἔχων βραχυλογίαν. ὡς γὰρ ὁ Ζήνων ἔλεγεν ὅτι δεῖ τὸν φιλόσοφον εἰς νοῦν ἀποβάπτοντα προφέρεσθαι τὴν λέξιν, οὕτως ὁ Φωκίωνος

F λόγος πλείστον ἐν ἐλαχίστῃ λέξει νοῦν εἶχεν. καὶ πρὸς τοῦτο ἔοικεν ἀπιδὼν ὁ Σφήττιος Πολύευκτος εἰπεῖν, ὅτι ῥήτωρ μὲν ἄριστος εἴη Δημοσθένης, εἰπεῖν δὲ δεινότατος ὁ Φωκίων. ὡς γὰρ ἡ τοῦ νομίσματος ἀξία πλείστην ἐν ὄγκῳ βραχυτάτῳ δύναμιν ἔχει, οὕτω λόγου δεινότης ἐδόκει πολλὰ σημαίνειν ἀπὸ ὀλίγων. καὶ μὴν καὶ αὐτόν ποτε τὸν Φωκίωνα φασὶ πληθουμένου τοῦ θεάτρου περιπατεῖν ὑπὸ σκηνῇ,

αὐτὸν ὅτι πρὸς ἑαυτῷ τὴν διάνοιαν· εἰ πόντος δέ τινος τῶν φίλων, Σκεπτομαίμην Φωκίων ἔοικας· Νὴ μὰ τὸν Δία (φάναι) σκέπτομαι εἴ τι δυνάμην τὸν λόγον ἀφελεῖν ὃν μέλλω λέγειν πρὸς Ἀθηναίους. ὁ δὲ Δημοσθένης τῶν μὲν ἄλλων κατεφρόνει πολὺ ῥητόρων, αἰσθανόμενος ὁ Φωκίωνος, εἰώθει λέγειν ἀφέμα πρὸς τοὺς φίλους; Ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς πάρεστιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως πρὸς ὃ ἦθος ἀποιστέον· ἐπεὶ καὶ ῥῆμα καὶ νεῦμα μόνον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μυρίοις ἐνθυμήμασι καὶ πειθοῦς ἀπίρροπον ἔχει πίστιν. νέος δὲ ὤν, Χαβρίᾳ προσέμιξεν ἑαυτὸν τῷ στρατηγῷ, καὶ παρείπετο, πολλὰ μὲν εἰς ἐμπειρίαν τῶν πολεμικῶν ὠφελούμενος, ἔστι δὲ ὃ οἷς ἐπανορθούμενος τὴν ἐκείνου φύσιν, ἀνώμαλον οὖσαν καὶ ἄκρατον. καθαρὸς γὰρ ὢν ὁ Χαβρίας καὶ δεξιὸς ἄλλως, ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγῶσιν ὤργα καὶ διεπυροῦτο τῷ θυμῷ, καὶ συνεξέπιπτε τοῖς θρασυτάτοις τῶν βαβολωτέρων· ὥστε ἀμέλει καὶ κατέστρεψε τὸν βίον ἐν Χίῳ, πρῶτος εἰσελάσας τῇ τριήρει, καὶ βιαζόμενος πρὸς τὴν ἀπόβασιν. ἀσφαλὴς οὖν ἅμα καὶ δραστήριος ὁ Φωκίων φαινόμενος, τὴν τε μέλλησιν ἀνεθέρμαινε τοῦ Χαβρίου, καὶ πάλιν ἀφῄρει τὴν ἄκαιρον ἐξύπνου τὴν ὁρμῆς. ὅθεν δίκαιος ὢν ὁ Χαβρίας καὶ χρηστὸς ἠγάπα καὶ πρῶτον αὐτὸν ὅτι πράξεις καὶ ἡγεμονίας, γνώριμον ποιῶν τοῖς Ἕλλησιν, καὶ τὰ πλείστης ἄξια πρυτανείας σκείνῳ χρώμενος. καὶ τὸν περὶ Νάξον ναυμαχίας ὄνομα καὶ δόξαν οὐ μικρὰν Φωκίωνι περιεποίησεν. τοῦ γὰρ δεξιοῦ κέρως ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν, καθ' ὃ καὶ τὴν μάχην ὀξεῖαν εἶχεν ὁ ἀγών, καὶ κρίσιν ἐποίησεν παχεῖαν. πρῶτον οὖν σκείνῳ ναυμαχίαν ἡ πόλις αὐτὴ δι' αὐτῆς ἀγωνισαμένη τοῖς Ἕλλησι μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ καταστυχοῦσα, τόν τε Χαβρίαν ἐφιλοτίμησεν, καὶ τὸν Φωκίωνος, ὡς ἀνδρὸς ἡγεμονικοῦ, λόγον ἔχειν. σπίκων δὲ μεγάλοις μυστηρίοις· καὶ παρεῖχεν οἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις κατ' ἔκασον σπιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἱστὶ δέκα τοῦ βοηδρομιῶνος. ἐκ τούτου λέγεται, πέμποντος αὐτὸν ὅτι τὰς νησιωτικὰς συντάξεις τοῦ χαβρίου, καὶ ναῦς εἴκοσι διδόντος, εἰπεῖν, εἰ μὲν ὡς πολεμήσων πέμποιτο, μείζονος δεῖν δυνάμεως· εἰ δ' ὡς πρὸς συμμάχους, ἀρκεῖν ναῦν μίαν. καὶ πλεύσαντα τῇ αὐτοῦ τριήρει, καὶ ἀγαλλόμενα ταῖς πόλεσι, καὶ συγγενόμενον τοῖς ἄρχουσιν ἐπιεικῶς καὶ ἀφελῶς, καταπλεῦσαι μετὰ πολλῶν νεῶν, ἃς ἀπέστειλαν οἱ σύμμαχοι τὰ χρήματα τοῖς Ἀθηναίοις κομιζούσας. οὐ μόνον δὲ ζῶντα τὸν Χαβρίαν θεραπεύων διετέλει καὶ τιμῶν, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ, τοὺς προσήκοντων κακῶς ἐπεμελεῖτο, καὶ τὸν παῖδα Κτήσιππον, ἐβούλετο μὲν ἄνδρα ποιεῖν ἀγαθόν, ἔμπληκτον δὲ ὁρῶν καὶ ἀνάγωγον ὅμως οὐκ ἀπεῖπεν ἐπανορθούμενος καὶ ἀποκρυπτῶν τὰ αἰσχρὰ πλείω ἅπαξ λέγεται, παρενοχλουμένου ἐν στρατείᾳ τινὶ τοῦ νεανίσκου, καὶ κόπτοντος αὐτὸν ἐρωτήμασιν ἀκαίροις καὶ συμβουλίαις, οἷς ἐπανορθουμένου καὶ πρὸς στρατηγοῦντος εἰπεῖν. Ὦ Χαβρία, Χαβρία, μεγάλῃ γέ σοι χάριν ἐκτίνω τῆς φιλίας, τιμωμένου σου τὸν υἱόν. ὁρῶν δὲ τοὺς τὰ κοινὰ πράττοντας τότε, διηρημένους, ὥσπερ ἀπὸ κλήρου, τὸ στρατήγιον καὶ τὸ βῆμα, καὶ τοὺς μὲν λέγοντας ἐν τῷ δήμῳ καὶ γράφοντας μόνον· ὧν Εὔβουλος ἦν καὶ Αἰσχίνης, καὶ Δημοσθένης, καὶ Λυκοῦργος, καὶ Ὑπερείδης· Διοπείθης δὲ καὶ Μενεσθέα, καὶ Λεωσθένη, καὶ Χάρητα, τῷ στρατηγεῖν καὶ πρεσβευτὰς αὐξόντας ἑαυτοῖς· ἐβούλετο τὴν Περικλέους καὶ Ἀριστείδου καὶ Σόλωνος πολιτείαν, ὥσπερ ὁλόκληρον καὶ διηρημένην ἐν ἀμφοῖν ἀναλαβεῖν καὶ ἀποδοῦναι.

A Vbi quum amicus quidam diceret ei, Videris aliquid Phocion tecum meditari, Sane vero, inquit, meditor an quid de oratione, quam habiturus ad populũ Athenienſem ſum, queã reſecare. Demoſthenes magnopere contemnebat cæteros oratores: at quũ ad dicẽdũ Phocion ſurgeret, ſolebat ad amicos dicere ſummiſſe, Orationum mearum ſecuris adeſt. Cæterum hoc ſit fortaſſis ad mores eius referendum. quando viri boni vel verbum vel nutus ſolus mille inſtar ſit ſententiarum & ambituum verborum. Porro adoleſcens ſub duce meruit Chabria, eumque eſt aſſectatus, à quo fuit in ſcientia militari inſtitutus egregie. Nonnihil viciſ-
B ſim illius ingenium correxit varium & impotens. Nam quum ſegnis alias Chabrias & tardus eſſet, ipſis in certaminibus gliſcebat & exardeſcebat animo, atq; cum ferociſſimis proruebat præcipitantius. quomodo ſane in Chio quoq; vitam proiecit, quum triremi ſua ante cæteros prouectus deſcenſionem vrgeret. At Phocion iuxta cautum & impigrum præbens ſe, qua cunctationem excitabat Chabriæ, qua contra calorem impetus intempeſtiuum detrahebat. Vnde candidus & proprius Chabrias dilexit eum, ad negotiaque & imperia prouexit celebrans apud Græcos, eiuſque arduis
C in rebus vſus eſt opera, atq; ex pugna nauali apud Naxum inſigne nomen & gloriam Phocioni conciliauit. nam permiſit ei lævum cornu, in quo acre certamen Mars habuit, & cito decreuit. Prima illa pugna ciuitas Athenienſis per ſe ſola, poſtquam capta fuit, conflixit cum Græcis, victrixq; Chabriam mirifice complexa eſt, & Phocionem vt virum æſtimauit imperio dignum. Parta victoria eſt magnis myſteriis. cuius cauſa decimoſexto die menſis Boedromionis dabat populo Athenienſi quotannis Chabrias vini congiarium. Hinc fertur, quũ mitteretur à Chabria ad tributum ab inſulis exi-
D gendum, ac naues viginti acciperet, dixiſſe, Si ad bellum gerendum mitteretur, maiore claſſe opus eſſe: ſin vero vt ad ſocios, ſufficere nauem vnam. Itaque ſua naui profectum, alloquutumq; ciuitates, & congreſſum cum magiſtratibus humaniter & aperte, decurriſſe cum frequentibus nauibus quas ſocii Athenienſibus cum ſtipendio miſere. Non autem viuum modo conſtanter obſeruauit & coluit Chabriam, verumetiam defuncti propinquorum magnam curam geſſit, & filium Cteſippũ affectauit bonũ virum reddere. quem licet vecordẽ videret & contumacẽ, non deſtitit tamen emẽ-
E dare & tegere eius vitia. Semel tantũ dicitur, quum obtunderet ipſum in quodã bello adoleſcens, fatigaretq; importunis quæſtionibus & interrogationibus quaſi caſtigans atq; imperatoris munus eum docere inſtituens, dixiſſe, O Chabria, Chabria, magnam ſane tibi refero amicitiæ gratiam, qui filium feram tuum. Quum videret eos qui id temporis rempublicam gerebant partitos quaſi ſorte bellicã & forenſem adminiſtrationem, partim in concionibus dicere & rogationes promulgare tantum, ex quib. Eubulus, Ariſtophon, Demoſthenes, Lycurgus, Hyperides erãt, Diopithem vero, Meneſthea,
F Leoſthenem, & Chareta imperando & bello gerendo opes quærere, inſtitutum viſum eſt ei Periclis, Ariſtidis, & Solonis, tanquam integrum atque ex ambobus concinnatum, referre & imitari,

Namque visus est illorum virorum quisq; vt Archilochi verba vsurpem,

Vtrumq; vt Martis considens esse satelles,
Musarumq; artes nosse adamare pias.

Ac Mineruam ipsam bellatricem simul & ciuilium artium peritam esse & appellari videbat. Quũ ita se comparasset, semper quidem procurauit pacem, & otium, bella vero gessit plurima omnium non suorum tantum æqualium, sed & priorum, non prensans neque ambiens eas prouincias, sed neq; defugiens tamen neq; declinans, vbi vsus vocauit eum reip. Constat enim eum quinq; & quadraginta cepisse præturas, quum comitiis ne semel quidem interfuisset, sed absens semper electus & accersitus esset. Itaq; mirabantur insipiẽtes populum, quod quum plurimum Phocion in eum incurreret, neq; vnquam quicquam vel dixisset vel egisset populariter, sicut reges censent vti adulatorib. debere, post lotas manus, vteretur populus hic concionatoribus facetioribus & blandioribus per ludum, ad imperia sobrius semper & sedulus seuerissimum vocaret ac sapientissimum ciuem, eumque solus vel præ aliis qui nutibus & libidinibus suis reluctabatur. Quippe quum esset oraculum Delphicum recitatum, cæteris consentientib. Athenienſib. vnum dissentire à ciuitate ciuem, progressus Phocion liberare se eos ait solicitudine, se, quem quærerent, esse. Sibi enim eorum quæ agerentur vni placere nihil. Quum aliquãdo sententia dicta in concione celebraretur, orationemque suam pariter videret ab omnibus approbari, conuersus ad amicos dixit, Nunquid imprudenti mihi excidit mali? Flagitante congiarium ad sacrificium quoddam populo Athenienſe, aliisq; præbẽtibus, identidem appellatus ait, Hosce poscite diuites: me vero puderet, vobis si largirer, huic non soluere: monstrans Calliclem fœneratorem. Vbi non cessarunt vociferari & increpare eum probris, hãc narrauit eis fabulam. Quidam ignauus homo parabat ad bellum proficisci. Crocientibus autem coruispo suit arma, tenuitq; se domi. Mox recipiens ea institit pergere. Illis denuo crociẽtibus, substitit, & tandem ait, Etsi vos quam maxime crociuistis, non gustabitis me tamen. Alio tempore iubentibus Athenienſibus vt moueret in hostes, vbi renuit, timidum mollemq; appellantibus: Neque vos, inquit, facere me audacem potestis, neq; vos ego timidos. Attamen nouimus nos inter nos. Quum dubiis temporibus perquam ageret cum eo populus aspere, atque imperii rationes reposceret, Seruemini quæso, inquit, prius. Quum in bello essent abiecti & trepidi, pace vero facta ferocirent, ac conuitiis incesserent Phocionem, quasi eripuisset ipsis victoriam, Felices estis, infit, ducem qui habeatis vos cognoscentem: alioquin iamdudum perissetis. Cum Bœotiis vbi de agro voluere non iudicio sed bello disceptare, consuluit vt verbis, quibus præstarent, non, quib. essent inferiores, armis, cum iis digladiarentur. Quum aliquando sententiam eius non probarent, neque eum sustinerent audire, Me vos, inquit, quæ non probo, cogere vt faciam valetis: dicere quæ non probo, præter sententiam non cogetis. Ex aduersariis eius in rep. oratoribus quum Demosthenes dixisset, *Interficiet te populus Athenienſis Phocion,*

A καὶ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἕκαστος ἐφαίνετο κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον,

Ἀμφότερον, θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο θεοῖο,
Καὶ μουσέων ἐρατὰν δῶρον ἐπιστάμενος.

καὶ τὸν θεὸν ἑώρα πολεμικόν τε ἅμα καὶ πολιτικὸν οὖσαν, καὶ προσαγορευομένην. οὕτω δ' συντάξας ἑαυτὸν, ἐπολιτεύετο μὲν ἀεὶ πρὸς εἰρήνην καὶ ἡσυχίαν, ἐστρατήγησεν δ' πλείστας οὐ μόνον τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ αὐτῆς στρατηγίας, οὐ προδιδέλλων, οὐδὲ μετιών, ἀλλ' οὐδὲ φεύγων. οὐδὲ ἀποδιδράσκων τῆς πόλεως κλήσης. ὁμολογεῖται γὰρ ὅτι πέντε καὶ τεσσαράκοντα στρατηγίας ἔλαβεν, οὐδὲ ἅπαξ ἀρχαιρεσίοις παρατυχὼν, ἀλλ' ἀπόντα μεταπεμπομένων αὐτὸν ἀεὶ καὶ χειροτονούντων· ὥστε θαυμάζειν τοὺς οὐκ εὖ φρονοῦντας τὸν δῆμον, ὅτι πλεῖστα τοῦ Φωκίωνος ἀντικρούοντες αὐτῷ, καὶ μηδὲν εἰπόντες πώποτε μηδὲ πράξαντος πρὸς χάριν, ὥσπερ ἀξιοῦσι τοὺς βασιλεῖς τοῖς κόλαξι χρῆσθαι μόνος ὁ κατὰ χειρὸς ὕδωρ, ἐχρῆτο σοφοῖς τοῖς μὲν κομψοτέροις καὶ ἱλαροῖς ἐν παιδιᾶς μέρει δημαγωγοῖς, ὅτι δὲ τοὺς δεξιὰς ἀεὶ νήφων καὶ σπουδάζων, τὸν αὐστηρότατον καὶ φρονιμώτατον καλεῖ τῶν πολιτικῶν, καὶ μόνον ἢ μᾶλλον τῇ βουλήσεσιν αὐτοῦ καὶ ὁρμαῖς ἀντιπαρατάττομενον. χρησμοῦ μὲν γὰρ ἐκ Δελφῶν ἀναγνωσθέντος, ὅτι τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ὁμοφρονούντων, εἷς ἀνὴρ ἐναντία φρονοίη τῇ πόλει, παρελθὼν ὁ Φωκίων ἀμελεῖν ἐκέλευσεν, ὡς αὐτὸς ὢν ὁ ζητούμενος· μόνῳ γὰρ αὐτῷ μηδὲν ἀρέσκειν τῶν πραττομένων. ἐπεὶ δὲ λέγων ποτὲ γνώμην πρὸς τὸν δῆμον οὐδοκίμει, καὶ πολλὰς ὁμαλῶς ἐώρα τὸν λόγον ἀποδεχομένους, ἐπιστραφεὶς πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν, Οὐ δή που τί κακὸν λέγων ἐμαυτὸν λέληθα; πρὸς δὲ θυσίαν τινὰ τῶν Ἀθηναίων αἰτούντων ἐπιδόσεις, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιδιδόντων, κληθεὶς πολλάκις ἔφη, Τούτους αἰτεῖτε τοὺς πλουσίους· ἐγὼ δὲ αἰσχυνοίμην ἂν εἰ τούτῳ μὴ ἀποδιδοῖς, ὑμῖν ἐπιδίδω· δείξας Καλλικλέα τὸν δανειστήν. ὡς δ' οὐκ ἐπαύοντο κεκραγότες καὶ καταβοῶντες, λόγον εἶπεν αὐτοῖς τοῦτον, Ἀνὴρ δειλὸς ἐπὶ πόλεμον ἔξεισι. φθεγξαμένων δὲ κραύγων, τὰ ὅπλα θεὶς ἡσύχαζεν· εἶτα ἀναλαβὼν αὖθις ἔξεισι, καὶ φθεγγομένων πάλιν ἐπαύετο. καὶ τέλος εἶπεν, Ὑμεῖς κεκράξεσθε μὲν μέγιστον ὡς δυνατόν, ἐμοῦ δὲ οὐ γεύσεσθε. πάλιν δέ ποτε τῶν Ἀθηναίων ἐξαγαγεῖν αὐτὸν ἐπὶ τοὺς πολεμίους κελευόντων, ὡς οὐκ ἐβούλετο, δειλὸν καὶ ἄπαιδρον ἀποκαλούντων, Οὔτε ὑμεῖς (εἶπεν) ἐμὲ δυνάσθε ποιῆσαι θαρσαλέον, οὔτε ἐγὼ ὑμᾶς δειλοί. οὐ μὴν ἀλλ' ἴσμεν ἀλλήλους. ἐν δὲ χωρίοις ἐπισφαλέσι βαχευομένου τοῦ δήμου πρὸς αὐτὸν σφόδρα, καὶ τῆς στρατηγίας αὐθαίρετος ἀπαιτούντος, Σωθείητε (εἶπεν) ὦ μακάριοι πρῶτον. ἐπεὶ δὲ πολεμοῦντες μὲν ἦσαν ταπεινοὶ καὶ δειδιότες· χαιρομένης δὲ εἰρήνης ἐθρασύνοντο, καὶ κατεβόων τοῦ Φωκίωνος, ὡς ἀφῃρημένου τὸν νίκην αὐτῶν, Εὐτυχεῖτε (εἶπεν) ἔχοντες στρατηγὸν εἰδότα ὑμᾶς· ἐπεὶ πάλαι ἂν ἀπολώλειτε. τοῖς δ' Βοιωτοῖς οὐ βουλομένων αὐτῶν δικάζεσθαι περὶ τῆς χώρας, ἀλλὰ πολεμεῖν, συνεβούλευε μὴ τοῖς λόγοις, ἐν οἷς εἰσι κρείττους, μὴ τοῖς ὅπλοις, ἐν οἷς ἥττους, μάχεσθαι. λέγοντα δ' αὐτὸν οὐ προσιεμένων οὐδὲ ἐπομένων ἀκούειν, Ἐμὲ (εἶπεν) ὑμεῖς ἃ μὴ βούλομαι ποιεῖν, βιάσασθε δυνάσθε, λέγειν δ' ἃ μὴ δεῖ οὐδὲ γνώμην

B

C

D

E

F

οὐκ ἀναγκάσετε. τῶν δ' ἀντιπολιτευομένων αὐτῷ ῥητόρων, Δημοσθένους μὲν εἰπόντος, Ἀποκτενοῦσί σε Ἀθηναῖοι Φωκίων,

» αὐ μεμωσιν, εἶπεν, Σὲ δὲ, ἐὰν σωφρονῶσι. Πολύευκτον δὲ A
» τὸν Σφήττιον ὁρῶν ἐν καύματι συμβουλεύοντα τοῖς Ἀθη-
» ναίοις πολεμεῖν πρὸς Φίλιππον, εἶτα ἐπ' ἀθλιμματος πολλῶ
» καὶ ἱδρῶτος ἄτε δὴ καὶ ὑπόπαχυν ὄντα, πολλάκις ἐπιρ-
» ροφοῦντα τοῦ ὕδατος, Ἄξιον (ἔφη) τούτῳ πιστεύσαντας ὑμᾶς
» ψηφίσασθαι τὸν πόλεμον. ὃν τί οἴεσθε ποιήσειν ἐν τῷ θώ-
» ρακι καὶ τῇ ἀσπίδι, τῶν πολεμίων ἐγγὺς ὄντων, ὅτε λέγων
» πρὸς ὑμᾶς ἀπόκεπται, κινδυνεύει πνιγῆναι; τοῦ δ' Λυκούρ-
» γου πολλὰ βλάσφημα πρὸς αὐτὸν εἰπόντος ἐν ἐκκλη-
σίᾳ, καὶ πρὸς ἅπασιν, ὅτι δέκα τῶν πολιτῶν ἐξαιτοῦντος
» Ἀλεξάνδρου, συνεβούλευεν ἐκδοῦναι, εἶπεν, Πολλὰ ἐγὼ B
» συμβεβούλευκα καλὰ καὶ συμφέροντα τούτοις, ἀλλ' οὐ πεί-
» θονταί μοι. ἦν δέ τις Ἀρχιβιάδης ἐπικαλούμενος Λακωνι-
ής, πώγωνά τε καθειμένος ὑπόφυη μεγέθει, καὶ τείβωνα
φορῶν ἀεὶ καὶ σκυθρωπάζων· τοῦτον ἐν βουλῇ θορυβούμενος
ὁ Φωκίων ἐπεκαλεῖτο τῷ λόγῳ μάρτυρα ἅμα καὶ βοηθόν. ὡς
δ' ἀναστὰς ἐκεῖνος, ἀπὸ τοῦ χαίειν ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, συνε-
βούλευεν, ἀψάμενος αὐτοῦ τῆς γενείου, Ὦ Ἀρχιβιάδη εἶπεν,
» τί οὖν οὐκ ἀπεκείρω; Ἀισχρείτονος δ' τοῦ συκοφάντου, πο-
λεμικοῦ μὲν ὄντος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ παροξυνάντος C
ἐπὶ τὰς πράξεις τὸν δῆμον, ἐν δ' τῷ καταλόγῳ προσελ-
θόντος ἐπὶ βακτηρίᾳ τῷ σκέλει καταδεδεμένῳ, πόρρωθεν
αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος ἰδὼν ὁ Φωκίων, ἀνέκραγεν, Γράφε
καὶ Ἀισχρείτονα χωλὸν καὶ πονηρόν. ὥστε θαυμάζειν ὅπως
καὶ ὁπόθεν τραχὺς οὕτως ἀνὴρ καὶ σκυθρωπὸς ἐκτήσατο
τὸν τοῦ χρηστοῦ προσηγορίαν. ἔστιν δὲ, οἶμαι, χαλεπὸν, ἐὰν μὴ
ἀδύνατον, ὥσπερ οἶνον καὶ δυθρωπον τὸν αὐτὸν, ἡδὺν ἅμα
καὶ αὐστηρὸν εἶναι· καθάπερ ἕτεροι πάλιν φαινόμενοι γλυκεῖς,
ἀηδέστατοι τοῖς χρωμένοις εἰσὶ καὶ βλαβερώτατοι. καὶ τοι φα-
σὶν Ὑπερείδης ποτὲ εἰπεῖν πρὸς τὸν δῆμον, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, D
μὴ σκοπεῖτε μόνον εἰ πικρός, ἀλλ' εἰ πρᾶος εἰμι πικρός.
ὥσπερ τῇ πλεονεξίᾳ μόνον ἐπιχθεῖς καὶ λυπηροὺς ὄντας,
οὐχὶ μᾶλλον ὅσοι πρὸς ὕβριν καὶ φθόνον ἢ ὀργὴν, ἢ φιλονει-
κίαν τινὰ, χρῶνται τῷ δυνάσθαι, τούτοις δεδιότων καὶ
προβαλλομένων τῶν πολλῶν. Φωκίων τοίνυν ἐχθρὰ μὲν οὐ-
δένα τῶν πολιτῶν κακῶς ἐποίησεν, οὐδὲ νομίζεν ἐχθρόν·
ἀλλ' ὅσον ἔδει μόνον τῶν σπουδαζομένων οἷς ἐπράττεν ὑπὲρ τῆς
πατρίδος κατεξαιρεῖσθαι, τραχὺς ὤν, καὶ δυσκολίας καὶ
ἀπροσήγορος, εἰς τὸν ἄλλον βίον εὔμορφος πᾶσι καὶ κοινὸν καὶ
φιλάνθρωπον ἑαυτὸν παρεῖχεν, ὥστε καὶ πταίουσι βοηθεῖν, E
καὶ κινδυνεύουσι συνεξετάζεσθαι τοῖς ἀμφισβητήσεσι. ἐγκα-
λουμένων δὲ τῶν φίλων ὅτι ποιηρῷ τινι χρινομένῳ συνεῖπεν,
τοῖς χρηστοῖς ἔφη μὴ δεῖσθαι βοηθείας. Ἀισχρείτονος δὲ τοῦ
συκοφάντου, μετὰ τὴν καταδίκην πέμψαντος καὶ δεηθέν-
τος ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ὑπακούσας, ἐβάδιζεν εἰς τὸ δε-
σμωτήριον· οὐκ ἐώντων δὲ τῶν φίλων, Ἐάσατε (εἶπεν) ὦ
μακάριοι. ποῦ γὰρ μᾶλλόν τις ἥδιον Ἀισχρείτονι συμβάλοι; καὶ
μὴν οἱ γε σύμμαχοι καὶ οἱ νησιῶται τοῖς Ἀθήνηθεν ἀπο-
στόλοις, ἑτέρου μὲν οὐκ πλέοντος στρατηγοῦ, πολεμίους νομίζον-
τες, ἐφράττον τὸ τεῖχη, καὶ λιμένας ἀπεχώννυσαν, καὶ κατε-
κόμιζον ἀπὸ τῆς χώρας εἰς τὰς πόλεις βοσκήματα, καὶ ἀν-
δράποδα, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας· εἰ δὲ Φωκίων ἡγεῖτο,
πόρρω ναυσὶν ἰδίαις ἀπαντῶντες ἐστεφανωμένοι, καὶ χαίρον-
τες, ὡς αὐτοὺς κατῆγον. προσδυομένου δὲ εἰς τὴν Εὔβοιαν τοῦ Φιλίππου, καὶ δύναμιν ἐκ Μακεδονίας διαβιβά-
ζοντος, καὶ τὰς πόλεις οἰκειουμένου διὰ τυράννων, Πλουτάρχου δὲ τοῦ Ἐρετριέως καλοῦντος τοὺς Ἀθηναίους,

A *si insanire cœperit*, respondit, *Te vero, si sapuerit.* Polyeuctum Sphettium quum videret per æstum autorem populo Athenienſi eſſe mouendi Philippo belli, inde anhelantem multum & ſudantem, vtpote præpinguem, atq; crebro aquam ſorbentem, Debetis ſcilicet, inquit, ex huius ſententia bellum ſciſcere. quem in lorica & clypeo quid cenſetis facturum inſtantibus hoſtibus, quum inter dicendum apud vos ea quæ commentatus eſt, pene ſuffocetur? Quum multa ei exprobraret in concione Lycurgus, præter cætera, quod depoſcenti decem ciues Alexandro, fuiſſet autor vt dederentur: ait,
B Multa ego his recta & ſalutaria conſilia dedi, verum non parent mihi. Erat Archibiades quidam, quem Laconiſtam appellabant, immenſa promiſſa barba, ac læna ſemper amictus tetricuſq; Hunc in curia Phocion occlamationibus iactatus teſtem dictis ſuis & ſuffragatorem aduocauit. qui vt exurgens, quę accepta forent conſuluit Athenienſibus, apprehenſa barba eius, Quin igitur Archibiade, inquit, tondes barbã? Quum Ariſtogiton ſycophanta, qui in concionibus bellicoſus erat, populumq; ad arma incenderat, in delectu accederet baculo
C innixus & crure obligato, conſpicatus procul eum ex ſuggeſtu Phocion, exclamauit, Scribe etiam Ariſtogitonem claudum & improbum. vt mirum ſit qui & vnde vir adeo aſper & triſtis cognomen inuenerit Boni. Cæterum eſt meo iudicio arduum, haud impoſſibile tamen, vt vinum, ſic hominem eundem dulcem pariter & auſterum eſſe: ſicut alii è diuerſo in ſpecie dulces, ingratiſſimi vſu ſunt & nocentiſſimi. Et quidem Hyperidem memorant aliquando in concione dixiſſe, Nolite Athenienſes aduertere ſolum an amarus, ſed an gratis ſim amarus. quaſi illos tantum qui auaritia importuni & odioſi ſunt, non autem hos potius qui ad
D impotentiam & inuidiam vel iram vel contentionem abuntur potentia, populus timeat & execretur. At Phocion inimicum ex ciuibus neminem afflixit, ac ne pro inimico quidem habuit, ſed quantum res poſtulabat, tantum vt aduerſus obſiſtentes ſuis pro bono publico actionibus luctaretur, horridus erat, pertinax & implacabilis. Omnibus in cæteris placidum ſe communemque & humanum præbebat, lapſiſque ferebat opem, atq; periclitantibus aduocatus aderat aduerſariis. Exprobrantibus ei amicis quod turpem hominem defendiſſet, probos ait non indigere auxi-
E lio. Ariſtogitoni ſycophantæ poſt damnationem ipſum per amicos precato vt ad ſe veniret, morem geſſit, atque ad carcerem perrexit. Retinentibus eum amicis, Sinite quæſo, inquit. vbi enim congrediare cum Ariſtogitone libentius? Porro ſocii Athenienſium & inſulares, claſſes eorum duce miſſas aliò pro hoſtibus habebant, muros ſepiebant, portus obſtruebant, pecora, ſeruitia, coniuges, liberos in vrbes ex agris deportabant: ſin imperator Phocion eſſet, nauibus ſuis longe occurrebant coronati & gratulabundi, deducebantque eum ad
F ſe. Quum irreperet in Eubœam Philippus, eoque exercitum ex Macedonia traduceret, atque oppida ſolicitaret per tyrannos, implorante opem Athenienſium Plutarcho Eretrienſi,

oranteque insulam vt eriperet ex faucibus Macedonũ, Phocion parua manu dux missus est, quod incolas sperarent prompte ad eum concursuros. Qui omnia quum offendisset proditorum plena, affecta, & largitione constuprata, in periculum adductus ingens est: occupatoque tumulo quodam, qui caua valle à campo est circa Tamynas diremptus, in eo quod firmissimum erat in exercitu, continuit & coercuit. De incompositis, garrulis, & ignauis, qui ex castris aufugiebant & signa relinquebant, monuit duces nihil esse laborandum. quippe ob licentiam fore eos in exercitu inutiles, & obfuturos dimicantibus: domi vero, horum sibi conscios, minus insectaturos ipsos neque multum calumniaturos. Vt infesti adfuere hostes, iussis suis sub armis consistere quoad immolauisset, protraxit tempus diutius, vel quod non litaret, vel quo hostes propius alliceret. Quapropter ratus primum metu illum trepidare & obtorpescere Plutarchus, procurrit cum milite conductitio. Deinde conspicati id equites, non continuerunt se, sed ilico admiserunt equos in hostem, inconditiq; & effusi proruerunt ex castris. Dum cæduntur primi, omnes disiecti sunt, & fugam cepit Plutarchus. Pars hostium vallum adorti excindere moliebantur & perrumpere tanquam omnibus fusis. Interea perpetrato sacro erumpentes castris Athenienses partim extemplo auertunt, & in fugã effusos apud vallum plurimos concidunt, Phocion phalangem in occasionem stare intentam imperat, colligereq; simul & recipere eos qui in fugam ante dissipati fuerant: ipse cum delectis incurrit in hostes, commissaq; acri pugna omnes impigre & strenue certauerunt. Thallus Cineæ & Glaucus Polymedis, apud ipsum locati ducem, præter cæteros dimicauerunt fortiter, & vero etiam Cleophanes insignem virum eo in prælio præstitit. Hic equites ex fuga reuocans, clamans & adhortans vt periclitanti succurrerent imperatori, effecit, vt reuersi victoriam peditum confirmarent. Hinc Plutarchum exegit Eretria, & Zaretra opportunissimam arcem cepit, qua maxime coarctatur laxitas insulæ, quæ in angustam ceruicem vtrinque astringitur pelago. Græcos capi non permisit oratorum Atheniensium metu, ne populum ad secus in eos consulendum inflammarent. Postquam rebus hisce gestis domum se Phocion recepit, mox desiderauerunt eius humanitatem & iustitiam socii, mox etiam populus Athenienſis peritiam eius & virtutem animaduertit: siquidem successor eius Molossus ita gessit bellum, vt etiam ipse in hostium potestatem viuus venerit. Vnde grandia Philippus spe complexus, in Hellespontum cum omnib. copiis mouit ad occupandum simul Chersonnesum, Perinthum, & Byzantium. Parantibus suppetias ferre Atheniensibus, contenderunt oratores vt dux mitteretur Chares, qui eo profectus nihil copiis suis gessit dignum, neque acceperunt classem ciuitates, sed omnibus suspectus palabatur pecuniam cogens ab sociis, & ab hostibus contemptus. Populus vero quum esset ab oratoribus incensus, indignatus est,

A καὶ δεομένου τοῦ νήσου ἐξελέσθαι καταλαμβανομένου ὑπὸ τῶν Μακεδόνος, ἀπεστάλη στρατηγὸς ὁ Φωκίων, ἔχων δυνάμιν οὐ πολλήν, ὡς τῶν ἐκεῖ συστησομένων ἑτοίμως πρὸς αὐτόν. ὁρῶν δὲ προδοτῶν ἄπληστα μεστά, καὶ νοσοῦντα, καὶ διεφθαρμένα δωροδοκίᾳ, εἰς κίνδυνον μέγιστον κατέστη· καὶ τινα λόφον χαράδρᾳ βαθείᾳ τῶν περὶ τὰς Ταμυνὰς ἐπιπέδων ἀποκρυπτόμενον καταλαβὼν, συνεῖχεν ἐν τούτῳ καὶ συνεκράτει ὁ μαχιμώτατον τῆς δυνάμεως. τῶν δὲ ἀτάκτων καὶ λάλων καὶ πονηρῶν ἀναδιδρασκόντων ἐκ τῆς στρατοπέδου, καὶ ἀποχωρούντων, ἐκέλευσεν μὴ λεῖν τὴν ἡγεμονίας. καὶ γὰρ

B ἐν τούτῳ δυσχρήστους ὑπὸ ἀταξίας ἔσεσθαι, καὶ βλαβερὰς τοῖς μαχομένοις, κἀκεῖ τοιαῦτα συνειδότας αὐτοῖς ἧττον αὐτὸ καταβοήσεσθαι, καὶ μὴ πολὺ συκοφαντήσειν. ὡς δ' ἐπέσαν οἱ πολέμιοι, κελεύσας ἐν τοῖς ὅπλοις ἀναμένειν, ἄχρι οὗ αὐτὸς σφαγιάσηται, πλείω διέτριβε χρόνον, ἢ δυσιεράν, ἢ βουλόμενος ἐκκαλέσασθαι τοὺς πολεμίους ἐπιστρατεύσασθαι. διὸ πρῶτον μὲν ὁ Πλούταρχος, οἰόμενος ἀποδειλιᾶν καὶ κατακνεῖν ἐκεῖνον, ἐξέδραμον μετὰ τῶν ξένων. ἔπειτα τοῦτον ἰδόντες οἱ ἱππεῖς οὐκ ἐκαρτέρησαν, ἀλλ' ἤλαυνον εὐθὺς εἰς τοὺς πολεμίους, ἀστοχοῦντες καὶ ἀπορούντες ἐκ τοῦ στρατοπέδου πρεσ-

C φερόμενοι. νικωμένων δὲ τῶν πρώτων, ἅπαντες ἐσκεδάσθησαν, καὶ ὁ Πλούταρχος ἔφυγε· καὶ ὀλίγοι πρὸς μίξαντες ἔνιοι τῶν πολεμίων, ἐκκόψειν ἐπειρῶντο καὶ διαφθεῖραι, ὡς ἀπλήστων κεκρατηκότες. ἐν τούτῳ δὲ τῶν ἱερῶν γινομένων, τοὺς μὲν εὐθὺς ἐκ τοῦ στρατοπέδου προσπεσόντες οἱ Ἀθηναῖοι τρέποισι, καὶ καταβάλλουσι τοὺς πλείους πρὸς τοῖς ἐρύμασι φεύγοντας· ὁ δὲ Φωκίων τὸ μὲν φάλαγγα προσέταξεν ἐφεδρεύειν, ἀναλαμβάνουσαν ἅμα καὶ προσδεχομένην τοὺς ἐν τῇ φυγῇ πρότερον διαφαρέντας, αὐτὸς δὲ τοὺς ἐπιλέκτους ἔχων, ἐνέβαλλε τοῖς πολεμίοις· καὶ μάχης κρατερᾶς γινομένης, πολλοὺς μὲν ἐκθύμως ἠγωνίσαντο καὶ ἀφειδῶς· Θάλλος δὲ ὁ Κινέου, καὶ Γλαύκος ὁ Πολυμήδους, πρὸς αὐτὸν τεταγμένοι τὸν στρατηγὸν, ἠείρεσαν. τὰ μὲν ἄλλα καὶ Κλεοφάνης ἄξιον πλείστου παρέσχεν ἑαυτὸν ἐν ἐκείνῃ τῇ μάχῃ. τοὺς γὰρ ἱππεῖς ἀνακαλούμενος ἐκ τῆς τροπῆς, καὶ βοῶν, καὶ παρακελευόμενος κινδυνεύοντι τῷ στρατηγῷ βοηθεῖν, ἐποίησεν ἀναστρέψαντας ἐπιῤῥῶσαι τὸ νίκημα τῶν ὁπλιτῶν. ἐκ τούτου, τόν τε Πλούταρχον ἐξέβαλλεν ἐκ τῆς Ἐρετρείας, καὶ Ζάρητα φρούριον ἑλὼν ἐπικαιρότατον, ἢ μάλιστα συνελαύνεται τὸ πλάτος εἰς βραχὺ παράζωμα, τῆς νήσου σφιγγομένης ἑκατέρωθε ταῖς θαλάσσαις, οὔτε λαβεῖν αἰχμαλώτους Ἕλληνας ἐφῆκε, φοβηθεὶς τοὺς ῥήτορας τῶν Ἀθηναίων, μὴ πρὸς ὀργήν τινα βιάσωνται τὸν δῆμον ἀγνωμονῆσαι περὶ αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ ταῦτα

E παραπροξάμενος ἀπέπλευσεν ὁ Φωκίων παχὺ μὲν ἐπόθησαν οἱ σύμμαχοι τὴν χρηστότητα καὶ δικαιοσύνην αὐτοῦ, παχὺ δὲ ἔγνωσαν οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἐμπειρίαν καὶ Ῥώμην τοῦ ἀνδρός. ὁ γὰρ μετ' ἐκεῖνον ἐλθὼν ὅπου τὰ πράγματα Μολοσσὸς, οὕτως ἐπολέμησεν ὥστε καὶ ζῶν αὐτὸς ὑποχείριος γενέσθαι τοῖς πολεμίοις· ἐπεὶ δὲ μεγάλα ταῖς ἐλπίσι πρεσβεύων ὁ Φίλιππος εἰς Ἑλλήσποντον ἦλθεν μετὰ πάσης τῆς

F δυνάμεως, ὡς Χερρόνησον ἐν ταυτῷ καὶ Πέρινθον ἔξων καὶ Βυζάντιον. ὡρμημένων δὲ τῶν Ἀθηναίων βοηθεῖν, οἱ ῥήτορες ἠγωνίσαντο τὸν Χάρητα στρατηγὸν ἀποσταλῆναι, καὶ πλεύσας ἐκεῖνος οὐδὲν ἄξιον τῆς δυνάμεως ἔπραξεν, οὐδὲ αἱ πόλεις ἐδέχοντο τὸν στόλον, ἀλλ' ὕποπτος ὢν πᾶσιν ἐπλανᾶτο, χρηματιζόμενος ἀπὸ τῶν συμμάχων, καὶ καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων· ὁ δὲ δῆμος ὑπὸ τῶν ῥητόρων παροξυνόμενος ἠγανάκτει,

καὶ μετανοῆς τοῖς Βυζαντίοις πέμψας τὴν βοήθειαν, ἀναστὰς ὁ Φωκίων εἶπεν ὅτι δεῖ μὴ τοῖς ἀπιστοῦσιν ὀργίζεσθαι τῶν συμμάχων, ἀλλὰ τοῖς ἀπιστουμένοις τῶν στρατηγῶν. Οὔτοι γὰρ ὑμᾶς ποιοῦσι φοβερούς, καίτοι χωρὶς ὑμῶν σώζεσθαι μὴ δυνάμενοι. κινηθεὶς οὖν ὁ δῆμος ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ μεταπεσών, ἐκέλευεν αὐτὸν ἐκεῖνον ἑτέραν πρεσβεύουσα δυνάμιν βοηθεῖν τοῖς συμμάχοις εἰς τὸν Ἑλλήσποντον· ὃ μεγίστην ῥοπὴν ἐποίησεν πρὸς τὸ σωθῆναι τὸ Βυζάντιον. ἦν μὲν ἤδη μεγάλη δόξα τοῦ Φωκίωνος· ἐπεὶ δὲ Κλέων ἀνὴρ Βυζαντίων πρῶτος ἀρετῇ, καὶ τῷ Φωκίωνι γνώριμος ἐν Ἀκαδημίᾳ σωνήθης, ἀνεδέξατο τὴν πίστιν ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν, οὐκ εἴασαν ἔξω στρατοπεδευσαμένην βουλόμενον, ἀλλ' ἀνοίξαντες τὰς πύλας, ἐδέξαντο καὶ κατέμιξαν ἑαυτοῖς τοὺς Ἀθηναίους, οὐ μόνον ἀνεγκλήτους ταῖς διαίταις καὶ σώφρονας, ἀλλὰ καὶ προθυμοτάτους ἐν τοῖς ἀγῶσι διὰ τὴν πίστιν γενομένους. οὕτω μὲν ὁ Φίλιππος ἐξέπεσε τοῦ Ἑλλησπόντου τότε καὶ κατεφρονήθη, δοκῶν ἄμαχός τις εἶναι καὶ ἀνάντωνιστος· ὁ δὲ Φωκίων καὶ ναῦς τινας εἷλεν αὐτοῦ, καὶ φρουρουμένας πόλεις ἀνέλαβεν· καὶ πολλαχόθι τῆς χώρας ἀποβάσεις ποιούμενος, ἐπόνει καὶ κατέβρεχε· μέχρις οὗ τραυματίας λαβὼν ὑπὸ τῶν προσβοηθούντων ἀπέπλευσεν. τῶν δὲ Μεγαρέων ὑπεκκλουμένων κρύφα, φοβούμενος ὁ Φωκίων τοὺς Βοιωτούς, μὴ προαισθόμενοι φθάσωσι τὴν βοήθειαν, ἐκκλησίαν σωήγαγεν ἕωθεν, καὶ προσαγγείλας τὰ παρὰ τῶν Μεγαρέων τοῖς Ἀθηναίοις, ὡς ἐπεψηφίσαντο τῇ σαλπιγγι σημήνας, ἅθροον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἦγεν αὐτοὺς τὰ ὅπλα λαβόντας. δεξαμένων δὲ τῶν Μεγαρέων πρόθυμως, τήν τε Νίσαιαν ἐτείχισε, καὶ διὰ μέσου σκέλη δύο πρὸς τὸ ὑπήνειον ἀπὸ τοῦ ἄστεως ἐκέβαλεν, καὶ σωνῆψεν τῇ θαλάττῃ τὴν πόλιν, ὥστε τῶν κατὰ γῆν πολεμίων ὀλίγον ἤδη φοβεῖσθαι δυναμένων τῶν Ἀθηναίων. ἤδη δὲ τῶν πρὸς Φίλιππον ἐκπεπολεμωμένων πανταχόθεν, καὶ στρατηγῶν, αὐτοῦ μὴ παρόντος, ἑτέρων ὑπὲρ τὸν πόλεμον ἠρημένων, ὡς κατέπλευσεν ἀπὸ τῶν νήσων, πρῶτον μὲν ἔπειθε τὸν δῆμον, εἰρηνικῶς ἔχοντος τοῦ Φιλίππου, καὶ φοβουμένου τὸν κίνδυνον ἰσχυρῶς, δέχεσθαι τὰς διαλύσεις· καί τινος αὐτοῦ, τῶν εἰωθότων κυλινδεῖσθαι πρὸς τὴν ἡλιάσαι καὶ συκοφαντεῖν, καὶ εἰπόντος, Σὺ δὲ πολεμῶν, ὦ Φωκίων, ἀποβέπειν Ἀθηναίοις ἤδη τὰ ὅπλα διὰ χειρῶν ἔχεις; Ἔγωγε (εἶπεν) καὶ ταῦτα, εἰδώς, ὅτι πολέμου μὲν ὄντος, ἐγώ σου, εἰρήνης δὲ γιγνομένης σὺ ἐμοῦ ἄρξεις. ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν, ἀλλ' ὁ Δημοσθένης συνεφέρετο, κελεύων ὡς πορρωτάτω τῆς Ἀττικῆς θέσθαι μάχην τοὺς Ἀθηναίους, Ὦ τοῦ (ἔφη) μὴ ποῦ μαχώμεθα σκοπῶμεν, ἀλλὰ πῶς νικήσωμεν. οὕτω γὰρ ἔσται μακρὰν ὁ πόλεμος, ἡττωμένοις ὃ πολὺ ἀεὶ δεινὸν ἐγγὺς πάρεστιν. γνωμένης δὲ ἥτης, καὶ τῶν θορυβοποιῶν καὶ νεωτεριστῶν τῶν ἐν ἄστει τὸν Χαιρόδημον ἑλκόντων ὑπὲρ τὸ βῆμα, καὶ στρατηγεῖν ἀξιούντων, ἐφοβήθησαν οἱ βέλτιστοι· καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔχοντες ἐν τῷ δήμῳ, δεόμενοι καὶ δακρύοντες, μόλις ἔπεισαν ὑπὲρ τρέψαι τῷ Φωκίωνι τὴν πόλιν. ὁ δὲ τὴν μὲν ἄλλην τοῦ Φιλίππου πολιτείαν καὶ φιλανθρωπίαν ᾤετο δεῖν προσδέχεσθαι· Δημάδου δὲ γράψαντος ὅπως ἡ πόλις μετέχοι τῆς κοινῆς εἰρήνης, καὶ τοῦ συνεδρίου τοῖς Ἕλλησιν, οὐκ εἴα πρὸς τοῦ γνῶναι τίνα Φίλιππος αὐτῷ χρεὼν πρὸς τοὺς Ἑλλήνων ἀξιώσει.

A pœnituitque eum summissæ Bizantinis opis. Ibi exurgens Phocion concionatus est, Iniquum esse diffidentibus succensere sociis, sed succensendum infidis ducibus. Hi enim vos reddunt, inquit, formidabiles, quantumuis citra vos incolumibus esse non valentibus. Hac permotus oratione populus mutauit sententiam, atque illum ipsum alia manu sociis iussit subuenire in Hellespontum: quod ad conseruandum Byzantium maximi fuit momenti. Erat nomen iam inclytum Phocionis. Vt vero etiam Cleon, Byzantinorum virtute primus, Phocionisque pridem in Academia familiaris, apud ciuitatem pro
B eo intercessit, non passi sunt eum extra mœnia quamuis cupientem metari castra, verum patefactis portis acceperunt eum, domumque ad se duxerunt Athenienses. qui non solum integros se in hospitiis & abstinentes, sed & promptissimos in præliis sese ob fidem sibi habitam exhibuere. Ita Hellesponto tunc pulsus Philippus est & despectus, qui esse inuictus ac formidabilis videbatur. Ademit insuper Phocion ei aliquot naues, oppidaque, quibus ille præsidium imposuerat, recepit. Ad hæc crebras descensiones faciens
C fines eius populatus est & vastauit, quoad ab iis qui subuenerunt vulneratus, abscessit. Implorantibus clam Athenienſium opem Megarensibus, timens Bœotios Phocion, ne, si præsciissent, anteuerterent suppetias, summo mane concionem aduocauit, expositisq; populo Megarensium postulatis, vbi ea tetiuere, signo tubæ dato extemplo à concione eos, quum tantum arma sumpsissent, eduxit. Receptus a Megarensibus cupide Nisæam muniuit, ac brachia duo interiecto inter vrbem & nauale spatio duxit, eamq; mari commisit. Ita parum iam de hostibus per terram solicita, adhæ-
D sit Athenienſibus. Quum iam indix fiert bellum aperte Philippo, alii autem per absentiam eius duces belli creati essent, simul atque ab insulis domum est regressus, ante omnia suasit populo, quum pacem Philippus cuperet, formidaretque impense periculum, vt fœdus acciperent. Ac quum quidam ei ex illis qui iactare se in foro circa subsellia iudicum & quadruplaturam assuerant facere, oblatraret, diceretque, Tune audes Phocion arma iam manibus tenentem reuocare populum Athenienſem? Ego vero, inquit, idque certus, bello me tibi, pace mihi te imperaturum. Vbi non flexit populum, sed Demosthenis valuerunt consilia, vt ab Attica quam remotissime Athenienses signa conferrent, Ne dispiciamus sodes, inquit, vbi dimicemus, verum quemadmodum vincamus: ita demum longinquum erit bellum. Victis omnia atrocia semper propinqua sunt. Superatis Athenienſibus, turbatoribusque & nouatoribus vrbanis Charidemum in suggestum trahentibus atque postulantibus vt hic præficeretur exercitui, exterriti optimates, senatumque Areopagi in concionem adducentes ægre precibus & lacrymis impetrauerunt vt rempublic. permitterent Phocioni.
F Censuit hic leges & conditiones amplectendas humanas, quas dixerat Philippus. Sed postquam rogationem Demades tulit, vt ciuitas in societatem veniret pacis communis & conuentus Græciæ, intercessit, ni prius cognoscerent quas conditiones postularet à Græcis Philippus.

Cuius quum temporibus aduersantibus non obtinuisset sententia, Athenienses autem ilico viderent pœnitentia ductos quod naues & equites præbendi Philippo essent, Hæc, inquit, timens refragabar. Verum quando ita estis pacti, non debetis grauiter ferre neque animum despondere, memores etiam maiores vestros nunc imperasse nũc paruisse, atq; vtrumq; hoc recte & ordine exequẽtes rempubl. ac Græciam conseruasse. Philippo defuncto immolare ob lætum nuntiũ prohibuit populum. quippe abiecti animi esse malis exultare alienis: atq; exercitum qui cum ipsis ad Chæroneam conflixerat, vno tantum homine ait esse diminutum. Demosthene autem Alexandrum arrodente Thebis iam exercitum admouentem, dixit,

Cur miser intendis regem iritare ferocem,

& insignis gloriæ cupidum? Quo conatis tanto propinquo incendio præcipitare rempublicam? Atqui ne volentibus quidem perire his conniuebimus, qui propterea suscepimus ducatũ. Vt euersæ Thebę sunt, quum Alexander Demosthenẽ, Lycurgum, Hyperidem, & Charidemum exposceret, coniiceret autem in illum concio oculos, crebro eum excitans: exurrexit, atq; vnum ex amicis, quo supra cæteros assidue vtebatur, cui fidebat, & quẽ charum habebat, iuxta se statuens, Huc, inquit, rempublicam isti deduxerunt, vt equidem, si vel Nicoclem hunc quis deposcat, eum iussurus sim dedi. nam ipse vitam pro omnibus vobis profundere felicitatem ducam meam. Miseret vero me, inquit, Athenienses Thebanorum quoq; qui huc confugêre: verum sufficit Græcis Thebas lugere. Quare præstat vt pro vtrisque agamus & deprecemur victores, quam vt præliemur. Ac primum plebiscitum perhibent Alexandrum, postquam fuit ei oblatum, proiecisse, auersatumq; legatos recessisse. Alterum à Phocione allatum accepit, vbi de maioribus natu audiuit Philippum quoq; habuisse hunc virum in honore. Nec orationem modo & preces eius admisit, sed audiuit etiam consilium. Suasit ei Phocion, si otium expeteret, vt poneret arma: sin gloriam, à Græcis versa transferret ea in barbaros. Ac multis dextre pro Alexandri ingenio & mente dictis vsque adeo eum inclinauit & demulsit, vt ille diceret, Athenienſibus aduertendum rebus animum esse. quando siquid se factum esset, pertineret ad eos imperium. Priuatim vero cum Phocione iure amicitiæ & hospitii inito, prouexit illum eo honoris quem pauci, qui nunquam discedebant ab ipso, haberent. Refert Duris, postquam euasit ingens, & Darium profligauit, ex Epistolis detraxisse eũ salutẽ, nisi quũ scriberet Phocioni. Huic vni sicut Antipatro Salutẽ in capite adscribebat. Idẽ Chares scriptũ reliquit. Nam de pecunia quidem in confesso est, dono ei misisse ex Asia Alexandrum centum talenta. His Athenas deportatis, quæsiuit ex ministris eius Phocion qua de causa in multis Athenienſibus tantum munus soli sibi Alexander largiretur. Vbi responderunt illi, Quod te existimet vnum virum bonum & honestum. Ergo sinat me, inquit Phocion, talis vt & habear & sim. Qui vt domum eum sequuti insignem aduerterũt frugalitatem eius, vxorem pinsentem, & Phocion ipse hausta ex puteo aqua pedes lauit: magis ac magis institerunt, stomachatique sunt,

A κρατηθεὶς δὲ τῇ γνώμῃ διὰ τὸν καιρόν, ὡς ἀθθὶς ἑώρα τοὺς Ἀθηναίους μεταμελουμένους, ὅτι καὶ τριήρεις ἔδει παρέχειν τῷ Φιλίππῳ καὶ ἱππεῖς, Ταῦτα (ἔφη) φοβούμενος ἐνδιδοῦμι· ἐπεὶ δὲ οὕτω θεσθε, δεῖ μὴ βαρέως φέρειν μηδὲ ἀθυμεῖν, μεμνημένους ὅτι καὶ οἱ πρόγονοι, ποτὲ μὲν ἄρχοντες, ποτὲ δὲ ἀρχόμενοι, καλῶς δὲ ἀμφότερα ταῦτα ποιοῦντες, καὶ τὴν πόλιν ἔσωσαν καὶ τοὺς Ἕλληνας. Φιλίππου δὲ ἀποθανόντος, εὐαγγέλια θύειν τὸν δῆμον οὐκ εἴα· καὶ γὰρ ἀθυμεῖν εἰ ἐπιχαίρειν, καὶ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ τεταραγμένην πρὸς αὐθις δυνάμιν, ἑνὶ σώματι μόνον ἐλαττωθῆναι.

B Δημοσθένους δὲ λοιδορεῖν τὸν Ἀλέξανδρον ἤδη προσιόντα ταῖς Θήβαις, ἔφη, Σχέτλιε τί σὺ ἐθέλεις ἐρεθίζειν ἄγριον ἄνδρα, καὶ δόξης μεγάλης ὀρεγόμενον; ἢ βουλῇ πυρκαϊᾶς τηλικαύτης οὔσης ἐγγὺς, ῥίψαι τὴν πόλιν; ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲ βουλομένοις ἀπολέσθαι τούτοις ἐπιτρέψομεν, οἱ διὰ τοῦτο στρατηγεῖν ἀποδεδεγμένοι. ὡς δὲ ἀπολώλεισαν αἱ Θῆβαι, καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐζητεῖτο τοὺς περὶ Δημοσθένη καὶ Λυκοῦργον καὶ Ὑπερείδην καὶ Χαρίδημον, ἡ δὲ ἐκκλησία πρὸς ἐκεῖνον ἀπέβλεπεν, ὀνομαστὶ πολλάκις καλοῦμενος αὐτόν· καὶ τῶν φίλων ἕνα παρεσταμένος, ᾧ μάλιστα χρώμενος διετέλει, καὶ πιστεύων καὶ ἀγαπῶν, εἰς τὰ τοιαῦτα (ἔφη)

C τὴν πόλιν οὗτοι παρηγάγοσαν, ὥστ' ἔγωγε, κἂν Νικοκλέα τις τοῦτον ἐξαιτῇ, διδοῦναι κελεύω. ὃ μὲν γὰρ αὐτὸς ὑπὲρ ὑμῶν ἀπολωλὼς ἀποθανεῖν, δυστυχίαν ἐμαυτῷ θείμην. ἐλεῶ δ' (εἶπεν) ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τοὺς ἐκ Θηβῶν δεδεγμένους φεύγοντας· ἀρκεῖ δ' τοῖς Θήβας κλαίειν τοῖς Ἕλλησιν. βέλτιον ὄντως ὑπὲρ ἀμφοῖν πείθειν, καὶ παραιτεῖσθαι τοὺς κρατοῦντας, ἢ μάχεσθαι. ὃ μὲν οὖν πρῶτον ψήφισμα λέγεται Ἀλέξανδρον, ὡς ἔλαβεν, ῥίψαι, καὶ φυγεῖν ἀποστραφέντα πρὸς πρέσβεις· ὃ δὲ δεύτερον ἐδέξατο, κομισθὲν ὑπὸ

D Φωκίωνος· τῶν πρεσβυτέρων ἀκούων ὅτι καὶ Φίλιππος ἐθαύμαζε τὸν ἄνδρα τοῦτον. καὶ οὐ μόνον τὴν ἔντευξιν ὑπεδέξατο αὐτοῦ καὶ τὴν δέησιν, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύοντος ἤκουσεν. συνεβούλευε δὴ ὁ Φωκίων, εἰ μὲν ἡσυχίας ὀρέγεται, θέσθαι τὸν πόλεμον· εἰ δὲ δόξης, μεταθέσθαι πρὸς τὴν βαρβάρους ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων τρεπόμενον. καὶ πολλὰ καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου φύσιν καὶ βούλησιν δεξιῶς εἰπὼν, οὕτω μετέβαλε καὶ κατεπράυνεν αὐτὸν, ὥστε εἰπεῖν, ὅπως πρεσβεύοντι τὸν νοῦν Ἀθηναῖοι τοῖς πράγμασιν, ὡς εἴ τι βούλοιτο παρὰ αὐτὸν, ἐκείνοις ἄρχειν παρεσκευάκει. ἰδίᾳ δὲ τὸν Φωκίωνα ποιησάμενος αὐτῷ φίλον καὶ ξένον, εἰς τοσαύτην ἔθετο τιμὴν ὅσην εἶχον ὀλίγοι τῶν ἀεὶ συνόντων. οὐ οὖν Δοῦρις εἴρηκεν, ὡς μέγας γενόμενος, καὶ Δαρείου κρατήσας, ἀφεῖλε τῶν ἐπιστολῶν τὸ Χαίρειν, πλὴν ἐν ὅσαις ἔγραφε Φωκίωνι. τοῦτον γὰρ μόνον, ὥσπερ Ἀντίπατρον, μετὰ τοῦ Χαίρειν προσηγόρευε. τοῦτο γὰρ καὶ Χάρης ἱστόρηκε. τὸ μὲν τοῖς περὶ τῶν χρημάτων, ὁμολογούμενόν ἐστιν, ὅτι δωρεὰν αὐτῷ κατέπεμψεν ἑκατὸν τάλαντα. τούτων κομισθέντων εἰς Ἀθήνας, ἠρώτησεν ὁ Φωκίων τοὺς φέροντας, τί δήποτε πολλῶν ὄντων Ἀθηναίων, αὐτῷ μόνῳ τοσαῦτα δίδωσιν Ἀλέξανδρος. εἰπόντων δὲ ἐκείνων, Ὅτι σὲ κρίνει μόνον ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθόν· Οὐκοῦν (εἶπεν) ὁ Φωκίων ἐασάτω με καὶ δοκεῖν ἀεὶ καὶ εἶναι τοιοῦτον. ὡς δὲ ἀκολουθήσαντες εἰς οἶκον αὐτῷ, πολλὴν ἑώρων διατέλειαν, τὴν μὲν γυναῖκα μάθουσαν, ὁ δὲ Φωκίων αὐτὸς δυιμήσας ὕδωρ ἐκ τοῦ φρέατος ἀπενίπτετο τοὺς πόδας, ἔτι μᾶλλον ἐνέκειντο, καὶ ἠθυμάκτουν·

δῆ ἐν εἰ) λέγοντες, εἰ φίλος ὢν τοῦ βασιλέως οὕτω διατήσεται πενιχρός. ἰδὼν οὖν ὁ Φωκίων πένητα παρεσθύτιω, ἐν τε βω-
νίῳ ῥυπαρῷ παραδρόμοντον, ἠρώτησεν εἰ τούτου χείρονα νομίζου-
„ σιν αὐτόν. ὑφημεῖν δὲ ἐκείνων δεομένων, Καὶ μὴν οὗτος
„ (εἶπεν) ἀπ' ἐλαττόνων τρόπον ζῇ, καὶ ἀρκεῖται. ὃ ὅλον, ἢ μὴ
„ χρώμενος (ἔφη) μάτην ἔξω τοσοῦτον χρυσίον, ἢ χρώμενος ἐ-
„ μαυτὸν ἅμα κἀκεῖνον ἀναβαλῶ πρὸς τὴν πόλιν. οὕτω μὴν
οὖν ἐπανῆλθε πάλιν τὰ χρήματα ὀξ Ἀθήναζε, ὀπιδείξαν-
τα τοῖς Ἕλλησι πλουσιώτερον τοῦ διδόντος τοσαῦτα τ' μὴ δεό-
μενον. ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρος ἠγανάκτησε, καὶ πάλιν ἔγραψε
τοῦ Φωκίωνι φίλοις μὴ νομίζειν τοὺς μηδὲν αὐτοῦ δεομένους, B
χρήματα μὴν οὐδ' ὡς Φωκίων ἔλαβεν, ἀφεθῆναι δ' ἠξίωσε
τὸν σοφιστὴν Ἐχεκρατίδην, καὶ τὸν Ἴμβριον Ἀθηνόδωρον, καὶ
Ῥοδίους δύο, Δημάρατον καὶ Σπάρτωνα συνειλημμένους
ἐπ' αἰτίαις τισὶ καὶ κατειργμένους ἐν Σάρδεσι. τούτους μὴν
οὖν λύσας ἀπέλυσεν ὁ Ἀλέξανδρος· Κρατερὸν δὲ ἀποστέλ-
λων εἰς Μακεδονίαν, ἐκέλευσε τετάρων πόλεων ἐν Ἀσίᾳ,
Κίου, Γεργήθου, Μυλάσσων, Ἐλαίας, μίαν ἣν αἱρῆται πα-
ραδοῦναι τῷ Φωκίωνι· ἀναστενάμενος ἐπὶ μᾶλλον ὡς χαλε-
πωνεῖ μὴ λαβόντος. ἀλλ' οὔτε Φωκίων ἔλαβεν, ὅ, τε Ἀλέξαν-
δρος ταχέως ἀπέθανεν, ἡ δ' οἰκία τοῦ Φωκίωνος ἔτι νῦν ἐν Me- C
λίτῃ δείκνυται, χαλκαῖς λεπίσι κεκοσμημένη, τὰ δὲ ἄλλα
λιτὴ καὶ ἀφελής. τῶν δ' γυναικῶν ἃς ἔγημεν, περὶ τῆς πρε-
σβυτέρας οὐδὲν ἱστορεῖται, πλὴν ὅτι Κηφισόδοτος ἦν ὁ πλάστης
ἀδελφὸς αὐτῆς· τῆς δὲ δευτέρας οὐκ ἐλάττων ὀπὶ σωφρο-
σύνῃ καὶ ἀφελείᾳ λόγος ἦν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἢ Φω-
κίωνος ὀπὶ χρηστότητι. καί ποτε θεωρούντων κωμικοὶ τραγῳδοὶς
Ἀθηναίων, ὁ μὲν τραγῳδὸς εἰσιέναι μέλλων, βασιλίδος πρό-
σωπον ἤτει καὶ κεκοσμημένας πολλὰς πολυτελῶς ὀπαδοὺς
τὸν χορηγόν· καὶ μὴ παρέχοντος, ἠγανάκτει, καὶ κατεῖχε τὸ D
θέατρον, οὐ βουλόμενος προελθεῖν. ὁ δὲ χορηγὸς Μελάνθιος,
„ ὠθῶν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον, ἐβόα, Τοῦ Φωκίωνος οὐχ ὁρᾷς γυ-
„ ναῖκα προπορευόμενον ἀεὶ μετ' μιᾶς θεραπαινίδος; ἀλλ' ἀλαζο-
„ νεύῃ καὶ διαφθείρεις τὴν γυναικωνῖτιν; ἐξακούσου δ' τῆς
φωνῆς γενομένης, ἐδέξατο κρότῳ πολλῷ καὶ θορύβῳ τὸ θέα-
τρον. αὐτὴ δὲ ἡμιωνή, ξένης τινὸς Ἰωνικῆς ὀπιδεδεγμένης χρυ-
σοῦν καὶ λιθοκόλλητον κόσμον ἐμπλοκίοις καὶ περιδεραίοις,
„ Ἐμοί δ' (ἔφη) κόσμος ὀστὶ Φωκίων, εἴκοσιν ἤτος ἤδη στρατηγῶν
„ Ἀθηναίων. Φωκίων δ' τοῦ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίσασθαι
παναθηναίοις, ἀποβάτην ἔφηκεν, οὐχὶ τῆς νίκης ὀρεγόμενος, ἀλλ' ὅπως ὀπιμελεθεὶς καὶ ἀσκήσας τὸ σῶμα, βελ- E
τίων ἔσοιτο. καὶ γὰρ ἦν ἄλλως φιλοπότης καὶ ἄπακτος ὀνεαίσκος. νικήσαντος δὲ, καὶ πολλὰν αἰτουμένων ἐστιάσαι τὰ νι-
κητήρια, τοὺς ἄλλους Φωκίων παραιτησάμενος, ἑνὶ τῷ φι-
λοτιμίαν ταύτην παρεχώρησεν. ὡς δ' ἐλθὼν ὀπὶ τὸ δεῖπνον,
ἄλλῳ τε σοβαρὰν ἑώρα τραπεζῶν, καὶ ποδονιπτῆρας
οἴνου δι' ἀρωμάτων προσφερομένους τοῖς εἰσιοῦσι, καλέσας
„ τ' υἱόν, Οὐ παύσεις (ἔφη) τὸν ἑταῖρόν σου Φάκε, διαφθείροντά
„ σου τὴν νίκην; βουλόμενος δὲ καὶ καθόλου μεταστῆσαι τὸ
μειράκιον ἐκ τῆς διαίτης ἐκείνης, ἀπήγαγεν εἰς Λακεδαί- F
μονα, καὶ κατέμιξε τοῖς ἀγομένοις τὴν λεγομένην ἀγω-
γὴν νεανίσκοις. καὶ τοῦτο τοὺς Ἀθηναίους ἐλύπησεν, ὡς ὑπερο-
ρῶντος καὶ ὑπερφρονοῦντος τὰ οἰκεῖα τοῦ Φωκίωνος. εἰπόν-
„ τος δὲ τοῦ Δημάδου πρὸς αὐτὸν, Τί οὐ πείθομεν, ὦ Φω-
„ κίων, Ἀθηναίοις τὴν Λακωνικὴν προσδέξασθαι πολιτείαν;

A turpe allegantes esse regis amicum tam viuere duriter. Ibi conspiciens inopem senem Phocion in obsoleta læna prętereuntem, rogauit num eo se arbitrarentur deteriorem? Bona verba, inquiunt illi. Atqui hic, infit, ex re minore viuit, & est contentus. Breui, aut si minus vtar, inquit, pecunia hac, nequicquam tantum auri possidebo: aut si vtar, me ipsum iuxta atq; illum in calumniam coniiciam ad populum. Ita reportata ex Athenis pecunia est, ostenditque Græcis ille, locupletiorem tantam summam dante esse non indigentem eius. At quum Alexander offensus scripsisset ad Phocionem iterum, non habere se pro amicis eos qui nihil ab se vellent accipere, nummos Phocion ne sic quidem cepit: postulauit autem, vt Echecratidem rhetorem & Imbrium Athenodorum, præterea Rhodios duos Demaratum & Spartonem, certis de criminibus comprehensos & Sardibus vinctos, liberaret. Eos Alexander extemplo soluit, Craterumque in Macedoniam mittens, ex oppidis quatuor Asiæ, Cio, Gergetho, Mylassis, Elæa, vnum iussit, quod eligeret, vt traderet Phocioni, ac multo vehementius institit, indigne laturum ostendens se, ni acciperet. Cæterum nec accepit Phocion, & breui Alexander decessit. Phocionis ædes etiam hac memoria in vico Melita visuntur laminis ornatæ æreis, cætera tenues & modicæ. Vxorum, quas duxit, de priore nihil memoriæ proditum est, extra quam Cephisodotum plastem eius fratrem fuisse: altera non minus castitatis nomine & frugalitatis fuit Athenis celebrata, quam ob probitatem Phocion. Spectantibus autem aliquando nouos tragœdos Athenienſibus, histrio, qui proditurus erat in scenam, personã popoſcit choragum reginæ ac multas eximie cultas pedissequas. Non præbente illo stomachabatur, tenebatque suspensum theatrum, progredi abnuens. At choragus Melanthius propellens eum in medium, clamauit, Non cernis Phocionis vxorem vna cum ancilla semper incedentem? Tu vero insolens es peruertisque mulieres? Hanc vocem exauditam excepit theatrum ingenti plausu & strepitu. Ipsa vxor, quum hospita quædam ei Ionica aureum gemmisque distinctum mundum cum monilibus & torquibus ostendisset, Mihi, inquit Phocion, mundus est vigesimum iam annum dux Athenienſis. Filio cupienti desultorem certare Panathenæis, concessit, non victoriæ appetens, sed quo corpore exercitatus & meditatus euaderet melior. fuit enim alioqui vinosus & dissolutus adolescens. Victori multis petentibus epulum victoriale præbere, reiecit Phocion cæteros, atque vni hanc munificentiam concessit. Vt venit ad conuiuium, & cum alium aduertit fastuosum paratum, tum pedum lauacra ex vino cum aromatibus conuiuis oblata, appellato filio, Non compesces, inquit, amicum nostrum Phoce, quo minus victoriam deformet tuam? Quo autem filium semel ex illa vita extraheret, abduxit eum Lacedæmonem, & in contubernium dedit adolescentium qui patria disciplina instituebantur. Id offendit populum Athenienſem, quasi Phocion instituta despiceret & fastidiret domestica. Cui quum dixisset Demades, Quin inducimus Phocion populum Athenienſem vt instituta Laconica recipiat?

Quod si mihi autor sis, præstò sum ad ferendam & suadendam legem: Tibi verò, inquit, admodum conueniat, tantopere vnguentum redolenti & chlamydem istam gerenti de conuiuiis Laconicis consulere populo Athenienſi & Lycurgum laudare. Quum mandasset per literas Alexander vt naues mitterent sibi, obsisterent autem oratores, senatus vero Phocionem sententiam rogaret: Censeo igitur, inquit, vt vel armis vincatis, vel victoribus sitis amici. Aggredienti aliquãdo Pytheæ primum concionem Athenis habere, homini iam loquaci & audaci, Non silebis, inquit, idque quum nouitius in populo sis? Postquam Harpalus cum magna vi pecuniæ Alexandrum profugiens Atticam ex Asia appulit, & concionalium hirudinum fuit certatim concursatio operas suas ei venditantium: modicam his ille ex multis obtulit & obiecit escam, Phocioni vero per internuntios septingenta talenta obtulit, cæteraq; omnia, & cum omnibus semetipsum fidei eius vnius commisit. Quum respondisset aspere Phocion, haud impune Harpalum laturum, si pergeret ciuitatem redimere, ita in præsentia quieuit mœstus. Paulo post quum haberet populus Athenienſis de ipso consilium, aduertit illos qui ab se nummos acceperant, factos sibi aduersatios, ne detegerentur, oppugnare se: Phocionem vero, qui se abstinuerat, cum bono publico simul aliquam etiam salutis suę habere rationem. Igitur denuo incumbens, captauit eum enixe. verum omnib. circumspectis aduertit eum, vt arcem, auro vndiq; inexpugnabilem. Cum Charicle vero eius genero consuetudinem & amicitiam contrahens, quod crederet illi omnia, eoq; in omnibus vteretur, cõiecit eum in prauam suspicionẽ. Sed & Pythonicæ meretrici defunctæ, quam adamauerat, filiamq; ex ea sustulerat, quum Harpalus monumentum sumptuosum locare vellet faciendum, eius rei demandauit Charicli curam. Hoc ministerium per se turpe fœdauit insuper sepulcrum absolutũ. Extat enim & hac ætate in Hermio, qua Athenis Eleusina itur: neq; in eo triginta talenta, quantam summam expensam tulisse in id opus Harpalo autumant Chariclem, comparent. Et vero etiam post Harpali fata educta Charicle & Phocione puella est & accurate habita. Vocato tamen in crimen Harpali causa Charicle, oranteque Phocionem vt præsto esset sibi, & in iudicio assisteret: renuit dicens, Ego te Charicle ad omnia honesta generũ adsciui. Quum Asclepiades Hipparchi Athenas princeps mortem Alexandri nuntiauisset, negauit ei Demades credendum. Iampridem enim cadaueris fœtorem totum orbem fuisse occupaturum. Cernens vero populum Phocion ad res nouas pensum, conabatur eũ placare & frenum imponere: verum quum multi in suggestũ prosilirent clamarentq; vera Asclepiadem attulisse & fato functũ Alexandrum, Igitur si hodie, inquit, mortuus est, & cras erit & perendie mortuus. Itaq; poteritis per otiũ & tutius deliberare. Postquam autẽ Leosthenes ciuitatem præcipitem in bellum Græcum dictũ egit, atq; indignante Phocione quæsiuit per ludibriũ, quidnã suo annorum adeo multorũ imperio reipublicæ profuisset? Non parum vero, inquit, quod ciues in propriis sepulcris sunt humati.

A ἐὰν γὰρ σὺ κελεύῃς, ἐγὼ γράφειν καὶ λέγειν ἕτοιμός εἰμι. Γαύ-
γαιῶ (ἔφη) παρέψειεν ἄν σοι, μύρου τοσοῦτον ὄζοντι, καὶ χλα-
μύδα τοιαύτην φορροῦντι, συμβουλεύειν Ἀθηναίοις ἀεὶ
φιλίππων, καὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπαινεῖν. γράψαντος δ' Ἀλε-
ξάνδρου, πρὸς τὴν πόλιν, ὅπως ἀποστείλωσιν αὐτῷ, καὶ τοὺς ῥήτορας
ἐκπεμψάντων, τῆς βουλῆς τὸν Φωκίωνα λέγειν κελευούσης,
Λέγω τοίνυν ὑμῖν (εἶπεν) ἢ τοῖς ὅπλοις κρατεῖν, ἢ τοῖς κρα-
τοῦσι φίλοις εἶναι. πρὸς δὲ Πυθέαν ἀρχόμενόν ποτε πρῶτον
ἐντυγχάνειν Ἀθηναίοις, ἤδη δὲ λάλον ὄντα καὶ θρασύν, Οὐ
σιωπήσεις (ἔφη) καὶ ταῦτα νεώτατος ὢν τοῦ δήμου; ἐπεὶ δ' Ἅρ-
B παλος μετὰ χρημάτων πολλῶν ἀποδρὰς Ἀλέξανδρον ἐκ
τῆς Ἀσίας τῇ Ἀττικῇ προσέβαλε, καὶ τῶν εἰωθότων ἀπὸ τοῦ
βήματος χρηματίζεσθαι δρόμος ἦν καὶ ἅμιλλα φθειρομένων
πρὸς αὐτόν, τούτοις μὲν ἀπὸ πολλῶν μικρὰ δελεάζων, προ-
ήκατο καὶ διέρριψε, τοῦ δὲ Φωκίωνι προσέπεμψε δίδοις ἑ-
πτακόσια τάλαντα, καὶ τἄλλα πάντα, καὶ μετὰ πάντων ἑαυτὸν
ἐπ' ἐκείνῳ μόνῳ τῷ δικαιοτάτῳ. ἀποκρινομένου δὲ
τραχέως τοῦ Φωκίωνος, οἰμώξεσθαι τὸν Ἅρπαλον, εἰ μὴ παύ-
σοιτο διαφθείρων τὴν πόλιν, τότε μὲν συγκαλεῖς ἀπέστη·
μετ' ὀλίγον δὲ βουλευομένων Ἀθηναίων, ἐώρα τοὺς μὲν εἰ-
C ληφότας τὰ χρήματα παρ' αὐτοῦ, μεταβαλλομένους καὶ κα-
τηγορροῦντας, ἵνα μὴ φανεροὶ γένωνται. Φωκίωνα δ' τὸν μη-
δὲν λαβόντα, μετὰ τοῦ κοινοῦ συμφέροντος ἅμα καὶ τὴν ἐκεί-
νου σωτηρίαν ἔν τινι λόγῳ τιθέμενον. πάλιν οὖν ἐκεῖνος ὑπὸ
τὸ θεραπεύειν ἐκεῖνον, αὐτὸν μὲν ὡς ἔρυμα πάντα χόλον ἀ-
νάλωτον ὑπὸ τοῦ χρυσίου προσεδέχετο· Χαρικλέα δ'
τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ ποιησάμενος σωτήρα καὶ φίλον, ἐκέκτητο δό-
ξης πονηρᾶς, πάντα πιστεύων καὶ πάντα χρώμενος ἐκείνῳ.
καὶ δὴ καὶ Πυθονίκης τῆς ἑταίρας ἀποθανούσης, ἣν εἶχεν ὁ Ἅρ-
παλος ἐρῶν καὶ θυγατρίου πατὴρ ἐξ αὐτῆς γέγονε, Πυθονίκης ex Pinacio Palmer.
D μνημεῖον ἀπὸ χρημάτων πολλῶν ὑπὲρ τελέσαι θελήσας
προσέταξε τοῦ Χαρικλεῖ τὴν ὑπεμέλειαν. οὖσαν δὲ τὴν
ἐπιτροπείαν ταύτην ἀγχοῦν ἐπάφος συν-
τελεσθείς. ἐφαινέτο δὲ ἐπὶ νῶν ἐν Ἑρμείῳ, ἢ βαδίζομεν ὁδὸν Ἕρμει Palmer.
ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα, μηδὲν ἔχων τῶν τριάκοντα ταλάντων
ἄξιον, ὅσα τοῦ Ἅρπάλου λογισθῆναι φασὶν εἰς τὸ ἔργον ὑπὸ
τοῦ Χαρικλέους. καὶ μὴν τοι καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ, τὸ παιδάριον ὑπὸ τοῦ Χαρικλέους. καὶ τοῦ Φωκίωνος αἰαλήθεν, ἐτύγχανε πάσης ἐπιμελείας. κρινομένου μὴν τοῦ Χαρικλέους ὑπὸ τοῖς Ἁρπαλείοις, καὶ δεομένου βοηθεῖν αὐτῷ τὸν Φωκίω-
E να, καὶ συνεισελθεῖν εἰς τὸ δικαστήριον, οὐκ ἠθέλησεν, εἰπών, Ἐγώ σε ὦ Χαρίκλεις ὑπὲρ πᾶσι τοῖς δικαίοις γαμβρὸν ἐ-
ποιησάμην. περὶ τοῦ δ' Ἀθηναίοις Ἀσκληπιάδου τοῦ Ἱπ-
πάρχου τεθνάναι προσαγγείλαντος Ἀλέξανδρον, ὁ μὲν
Δημάδης ἐκέλευσε μὴ προσέχειν· (πάλαι γὰρ ἤδη ὅλῳ ὀ-
ζειν νεκροῦ τοῦ οἰκουμένην) ὁ δὲ Φωκίων ἐπηρμένον ὁρῶν πρὸς
τὸ νεωτερίζειν τὸν δῆμον, ἐπειρᾶτο παρηγορεῖν καὶ κατέχειν.
ἀναπηδώντων δὲ πολλῶν ὑπὲρ τὸ βῆμα, καὶ βοώντων, ἀλη-
θῆ τὸν Ἀσκληπιάδου ἀπαγγέλλῃ, καὶ τεθνάναι τὸν Ἀλέ-
ξανδρον, Οὐκοῦν (εἶπεν) εἰ σήμερον τέθνηκεν, καὶ αὔριον ἔ-
σται, καὶ εἰς τρίτην τεθνηκώς. ὥστε ἡμᾶς ἐν ἡσυχίᾳ βου-
F λεύσασθαι μᾶλλον δὲ μετὰ ἀσφαλείας. ὡς δὲ φέρων ἐνέ-
σφινε ὁ Λεωσθένης τὴν πόλιν εἰς τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον, καὶ
τοῦ Φωκίωνος δυσχεραίνοντος, ἠρώτα καταγελῶν, τί πεποίη-
κεν ἀγαθὸν τὴν πόλιν, ἐπὶ πολὺ τὰς στρατηγίας. Οὐ μικρόν, (ἔφη) τὸ τοὺς πολίτας ἐν τοῖς ἰδίοις μνήμασι θάπτεσθαι.

πολλὰ δ' θρασυνομένου, καὶ κομπάζοντος ἐν τῷ δήμῳ τὸν
» Λεωσθένους, ὁ Φωκίων, Οἷ λόγοι σοῦ (εἶπεν) ὦ μειράκιον,
» ἐοίκασι κυπαρίττοις. μεγάλοι γὰρ ὄντες καὶ ὑψηλοί, καρπὸς
» οὐ φέρουσι. ὡς δ' ἐπόμασας ὁ Ὑπερίδης ἠρώτησεν, Πότε οὖν
» ὦ Φωκίων, συμβουλεύεις πολεμεῖν Ἀθηναίοις; Ὅτὰν (εἶ-
πεν) τοὺς μὲν νέους ἰδὼν τὴν τάξιν βουλομένους φυλάττειν, τοὺς
δ' πλουσίους εἰς φέρειν, τοὺς δ' ῥήτορας ἀπέχεσθαι τῶν κλεπτῶν
τὰ δημόσια θαυμαζόντων δὲ πολλῶν· τίνων ἕνεκα τοῦ Λεωσθέ-
νους συνηγμένην δυνάμιν, καὶ τῶν Φωκίωνος πυνθανομένων
» πῶς; τί παρεσκεύασθαι δοκοῦσιν αὐτῷ, Καλῶς (ἔφη) πρὸς
» τὸ στάδιον· τὸν δ' δόλιχον τοῦ πολέμου φοβοῦμαι, μήτε χρή-
» ματα τῆς πόλεως ἕτερα, μήτε ναῦς, μήτε ὁπλίτας ἐχούσης.
ἐμμαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ἔργα. πρῶτον μὲν γὰρ Λεωσθένης
λαμπρὸς ἦρθη ταῖς πράξεσιν, τῶν τε Βοιωτῶν μάχῃ κρα-
τήσας, καὶ τὸν Ἀντίπατρον εἰς Λαμίαν συνελάσας. ὅτε καί
φασι τὴν μὲν πόλιν ἐλπίδος μεγάλης γευομένην, ἑορτάζειν
εὐαγγέλια συνεχῶς, καὶ θύειν τοῖς θεοῖς. τὸν δ' Φωκίωνα, πρὸς
τοὺς ἐλέγχειν αὐτὸν οἰομένους, καὶ πυνθανομένους εἰ ταῦτα
» οὐκ αὐ ἤθελεν αὐτῷ πεπρᾶχθαι, Παῦ μὲν οὖν, (ἔφη)
» βεβουλεῦσθαι δὲ ἐκεῖνα. καὶ πάλιν ἄλλων ἐπ' ἄλλοις εὐαγ-
» γελίων γραφομένων καὶ φερομένων ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, Πό-
» τε ἄρα (φαίεν) παυσόμεθα νικῶντες; ἐπεὶ δ' τοῦ Λεωσθένους
ἀποθανόντος, οἱ φοβούμενοι τὸν Φωκίωνα, μὴ στρατηγὸς ἐκ-
πεμφθεὶς καταλύσῃ τὸν πόλεμον, δι' θεράπον τινα τῶν οὐκ
ὀπιφανῶν ἐν ἐκκλησίᾳ παρεσκευάσαν ἀναγάγα λέγειν ὅτι
φίλος ὢν τοῦ Φωκίωνος, καὶ συμπεφοιτηκὼς παραινεῖ φείδε-
σθαι τοῦ ἀνδρὸς, καὶ φυλάττειν, ὡς ἄλλον ὅμοιον οὐκ ἔχοντας·
ἐκπέμπειν δὲ Ἀντίφιλον ὅτι τὸ στράτευμα· καὶ ταῦτα τοῖς
» Ἀθηναίοις συνεδόκει· παρελθὼν ὁ Φωκίων ἔλεγεν, μήτε συμ-
» πεφοιτηκέναι ποτὲ τῷ δι' θεράπῳ, μήτε ἄλλως γεγενέναι
» γνώριμος ἢ συνήθης· Ἀλλὰ νῦν (εἶπεν) ἀπὸ τῆς σήμερον
» ἡμέρας καὶ φίλον σε ποιοῦμαι καὶ οἰκεῖον· ἃ γὰρ ἦν ἐμοὶ συμφέ-
» ρον τα συμβεβουλευκας. ὡρμημένων δ' τῶν Ἀθηναίων ὅτι τοῖς
» Βοιωτοῖς στρατεύειν, πρῶτον μὲν ἀνέσχε· καὶ τῶν φίλων λεγόντων,
» ὡς ἀποστατεῖται πρὸς κρείττω τοῖς Ἀθηναίοις, Ἀδίκως, (εἶ-
πεν) εἰ ποιῶ τὸ συμφέρον· εἰ δὲ πράττω, δικαίως· ἐπεὶ
δι' ὁρᾶ οὐκ ἀνιέντας, ἀλλὰ βοῶντας, κελεύσας τὸν κήρυκα
εἰπεῖν, Ἀθηναίων τοῖς ἄχρι ἑξήκοντα ἐτῶν ἀφ' ἥβης, πέν-
τε ἡμερῶν σιτία λαβόντας, εὐθὺς ἀκολουθεῖν ἀπὸ τῆς ἐκ-
κλησίας. θορύβου δὲ πολλοῦ γενομένου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων
βοώντων καὶ ἀναπηδώντων, Οὐδὲν (ἔφη) δεινόν. ἐγὼ γὰρ ὁ
στρατηγὸς ὀγδοηκοστὸν ἔχων ἔτος, ἕσομαι μεθ' ὑμῶν. καὶ τότε
μὲν οὕτως κατέπαυσεν αὐτοὺς καὶ μετέβαλεν. πορευομέ-
νης δὲ τῆς φαλάγγος ὑπὸ Μικίωνος συχνοῖς Μακεδόσι
καὶ μισθοφόροις, ἀποβεβηκότος εἰς Ῥαμνοῦντα, καὶ κατα-
δέχοντος τὴν χώραν, ἐξήγαγε τοὺς Ἀθηναίους ἐπ' αὐτόν. ὡς δὲ πρὸς δέχοντες ἀλλαχόθεν ἄλλος διεστρατή-
γουν, καὶ συνεβούλευον αὐτῷ τὸν λόφον καταλαβεῖν, ἐκεῖ
» προεπέμψαι τοὺς ἱππέας, ἐνταῦθα παρεμβαλεῖν, Ὦ
» Ἡράκλεις (εἶπεν) ὡς πολλοὺς ὁρῶ στρατηγοὺς, ὀλίγους δὲ
» στρατιώτας. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὰ ἄκρα τοὺς ὁπλίτας, εἰς
πολὺ προὔβη τῶν ἄλλων προῆλθεν· εἶτα δείσας, ἀντιστάντος
» ἀνδρὸς πολεμίου, πάλιν εἰς τὴν τάξιν ἀνεχώρησεν, Ὦ μει-
» ράκιον (εἶπεν) οὐκ αἰδῇ δύο τάξεις ἀπολελοιπὼς, ἐν ἑπά-
» ξῃς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ καὶ πάλιν ἐφ' ἑαυτὸν ἔταξας, ἐμβαλὼν δὲ τοῖς πολεμίοις καὶ κρατος τρεψάμενος,

A Quum ferociret & insolesceret Leosthenes ad populum, Phocion, Oratio tua, inquit, adolescens cupressorum similis est. hæ enim grandes sunt & excelsæ, sed non ferunt fructum. Vbi adortus eum Hyperides quæsiuit, Quando igitur consules Phocion populo Athenienſi vt arma capiat? Quum iuuentutem, inquit, videro seruare ordines velle, diuites conferre, oratores ærarium non expilare. Quum multi copias ab Leosthene conscriptas stuperent, rogarentq; Phocionem quemadmodum instructas putaret, Recte, inſit, ad stadium: at dolichon exhorresco belli, quod neq; stipendium ciuitati aliud, neq; naues, neq; milites sint. Astipulata est autem ei res ipsa. Primum enim rebus gestis
B Leosthenes, superatis acie Bœotiis & intra Lamiæ mœnia redacto Antipatro, splendidus effloruit. Quo tempore ciuitatem memorant magnifica gustata spe quotidie ex lætis nuntiis festos dies egisse, atq; diis honorem habuisse: Phocionem vero ad illos qui se, redarguere ipsum putantes posse, requirebant num hæc non optaret se fecisse? Omnino sane, dixisse, verum consuluisse illa. Aliis rursus super alia lætis nuntiis ex castris scriptis & allatis dixisse. Quando tandem desinemus vincere?
C Quum defuncto Leosthene verentes aliqui ne dux ad exercitum Phocion missus bellum transigeret, hominem quendam subornassent obscurum qui exurgens in concione diceret, quod amicus & condiscipulus esset Phocionis, monere se vt parcerent ei reseruarentq;, quum parem non haberent alium: Antiphilum autem exercitui præficerent: atq; id populus probaret: progressus Phocion demonstrauit, neq; se vnquam istius condiscipulum, neq; aliâs notum vel familiarem fuisse. Verum nunc, inquit, exhodierno die amicitiam & necessitudinem ineo tecum: quandoquidem quæ è re mea sint consuluisti. Molientibus bellum in
D Bœotios Athenienſibus primum repugnauit, monentibusq; amicis occisuros ipsum Athenienses, si eos pergeret offendere, Iniuria, inquit, si quod è republica est faciam: sin secus, iure. Vbi eos videt nihilo remissiores, sed obstrepentes sibi, pronuntiare iussit præconi, vt Athenienses omnes qui à pubertate intra sexaginta annos essent, cum quinq; dierum cibariis confestim se à concione sequerentur. Ibi magna turba excitata, vociferantibusque & exilientibus natu grandioribus, Quid hoc rei est, inquit? Ego dux annos natus octoginta vobiscum ero. Ea ratione repressit & reflexit illos in
E præsentia. Quũ vero ora maritima à Micione, qui ingenti manu Macedonum & mercenariorum in Ramnunta descenderat, agerque vastaretur: eduxit in eum exercitum Athenienſium. Ibi alio atque alio hinc inde accurrentibus, inferentibusque se in partes ducis, & monentibus vt illic tumulum occuparet, illic equitatum circummitteret, hîc subsidiarios inter principia locaret: Papæ, inquit, quam multos duces, paucos video milites! Vbi peditum aciem instruxit, quidam longe ante signa prouectus, mox, timore perculsus occurrentis sibi hostis, retro ad ordinem
F suum recepit se. ibi, Non te pudet, inquit, adolescens duos deseruisse ordines? & quo positus à duce fueras, & iterum vbi temet collocasti ipse. Hostes adortus fudit fugauitque eos.

ipsum Micionem cum multis interfecit. Porro Græcorum exercitus in Thessalia iunctos cum Antipatro Leonnatum Macedonasq; , qui ex Asia venerãt, acie fudit: vbi pedites Antiphilus, Menon Thessalus equites duxit. quo in prælio cecidit Leonnatus. Post paulo, quum Craterus magnis copiis ex Asia venisset, signis iterum apud Cranona collatis cæsi sunt Græci: non magnam cladem tamen accepere, nec multi cecidere. At contumacia aduersus duces lenes & iuuenes, simulq; solicitante ciuitates eorum Antipatro, dilapsi fœdissime libertatem prodidere. Ibi quum signa confestim moueret Antipater Athenas, Demosthenes & Hyperides cesserunt vrbe. Demades, qui nullam partem eius quanti lis ei æstimata fuerat, poterat soluere, (quippe damnatus fuerat, quod rogationes septẽ promulgauisset aduersus legum interdicta) & notatus infamia prohibebatur concionem habere, tunc vero potestate facta, legem rogauit, vt legati cum libera potestate ad Antipatrum mitterentur de pace. Verente id populo, Phocionemq; accersente, atq; fidem illi vni se testante habere: Atqui si consiliis, inquit, paruissetis meis, nunc hisce de rebus non consuleremus. Ita lege perlata missus est ad Antipatrum, qui habebat in Cadmia statiua, paratus mox in terram Atticam mouere. Primum postulauit hoc, vt illis in castris manens pacem sanciret. Vbi Craterus iniqua fremuit ab ipsis Phocionem postulare, vt confidentes ibi sociorum & amicorum fines vexarent, quum deprędari liceret hostiles: apprehensa Antipater dextera eius, Dandũ, inquit, Phocioni hoc est beneficiũ. De cæteris imperauit vt Athenienses ipsis permitterent, sicut Lamiæ Leostheni voluerant ipsum. Itaq; vt reuersus in vrbem est Phocion, & compulsi necessitate Athenienses id comprobauerunt: profectus iterum Thebas est adiuncto ab Athenensibus inter legatos cæteros Xenocrate philosopho. Tantum enim virtutis Xenocratis erat nomen apud omnes & opinio & celebritas, insolentiam vel feritatem vel excandescentiam vt existere in animo humano existimarent nullam cui non ex solo Xenocratis aspectu rubor aliquis & reuerentia eius subiret. Enimuero euenit ob improbitatem Antipatri & virtutis odium secus. Nam primum complexus alios non salutauit Xenocratem. Vnde dixisse aiunt illum, recte facere Antipatrum: qui indignitatis causa, qua ciuitatem Athenienſem statuerat afficere, vnum se erubesceret. Deinde dicere exorsum non ferens, sed interpellans & infensus, orationẽ eius præcidit. Quum verò disseruisset Phocion, respondit amicitiam & fœdus se cum populo Athenienſe facturum his conditionibus: vt Demosthenem & Hyperidem sibi dederent, rempubl. more veteri ex censũ tractarent, præsidium in Munychia acciperent, præterea impensas belli & multam penderent. Has conditiones præter Xenocratem alii legati vt benignas læti accepere. Ille enim moderate ait Antipatrum vt cum seruis, vt cum liberis duriter egisse. Phocione autem præsidium detrectante & deprecante, fertur Antipater dixisse, Omnia Phocion parati sumus tibi indulgere, exceptis iis quæ & te & nos perdent.

A αὐτόν τε τὸν Μικίωνα καὶ πολλοὺς ἄλλους ἀπέκτεινεν. Ὁ δὲ Ἑλληνικὸν ἐν Θεσσαλίᾳ στράτευμα, συμμίξαντος Ἀντιπάτῳ Λεοννάτου, καὶ τῶν ἐξ Ἀσίας Μακεδόνων, ἐνίκα μαχόμενον· καὶ Λεοννάτος ἔπεσεν, ἡγουμένου τῆς μὲν φάλαγγος Ἀντιφίλου, τῶν δὲ ἱππέων, τοῦ Θεσσαλοῦ Μένωνος. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον χρόνῳ Κρατερὸς ἀφικόμενος ἐξ Ἀσίας μετὰ πολλῆς δυνάμεως, καὶ ἡγουμένης πάλιν ἐν Κρανῶνι τῶν στάσεως, ἡττήθησαν μὲν οἱ Ἕλληνες, οὔτε μεγάλῳ ἥττῃ, οὔτε πολλῶν πεσόντων· ἀπειθείᾳ δὲ πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὑπερηφανεῖς καὶ νέους ὄντας, καὶ ἅμα τὰς πόλεις αὐτῶν πειρῶντος

B Ἀντιπάτου, ἀφαρπάζειν, ἄφνω τοῦ χωρὶς τὸν ἐλευθερίαν. Οὐδὲ οὖν ὑπὸ τὰς Ἀθήνας ἄγοντος τοῦ Ἀντιπάτου τὴν δύναμιν, οἱ μὲν περὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερίδην ἀπηλλάγησαν ἐκ τῆς πόλεως· Δημάδης δ', μηδὲν μέρος ὧν ὤφειλε χρημάτων ὑπὲρ τῆς καταδίκης, ἐκτίσας τῇ πόλει δυνάμενος, (ἠλώκει γὰρ ἐπὶ γραφαῖς παρανόμων) καὶ γεγονὼς ἄτιμος ἐξείργετο τοῦ λέγειν, ἄδειαν εὐρόμενος ποτε, γράφει ψήφισμα, καὶ πέμπει πρὸς Ἀντίπατον ὑπὲρ εἰρήνης πρέσβεις αὐτεξουσίους, φοβουμένου δ' τοῦ δήμου καὶ καλοῦντος Φωκίωνα, καὶ μόνῳ πιστεύειν ἐκείνῳ λέγοντος· Ἀλλ' εἴγε

C ὑπιστευόμην (εἶπεν) ἐγὼ, συμβουλεύων ὑμῖν, οὐκ ἂν νῦν ἐβουλευόμεθα περὶ πραγμάτων τοιούτων. οὕτω δ' τοῦ ψηφίσματος ὑπεκρωσθέντος, ἀπεστάλη πρὸς Ἀντίπατον ἐν τῇ Καδμείᾳ στρατοπεδεύοντα, καὶ προσκυναζόμενον εὐθὺς εἰς τὸν Ἀττικὸν βαδίζειν. καὶ τοῦτο πρῶτον ᾔτει, ὃ, μένοντα αὐτὸν χώραν, ποιήσασθαι τὰς ἀφαλύσεις. τοῦ δ' Κρατεροῦ λέγοντος, ὡς οὐ δίκαιον πείθει Φωκίων ἡμᾶς, τὸν τῶν συμμάχων καὶ φίλων καθημένους χώραν κακῶς ποιεῖν, δυναμένους ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ὠφελεῖσθαι, λαβόμενος αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς ὁ Ἀντίπατος, Δοτέον (εἶπεν) Φωκίωνι τοῦτο τὸν

D χάριν. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἐκέλευσεν αὐθις ὑπερβέπειν τοὺς Ἀθηναίους, ὥσπερ ἐν Λαμίᾳ Λεωσθένει ἐκεῖνον. ὡς οὐκ ἐπιμνήσθη Φωκίων εἰς ἄγυ, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ὃ αὐτὸ ἔδοξεν ὑπὸ ἀνάγκης, αὖθις εἰς Θήβας ἐβάδιζε μετὰ τῶν ἄλλων πρέσβεων, Ξενοκράτη τὸν φιλόσοφον τῶν Ἀθηναίων παρειλημμένων. τοσοῦτον γὰρ ἦν ἀξίωμα τῆς ἀρετῆς τοῦ Ξενοκράτους καὶ δόξα καὶ λόγος παρὰ πᾶσιν, ὥστε οἴεσθαι, μήτε ὕβριν εἶναι, μήτε ὠμότητα, μήτε θυμὸν ἐν αὐθεφτίνῃ ψυχῇ φυόμενον, ᾧ, Ξενοκράτους μόνον ὀφθέντος, οὐκ ἂν αἰδοῦς τι καὶ τιμῆς ἐγγένοιτο πρὸς αὐτόν. ἀπέβη δ' τἀναντίον,

E ἀγνωμοσύνῃ τινὶ καὶ μισαγαθίᾳ τοῦ Ἀντιπάτου. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἠσπάσατο τὸν Ξενοκράτη, τοὺς ἄλλους δεξιωσάμενος. ἐφ' ᾧ φασὶν εἰπεῖν ἐκεῖνον ὡς Ἀντίπατος καλῶς ποιεῖ, μόνον αὐτὸν αἰσχυνόμενος ἐφ' οἷς ἀγνωμονεῖν μέλλει πρὸς τὴν πόλιν. ἔπειτα λέγειν ἀρξάμενον οὐχ ὑπομένων, ἀλλ' ἀπικρούων καὶ διεκωλύων, ἐποίησεν ἀποσιωπῆσαι. τῶν δὲ περὶ τὸν Φωκίωνα ἀφαιρεθέντων, ἀπεκρίνατο φιλίαν ἔσεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ συμμαχίαν, ἐκδοῦσι μὲν τοὺς περὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερίδην, πολιτευομένοις δὲ τὸν πάτριον ἀπὸ τιμήματος πολιτείαν· δοῦναι δὲ φρουρὰν εἰς τὴν Μουνυχίαν, ἐπὶ δὲ χρήματα τοῦ πολέμου καὶ ζημίαν προσεκτίσαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πρέσβεις ἠγάπησαν ὡς φιλανθρώπους τὰς ἀφαλύσεις, πλὴν τοῦ Ξενοκράτους. ἔφη γὰρ, ὡς μὲν δούλοις, μετρίως κεχρῆσθαι τ' Ἀντίπατον· ὡς δὲ ἐλευθέροις, βαρέως. τοῦ δ' Φωκίωνος παραιτουμένου τὴν φρουρὰν καὶ δεομένου, λέγεται τὸν Ἀντίπατον εἰπεῖν, Ὦ Φωκίων ἡμεῖς πάντα σοι χαρίζεσθαι βουλόμεθα, πλὴν τῶν καὶ σε ἀπολεσόντων καὶ ἡμᾶς.

οἱ δὲ οὐχ οὕτως φασὶν, ἀλλ' ἐρωτῆσαι τὸν Ἀντίπατρον εἰ τὴν φρουρὰν ἀφέντος αὐτοῖς τοῖς Ἀθηναίοις, ὁ Φωκίων ἐγγυᾶται τὴν πόλιν ἐμμενεῖν τῇ εἰρήνῃ, καὶ μηδὲν πολυπραγμονήσειν. σιωπῶντος δ' ἐκείνου καὶ ἀναμένοντος, ἀναπηδήσαντα Καλλιμέδοντα τὸν Καράβον, ἄνδρα θρασὺν καὶ μισόδημον εἰπεῖν, Ἐὰν δὲ σοῦ, ὦ Ἀντίπατρε, φλυαρῇ, σὺ πιστεύσεις; καὶ οὐ πράξεις ἃ ἔγνωκας; οὕτω μὴν ἐδέξαντο φρουρὰν Μακεδόνων Ἀθηναῖοι, καὶ Μενύλλον ἡγεμόνα, τῶν ἐπιτηδείων τινα, καὶ τοῦ Φωκίωνος ἐπιτηδείων. ἐφανὴ δ' ὑπόφαινον τὸ πρόσταγμα, καὶ μᾶλλον ἐξουσίας ὕβρει χρωμένης ἐπίδειξις, ἢ πραγμάτων ἕνεκα γιγνομένη κατάληψις. καὶ μικρὸν τῷ παθεῖ προσέθεικεν ὁ καιρός. εἰκάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη. μυστηρίων ὄντων, ἡ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσῖνάδε πέμπουσιν. ὥστε τῆς τελετῆς συγχυθείσης ἀναλογίζεσθαι τοὺς πολλοὺς καὶ τὰ παλαιότερα τῶν θείων καὶ τὰ πρόσφατα. πάλαι μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἀρίστοις εὐτυχήμασιν ταῖς μυστικαῖς ὄψεις καὶ φωνὰς θαυμάζεσθαι σὺν ἐκπλήξει καὶ θάμβει τῶν πολεμίων· νῦν δ' τοῖς αὐλοῖς ἱεροῖς τὰ δυσχερέστατα πάθη τῆς Ἑλλάδος ἐπισκοπεῖν τοῖς θεοῖς, καὶ καθυβρίζεσθαι τὸν ἀμώματον τοῦ χρόνου καὶ ἥδιστον αὐλοῖς ἐπώνυμον τῶν μεγίστων κακῶν γιγνόμενον. πρότερον μὲν οὖν ὀλίγοις ἔτεσιν χρησμὸν ἐξεύρεγκεν αἱ Δωδωνίδες τῇ πόλει, τὰ ἀκρωτήρια τῆς Ἀρτέμιδος φυλάττειν, ὅπως ἄλλοι μὴ λάβωσιν· τότε δὲ περὶ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις αἱ ταινίαι μὲν, αἷς περιελίττονται ταῖς μυστικαῖς κίσταις, βαπτόμεναι, θάψινον ἀντὶ φοινικοῦ χρῶμα καὶ νεκρώδες ἐξεύρεγκαν. ὁ δὲ μεῖζον ἔτι, τὰ θαυμαστόμενα τῶν ἰδιωτικῶν πάντα ὁ πρόσθεν ἄνθος ἔχειν. μύστην δὲ λουόντα χρηστὸν ἐν καθαρῷ λιμένι, κῆτος συνέλαβε, καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος ἄχρι τῆς κοιλίας κατέπιε· προδεικνύντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ φανερῶς, ὅτι τῶν κάτω καὶ πρὸς θαλάσσῃ κρατηθέντες, τὴν ἄνω πόλιν ἀσφαλίζουσιν. ἢ μὴν οὖν φρουρὰ ἀφ' Μένυλλον οὐδὲν ἐλύπησεν τοὺς ἀνθρώπους· τῶν δὲ ἀποψηφισθέντων τοῦ πολιτεύματος ἀφ' πενίαν, ὑπὲρ μυρίους καὶ χιλίους γιγνομένων, οἵτε νομίζοντες ἐδόκουν κέρδη καὶ ἄτιμα πάσχειν. οἵτε ἀφ' τοῦτο τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, καὶ μεταστάντες εἰς Θρᾴκην, Ἀντιπάτρου γὰρ καὶ πόλιν αὐτοῖς παραδόντος, ἐκπεπολιορκημένοις ἐφέρεσαν. ὁ δὲ Δημοσθένους ἐν Καλαυρείᾳ καὶ Ὑπερείδου περὶς Κλεωνᾶς θάνατος, περὶ ὧν ἐν ἄλλοις περιγέγραπται, μονονοὐκ ἔρωτα καὶ πόθον Ἀθηναίοις Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου παρέσχη. καὶ τοῦτο ὅπερ ὕστερον αἱρεθέντος Ἀντιγόνου καὶ τῶν ἀπελθόντων ἐκεῖνον ἀρξαμένων βιάζεσθαι καὶ λυπεῖν τοὺς ἀνθρώπους, ἀνὴρ ἄγροικος ἐν Φρυγίᾳ, χωρίον ὀρύττων, πυθομένου τινός, Τί ποιεῖς; γελάσας, Ἀντίγονον (εἶπεν) ζητῶ· τοῦτο πολλοῖς ἐπῆλθε λέγειν, ἀναμνημονεύοντες τὸν ἐκείνων τῶν βασιλέων θυμὸν, ὡς ὂ μέγα καὶ γενναῖον ἀπαραίτητον εἶχον, οὐχ ὥσπερ Ἀντίπατρος, ἰδιώτου προσώπῳ, καὶ φαυλότητι χλαμυδίου, καὶ διαίτης ἀτελείᾳ, κατειρωνευόμενος τὴν ἐξουσίαν, ἐπαχθέστερος ἦν τοῖς πάθεσιν, κακὸς δεσπότης καὶ τύραννος. ὅμως δ' οὖν ὁ Φωκίων καὶ φυγῆς ἀπήλλαξε πολλοὺς, δεηθεὶς τοῦ Ἀντιπάτρου. καὶ φθόνοις διεπράξατο, μὴ καθάπερ οἱ λοιποὶ τῶν μεθισταμένων ὑπὲρ τὰ Κεραύνια ὄρη καὶ τὸν Ταίναρον, ἐκπεσεῖν τῆς Ἑλλάδος, ἀλλὰ ἐν Πελοποννήσῳ κατοικεῖν· ὧν καὶ Ἀγνωνίδης ἦν ὁ συκοφάντης. ἐπιμελούμενος δ' τῶν κατ' τὴν πόλιν πρᾴως καὶ νομίμως,

A Alii non ita, sed interrogasse autumant Antipatrũ velletne Phocion, si præsidium remisisset Athenienſibus, ſponſor eſſe fœderi ciuitatem ſtaturam, neque quicquam molituram noui? Tacente & cunctante illo, Callimedonta Carabum, audacem hominem & liberis populis infeſtum, exliſſe cum hiſce dictis, Quid ſi hic deliret, Antipater, tu credes ei & à conſiliis diſcedes tuis? Ita præſidium Athenienſes Macedonum acceperunt, & Menyllum ducem modeſtum virum & Phocionis neceſſarium. quod imperium ſuperbum viſum eſt, & contumelioſæ licentiæ potius oſtentatio quam vtilitatis cauſa occupatio. Non parum

B autem exaggerauit ipſe articulus calamitatẽ. quippe die menſis Bœdromionis vigeſimo præſidium ingreſſum eſt myſteriorum ſolennibus, quo die Iacchum ex vrbe Eleuſina deducunt. Itaq; confuſo ſacro multi reputauerunt & vetera feſta & recentia. Olim enim ſecundiſſimis rebus ſpectra viſa & auditas voces hac celebritate cum ſtupore & tremore hoſtium, nunc iiſdem ſacris acerbiſſimos Græciæ caſus deos aſpicere, polluiq; ſacratiſſimũ tempus iiſq; acceptiſſimum, à quo nomen maximæ clades trahant. Siquidem paucis ante annis

C ſortes dederant ciuitati Athenienſi Dodonides, vt promontoria Dianæ cuſtodirent, ne occuparent ea extranei. Tunc circa dies illos faſciæ, quib. myſticos lectos redimiunt, tinctæ colorem retulerũt pro puniceo pallidum & luridum. Et, quod miraculum faciebat, priuata omnia quæ vnà fuerũt infecta, colorem conuenientem accepere. Myſtam porcellum lauantem cetus in liquido portu corripuit: imaſq; corporis partes ad ventrem vſq; deuorauit: portendente illis clare Deo ſpoliatos parte vrbis ima & mari adiecta ſupernam ſeruaturos. Ac præſidium quidem obſiſtente Menyllo nihil ciues offendit. qui vero ob egeſtatẽ non fuerunt cenſi

D inter ciues, quorum fuit numerus ſupra duodecim millia, hi partim, ſiqui remanebant, magna iniuria & infamia videbantur affici: partim, qui idcirco exceſſerant vrbe atq; in Thraciam tranſmigrauerant, vbi eis Antipater agrum & oppidum dedit, ſimiles apparebant expugnatis & exterminatis. Iã Demoſthenis in Calauria, & apud Cleonas Hyperidis fatum, de quibus aliis locis tractauimus, tantum non amorem & deſiderium ſubiecit Athenienſibus Alexandri & Philippi. Atque id quod interfecto poſtmodum Antigono, eiuſq; interfectoribus homines exagitare & fatigare occipientibus,

E ruſticus quidam, agrum in Phrygia fodiens, quum rogaretur à quopiam quid ageret, ſuſpirans, Antigonum, inquit, quæro: hoc, inquam, multis ſubiit dicere in memoriam illorum regum reuocantibus animum, quam celſum, generoſum, ſimulq; placabilem habuiſſent, non ſicut Antipater. qui priuati perſona & chlamydis vilitate & vitæ frugalitate licentiam diſſimulans durior erat illis quos opprimebat, teter dominus & tyrannus. At tamen Phocion cum multos precibus apud Antipatrum exilio liberauit, tum exulibus impetrauit, ne,

F ſicut reliqui qui erant trans montes Ceraunios & Tænarum ſummoti, extorres eſſent Græciæ: ſed ſedes collocare in Peloponneſo poſſent. ex quibus Agnonides ſycophanta fuit. Curam gerens placide & legitime eorum qui in vrbe erant,

bonos & modestos retinebat in magistratibus perpetuo. Curiosos & nouarum rerum cupidos eo ipso quod in honoribus non forent, nec solicitare possent statum ciuitatis, conglaciantes docuit libenter rusticari & agros colere. Xenocratem quum videret pensionem vt inquilinum pendere, institit eum in ciuitatem adscribere. Quod ille abnuit, nolle se dicens in ciuitatem accipi eam pro qua legatus fuerat ne esset libera. Munus sibi Menyllo & nummos offerenti respondit, neque ipsum Alexandro præstantiorem, neque meliorem esse causam quare nunc caperet, qui tunc non accepisset. At vt Phoco filio saltem caperet rogante Menyllo, Phoco, inquit, si mutata vita ad frugem redeat, sufficiet patrimonium. nam vt nunc se gerit, nihil ei satis sit. Antipatro vero respondit asperius aliquid ab ipso contendenti minus honestum, Nempe non valet, inquit, Antipater me simul amico vti & adulatore. Ipsum referunt dixisse Antipatrum, duos sibi esse Athenis amicos, Phocionem & Demadem. Alterum horum vt quicquam capiat, non posse inducere, alterum non implere. Et sane paupertate Phocion vt virtute gloriabatur, in qua, licet toties dux Athenienſium fuisset & regum vsus amicitia, consenuit: Demodes vero diuitiis sibi placebat vel per nefas. quippe quum Athenis id temporis lege cautum esset ne saltaret peregrinus, aut mille drachmas choragus mulctam soluere, omnes peregrinos saltatores centum numero exhibuit, simulq; mulctam pro singulis in theatrum attulit millenas drachmas. Demeæ filio vxorem despondens, Quum ego, inquit, matrem tuam fili ducerem, ne vicinus quidem sensit: ad tuarum vero nuptiarum sumptus conferunt etiam reges & dynastæ. Quum Phocionem obtunderent Athenienses vt Antipatrum induceret ad remouendum præsidium, vel quod non speraret se eum adducturum, vel quia modestiorem populum videbat & moderatius agentem ob metum, semper reiecit illam legationem: sed pecuniæ exactionem vt produceret & prorogaret, perpulit Antipatrum. Ita Demadem, telicto eo, rogauerunt. qui rem suscepit libenter, trahensque filium secum perrexit in Macedoniam, diuinitus haud dubie illuc attractus eo articulo, quo Antipater iam morbo tenebatur: & Cassander rerum potitus, Epistolam reperit Demadis in Asiam ad Antigonum exaratam, qua illum incitauit ad imperium Græciæ Macedoniæque asserendum, quod ex vetere & marcido stamine suspensum esset. Ita enim in Antipatrum erat cauillatus. quem vt Cassander conspexit aduenisse, prehendit eum. Ac primum admotum ei filium interfecit, vt cruorem pater acciperet sinu, eoque commacularetur: deinde ingratitudine & proditione ei acerbe exprobrata, probris laceratum interemit. Antipatro autem, quum ducem creasset Polyperchontem & Cassandrum tribunum militum, defuncto, mox properans Cassander occupare dominatum, Nicanorem propere mittit præfecturæ Menyllo successorem, iubetque ei, antequam Antipatri excessus vulgetur, accipere Munychiã. Eo facto quũ paulo post nuntiatus Athenienſibus esset Antipatri exitus, in crimen Phocion vocatus est, obiectumq; ei

A τοὺς μὲν ἀσχόλους καὶ φιλοπόνους ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀεὶ στωμύλλειν, τοὺς δὲ πολυπραγμονοῦντας καὶ νεωτεροποιοὺς αὐτῷ τῷ μὴ ἄρχειν, μηδὲ θορυβεῖν, ἀπομισθωνομένους, ἐδίδαξεν φιλοχωρεῖν, καὶ ἀγαπᾶν γεωργοῦντας. ὁρῶν δὲ τὸν Ξενοκράτη τελοῦντα τὸ μετοίκιον, ἐβούλετο γράψαι πολίτην. ὁ δὲ ἀπεῖπε, φήσας οὐκ ἂν μεταλαβεῖν ταύτης τῆς πολιτείας, οὗ ἕνεκα ἐπρέσβευεν ἵνα μὴ ἄδοκος ᾖ. τῷ δὲ Μενύλλῳ δωρεὰν αὐτῷ τὰ χρήματα διδόντος, ἀπεκρίνατο μήτ' ἐκείνου Ἀλεξάνδρου βελτίονα εἶναι, μήτε χρείττονα τοῦ αἰτίαν ἐφ' ἣ λήψεται νῦν, ὁ τότε μὴ δεξάμενος. ἀλλὰ Φώκωνί γε τῷ παιδὶ λαβεῖν δεο-
B μένου τοῦ Μενύλλου, Φώκων μὲν (εἶπεν) ἐὰν μὲν σωφρονῇ μεταβαλλόμενος, ἀρκέσει τὰ τοῦ πατρός· ὡς δ' ἔχει νῦν, οὐδὲν ἱκανόν ἐστιν. Ἀντιπάτρῳ δὲ τραχύτερον ἀπεκρίνατο, βουλομένῳ τὶ γίνεσθαι δι' αὐτοῦ τῶν μὴ πρεπόντων· Οὐ δύναται γὰρ (εἶπεν) Ἀντίπατρος ἅμα μοι καὶ φίλῳ καὶ κόλακι χρῆσθαι. τὸν δὲ Ἀντίπατρον αὐτὸν εἰπεῖν λέγουσιν, ὡς δυεῖν αὐτῷ φίλων Ἀθήνησιν ὄντων, Φωκίωνος καὶ Δημάδου, τὸν μὲν, λαβεῖν οὐ πέπεικεν, τὸν δὲ, διδοὺς οὐκ ἐμπέπλησκεν. καὶ μὴν τοι Φωκίων μὲν ὡς ἀρετῇ ἐπεδείκνυτο τὴν πενίαν, οὐ μὴ πολλάκις Ἀθηναίων στρατηγήσας καὶ βασιλεῦσι φίλοις χρησάμενος
C ἐγκατεγήρασε· Δημάδης δὲ τῷ πλούτῳ καὶ τῷ δαπανᾶν ἐκαλλωπίζετο. νόμου γὰρ ὄντος Ἀθήνησι τότε, μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀποτίνειν τὸν χορηγὸν, ἀπολλοὺς εἰσαγαγὼν ξένους τοὺς χορεύοντας, ἑκατὸν ὄντας, ἅμα καὶ τὴν ζημίαν δυὰ χιλίας ὑπὲρ ἑκάστου εἰσῴσεγκεν εἰς τὸ θέατρον. Δημέᾳ δὲ τῷ υἱῷ νύμφιος ἀγόμενος Ἐμοῦ μὲν (εἶπεν) ὦ παῖ τὸν σὸν μητέρα γαμοῦντος οὐδὲ ὁ γείτων ἤσθετο· τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσιν. ἐνοχλούντων δὲ τῷ Φωκίωνι τῶν Ἀθηναίων ὅπως ἀπαλλάξῃ τὴν φρουρὰν, πείσας τὸν Ἀντίπατρον, εἴτε μὴ προσδοκῶν πεί-
D σειν, εἴτε μᾶλλον ὁρῶν σωφρονοῦντα τὸν δῆμον καὶ πολιτευόμενον ἀτάκτως διὰ τὸν φόβον, ἐκείνῳ μὲν ἀεὶ διωθεῖτο τὴν πρεσβείαν, τὰ δὲ χρήματα μὴ πράττειν ἀλλὰ μέλλειν καὶ ἀναβάλλεσθαι τὸν Ἀντίπατρον ἔπεισεν. μεταβάντες οὖν Δημάδην παρεκάλουν. ὁ δὲ προθύμως ὑπέσχετο, καὶ τὸν υἱὸν ἔχων ἀπῆρεν εἰς Μακεδονίαν, ὑπό δαίμονός τινος (ὡς ἔοικεν) εἰς τοῦτο καιρὸν κομισθεὶς ἐν ᾧ κατεῖχετο μὲν Ἀντίπατρος ἤδη νόσῳ· Κασσανδρος δὲ τῷ πραγμάτων ἐγκρατὴς γεγονὼς, εὗρεν ἐπιστολὴν Δημάδου γεγραμμένην πρὸς Ἀντίγονον εἰς Ἀσίαν, προκαλουμένου αὐτὸν ἐπι-
E φανῆναι τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν, ὡς παλαιοῦ καὶ σαπροῦ κρεμαμένοις ἥμονος· τὸν Ἀντίπατρον ἔτι σκώπτοντος. ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ἀφιγμένον ὁ Κασσανδρος σιωπήσας, καὶ πρῶτα μὲν τὸν υἱὸν ἐγγὺς προσαγαγὼν προέσφαξεν, ὥστε καταδέξασθαι τοῖς κόλποις τὸ αἷμα τὸν πατέρα, καὶ καταπλησθῆναι τοῦ φόνου. μετὰ ταῦτα δὲ, εἰς ἀχαριστίαν αὐτὸν καὶ προδοσίαν πολλὰ λοιδορήσας, καὶ καθυβρίσας, ἀπέκτεινεν. ἐπεὶ δὲ Ἀντίπατρος, ἀποδείξας Πολυσπέρχοντα, στρατηγὸν, Κάσσανδρον δὲ, χιλίαρχον, ἐξέλιπεν· αὐθὶς ἀναστὰς ὁ Κάσσανδρος καὶ προσκα-
F λεσάμενος τὰ πράγματα, πέμπει κατὰ τάχος Νικάνορα τῷ Μενύλλῳ διάδοχον τῆς φυλακῆς, πρὶν ἐκδηλον τὸν Ἀντιπάτρου θάνατον γενέσθαι, κελεύσας τὴν Μουνυχίαν προσλαβεῖν. γνωσθέντος δὲ τούτου, καὶ μετ' ἡμέρας ὀλίγας πυθομένων τῶν Ἀθηναίων ὅτι τέθνηκεν ὁ Ἀντίπατρος, ἐν αἰτίαις ὁ Φωκίων ἦν, καὶ κακῶς ἤκουεν,

ὡς προσαιδόμενος, καὶ καταπαιωπήσας, χάριν τοῦ Νικάνο-
ρος. ὁ δ' τούτων μὲν οὐκ ἐφρόντιζεν. ἐντυγχάνων δ' τῷ Νικά-
νορι καὶ διαλεγόμενος, εἴς τε τἄλλα. τοῖς Ἀθηναίοις πρᾶον
αὐτὸν καὶ κεχαρισμένον παρεῖχεν, καὶ φιλοτιμίας τινὰς ἔπει-
σε καὶ δαπάνας ὑποστῆναι χορηγούμενον ἀγωνοθετῶν. ἐν τούτῳ
δ' καὶ Πολυσπέρχων τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιμέλειαν ἔχων ὑφ' ἑαυτῷ, καὶ καταπολιτευόμενος τὸν Κάσσανδρον, ἔπεμψεν ἐπι-
στολὴν τοῖς ἐν ἄστει γεγραμμένην, ὡς τοῦ βασιλέως ἀποδιδόντος αὐθις τὴν δημοκρατίαν, καὶ πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ πάτρια πολίτας Ἀθηναίους κελεύοντος. ἐν δὲ τούτῳ δ' Φωκίωνος ἐπιβουλή. συσκευαζόμενος γὰρ εἰς ἑαυτὸν (ὡς μικρὸν ὕστερον ἔδειξε τοῖς ἔργοις) ὁ Πολυσπέρχων τὴν πόλιν, οὐδὲν ἤλπιζε πράττειν, μὴ τοῦ Φωκίωνος ἐκπεσόντος· ἐκπεσεῖσθαι δὲ ἐκεῖνον, ἅμα τοῖς ἀπεψηφισμένων ἐπιχυθέντων τῇ πολιτείᾳ, καὶ πάλιν τὸ βῆμα δημαγωγῶν καταλαβόντων καὶ συκοφαντούντων. ὑποκινδυνεύων δ' πρὸς ταῦτα τοῖς Ἀθηναίοις, βουλόμενος ἐντυχεῖν αὐθις ὁ Νικάνωρ ἐν Πειραιεῖ, βουλόμενος παρῆλθεν, ὡς Φωκίωνι ἐμπιστεύσας τὸ σῶμα. Δερκυλλος δ' τοῦ ἐπὶ τῆς χώρας στρατηγοῦ συλλαβεῖν αὐτὸν ἐπιχειρήσαντος, ἐκεῖνος μὲν πρεσβαιόμενος ὀξέως ἐπῄδησεν καὶ φανερὸς ἦν δίδους ἀμυνόμενος τὴν πόλιν. ὁ δ' Φωκίων, ἐπὶ τῷ πρεσθέσθαι τὸν ἄνδρα καὶ μὴ καταχρῆν ἐγκαλούμενος, ἔφη πιστεύειν μὲν τῷ Νικάνορι καὶ μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ προσδοκᾶν δεινόν· εἰ δὲ μή, μᾶλλον ἐθέλειν ἀδικούμενος, ἢ ἀδικῶν, φανερὸς γενέσθαι. τοῦτο δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ μὲν δόξειν τινὶ σκοπῷ δοκεῖν καλοκαγαθικῶς λελέχθαι καὶ γενναίως. ὁ δὲ εἰς πατρίδος ἀποκινδυνεύων σωτηρίαν, καὶ ταῦτα στρατηγὸς καὶ ἄρχων, οὐκ οἶδα μὴ μεῖζόν τι τοῦ δικαίου καὶ πρεσβύτερον ὂν πρὸς τοὺς πολίτας δίκαιον. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι φοβούμενος μὲν εἰς πόλεμον ἐμβαλεῖν τὴν πόλιν ὁ Φωκίων, ἀπέχετο τοῦ Νικάνορος· ἄλλως δ' προσεβάλλετο τὴν πίστιν καὶ ὃ δίκαιον, ὅπως ἀδούμενος ἐκεῖνον, ἡσυχίαν ἄγῃ καὶ μηδὲν ἀδικῇ τοὺς Ἀθηναίους· ἀλλ' ὄντως ἔοικεν ἰσχυρά τις αὐτῷ περὶ τοῦ Νικάνορος ἐγγενέσθαι πίστις, ὅν γε πολλῶν προσδιαβαλλόντων καὶ κατηγορούντων ἐπιτίθεσθαι τοῦ Πειραιεῖ, καὶ διαβιβάζειν εἰς Σαλαμῖνα ξένους, καὶ διαφθείρειν τινὰς τῶν ἐν Πειραιεῖ κατοικούντων, οὐ προσήκατο τὸν λόγον, οὐδ' ἐπίστευσεν· ἀλλὰ καὶ Φιλομήδου τοῦ Λαμπρέως ψήφισμα γράψαντος, Ἀθηναίους ἁπάντας ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι, καὶ τῷ στρατηγῷ Φωκίωνι προσέχειν, ἠμέλησεν· ἄχρις οὗ προσάγων ὁ Νικάνωρ ἐκ τοῦ Μουνυχίας τὰ ὅπλα, τὸν Πειραιὰ περιεπάφρυσε. προσλιπόντων δὲ τούτων, ὁ μὲν Φωκίων ἐθορυβεῖτο, καὶ κατεφρονεῖτο τοῖς Ἀθηναίοις ἐξάγειν βουλόμενος· Ἀλέξανδρος δ' ὁ Πολυσπέρχοντος υἱός, ἧκεν μετὰ δυνάμεως, λόγῳ μὲν ὅτι τὸν Νικάνορα τοῖς ἐν ἄστει βοηθήσων, ἔργῳ δ' τὴν πόλιν (εἰ δυνατὸς) καταληψόμενος, αὐτὴν ἑαυτῷ πρεσπετῆ γενομένην. οἵτε γὰρ φυγάδες αὐτῷ συνεισβαλόντες, ὄχλος ἦσαν ἐν ἄστει, καὶ τῶν ξένων ἅμα καὶ τῶν ἀτίμων πρὸς αὐτοὺς εἰσδραμόντων, ἐκκλησία παμμιγὴς ἠθροίσθη καὶ ἄπακτος, ἐν ᾗ τὸν Φωκίωνα τῆς ἀρχῆς ἀπολύσαντες, ἑτέρους εἵλοντο στρατηγούς. εἰ δὲ μὴ συνιὼν εἰς λόγους ὁ Ἀλέξανδρος τῷ Νικάνορι μόνος, τοῦδε τὸ τεῖχος ὤφθη· καὶ τοῦτο ποιοῦντες πολλάκις, ὑποψίαν τοῖς Ἀθηναίοις παρέσχον, οὐκ ἂν ἡ πόλις διέφυγε τὸν κίνδυνον. ἐπεὶ δὲ Ἀγνωνίδης ὁ ῥήτωρ αὐθις ἐπεφύετο τοῖς περὶ τὸν Φωκίωνα καὶ κατηγόρει προδοσίας, εἰ μὲν

A quod cum esset ea de re factus certior, Nicanoris gratia reticuisset. Enimuero nihil hic ista est moratus, sed agendo cum Nicanore & colloquendo, cum aliis in rebus facilem eum Athenienſibus & benignum præbuit, tum vt munus quoddam præberet, ſumptumque ſubiret ludis edendis, induxit. Inter hæc Polyperchon regis curæ præpoſitus ad circumueniendum Caſſandrum ſcripſit Athenienſibus literas: quibus continebatur, regem eis rempubl. popularem reſtituere, iubereq; vt omnes Athenienſes priſtinis legibus agerent. Inſidiæ hæ erant in Phocionem. nam quum traducere ad ſe ſtuderet ciuitatem illam Polyperchon, niſi Phocione exterminato, vt poſtea re declarauit, nihil ſe ſperabat effecturum. Expulſum autem iri eum ſimulatq; illi qui ex ciuium albo fuerant eraſi, reipubl. cæ ſuperfuſi eſſent tractandæ, iterumq; occupaſſent concionatores ſuggeſtum, & calumnias ei ſuffunderent. Quum motus hinc Athenis aliquis exiſteret, cupiens appellare Nicanor Athenienſes, ſenatu in Piræeo aduocato acceſſit, corpuſq; ſuum credidit Phocionis fidei. quē quum regionis extra vrbem dux Dercyllus comprehendere conatus eſſet, id olfaciens ille ſubduxit ſe, ſtatimq; præ ſe tulit vindictam ſe de ciuitate perſequuturum. Phocion autem, quum culparetur, quod dimiſiſſet illum nec retinuiſſet, negauit diffidere ſe Nicanori, vel quicquam ab eo exſpectare mali. ſin ſecus foret, malle ſe omnibus innoteſcere iniuriam accipere quam facere. Hoc ab eo de ſeipſo videatur æſtimanti probe & fortiter dictum. At qui ſalutē patriæ in præcipitem caſum adducit, atq; is dux & magiſtrat⁹, haud ſcio anné maius violet & antiquius erga ciues ius. Neq; enim allegari illud poteſt, timentem ne ciuitatem implicaret bello, ab Nicanore abſtinuiſſe Phocionē: prætexuiſſe autem fidem & ius, quo verecūdia adductus contineret ſe ille, neq; populum Athenienſem violaret: ſed apparet reuera fidem ei infixā validam fuiſſe Nicanoris. quem multis deferentibus, criminantibuſq; Piræeum captare, mercenarium militem Salamina tranſportare, & corrumpere nonnullos Piræum incolentes: non admiſit crimina, neq; habuit eis fidem. Imo etiam, quum rogationem Philomedes Lamprenſis promulgaſſet, vt omnes Athenienſes arma caperent, & duci Phocioni parērent: indormiuit, quoad armis Nicanor ex Munychia motis cœpit circumuallare Piræum. Dum ea geruntur, inſurrexit in Phocionem ciuitas: & quum exercitum Athenienſium educere vellet, non paruerunt ei. Iam filius Polyperchontis aderat Alexander cum copiis, verbo contra Nicanorem populo Athenienſi ſuppetias venturus: re vrbem, ſi facultas daretur, diſſenſione inteſtina flagrantem occupaturus. quippe exules, qui cum eo irruperunt, confeſtim tenuerunt vrbem, peregrinisque & fæce ciuitatis ad illos ſe aggregantibus concio concurrit confuſa & incondita, in qua Phocioni imperio abrogato alios creauerunt duces. quod, niſi colloqui cū Nicanore Alexander ſolus iuxta mœnia viſus eſſet, idemq; facientes ſubinde ſuſpicionem mouiſſent Athenienſibus, haud declinaſſet ciuitas periculum. Vt Agnonides orator confeſtim adortus eſt Phocionem, inſimulauitq; factionem eius proditionis,

ei μὲν

Callimedon & Pericles trepidantes cesserunt vrbe. Phocion autem & qui apud eum remanserunt amici, concesserunt ad Polyperchontem: quos Phocionis gratia comitati sunt Platæensis Solon & Dinarchus Corinthius, Polyperchontis necessarij & familiares habiti. Hi complures dies Elateæ propter Dinarchi aduersam valetudinem morati sunt. Interea populus, suasore Agnonide, scriptaque ab Archestrato rogatione, legationem misit ad accusandum Phocionem. Vtrique sub idem tempus adierunt Polyperchontem, qui iter faciebat cum rege circa vicum Phocidis Pharygas, iuxta montem Acrorion situm, quem nunc Galaten appellant. Ibi Polyperchon, posita aurea testudine, collocatisque sub ea rege & amicis, maturans Dinarchum statim arripi iussit, & excruciatum necari. Inde dedit Athenienſibus audientiam. qui vt ex mutuis accusationibus compleruntumultu & clamore consilium, accedens autem Agnonides ait, Conijcite nos vnam in caueam omnes, atque Athenas ad causam dicendam remittite: arrisit rex, at corona Macedonum militumque mercenariorum feriantium auebat eos audire. Itaque annuerunt legatis, accusationem vt ibi instituerent. Nihil erat æqui: sed dicenti Phocioni crebrò obstrepuit Polyperchon. denique percussa baculo tellure reiecit eum, & silentium indixit. Quum Hegemon testem sui erga populum studij Polyperchontem nominasset, Polyperchon verò respondisset infensus, Desine me apud regem onerare mendacijs, exiliens rex Hegemonem contendit lancea ferire. Verum Polyperchon eum citò amplexus est, atque ita dimissum est consilium. At Phocione illisque qui circa eum erant custodia septis, quotquot eius amici non propè assistebant, vbi hoc viderunt, capite obuelato fuga salutem quæsiuere. Reduxit illos Athenas Clitus, verbo ad causam dicendam, reuera capitis damnatos. Species fuit perquam tristis vecturæ. Plaustris vecti per Ceramicum fuerunt ad theatrum. Eò adductos Clitus custodiuit, quoad archontes concionem aduocauerunt, non seruis, non peregrinis, non famosis remotis: sed omnibus viris & fœminis suggestu ac theatro patefacto. Vt verò epistola lecta est regis, qui scripsit constare sibi hos proditores esse, verùm illis, qui liberi iam & suis legibus immunes essent, permittere se iudicium: & reos introduxit Clitus: optimates ciuitatis Phocione conspecto rubore perfusi sunt, capiteque deiecto lacrymas profuderunt. Vnus autem exurgens dicere est ausus, quum tanti iudicij populo rex potestatem permiserit, debere seruos & peregrinos concione summoueri. Non ferente id plebe, sed vociferante lapidibus cooperiendos eos qui paucorum foueant potentiam, populique hostes, nemo vltrà verba facere tẽtauit pro Phocione. Ille vix tandem auditus, Vtrùm, inquit, iure nos, an per iniuriam statuistis interficere? Respondentibus quibusdã, Iure:

A οἱ μὲν περὶ Καλλιμέδοντα καὶ Περικλέα φοβηθέντες ἀπῆλθον ἐκ τῆς πόλεως· ὁ δὲ Φωκίων, καὶ μετ' αὐτοῦ τῶν φίλων οἱ παραμείναντες ᾤχοντο πρὸς Πολυπερχοντα· καὶ συνεξῆλθον αὐτοῖς, χάριν τοῦ Φωκίωνος, ὁ Πλαταιαεὺς Σόλων, καὶ Δείναρχος ὁ Κορίνθιος, ἐπιτήδειοι τοῦ Πολυπέρχοντος εἰς δοκιμῶντες καὶ συνήθεις. ἀρρωστίᾳ δὲ χρησαμένου τοῦ Δειναρχου, συχνὰς ἡμέρας ἐν Ἐλατείᾳ διέτριψαν. ἐν οἷς Ἀγνωνίδου πείσαντος, Ἀρχεστράτου δὲ τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἔπεμπεν πρεσβείαν ὁ δῆμος, κατηγορήσουσαν τοῦ Φωκίωνος. ἅμα δὲ καὶ συνέμιξαν ἀμφότεροι τοῦ Πολυπέρχοντι, μετὰ τοῦ βασιλέως πορευομένῳ πρὸς κώμην τινὰ τῆς Φωκίδος Φαρυγᾶς, κειμένῳ πρὸς τὸ Ἀκρόριον ὄρος ὃ νῦν Γαλάτην καλοῦσιν. ἐνταῦθα δὴ θεὶς ὁ Πολυπέρχων τὴν χρυσοῦν οὐρανίσκον, καὶ καθίσας ὑπὸ αὐτῇ τὴν βασιλέα καὶ τοὺς φίλους, τὴν μὲν Δείναρχον αὐθὺς ἐκ παρόδου λαβεῖν ἐκέλευσεν, καὶ τραυλοποιήσας ἀποκτεῖναι, τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἀπέδωκε λόγον. ὡς δὲ θόρυβον καὶ κραυγὴν ἐποίουν, ἀντικατηγορούντων ἀλλήλων ἐν τῷ συνεδρίῳ, καὶ παρελθὼν ὁ Ἀγνωνίδης εἶπεν, Ἀπάγετε ἡμᾶς εἰς μίαν ἐμβαλόντες γαλεάγραν, Ἀθηναίοις ἀναπέμψατε λόγον ὑφέξοντας· ὁ μὲν βασιλεὺς ἐγέλασεν, οἱ δὲ παρεστῶτες τῷ συνεδρίῳ Μακεδόνες καὶ ξένοι πολλοὶ ἄγοντες, ἐπεθύμουν ἀκούειν, καὶ τοὺς πρέσβεις παρεκάλουν ἀπὸ νοήματος, ἐνταῦθα πολλῷ τὴν κατηγορίαν. οὐ δὲ ἐδέοντο, ἀλλὰ τῷ μὲν Φωκίωνι πολλάκις ἀντέκρουσεν ὁ Πολυπέρχων λέγοντι· μέχρις οὗ τῇ βακτηρίᾳ παταξας τὴν γῆν, ἀπέσχη καὶ κατεσιώπησεν. Ἡγήμονος δὲ φήσαντος ὅτι μάρτυς αὐτῷ τῆς πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίας Πολυπέρχων ἐστίν· καὶ τοῦ Πολιπέρχοντος ἀποκριναμένου πρὸς ὀργὴν, Παῦσαί μου πρὸς τὸν βασιλέα καταψευδόμενος, ἀναπηδήσας ὁ βασιλεὺς ὥρμησε λόγχῃ τὸν Ἡγήμονα παταξαι. παχὺς δὲ τοῦ Πολυπέρχοντος περιλαβόντος αὐτὸν, οὕτω διελύθη τὸ συνέδριον. τὸν δὲ Φωκίωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ φυλακῆς περιεχούσης, ὅσοι τῶν ἑταίρων ἔτυχον οὐκ ἐλεύθεροι ὄντες, ὡς τοῦτο εἶδον, ἐκαλυψάμενοι, καὶ ἀναφυγόντες ἐσώθησαν. ἐκείνους δὲ Κλεῖτος εἰς Ἀθήνας ἀνῆγε, λόγῳ μὲν, κριθησομένους, ἔργῳ δὲ ἀποθανεῖν κατακεκριμένους. καὶ παρεσκεύαζε τὸ βῆμα τῇ κεφαλῇ λυπηρὸν, ἐφ' ἁμάξαις κομιζομένων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ Κεραμικοῦ πρὸς τὸ θέατρον. ἐκεῖ γὰρ αὐτοὺς παρεσαγαγὼν ὁ Κλεῖτος ἐκωλύετο· ἄχρις οὗ τὴν ἐκκλησίαν ἐκλήρωσαν οἱ ἄρχοντες, οὐ δοῦλον, οὐ ξένον, οὐκ ἄτιμον ἀποκρίναντες, ἀλλὰ πᾶσι καὶ πάσας ἀνεπεταμένον τὸ βῆμα καὶ τὸ θέατρον παρέχοντες. ἐπεὶ δὲ ἦν τὸ ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως ἀνεγνώσθη, λέγοντος αὐτῷ μὲν ἐγνῶσθαι προδότας γεγενέναι τοὺς ἄνδρας, ἐκείνοις δὲ δεδόναι τὴν κρίσιν ἐλευθέροις τε δὴ καὶ αὐτονόμοις οὖσι· καὶ τοὺς ἄνδρας ὁ Κλεῖτος εἰσήγαγεν, οἱ μὲν βέλτιστοι τῶν πολιτῶν ὀφθέντος τοῦ Φωκίωνος, ἐνεκαλύψαντο καὶ κάτω κύψαντες ἐδάκρυον· εἷς δὲ αἰσχυνθεὶς ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι τηλικαύτην κρίσιν ἐγχειρεικότος τῷ δήμῳ τοῦ βασιλέως, καλῶς ἔχει τοὺς δούλους καὶ τοὺς ξένους ἀπελθεῖν ἐκ τῆς ἐκκλησίας. οὐκ ἀναχωρούντων δὲ τῶν πολλῶν, ἀλλ' ἀνακεκραγότων βαλεῖν τοὺς ὀλιγαρχικοὺς καὶ μισοδήμους, ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐπεχείρησεν εἰπεῖν περὶ τοῦ Φωκίωνος, αὐτὸς δὲ χαλεπῶς καὶ μόλις ἐξαναστὰς, Πότερον (εἶπεν) ἀδίκως, ἢ δικαίως ἀποκτεῖναι βούλεσθε ἡμᾶς; ἀποκριναμένων δέ τινων ὅτι δικαίως,

» Καὶ τοῦτο (ἔφη) πῶς γνώσεσθε, μὴ ἀκούσαντες; ἐπεὶ δὲ οὐδὲν
» μᾶλλον ἤκουον, ἐγγυτέρω προσελθών, Ἐγὼ μὲν (εἶπεν) ἀδι-
» κεῖν ὁμολογῶ, καὶ θανάτου κινδυνεύω τὰ πεπολιτευμένα ἐ-
» μαυτῷ· τούτους δὲ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διὰ τί ἀποκτενεῖτε,
» μηδὲν ἀδικοῦντας; ἀποκρινομένων δὲ πολλῶν, Ὅτι τοῖς φίλοις
» εἰσιν, ὁ μὲν Φωκίων ἀποστὰς ἡσυχίαν ἦγεν· ὁ δὲ Ἀγνωνίδης
ψήφισμα γεγραμμένον ἔχων ἀνέγνω, καθ' ὃ τὴν δῆμον ἔδει
χειροτονεῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν, εἰ δοκοῦσιν ἀδικεῖν· τοὺς δὲ ἄν-
δρας, οἳ καταχειροτονηθῶσιν, ἀποθνήσκειν. ἀναγνωσθέντος
δὲ τοῦ ψηφίσματος, ἠξίουν τινὲς προσγράφειν, ὅπως καὶ
στρεβλωθεὶς Φωκίων ἀποθάνοι, καὶ τὸν τροχὸν εἰσφέρειν, καὶ
τοὺς ὑπηρέτας κελεύειν προσέπαιον. ὁ δὲ Ἀγνωνίδης καὶ τὸν
Κλεῖτον ὁρῶν δυσχεραίνοντα, καὶ τὸ πρᾶγμα βαρβαρικὸν εἰ)
» καὶ μιαρὸν ἡγούμενος, Ὅτου (ἔφη) Καλλιμέδοντα τὸν μαστιγίαν
» λάβωμεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λαβόντες στρεβλώσομεν· περὶ
» δὲ τοῦ Φωκίωνος οὐδὲν ἐγὼ γράφω τοιοῦτον. ἐπιθαυμάσας τὸν ὀπτεικῶν
» τις ὑπεφώνησεν, Ὀρθῶς γε σὺ ποιῶν. αὖθις δὲ Φωκίωνα βασα-
» νίσωμεν, εἰ τί ποιήσομεν ὀπτικυρωθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος, καὶ τὴν
» χειροτονίας ἀποδοθείσης, οὐδεὶς κατεψήφισε, ἀλλὰ πολῖται ἐξ-
αναστάντες, οἱ δὲ πλεῖστοι καὶ στεφανωσάμενοι, κατεχειροτόνησαν
αὐτῶν θάνατον. ἦσαν δὲ σὺν τῷ Φωκίωνι, Νικοκλῆς, Θεό-
διππος, Ἡγήμων, Πυθοκλῆς· Δημητρίου δὲ τοῦ Φαληρέως καὶ
Καλλιμέδοντος, καὶ Χαριτίου, καὶ τινων ἄλλων ἀπόντων κατε-
ψηφίσθη θάνατος. ὡς οὖν θαλλοῦντες τὴν ἐκκλησίαν, ἦγον
εἰς τὸ δεσμωτήριον τοὺς ἄνδρας, οἱ μὲν ἄλλοι περιπλεκο-
μένων τῶν φίλων αὐτοῖς καὶ οἰκείων, ὀδυρόμενοι καὶ κατα-
θρηνοῦντες ἐβάδιζον· τὸ δὲ Φωκίωνος πρόσωπον, οἷόν ὅτε στρα-
τηγῶν ἀπὸ ἐκκλησίας προὐπέμπετο, βλέποντες, ἐθαύμαζον τὴν ἀπάθειαν καὶ μεγαλοψυχίαν τοῦ ἀνδρός. οἱ δὲ ἐχθροὶ
κακῶς ἔλεγον παρατρέχοντες. εἷς δὲ καὶ προσέπτυσεν
ἐξενδυτίας προσελθών. ὅτε καὶ τὸν Φωκίωνα λέγεται βλέ-
» ψαντα πρὸς τοὺς ἄρχοντας εἰπεῖν, Οὐ παύσῃ τὸν ἀφη-
» μονοῦντα τοῦτον; ἐπεὶ δὲ Θεόδιππος, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ
» ἐνοούμενος, καὶ τὸ κώνειον ὁρῶν τετριμμένον, ἠνιάκει,
καὶ κατέκλαιε τὴν συμφορὰν, ὡς οὐ προσηκόντως τῷ Φω-
» κίωνι συναποθνήσκων, Εἶτα οὐκ ἀγαπᾷς (εἶπεν) ὅτι μετὰ
» Φωκίωνος ἀποθνήσκεις; ἐρομένου δὲ τινος τῶν φίλων εἴ τι
» πρὸς Φῶκον λέγει τὸν υἱόν, Παῦε μὲν δὴ (ἔφη) λέγω μὴ
» μνησικακεῖν Ἀθηναίοις. τοῦ δὲ Νικοκλέους, ὃς ἦν αὐτῷ πιστό-
» τατος τῶν φίλων, παρακαλοῦντος ὅπως αὐτὸς ἐάσῃ τὸ φάρ-
» μακον πιεῖν πρότερον, Βαρὺ μὲν (εἶπεν) ὦ Νικόκλεις ἐμοὶ τὸ
» αἴτημα καὶ λυπηρόν· ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἄλλο οὐδέ ποτε σοι παρέ-
» τὸν βίον οὐδὲν ἠρνήσατο, καὶ τοῦτο συγχωρῶ. πεπωκότων δὲ ἤδη
πολλῶν τὸ φάρμακον ἐπέλιπε, καὶ ὁ δημόσιος οὐκ ἔφη τρίψειν
ἕτερον, εἰ μὴ λάβοι δώδεκα δραχμὰς, ὅσου τὴν ὀλκὴν ὠνεῖ-
ται. χρόνου δὲ γινομένου καὶ διατριβῆς, ὁ Φωκίων καλέσας τι-
νὰ τῶν φίλων, καὶ εἰπὼν, εἰ μὴ δὲ ἀποθανεῖν Ἀθήνησι δωρεὰ
ἐστι, κελεύσειν τὸν ἄνθρωπον δοῦναι τὸ κερμάτιον. ἐν δὲ ἡ-
μέρᾳ μηνὸς Μουνιχιῶνος τετάρτῃ φθίνοντος δεκάτῃ, καὶ τὸν Διὸς τὴν
πομπὴν πέμποντες οἱ ἱππεῖς παρῆσαν. ὧν οἱ μὲν ἀφαιροῦν-
τες τοῖς στεφάνοις, οἱ δὲ πρὸς τὰς θύρας δεδακρυμένοι τῆς
εἱρκτῆς ἀπέβλεπον. ἐφαίνη δὲ τοῖς μὴ πρυτάνεσιν ὠμοῖς
καὶ διεφθαρμένοις ὑπὸ ὀργῆς καὶ φθόνου τὴν ψυχὴν,
ἀνοσιώτατον γεγενέναι, τὸ μηδὲ θιγεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, μηδὲ καθαρεῦσαι δημοσίου φόνου τὴν πόλιν ἑορ-
τάζουσαν. οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ ἐνδεέστερον ἠγωνισμένοις τοῖς ἐχθροῖς, ἔδοξε καὶ τὸ σῶμα τοῦ Φωκίωνος ἐξοίσαι,

A Hoc quî cognoſcetis, inquit, niſi audiueritis? Quũ nihilo magis aures præberent, accedens propius, Ego, inquit, fateor peccaſſe me, atque ob actiones meas rei capitalis me iudico: verùm hos Atheniенſes, qui nihil commiſerunt, quamobrem necabitis? Reſpondente multitudine, Quia amici tui ſunt, abſcedens Phocion conticuit. Ibi Agnonides recitauit plebiſcitum, quod habebat ſcriptum, ex quo laturi erant ſuffragia an deliquiſſe viderẽtur, ſi damnari eſſent, ſumendũ erat de ijs ſupplicium. Recitato plebiſcito poſtulauerunt quidam, adderetur vt Phocion ante ſupplicium tormentis lace-
B raretur, inferrique rotam & tortores iuſſerunt acciri. At Agnonides etiã Clitum videns indignantem, eamque rem barbaricam cenſens & tetram, Vbi Callimedontem, inquit, verberonem Athenienſes tenuerimus, eum tum excarnificemus: de Phocione, nihil ego fero eiuſcemodi. Hic probus quidam vir ſucclamauit, Rectè tu ſanè. nam Phocionem ſi torſerimus, tibi quid faciamus? Comprobato plebiſcito, populoq; in ſuffragia miſſo, nemo ſedens, ſed exurgentes omnes, pleriq; & coronati, damnauerunt illos rei capitalis. Erant cum Phocione Nicocles, Thudippus, Hegemon, Py-
C thocles. Inſuper Demetriũ Phalereum, Callimedontem, Chariclem, nonnulloſq; alios capitis abſentes damnauerũt. Poſtquam igitur dimiſſa concione illos ad carcerem duxerunt, alij, cõplectentibus eos amicis & familiaribus, eiulãtes & lamentantes ibant: at Phocionis vultum, quum talẽ viderent ſicut quum dux ſolet à concione deduci, ſtupebant imperterritum & excelſum animum eius. Inimici verò prætercurrentes inceſſebant eũ conuitijs. Vnus etiam inſpuit in eum. Ibi Phocionem fama eſt cõuerſum ad archontas diximſſe, Nemo huius reprimet petulantiam? Quum Thudippus in carcere cicutam cerneret teri, queſtus eſt &
D deplorauit calamitatem ſuam, quòd iniuſtè cum Phocione occideretur: Et tu non præclarè agi, inquit, putas tecum, quòd ſuſtollaris cum Phocione? Rogante quodam amico num quid ad filium vellet Phocum: Maximè, inquit, iubeo vt iniuriarum populi Athenienſis obliuiſcatur. Nicocle, qui amicus eius fidiſſimus erat, rogante ſibi vt permitteret priori venenum haurire, Hæc quidẽ, inquit, grauis mihi Nicocle & dura eſt petitio: verùm quia nihil tibi per omnem vitam denegaui aliud, hoc quoq; largior. Vbi biberũt iam omnes, defecit venenum, & carnifex aliud negauit ſe triturum, niſi
E duodecim drachmæ eſſent ſibi numeratæ, quanti denarij põdus veniebat. Quum intercederet mora & tempus traheretur, Phocion accerſito quodam amico, ait, anne gratis quidem mori Athenis liceret, petijtque vt carnifici illud æris daret. Dies erat menſis Munychionis nonusdecimus, ac pompam Ioui agentes præteruehebantur equites, quorum alij coronas detraxerunt, alij fuſis lacrymis fores carceris reſpexerunt. Exiſtimauerunt illi qui non prorſus erant immanes peruerſoque ira atque inuidia animo, rem maximè deteſtandam quòd non ſuſtinuiſſet illo die, neque à cæde pu-
F blica ſolenne agẽs abſtinuiſſet ciuitas. Atqui, quaſi minus rectè ludos egiſſent, viſum inimicis eſt vt etiam corpus extra fines proijceretur Phocionis,

ac nequis Athenienſis rogum funeri incende- A
ret. Quamobrem nemo amicorum corpus fuit
auſus attingere. Conopion quidam, tali aſſuetus
miniſterio operam locare, exportatum vltra E-
leuſina cadauer igni ex æde mulieris Megaricæ
ſumpto combuſſit. Ibi mulier Megarica cum an-
cillis aſſiſtens tumulum honorarium aggeſſit,
atque inferias dedit Phocioni. Oſſa in ſinu col-
legit, eaque nocte domum deportata defodit a-
pud focum cum his verbis, Apud vos optimi pe-
nates has boni viri reliquias depono. Eas vos
quum Athenienſes ad mentem redierint, patrio
reddite ſepulchro. Et ſanè breui interuallo rebus B
docti Athenienſes qualem moderationis & iuſti-
tiæ præſidem cuſtodemque amiſiſſent, ſtatuam
ei ex ære poſuere, & oſſa publicè extulere. Accu-
ſatores, Agnonidem rei capitalis damnauerunt
necaueruntque: Epicurum & Demophilum ex
vrbe profugos Phocionis filius conſectatus eſt,
pœnaſque ab eis exegit. Hunc ferunt nec aliàs
probum virum fuiſſe, & quum adamaret puellam
quæ apud lenonem alebatur, forte Theodori A-
thei diſputationi interfuiſſe in Lyceo habitæ hu-
iuſcemodi, Si dilectum redimere turpe non eſt,
nec dilectam: item, quòd ſi non amicum, nec a-
C
micam. Hac diſputatione ad libidinem ſuam ac-
commodata, vt præclara redemiſſe eum meretri-
cem. At hoc quod commiſſum in Phocionem
fuit, illam in Socratem noxam denuò refricuit
apud Græcos, quòd germaniſſimum huic illud
admiſſum peccatum & vulnus appareret à ciuita-
te acceptum.

καὶ μηδὲ πῦρ ἐναῦσαι μηδένα τοῦ τοῦ Φωκίωνος. Ἀθηναῖοι δὲ ὁ φίλος μὴ οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἅψασθαι τοῦ σώματος. Κωνωπίων δέ τις ὑπουργεῖν εἰθισμένος τὰ τοιαῦτα, μισθοῦ κομισθέντα τὸν νεκρὸν ὑπὲρ τὴν Ἐλευσῖνα, πῦρ λαβὼν ἐκ τῆς Μεγαρικῆς ἔκαυσεν. ἡ δὲ Μεγαρικὴ γυνὴ παρουσα μετὰ τῶν θεραπαινίδων, ἔχωσεν μὲν αὐτόθι χῶμα κενὸν καὶ κατέστησεν· ὀνθ' μὴν ὃ ὦ κόλπῳ τὰ ὀστᾶ, καὶ κομίσασα νύκτωρ εἰς τὴν οἰκίαν, κατώρυξε πρὸς τὴν ἑστίαν, εἰποῦσα, Σοί, ὦ φίλη ἑστία, " τῷδε κατατίθεμαι ταῦτα ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λείψανα· σὺ δ' αὐτὰ " τοῖς πατρῴοις ἀπόδοις ἠείοις, ὅτ' ἂν Ἀθηναῖοι σωφρονήσω- " σιν. καὶ μὴν τοι χρόνου βραχέος διαληλυθότος, καὶ τῶν πρα- γμάτων διδασκόντων οἷ' ὑπεστάτει καὶ φύλακα σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ὁ δῆμος ἀπώλεσεν, ἀνδριάντα μὲν αὐτοῦ χαλκῆν ἀνέστησαν, ἔθαψαν δὲ δημοσίοις τέλεσιν τὰ ὀστᾶ. τοὺς δὲ κατηγόρων Ἀγνωνίδην μὲν αὐτοῖ, θάνατον καταψηφισαμένοι, ἀπέκτειναν· Ἐπίκουρον δὲ καὶ Δημόφιλον, ἀποδρᾶντας ἐκ τῆς πόλεως, ἀνεζήτει ὁ τοῦ Φωκίωνος υἱός, ἐπιμωρήσατο. τοῦτον οὔτε τἄλλα κοινωνικὸν ἀνδρα γενέσθαι φασίν, καὶ παιδίσκης ἐρασθέντα τῆς ἐν πορνοβοσκῷ τρεφομένης, καὶ τύχοι Θεοδώρου τοῦ ἀθέου τοῦ διαλεγόμενον λόγον ἐν Λυκίῳ διαλεγομένου τοιοῦτον, Εἰ τὸν φίλον λύσασθαι μὴ αἱρετόν ἐστιν, οὐδὲ τὸ φίλον ὁμοίως· εἰ δὲ μὴ ὁ ἑταῖρον, οὐδὲ ὁ ἑταίραν. θέμενον οὖν ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τὸν λόγον ὡς οὐ ἔχοντα, λύσασθαι τὴν ἑταίραν. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ Φωκίωνα πραχθέντα, τοῦ περὶ Σωκράτη πάλιν ἀνέμνησε τοὺς Ἕλληνας, ὡς ὁμοιοτάτης ἐκείνης τῆς ἁμαρτίας ταύτῃ καὶ δυστυχίας τῇ πόλει γενομένης.

PLVTARCHI

CATO MINOR.

CATONIS natales claritatis incunabula & gloriæ à proauo acceperunt, viro Romæ ob virtutem clariſſimo & potentiſſimo, vt in vita illius recenſuimus. Relictus eſt hic cum fratre Cæpione & Porcia ſorore parentibus orbus. Fuit præterea Catonis E Seruilia ſoror vterina. Omnes hi apud Liuiũ Druſum avunculum ac principem tunc ciuitatis educti fuere. Etenim fuit ille diſertiſſimus & cætera vir cumprimis bonus, ac ſiquis alius Romanorum, prudens. Fama eſt à prima ſtatim ætate mores Catonem voce, vultu & per ludum præ ſe tuliſſe vbique inflexibiles, infractos & ſtabiles. quippe habebant neruos impulſus eius ſupra ætatem vehementes, eratque cùm adulatoribus aſper & horridus, tum magis obnitebatur terrentibus. A riſu tam alienus, rarò vt ad leuem riſum deduceret ſupercilia. Non præceps neque procliuis ad iram: v- F
bi verò exarſit, placatu difficilis. Vt igitur literis admotus eſt, ſtupidus erat ad percipiendum & tardus: at quod ſemel percepiſſet, id retinebat neque dabat obliuioni. Quod alioquin eſt natura comparatum, vt memoria minus valeant ſagaces:

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΚΑΤΩΝ Ο ΝΕΩΤΕΡΟΣ.

ΚΑΤΩΝΙ ὁ μὲν γένος ἐξ ἀρχῆς ἐπιφανείας ἔλαβεν καὶ δόξης ἀπὸ τοῦ προπάππου Κάτωνος, ἀνδρὸς ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει μάλιστα Ῥωμαίων γενομένου δι' ἀρετήν, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται· κατελείφθη δὲ γονέων ὄρφανος μετ' ἀδελφοῦ Καπίωνος καὶ Πορκίας ἀδελφῆς. ἦν δὲ καὶ Σερβιλία Κάτωνος ὁμομήτριος ἀδελφή. καὶ πάντες οὗτοι παρὰ Λιβίῳ Δρούσῳ τῷ φίλῳ καὶ διαιτάν εἶχον, θείῳ μὲν ὄντι τῆς μητρὸς, ἄρχοντι δὲ τὴν πολιτείαν τότε. καὶ γὰρ εἰπεῖν δεινότατος ἦν, καὶ τἄλλα σώφρων αἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ φρονήματος οὐδενὶ Ῥωμαίων ὑφιέμενος. λέγεται δὲ Κάτων, ἀνθὺς ἐκ παιδίου τῇ τε φωνῇ καὶ τῷ προσώπῳ, καὶ τοῖς παιδιαῖς διαπεπεδαῖς, ἦθος ἀνυφαίνων ἄρεστον καὶ ἀπαθὲς καὶ βέβαιον ἐν πᾶσιν. ἐμμέτρεν γὰρ εἶχεν αὐτοῦ παρ' ἡλικίαν τελεσιουργὸν αἱ ὁρμαί· καὶ τοῖς κολακευόσι τραχὺς ὢν καὶ πρὸς αὐτὸν, ἔτι μᾶλλον ἐκράτει τοῦ ἐκφοβοῦντος. ἦν δὲ καὶ πρὸς γέλωτα κομιδῇ δυσκίνητος, ἄχρι μειδήματος σπανίως τῷ προσώπῳ διαχεόμενος, καὶ πρὸς ὀργὴν ὀξύς, οὐδὲ ὀλιγοθερής. ὀργισθεὶς δ', δυς παραμίμητος. ὡς οὖν εἰς ὃ μανθάνειν ἦλθε, νωθὴς ἦν ἀναλαβεῖν καὶ βραδὺς· ἀναλαβὼν δ', κάτοχος καὶ μνημονικός. ὃ δὴ καὶ πέφυκεν ἀεί, τοὺς μὲν εὐφυεῖς ἀναμνηστικοὺς μᾶλλον εἶναι,

μνημονικοὺς ὄ, τὸς μὴ πόνου καὶ τραγματείας τὸ δεξαμένους. ἐν γὰρ οἷς ἔκκαυμα τῆς ψυχῆς, τῶν μαθημάτων ἕκαστον. ἔοικε δὴ καὶ τὸ δύσπιστον τῷ Κάτωνι ποιεῖν ἐρωδεστέρων τὴν μάθησιν. πάσχειν γὰρ ὃ μανθάνων ἀτεχνῶς ἐστι, καὶ τὸ πείθεσθαι ταχὺ τοῖς ἥττον αὐτέχειν δυναμένοις συμβέβηκεν. διὸ πείθονται μᾶλλον νέοι γεροντων, καὶ νοσοῦντες ὑγιαινόντων. καὶ ὅλως ἐν οἷς ὁ ἀπορῶν ἀσθενέστατόν ἐστιν, ῥᾷστον ὁ τρεψιθέμενον. τῷ μὴν τοι παιδαγωγῷ τὸν Κάτωνα πείθεσθαι μὴ λέγουσι, καὶ ποιεῖν ἅπαν ὃ τρεψιστάμενον, ἑκάστου δὲ τὴν αἰτίαν ἀπαιτεῖν, καὶ ὃ διὰ τί πυνθάνεσθαι. καὶ γὰρ ἐν χαρίεις ὁ παιδαγωγὸς αὐτὸς, καὶ λόγον ἔχων τὸν κοινὸν τρεφθέστερον, ὄνομα Σαρπηδών. ἔτι δὲ παιδὸς τοῦ Κάτωνος ὄντος, ἔτραττον οἱ σύμμαχοι τῶν Ῥωμαίων ὅπως μεθέξοιεν τῆς ἐν Ῥώμῃ πολιτείας· καὶ Πομπαίδιος Σίλων, ἀνὴρ πολεμικὸς, καὶ μέγιστον ἔχων ἀξίωμα, τοῦ δὲ Δρούσου φίλος, κατέλυσεν παρ' αὐτῷ πλείονας ἡμέρας· ἐν αἷς γεγονὼς τοῖς παιδίοις συνήθης, Ἄγε (εἶπεν) ὅπως ὑπὲρ ἡμῶν δεήσεσθε τοῦ θείου, συναγωνίσασθαι τοῦ τῆς πολιτείας. ὁ μὲν οὖν Καπίων μειδιάσας ἐπέβλεψεν· τοῦ δὲ Κάτωνος οὐδὲν ἀποκρινομένου, καὶ βλέποντος εἰς τοὺς ξένους ἀτενὲς καὶ βλοσυρῶν, ὁ Πομπαίδιος, Σὺ δὲ (εἶπεν) ἡμῖν ὦ νεανία τί λέγεις; οὐχ οἷός εἶ τοῖς ξένοις συλλαμβάνεσθαι πρὸς τὸν θεῖον, ὥσπερ ὁ ἀδελφός; μὴ φθεγγομένου δὲ τοῦ Κάτωνος, ἀλλὰ τῇ σιωπῇ καὶ τῷ προσώπῳ δοκιμῶντος ἀπολέγεσθαι τὴν δέησιν, ἐρράμμενος αὐτὸν ὁ Πομπαίδιος ὑπὲρ θυρίδος, ὡς ἀφήσων, ὁμολογεῖν ἐκέλευεν, ἢ εἰ μὴ ἔφασκεν· ἅμα τῇ τε φωνῇ τραχυτέρᾳ χρώμενος, καὶ ταῖς χερσὶν ἀπηρτημένον τὸ σῶμα πολλάκις ὑπὲρ τῆς θυρίδος κραδαίνων. ἐπεὶ δὲ πολὺ χρόνον οὕτω διεκαρτέρησεν ὁ Κάτων ἀνέκπληκτος καὶ ἀδεής, καταθέμενος αὐτὸν ὁ Πομπαίδιος, ἡσυχῇ πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν, Οἷον ἀτύχημα τῆς Ἰταλίας ὁ παῖς οὗτός ἐστιν. Εἰ δὲ ἀνὴρ ἐν μίαν ὁδὸν ἀποίμην ψῆφον ἡμῖν ἐν τῷ δήμῳ θήσεσθαι. πάλιν δὲ συθηροῖς ἅπαν ἐν θηριωδεσι κελεύσαντος ὀπὶ δεῖπνον δεῖν τε παῖδας καὶ τοὺς περὶ Κάτωνα, φρολίῳ ἄγοντες ἕν τινι μέρει τῆς οἰκίας ἔπαιζον αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀναμεμιγμένοι νεώτεροι καὶ πρεσβύτεροι. τὸ δὲ παιζόμενον ἦν, δίκη, καὶ κατηγορία, καὶ ἀγωγαὶ τῶν ἁλισκομένων. εἷς οὖν τῶν ἐδηωκότων παίδων δωρεπὴς· τὴν ἥψιν ὑπὸ πρεσβυτέρου παιδὸς ἀχθεὶς εἰς τὶ δωμάτιον καὶ εἰρχθεὶς, ἐπεκαλεῖτο τὸν Κάτωνα ταχὺ δὴ τὸ γινόμενον σπουδεῖς, ἧκεν ὀπὶ τὰς θύρας ὁ Κάτων, καὶ διωσάμενος τοὺς προεστῶτας καὶ διακωλύοντας, ἐξήγαγε τὸν παῖδα· καὶ μετ' ὀργῆς ἔχων ἀπῆλθεν οἴκαδε, καὶ παῖδες ἕτεροι συνηκολούθησαν. οὕτω δὴ τοῦ θείου βόντος, ὥστ' ἐπεὶ Σύλλας τὴν παιδικὴν καὶ ἱερὰν ἱπποδρομίαν, ἣν καλοῦσι Τροίαν, ὀπὶ θέαν διδάσκων, καὶ συναγαγὼν τοὺς ἐνηφεῖς παῖδας, ἀπέδειξεν ἡγεμόνας δύο, ὧν τὸν μὲν ἕτερον οἱ παῖδες ἐδέξαντο διὰ τὴν μητέρα, (Μετέλλης γὰρ ἦν υἱὸς τῆς Σύλλα γυναικὸς) τὸν δὲ ἕτερον, ἀδελφιδοῦν ὄντα Πομπηΐου, Σέξτον, οὐκ εἰῶν οὐδὲ ἐβούλοντο μελετῶν οὐδὲ ἔπεσθαι. πυνθανομένου δὲ τοῦ Σύλλα τίνα βούλοιντο, πάντες ἐβόησαν, Κάτωνα· καὶ ὅ, τε Σέξτος αὐτὸς εἴξας παρεῖχεν ὡς κρείττονι τὴν φιλοτιμίαν. ἔτυχε δὲ καὶ φίλος ὢν ὁ Σύλλας πατρικὸς αὐτοῖς, καί ποτε προσκαλέσατο καὶ προσωμίλησεν. ὀλίγοις πάνυ νέμων τοιούτῳ φιλοφρονήσει διὰ βάρος καὶ ὄγκον ἧς εἶχεν ἀρχῆς καὶ δυνάμεως. μέγα δὴ ποιούμενος ὁ Σαρπηδὼν τοῦτο πρὸς τὴν ἡμῶν ἅμα καὶ ἀσφάλειαν,

A valeant autem qui cum labore & sudore arripuerunt. quippe existit vnaquæque disciplinæ comprehensio quasi fax animi. Atque apparet, Catonem, quòd ægrè induceretur, difficilius arripuisse literas. nam profectò patitur aliquid qui discit: & persuaderi citius solent qui minus valent reluctari. Quare persuadentur facilius iuvenes quàm senes, ægri quàm sani. Denique in quibus hæsitatio est imbecillima, ibi facillimum est quod suggeritur. Magistro tamen Catonem dicto audientem perhibent fuisse, & fecisse quicquid ille iuberet: sed causam requisisse singulorum, & ra-
B tionem percunctatum. Erat nanque præceptor eius vrbanus, promptiorque ad inducendum ratione quàm pugno, Sarpedo nomine. Catone etiamnum puero socij populi Romani de ciuitate Romana obtinenda agebant, & Silo Pompædius, insignis bello vir maximaque autoritate, atque Drusi amicus, complures dies diuertit apud eum. Interea factus pueris familiaris, Facite, inquit, vt avunculum pro nobis oretis quò adiutor nobis in assequenda ciuitate sit. Ac Cæpio arridens annuit. Quum Cato nihil responderet, & intentis oculis intueretur hospites rigidè, Pompædius, Tu verò, inquit, quid respondes adolescens: visne ho-
C spitibus apud avunculum sicut frater præstò esse? Obmutescente Catone, silentioq; & vultu præ se ferente petitionem abnuere, sustollens eum Pompædius quasi de fenestra præcipitaturus promittere iussit, alioqui ipsum deiecturum se minatus est: simulq; voce est asperiore vsus, & suspensum corpus identidẽ ex fenestra librauit. Quod vbi ita diu Cato sustinuit intrepidus & imperterritus, Pompædius eo deposito summissè ait ad amicos, Quãtum Italiæ promittit hic puer boni? qui si vir sit, ne vnum quidem suffragium opinor in populo ferre-
D mus. Alio tempore quum propinquus quidã Catonis inter alios pueros ipsum quoq; ad cœnã natalibus suis vocasset, feriantes in parte quadã ædium colludebant inter se promiscuè iuniores & maiores. Ludus erat iudicia, accusationes & abductiones damnatorũ. Ex iudicatis pueris vnus facie speciosa à maiore puero ductus in cubiculum & vinctus appellauit Catonẽ. Mox Cato re intellecta perrexit ad fores, repulsaq; statione & obsistentibus eduxit puerum, atq; ira percitus recepit se domum, comitatiq; sunt eum pueri cæteri. Vique eò autem celebris erat, vt quum esset Sylla certamen sacrum equestre puerorum, quam Troiam nomi-
E nant, editurus, & contractis nobilibus pueris duos designasset duces eorum, quorum pueri alterum matris causa acceperunt: (nam Metellæ erat vxoris Syllæ filius) alterum non admiserunt, quanuis Pompei fratris filius esset, Sextus nomine, neque exercere se sub eo neque sequi eum sustinuerunt. Percunctante Sylla quem vellent, omnes alta voce postulauerunt Catonem, submittensque se ipse Sextus Catoni id decus concessit vt præstantiori. Erat eorum Sylla amicus paternus. Vnde eos aliquando accersebat admittebatque ad colloquium. quam familiaritatem tribuebat ob maie-
F statem & fastigium imperij, quod obtinebat, & potentiæ, perquam paucis. Quod Sarpedo magnum ducens iuxtà ad honorẽ & ad securitatem,

Catonem ducebat assiduè salutandi Syllæ causa A
domum eius: quæ, ob multos qui ducebantur &
torquebantur, nihil à carnificina abhorrebat. An-
nũ agebat tunc Cato quartumdecimũ. Is multo-
rum qui illustres viri dicebantur, capita efferri vi-
dens, & præsentes occultè ingemiscentes, rogauit
magistrũ, eum hominem cur interficeret nemo?
Subijciente illo, Nempe timent, puer, eum magis
quàm oderunt. Quin igitur, inquit, mihi gladium
dedisti, vt eo interempto asseruerim ex seruitute
patriam? His verbis auditis Sarpedo obtutumque
eius & vultum iræ atq; ardoris plenum conside-
rans, vsq; adeo metuit vt deinceps attẽderet & ob- B
seruaret diligenter ne quò se præcipitantius de-
mitteret ille. Quum adhuc admodum puer esset,
responsum dedit exquirentibus quem maxime
amaret? fratrem. quem secundum? æquè fratrẽ: &
tertium, quousq; eodem subinde repetito respõso
destitit alter à percunctando. Vbi adoleuit, con-
firmauit etiam atq; etiam eam benevolentiam in
fratrem, siquidẽ annos natus viginti sine Cæpio-
ne nunquam cœnauerat, non peregrè profectus,
non in forum progressus fuerat: verùm vnguen-
tum sumente illo repellebat id, cæteraque restri-
ctam vitam & rigidam tenebat. Ac Cæpio quum C
frugalitas eius & moderatio extolleretur, fateba-
tur talem se esse, si cum alijs contenderetur. At vbi
cum Catonis vita, inquit, comparo meam, nihil
mihi ipse videor à Sippio differre: nominãs quen-
dam decantati luxus & mollitię. Cato autem post-
quam sacerdos Apollinis est factus, mutato domi-
cilio, partitus patris hæreditatem, ex qua portio
fuit eius centum & viginti talentum, vitam im-
pendio magis adstrinxit: atque Antipatro Tyrio,
Stoicæ sectæ philosopho, in contubernium alle-
cto, incubuit potissimum ethicis & politicis præ-
ceptis, atque ad omne genus virtutum quasi affla- D
tu aliquo lymphatus est raptus. Supra cætera offi-
cia iustitiam amplexus est rigidam & inflexam ad
benignitatem vel gratiam. Excoluit etiam dicen-
di in concione facultatem, volens in politica phi-
losophia, tanquam ampla ciuitate, etiã vires quas-
dam obiter ali bellicas. Haud præsentibus alijs ta-
men exercuit se, neque quisquam audiuit decla-
mantem: sed & amico dicenti, Homines silentium
tuum Cato reprehenderunt, Modò, inquit, ne vi-
tam tunc ad dicendũ accingar, quũ non dicturus
sim silentio digna. Basilicam, quæ Porcia dicitur,
dedicauerat in censura Cato Maior. In ea tribuni
plebis dare audientiam soliti, quum columna E
subsellijs officere videretur, eam deliberauerant
remouere vel traijcere. Id Catonem primùm pro-
traxit jn forum inuitum. Nam obiecit se illis, mi-
rificumque dedit eloquentiæ pariter & animo-
rum specimen. Etenim nihil oratio eius iuveni-
le, nihil fucatum habebat: sed erat elata, plena &
aspera. Vrbanitas tamen autes mulcens sententia-
rum distinguebat breuitatem, moresque eius in
oratione elucentes condimentum quoddam &
mel seueritati præbebant non iniucundum. Vox
satis erat canora & sufficiens vt à tanto populo ex-
auditetur. Vires & latera firmissima habebat & F
indefatigata. Nam subinde quum integrum
diem diceret, non est confectus. Quum eam cau-
sam obtinuisset, reduxit se ad silentium de integro

ἤλυ ἀσπασόμενον τὸν Κάτωνα συνεχῶς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ
Σύλλα, μηδὲν πότε προσιδεῖν ἀσιβοῦν χωρεῖν ἀφαιρουσαν,
ὑπὸ πλήθους τῶν ἀγομένων, καὶ βασανιζομένων. ἐν μὲν οὖν ἔ-
τος ἐκεῖνο τὸν Κάτωνα τεσσαρεσκαιδέκατον ἰδὼν ὑπὲρ κεφαλῆς
ὑπεφαίνοντο ἀνδρῶν λεγομένων ἐκκεκομιζομένας, καὶ κρύφα
τοῖς παρούσας ὑπεστενόντας, ἠρώτησε τὸν παιδαγωγὸν ὅτι δὴ
τοῦτον τὸν ἄνθρωπον οὐδεὶς ἀποκτίνυσιν· εἰπόντος δὲ ἐκείνου,
Φοβοῦνται γὰρ αὐτὸν, ὦ παῖ, μᾶλλον ἢ μισοῦσιν· Τί οὖν (εἶπεν)
οὐκ ἐμοὶ ξίφος ἔδωκας, ἵνα αὐτὸν ἀνελὼν ἀπήλλαξα δου-
λείας τὴν πατρίδα; τοῦτον τὸν λόγον ἀκούσας ὁ Σαρπηδὼν,
ἅμα καὶ τὸ βλέμμα καὶ τὸ πρόσωπον πιμπλάμενον αὐτοῦ
ὀργῆς καὶ θυμοῦ καὶ πυδῶν, οἵ πως ἔδεισεν, ὥστε τὸ λοιπὸν ἤδη
προσέχειν ἀκριβῶς καὶ προφυλάττειν μήτι τολμήσῃ παρε-
βολώτερον. ἔτι μὲν οὖν παιδάριον ὢν μικρὸν, ἀπεκρίνα-
το τοῖς ἐρωτῶσιν τίνα φιλῶ μάλιστα, τὸν ἀδελφόν· τίνα δεύ-
τερον, ὁμοίως τὸν ἀδελφόν· καὶ τρίτον, ἄχρις οὗ πολλάκις λέ-
γοντος ἀπεῖπεν ὁ ἐρωτῶν. ἡνικόμενος δὲ εἰς ἡλικίαν, μᾶλλον
ἐβεβαίου τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὔνοιαν. ἔτη γὰρ εἴκοσι γεγο-
νὼς, χωρὶς Καπίωνος οὐκ ἐδείπνησεν, οὐκ ἀπεδήμησεν,
εἰς ἀγρὸν οὐ προῆλθεν. μύρου δὲ ἐκείνου λαμβάνοντος, αὐ-
τὸς παρῃτεῖτο· καὶ τἄλλα τὰ περὶ τὴν διαίτην ἐν ἀκριβὴς
καὶ στυφτικὸς. ὁ γοῦν Καπίων ὅτι σωφροσύνῃ καὶ μετριό-
τητι θαυμαζόμενος, ὡμολόγει τοιοῦτος εἶναι, πρὸς τοὺς δήμους
ἐξεταζόμενος· Ἀλλ' ὅταν (ἔφη) τὸν Κάτωνος βίον
παραβάλλω τὸν ἐμὸν, οὐδὲν ἐμαυτῷ φαίνομαι Σιππίου
διαφέρων· τὸν δὲ τρυφῆ τινὰ καὶ μαλακίᾳ πρεσβεύοντων
ὀνομάσας. ὁ δὲ Κάτων, ὅτε τὴν ἱερωσύνην ἔλαβεν τοῦ Ἀ-
πόλλωνος, μετοικήσας, καὶ νειμάμενος μοῖραν τῶν πατρῴων,
ἑκατὸν εἴκοσι ταλάντων γενομένην, τὴν μὲν διαίτην ἐπι
μᾶλλον συνέσφιγγεν. Ἀντίπατρον δὲ Τύριον τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς
φιλοσόφων προσεταιρισάμενος, τοῖς ἠθικοῖς μάλιστα καὶ πο-
λιτικοῖς ἐνεφύετο δόγμασι, πρὸς πᾶσαν μὲν ἀρετὴν ὡσπερ
ὑπὸ πνοιᾶς τινὸς καταφορητος γεγονὼς, διαφόρως δὲ τοῦ καλοῦ
τὸ πρὸς τὴν δικαιοσύνην ἀτενὲς καὶ ἄκαμπτον εἰς ὑπερβολὴν
ἢ χάριν ἐπιστρεπτικῶς. ἔοικε δὲ καὶ τὸ ῥητορικὸν εἰς πλή-
θη λόγων, ἀξιῶν, ὥσπερ ἐν πόλει μεγάλῃ, τῇ πολιτικῇ φι-
λοσοφίᾳ καὶ μάχιμον εἶναί τι προστρεφόμενον. οὐ μὴν τοι
μθ' ἑτέρων ἐποιεῖτο τὰς μελέτας, οὐδὲ ἠκροάσατο λέγοντος
οὐδενός· ἀλλὰ καὶ πρός τινα τῶν ἑταίρων εἰπόντα, Μέμφον-
ται σου Κάτων οἱ δεῦρο τὴν σιωπήν· Μόνον (ἔφη) μὴ
τὸν βίον. ἀρξόμαι δὲ λέγειν, ὅταν μὴ μέλλω λέγειν ἄξια σιω-
πῆς. ἡ δὲ καλουμένη Πορκία βασιλικὴ, ἱμαντικὸν ἐν ἀ-
νάθημα τοῦ παλαιοῦ Κάτωνος· εἰωθότες οὖν ἐκεῖ γραμμα-
τίζειν οἱ δημοτικοὶ, καὶ κίονος τῆς δίφρου ἐμποδὼν εἶναι δο-
κοῦντος, ἔγνωσαν ὠφελεῖν αὐτὸν ἢ μετάστησαι. τοῦτο Κάτω-
να πρῶτον εἰς ἀγορᾶν ἄκοντα προήγαγον. ἀντέστη γὰρ αὐ-
τοῖς, καὶ πεῖρα ἅμα τοῦ λόγου καὶ τοῦ φρονήματος δοὺς, ἐθαυ-
μάσθη. καὶ γὰρ ὁ λόγος νεανικὸν μὲν οὐδὲν οὐδὲ κομψὸν
εἶχεν, ἀλλ' ἰσοῦρθμος καὶ πεπλασμένος καὶ τραχύς. οὐ μὴν
ἀλλὰ καὶ χάρις ἀγωγὸς ἀκοῆς ἐπέτρεχεν τῇ βραχύτητι
τῶν νοημάτων, καὶ τὸ ἦθος αὐτοῦ καταμιγνύμενον ἡδονὴν τι-
νὰ καὶ μειδίαμα τοῦ σεμνοῦ παρεῖχεν οὐκ ἐπονθέστατον. ἡ
δὲ φωνὴ, μεγέθει μὲν ἀποχρῶσα, καὶ δυνατὴς εἰς τοσοῦτον
ἐξικνεῖσθαι δῆμον, ἰσχὺν δὲ καὶ τόνον ἄρρηκτον εἶχεν καὶ ἄτρυ

τον. ἡμέραν γὰρ ὅλην εἰπὼν πολλάκις, οὐκ ἀπηγρύσθη. τότε δὲ οὖν κρατήσας τῆς δίκης, πάλιν ἑαυτὸν εἰς τὴν σιωπὴν

καὶ τὴν ἄσκησιν. συνέφερε· καὶ διεπόνει τὸ σῶμα γυμνασίοις ἐνεργοῖς, ἐθιζόμενον ἀνέχεσθαι καὶ καύματα καὶ νιφετὸν ἀκαλύπτῳ κεφαλῇ, καὶ βαδίζειν ἐν παντὶ ὁδοῖς πᾶσαν ὥραν ἄτερ ὀχήματος. τῶν δὲ φίλων οἱ συνεκδημοῦντες ἵπποις ἐχρῶντο, καὶ πολλάκις ἑκάστῳ παρέδωκεν ὁ Κάτων, ἐν μέρει προσδιαλεγόμενος, πρὸς πάντας αὐτὸς, ὁδοιπορῶν, θαυμαστῇ δὲ καὶ πρὸς τὰς νόσους ὑπομονῇ μετ' ἐγκρατείας ἐχρῆτο. πυρέττων γὰρ, μόνος ἐφ' ἑαυτῷ διημέρευε, μηδένα προσιέμενος ἄχρι οὗ βέβαιον αἴσθοιτο ῥαστώνην καὶ μεταβολὴν τοῦ νοσήματος. ἐν δὲ τοῖς δείπνοις ἐκλήρουτο περὶ τῶν μερίδων. εἰ δὲ ἀπολείποι, πρῶτον αἵρεν τῶν φίλων κελευόντων, ἔλεγεν μὴ καλῶς ἔχειν ἀκούσης τῆς Ἀφροδίτης. καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἅπαξ ἐπιπιὼν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀπέλυεν, προιόντι δὲ τῷ χρόνῳ μάλιστα προσίετο πίνειν, ὥστε πολλάκις ἐν οἴνῳ διαλέγεν εἰς ὄρθρον. αἰτίαν δὲ ἔλεγον οἱ φίλοι τούτου τὴν πολιτείαν καὶ τὰ δημόσια πράγματα, πρὸς οἷς ὅλας τὰς Κάτωνα τὰς ἡμέρας ὄντα, καὶ κωλυόμενον φιλολογεῖν, νύκτωρ καὶ παρὰ πότον συζήνεσθαι τοῖς φιλοσόφοις. διὸ καὶ Μεμμίου τινὸς ἐν συλλόγῳ φήσαντος ὅλας τὰς Κάτωνα μεθύσκεσθαι τὰς νύκτας. ὑπολαβὼν ὁ Κικέρων, Ἐκεῖνο δὲ οὐ λέγεις (εἶπεν) ὅτι καὶ τὰς ἡμέρας ὅλας κυβεύει. καθόλου δὲ τοῖς τότε βίοις καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὁ Κάτων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν οἰόμενος δεῖν βαδίζειν, ὡς οὐδὲν φαύλοις καὶ μεγάλης δεομένοις μεταβολῆς, ἐπεὶ πορφύραν ἑώρα τὴν καταχρῶς ἐρυθρὰν καὶ ὀξεῖαν ἀγαπωμένην, αὐτὸς ἐφόρει τὴν μέλαιναν. πολλάκις δὲ ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων εἰς τὸ δημόσιον προῆλθε μετ' ἄριστον, οὐ δόξαν ἐκ ταύτης τῆς καινότητος θηρώμενος, ἀλλὰ ἐθίζων ἑαυτὸν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι μόνοις, τῶν δὲ δοκούντων ἀδόξων καταφρονεῖν. καὶ κληρονομίαν δὲ αὐτῷ προσηγορευμένην ἀπελευθέρου Κάτωνος ἑκατὸν ταλάντων εἰς ἀργύριον συναγαγὼν, παρεῖχεν αὐτὸς τόκων χρῆσθαι τοῖς δεομένοις τῶν φίλων. ἔνιοι δὲ καὶ γυναῖκα καὶ θεραπαίνας αὐτῷ διδόντος καὶ βεβαιούντος, ὑπέλαβον πρὸς τὸν δημόσιον. ἐπεὶ δὲ ὥραν ἔφετο πρὸς γάμον ἔχειν, οὐδὲ μιᾷ γυναικὶ συνεληλυθὼς, ἡρμόσατο Λεπίδᾳ, πρότερον μὲν ἐγγυηθεῖσαν Σκιπίωνι Μετέλλῳ, τότε δὲ, ἀπειπαμένου τὸν Σκιπίωνος, καὶ τῆς ἐγγύης λυθείσης, χολάζουσαν. οὐ μὴν ἀλλὰ περὶ τὸν γάμον μεταμεληθεὶς πάλιν ὁ Σκιπίων, καὶ πόλεμα ποιήσας, ἔλαβε τὴν κόρην. ὁ δὲ Κάτων σφόδρα παροξυνθεὶς καὶ λυπηθεὶς, ἐπεχείρησε μὲν ἐπιδιώκειν λόγῳ δίκης· ὡς δὲ οἱ φίλοι τοῦτο ἐκώλυσαν, ὀργῇ καὶ νεότητι τρέψας ἑαυτὸν εἰς ἰάμβους, πολλὰ τὸν Σκιπίωνα καθύβρισε, τῷ πικρῷ προσχρησάμενος τοῦ Ἀρχιλόχου, ὃ δὲ ἀκόλαστον ἀφεὶς καὶ παιδαριώδες. ἔγημεν δὲ Ἀπολίδα Σωράνου θυγατέρα, καὶ ταύτῃ πρῶτον συνῆλθεν· οὐ μόνῃ δὲ, καθάπερ Λαίλιος ὁ Σκιπίωνος ἑταῖρος, ἀλλ' εὐτυχέστερος ἐκείνος, ἐν πολλοῖς οἷς ἐβίωσε χρόνοις, μίαν ἐν ἔγημεν ἐξ ἀρχῆς γνοὺς γυναῖκα. τὸν δὲ δουλικὸν πολέμου συνεστῶτος, ὃν Σπαρτάκειον ἐκάλουν, Γέλλιος μὲν ἐστρατήγει, Κάτων δὲ τῆς στρατηγίας μετεῖχεν ἐθελοντὴς, Ἀπίου τοῦ ἀδελφὸν, (ἐχιλιάρχει γὰρ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Καπίων) καὶ χρήσασθαι μὲν εἰς ὅσον ἐβούλετο τῇ προθυμίᾳ καὶ ἀσκήσει τῆς ἀρετῆς οὐκ ὑπῆρξεν αὐτῷ, διὸ δὲ μὴ καλῶς στρατηγεῖσθαι τὸν πόλεμον· δηλῶν δὲ, πολλὴν μαλακίαν καὶ τρυφὴν τῶν ἐκεῖ στρατευομένων, ὅπερ δεικνύμενος δόξαν, καὶ ἀναγκαίαν ἀνδρείαν, καὶ θαρρεῖν ἐν πᾶσι καὶ ξιφεῖν, ἐδόκει μηδὲν ἀποδεῖν τοῦ παλαιοῦ Κάτωνος.

A & ad commentationem. Corpus validis exercitationibus subigebat, assuefaciens se ad æstum & niuem aperto capite ferendam, atque ad iter omnibus anni temporibus pedibus faciendum. Amici qui eum comitabantur, vtebantur equis, ac sæpe modò huic, modò illi vicissim adiungebat se Cato, colloquens cum vehentibus ipse pedibus ingrediens. Ad hæc incredibili erat in morbis tolerantia cum continentia. febricitans enim solus secum diem traducebat nemine admisso, quoad firmam alleuationem & cõuersionem sentiret morbi. In cœnis sortem mittebat de portionibus. Si
B sors ipsum destituisset, amicis vt primam tolleret instantibus, parum id ait conuenire inuita Venere. Initio semel tantùm quum bibisset super cœnã, digrediebatur. verùm progressu ætatis maximè dedidit se potui, ac subinde in vino viq; ad diluculum transegit. Prętendebant hîc rempub. amici & publica negotia, in quibus totos dies districtum & prohibitum philosophiæ vacare Catonem noctu atq; inter pocula serere cũ philosophis colloquia. Quapropter quum Memmius quidam diceret in cœtu totas comessari noctes Catonem: subijciens Cicero, sed illud non addis, inquit, totos dies
C eum alea ludere. Breui ab illius temporis moribus & studijs diuersam censens Cato viam capiendã, tanquam corruptis & magnam requirentibus correctionem, quum purpuram videret affatim rubore fulgentem & saturam in pretio esse, ipse ferebat nigram. Crebrò sine calceis & tunica procedebat à prandio in publicum. nõ quòd gloriam ex hac nouitate aucuparetur, sed quo assuefaceret sese ob solam turpitudinẽ erubescere & infamias contemnere reliquas. Quum hęreditas ei venisset patruelis Catonis centum talentum, redegit eam in argentum, & cui opus erat ex amicis, mutuò da-
D bat sine fœnore. Alij prædia quoq; & seruitia eius concedentis & autoritatem accommodantis ærario oppignerabant. Vbi iam ætatem suam connubio putauit maturam, nullius consuetudine mulieris vso desponsa fuit Lepida, Scipioni Metello antè pacta, quæ sponsalibus diremptis tunc sui iuris erat. Cæterùm quòd pœnitentia Scipionem antè nuptias subisset, omnia molitus duxit eam. Qua re incensus vehementer est & exarsit Cato, voluitque id iudicio persequi: sed retentus ab amicis, ira & iuventute consultricibus, ad iambica se conuertit, multisque probris Scipionem pro-
E scidit. Felle in eo scripto vsus est Archilochi, relicta eius lasciuia & nugis puerilibus. Inde Attiliam Sorani filiam matrimonio sibi coniungit, cum qua prima concubuit: verùm non cum sola, vt Scipionis familiaris Lælius. cęterùm felicior ille, longo quo vixit tempore vnam, quam primam duxerat, cognouit mulierem. Bello seruili conflato, quod Spartacium vocauerunt, præerat exercitui Gellius. Eo in bello voluntaria stipendia Cato fecit fratris causa Cæpionis, qui tribunus militum erat. Atque explicare quantam cupiebat alacritatem & exercitationem virtutis, quòd dux gereret rem imperitè, nequiuit. Dum tamen in
F magna militum illorum ignauia & luxu præstitit disciplinam, atque, vbi vsus quæreret, virtutem, omnibusque in rebus audaciam & prudentiam, nihil concedere existimatus est veteri Catoni.

vnde Gellius præmia ei & eximios honores tri- A
buit. quos ille non accepit neque admisit, nihil ge-
stum ferens honoribus dignum: hinc peruersus
habitus est. Lege lata ne candidati nomenclatores
haberent, tribunatum militum petens solus legi
paruit, & per se elaborauit salutare atque appella-
re ciues. Quamobrem nõ caruit inuidia vel apud
eos ipsos qui eum commẽdabant: quòd quò ma-
gis laudabilia studia, quæ sectabatur, considera-
rent, hoc grauarentur magis eorum, quam non va-
lerent imitari, excellentiam. Tribunus militum
creatus in Macedoniam missus est ad Rubrium
prætorẽ. Hîc ferunt vxore Catonis mœrore pres- B
sa & flente, quum vnus ex amicis eius Munatius
dixisset, Bono animo es Attilia, hunc ego custodi-
am tibi: Sanè quidem dixisse Catonem: progres-
sumque iter vnius diei statim à cœna dixisse, Age
Munati vt præstes Attiliæ promissa, neque die vel
nocte abscedas à me. Inde duos lectos eodem in
cubiculo iussit sterni, vt ibi dormiret Munatius:
atq; ita fuisse illũ per iocum à Catone asseruatum.
Comitabantur eum serui quindecim, duo liberti
& quatuor amici. quibus equo vectis ipse pedibus
incedens applicabat se vicissim cuique colloque-
baturque. Vt in castra venit, ex pluribus legioni-
bus vni à prætore præfectus suam vnius virtutem C
exiguum opus nec regium ducebat explicare: sed
milites sui reddere similes maximè enitens, non
formidinem detraxit imperio, sed adiecit admo-
nitionem per rationem: qua singula probans ijs,
docensq; adiuncto honore & pœna, difficile erat
dicere quietiores an bellicosiores, an alacriores,
an iustiores milites reddiderit. Adeo præbuerunt
se hostibus formidabiles, mansuetos socijs, timi-
dos ad malum, & acres ad laudem. Vnde quod mi-
nimè Cato morabatur, id est imprimis assequutus,
gloriam & beneuolentiam, & eximium honorem, D
& studium militum. Nam quæ alijs imperabat, ea
quia vltrò præstabat ipse, vestitu autẽ & victu iti-
nerisq; labore comparabat se illis magis quàm du-
cibus, grauitate verò, prudentia, facundia, omni-
bus antecellebat qui nomen obtinebant impera-
torum & ducum: simul his artibus deuinxit clàm
sibi animos eorũ, quippe germanus virtutis amor
non influit nisi per summum imprimentis eum
studium & reuerẽtiam. Sine amore qui celebrant
bonos, eorum gloriam reuerentur, non suspiciunt
neque imitantur virtutem. Athenodorum au-
tem quum intellexisset Cordylionem cognomi-
ne in Stoica disciplina excellentem apud Perga- E
mum agere ætate iam prouectum, qui pertinacis-
simè omnium imperatorum regumque vsum &
amicitiam repulerat: nihil arbitrabatur se nuntijs
& literis apud eum effecturum. verum quòd in
duos menses ius haberet liberæ legationis, in Asiã
est ad eum profectus, confidens virtutibus suis nõ
frustratum iri se præda. Colloquutus cum eo, ex-
pugnatum & de proposito derectum deduxit in
castra, ouans & glorians vt re præclarissima ca-
pta & splendidiore gentibus regnisque quæ Pom-
peius tunc & Lucullus armis circumvolantes sub-
iugabant. Interea dum in militia agit, frater eius F
Asiam petens Æni in Thracia in morbum incidit.

ὁ δὲ Γέλλιος δωρεὰς καὶ τιμὰς αὐτῷ δι' ὑπερβολὴν ἔγραψεν, ἃς ἐκεῖνος οὐκ ἔλαβεν, οὐδὲ προσήκατο, φήσας ἄξιον μηδὲν εἰργασθαι τιμῆς. ἐκ τε δὴ τούτων ἀλλόκοτος ἐδόκει. καὶ νόμου γραφέντος, ὅπως οἷς ὑποδεικνύοιεν εἰς δεκτὴν ὀνομαζόμενοι παρόδοιν, χιλιαρχίαν μετιὼν, μόνος ἐπείθετο τῷ νόμῳ, καὶ δι' αὐτοῦ ποιησάμενος ἔργον ἀσπάζεσθαι καὶ προσαγορεύειν τοὺς συντυγχάνοντας, οὐδὲ αὐτοῖς ἀνεπαχθὲς ἦν τοῖς ἐπαινοῦσιν, ὅσον μᾶλλον ἐνόουν τὸ καλὸν ὧν ἐπετηδεύετο, τὸ δυσμίμητον αὐτῶν βαρυνομένοις. ἀποδειχθεὶς δὲ χιλίαρχος εἰς Μακεδονίαν, ἐπέμπετο πρὸς Ῥούβριον τὸν στρατηγὸν, ἔνθα δὴ λέγεται, τῆς γυναικὸς ἀχθομένης καὶ δακρυούσης, ἕνα τῶν φίλων τὸν Κάτωνος Μουνάτιον εἰπεῖν, Ὦ Ἀτιλία θάρρει· τὸν ἐγώ σοι φιλάξω· πρόμυ μὲν οὖν, φασὶ τὸν Κάτωνα· καὶ προελθόντα μιᾶς ἡμέρας ὁδὸν, εὐθὺς εἰπεῖν μὴ δεῖπνον, Ἄγε ὅπως ὦ Μουνάτιε τῇ Ἀτιλίᾳ τὰ ὑπόσχεσιν ἐμπεδώσῃς, μήτε ἡμέρας ἐμοῦ μήτε νυκτὸς ἀφιστάμενος. οὐκ δὲ τούτου δύο κλίνας εἰς ταὐτὸ δωμάτιον εἰσέλθοντα θεῖναι, καὶ τὸν Μουνάτιον οὕτως ἀεὶ καθεύδειν μετὰ παιδιᾶς φυλακωμένου ὑπὸ τοῦ Κάτωνος. εἵποντο δ' αὐτῷ πεντεκαίδεκα μὲν οἰκέται, δύο δ' ἀπελεύθεροι, φίλοι δ' τέσσαρες. ὧν ὁ χρυσίων ἵππους, αὐτὸς ἀεὶ πεζὸς τῶν, ἑκάστῳ παρέβαλλεν, οὐ μέρος προσκαλεσάμενος. ἐπεὶ δ' ἦκεν εἰς τὸ στρατόπεδον, πλείονων γραμμάτων ὄντων, ἑνὸς δεχθὲν ἀποδειχθεὶς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τῆς μὲν ἰδίας ἀρετῆς μιᾶς οὔσης μικρὸν ἔργον ἡγεῖτο καὶ οὐ βασιλικὸν τὸν βίον δεῖξεν· αὐτῷ δ' πεῖσαι τοὺς ἀρχομένους ὁμοίους μάλιστα φιλοτιμούμενος, οὐ τὸν φόβον ἀφῆλεν τῆς ἐξουσίας, ἀλλὰ προσέθηκε τὸν λόγον· ᾧ πείθων τοὺς ἑκάστου καὶ διδάσκων, ἐπομένης τιμῆς καὶ κολάσεως, χαλεπὸν εἰπεῖν πότερον εἰρηνικοὺς μᾶλλον ἢ πολεμικοὺς ἢ προθυμοτέρους ἢ δικαιοτέρους παρεσκεύασε τοὺς ἄνδρας. οὕτως ἐφαίνοντο φοβεροὶ μὲν τοῖς πολεμίοις, ἥμεροι δ' τοῖς συμμάχοις, ἄπολμοι δ' πρὸς τὸ ἀδικεῖν, φιλότιμοι δ' πρὸς τοὺς ἐπαίνους. ὃ δ' ἥκιστα Κάτων ἐπεμελήθη, τοῦτο πλεῖστον αὐτῷ ὑπῆρχεν, καὶ δόξα καὶ χάρις καὶ ὑπερβαλοῦσα τιμὴ, καὶ φιλοφροσύνη πρὸς τῶν στρατιωτῶν. ἃ γὰρ ἑτέροις ἐπέτασσεν, ἑκουσίως ἔφερε πόνων, καὶ σιτίων μὲν καὶ διαίτων καὶ πορείαν οὐκ εἴνοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἀρχομένοις ὁμοιούμενος, ἢ δὲ ὑφεσίᾳ καὶ λόγῳ πολλὰς ὑπαίρων τοὺς αὐθεκάστους καὶ στρατηγοὺς προσαγορευόμενος, ἔλαθε διὰ τούτων ἅμα τὸν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἐργασάμενος τοῖς ἀνδράσιν. ἀρετῆς γὰρ ἀγνοῦντος οὐκ ἐγίνετο ζῆλος, ἢ δὲ ἄκρας τοῦ προσιόντος εὔνοιας καὶ τιμῆς. οἱ δ' αὖθις τοῦ φιλεῖν ἐπαινοῦντες τοὺς ἀγαθοὺς, αἰδοῦνται τὸν δόξαν αὐτοῦ, οὐ θαυμάζουσι δ' τὸν ἀρετὸν, οὐδὲ μιμοῦνται· πυθόμενος δ' Ἀθηνόδωρον τὸν ὀπικαλούμενον Κορδυλίωνα μεγάλῳ ἔξιν ἐν τοῖς Στοϊκοῖς λόγοις ἔχοντα, διατρίβοντα περὶ Πέργαμον, ἤδη γηραιὸν ὄντα, καὶ πάσας ἐρρωμένεστατα τὰς ἡγεμονικὰς καὶ βασιλικὰς συνηθείας καὶ φιλίας διαμεμαχημένον, οὐδὲν ᾤετο πέμπων καὶ γράφων παραινεῖν πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ ἔχων πρὸς τὸν νόμον δεδομένον ἀποδημίαν δυεῖν μηνῶν, ἔπλευσεν εἰς τὴν Ἀσίαν ὑπὸ τὸν ἄνδρα, πιστεύων τοῖς ἐν αὐτῷ καλοῖς μὴ ἀτυχήσειν τῆς ἄγρας. συγγενόμενος δὲ καὶ καταγωνισάμενος καὶ μεταστήσας ἐκ τῆς προαιρέσεως αὐτὸν, ἦκεν ἄγων εἰς τὸ στρατόπεδον, πρόθυμος καὶ μεγαλοφρονῶν, ὡς τι κάλλιστα κρατήσας, καὶ λαμπρότερον ὧν Πομπήιος τότε καὶ Λούκολλος ἔθνεσι καὶ βασιλείαις κατεστρέφοντο σὺν ὅπλοις περιιόντες. ἐπὶ δ' αὐτοῦ πρὸς τὴν στρατηγίαν ὄντος, ὁ ἀδελφὸς εἰς τὴν Ἀσίαν βαδίζων, ἐνόσησε πρὸς Θρᾴκῃ ὑπὸ Αἴνῳ.

καὶ γράμματα μὴν αὐθὺς ἦκε πρὸς τὸν Κάτωνα. χειμῶνος δὲ πολλοῦ κατέχοντος τὴν θάλατταν, καὶ νεὼς ἐκφυγῆς μεγέθει μὴ παρούσης, εἰς μικρὰν ὁλκάδα, μόνον δύο φίλοις καὶ τρεῖς οἰκέταις ἀναλαβών, ἐκ Θεσσαλονίκης ἀνήχθη· καὶ παρ' ὀλίγον ἐλθὼν καταποντωθῆναι, τύχῃ τινὶ παραλόγῳ σωθεὶς ἄρτι τεθνηκότος τοῦ Καπίωνος, ἐμπαθέστερον ἔδοξεν ἢ φιλοσοφώτερον ἐνεγκεῖν τὴν συμφοράν· οὐ μόνον κλαυθμοῖς καὶ περιπτύξεσι τοῦ νεκροῦ, καὶ βαρύτητι λύπης, ἀλλὰ καὶ δαπάνῃ περὶ τὴν ταφὴν, καὶ πραγματείαις θυμιαμάτων, καὶ ἱματίων πολυτελῶν συγκαταικαόντων, καὶ μνήματος ξεστοῦ λίθων Θασίων ἀπὸ ταλάντων ὀκτὼ κατασκευασθέντος ἐν τῇ Αἰνίων ἀγορᾷ. ταῦτα γὰρ ἔνιοι ἐσυκοφάντουν, πρὸς τὴν ἄλλην ἀτυρίαν τοῦ Κάτωνος, οὐ καθορῶντες ὅσον ἐν τοῖς πρὸς ἡδονὰς καὶ φόβους καὶ δεήσεις ἀναγκαίοις ἀγράμματον καὶ σκέρρω τοῦ ἀνδρὸς, ὃ ἥμερον ἐνῆν καὶ φιλόστοργον. εἰς δὲ ταῦτα καὶ πόλεις αὐτῷ καὶ δυνάστας πολλὰ κατὰ τιμὴν τοῦ τεθνεῶτος ἔπεμπον· ὧν ἐκεῖνος χρήματα μὲν παρ' οὐδενὸς ἐδέξατο, θυμιάματα δὲ καὶ κόσμον ἐλάμβανεν, τιμὴν ἀποδιδοὺς τοῖς πέμπουσιν. τῆς δὲ κληρονομίας εἰς αὐτόν τε καὶ θυγάτριον τοῦ Καπίωνος ἥκουσης, οὐδὲν ὧν ἀνήλωσε περὶ τὴν ταφὴν ἀπῄτησεν ἐν τῇ νεμήσει. καὶ ταῦτα πράξαντος αὐτοῦ καὶ πράττοντος, εὗ οἰόμενος ὅτι κοσκίνῳ τὴν τέφραν τοῦ νεκροῦ μετέβαλε καὶ διήθησε, χρυσίον ζητῶν κατακεκαυμένον. οὕτως οὐ τῷ ξίφει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ γραφείῳ τὸν ἀνυπόδυνον καὶ ἀνυπόδικον ἐδίωκεν. ἐπεὶ δὲ τέλος εἴχεν ἡ στρατεία τῷ Κάτωνι, προσεπέμφθη, οὐκ ἀγκῶν (ὃ κοινὸν ἐστιν) οὐδὲ ἐπαίνοις, ἀλλὰ δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις, ὑποστρωννύντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἢ βαδίζοι, καὶ καταφιλούντων τὰς χεῖρας· ἃ τῶν αὐτοκρατόρων ὀλίγοις μόλις ἐποίουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι. βουληθεὶς δὲ περὶ τὴν πολιτείαν προσελθεῖν, ἅμα μὲν πλατυνθῆναι κατ' ἰσοτιμίαν τῆς Ἀσίας, καὶ γνῶναι θεατὴς ἠθῶν καὶ βίων καὶ δυνάμεως τῆς περὶ ἑκάστην ἐπαρχίαν· ἅμα δὲ τῷ Γαλάτῃ Δηιοτάρῳ, παλαιὰ ξενίαν καὶ φιλίαν πατρῴαν δεομένῳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, μὴ ἀγροικήσαντα· τοῦτον τὸν τρόπον ἐποιήσατο τὴν ἀποδημίαν. προὔπεμπεν ἅμα ἡμέρᾳ τὸν ἀρτοποιὸν καὶ τὸν μάγειρον, ὅπου καταλύσειν ἔμελλεν. οἱ δὲ πάνυ κοσμίως καὶ μετ' ἡσυχίας εἰσελθόντες εἴ τις τὴν πόλιν, εἰ μηδεὶς τύχοι τῷ Κάτωνι φίλος ὢν αὐτόθι πατρῷος ἢ γνώριμος, ἐν πανδοκείῳ τὴν ὑποδοχὴν αὐτῷ παρεσκεύαζον, εὐσχολοῦντες οὐδενί· πανδοκείου δὲ μὴ ὄντος, οὕτως πρὸς τοὺς ἄρχοντας τραπόμενοι, ξενίαν ἐλάμβανον, ἀγαπῶντες τὴν δοθεῖσαν. πολλάκις δὲ ἀπιστούμενοι, καὶ περιορώμενοι, διὰ τὸ μὴ θορύβῳ μηδὲ ἀπειλῇ ταῦτα πράττειν πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὑπὸ τοῦ Κάτωνος ἄπρακτοι κατελαμβάνοντο, καὶ μᾶλλον αὐτὸς ὀφθεὶς, ὠλιγωρεῖτο, καὶ παρεῖχεν, ὁπότε τῶν φορτίων σιωπῇ καθεζόμενος, ὑποίοιαν ἀνθρώπου τοιούτου καὶ περιδεοῦς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ προσκαλούμενος αὐτὸς εἰώθει λέγειν, Ὦ μαθηταὶ μεταβαίνετε τούτης τῆς κακοξενίας. οὐ πάντες ὑμῖν ἀφίξονται Κάτωνες. ἀμβλύνατε ταῖς φιλοφρονήσεσι τὴν ἀξιοπιστίαν αὐτῶν, δεομένων προφάσεως, ἵνα βίᾳ λαμβάνωσιν, ὡς παρ' ἑκόντων μὴ τυγχάνοντες. ἐν δὲ Συρίᾳ καὶ γελοῖόν τι λέγεται παθεῖν. Βαδίζων γὰρ εἰς Ἀντιόχειαν, εἶδε περὶ τὰς πύλας ἔξω πλῆθος ἀνθρώπων ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ παρακεκριμένων. ἐν οἷς ἔφηβοι μὲν χωρὶς ἐν χλαμύσι, καὶ παῖδες ἑτέρωθι κοσμίως εἱστήκεσαν, ἐσθῆτας δὲ καθαρὰς ἔνιοι καὶ στεφάνους εἶχον,

A de quo confestim factus est per literas Cato certior. Quum autem grauis in mari tempestas sæuiret, neque esset ad manum amplior nauis, in exigua oneraria cum duobus tantùm amicis & tribus seruis ex Thessalonica soluit. Penè haustus insperata quadam fortuna incolumis euasit Cæpione modò defuncto. Visus est autem animo imbecilliore casum quàm pro philosopho tulisse, non lamentationibus solùm & cadaueris amplexibus mœrorisque magnitudine, verùm etiam sumptu funeris, odorũ magnificentia, & vestibus pretiosis cum cadauere crematis, ac monumento polito
B ex Thasio marmore, quod constitit octo talentis, in Æniorum foro locato. Hæc enim in cætera Catonis moderatione vellicabant quidam, non animaduertentes quantum in illius aduersus voluptates, terrores, & impudentes preces, horriditate & asperitate inesset lenitatis & pietatis. Multa verò ei ad funus ciuitates & dynastæ honoris defuncti causa miserunt: ex quibus pecuniam ille à nemine, sed odores & ornamenta accepit, reddito mittentibus pretio. Cæpionis hæreditate sibi & illius filiæ delata, nihil eorum quæ in funus impendit, repetijt in partitione. Quæ quum fecisset & fa-
vix duarum horarum permiserunt ſpatium. quem, quum multa commemorando, ſubiiciendo, & præcinendo tempus conſumeret, interpellarunt dicentem, perſiſtentemque accedens lictor detraxit ex roſtris. Quum etiam ex inferiore loco vociferaretur, eſſentque qui eum audirent & fremerent, corripuit iterum eum lictor, ac foro emouit. At ille ſtatim, vt dimiſſus eſt, repetiit forum, ſublato clamore incitans populum vt ſuccurreret. Quod quum faceret ſæpius, æſtuans Trebonius duci eum iuſſit in carcerem. Sequuta eum plebs eſt audiens inter eundum diſſerentem. Ita Trebonius metu eũ miſſum fecit. Atq; eum diem Cato hoc modo exemit. Inſequentibus, populo partim conſternato, partim præmiis & largitione redempto, vno etiã tribuno plebis Aquilio armis prohibito ex curia prodire, ipſo vero Catone, qui louẽ clamabat tonaſſe, à foro ſummoto, multiſq; vulneratis & nonnullis interfectis, legem vi pertulere. Vnde multi globo facto infeſti Pompeii ſtatuas lapidibus inceſſebant. Cæterum id ſuperueniẽs interpellauit Cato. Quum mox alia lex de Cæſaris prouinciis & legionibus promulgaretur, non iam ad populum Cato, ſed ad ipſum conuerſus Pompeium teſtato denuntiauit non intelligere ipſum nunc recipere in humeros ſuos Cęſarem: vbi verò grauari cœpiſſet & opprimi, nec deponere poſſet, nec ſuſtineret ferre, facturum ipſum vt ſecum onus coniiceret in remp. ac tunc Catonis admonitionum memorem fore, non minus Pompeio ſalutarium quàm honeſtarum atq; iuſtarum. Ea Pompeius quum crebrò audiret, felicitate ſua & potentia fretus contempſit, & tranſmiſit, non credens futurũ vt ſe immutaret Cæſar. In proximum annum Cato prætor factus eſt. neque tantum habitus eſt magiſtratui maieſtatis & faſtigii recte adminiſtrando adieciſſe, quantum detraxiſſe & deformaſſe: quòd frequenter ſine calceis & tunica ad tribunal accederet, & de capite illuſtrium virorum diſpenſaret eo habitu iudicia. Nonnulli autumant etiam à prandio, poſtquam potaſſet, ius eum dicere ſolitum: verùm id falſum eſt. Adulterato candidatorum largitionibus populo, plebeque nundinationem ſicut opificium exercente, cupiens hunc morbum radicitus è repub. excindere, ſuaſit in ſenatu vt lex ferretur vt deſignati magiſtratus, ſi nullum haberent accuſatorem, ipſi cogerentur iudicio iurato ſe offerre, atque ibi rationem reddere parati magiſtratus. Id candidatos offendit, magiſq; mercenariam multitudinem. Itaque quum manè Cato progrederetur ad tribunal, magna manus incurrens obſtrepuit ei, conuitia ingeſſit, lapidibus inceſſit, vt à tribunali diffugerent omnes, ipſe Cato à multitudine impulſus iactatuſque ægre euaſerit in roſtra. Ibi reſtitans vultus fidentia & conſtantia illicò compeſcuit turbam, & clamorem ſedauit. Quum verò diſſeruiſſet quæ ad rem pertinebant & eſſet magno ſilentio auditus, tumultum ſemel compreſſit. Ibi laudante eum ſenatu, Ego vos, inquit, non laudo, qui prætorem deſeruiſtis in diſcrimine, neque ei ſuccurriſtis. At candidati omnes malo fluctuabant ancipiti,

quòd quisq; hinc timeret largiri nummos, hinc vereretur ne si id fecisset alius, decideret à magistratu. Visum igitur ijs est vt ex compromisso deponerẽt singuli quingena sestertia, deinde magistratũ omnes peterent legitimè. qui secus fecisset, & largitionem adhibuisset, is vt eam pecuniam perderet. Hæc pacti, custodem, arbitrum & testẽ capiunt Catonem, pecuniam allatam ei offerunt, atq; apud eũ pacta conscribunt. Ille pro pecunia prædes accepit, quum pecuniã nollet. Vt dies comitiorũ venit, assistens Cato tribuno, qui præerat comitijs, obseruatisque suffragijs, vnum ex ijs qui compromiserant dolo vsum pronuntiauit, præcepitq; ei vt competitoribus suis solueret pecuniã. qui commendantes & extollentes integritatem eius, mulctã remiserunt, quòd satis se habere pœnæ ab illius fraude existimarent. Enimverò in aliud incurrit Cato, fuitq; ea de re inuidiosissimus, quasi curię & fori, & magistratuum sibi vendicasset vim. quippe nullius gloria & fides virtutis inuidiam conciliat maiorem quàm iustitiæ: quòd autoritas eã & fides potissimùm comitetur apud alios. Neq; colunt solum vt fortes, neq; suspiciunt vt prudẽtes, sed diligunt etiam iustos, eiq; fidunt & credunt. Illorum superiores metuunt, his diffidunt. Adhęc illos natura potius censent quàm voluntate præcellere: prudentiam, acrimoniã quandam: firmitatem, mentis fortitudinẽ esse ducentes. Et quum statim iustus esse qui velit possit, iniustitia præcipuè vt vitio inexcusabili erubescunt homines. Quapropter omnes principes quasi notati oppugnabant Catonem. Pompeius verò, etiã illius gloriam pro potentię suę euersione habens, obijciebat ei assiduè aliquos conuiciatores. Ex quibus Clodius ille plebis cõcitator, qui se denuò ad Pompeiũ aggregauerat, traducebat Catonem, multum eum ex Cypria gaza interuertisse, & aduersari Pompeio, quia filiæ eius nuptias repudiauisset. Cato contra tantum prędicauit se ex Cypro argenti reip. coegisse, quum ne vnum quidem equum vel militem accepisset, quãtum ex tot bellis & triumphis concusso orbe terrę non retulisset Pompeius. Affinẽ nunquam optauisse Pompeiũ, nõ quin dignũ censeret, sed quòd videret dissensionẽ inter ipsos in rep. Ego enim, inquit, prouinciã mihi ex prętura oblatã abdicaui: hic habet alias quas ipse sumpsit, alias tribuit alijs. Ac nũc denique Cęsari in Gallia commodauit legionẽ: quam neq; ille à vobis petijt, neq; hic dedit de sententia vestra. Sed tanti exercitus, arma, & equi, beneficia sunt & dona mutua priuatorum. Imperator appellatur & dux, quum alijs legiones & prouincias tradiderit, ipse verò muris adsideat seditionum in comitijs arbiter & tumultuũ architectus. Ex quibus patet eum ex confusione publica dominatum sibi quærere. Ita Pompeium vltus est. Erat M. Fauonius familiaris eius & æmulator, qualis Apollodorus Phalereus traditur quondã fuisse Socratis, incitatus & mente motus ab eius oratione, quę non sensim neq; modicè, sed acrius eum rapuerat quasi lymphatum & fanaticum. Hic ædilitius candidatus, repulsam tulit. Cato autem qui assistebat, obseruauit tabulas eadem manu scriptas:

A φοβούμενος ἕτερον τοῦτο πράξαντος, ἐκπεσεῖν τῆς ἀρχῆς. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, εἰς ταὐτὸ συνιόντας, πεντήκοντα δραχμὰς ἕκαστον ἀργυρίου δέκα δύο ἥμισυ μυριάδας, εἶτα μετιέναι τὴν ἀρχὴν πάντας ὀρθῶς καὶ δικαίως· τὸν παραβαίνοντα καὶ χρησάμενον δεκασμῷ, στέρεσθαι τοῦ ἀργυρίου. ταῦτα ὁμολογήσαντες, αἱρεθῶσιν φύλακα καὶ βεβαιωτὴν καὶ μάρτυρα τὸν Κάτωνα, καὶ χρήματα φέροντες ἐκείνῳ παρεπίθεντο· καὶ τὰς συνθήκας ἐγράψαντο πρὸς ἐκεῖνον; αὐτὸν τῶν χρημάτων ἐπιστατοῦντα λαβόντα, τοὺς χρήματα μὴ δεξάμενον. ὡς δὲ ἦκεν ἡ κυρία τῆς ἀποδείξεως, πρασσὰς ὁ
B Κάτων τῷ βεβαιοῦντι δημάρχῳ, καὶ παραφυλάξας τὴν ψῆφον, ἕνα τῶν παραδεδωκότων ἀπέφηνε κακουργοῦντα, καὶ παρεσέταξεν ἀποδοῦναι τοῖς δήμοις τὸ ἀργύριον. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐπαινέσαντες αὐτοῦ τὴν ὀρθότητα καὶ θαυμάσαντες, δύσλον τὸ πρόστιμον, ὡς ἰκανὴν δίκην ἔχοντες παρὰ τὸν ἀδικήσαντος. τοὺς δὲ δήμους ἐλύπησεν ὁ Κάτων, καὶ φθόνον ἔσχεν ἀπὸ τούτου πλείστον, ὡς βουλῆς καὶ δικαστηρίου καὶ ἀρχόντων δυνάμιν αὐτῷ παρεσκευάσας. εὐνομίας γὰρ ἀρετῆς δόξα καὶ πίστις ὑπερφόνους ποιεῖ μᾶλλον ἢ τὸ δικαιοσύνης, ὅτι καὶ δυνάμις αὐτῇ καὶ πίστις ἕπεται μάλιστα παρὰ τὸ πολλῶν. οὐ γὰρ θαυμάζουσι μόνον ὡς τοὺς ἀνδρείους, οὐδὲ θαυμάζουσιν, ὡς τοὺς φρονίμους, ἀλλὰ καὶ
C φιλοῦσι τοὺς δικαίους, καὶ θαρροῦσιν αὐτοῖς καὶ πιστεύουσιν. ἐκείνων δὲ τοὺς μὲν φοβοῦνται, τοῖς δὲ ἀπιστοῦσι· πρὸς δὲ τούτοις, ἐκείνους μὲν οἷον φύσει μᾶλλον ἢ τῷ βούλεσθαι φέρειν ἀνδρείαν καὶ φρόνησιν, τὴν μὲν, ὀξύτητα τινά, τὴν δὲ, ῥώμην ψυχῆς ἠθέλησαν. δικαίους δὲ ὑπαρχόντας αὐτοὺς εἶναι τῷ βουλομένῳ, μάλιστα τὴν ἀδικίαν ὡς κακίαν ἀποφαίνουσιν, αἱρεῖσθαι. διὸ καὶ τῷ Κάτωνι πολῖται οἱ μεγάλοι πρεσβεύουσιν, ὡς ἐλεγχόμενοι. Πομπήϊος δὲ καὶ καταλύειν τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως τὴν ἐκείνου δόξαν ἡγούμενος,
D ἀεί τινας παρεσέβαλλεν αὐτῷ λοιδορησομένους· ὧν καὶ Κλώδιος ὁ δημαγωγὸς, αὖθις εἰς Πομπήϊον καταρρυεὶς καὶ καταβοᾶν τὸν Κάτωνος, ὡς πολλὰ μὲν ἐκ Κύπρου χρήματα νοσφισαμένου, Πομπηΐῳ δὲ πολεμοῦντος, ἀπαξιώσαντι γάμον αὐτοῦ θυγατρός. ὁ δὲ Κάτων ἔλεγεν ὅτι χρήματα μὲν ἐκ Κύπρου τοσαῦτα τῇ πόλει συναγάγοι, μήτε ἵππον ἕνα μήτε στρατιώτην λαβὼν, ὅσα Πομπήϊος ἐκ πολέμων τοσούτων καὶ θριάμβων, τὴν οἰκουμένην κυκήσας, οὐκ ἀνήνεγκε. κηδεστὴν δὲ μηδέποτε προσελέσθαι Πομπήϊον, οὐκ ἀξιοῦν ἡγούμενος, ἀλλ' ὁρᾶν τὸν ἐν τῇ πολιτείᾳ διαφορά.
E Αὐτὸς μὲν γὰρ (ἔφη) διδομένης μοι μετὰ στρατηγίαν ἐπαρχίας, ἀπέστην· οὗτος δὲ τὰς μὲν ἔχει λαβὼν, τὰς δὲ δίδωσιν ἑτέροις. νυνὶ δὲ καὶ τέλος ἑξακισχιλίων ὁπλιτῶν δυνάμιν Καίσαρι κέχρηκεν εἰς Γαλατίαν, ἃ οὔτ' ἐκεῖνος ἤτησε παρ' ὑμῶν, οὔτε οὗτος ἔδωκε μθ' ὑμῶν, ἀλλὰ δυνάμεις τηλικαῦταις καὶ ὅπλα καὶ ἵπποι, χάριτες εἰσὶν ἰδιωτῶν καὶ ἀντιδόσεις. καλούμενος δὲ αὐτοκράτωρ καὶ στρατηγὸς, δήμοις τὰ στρατεύματα καὶ τὰς ἐπαρχίας παραδεδωκεν· αὐτὸς δὲ τῇ πόλει παρακάθηται, στάσεις ἀγωνοθετῶν ἐν ταῖς παραλείαις, καὶ θορύβοις μηχανώμενος, ἐξ ὧν οὐ λέληθε δι' ἀναρχίας μοναρχίαν ἑαυτῷ μηχανεύομενος. οὕτως μὲν ἠμύνατο τὸν Πομπήϊον. ὁ δὲ Μάρκος Φαώνιος, ἑταῖρος αὐτοῦ
F καὶ ζηλωτὴς, οἷος ὁ Φαληρεὺς Ἀπολλόδωρος ἱστορεῖται περὶ Σωκράτη γενέσθαι τὸν παλαιὸν, ἐμπαθὴς καὶ παρακλινικὸς πρὸς τὸν λόγον, οὐ κατέδω τοῦδε πρᾴως, ἀλλ' ἄκρατον αὐτοῦ καταφαίνοντο ὡς παρθένιον καὶ μανικώτερον. οὗτος ἀγορανομίαν μετιὼν ἡττᾶτο· συμπαρὼν δὲ ὁ Κάτων παρεσέχε τοῖς δέλτοις μιᾷ χειρὶ γεγραμμένοις,

καὶ τὴν κακοφυΐαν ἐξελέγξας, τότε μὲν ἐπικλήσει δημάρχων ἔλυσε τὴν ἀπάδειξιν· ὕστερον δὲ τοῦ Φαωνίου καταστάντος ἀγορανόμου, τά τε ἄλλα τῆς ἀρετῆς ἐπεμελεῖτο, καὶ τὰς θέας διεῖπεν τῷ θεάτρῳ, διδοὺς καὶ τοῖς θυμελικοῖς στεφάνους μὴ χρυσοῦς, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ὀλυμπίᾳ, κοτίνων· δῶρα δὲ ἀντὶ τῶν πολυτελῶν, τοῖς μὲν Ἕλλησι τεῦτλα καὶ θρίδακας, καὶ ῥαφανίδας καὶ ἀπίους· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις οἴνου κεράμια, καὶ κρέα ὕεια, καὶ σῦκα, καὶ σικύους, καὶ ξύλων ἀγκαλίδας· ὧν τὴν ὠφέλειαν οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δὲ ἡδυνόμενοι, τοῦ Κάτωνος ὃ αὐστηρὸν καὶ κατεσυμμένον ὁρῶντες, ἡσυχῇ μετέβαινον εἰς ἀθάχυσιν. τέλος δὲ ὁ Φαώνιος, εἰς τὸν ὄχλον ἐμβαλὼν ἑαυτὸν, καὶ καθεζόμενος ἐν τοῖς θεατοῖς, ἐκέκραγε τὸν Κάτωνα, καὶ διδόναι τοῖς δημεγέρσι καὶ ἀμφὶ ἑβόα, καὶ συμπαρεκάλει τοὺς θεατάς, ὡς ἐκείνῳ τὴν ἐξουσίαν ἐδεδώκοιεν. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ θεάτρῳ Κουρίων ὁ Φαωνίου συνάρχων ἐχορήγει πολυτελῶς. ἀλλ' ἐκεῖνον ἀπολιπόντες οἱ ἄνθρωποι, μετέβαινον ἐνταῦθα, καὶ συνεπαίζον τοῖς θύμασι, ὑποκρινομένῳ τῷ Φαωνίῳ τὴν ἰδιώτιν, καὶ τῷ Κάτωνι τὴν ἀγωνοθέτην. ἔπραττε δὲ ταῦτα, δεισύρων τὸ πρᾶγμα, καὶ διδάσκων ὅτι παίζοντα δεῖ τῇ παιδιᾷ χρῆσθαι, καὶ χάριν τοῦ δαπέμπειν ἀτύφῳ μᾶλλον ἢ τοῦ δεισιδαίμονος καὶ πολυτελείας, εἰς τὰ μηδενὸς ἄξια φρενῶν μεγάλας καὶ σπουδὰς καταπίπτειν. ἐπεὶ δὲ Σκιπίωνος καὶ Ψαίου καὶ Μίλωνος ὑπατείαν μετερχομένων, οὐ μόνον ἐκείνοις τοῖς σωφρόσι ἤδη καὶ συμπολιτευομένοις ἀδικήμασι, δωροδοκίαις καὶ δεκασμοῖς, ἀλλ' ἀπίκρους δι' ὅπλων καὶ φόνων εἰς ἐμφύλιον πόλεμον ὠθουμένων τόλμη καὶ ἀπονοίᾳ. Πομπήϊον λυὲς ἠξίουν ἀπιστῆναι τοῖς ἀρχαιρεσίαις, ὃ μὲν πρῶτον αὐτεῖπεν ὁ Κάτων, οὐ τοῖς νόμοις ἐκ Πομπηΐου φάμενος, ἀλλ' ἐκ τῶν νόμων Πομπηΐῳ δεῖν ὑπαρχὴν τὴν ἀσφάλειαν. ὡς δὲ πολὺν χρόνον ἀναρχίας οὔσης, καὶ τειῶν τραπεζῶν τὴν ἀγορὰν ὀσημέραι περιεχόντων, ὀλίγον ἀπέλειπεν ἀνεπίφατον γενομένην τὸ κακὸν, ἔγνω τὰ πράγματα περὶ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης εἰς Πομπήϊον ἐκτρεπόμενα χάριν τῆς βουλῆς πεῖσῆσαι, καὶ τῷ μετριωτάτῳ τῶν παρανομημάτων χρησάμενος ἰάματι τῆς τῶν μείζων καταστάσεως, τὴν μοναρχίαν ἐπαγαγέσθαι μᾶλλον, ἢ περιιδεῖν τὴν στάσιν εἰς μοναρχίαν τελευτῶσαν. εἶπεν οὖν ἐν τῇ βουλῇ γνώμην Βύβλος, ὢν οἰκεῖος Κάτωνος, ὡς χρὴ μόνον ἑλέσθαι Πομπήϊον ὕπατον. ἢ γὰρ ἔξειν καλῶς τὰ πράγματα, ἐκείνου καταστήσαντος, ἢ τῷ κρατίστῳ δουλεύσειν τὴν πόλιν. ἀνασὰς δὲ ὁ Κάτων, οὐδενὸς ἂν προσδοκήσαντος, ἐπῄνεσε τὴν γνώμην, καὶ συνεβάλετο πᾶσαν ἀρχὴν ὡς ἀναρχίας κρείττονα· Πομπήϊον δὲ καὶ προσδοκῶν ἀρίστα τοῖς παροῦσι χρήσεσθαι πράγμασι, καὶ φυλάξειν ἀναπιστευθέντα τὴν πόλιν. οὕτω δὲ ἀποδειχθεὶς ὕπατος ὁ Πομπήϊος, ἐδεήθη τοῦ Κάτωνος ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ πρασσόμενον. ἐλθόντα δὲ δεξάμενος φιλοφρόνως ἀσπασμοῖς καὶ δεξιώσεσι, καὶ χάριν ὁμολογήσας, παρεκάλει σύμβουλον αὐτῷ καὶ πρόεδρον εἶναι τῆς ἀρχῆς. ὁ δὲ Κάτων ἀπεκρίνατο, μήτε τὰ πρῶτα πρὸς ἀπέχθειαν εἰπεῖν Πομπηΐου, μήτε ταῦτα πρὸς χάριν, ἀλλ' ὅτι συμφέροντι πάντα τῆς πόλεως. ἰδίᾳ μὲν οὖν αὐτῷ παρακαλοῦντι σύμβουλος ἔσεσθαι, δημοσίᾳ δὲ, κἂν μὴ παρακαλῇ, πάντως ἐρεῖ τὸ φαινόμενον. καὶ ταῦτα ἔπραττεν ὡς εἶπε. πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι τοὺς δεκάσαντας ἤδη τὴν δημοβόρον τιμὴν καὶ δίκας μεγάλας τοῦ Πομπηΐου νομοθετοῦντος, ἀμελῆ ἐκέλευε τῶν γεγενῆσθαι, καὶ προσέχειν τοῖς μέλλοισιν. (οὔτε γὰρ ὅπου χρήσεται τὰ μεμαρτυρημένα ζητεῖν ὀείσας ῥᾴδιος,

A ac demonstrans fraudem, in præsentia quidem renunciationem eam tribunis appellatis circumduxit. Post Fauonio ædilicreato, cùm in cæteris magistratus muneribus præstò fuit, tum ludos eius in theatro curauit, deditq; coronas thymelicis non aureas, sed, vt Olympijs, ex oleastro: dona, loco magnificorum, Græcis betam, lactucã, raphanum, pira: Romanis vini amphoras, carnem suillam, ficus, cucumeres, lignorũ fasciculos: quorum vilitatem alij irridebant, alij oblectabantur, Catonis austeritatẽ & contractionem videntes transire sensim in remissionem. Postremò Fauonius

B immiscens se plebi atq; inter spectatores considẽs plausit Catoni: ac donaret honoraretq; merentes clamauit, testatusque spectatores est in illius potestate se omnia posuisse. In altero theatro collega Fauonij Curio splendidũ exhibebat munus. Spectatores tamẽ relicto illo huc transierunt applauseruntq; effusè agenti Fauonio priuatum & Catoni agonothetem. Hæc designauit quò ei rei obtrectaret, doceretq; ludentem oportere ludo vti, ac benignitate potius defungi communi quàm apparatibus & sumptibus, in rebus nihili magnas curas & solicitudines ponentes. Quum Scipio, Hypsęus & Milo consulatum peterent, nec solum re-

C ceptis illis iam atq; vsitatis improbitatibus, largitionibus & corruptionibus, sed propalàm per arma & cædes in bellum ciuile ruerent amentia & audacia, atq; ideo Pompeium quidam præponere vellẽt comitijs: primùm repugnauit Cato, negans legibus ex Pompeio, sed ex legibus debere Pompeio suppetere securitatem. Vt verò per diuturnũ interregnum & tribus exercitibus forũ quotidie obsidentibus parum abfuit quin malum sisti non posset, statuit ante vltimã necessitatem summam rerum spontaneo senatus beneficio conferre in Pompeium, & quam minimo malo pro medicina

D vtens ad maximas componẽdas, dominatum inuehere potius quam permittere vt seditio terminaret in dominatum. Igitur Bibulus Catonis necessarius sententiã dixit, Pompeium solum cõsulem creandum. aut enim remp. eum ordinaturum rectè, aut ciuitatem optimo seruituram. Vnde surgens Cato eam sententiam præter omnium expectationem probauit, docuitque quodvis imperium præstare quàm vacare magistratibus ciuitatem. Pompeium etiam expectare se optime vsurum potestate, & concreditam sibi rempublicam

E conseruaturum. Ita consul Pompeius declaratus Catonem orauit vt in subvrbium veniret ad se. quem, vt venit, excepit benigne salutationibus & complexibus, gratijsque actis rogauit vt consilio adesse sibi & præesse vellet in consulatu. Respondit Cato neque prima odio se dixisse Pompeij, neque hæc studio, sed omnia boni publici causa. Priuatim igitur petenti consilium daturum, publicè etiamsi non petat, omnino dicturum quod sibi esset visum. Atque hæc vt dixit, ita egit. Primùm namque aduersus eos qui pecuniam in populo pronunciauerant, nouas mulctas & pœnas graues paranti promulgare Põpeio, omittere con-

F suluit præterita & prouidere in futurum. Haud enim vbi præteritis peccatis subsisteret excutiẽdis,

procliue futurum ſtatuere: & ſi recentiores ſanciantur mulctæ offenſis, iniuriam paſſuros hos ſi, quam non violauerunt, neque perruperunt legem, ea puniantur. Deinde quum multi rei fierent clari viri, aliqui etiam Pompeij amici & neceſſarij, animaduertens multis conniuentem & remiſſum, increpauit acriter & excitauit eum. Quum verò laudationes, quæ dici pro reis ſolebant, ipſe Pompeius lege interdixiſſet, & Munatio Flacco ſcriptam dediſſet in iudicio laudationem: obthurans Cato manibus aures, (erat enim inter iudices) prohibuit illud teſtimonium recitari. At Flaccus ex iudicibus eum poſt actiones reiecit, nec minus eſt damnatus. Omnino verò curã præbebat Cato reis ancipitem atque implicatam: quòd neque relinquere vellent eum iudicem, neque auderent reijcere. Multi enim euerſi iudicio ſunt, quòd Catonem declinare, non niti innocentia putarentur. Nonnullos etiam nominabant inſectatores, velut magnum probrum, quòd Catonem iudicem repuliſſent obijciẽtes. Porrò quum ipſe Cæſar legionibus Gallicis incubaret, & armis inſiſteret, dona autem, largitionẽ & amicos potiſſimum adhiberet ad vrbanam potentiã, iam præmonita Catonis excitabant Pompeium ex ſecuritate magna priore ſomniantem periculum. Quia verò nimium erat lentus & ſegnis ad obſiſtendũ Cæſari, atq; ad rem aggrediendam, conſtituit Cato conſulatum petere, vt confeſtim Cæſari arma extorqueret, aut denudaret eius conſilia. Competitores Catonis ambo boni viri erant: Sulpitius etiam multum ex Catonis in rep. autoritate & opibus acceperat emolumenti. quare habebatur non boni neq; grati viri officio fungi. nihil eſt tamen offenſus. Quid eſt enim, inquit, miri, ſi quod quis ſummum arbitratur bonum non concedat alteri? Suaſit autem ſenatui decernere candidati populũ vt per ſe prenſarent, nec per alium rogarẽt vel appellarent pro ſe circumeuntes. Quare exaſperauit multo magis homines, quod non modo mercedẽ capiẽdam, verùm etiam beneficij ipſis collationẽ adimens, inopem ſimul & contemptam plebem efficeret. Adhæc quum nec ad ambiendum eſſet pro ſe ipſe appoſitus, verùm in grauitate mallet morum ſuorum retinere dignitatem, quàm amplitudinẽ acquirere conſulatus, atq; ſic prenſans, neq; amicis permittẽs facere ea quibus ducitur & capitur multitudo, repulſam conſulatus tulit. quæ res quum adferre ſolita eſſet non ipſis modò præteritis, ſed & eorum amicis familiariburſque permultos dies cum aliquo rubore triſtitiam ac mœrorem: adeò eum caſum tulit lentè, vt vnctus pila ludere in comitio, & à prandio rurſus in forũ more ſuo ſine calceis & abſque tunica deſcendens deambularet cum familiaribus. Culpat eum Cicero, quòd quum reſp. talem conſulem deſideraret, non incubuerit ſedulò, nec comiter populum ſubierit, ſed & elanguerit in futurum obtorpueritque, quamuis præturam iterum petiſſet. At Cato prætura reſpondit ſe non plebis voluntate, ſed ea vi compulſa vel redempta fuiſſe deiectum: in comitijs verò conſularibus, quum fraus nulla interceſſiſſet, populum cognoſſe ſibi offenſum ob eoſdẽ mores: quos neq; immutare aliorum gratia,

A ἐάν τε νεώτερα γράφηται τῶν ἀδικημάτων ἐπιτίμια, δεινὰ πείσεσθαι, τοῦτον οὐ παρέβαινον οὔτ' ἠδίκουν νόμον οὔτε τοῦτον κολαζομένους) ἔπειτα, πολλῶν κρινομένων ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, οἰκείων δὲ καὶ φίλων τοῦ Πομπηΐου καὶ οἰκείων, ὁρῶν αὐτὸν ἐνδιδόντα καὶ πολλοῖς καὶ κατατρόμενον, ἐπετίμα σφοδρῶς καὶ διήγειρεν. ἐπεὶ δὲ νόμῳ τοὺς εἰωθότας λέγεσθαι περὶ τῶν κρινομένων ἐπαίνους, αὐτὸς ἀφελὼν, Μουνατίῳ Φλάκκῳ συγγράψας ἔπαινον ἐπὶ τῆς δίκης ἔδωκεν, ἐπιτρόμενος ὁ Κάτων τὰ ὦτα ταῖς χερσὶν (ἔτυχε γὰρ δικάζων) ἐκώλυεν ἀναγινώσκεσθαι τὴν μαρτυρίαν. ὁ δὲ Φλάκκος ἀπέλυσεν αὐτὸν ἐκ τῶν δικαστῶν μετὰ τοὺς λόγους, καὶ οὐδὲν ἧττον ἥλω. καὶ ὅλως ἄπορον ἦν πρᾶγμα καὶ δυσμεταχείριστον ὁ Κάτων τοῖς φεύγουσι, μήτε βουλομένοις αὐτὸν ἀπολιπεῖν δικαστὴν, μήτε ἀπολέγειν τολμῶσιν. ἥλωσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι, τὸν Κάτωνα φεύγειν δόξαντες, οὐθαρρεῖν τοῖς δικαίοις. ἐνίοις δὲ καὶ προσῆφεν οἱ λοιδορούμενοι, ὡς ὄνειδος μέγα, τὸ μὴ δέχεσθαι κριτὴν Κάτωνα, προτεινόμενοι. ἐπεὶ δὲ Καῖσαρος αὐτοῦ μὲν ἐμπεφυκότος τοῖς στρατεύμασιν ἐν Γαλατίᾳ, καὶ τῶν ὅπλων ἐχομένου, δώροις δὲ καὶ χρήμασι καὶ φίλοις μάλιστα πρὸς τὴν ἐν τῇ πόλει χρωμένου δυνάμει, ἤδη μὲν αἱ Κάτωνος προαγορεύσεις ἀνέφερον τὸν Πομπήϊον ἐκ πολλῆς ἤδη τῆς πρόσθεν ἀπιστίας, ὑπνοῦντα τὸ δεινόν· ἐπεὶ δὲ νῦν ὄκνου καὶ μελλήσεως ἀπόλμου πρὸς τὸ κωλύειν καὶ ἐπιχειρεῖν τὴν πόλεως, ὥρμησεν ὁ Κάτων ὑπατείας προσαγορεύειν, ὡς ἀφαιρησόμενος αὐτοῦ τὰ ὅπλα τοῦ Καίσαρος, ἢ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξελέγξων. οἱ δὲ ἀντιπροσαγορεύοντες αὐτῷ, ἐρρίπτουν μὲν ἦσαν ἀμφότεροι, Σουλπίκιος δὲ, καὶ πολλὰ τῆς τοῦ Κάτωνος ἐν τῇ πόλει δόξης τε καὶ δυνάμεως ἀπολελαυκώς· οὐ μέτριον οὖν ἐδόκει πρᾶγμα ποιεῖν, οὐδὲ ἀνεκτόν· οὐ μὴν ὅγε Κάτων ἐνεκάλει. Τί γὰρ (ἔφη) θαυμαστὸν, εἰ ὅς νομίζει τῶν ἀγαθῶν μέγιστον, ἑτέρῳ μὴ παρείκοι; πείσας δὲ τὴν βουλὴν ψηφίσασθαι τοὺς μετιόντας τὴν ἀρχὴν, αὐτοὺς δεξιοῦσθαι τὸν δῆμον, δι' ἑτέρου δὲ μὴ δεῖσθαι, μηδὲ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύοντα, ἔτι μᾶλλον ἐξηγείρατε τοὺς ἀνθρώπους· εἰ μὴ μόνον τὸ λαβεῖν μισθὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ διδόναι χάριν αὐτοὺς ἀφῃρημένος, ἄπορον καὶ ἄπιμον ὁμοῦ τὸν δῆμον πεποίηκε· πρὸς δὲ τούτῳ μήτε αὐτὸς ἐντυχεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ πιθανὸς ὤν, ἀλλ' ἐν ἅπασι τὸ τοῦ βίου μᾶλλον ἀξίωμα βουλόμενος φυλάττειν, ἢ προσλαβεῖν τὸ τῆς ἀρχῆς, ποιούμενος τὰς δεξιώσεις, μήτε τοὺς φίλοις ἐάσας οἷς ὄχλος ἁλίσκεται καὶ θεραπεύεται, ποιεῖν ἀπέτυχε τῆς ἀρχῆς. φέροντος δὲ τοῦ πράγματος οὐκ αὐτοῖς μόνοις τοῖς ἀποτυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ φίλοις αὐτῶν καὶ οἰκείοις, συνῆν ἀθυμία τινὶ, κατήφεια καὶ πένθος ἐφ' ἡμέρας πολλὰς, οὕτως ἐνέγκε ῥᾳθύμως τὸ συμβεβηκὸς, ὥστε διῃφαίνετο μὴ ἐν τῷ πεδίῳ σφαιρίσας, μετ' ἄρριστον δὲ πάλιν, ὥσπερ εἴθισται, καταβὰς εἰς ἀγορὰν ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων, περιπατῆσαι μετὰ τῶν συνήθων. ἀπιστοῦντα δὲ Κικέρων ὅτι τῶν πραγμάτων ἄρχοντος τοιούτου δεομένων, οὐκ ἐποιήσατο σπουδὴν, οὐδὲ ἐπῆλθεν ὁμιλίᾳ φιλανθρώπῳ τὸν δῆμον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἐξέκαμε καὶ ἀπηγόρευσε, κἀκεῖνο τὴν στρατηγίαν αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς μετελθών. ἔλεγον οὖν ὁ Κάτων ὅτι τῆς μὲν στρατηγίας οὐκ ἀλλὰ γνώμην ἐξέπεσε τῶν πολλῶν, ἀλλὰ βιασθέντων, ἢ δι' ἀφθαρέντων· ἐν δὲ ταῖς ὑπατικαῖς ψήφοις μηδεμιᾶς κακουργίας γενομένης, ἔγνω καὶ τῷ δήμῳ προσκεκρουκὼς δι' αὐτὸν τοῦτον, οὐ οὔτε μεταθέσθαι πρὸς ἑτέρων χάριν,

οὔτε χρώμενον ὁμοίῳ, πάλιν ὅμοια παθεῖν, νοῦν ἔχοντος ἀνδρός ἐστιν. τοῦ δὲ Καίσαρος ἐμβαλόντος εἰς ἔθνη μάχιμα, καὶ τοὺς βαρβάρους κρατήσαντος, Γερμανοῖς δὲ καὶ σπονδὰς ἡγουμένων, δοκιμῶντος ὁπότερα δεῖ καὶ καταβαλεῖν τετρακόσια μυριάδας, οἱ μὲν δημοτικοὶ τὸ δῆμον ἠξίουν διαλλαγὴν δοῦναι· ὁ δὲ Κάτων οὐκ ἔᾳ διδόναι τὸ Καίσαρα τοῖς παρανομηθεῖσι, καὶ μὴ βέπειν εἰς αὐθις μηδὲ δυσαρέσκεσθαι τὸ ἄρος εἰς τὴν πόλιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς (ἔφη) θύομεν, ὅτι τῆς τοῦ στρατηγοῦ μανίας καὶ ἀπονοίας τὴν δίκην εἰς τοὺς στρατιώτας οὐ βέποιεν, ἀλλὰ φείδονται τῆς πόλεως. ἐκ τούτου Καῖσαρ ὑπεσολίου γράψας ἀπέστελλεν εἰς τὴν σύγκλητον. ὡς δὲ ἀνεγνώσθη βλασφημίας πολλὰς ἔχουσα καὶ κατηγορίας τοῦ Κάτωνος, ἀπαστὰς ἐκεῖνος, οὐχ ὡς ὀργῆς οὐδὲ φιλονεικίας, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ λογισμοῦ καὶ τοῦ δικαίου, τὰ μὲν εἰς ἑαυτὸν ἐγκλήματα λοιδορίας καὶ σκώμματιν ὅμοια, καὶ παιδιὰν ἄλινα καὶ βωμολοχίαν τοῦ Καίσαρος ἀπεδέξεν. ἀψάμενος δὲ τῶν ἐκείνου βουλευμάτων ἀπ' ἀρχῆς, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, ὥσπερ οὐκ ἐχθρὸς, ἀλλὰ συνωμότης καὶ κοινωνὸς ἐκκαλύψας, καὶ διδάξας ὡς οὐ Βρετταιανὸν, οὐδὲ Κελτῶν παῖδας, ἀλλ' ἐκεῖνον αὐτὸν (εἰ σωφρονοῦσιν) φοβητέον ἐστὶν αὐτοῖς, οὕτως ἐπέστρεψε καὶ παρώξυνεν, ὡς τοὺς φίλους τοῦ Καίσαρος μετανοῆσαι ὅτι τὴν ὑπεσολίου δυσαρεστοῦντες ἐκ τῆς βουλῆς, κρείττον τῶν Κάτωνι λόγων δικαίων καὶ κατηγορικῶν δεηθῶν παρέμενον. ἐκυρώθη μὲν οὖν οὐδὲν, ἀλλ' ἐλέχθη μόνον ὅτι καλῶς ἔχει, διάδοχον Καίσαρι δοθῆναι. τῶν δὲ φίλων ἀξιούντων, καὶ Πομπήιον ἐξ ἴσου τὰ ὅπλα καταθέσθαι, καὶ ἀποδοῦναι τὰς ἐπαρχίας, ἢ μηδὲ Καίσαρα, νῦν ἐκεῖνα βοῶν ὁ Κάτων ἃ προεῖλετο αὐτοῖς, ἥκειν, καὶ βιάζεσθαι τὸ δημοτικὸν, ἀναφανδὸν ἤδη τῇ δυνάμει χρώμενον ἐν ἔργῳ ἐξαπατῶν καὶ φενακίζων τὴν πόλιν· ἔξω μὲν οὖν οὐδὲν ἐποίησε, τοῦ δήμου θέλοντος ἀεὶ τὸ Καίσαρα μέγιστον εἶναι, τὴν δὲ σύγκλητον εἶχε πειθομένην καὶ φοβουμένην τὸ δῆμον. ὡς δὲ Ἀρίμινον κατείληπτο, καὶ Καῖσαρ κατηγγέλετο μετὰ στρατιᾶς ἐλαύνειν ὅτι τὴν πόλιν, ἐνταῦθα δὴ πάντες ἐπ' ἐκεῖνον ἀφεώρων, οἵ τε πολλοὶ καὶ Πομπήιος, ὡς μόνον μὲν ἐξ ἀρχῆς προαισθόμενον, πρῶτον δὲ φανερῶς προειπόντα τὴν Καίσαρος γνώμην. εἶπεν οὖν ὁ Κάτων, Ἀλλ' εἴ γε οἷς ἐγὼ προὔλεγον ἀεὶ καὶ συνεβούλευον ἐπείθησθε ἡμῖν, ἄνδρες, οὔτ' ἂν ἕνα ἐφοβεῖσθε νῦν, οὔτε σὺ ἑνὶ τὰς ἐλπίδας εἴχετε. Πομπηίου δὲ εἰπόντος, μαντικώτερα μὲν εἰρῆσθαι Κάτωνι, φιλικώτερα δὲ αὐτῷ πεπρᾶχθαι, συνεβούλευεν ὁ Κάτων ἑνὶ Πομπηίῳ τὰ πράγματα τὴν σύγκλητον ἐγχειρίσαι. τῶν δὲ αὐτῶν εἰ καὶ ποιοῦν τὰ μεγάλα κακὰ καὶ παύειν. ὁ μὲν οὖν Πομπήιος οὔτε δυνάμιν ἔχων ἑτοίμην, οὔτε οἷς κατέλεγε τότε προθύμοις ὁρῶν, ἐξέλιπε τὴν Ῥώμην. ὁ δὲ Κάτων ἕπεσθαι καὶ συμφεύγειν ἐγνωκὼς, τὸν μὲν νεώτερον υἱὸν εἰς Βρεττίους ἐπεξέθετο πρὸς Μουνάτιον, τὸν δὲ πρεσβύτερον εἶχε σὺν ἑαυτῷ. τῆς δὲ οἰκίας καὶ τῶν θυγατέρων κηδεμόνος δεομένων, ἀνέλαβε πάλιν τὴν Μαρκίαν χηρεύουσαν ὅτι χρήμασι πολλοῖς. ὁ γὰρ Ὁρτήσιος θνήσκων ἐκείνῳ ἀπέλιπεν κληρονόμον. εἰς ὃ δὴ μάλιστα λοιδορούμενος ὁ Καῖσαρ, τῷ Κάτωνι φιλοπλουτίαν προσφέρων καὶ μισθαρνίαν ὅτι τὸν γάμον. Τί γὰρ ἔδει τὸν δεχωρεῖν δεόμενον γυναικὸς, ἢ τί, μὴ δεόμενον, αὖθις ἀναλαμβάνειν; Εἰ μὴ δέλεαρ ἐξ ἀρχῆς ὑφείη τὸ γάμον Ὁρτησίῳ, καὶ νέαν ἔλκοιεν, ἵνα πλουσίαν ἀπολάβῃ; πρὸς μὲν οὖν ταῦτα μετρίως ἔχει τὸ Εὐριπίδειον ἐκεῖνο,

A neq; paribus vtentem pariter denuò incurrere viri foret cordati. Porrò quum Cæsar nationibus bellicosis arma mouisset, easq; magno cum periculo vicisset, Germanos etiam pace adortus esse videretur, & strauisset trecenta millia: alij supplicationem à populo censebant decernandam: Cato verò Cæsarem violatis dedẽdum dixit pro sententia, ne in se verterent piaculum, vel obstringerent religione ciuitatem. verumtamẽ dijs, inquit, honor habeatur: quòd insaniæ & flagitij ducis pœnam non in milites vertant, sed parcant ciuitati nostræ. Hinc literas Cæsar ad senatum plenas
B conuitiorum & probrorum in Catonem misit, quibus recitatis surgens ille, non stomachose neque contentiose, verùm quasi cogitato & præmeditato quæ sibi obiecta essent, ea probrorum & dicteriorum similia derisionemq; quandam & cauillationem ostendit Cæsaris esse. Inde exorsus, illius à fonte consilia mentemq; omnẽ, non sicut inimicus, sed coniuratus & socius detegens, demonstransq; non Britannos neq; Gallos ipsis, verùm ipsum illum esse, si saperent, formidandum: vsq; eò commouit concitauitq; senatum vt pœniteret amicos Cæsaris quòd Catoni lecta in senatu
C Cęsaris epistola iustæ querelæ & verorum criminum dedissent occasionem. At nihil quidem tunc decretum est: tantum iactatum, ex re esse vt successor Cæsari mitteretur. Postulantibus Cæsaris amicis vt ab exercitibus ęquè discederet Pōpeius, redderetq; prouincias, aut nec cogi Cæsarẽ: nunc illa vociferatus Cato est quæ prædixerat ipsis, venire & vim illum adferre, non obscure iam vires vsurpantem quas imponendo & decipiendo ciuitatem comparasset. Extra curiam autẽ quòd populus quamamplissimum Cæsarem vellet, nihil effecit. Senatus præbebat ei aures, sed timebat populum. Vt Ariminum occupauit Cæsar, & cum
D exercitu ad vrbem nunciatus est contendere: ibi omnes in illum & populus & Pompeius intenderunt oculos: quòd vnus à principio præsensisset & Cæsaris consilia primus apertè prænunciasset. Ait igitur Cato, Si monitis & consilijs meis aliquis vestrum Patres Conscripti paruisset, nunc vnum nõ timeretis, nec in vno spem reponeretis. Quum diceret Pompeius melius Catonem diuinasse, se verò egisse amicius: consuluit Cato vt vni Pompeio senatus summam rerum permitteret. Nam eorundem esse & facere magna mala & comprimere. Pompeius, quòd nec copias paratas haberet,
E nec quas conscripserat videret alacres, deseruit vrbem. Cato sequi & comitari fugientem certum habens, minorem filium clàm in Brutios misit ad Munatium, maiorem traxit secum. Quia verò domus eius & filiæ curatorem requirebant, accepit iterum Martiam viduam cum grandi dote. siquidem Hortensius eam moriens reliquerat hæredem. Quod præcipue obiectans Cæsar Catoni improperat ei auaritiam, & mercenarium maritum appellat. Quid enim concedere eam opus erat, inquit, alteri, si requirebat vxorem? aut si non requirebat, iterum recipere, nisi esca ab initio hęc
F mulier submissa Hortensio fuisset, & iuvenem commodasset vt reciperet diuitem? Ad id refellendum satis quadrat Euripideum illud,

Primum nefanda redarguam. Nefas enim est
Labem timoris exprobrarier Herculi.

quippe perinde sit ac Herculi mollitiem obijcere, exprobrare turpem questũ Catoni. Quòd si aliàs hę improbandæ sunt nuptiæ, id ęstimandum. Nam vt adiunxit matrimonio Martiam, domum commisit ei & filias suas, sequutusq; est Pompeiũ. Ea ea die dicitur neq; capillum neq; barbam tondisse, neq; coronam sumpsisse: luctus, mœstitiæ, doloris ob calamitatem patrię vnũ habitum, siue vincerent, siue vincerentur, retinuisse vsq; ad extremum. Siciliam tunc sortitus Syracusas traiecit. Quum nunciatum ei esset missum ab hostibus Asinium Pollionem appulisse cum exercitu Messanam, misit ad eum quæsitum quamobrem eò traiecisset. Quum ille ex altera parte requisiuisset ab eo quis autor mouendi belli fuisset, nunciatoq; Pompeium Italia semel relicta Dyrrachij castra habere, magnã ait esse prouidentię deorum perplexitatem & incertitudinem: quòd Pompeium, vbi nihil sani vel recti egisset, inuictũ: nunc quum patriam cupiat seruare & libertatẽ tueri, deseruisset felicitas. Atq; Asinium quidem potuisse ostendit se Sicilia expellere: cæterùm quia maiores copiæ subueniebant illi, noluisse eam insulam bello implicare. Ita Syracusanos monuit adiungerent se fortioribus & saluti consulerent. mox abnauigauit. Postquam ad Pompeium venit, in vna perstitit sententia, bellum ducendum esse, pacem sperans, nolensq; certamine accisam ciuitatem ferroque decernentem ab se ipsam extrema mala pati. Alia his consimilia Pompeio & cõcilio autor fuit decernendi, vt ne quam vrbem populo Romano pacatam diriperent, neq; ciuem Romanum extra aciem interficerent. Hac re gloriam comparauit magnam, multosq; partibus associauit Pompeij humanitate & lenitate sua captos. In Asiam missus, vt cogentes illic nauigia & milites adiuvaret, duxit secum sororem Seruiliam, atque natum ex ea Luculli filium. quippe adhæsit ei vidua: quæ impudicitiæ crimina multum eleuauit, quòd Catonis se custodiæ, peregrinationibus & contubernio vltrò subiecisset. Atqui Cæsar ne illam quidẽ abstinuit Catoni exprobrare. Cæteris nihil sanè duces Pompeij Catonem adhibuere. Rhodios benevolentia adiunxit. apud quos Seruilia cum filio relicta, ad Pompeium reuersus est, quum esset iam ille egregijs pedestribus & naualibus viribus succinctus. Hìc maxime denudasse mentem suam apparet Pompeium. siquidem statuit classi præficere Catonem. Erant naues bellicæ haud intra quingentas: liburnicarum, speculatoriarum, & apertarum immensus numerus. Mox autem reputans aut edoctus ab amicis, hoc caput esse in omnibus actionibus suis Catoni, vt vndequaq; liberaret remp. vnius dominatu: qui si virium tantarũ factus potens esset, quo die superassent Cęsarem, eodẽ coacturum eum arma Pompeium ponere ac legibus parêre, mutauit sententiã, tametsi ea de re iam fuisset cũ eo colloquutus, imposuitq; classi Bibulum. Nihilo ob id tamen promptitudinem sensit Catonis languidiorem. Imo verò quum ad conflictũ quẽdam apud Dyrrhachium,

A Πρᾶτα μὲν οὖν τὰ ῥητὸ· ὃν ἀῤῥήτοισι γὰρ
Τῷ σὴν νομίζω δειλίαν ὦ Ἡράκλεις. ὅμοιον γὰρ ἐστι
τῷ Ἡρακλεῖ μαλακίαν ὀνειδίζειν, καὶ κατηγορεῖν αἰχροκέρδειαν Κάτωνος. εἰ δὲ δὴ πᾶν μὴ καλῶς πέπρακται περὶ τὸν γάμον, ἐπισκεπτέον. ἐξυπισάμενος γὰρ τὴν Μαρκίαν ὁ Κάτων, καὶ τὸν οἶκον ἐπιτρέψας ἐκείνῃ, καὶ τὰς θυγατέρας, αὐτὸς ἐδίωκε Πομπήϊον. ἀπ' ἐκείνης δὲ λέγεται τῆς ἡμέρας, μήτε κεφαλὴν ἐπικείρασθαι, μήτε γένυν, μήτε στέφανον ἐπιθέσθαι, πένθους δὲ καὶ κατηφείας καὶ βαρύτητος ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς τῆς πατρίδος, ἓν χῆμα νικώντων ὁμοίως καὶ νικωμένων, ἄχρι τελευτῆς διαφυλάξαι. τότε δὲ κληρωσαμένου Σικελίαν, διέβη μὲν εἰς Συρακούσας· πυθόμενος δὲ Ἀσίνιον Πολλίωνα παρὰ τὴν πολεμίων ἀφῖχθαι μετὰ δυνάμεως εἰς Μεσσήνην, ἔπεμψε, λόγον ἀπαιτῶν παρ' αὐτοῦ τῆς διαβάσεως. ἀνταπαιτηθεὶς δὲ λόγον τοῦ ἐκείνου τῆς τῶν πραγμάτων μεταβολῆς, καὶ Πομπήϊον ἀκούσας ἐκλελοιπότα πανστελεῖ Ἰταλίαν, ἐν Δυῤῥαχίῳ στρατοπεδεύειν, πολλὰ ἔφη τοῦ τὰ θεῖα πλάνον εἶ) καὶ ἀσάφειαν, εἰ Πομπήϊον, ἐν οἷς οὐδὲν ὀρθὸν οὐδὲ δίκαιον ἔπραττεν, ἀήττητον γενόμενον· νῦν ὅτε τὴν πατρίδα βούλεται σώζειν, καὶ τὴν ἐλευθερίας ἐπιφέρεται, τοῦ λείπεται δυστυχεῖν. Ἀσίνιον μὲν οὖν ἔφη δυνατὸς εἶ) Σικελίας ἐκβαλεῖν, δυνάμεις δὲ μείζονος ἐπιφερομένης δυνάμεως, οὐ βούλεσθαι τὴν νῆσον ἐν πολέμῳ ἀπολέσθαι. χωρεῖν δὲ τοὺς κρατοῦν καὶ σώζεσθαι παραινέσας Συρακουσίοις, ἐξέπλευσεν. ἀφικόμενος δὲ πρὸς Πομπήϊον, ἀεὶ μὲν εἶχετο μιᾶς γνώμης, χρονοτριβεῖν τὸν πόλεμον· ἐλπίζων διαλύσεις, καὶ μὴ βουλόμενος ἐν ἀγῶνι χείρω γενομένῳ τὴν πόλιν αὐτὴν ὑφ' αὐτῆς παθεῖν τὰ ἔσχατα σιδήρῳ διακριθεῖσαν, ἀλλὰ δὲ τούτων ἀδελφὰ Πομπήϊον ἔπεισε καὶ τοὺς συνέδρους ψηφίσασθαι, μήτε πόλιν ὑπήκοον Ῥωμαίων διαρπάζειν, μήτε ἄνδρα Ῥωμαῖον ἔξω παρατάξεως ἀναιρεῖν· καὶ δόξαν ἐνέδωκε, καὶ προσηγάγετο πολλοὺς τῇ Πομπήϊου μερίδι, τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἥμερον ἀσπασαμένους. ἐκπεμφθεὶς δὲ εἰς Ἀσίαν, ὡς τοῖς ἐκεῖ συνάγοντι πλοῖα καὶ στρατιὰν ὠφέλιμος γένοιτο, Σερβιλίαν ἐπηγάγετο ἀδελφιδῆν, καὶ τὸν Λουκούλλου παῖδιον ἐξ ἐκείνης γεγονός. ἠκολούθησε γὰρ αὐτῷ χηρεύουσα, καὶ πολὺ τοῦ εἰς τὸν ἀκόλαστον αὐτῆς διαβολὰν ἀφεῖλεν, ὑποδυσα τὴν ὑπὸ Κάτωνι φεύγειν καὶ πλαίειν καὶ διαιτᾶν ἐκουσίως. ἀλλ' ὅγε Καῖσαρ οὐδὲ τοῦ ἐν ἐκείνῃ βλασφημεῖν τὸν Κάτωνος ἐφείσατο. πρὸς μὲν οὖν τὰ ἄλλα, τὸν Κάτωνος οὐδὲν (ὡς ἔοικεν) ἐδεήθησαν οἱ Πομπήϊου στρατηγοί· Ῥοδίοις δὲ πείθει προσαγαγόμενος, καὶ τὴν Σερβιλίαν αὐτόθι καὶ τὸν παῖδιον ἀπολιπών, ἐπεδημήθη πρὸς Πομπήϊον, ἤδη πεζικῆς τε λαμπρᾶς καὶ ναυτικῆς δυνάμεως περὶ αὐτὸν οὔσης ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα τῆς γνώμης κατάφωρος ἔδοξε γεγενέναι Πομπήϊος. ὥρμησε μὲν γὰρ ἐγχειρεῖσαι τῷ Κάτωνι τὴν τῶν νεῶν ἡγεμονίαν· (ἦσαν δὲ πεντακοσίων μὲν οὐκ ἐλάττους αἱ μάχιμοι, λιβυρνικὰ δὲ καὶ κατασκοπικὰ καὶ ἄφρακτα, παμπληθῆ) τάχυ δὲ ἐννοήσας ἢ διδαχθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων, ὡς ἓν ἐστι κεφάλαιον Κάτωνι, πάσης πολιτείας ἐλευθεροῦσαν τὴν πατρίδα, κἂν θύνναν κύριος τηλικαύτης δυνάμεως, ἧς αὐτὴ μέρας κατεγωνίσωνται Καῖσαρ, τῆς αὐτῆς ἐκείνης ἀξιώσει καὶ Πομπήϊον τὰ ὅπλα καταθέσθαι, καὶ τοῖς νόμοις ἕπεσθαι, μετέγνω, καίτοι ἤδη διειλεγμένος αὐτῷ, καὶ Βύβλον ἀπέδειξεν ναύαρχον. οὐ μὴν ἠδεπί γε τοῦδε τοῦτο τῆς προθυμίας τὸν Κάτωνος ἀμβλυτέρας· ἀλλὰ καὶ λέγεται πρὸς ἕνα μάχιμον περὶ τὸν Δυῤῥαχίου,

αὐτός τε Πομπηίου παρορμῶντος τὴν δύναμιν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἡγεμόνων εἰπεῖν τι καὶ προτρέψασθαι κελεύοντος, ἀρχὴν καὶ σιωπὴν τοῖς τραπεῖσι ἀκούειν· Κάτωνος δὲ μὴ πόλεμος, ὅσα καιρὸν εἶχε τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας ἀκούειν λεγομένων περὶ ἐλευθερίας καὶ ἀρετῆς καὶ θανάτου καὶ δόξης, διεξιόντος αἰσθαθῆς, καὶ τελευτῶντα τρέψαντος τὸν λόγον εἰς θεῶν δυάκλησιν, ὡς παρόντων καὶ ἐφορώντων τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγῶνα, τηλικοῦτον ἀλαλαγμὸν γενέσθαι καὶ θόρυβον κίνημα τῆς στρατιᾶς ἐπαρθείσης, ὥστε πόνους ἐλπίδων μεστοὺς ὑπὲρ τὸν κίνδυνον ὁρμῆσαι τοὺς ἡγεμόνας. τρεψαμένων δὲ καὶ κρατησάντων ἀφείλετο τὴν πανταχοῦ νίκην ὁ Καῖσαρος δαίμων, τῇ δὲ Πομπηίου χρησάμενος δυλαβείᾳ καὶ ἀπιστίᾳ περὶ τὸ δυτύχημα. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς περὶ Πομπηίου γέγραπται. χαιρόντων δὲ πόνων καὶ μεγαλυνόντων τὸ ἔργον, ὁ Κάτων ἀπεδάκρυε τὴν πατρίδα, καὶ τὴν ὀλέθριον καὶ κακοδαίμονα φιλαρχίαν ὠδύρετο, πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὁρῶν πολίτας ὑπ' ἀλλήλων πεπτωκότας. ἐπεὶ δὲ Καῖσαρα διώκων Πομπήιος εἰς Θεσσαλίαν ἀνεζεύγνυε, πολλὰ καταλιπὼν περὶ Δυρράχιον ὅπλα καὶ χρήματα καὶ σώματα συγγενῆ καὶ οἰκεῖα, πόνων ἀπέδειξεν ἡγεμόνα καὶ φύλακα τὸν Κάτωνα, πεντεκαίδεκα σπείρας ἔχοντα στρατιωτῶν, δι' ἀπιστίαν ἅμα καὶ φόβον τοῦ ἀνδρός. ἡττωμένῳ μὲν γὰρ, πόνων εἶναι βεβαιότατον ἐνόμιζεν· εἰ δὲ νικῴη, μὴ ὑπερέψειν παρόντα χρησάσθαι τοῖς πράγμασιν, ὡς προείρηται. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ὑπατικῶν ἀνδρῶν ἀπεῤῥίφησαν εἰς Δυῤῥάχιον μετὰ Κάτωνος. γνωμένης δὲ τῆς κατὰ Φάρσαλον ἥττης, οὕτως ἔφη τοῖς λογισμοῖς ὁ Κάτων, ὡς εἰ μὲν τεθνήκοι Πομπήιος, εἰς Ἰταλίαν τοὺς σὺν αὐτῷ διαμώσων, αὐτὸς δὲ προσωτάτω τῆς τυραννίδος ὑπὲρ φυγῆς βιωσόμενος. εἰ δὲ σώζοιτο, πόνοις ἐκείνῳ διαφυλάξων τὴν δύναμιν. οὕτω δὴ διαβαλὼν εἰς Κέρκυραν, ὅπου τὸ ναυτικὸν ἦν, ἐξίσατο μὲν Κικέρωνι τῆς ἀρχῆς, ὡς ὑπατικῷ στρατηγικός· οὐ δεξαμένου δὲ Κικέρωνος, ἀλλ' ἀπάραντος εἰς Ἰταλίαν, ἰδὼν τὸν Πομπήιον ὑπὸ αὐθαδείας καὶ φρονήματος ἀκαίρου βουλόμενον κολάζειν τοὺς ἀποπλέοντας, πρῶτον μέλλοντα τῷ Κικέρωνι προσφέρειν τὰς χεῖρας, ἐνουθέτησεν ἰδίᾳ καὶ κατεπράυνεν· ὥστε τὸν Κικέρωνα περισῶσαι σαφῶς ἐκ θανάτου, καὶ τοῖς δήμοις ἄδειαν παρασχεῖν. τεκμαιρόμενος δὲ Πομπήιον Μάγνον εἰς Αἴγυπτον ἢ Λιβύην διεκπεσεῖσθαι, καὶ πεύδων πρὸς ἐκεῖνον, αἰτήσει μὲν ἔχων ἀπόνοιαν, ἔπλει δὲ, πρῶτον ἀπεῖναι δίδοις καὶ ὑπολείπεσθαι τοὺς οὐ προθύμως συστρατευομένους. ἀφάμενος δὲ Λιβύης καὶ παραπλέων ἐντυγχάνει Σέξτῳ τῷ νεωτέρῳ τῶν Πομπήιου παίδων, ἀγνοοῦντι τὸν ἐπὶ Αἰγύπτου τοῦ πατρὸς τελευτήν. πόνοις μὲν οὖν βαρέως ἔφερεν, ὁδοῦ δὲ μετὰ Πομπήιον ἠξίου, Κάτωνος παρόντος ὁδὸν ἀκούειν δεύτερον ἡγεμόνα. διὸ καὶ Κάτων ἀιδούμενος καὶ οἰκτείρων ἄνδρας ἀγαθοὺς, καὶ πίστεως δεδωκότας πεῖραν, ὑπὲρ ξένης ἐρήμοις καὶ ἀπόροις ἀπολιπεῖν, ὑπέστη τε τὴν ἀρχὴν, καὶ παρῆλθεν εἰς Κυρήνην. ἐδέξαντο γὰρ ἐκεῖνον, ὀλίγαις ἡμέραις ἔμπροσθεν ἀποκλείσαντες Λαβιήνον. ἐνταῦθα πυνθανόμενος Σκιπίωνα τὸν Πομπήιου πενθερὸν ὑπὸ Ἰόβα τοῦ βασιλέως ἀνειλῆφθαι, καὶ Οὔαρον Ἄπιον, ὃς ἦν ὑπὸ Πομπήιου Λιβύης ἀποδεδειγμένος ἡγεμόνα, εἰς συν αὐτοῖς μετὰ δυνάμεως, ἐξώρμησε περὶ χειμῶνος ὥρα, πολλοὺς μὲν ὄνους ὕδωρ κομίζοντας συναγαγών,

A & ipse exercitum Pompeius adhortaretur, & ducem quemq; alium incitare oratione aliqua imperaret milites, segniter eos & cum silentio fama est audiuisse cæteros: at vbi omnium nouissimus Cato, quæ tempus suggerebat ex philosophia afferre, de libertate, virtute, morte, gloria, magno animi sui motu disseruit, atq; extremam orationē ad deorum implorationem quasi præsentium, & illud pro patria inspectantium certamen, conuertit, tantum sublatum clamorem fuisse, tantumq; excitati motum exercitus, vt duces concitarentur spei pleni omnes ad discrimen. Cæterùm vincen-
B tibus & pellentibus hostes extorsit consummatam victoriam fortuna Cæsaris, nimia Pompeij vsa cautione & successus diffidentia. Cæterùm hæc sunt in historia Pompeij explicata. Ouātibus omnibus atq; rem gestam extollentibus, Cato patriam deflebat, ambitionemq; lamentabatur funestam & infelicem, quòd multos & egregios ciues conspiceret mutua cæde cōfectos. Quum iam Pompeius ad persequendum Cæsarem in Thessaliam castra moueret, magnam autem vim relinqueret apud Dyrrhachium armorum hominumque, propinquorum & necessariorum: ducem &
C custodem omnibus Catonē præposuit, attribuitq; ei quindecim cohortes quòd pariter fideret ei & timeret. Nam victo, omnium fore existimabat sibi firmissimum: sin vinceret, non permissurum, vt diximus, præsentē rebus ad nutum suū vti. Complures pręterea cum Catone illustres viri ablegati Dyrrhachium sunt. Deuicto ad Pharsalum Pompeio ita constituerat Cato, si cecidisset Pompeius, eos quos secum habebat in Italiam transportare, atq; ipse quàm remotissimè à dominatu transigere vitam in exilio: quòd si incolumis foret, omnino eas copias illi conseruare. Ita in Corcyram, vbi
D classis erat, traiecit, & Ciceroni imperio, vt consulari prætorius, cessit. Reijciente id Cicerone & abnauigare in Italiam parante, videns Pompeium minorem ex intempestiua peruicacia & ferocia grauius consulere in discedentes, ac primò manus afferre moliri Ciceroni, castigauit seorsum eum placauitque. Atq; ita Ciceronem haud obscurè à morte eripuit, ac securitatem præbuit alijs. Pompeium Magnum in Ægyptum vel Africam conijciens elapsum, properansq; ad illum, conscendit cum omnibus, atque vela fecit, potestate tamen antè abeundi & remanendi facta illis qui non
E prompti erant ad sequendum. Vt Africam attigit, in legendo littore Sextum conuenit minorem Pompeij filium, ex quo Pompeij Magni fatum intellexit. Eam rem tulerunt omnes grauiter, nec cuiusquam à Pompeio voluerunt præsente Catone alterius ducis audire mentionem. Quapropter Cato pudore & miseratione bonorum virorum qui fidem suam probauerant, in terra peregrina desolatos relinquere & inopes non sustinens, suscepit imperium, atque Cyrenas appulit, vbi à ciuibus est admissus, quū paucis diebus portas clausissent Labieno. Ibi Scipionem Pompeij socerum ab rege Iuba intelligit receptum, & Ap-
F pium Varum, cui data à Pompeio prouincia Africa fuerat, illis se cum exercitu coniunxisse. Ita itinere pedestri brumali hora est præfectus. Magnam vim asinorū ad aquam portandā coegerat,

magnam etiam prædam egerat. Currus insuper & Psyllos appellatos trahebat secum, qui serpentium ictibus medentur venenum ore exugentes, ipsasque incantationibus hebetant & sopiunt serpentes. Dies septem continuos agmine facto signa antecessit, neque equo vel iumento est vsus. Cœnabat sedens ex eo die quo cladem Pharsalicam intellexisset, idque ad cæterum luctum addidit, neque recumbebat nisi somni causa. Exacta in Africa hyeme eduxit milites, qui non multo minus decem millia erant. Res erant Scipionis & Vari malo in loco ob dissensionem & distractionem assentantium atque obseruantium Iubam: cuius ob opes & vires intolerabile erat supercilium & fastus, vtpote qui quum congressurus primo esset cum Catone, sellam suam mediam posuerit inter Scipionem & Catonẽ. Quod vt vidit Cato, transposuit ad alterum latus sellam suam, mediumque Scipionẽ quamuis inimicum, qui ediderat etiam in ipsum probris refertum scriptum, accepit. & hoc nihili faciunt. Quòd vero Philostratum in Sicilia philosophiæ honoris causa acceperit in deambulando medium, id exagitãt. In præsentia igitur retudit Iubam, qui Scipionẽ & Varum tantum non pro satrapis suis habuerat, illosque reduxit in gratiam. Petentibus omnibus vt imperium susciperet, Scipioneque & Varo cedentibus ei ac ducatum tradentibus, negauit conuulsurum se leges, quarum causa oppugnarent conuellentem, neq; se proprætorem proconsule præsente imperaturũ. Nam creatus Scipio proconsul fuerat, ac spem victoriæ vulgus ex nomine trahebat imperantis in Africa Scipionis. Vt tamen assumpto imperio Scipio Vticæ statuit in gratiã Iubæ omnes sine discrimine ætatis interficere, vrbemque quasi cum Cæsare sentientem excindere, non tulit id Cato, verum pręsentes testatus, vociferatusque in concilio & deum fidem implorans, ægre exemit illos miseros horum crudelitati, ac partim eis orantibus, partim contendente Scipione custodiam vrbis recepit, vt neque volens neque inuita coniungeretur Cęsari. Erat enim locus ille ad omnia opportunus & affluens obtinentibus, qui multo magis est à Catone firmatus. siquidem eo ingentem numerũ frumenti inuexit, muros fulciuit, turres in altum excitauit, fossis altis & vallis vrbem sepsit. Vticenses puberes armis sibi traditis intra vallum imperauit cõmorari, reliquos in vrbe continuit magna adhibita cura ne qua iis à Romanis iniuria vel malum offerretur. Magnam vim armorum, pecuniæ, frumenti in castra misit. Prorsus fecerat belli illam vrbem promptuarium. Quod autem ante Pompeio, idem tunc cõsulebat Scipioni, ne cũ homine bellatore & acri signa conferret, sed traheret tempus, quo omnis viriditas, qua valet tyrannis, emarcescat. Hęc Scipio ex peruicacia floccifecit, ac Catoni semel ignauiã improperãs scripsit, satisne esset ei quòd in vrbe & intra mœnia desideret, nisi etiã prohiberet aliis cõsilio pro tẽpore vti audacter? Ad ea rescripsit Cato paratũ se cũ eo peditatu & equitatu quos in Africam aduexerat traiicere in Italiam, Cæsaremq; retrahere & vertere ab ipsis in se.

A πολλὴν δὲ λείαν ἐλαύνων, ἐπὶ δὲ ἅρματα καὶ ζεύς καὶ λουθρόους Ψύλλους ἐπαγόμενος, οἱ τὰ δὲ δήγματα τῶν θηρίων ἰῶνται τοῖς στόμασιν ἕλκοντες ἰόν, αὐτά τε τὰ θηρία καταπτάδοντες ἀμβλυώττουσι καὶ κηλοῦσιν. ἡμέρας δὲ συνεχῶς ἑπτὰ τῆς πορείας θρομβούσης, πεζὸς ἡγήσατο, μήτε ἵππῳ μήτε ὑποζυγίῳ χρησάμενος. ἐδείπνει δὲ καθήμενος, ἀφ' ἧς ἡμέρας τὴν κατὰ Φάρσαλον ἔγνω ἧτταν· καὶ τοῦτο τοῦ λοιποῦ πεποίηκε πένθει· οὐ μὴ κατακλινθῶν πλὴν καθεύδων. ἐν δὲ Λιβύῃ διαγαγὼν τοῦ χειμῶνος ἐξήγαγε τὴν στρατιάν· (ἦσαν δὲ μυρίων ὀλίγῳ ἐλάττονες δέκα) τὰ δὲ

B πράγματα κακῶς εἶχε τοῖς περὶ Σκιπίωνα καὶ Οὔαρον, ἐν διαφορᾷ καὶ στάσει ὑποδυομένοις καὶ θεραπεύοντι τὸν Ἰόβαν, οὐκ ἀνεκτὸν ὄντα βαρύτητι φρονήματος καὶ ὄγκῳ, διὰ πλοῦτον καὶ δυνάμιν· ὃς γε Κάτωνι πρῶτον ἐντυγχάνειν μέλλων, μέσον ἔθηκε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον τοῦ Σκιπίωνος καὶ τοῦ Κάτωνος. ὁ μὴν τοι Κάτων ὡς εἶδεν, ἆρας τὸν ἑαυτοῦ θρόνον μετέθηκεν ὀπίσθιον, μέσον λαμβάνων τὸν Σκιπίωνα, καὶ περ ἐχθρὸν ὄντα, καὶ τι καὶ βιβλίον ἐκδεδωκότα βλασφημίας ἔχον τοῦ Κάτωνος. εἶτα τοῦτο μὴν εἰς οὐδένα πέθεται λόγον· εἰ δὲ Φιλόστρατον ἐν Σικελίᾳ μέσον εἶχεν περιπατῶν ὀπίσθιμῃ φιλοσοφίας, ἐγκαλοῦσι. τότε δὴ οὖν καὶ τὸν Ἰόβαν ἔπαυσεν, μονονουχὶ σατράπας πεποιημένον ἑαυτοῦ τοῖς περὶ τὸν Σκιπίωνα, κἀκείνοις διήλλαξεν. ἀξιούντων δὲ πάντων ἄρχειν αὐτὸν, καὶ πρῶτον τῶν περὶ Σκιπίωνα καὶ Οὔαρον ἀξιουμένων καὶ παραδιδόντων τὴν ἡγεμονίαν, οὐκ ἔφη καταλύσειν τοὺς νόμους, περὶ ὧν τῶν καταλυόντων πολεμοῦσιν, οὐδὲ ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ὄντα, παρόντος αὐτοκράτορος στρατεύειν· (αὐτοκράτορος γὰρ ὁ Σκιπίων ἀπεδέδεικτο) καὶ θάρσος εἶχον οἱ πολλοὶ διὰ τοιοῦτο κατορθώσειν (ἄρχοντος ἐν Λιβύῃ Σκιπίωνος) ἐπεὶ μὴν τοι τὴν ἀρχὴν ὁ Σκιπίων παραλαβὼν, οὐδὲ ἐβούλετο

D Ἰόβᾳ χαριζόμενος Ἰτυκαίους ἁπανταχοῦ ἀποκτεῖναι, καὶ κατασκάψαι τὴν πόλιν, ὡς τὰ Καίσαρος φρονοῦσαν, οὐκ ἐνέμεινεν ὁ Κάτων, ἀλλὰ μαρτυράμενος καὶ κεκραγὼν ἐν τῷ συνεδρίῳ, καὶ θορυβούντων, μόλις ἐξείλετο τῆς ὠμότητος αὐτῶν τοὺς ἀνθρώπους· καὶ τὰ μὴν αὐτῶν δεηθέντων, τὰ τοῦ Σκιπίωνος ἀξιούντος, ἀνεδέξατο φρουρήσειν τὴν πόλιν ὡς μήτε ἐκοῦσα, μήτε ἄκουσα Καίσαρι προσχοίτο. καὶ γὰρ ἦν εἰς ἅπαντα τὸ χωρίον ὠφέλιμον καὶ διαρκὲς

E τοῖς ἔχουσιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ Κάτωνος ἐρρώσθη. καὶ γὰρ σῖτον εἰσήγαγεν ὑπερβάλλοντα πλήθει, καὶ κατεσκεύασε τὰ τείχη, πύργοις ἐπαιρόμενος, καὶ τάφροις ὀρυκτοῖς καὶ χαρακώμασι περὶ τῆς πόλεως βαλλόμενος. Ἰτυκαίων δὲ τοὺς μὴν ἡβῶντας ἐν τοῖς χαρακώμασιν ἔταξεν οἰκεῖν, τὰ ὅπλα παραδοὺς αὐτοῖς, τοὺς δὲ ἄλλους ἐν τῇ πόλει συνέσχεν, ἰσχυρῶς ἐπιμελόμενος μὴ ἀδικεῖσθαι μηδὲ πάσχειν κακῶς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ὅπλα δὲ πολλὰ καὶ χρήματα καὶ σῖτον ἐξέπεμψε τοῖς ἐπὶ στρατοπέδου, καὶ ὅλως εἶχε τὸν πολέμου τὴν πόλιν ταμιεῖον. ἃ δὴ Γορμπίῳ συνεβούλευε πρότερον, καὶ τότε Σκιπίωνι, μὴ μάχεσθαι πρὸς ἄνδρα πολεμικὸν καὶ δεινόν. ἀλλὰ τῷ χρόνῳ χρῆσθαι, πᾶσαν ἀκμὴν ἰῶν τυραννὶς

F ἰσχύς μαραίνοιτο. τούτων ὁ Σκιπίων ὑπὸ αὐθαδείας κατεφρόνει. καὶ ποτε τῷ Κάτωνι δειλίαν ὀνειδίζων ἔγραψεν, εἰ μὴ μόνον αὐτὸς ἀγαπᾷ καθήμενος ἐν πόλει καὶ τείχεσιν, ἀλλὰ μηδὲ ἑτέροις ἐᾷ πρὸς τὸν κρείττονα θαρσαλέως χρῆσθαι τοῖς λογισμοῖς. πρὸς ταῦτα ὁ Κάτων ἀνέγραψεν ὡς ἕτοιμός ἐστιν, οὓς ἤγαγεν αὐτὸς εἰς Λιβύην ὁπλίτας καὶ ἱππεῖς, θαλαττῶν, εἰς Ἰταλίαν παραγαγεῖν, καὶ Καίσαρα μεθιστάναι καὶ τρέπειν ἀπ' ἐκείνων πρὸς αὐτόν.

ὡς δὲ καὶ τούτων ὁ Σκιπίων κατεγέλα, πολὺ δῆλος ὢν καὶ
ἀηδόμενος ὁ Κάτων τῇ παραχωρήσει τῆς ἀρχῆς, ὡς οὔτε
τῷ πολέμῳ καλῶς τὸν Σκιπίωνα χρησόμενον, οὔτε (ἂν
παραλόγως εὐτυχήσῃ) μέτριον ἐν τῷ κρατεῖν πρὸς τοὺς
πολίτας ἐσόμενον. διὸ καὶ γνώμην εἶχεν ὁ Κάτων, καὶ
πρὸς τοὺς συνήθεις ἔλεγεν, οὐ χρηστὰς μὴν ἐλπίδας ἔχειν
ὑπὲρ τοῦ πολέμου, δι' ἀπειρίαν καὶ θρασύτητα τῶν ἡγε-
μόνων· εἰ δ' οὖν εὐτυχία τις γένοιτο, καὶ καταλυθείη Καί-
σαρ, οὐ μενεῖν ἐν Ῥώμῃ, φεύξεσθαι δὲ τὴν χαλεπότητα καὶ
πικρίαν τοῦ Σκιπίωνος, ἤδη τότε δεινὰς καὶ ὑπερφυεῖς
ποιουμένου καὶ πολλὴν ἀπειλάς. ἀπέβη δὲ μᾶλλον ἢ προσ-
εδόκα· καὶ περὶ ἑσπέραν βαθεῖαν ἥκέν τις ἀπὸ στρατοπέ-
δου τειταῖος, ἀγγέλλων ὅτι μάχης μεγάλης πρὸς Θάψῳ γενομένης,
διέφθαρται παντάπασι τὰ πράγματα, καὶ
κρατεῖ Καίσαρ τῶν στρατοπέδων. Σκιπίων μὲν γὰρ Ἰόβας, σὺν ὀ-
λίγοις ἐκπεφεύγασιν· ἡ δὲ ἄλλη δύναμις ἀπόλωλεν. τού-
των προσπεσόντων, ἡ μὲν πόλις οἷς εἰκὸς ἐν νυκτὶ καὶ πολέ-
μῳ, πρὸς τοιοῦτον ἄγγελμα μικροῦ δεῖν ἔκφρων γενομέ-
νη, μόλις ἑαυτὴν ἐντὸς τειχῶν κατεῖχεν. ὁ δὲ Κάτων προσ-
ελθών, τότε μὲν ὡς ἑκάστοις ἀπῆντα, παρεθάρσει καὶ βοᾷ σιν
ἐπιλαμβανόμενος καὶ παραμυθούμενος, ἀφῄρει τοὺς δέους
ὁ πρεσβυτέρους καὶ γραφῴδες, ὡς οὐ τηλικούτων ἴσως γε-
νομένων, ἀλλ' ἐπὶ μεῖζον αὐξομένων τῷ λόγῳ· καὶ κατέ-
στησε τὸ θόρυβον. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τοὺς τριακοσίους οἷς ἐχρῆ-
το βουλῇ, Ῥωμαίους μὲν ὄντας, ἐν δὲ Λιβύῃ πραγματευο-
μένους ἀπὸ ἐμπορείας καὶ δανεισμῶν, εἰς ἱερὸν Διὸς ἐκκλη-
σιάσας συνιέναι, καὶ ὅσοι παρῆσαν ἀπὸ συγκλήτου, καὶ παῖ-
δας αὐτῶν. ἐπὶ δὲ συλλεγομένων ἐκείνων, παρελθὼν ἀ-
θορύβως καὶ μετ' εὐσταθείας, ὥσπερ οὐδενὸς καινοῦ γεγενό-
τος, βιβλίον ἔχων ἐν ταῖς χερσὶν ἀνέγινωσκεν. ἦν δὲ ἀπο-
γραφὴ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον ὁπλῶν, σίτου, τό-
ξων, ὁπλιτῶν. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἑξακόσιοι ἀπὸ τῶν τριακο-
σίων, καὶ διελθὼν πολὺν ἔπαινον τῆς προθυμίας αὐτῶν
καὶ τῆς πίστεως, ἣν ἐπεδείξαντο, καὶ χρήμασι καὶ σώμασι
καὶ βυλαῖς ὠφελιμώτατοι γενόμενοι, παρεκάλει μὴ παρα-
λυθῆναι ταῖς ἐλπίσιν ἕκαστον αὐτῶν, φυγὴν ἰδίαν ἢ ἀπό-
δρασιν ἐνὰ ποιεῖσθαι. οὐ γὰρ ἐν τούτῳ συμμένωσιν, καὶ
πολεμοῦντων ἥττον καταφρονήσειν Καίσαρα, καὶ φείσεσθαι
μᾶλλον δεομένων. βουλεύεσθαι δ' ἐκέλευεν αὐτοὺς ὑπὲρ
αὐτῶν, οὐδέτερα μεμψάμενος, ἀλλ' εἰ μὲν τρέποιντο τὴν
γνώμην πρὸς τὴν τύχην, τῆς ἀνάγκης ἡσσόμενος τὴν μετα-
βολήν· ἰσαμένων δὲ πρὸς τὰ δεινά, καὶ δεχομένων τὸν ὑπὲρ
τῆς ἐλευθερίας κίνδυνον, οὐκ ἐπαινεσόμενος μόνον, ἀλλὰ
καὶ θαυμασόμενος τὴν ἀρετὴν, καὶ παρέξων ἑαυτὸν ἄρ-
χοντα καὶ συναγωνιζόμενον· ἄχρι οὗ τὴν ἐσχάτην τύχην τῆς
πατρίδος ἐξελέγξωσιν, ἣν οὐχὶ Γαΐου, οὐδὲ Ἀδρύμη-
τον οὖσαν, ἀλλὰ Ῥώμην, πολλάκις ἐκ χαλεπωτέρων
σφαλμάτων ὑπὸ μεγέθους ἀναφέρεσθαι. πολλὴν δ' αὐτοῖς
εἰς σωτηρίαν καὶ ἀσφάλειαν ὑποκειμένων, καὶ μεγίστου, πρὸς
ἄνδρα πολεμεῖν ἐπὶ πολλὰ τοῖς χαρεῖς ἀνθελκόμενον, Γνα-
ίας τε πρὸς Πομπήιον ἀφεστῶσης τὸν νέον, αὐτῆς τε τῆς
Ῥώμης οὔπω δι' ἀπιστίαν παντάπασι δεδεγμένης τὸν
χαλινὸν, ἀλλ' ἀναξιοπαθούσης, καὶ συνεξαισιαμένης πρὸς πᾶσαν μεταβολὴν, οὐδὲ τὸν κίνδυνον εἰ φευκτέον, ἀλ-
λὰ ἔχειν διδάσκαλον τὸν πόλεμον, ἀφειδοῦντα τῆς ψυχῆς ἐπὶ ταῖς μεγίσταις ἀδικίαις, οὐχ ὥσπερ ἑαυτοῖς, εἰς τὸν
εὐτυχέστατον βίον κατορθοῦσιν, ἢ πλάσεσιν εἰς τὸν εὐκλεέστατον θάνατον, τὴν ἀδηλότητα τοῦ πολέμου τελευτᾶν.

A Quæ vbi irrisit Scipio, præ se tulit aperte pœnitere se quòd imperium permisisset ei, ratus nec bellum recte Scipionem administraturum, nec si præter spem successum habuisset, vsurum victoria in ciues moderate. Itaque hæc sententia fuit Catonis, atq; apud familiares prædicauit, ob ducum imperitiam & ferociam nullam habere se de bello bonam spem. quòd si prospere quid cecidisset & oppressus esset Cæsar, non remansurum se Romæ, sed sæuitiam & acerbitatē fugiturum Scipionis, qui iam tum grauiter & superbe multis minitaretur. Id verò citius quàm expectabat euenit: ac
EO extincto parum navus Leonidas fuit vt fratrem eius Archidamum comprehenderet: verùm consuluit ille actutùm fugæ. Vxorem autem Agidis, Agiatidem nomine, quæ nuper pepererat filium, quòd collocari eam nollet alteri, (erat enim opulenti hæres patrimonij Agiatis Gylippi patris, ætatisque & formæ flore inter fœminas Græcas longè præcellentis, & probatis moribus) domo extractam, vi filio Cleomeni despondit haud satis ad nuptias maturo. Quapropter multa mouit illa, vti ferunt, orans ne compelleretur inuita. Vt verò connubio iuncta Cleomeni fuit, Leonidam oderat, erga ipsum adolescentem bona vxor & amans fuit viri: qui mox à nuptijs dilexit eam, atque aliquatenus amore in Agim vxoris, quæ reminisceretur eius, motus fuit: ac subinde ea de re percunctabatur, & attente exponentem audiebat Agidis consilium & institutum. Erat quidem glorię Cleomenes cupidus magnanimusque, ad temperantiamque & frugalitatē non secus ac Agis egregiè natura comparatus: sed modestia illius mirè verecunda atque lenitate carebat, inerat autem ingenio eius aculeus quidam animorum, & cum ardore impetus semper ad id quod videbatur ei honestum. Videbatur ei honestissimum volentibus imperare, honestum etiam expugnare reluctantes, & ad id quod rectum esset adigere. Nō placebant porrò ei mores ciuitatis in qua otio & voluptatibus diffluerent ciues, rex reip. curam abijceret, si nemo obtunderet eum feriari in luxu & delicijs gestientē: negligeretur resp. & singuli priuatim emolumentum ad se raperent: exercitationis verò, frugalitatis iuventutis, tolerantiæ, æquabilitatis etiam, lubricum erat Agide ea de causa perempto facere mentionem. Perhibent insuper non expertem disciplinæ sapientiæ adolescentem etiamnum Cleomenē fuisse, quum Sphærus Borysthenites Lacedæmonem applisset, atq; cum pube & adolescentia vsu habito studiosè eam doceret. Fuit inter primarios auditores Sphærus Zenonis Citici, ac Cleomenem videtur, fortitudinem ingenij eius amplexus, inflammasse ad gloriam. Nam Leonidam priscum ferunt rogatum qui ei Tyrtæus poeta fuisse videretur, respondisse, Bonus ad demulcendos iuventutis animos: siquidem quasi afflati carminibus eius ruebant in prælia, Stoica verò disciplina nonnihil est apud magna & acria ingenia lubrica & anceps: quæ si cum graui & mansueto temperata animo sit, assurgit imprimis & reddit fructū suum peculiarem. Postquam defuncto Leonida regnū accepit Cleomenes, & ciues ea tempestate penitus animaduertit dissolutos, postponentibus ob priuatum luxum & compēdium remp. diuitibus, plebe autem propter rei familiaris angustias ad bellum pigra & ad disciplinam pueritiæ socordi reddita: nomine verò ipse tantùm regis fruebatur, rerum erat penes ephoros omnium arbitrium: adiecit protinus ad res nouandas & mouendas animum. Qui amicū quum haberet Xenarem, qui amator eius fuerat, (*Lacedæmonii dicunt* ἐμπνεῖσθαι) huius animum cœpit periclitari, percunctando qui rex Agis fuisset, & qua ratione, & quibuscum in ea esset delatus consilia. Xenares primùm meminit non inuitus illarum rerum,

Ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ, τὸν μὲν ἀδελφὸν Ἀρχίδαμον οὐκ ἔφθη συλλαβὼν ὁ Λεωνίδας, ἀλλὰ διαφυγόντα· τὸν δὲ γυναῖκα, παιδίον ἔχουσαν νεογνὸν ἐκ τῆς οἰκίας ἀπαγαγὼν, βίᾳ Κλεομένει τῷ ἑῷ συνῴκισεν, οὐ πάνυ γάμων ὥραν ἔχοντι, τῷ δ' ἀνεψιῷ δοῦναι μὴ βουλόμενος. ἦν γὰρ οὐσίας τε μεγάλης ἐπίκληρος ἡ Ἀγιάτις Γυλίππου τοῦ πατρὸς, ὥρᾳ τε καὶ κάλλει πολὺ τῶν Ἑλληνίδων διαφέρουσα, καὶ τὸ τρόπον ἐπιεικής. διὸ πολλὰ μὲν ἐποίησεν (ὥς φασι) μὴ βιασθῆναι δεομένη· συνελθοῦσα δ' εἰς ταὐτὸ τῷ Κλεομένει, τὸν μὲν Λεωνίδαν ἐμίσει, τοῦτον δ' αὐτὸν τὸν νεανίσκον ἦν ἀγαθὴ γυνὴ καὶ φιλόστοργος, ἐρωτικῶς ἅμα τῷ λαβεῖν τοῦς αὐτοῦ διατέλεντα, καὶ ἵνα τοῦπον συμπαθοῦντα τῇ τοῦς τὸν Ἄγιν διανοίᾳ καὶ μνήμῃ τῆς γυναικος· ὥστε καὶ πυνθάνεσθαι πολλάκις τοῦ τὸν γεγενότων, καὶ προσέχειν ἐπιμελῶς διηγουμένης ἐκείνης ἐκεῖνος ὁ Ἄγις ἔχε διάνοιαν καὶ προαίρεσιν. ἦν δ' καὶ φιλόδοξος μὲν καὶ μεγαλόφρων ὁ Κλεομένης, καὶ τοῦς ἐγκράτειαν καὶ ἀφέλειαν οὐχ ἧττον τοῦ Ἄγιδος δὲ πεφυκώς· ὃ δ' ἀλαβὲς ἄγαν ἐκείνου καὶ τοῦπον οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ κέντρον τοῦ θυμοῦ τῇ φύσει προσέκειτο, καὶ μετὰ σφοδρότητος ὁρμὴ τοῦς ὃ φαινόμενον ἀεὶ καλόν. ἐφαίνετο δ' κάλλιστον μὲν αὐτῷ κρατεῖν ἑκόντων, καλὸν δ' καὶ μὴ πειθομένων τοῦειν, τοῦς ὃ βέλτιστον ἐκβιαζόμενος. οὐκ ἤρεσκε μὲν οὖν αὐτῷ τὰ κατ' τὴν πόλιν; ἀπραγμοσύνῃ καὶ ἡδονῇ καταχεκλημμένων τῶν πολιτῶν, καὶ τὸ βασιλέως πάντα τὰ πράγματα χαίρειν ἐάντος, εἰ μηδεὶς αὐτὸν ἐνοχλοίη, σχολάζειν ἐν ἀφθονοις καὶ τρυφᾷ βουλόμενος. ἀμελοῦντων δ' τῶν κοινῶν, κατ' οἰκίαν ἑκάστου τοῦς αὐτὸν ἕλκοντος ὃ κερδαλέον· ἀσκήσεως δ' καὶ σωφροσύνης νέων καὶ καρτερείας καὶ ἰσότητος, οὐδὲ ἀσφαλὲς ἦν τούτῳ, τῶν τοῦ Ἄγιν ἀπολωλότων, μνημονεύειν. λέγεται δ' καὶ λόγων φιλοσόφων τὸν Κλεομένει μεταχεῖν ἔτι μειράκιον ὄντα, Σφαῖρον τὸν Βορυσθενίτου παρεκδημοῦντος εἰς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ τοὺς νέους καὶ τοὺς ἐφήβους οὐκ ἀμελῶς διατείνοντος. ὁ δ' Σφαῖρος ἐν τοῖς τοῦ τοῦ ἐγγενοῦς τῶν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως μαθητῶν, καὶ τοῦ Κλεομένους ἔοικε τῆς φύσεως ὃ ἀνδρώδες ἀγαπῆσαί τε, καὶ τοῦ σεκκαῦσαι τὴν φιλοτιμίαν. Λεωνίδαν μὲν γὰρ τὸν παλαιὸν λέγουσιν ἐρωτηθέντα, ποῖος τις αὐτῷ φαίνεται ποιητὴς γεγενέναι Τυρταῖος, εἰπεῖν, ἀγαθὸς νέων ψυχὰς ἀγκαλλῆν. ἐμπιπλάμενοι γὰρ ἐκ τοῦ τῶν ποιημάτων ἐνθουσιασμοῦ, τοῦ τὰς μάχας ἠφείδουν ἑαυτῶν. ὁ δ' Στοϊκὸς λόγος ἔχει τι τοῦς τὰς μεγάλας φύσεις καὶ ὀξείας ἐπισφαλὲς καὶ τοῦ διαβολόν· βαθεῖ δ' καὶ τοῦάφῳ κεκαυμένος ἤδη, μάλιστα εἰς ὃ οἰκεῖον ἀγαθὸν ἐπιδίδωσιν. ἐπεὶ δ' τελευτήσαντος τοῦ Λεωνίδου τὴν βασιλείαν παρέλαβε, καὶ τοὺς πολίτας τότε δὴ πάντα πασιν ἐκλελυμένους εὗρε, τῶν μὲν πλουσίων κατ' ἡδονὰς ἰδίας καὶ πλεονεξίας παροράντων τὰ κοινά, τῶν δ' πολλῶν, διὰ ὃ τοῦ πάθειν κακῶς τοῦ τὰ οἰκεῖα, καὶ τοῦς τὸν πόλεμον ἀπροθύμων, καὶ τοῦς τὴν ἀγωγὴν ἀφιλοτίμων γεγενότων· αὐτοῦ δ' ὄνομα βασιλεύοντος μόνον, ἡ δ' ἀρχὴ πᾶσα τῶν ἐφόρων· διὸ δὴ εἰς νοῦν ἔλθε τὰ παρόντα μεθιστάναι καὶ κινεῖν. ὄντος δ' αὐτοῦ φίλου Ξενάρους ἐρασθέντος, (τοῦτο δ' ἐμπνεῖσθαι Λακεδαιμόνιοι καλοῦσιν) ἀπεπειρᾶτο τούτου, διαπυνθανόμενος τὸν Ἄγιν ὁποῖος ἦροιτο βασιλεὺς, καὶ ἵνι τρόπῳ καὶ μετὰ τίνων ἐπὶ ταύτην ἔλθοι τὴν ὁδόν. ὁ δ' Ξενάρης ὃ μὲν τοῦπον οὐκ ἀπρόθυμος ἐμέμνητο τῶν τοῦαγμάτων ἐκείνων,

ὡς ἐπεφάνθη καθ' ἕκαστα μυθολογῶν καὶ διηγούμενος. ὡς δὲ
καὶ καταφανὴς αὐτῷ ὁ Κλεομένης ἐμπαθέστερον προσέχων,
καὶ κινούμενος ὑπερφυῶς πρὸς τὴν καινοτομίαν τοῦ Ἄγιδος,
καὶ τοιαῦτα πολλάκις ἀκούειν βουλόμενος, ἐπέπληξεν αὐτῷ
πρὸς ὀργὴν ὁ Ξεναρής, ὡς οὐχ ὑγιαίνοντι· καὶ τέλος ἀπέκρυψε τοῦ
παρανοεῖν καὶ φοιτᾶν πρὸς αὐτόν. οὐδενὶ μέντοι τὴν αἰτίαν ἔφρασε τῆς διαφορᾶς· ἀλλ' αὐτὸν ἔφη γινώσκειν σκοπεῖν. οὕτω δὴ τοῦ Ξεναρίδου ἀντικρούσαντος, ὁ Κλεομένης καὶ τοὺς ἄλλους ὁμοίως ἔχειν ἡγούμενος, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ συνεπήγνυ τὴν πρᾶξιν. οἰόμενος δὲ αὐτὸν ἐν πολέμῳ μᾶλλον ἢ κατ' εἰρήνην μεταστήσειν τὰ παρόντα, συνέκρουσε πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς τὴν πόλιν, αὐτοῖς διδοὺς ἀφορμὴν τοιαύτας. ὁ δὲ Ἄρατος ἰσχύων μέγιστον ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐβούλετο μὲν ἐξ ἀρχῆς εἰς μίαν συνάγειν ἀγαγεῖν Πελοποννησίους· καὶ τοῦτο τῶν πολλῶν πρατηγιῶν αὐτῷ καὶ τῆς μακρᾶς πολιτείας ἐκεῖνο τέλος, ἡγουμένῳ μόνως δὴ ὄντως ἀνεπιφρόπτως ἔσεσθαι τοῖς ἐκτὸς πολεμίοις· ἐπεὶ δὲ τοὺς ἡγεμόνας ἀπόντων αὐτῷ προσγεγενότων, ἀπελείποντο Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἠλεῖοι, καὶ ὅσοι Λακεδαιμονίοις Ἀρκάδων προσεῖχον, ἅμα τῷ τὸν Λεωνίδαν ἀποθανεῖν, παρεκινόχλει τοῖς Ἀρκάσι, καὶ προεπέπεισεν αὐτὸν μάλιστα τοὺς τοῖς Ἀχαιοῖς ὁμοροῦντας ἀποπειρώμενος τὸν Λακεδαιμονίων, καὶ τὸν Κλεομένους ὡς νέου καὶ ἀπείρου καταφρονῶν. ἐκ τούτου Κλεομένει πρῶτον οἱ ἔφοροι πέμπουσι καταληψόμενον τὸν περὶ τὴν Βελβίνην Ἀθήναιον. ἐμβολὴ δὲ τῆς Λακωνικῆς τὸ χωρίον ἐστί, καὶ τότε πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἐν ὑπεῖδικον. καταλαβόντος δὲ τοῦτο καὶ τειχίσαντος τὸν Κλεομένους, ὁ Ἄρατος οὐδὲν ἐγκαλέσας, ἀλλὰ νυκτὸς ἐκστρατεύσας, ἐπεχείρησε Τεγεάταις καὶ Ὀρχομενίοις. τῶν δὲ προδοτῶν ἀποδιδρασκόντων, ὁ μὲν Ἄρατος ἀνεχώρησε, λελησθαι νομίζων· ὁ δὲ Κλεομένης εἰρωνείᾳ χρώμενος, ἔγραψε πρὸς αὐτὸν, ὡς δὴ φίλῳ πυνθανόμενος ποῦ τῆς νυκτὸς ἐξέλθοι. τοῦ δὲ αἰτιγράψαντος ὡς ἐκεῖνον Βελβίναν μέλλοντα τειχίζειν ἀκούσας, καταβαίη τοῦτο κωλύσων· πάλιν ὁ Κλεομένης ἀποστείλας, τοῦτο μὲν οὕτως ἔχειν ἔφη πεπεῖσθαι· τοῖς δὲ φασκοῖς καὶ τὰς κλίμακας (εἶπεν) εἰ μὴ τί σοι διαφέρει, γράψον ἡμῖν, ὅπου τί σοι παρηκολούθουν. τοῦ δὲ Ἀράτου πρὸς τὸ σκῶμμα γελάσαντος, καὶ πυνθανομένου ποῖος τις ὁ νεανίσκος εἴη, Δημοκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος φυγάς. Εἶτα προσθεὶς (ἔφη) πρὸς Λακεδαιμονίους, ὅσα σοι καχύνει, πρὸς τοὺς κένταυρα φύσαι τοῦτον τὸν νεανίσκον. ἐκ τούτου Κλεομένει μετὰ ἱππέων ὀλίγων καὶ πεζῶν τριακοσίων ἐν Ἀρκαδίᾳ πρατοπεδευομένῳ, προσέταξαν ἀναχωρεῖν οἱ ἔφοροι, φοβούμενοι τὸν πόλεμον. ἐπεὶ δὲ ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ Καφύας ἔλαβεν ὁ Ἄρατος, αὖθις ἐξέπεμπον τὸν Κλεομένη. λαβόντος δὲ αὐτοῦ Μεθύδριον, καὶ τὸν Ἀρτελικὸν καταδραμόντος, ἐξεστράτευσαν οἱ Ἀχαιοὶ δισμυρίοις πεζοῖς καὶ χιλίοις ἱππεῦσιν, Ἀριστομάχου πρατηγοῦντες. ἀποστήσαντος δὲ τοῦ Παλαντίου Κλεομένους, καὶ βουλομένου μάχεσθαι, φοβηθεὶς τὸν τόλμαν ὁ Ἄρατος, οὐκ εἴασε παρακινδυνεύσαι τὸν πρατηγὸν, ἀλλ' ἀπῆλθε, λοιδορούμενος μὲν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, χλευαζόμενος δὲ καὶ καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, οὐδὲ πεντακισχιλίων ὄντων τὸ πλῆθος. μέγας οὖν ὢν φρονήματι γεγονὼς ὁ Κλεομένης, ἐθαρσύνετο πρὸς τοὺς πολίτας· καὶ τῶν παλαιῶν τινος αὐτοῖς ἀνεμίμνησκε βασιλέων, εἰπόντος ὅτι μάτην Λακεδαιμόνιοι πυνθάνονται τοῦ τῶν πολεμίων οὐ πόσοι εἰσὶν, ἀλλὰ ποῦ εἰσιν. ἐπεὶ δὲ τοῖς Ἠλείοις πολεμουμένοις ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν βοηθήσας, καὶ τοῦ Λύκαιον ἀποῦσιν ἤδη τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπιβαλών,

A vt quæque gestæ erant enarrans atque exponens. Vt verò Cleomenem sensit intentum ardentius, & mirificè duci *A*gidis innouatione, eademque crebrius audire auentem: castigauit eum acriter Xenares quasi insanientem, ac postremò præscidit cum eo colloquia & vsum. nemini causam tamen detexit alienationis, sed illum ipsum ait eam nosse. Ita reluctato Xenare existimans Cleomenes eiusdē animi cæteros esse, ipse rei aggrediendæ struxit secum consilium. Quia verò in bello magis quàm otio moturum se arbitrabatur statum reipub. commisit ciuitatem cum Achæis: qui
B ipsis querelarum ansas dederant. Aratus nanque, cuius erat autoritas apud *A*chæos summa, moliebatur à primo vt in vnum corpus Peloponnesios redigeret: eoque multę eius domi belliq; actiones spectabant: quòd vna ea ratione liberos cēseret à bellis externis fore. Quum verò reliquis ei sociatis ferè omnibus, superessent Lacedæmonij, Elij, & qui Arcadum Lacedæmonijs adhærebāt: simul vt decessit Leonidas, infestauit *A*rcadas, vastauitque præcipuè eos qui *A*chæis erant finitimi, Lacedęmonios tentans, ac Cleomenem vt iuvenem & tyronem despiciens. Hinc Cleomenē primùm
C ephori mittunt ad *A*thenæum (templum est Mineruæ) propè Belbinam occupandum. *A*ditus ea arx Laconiæ est, eratq; Lacedæmonijs ea tempestate cū Megalopolitanis cōtrouersa. Hanc quum occupasset & muniuisset Cleomenes, *A*ratus sine vlla expostulatione infesto exercitu Tegeatas & Orchomenios est nocte adortus. At proditorum ignauia *A*ratus re infecta retrò cessit, neminem id arbitratus sensisse. *A*t Cleomenes dissimulanter per literas ab eo sicut amico requisiuit quò mouisset nocte. Quiv t rescripsit, nuntiato Belbinam ipsum sepire parare, profectum se ad id impediendum: Cleomenes iterum per nuntios ita rem
D habere significauit credere se: verùm hoc, faces, inquit, & scalæ, nisi quid tua interest, scribe mihi quò te sequebantur. Ridente ad scomma *A*rato, roganteque qui iuvenis esset, Democrates Lacedæmonius exul, Siquid in animo habes, inquit, contra Lacedęmonios, properandū tibi est prius quàm huic pullo crescant aculei. Inde Cleomeni cum paucis equitibus & peditibus trecentis in *A*rcadia statiua habenti, edixerunt ei, metuentes belli, ephori vt se reciperet. Vt secundum decessum eius cepit *A*ratus Caphyas, miserunt denuò Cleomenem cum copijs. qui vt Methydrion
E cepit, & fines Argolicos est populatus, infesti Achęi xx millibus peditum & mille equitibus signa prætore Aristomacho extulere. Occurrēte ad Palantion Cleomene, & dimicare gestiente, trepidans audaciam eius Aratus disluasit prætori rem in discrimen adducere, absceſſitq;. vnde probris proscissus ab Achæis est: à Lacedæmonijs verò, qui quinque millium numerum non explebant, derisus & despectus. Itaque inflatus animo Cleomenes glorianſque apud ciues, commonuit veteris cuiuspiam regis, qui dixerat nunquam de hostibus quærere Lacedæmonios quot essent,
F sed vbi essent. Postquam verò Elijs, quibus arma inferebant Achæi, opem tulit, & ad Lycæum, in recipientes iam se Achæos inuectus,

totum perculit & pepulit exercitum, multos occidit cepitq;, vt fama manaret per Græciam Aratum cecidisse: optimè vsus Aratus tempore, raptim ex illa fuga Mantineam petijt, atque ex improuiso potitus oppido, imposuit præsidium. Lacedæmonijs verò semel animo fractis & Cleomeni bellum agitanti refragantibus institit Agidis fratrem Archidamum à Messene, reuocare, ad quem regnum ex altera familia spectabat, potestatem obtusiorem existimans ephororum fore si æquilibre illi regnum & integrum esset. Verùm vbi senserunt id qui Agin antè interfecerant, formidantes ne reuerso ab exilio Archidamo luerent pœnas, acceperunt illum quidem in ciuitatem clàm ingressum, & reditum eius adiuverunt: sed ilicò interemerunt eum, siue inuito Cleomene, vt opinio est Phylarchi, siue expugnato & condonante illis Archidamum. nam crimen maxima ex parte in illos recidit, quòd vim adhibuisse crederentur Cleomeni. Nouare nihilo minus ex continenti remp. certus, induxit pecunia ephoros quò bellum permitterent sibi. Conciliauit & alios multos matre interprete Cratesiclea, quæ nummos ei suppeditabat largè, eiusque seruiebat gloriæ. quippe etiam dicitur filij gratia nupsisse, quũ id non affectaret, principi autoritate & opibus ciuitatis. Eductis copijs occupat Leuctra, agri Megalopolitani oppidum. Quum properè Achæi eò succurrissent prætore Arato, sub oppidi mœnibus signa conferens aliqua parte exercitus inclinauit. Quia verò locum quendam cavum nõ permisit Achęos Aratus transmittere, sed receptui cecinit: Lysiadas autem Megalopolitanus frendens concitauit equites qui circa eum erant, dumq; inhæret tergis hostium, in locum vineis, fossis & macerijs impeditum pręcipitatus, divulso in his equitatu, ægrè expediebat se: Cleomenes re animaduersa immisit in eum Tarentinos & Cretenses, à quibus Lydiadas fortiter pugnans interfectus est. Inde erecti Lacedæmonij, clamore sublato impressionem dederunt in Achæos: quorum vniuersum profligauerunt exercitum. Cęso ingenti numero, reliquos Cleomenes datis inducijs reddidit. Lydiadis corpus ad se præcepit afferri: quod purpura exornatum, iniecta corona, ad portas Megalopolitanorum remisit. Hic fuit Lydiadas qui posita tyrannide & libertate popularibus reddita, ciuitatem suam associauit Achæis. Hinc Cleomenes sublatus, sibiq; persuadens, si ex arbitrio suo agere posset bellum cum Achæis gerens, procliui se potiturum victoria: vitrico Megistono demonstrat missos faciendos ephoros, possessionesque esse inter ciues communicandas, Spartamque ad æqualitatem redigendam, atque ita erigendam atque ad imperium prouehendam Græcię. quo assentiente, duos aut tres amicos alios adiunxit. Per eosdem fortè dies vni ex ephoris in fano Pasiphaes dormienti mirum somnium fuit oblatum. Videbatur ei, quo loco considere ephoris solenne est ad ius dicendum, vna sella posita, & quatuor sublatę. quum obstupesceret, vox ex fano reddita, quæ id diceret Spartę conducibilius esse. Hanc visionem narrante Cleomeni ephoro,

A ἅπαν μὲν ἐτρέψατο καὶ διεπόνησεν αὐτῶν τὸ στράτευμα, συχνοὺς δ' αὐτῶν ἔλαβεν καὶ ζῶντας ἔλαβεν, ὥστε καὶ τοὺς Ἀράτου φήμην σκηπτεῖν εἰς τοὺς Ἕλληνας ὡς τεθνηκότος· ὁ μὲν οὖν Ἄρατος, δρίσας τῷ καιρῷ χρησάμενος, σὺν τῇ τοιαύτῃ σκεύῃ δ' ὑπὸ Μαντίνειαν ἦλθε, καὶ μηδενὸς αὐτοῦ προσδοκήσαντος, εἷλε τὴν πόλιν καὶ κατέσχε. τῶν δ' Λακεδαιμονίων πάμπαν ταῖς γνώμαις ἀναπεσόντων, καὶ τῷ Κλεομένει τοὺς τοῖς στρατείας σπουδαμένων, ὥρμησε μεταπέμπεσθαι τὸν Ἄγιδος ἀδελφὸν Ἀρχίδαμον σὺν Μεσήνης, ᾧ βασιλεύειν ἀπὸ τῆς ἑτέρας οἰκίας ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οἰόμενος ἀμ-
B βλυτέραν τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν ἔσεσθαι, τῆς βασιλείας ἰσορρόπου καὶ ὁλοκλήρου γενομένης. οἱ δ' ἀνηρηκότες τοῦτον τὸν Ἄγιν, αἰσθόμενοι τοῦτο, καὶ φοβηθέντες μὴ δίκην δῶσι τοῦ Ἀρχιδάμου κατελθόντος, ἐδέξαντο μὲν αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν τοῦ δεχομένου κρύφα καὶ συνεκτήσαν, εἶτ' ὑπὸ τῶν ἀπέκτειναν, εἴτε ἄκοντος τοῦ Κλεομένους, (ὡς οἴεται Φύλαρχος) εἴτε πειθέντος ὑπὸ τῶν φίλων καὶ τοῦ μητρὸς αὐτῶν ἀνθρωπον αὐτοῖς. τῆς γὰρ αἰτίας τὸ πλεῖστον ἐπὶ ἐκείνους ἦλθε, βεβιάσθαι τὸν Κλεομένη δοκοῦντας. οὐ μὴν ἀλλὰ κινεῖν τὸν ἐγνωκὼς τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἔπεισε τοὺς ἐφόρους
C χρήμασιν, ὅπως αὐτῷ ψηφίσωνται στρατείαν. ἐθεράπευσε δὲ καὶ τῶν ἀνδρῶν συχνοὺς, διὰ τῆς μητρὸς Κρατησικλείας ἀφειδῶς συνεκπορίζουσης καὶ συμφιλοτιμουμένης. ἔτι γε καὶ γάμου μὴ δεομένη, λέγεται, διὰ τὸν υἱόν, αἵρεσιν λαβεῖν τοιαύτην δόξῃ καὶ δυνάμει τῶν πολιτῶν. ἐξαγαγὼν δὲ τὴν στρατείαν, καταλαμβάνει τῆς Μεγαλοπολίτιδος χωρίον Λεῦκτρα· καὶ γενομένης πρὸς αὐτὸν ὀξείας τῶν Ἀχαιῶν βοηθείας, Ἀράτου στρατηγοῦντος, ὑπὸ τὴν πόλιν αὐτὴν παρατάξαμενος, ἡττήθη μέρει τινὶ τοῦ στρατεύματος. ἐπεὶ δὲ χαράδραν τινὰ βαθεῖαν οὐκ εἴασε διαβιβάσαι τοὺς Ἀχαιοὺς ὁ Ἄρατος. ἀλλ' ἐπέσησε τὴν δίωξιν, ἀγωνιστῶν δὲ Λυσιάδας ὁ Μεγαλοπολίτης συνεξώρμησε τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς, καὶ διώκων εἰς χωρίον ἀμπέλων καὶ τάφρων καὶ τειχῶν μεσὸν ἐνέπεσε, καὶ διασπασθεὶς περὶ ταῦτα, κακῶς ἀπήλλαττε· κατιδὼν δὲ Κλεομένης ἀνῆκε τοὺς Ταραντίνους καὶ τοὺς Κρῆτας ἐπ' αὐτὸν, ὑφ' ὧν ὁ Λυσιάδας ἀμυνόμενος ἀρρώστως ἔπεσε· περὶ τοῦτο θαρρήσαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, μετὰ βοῆς ἐπέδραμον τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ τροπὴν ὅλου τοῦ στρατεύματος ἐποίησαν. ἀποθανόντων δὲ συχνῶν, τοὺς μὲν νεκροὺς ἐπεσπόνδει ὁ Κλεομένης ἀ-
E πέδωκε, τὸν δὲ Λυσιάδου νεκρὸν ἀναθεῖναι πρὸς αὐτὸν κελεύσας, κοσμήσας πορφυρίδι, καὶ στέφανον ἐπιθεὶς, πρὸς τὰς πύλας τῶν Μεγαλοπολιτῶν ἀπέστειλεν. οὗτος ἦν Λυσιάδας, ὁ καθελὼν τὴν τυραννίδα, καὶ τοῖς πολίταις ἀποδοὺς τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν πόλιν προσκομίσας Ἀχαιοῖς. σὺν τούτῳ τῷ Κλεομένης μέγα φρονῶν ἤδη, καὶ πεπεισμένος, αὐτὸς ὡς βούλεται τοῖς πράγμασι χρώμενος πολεμεῖν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, ῥᾳδίως ἐπικρατήσειν ἐδίδασκε τὸν τῆς μητρὸς ἄνδρα Μεγιστόνοον, ὡς χρὴ τὸν ἐφόρων ἀπαλλαγῆναι, εἰς μέσον θεῖναι τὰ κτήματα τοῖς πολίταις, καὶ τὸν Σπάρτην ἴσην γενομένην ἐγείρειν καὶ προάγειν ἐπὶ τὸν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν. πειθέντος δὲ ἐκείνου, δύο τῶν
F ἀνδρῶν φίλων ἓν τρεῖς προσέλαβε. συνέβη δὲ περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, καὶ τῶν ἐφόρων ἕνα κοιμώμενον ἐν Πασιφάας ὄναρ ἰδεῖν θαυμαστόν. ἐδόκει γὰρ ἐν ᾧ τόπῳ τοῖς ἐφόροις ἔθος καθεζομένοις χρηματίζειν, ἕνα δίφρον κεῖσθαι, τοὺς δὲ τέτταρας αἰωρεῖσθαι· καὶ θαυμάζοντος αὐτοῦ, φωνὴν ἐκ τοῦ ἱεροῦ γενέσθαι, φράζουσαν ὡς τοῦτο τῇ Σπάρτῃ λῷον ἐστι. ταύτην τὴν ὄψιν διηγουμένου τοῦ ἐφόρου πρὸς τὸν Κλεομένη,

τὸ μὲν πρῶτον διεταράχθη, καθ' ὑποψίαν τινὰ πταίσματος δοκῶν· ὡς δ' ἐπείθη μὴ ψεύδεσθαι τὸν διηγούμενον, ἐθάρρησε· καὶ λαβὼν ὅσους ὑπώπτευσε μάλιστα τῶν πολιτικῶν ἀνδρωπώσεως πρὸς τὸν πρᾶξιν, Ἡραίαν καὶ Ἀλσαίαν τὰς πόλεις καταπολεμήσας ὑπὸ τοῖς Ἀχαιοῖς, εἷλε· καὶ οὗπερ εἰσήγαγεν Ὀρχομενίοις, καὶ Μαντινείᾳ παρεστρατοπέδευσε· καὶ ὅλως αὖθις καὶ κάπω μακρᾶς πορείας ἀποδύσας τοὺς Λακεδαιμονίους, ἀπέλιπεν αὐτῶν δεηθέντων τοὺς πολλοὺς ἐν Ἀρκαδίᾳ, τοὺς δ' μισθοφόρους ἔχων αὐτὸς ἐπὶ τὴν Σπάρτην ἐχώρει. καὶ κατ' ὁδὸν οἷς ἐπίστευε μάλιστα καὶ καλῶς πρὸς αὐτὸν ἔχειν, ἀνεκοινοῦτο τὸν γνώμην, καὶ πρᾴως ἐπόρευε, ὡς πρὸς τὸ δεῖπνον οὖσι τοῖς ἐφόροις ἐπιπέσοι. προπέμψας δ' τῆς πόλεως ἐντὸς, Εὐρυκλείδην μὲν εἰς τὸ τῶν ἐφόρων συσσίτιον ἀπέστελλεν, ὡς τινα παρ' αὐτῶν λόγον ἀπὸ στρατείας κομίζοντα· Θηρικίων δ' καὶ Φοῖβις, καὶ δύο τῶν συντρόφων τοῦ Κλεομένους, οὓς Σαμοθρᾴκας καλοῦσιν, ἐπηκολούθουν στρατιώτας ὀλίγους ἔχοντες. ἔτι δ' τοῦ Εὐρυκλείδου διαλεγομένου τοῖς ἐφόροις, ἐπιδραμόντες ἐσπασμένας ταῖς μαχαίραις ἔπαιον αὐτούς. ὁ μὲν οὖν πρῶτος Ἀγησίλαος ὡς ἐπλήγη πεσὼν, καὶ τεθνάναι δόξας, ἀστέμα συναγαγὼν καὶ παρέλκων ἑαυτὸν ἐκ τοῦ οἰκήματος, ἔλαθεν εἰς τι δωμάτιον εἰσερπύσας μικρὸν, ὃ Φόβου μὲν τοῦ ἱερὸν, ἀνῴκει δ' κεκλεισμένον ἀεὶ, τότε δ' ἐκ τύχης ἀνεῳγμένον ἐτύγχανεν· εἰς τοῦτο συνενεγκὼν ἑαυτὸν ἀπέκλεισε τὸ θυρίον. οἱ δ' τέσσαρες ἀνῃρέθησαν, καὶ τῶν ἐπιβοηθούντων αὐτοῖς πλείονες ἢ δέκα. τοὺς γὰρ ἡσυχίαν ἄγοντας οὐκ ἔκτεινον, οὐδὲ τοὺς ἀπιόντας ἐκ τῆς πόλεως ἐκώλυον. ἐφείσαντο δ' καὶ τοῦ Ἀγησιλάου, μθ' ἡμέραν ἐκ τοῦ ἱεροῦ προελθόντος. ἔστι δ' καὶ Λακεδαιμονίοις οὐ φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ θανάτου καὶ γέλωτος, καὶ τοιούτων ἄλλων παθημάτων ἱερά. λιμῶσι δ' τὸν φόβον, οὐχ, ὥσπερ οἷς ἀποδέπονται δαίμονας, ἱλούμενοι βλαβερὸν, ἀλλὰ τὴν πολιτείαν μάλιστα συνέχεσθαι νόμῳ νομίζοντες. διὸ καὶ προεκήρυττον οἱ ἔφοροι τοῖς πολίταις εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσιόντες, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, κείρεσθαι τὸν μύσακα, καὶ προσέχειν τοῖς νόμοις, ἵνα μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς· τὸν τοῦ μύσακος (οἶμαι) προτείνοντες, ὅπως καὶ περὶ τὰ μικρότατα τοὺς νέους πειθαρχεῖν ἐθίζωσι. καὶ τὴν ἀνδρείαν δέ μοι δοκοῦσιν, οὐκ ἀφοβίαν, ἀλλὰ φόβον φόβου καὶ δέος ἀδοξίας οἱ παλαιοὶ νομίζειν. οἱ γὰρ δειλότατοι πρὸς τοὺς νόμους, θαρρεῖν ἥκιστα δεδίασιν, οἱ μάλιστα φοβούμενοι τὸ κακῶς ἀκούειν. διὸ καὶ καλῶς, ὁ εἰπὼν, ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. καὶ Ὅμηρος, Αἰδοῖός τέ μοι ἐσσὶ φίλε ἑκυρὲ δεινός τε. καὶ, Σιγῇ δειδίοτες σημάντορας. τὸ γὰρ αἰσχύνεσθαι μάλιστα συμβαίνει πρὸς οὓς καὶ τὸ δεδοικέναι τοῖς πολλοῖς. διὸ καὶ πρῶτα τὸ τῶν ἐφόρων συσσίτιον ἱδρύσαντο τὸν φόβον ἐν Λακεδαίμονι μοναρχίας ἐγγυάτατα κατασκευασάμενοι τὸ ἀρχεῖον. ὁ δ' οὖν Κλεομένης ἡμέρας γενομένης προέγραψεν ὀγδοήκοντα τῶν πολιτῶν, οὓς ἔδει μεταστῆναι, καὶ τὰς δίφρους αἴρει τῶν ἐφόρων, πλὴν ἑνός, ἐν ᾧ καθήμενος ἔμελλεν αὐτὸς χρηματίζειν. ἐκκλησίαν δ' ποιήσας, ἀπελογεῖτο περὶ τῶν πεπραγμένων. ἔφη γὰρ ὑπὸ τοῦ Λυκούργου τοῖς βασιλεῦσι συμμιγῆναι τοὺς γέροντας, καὶ πολὺν χρόνον οὕτω διῳκεῖσθαι τὴν πόλιν, οὐδὲν ἑτέρας ἀρχῆς δεομένης. ὕστερον δ' τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου μακροῦ γενομένου, τοὺς βασιλεῖς ἀφ' τῆς στρατείας ἀσχόλους ὄντας αὐτοὺς πρὸς τὸ κρίνειν, αἱρεῖσθαι τινὰς ἐκ τῶν φίλων καὶ ἀπολείπειν τοῖς πολίταις αὐθ' ἑαυτῶν,

A primùm perculsus fuit, pertentari se ex aliqua suspicione ratus. Vt fides facta ei est nõ fingere narrantem, confirmatus est, ductisq; secum ciuibus, quos maximè suspicabatur cœpta sua oppugnaturos, Heræam & Alsæam contributa Achæis oppida cepit, cõmeatusq; importauit Orchomenijs, & sub muris Mantineæ castra locauit. breui longis itineribus sursum atque deorsum fatigatos Lacedæmonios reliquit maiore ex parte, quum id peterent, in Arcadia: mercenarium autem militẽ secum trahens, Spartam contendit, atq; in itinere illis quos maximè fidos sibi credebat, aperuit cõ-
B filiũ suum. Lento agmine progrediebatur, vt cœnantes occuparet ephoros. vt prope vrbem venit, Euryclidam præmisit ad conuiuium ephororum, quasi certa mãdata ab ipso haberet ad eos de bello. Hunc subsequuti sunt Thericion Phœbisq;, & duo qui cum Cleomene fuerãt educati, quos Samothracas vocabant, cum modica militum manu. Hi, colloquente adhuc cum ephoris Euryclida, districtis irrumpentes gladijs conciderunt eos. Primus Agesilaus saucius, vt concidit simulauitq; se exanimem, colligens sensim se & euoluens ex triclinio, irrepsit clam in ædiculam quæ Timoris
C fanũ erat, aliasq; perpetuò clausum tum fortè patebat. Eò postquam se intrò coniecit, ianuam oclusit. Reliqui quatuor occisi sunt, & qui subueniebant his, plus decem. Nam siqui quiescerent, hos nõ interfecerunt, neq; retinuerunt excedentes vrbe. Pepercerunt etiã Agesilao postero die ex cella prodeunti. Sunt apud Lacedæmonios non Timoris modò, verùm Mortis etiam, Risusq;, atq; aliorũ eiuscemodi affectuum templa. Timorem autẽ venerantur, non quòd, sicut quos detestantur lares, arbitrentur noxium: sed quòd contineri
D remp. imprimis arbitrentur timore. Quapropter proclamari iubebant ephori in concione, quum magistratũ inirent, (vt autor est Aristoteles) mentum vt raderent, & legibus aduerterent animum, ne sæuirent in ipsos. Quod ad mentũ attinet, proponunt, meo iudicio, vt etiã in minimis assuescat iuventus parere. Ac fortitudinem mihi videntur prisci non intrepidũ animũ, sed probri trepidationem atq; infamię metum existimasse. siquidem timidissimi legũ, sunt aduersus hostes animosissimi: & pati quiduis minimè timẽt, qui maximè trepidãt malè audire. Quapropter dixit quidã rectè,

Si metus est, simul est verecundia. Et Homerus,

Tu mihi chare socer reuerendus, tu metuendus.

E Et,

Ductores sine voce timentes.

Nam erubescere potissimum illos solet vulgus quos metuit. Quare iuxta ephororum triclinium posuerunt Lacedæmone ædem Timoris, quòd ferè in formam liberi dominatus euexissent curiam. Igitur Cleomenes vbi diluxit, proscripsit octoginta ciues, quos solum vertere imperauit, & ephororum sellas sustulit, dempta vna, qua sedens ius dicturus erat. Hinc aduocata concione excusauit acta. Docuit enim regibus senes ab Lycurgo adiũctos fuisse, diuq; ea ratione procuratã remp.
F magistratu non quæsito alio. Pòst quia bellum cum Messenijs gerebatur diutinum, districtos expeditionibus reges delegisse ad iudicia reddenda certos amicos, eosque reliquisse ciuibus vicarios,

qui dicti ephori fuerunt: longo æuo hos primùm regum administros fuisse, deinde sensim summā sibi vsurpasse potestatem, atque ita clàm peculiarem suum magistratū reddidisse. Indicio esse morem qui in hanc diem obseruetur, vt accersentibus regem ephoris semel atque iterum contradicat, tertiò vocantibus surgat & pergat ad eos. Qui hunc magistratum princeps illustrauerit & ampliauerit, Asteropum, multis pòst ætatibus ephorum fuisse. Quos, si modicè agerēt, inquit, præstaret ferre: verùm potestate accersita vt vetus pessundent imperium, atque reges partim exigant, partim indicta causa occidant, alijs aspicere iterum Spartæ pulcherrimum & diuinissimum statum auentibus minitentur, id verò non est ferendum. Quocirca si fieri potuisset sine cęde vt excuterentur adscititiæ ciuitatis pestes, deliciæ, & luxus, & æs alienū, & fœnora, antiquioraq; his mala, paupertas & diuitiæ, regum omnium existimaturus me sim felicissimū, si vt medicus patriam valuissem citra dolorem sanare. Nunc eius quod facere sum adactus, habeo Lycurgum exemplū, qui quū neq; rex esset, neq; in magistratu positus, sed regnū agere priuatus aggrederetur, irrupit armatus in forū. Vnde exanimis rex Charilaus confugit ad aram. Verùm placidus ille & patriæ amans, mox consortē se Lycurgo præbuit consiliorū, ac reip. mutationem comprobauit. Porro testatus facto est Lycurgus cōuertere sine vi & metu remp. arduum esse: quibus se demonstrauit moderatissimè vsum, ijs qui aduersabantur Lacedęmonijs saluti summotis. Cęteris omnibus agrū totū ostendit se in medio ponere, atq; ęre alieno obęratos exoluere: de peregrinis iudiciū se facturū & habiturū eorum delectū, quò fortissimi in ciuitatē adscripti tueātur vrbē armis: quò desinamus, inquit, Laconiā contemplari Aetolorum & Illyriorū esse defensorum inopia prędam. Hinc ipse patrimonium suum primus in medio posuit, inde Megistonus vitricus eius, & cęterorum amicorū quisque, tū reliqui ciues cuncti. Diuisus ager est. Sortes etiam cuiq; eorum quos exegerat in exilium, attribuit, reuocaturumq; omnes se rebus pacatis ostēdit. Suppleta ex optimis finitimis ciuitate, effecit peditum quatuor millia, quos vbi docuit prolancea sarissam ambabus manibus tractare, & clypeum ferre amento non appensum, ad iuventutē formandam cōuertit animum & ad disciplinam Laconicam: qua fermè omni in re constituenda pręsens Sphęrus fuit adiutor. Citò ordinem exercitationes & conuiuia conuenientē receperunt, redactiq; sunt in generosam illam & Laconicam vitam pauci necessitate, pleriq; sponte. Ne nomen tamen quenquam offenderet dominatus, regem sibi cooptauit fratrem Euclidam: ac tunc solum habuerūt Spartiatę vna ex domo duos reges. Porro Achęos & Aratum aduertens tanquam rebus suis ex innouatione ancipitibus arbitrari non exiturum se Lacedęmone, neque tanto in motu suspensam relicturum ciuitatem: magnificum & operępretiū putauit esse vt exercitus sui promptitudinem & alacritatē ostenderet hostibus. Igitur populabundus fines Megalopolitanos ingressus,

A ἐφόρους προσαγορευθέντας, καὶ διαπελεῖν τε τούτοις τὸ πρῶτον ἐπιτρέψας τῶν βασιλέων ὄντας, εἶτα καὶ μικρὸν εἰς ἑαυτοὺς τὴν ἐξουσίαν ὑπεστρέφοντας, καὶ ὅπως λαθεῖν ἴδιον ἀρχεῖον κατασκευασμένους. Σημεῖον δὲ τούτου, τὸ μέχρι νῦν, μεταπεμπομένων τὰς βασιλέας τοὺς ἐφόρους, τὸ πρῶτον ἀπιλέγειν καὶ τὸ δεύτερον· τὸ δὲ τέτον καλοῦντων, ἀναστάντα βαδίζειν πρὸς αὐτούς. καὶ τὰς πρῶτον ὑπισχνούμενα τὰς ἀρχὰς καὶ ἀπατεινάμενον Ἀστεροπὸν, ἡλικίας ὕστερον πολλαῖς ἔφορον γενέσθαι. μετειάζοντας μὲν ἂν αὐτοὺς κρεῖττον εἶναι τὸν ἐπόμενον, ἐξουσίας δὲ ὑπιδέτω τὰς πάτριον καταλύοντας ἀρχὰς, ὥστε τοὺς βασιλέας τοὺς μὲν ἀξελαύνειν, τοὺς δὲ ἀποκτιννύναι ἀκρίτους, ἀπειλεῖν δὲ τοῖς πολλοῖς αὐτοὺς ὑπιδεῖν τὸν καλλίστην καὶ θειοτάτην ἐν Σπάρτῃ καθέστασιν, οὐκ ἀνεκτόν. Εἰ μὲν οὖν δυνατὸν ἦν αὐτὸ σφαγῆς ἀπαλλάξαι τὰς ἐπιφανέστατος τῆς Λακεδαίμονος κῆρας, τρυφὰς καὶ πολυτελείας, καὶ χρέα καὶ δανεισμοὺς, καὶ πενεσβύτερα τούτων κακὰ, πενίαν καὶ πλοῦτον, εὐτυχέστατον ἂν ἡγεῖσθαι πάντων βασιλέων ἑαυτὸν, ὡς πρᾴως ἂν δυνάμενος ἰασάμενον τὸν πατρίδα· νῦν δὲ τῆς ἀνάγκης ἔχειν συγγνώμονα τὸν Λυκοῦργον, ὃς οὔτε βασιλεὺς ὢν, οὔτε ἄρχων, ἰδιώτης δὲ, βασιλεύειν ὑπεχείρει, σὺν τοῖς ὅπλοις προσῆλθεν εἰς ἀγορὰν· ὥστε δείσαντα τὸν βασιλέα Χαρίλαον, ὑπὸ βωμὸν καταφυγεῖν. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ὄντα χρηστὸν καὶ φιλόπατριν, ταχὺ τῷ Λυκούργῳ τῷ πραττομένων μεταφρένειν, καὶ τὸν μεταβολὴν δέξασθαι τῆς πολιτείας. ἔργῳ δὲ, μαρτυρήσαι τὸν Λυκοῦργον, ὅτι πολιτείαν μεταβάλειν ἄνευ βίας καὶ φόβου χαλεπὸν ἐστιν, οἷς αὐτὸν ἔφη μετειωπαίνοντα χρῆσθαι τοῖς ἐνιστάμενοις τῇ σωτηρίᾳ τῆς Λακεδαίμονος, ἐκ ποδὸς ποιησάμενος. τοῖς δὲ ἄλλοις ἔφη πᾶσι τὸν τε νῦν ἅπασαν εἰς μέσον θεῖναι, καὶ χρεῶν τοὺς ὀφείλοντας ἀπαλλάττειν, καὶ τῶν ξένων κρίσιν ποιεῖν καὶ δοκιμασίαν· ὅπως οἱ κράτιστοι νομόμενοι Σπαρτιάται σώζωσι τὸν πόλιν τοῖς ὅπλοις, καὶ παύσωμεν τὸν Λακωνικὸν Αἰτωλῶν καὶ Ἰλλυριῶν λείαν οὖσαν ἐρημίαν τῶν ἀμυνόντων ἐφορῶντες. ἐκ τούτου πρῶτον μὲν αὐτὸς εἰς μέσον τὸν οὐσίαν ἔθηκε, καὶ Μεγιστόνοις ὁ πατρῴος αὐτῷ, καὶ τῶν ἄλλων φίλων ἕκαστος, ἔπειτα καὶ οἱ λοιποὶ πολῖται πάντες, ἢ ὁ χώρα διενεμήθη. κλῆρον δὲ καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ γενόντων φυγάδων ἀπένειμεν ἑκάστῳ, καὶ καταξίν ἀπάντας ὡμολόγησε τῶν πραγμάτων ἐν ἡσυχίᾳ νομόμενον· ἀναπληρώσας δὲ τὸ πολίτευμα τοῖς χρηστοτάτοις τῶν πολιτῶν, ὁπλίτας τετρακισχιλίους ἐποίησε, καὶ διδάξας αὐτοὺς αὐτὸ δόρατος χρῆσθαι σαρίσῃ δι' ἀμφοτέρων, καὶ τὸν ἀσπίδα φορεῖν δι' ὀχάνης, μὴ λαβὴ πόρπακος, ὑπὲ τὸν παιδείαν τῶν νέων ἐβάπτη, καὶ τὸν λεγομένῳ ἀγωγὸν, (ἧς τὰ πλεῖστα παρὼν ὁ σφαῖρος αὐτῷ συνεκαθίζη) ταχὺ τὸν πρεσβύτερα τῶν τε γυμνασίων καὶ τῶν συσσιτίων κόσμον ἀναλαμβανομένων, καὶ συστελλομένων, ὀλίγων μὲν ἐν τῷ ἀνάγκης, ἑκουσίως δὲ τῶν πλείστων εἰς τὸν ὕλην καὶ Λακωνικὸν ἐκείνῳ δίαιταν. ὅμως δὲ τῆς μοναρχίας ὄνομα τῶν δαμυθούμενος, ἀπέδειξε μὲν ἑαυτοῦ βασιλέα τὸν ἀδελφὸν Εὐκλείδην. καὶ τότε μόνον Σπαρτιάταις ἐκ μιᾶς οἰκίας συνέβη δύο χρῆν βασιλέας. ἀγαθόμενος δὲ τὸς Ἀχαιοὺς καὶ τὸν Ἄρατον ὡς ὑπισχνοῦς αὐτῷ τῶν πραγμάτων ἐχόντων χρὴ τὸν νεωτερισμὸν, ὀκνοῦν δὲ οἰόμενος προσελθεῖν ἔξω τῆς Λακεδαίμονος, οὔτε ἀπολιπεῖν μετέωρον ἐν κινήματι τηλικούτῳ τὸν πόλιν, ὀκνοῦν ἀλλὰ νῦν ἀχρήστον ἡγήσατο τὸν ὑπεύθυμίαν τοῦ στρατεύματος ὑπιδεῖξαι τοῖς πολεμίοις. ἐμβαλὼν οὖν εἰς τὸν Μεγαλοπολιτικὸν,

B C D E F

ὠφελείας τε μεγάλας ἠνέγκοντο, καὶ φθορὰν πολλὴν ἀπεργάσατο τῆς χώρας. τέλος δ', τοὺς τοῦ τ' Διόνυσον τεχνίτας ἐκ Μεσσήνης συμπορευομένους λαβὼν, καὶ πηξάμενος θέατρον ἐν τῇ πολεμίᾳ, καὶ τοσούτους ἀπὸ τετταράκοντα μνῶν ἀγῶνα, μίαν ἡμέραν ἐθεάτο καθήμενος· οὐ δεόμενος θέας, ἀλλ' ὅπως ἐπιφανῶν τοῖς πολεμίοις, καὶ τοσούτοις ἰδίᾳ τινὰ τοῦ κρατεῖν πολὺ ὑπερβαλεῖν ἐπιδεικνύμενος. ἐπεὶ δήπουθέν γε τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν στρατευμάτων ἐκεῖνο μόνον οὐ μίμους τοῦ παρεκβαίνοντας εἶχεν, οὐ θαυματοποιοὺς, οὐκ ὀρχηστρίδας, οὐ ψαλτρίας, ἀλλὰ πάσης ἀκολασίας καὶ βωμολοχίας καὶ παιδικοῦ καθαρὸν ἦν· τὰ μὲν πολλὰ μελετώντων τῶν νέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων διδασκόντων, τάς τε παιδιὰς ὁπότε σχολάζοιεν, ταῖς συνήθεσιν εὐτραπελίαις, καὶ τὸ λέγειν τι χαρίεν καὶ Λακωνικὸν πρὸς ἀλλήλους παρεπιτιθέμενοι. ἐν τοῖς δ' ἔχει τὸ τοιοῦτον τῆς παιδιᾶς εἶδος ὠφέλειαν, ἐν τοῖς Λυκούργου βίῳ γέγραπται. πάντων δ' αὐτὸς ἐγίγνετο διδάσκαλος, εὐτελῆ καὶ ἀφελῆ καὶ φορτικὸν οὐδὲν οὐδὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ἔχοντα τ' ἑαυτοῦ βίον, ὥσπερ παράδειγμα σωφροσύνης, ἐν μέσῳ θέμενος. ὃ καὶ πρὸς τοὺς Ἑλληνικοὺς πρέσβεις ῥοπὴν τινα παρέσχεν αὐτῷ. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐντυγχάνοντες οἱ ἄνθρωποι βασιλεῦσιν, οὐχ οὕτω κατεπλήττοντο τοῖς πλούτοις καὶ τοῖς πολυτελείαις, ὡς ἐβδελύττοντο τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν καὶ τὸ ὄγκον, ἐπαχθῶς καὶ τραχέως προσφερομένων τοῖς ἐντυγχάνουσι· πρὸς δὲ Κλεομένη βαδίζοντες, ὅντα τε δὴ βασιλέα καὶ καλούμενον, εἶτα ὁρῶντες οὐ πορφύρας τινὰς οὐδὲ χλαίνας περὶ αὐτὸν, οὐδὲ κλινιδίων καὶ φορείων κατασκευὰς, οὐδὲ ὑπ' ἀγγέλων ὄχλου καὶ θυρωρῶν, ἢ δι' γραμματίων γρηματίζοντα χαλεπῶς καὶ μόλις, ἀλλ' αὐτὸν ἐν ἱματίῳ τῷ τυχόντι πρὸς τὰς δεξιώσεις ἀπαντῶντα καὶ συναλειφόμενον καὶ σχολάζοντα τοῖς χρήζουσιν ἱλαρῶς καὶ φιλανθρώπως, ἐκπλησσόντο καὶ κατεδημαγωγοῦντο, καὶ μόνον ἀφ' Ἡρακλέους ἐκεῖνον ἔφασαν γεγονέναι. τῶν δ' δείπνων αὐτοῦ τὸ μὲν καθημερινὸν ἦν ἐν τρικλίνῳ, σφόδρα σύνεσταλμένον καὶ Λακωνικόν· εἰ δ' πρέσβεις ἢ ξένους δέχοιτο, δύο μὲν δίφραι προσπαρεβάλλοντο κλίναι, μικρῷ δ' μᾶλλον οἱ ὑπηρέται τὴν τράπεζαν ἐπελάμπρυνον, οὐ καρυκείαις χίοιν οὐδὲ πέμμασιν, ἀλλ' ὥστε ἀφθονωτέρας εἶναι τὰς παραθέσεις, καὶ φιλανθρωπότερον τὸ οἶνον. καὶ γὰρ ἐπετίμησε τινὶ τῶν φίλων, ἀκούσας ὅτι ξένους ἑστιῴη, ζωμὸν αὐτοῖς μέλανα καὶ μάζαν, ὡς τοῦ ἔθους ἐν τοῖς φιδιτίοις, παρέθηκεν. οὐ γὰρ ἔφη δεῖν ἐν τούτοις οὐδὲ πρὸς τοὺς ξένους λίαν ἀκριβῶς λακωνίζειν. ἐπαρθείσης δ' τῆς τραπέζης, εἰσεκομίζετο τείποις, κρατῆρα χαλκοῦν ἔχων οἴνου μετρίου, καὶ φιάλας ἀργυρᾶς δικοτύλους δύο, καὶ ποτήρια τῶν ἀργυρῶν ὀλίγα πᾶσιν, ὧν ἔπινεν ὁ βουλόμενος· ἄκοντι δ' οὐδεὶς ποτήριον προσέφερεν. ἀκρόαμα δ' οὔτ' ἦν, οὔτε ἐπεζητεῖτο· ἐπαιδαγώγει γὰρ αὐτὸς ὁμιλίᾳ τὸ ποτὸν, τὰ μὲν ἐρωτῶν, τὰ δ' διηγούμενος, ὅτε τ' πρεπὴν ἀπὸ τῶν λόγων, τοῦ τε παιδιᾶς ὅπῃ χρῆν καὶ ἀσύλοικον ἔχοντων. ἃς μὲν γὰρ οἱ λοιποὶ τ' βασιλέων ὅπῃ τοὺς ἀνθρώπους θήρας ἐποιοῦντο, χρήμασι καὶ δωρεᾶς δελεάζοντες ἀδικεῖν καὶ ἀποστρέφοντες, ἀτέχνοις καὶ ἀδίκοις ἐνόμιζεν εἶναι· τὸ δ' ὁμιλίᾳ καὶ λόγῳ χαίρειν ἔχοντι καὶ πίστιν οἰκειοῦσθαι καὶ προσάγεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας. ἐφαίνετο κάλλιστον αὐτῷ καὶ βασιλικώτατον· ὡς οὐδενὶ φίλου παρέφερον μισθωτὸν, ἢ τῷ τ' μὲν ἥδη καὶ λόγῳ, τ' δ' ὑπὸ χρημάτων ἁλίσκεσθαι. πρῶτον μὲν οὖν οἱ Μαντινεῖς αὐτὸν ἐπηγάγοντο,

A tum ingentem prædam congessit, tum magnam vastitatem edidit agri. Denq; captis artificibus qui ludicram artem faciebant, & veniebant ex Messene, excitauit in hostico theatrum, exhibitisque quadraginta minarum sumptu in vnũ diem ludis sedit illic ad eos spectandos: non quò duceretur eo spectaculo, sed vt hostib. quasi insultaret, & quàm longe illis esset superior cumulatè illorum demonstraret despicientia. quando alioquin inter Gręcorum & regum exercitus vnus ille non mimos trahebat secum, non præstigiatores, non saltatrices vel psaltrias: sed omni lasciuia, vernili-
B tate, insolentia vacabat. quòd ferè exerceret se iuventus, maiores natu docerent eam: ludosque, quum otium esset, in solitis facetijs & festiuis Laconicisque inter se dictis ponerent. Quid autem id ludi genus afferret emolumenti, in vita Lycurgi retulimus. Omnium ipse rex erat doctor. Frugalem, simplicem, nulla re licentiorem aut splendidiorem cæterorum cultum suum tanquã temperantiæ exemplum proponebat. quòd ad negotia Græciæ ei præbuit nonnihil momenti. siquidem quum alios reges Gręci adirent, non ita opes & luxum eorum stupebant, vt execrabantur su-
C perbiam & fastũ tumidè & asperè cum appellantibus ipsos agẽtium. Cleomenem quum adirent, qui rex & verè erat & dicebatur, neque purpuras circa eum, neque lænas, neque lectulorum conspicerent vel lecticarum instrumẽtum, neque per nuntiorum & ianitorum gregem, vel per libellos grauatim & cum difficultate respondentẽ, verùm illum ipsum pallio amictũ plebeio ad salutationes occurrentem, colloquentemq; & vacantẽ exporrecto vultu humanoq; adeuntibus: his artibus capiebantur & ducebantur, solumq; ab Hercule illum prædicabãt ortum. Cœna eius quotidiana in triclinio erat perquã restricta & Laconica. Quòd
D si legatos vel hospites exciperet, lecti duo alij adijciebantur, & mensam instruebant ministri paulò splendidiorem, non condimentis vel bellarijs, sed fercula vt pleniora essent, & gratius vinũ. Etenim castigauit aliquando amicũ quendam quum intellexisset hospitibus inuitatis nigrũ ius eum & offam pro Laconicorum more conuiuiorum apposuisse. Negauit enim in his vel apud hospites nimium Laconicè agendũ. Sublata mensa altera inferebatur mensa tribus pedibus, in qua crater æneus ponebatur vini plenus, & phialæ argẽteæ bi-
E nas heminas capientes, poculaq; argentea admodum pauca. ex quibus, cui liberet, bibebat: inuitũ inuitabat ad bibendũ nemo. Acroama neq; adhibebatur, neq; requirebatur. quippe compotationem ipse condiebat sermone, nunc quærendo, nunc narrãdo: neq; inerat seueritas orationi eius tristis, sed lepidus & honestus iocus. Quas enim reliqui reges fabricabant hominibus captiones, qui inescabant & corrumpebant eos pecunia: has rusticas & iniquas ducebat. At comi cõsuetudine & lepida oratione alienaque à fuco cõgredientes conciliare & adiungere, hoc pulcherrimum ei &
F rege videbatur dignissimũ. Nam nihil inter amicum interesse & mercenarium rebatur, nisi quòd pecunia hic, ciuilitate ille & festiuis verbis capiatur. Ergo inuitarunt eum primùm Mantinei:

qui clam nocte in vrbem ſuam eo duce irrum- A
pentes, præſidium Achæorum eiecerunt, atque in
fidem eius ſe dedidere. Hic verò legibus & repub.
illis reſtituta, eodẽ die digreſſus Tegeam eſt. Mox
circumuectus per Arcadiam, petiit Pheras Achai-
cas, quo aut ſigna cum Achæis conferret aut ſug-
gillaret Aratum, quòd vitabundus agrum ſibi cõ-
culcandum condonaret. Prætor tunc Hyperba-
tas erat, ſed omnis penes Aratum erat autoritas.
Quum Achæi omni nomine ſuo excitato caſtra
haberent in Dymæis ad Hecatombæum, mouit in
eos Cleomenes, ac parum prudenter exiſtimatus
eſt inter Dymæorum vrbem hoſtilem & caſtra B
Achæorum conſediſſe. Verum Achæos audacter
laceſſens, coegit eos ad ſigna conferenda. quibus
acie fuſis fugatiſque, multos in prælio concidit,
multis etiam captiuis potitus eſt. Langonem ad-
ortus, præſidio deiecto Achæorum, reddidit Eliis
oppidum. Ita contuſis Achæis Aratus, qui altero
quoque anno prætura erat fungi ſolitus, abdica-
uit & detrectauit magiſtratum inuitantibus eum
& orantibus Achæis, parum honeſte, ſicut in ſæ-
uiore rerum tempeſtate, alteri clauum permittens
& tradens rerum arbitrium. At Cleomenes pri-
mum dura viſus eſt legatis Achæorum imperaſſe.
Inde alios miſit ad eos poſtulatum ſibi vt permit-
terent imperiũ, de cętero facile ſibi cum ipſis con-
uenturum: imo ſe captiuos quoque ſtatim & quæ
occupaſſet, reſtituturum. Quum Achæi ad pacem
his conditionibus accipiendam parati eſſent, &
Cleomenem accirent Lernam, quo conciliũ gen-
tis indixerant: forte Cleomenes agmine raptim
acto & aqua intẽpeſtiue hauſta, vim ſanguinis re-
iecit, & vox eſt ei intercluſa. Itaque nobiliſſimos
quoſq; captiuorũ remiſit Achæis, ac die protogata
conuentus Lacedæmonem ſeceſſit. Id res Græciæ
labefecit: quæ alioquin nonnihil ex præſentibus
malis attollere oculos, Macedonumq; impotentiã
& dominatum potuiſſet declinare. Aratus enim ſiu
e diffidentia & timore Cleomenis, ſiue inſperatę
proſperitati eius inuidens: ac probroſum putans vt
ſibi, qui tres & triginta annos principatum obti-
nuerat, nomẽ ſimul & opes iuuenis ſubito detra-
heret, atq; extorqueret rerum ab ſe auctarũ & tam
diu rectarum imperium: primũ deterrere Achæos
& prohibere anniſus eſt à fœdere. vbi non paru-
erunt ei, Cleomenis audacia attoniti, imo etiã ęqua
arbitrati ſunt Lacedæmoniorũ poſtulata, qui Pe-
loponneſum in veterem ſtatum inſtituebant re-
ducere: ad factum conuertit ſe cum nulli honeſtũ
Græco, tum turpiſſimum illi, eiuſque rebus geſtis
& actionibus indigniſſimum, in Græciam vt Anti-
gonum acciret, Macedonibuſque impleret Pelo-
ponneſum: quos ipſe inde adoleſcens pepulerat
liberato Acrocorintho, omnibuſq; regibus ſuſpe-
ctum ſe & inimicũ reddiderat, atq; in hunc ipſum
Antigonũ in editis abs ſe cõmentariis infinita ef-
fuderat probra. qui quum multa ſuſtinuiſſe & ſub-
iſſe pericula ſe Athenienſiũ cauſa iacter, quo vrbs
illa præſidio & Macedonibus leuaretur: hos in
patriam ſuoſque ipſius penates armatos vſque ad
gynæcium introduxit, regem verò Spartiatarum, F

καὶ νύκτωρ εἰς τὴν πόλιν παρειαπεσόντες, τὴν φρουρὰν τὴν
Ἀχαιῶν συνεκβαλόντες ἐνεχείρισαν αὐτοῖς. ὁ δὲ καὶ τοῖς
νόμοις καὶ τὴν πολιτείαν αὐτοῖς ἀποδοὺς, αὐθημερὸν ἀπῆλ-
θεν εἰς Τέγεαν. ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐκπορευθὲν δι' Ἀρκαδίας, κατέβαινεν ἐπὶ τὰς Ἀχαϊκὰς Φερὰς, βουλόμενος ἢ
μάχην θέσθαι πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, ἢ ἀφαιρεῖσθαι τὸν Ἄρατον, ὡς ἀποδιδράσκοντα καὶ παρίεμενον αὐτῷ τὴν χώραν.
ἐστρατήγει μὲν γὰρ Ὑπερβατᾶς τότε, τὸ δὲ Ἄρατου πολὺ
ἰσχὺς κράτος ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς. ἐξελθόντων δὲ πανδημεὶ τῶν
Ἀχαιῶν καὶ στρατοπεδευσαμένων ἐν Δυμαίαις πρὸς τὸ Ἑκα-
τόμβαιον, ἐπελθὼν ὁ Κλεομένης, ἔδοξε μὴ οὐ καλῶς ἐν
μέσῳ τῆς τε Δημαίων πόλεως πολεμίας οὔσης καὶ τοῦ στρα-
τεύματος τῶν Ἀχαιῶν αὐλίσασθαι. τολμηρῶς γὰρ προσκα-
λούμενος τοὺς Ἀχαιοὺς ἠνάγκασε συμβαλεῖν, καὶ νικήσας
κατὰ κράτος καὶ τρεψάμενος τὴν φάλαγγα, πολλοὺς μὲν ἐν
τῇ μάχῃ διέφθειρεν αὐτῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἐκυρίευ-
σεν. ἐπελθὼν γὰρ Λάγγωνι, καὶ τῶν Ἀχαιῶν τοὺς φρουρήσαντας
ἐξελάσας, ἀπέδωκεν Ἠλείοις τὴν πόλιν. οὕτω δὲ συντε-
τειμμένοις τοῖς Ἀχαιοῖς ὁ μὲν Ἄρατος, εἰωθὼς παρ' ἑαυ-
τὸν ἀεὶ στρατηγεῖν, ἀπείπατο τὴν ἀρχὴν καὶ παρῃτήσατο, κα-
λούντων καὶ δεομένων, οὐ καλῶς, οἷς ἐν χειμῶνι τοσούτῳ μείζονι, μεθεὶς ἑτέρῳ τὴν οἰακοστροφίαν καὶ τοσοῦτος τὴν ἐξουσίαν. ὁ δὲ
Κλεομένης πρῶτον μὲν μετεῖναι τοῖς Ἀχαιοῖς ἐδόκει πρέσβεσιν ὑπιστάμενος, ἑτέρους γὰρ πέμπων ἐκέλευεν αὐτῷ παραδιδόναι τὴν ἡγεμονίαν, ὡς πάλαι μὴ διοισόμενος πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους αὐθὶς ἀποδώσων καὶ τὰ χωρία. βουλομένων δὲ τῶν Ἀχαιῶν ὑπὲρ τούτοις δέχεσθαι τὰς ἀπαλλάγας, καὶ τὸν Κλεομένη καλούντων εἰς Λέρνην, ὅπου τὴν ἐκκλησίαν ἔμελλον ἔχειν, ἔτυχε τὸν Κλεομένη σιωπῶντος ὁδεύσαντα, καὶ χρησάμενον τῷ κρείττονι ὑδροποσίᾳ, αἵματος πλῆθος ἀνενεγκεῖν, καὶ τὴν φωνὴν ἀποκοπῆναι. διὸ τῶν μὲν αἰχμαλώτων ἀπέπεμψε τοῖς Ἀχαιοῖς τοὺς ὑπιφανεστάτους, τὸν δὲ σύλλογον ὑποθέμενος, ἀνεχώρησεν εἰς Λακεδαίμονα. τοῦτο διελυμήνατο τὰ πράγματα τῆς Ἑλλάδος, ἄλλως τέ πως ἐκ τῶν παρόντων ἀναλαβεῖν αὐτὴν ἔτι καὶ ἀφαιρεῖν τὴν Μακεδόνων ὕβριν καὶ πλεονεξίαν διωαμένην. ὁ γὰρ Ἄρατος, εἴτε ἀπιστίᾳ καὶ φόβῳ τοῦ Κλεομένους, εἴτε φθονῶν ἀτυχοῦντι παρ' ἐλπίδα, καὶ νομίζων, ἐπὶ τρία καὶ τριάκοντα πρωτεύοντος αὐτοῦ δεινὸν εἰ τὴν δόξαν ἅμα καὶ τὴν δύναμιν ὑπιφυόμενον νέον ἄνδρα καθελοῖ, καὶ πολλαχοῦ πραγμάτων νυξημένων ὑπ' αὐτοῦ καὶ κεκρατημένων χρόνον τοσοῦτον ἀρχήν, πρῶτον μὲν ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀχαιοὺς παραβιάζεσθαι καὶ ἀφαιρεῖν· εἶτα οὐ προσεῖχον αὐτῷ τοῦ Κλεομένους ἐκπεπληγμένοι τὸ θράσος, ἀλλὰ καὶ δικαίαν ἐποιοῦντο τὴν ἀξίωσιν τῶν Λακεδαιμονίων εἰς τὸ πάτριον ἐπανορθωσαμένων τὴν Πελοπόννησον, τὸ ἔπεται πρὸς ἔργον, οὐδενὶ μὲν τῶν Ἑλλήνων προσῆκον, αἴσχιστον δ' ἐκείνῳ, καὶ τῶν πεπραγμένων ὑπ' αὐτοῦ καὶ πεπολιτευμένων ἀναξιώτατον· Ἀνίδρυνον ὑπὲρ τὴν Ἑλλάδα καλεῖν, καὶ Μακεδόνων ἐμπιπλάναι τὴν Πελοπόννησον, οὓς αὐτὸς ἐκ Πελοποννήσου μειράκιον ὢν ἐξήλασεν, ἐλευθερώσας τὸν Ἀκροκόρινθον. καὶ πᾶσι μὲν τοῖς βασιλεῦσι ὕποπτος καὶ ἀφόρητος γιγνόμενος, τοῦτον δὲ αὐτὸν Ἀνίδρυνον εἰρηκὼς κακὰ μυρία, δι' ὧν ἀπολέλοιπεν ὑπομνήματα. καίτοι πολλὰ παθεῖν καὶ προβαλέσθαι φησὶν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀθηναίων, ὅπως ἡ πόλις ἀπαλλαγείη φρουρᾶς καὶ Μακεδόνων· εἶτα τούτους ὑπὲρ τῆς πατρίδα καὶ τὴν ἑστίαν τὴν ἑαυτοῦ μετ' ὅπλων εἰσήγαγεν, ἄχρι τῆς γυναικωνίτιδος τὸν δὲ ἀφ' Ἡρακλέους γεγονότα, καὶ βασιλεύοντα Σπαρτιατῶν,

καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν, ὥσπερ ἁρμονίαν ἐκλελυμένην, ἀναχρωσόμενον αὖθις ἐπὶ τὸν σώφρονα καὶ Δώριον ἐκεῖνον τοῦ Λυκούργου νόμον καὶ βίον, οὐκ ἀξίου Σικυωνίων ἡγεμόνα καὶ Τεικκαίων γράφεσθαι. φεύγων δὲ τὴν μάζαν καὶ τὸ τείβωνα, καὶ τὸ δεινότατον ὧν κατηγόρει Κλεομένους, ἀναίρεσιν πλούτου, καὶ πενίας ἐπανόρθωσιν, διαδήματι καὶ πορφύρᾳ, καὶ Μακεδονικοῖς καὶ σατραπικοῖς προστάγμασιν ἐπέρριψε μετὰ τῆς Ἀχαΐας αὐτὸν, ἵνα μὴ Κλεομένει ποιεῖν δοκῇ τὸ προσταττόμενον, Ἀντιγόνεια θύων, καὶ παιᾶνας ἄδων αὐτὸς ἐστεφανωμένος εἰς ἀνθρώπου ἐπὶ φθόνῳ καταστενόμενον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ Ἀράτου κατηγορῶν βουλόμενοι γράφομεν, (εἰ πολλοῖς γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος Ἑλληνικὸς γέγονε καὶ μέγας) οἰκτείροντες δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, εἰ μηδὲ εἰ ἤθεσιν οὕτως ἀξιολόγοις καὶ διαφόροις πρὸς ἀρετὴν, ἐκφέρειν δυνάσθαι τὸ καλὸν ἀνεμέστητον. ἐλθόντων δὲ Ἀχαιῶν εἰς Ἄργος αὖθις ἐπὶ τὴν σύλλογον, καὶ τοῦ Κλεομένους ἐκ Τεγέας καταβεβηκότος, ἐλπὶς ἦν πολλὴ τῶν ἀνθρώπων ἔσεσθαι τὴν διάλυσιν. ὁ δὲ Ἄρατος ἤδη διωμολογημένων αὐτῷ πρὸς τὴν Ἀντίγονον τῶν μεγίστων, φοβούμενος τὸν Κλεομένη μὴ πόλεμον διαπράξηται, καθομιλήσας τὸ πλῆθος, ἢ καὶ βιασάμενος, ἡδίου, λαβόντα τριακοσίους ὁμήρους, μόνον εἰσιέναι πρὸς αὐτοὺς, ἢ κατὰ γυμνάσιον ἔξωθεν τὸ Κυλλαράβιον προσελθόντα μετὰ τῆς δυνάμεως διαλέγεσθαι. ταῦτα ἀκούσας ὁ Κλεομένης ἄδικα πάσχειν ἔφασκε· δεῖν γὰρ οὐθὲν αὐτῷ τότε προσειπεῖν, οὐ νῦν, ἥκοντος ἐπὶ τὰς θύρας τὰς ἐκείνων, ἀπιστεῖν καὶ ἀπελαύνειν. καὶ γράψας περὶ τούτων ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, ἧς ἦν τὸ πλεῖστον κατηγορία Ἀράτου, πολλὰ δὲ καὶ τοῦ Ἀράτου λοιδορήσαντος αὐτὸν πρὸς τὸ πλῆθος, ἀνέζευξε διὰ τάχους· καὶ κήρυκα πόλεμον προαγορεύσας τοῖς Ἀχαιοῖς ἔπεμψεν, οὐκ εἰς Ἄργος, ἀλλ' εἰς Αἴγιον, ὥς φησιν Ἄρατος, ὅπως φθάσῃ τὴν προσδοκίαν αὐτῶν. ἐγεγένει δὲ κίνημα τῶν Ἀχαιῶν, καὶ πρὸς ἀπόστασιν ὥρμησαν αἱ πόλεις, τῶν μὲν δήμων νομίζοντες τῆς χώρας καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς ἐλπιζόντων, τῶν δὲ προστῶν πολλαχοῦ βαρυνομένων τὸν Ἄρατον, οἱονεὶ δὲ καὶ δι' ὀργὴν ἐχόντων, ὡς ἐπαίρουσα τὴν Πελοπόννησον Μακεδόνας. διὸ τούτοις ἐπαρθεὶς ὁ Κλεομένης, εἰς Ἀχαΐαν ἐνέβαλε· καὶ πρῶτον μὲν εἷλε Πελλήνην ἀξαπίνης ἐπιπεσών, καὶ τοὺς φρουροῦντας ἐξέβαλε μετὰ τῶν Ἀχαιῶν· μετὰ δὲ ταῦτα Φενεὸν προσηγάγετο καὶ Πενταλεῖον. ἐπεὶ δὲ φοβηθέντες οἱ Ἀχαιοὶ προδοσίαν τινὰ προσπολεμοῦσι τοῖς Κορίνθῳ καὶ Σικυῶνι, τοὺς ἱππεῖς καὶ τοὺς ξένους ἀπέστειλαν ἐξ Ἄργους εἰς προφυλακὴν, αὐτοὶ δὲ τὰ Νέμεια καταβαίνοντες εἰς Ἄργος ἦλθον, ἐλπίσας (ὅπερ ἦν) ὁ Κλεομένης, ὄχλου πανηγυρικοῦ καὶ θεατῶν τὴν πόλιν γέμουσαν ἀπροσδοκήτως ἐπελθὼν μᾶλλον καταπλήξειν, νυκτὸς ἦγε πρὸς τὰ τείχη τὸ στράτευμα, καὶ τὴν τοῦ Ἀσπίδα τόπον καταλαβὼν, ὑπὲρ τοῦ θεάτρου, χαλεπὸν ὄντα καὶ δυσπρόσοδον, οὕτως τοῖς ἀνθρώποις ἐξέπληξεν, ὥστε μηδένα τε ἀπέσθαι πρὸς ἀλκὴν, ἀλλὰ καὶ φεύγειν λαβόντας, καὶ δοκῶν τῶν πολιτῶν ὁμήρους εἴκοσι, καὶ γενέσθαι συμμάχους Λακεδαιμονίων, ἔχοντος ἐκείνου τὴν ἡγεμονίαν. ὑπὸ μικρὸν οὖν τοῦτο καὶ πρὸς δόξαν αὐτῷ καὶ δυνάμιν ὑπῆρχεν. οὔτε γὰρ οἱ πάλαι βασιλῆς Λακεδαιμονίων, πολλὰ πραγματευσάμενοι, προσαγαγέσθαι τὸ Ἄργος βεβαίως ἠδυνήθησαν· ὅ, τε δεινότατος τῶν στρατηγῶν Πύρρος, εἰσελθὼν καὶ βιασάμενος, οὐ κατέσχε τὴν πόλιν, ἀλλ' ἀπέθανε, καὶ πολὺ σφοδρότερον μέρος αὐτῷ τῆς δυνάμεως.

A Herculis progeniem, qui veterem reipublicæ ſtatum velut concentum diſcrepantem ad temperatam nitebatur reducere illam Lycurgi diſciplinam & vitam Doricam, habuit indignum qui Sicyoniorum & Triccæorum appellaretur dux. Refugiens autem offam & lænam & duriſſimum, quod Cleomeni impinxit, excidium opulentię & paupertatis correctionem: diademati, purpuræ, Macedoniciſque & ſatrapicis ſemet ipſe cum Achaia edictis ſubiecit, ne Cleomenis facere videretur imperata, Antigonia celebrans, atque pæanas ipſe coronatus in hominis laudem tabe confecti canens. Neque verò hæc Arati cauſa traducendi ſcribimus (multis enim in rebus vir hic Græcia dignus & celſus fuit) ſed quòd miſereat nos naturæ humanæ imbecillitatis, quæ ne in moribus quidem adeo inſignibus & præcellentibus decus efferre ad virtutem valeat labe vacuum. Quum Achæi iterum Argos conueniſſent, atq; ex Tegea eodem deſcendiſſet Cleomenes, erant magna in ſpe pacis homines. Ibi Aratus, quum de maximis capitibus ei iam cum Antigono conueniſſet, metuens ne omnia tranſigeret Cleomenes inducta multitudine aut etiam vi coacta, propoſuit vt acceptis trecentis obſidibus ſolus ille ad ipſos veniret, aut extra oppidum in gymnaſio, quod Cyllarabion dicitur, exercitu admoto ageret cum ipſis. Quibus nuntiatis, Cleomenes iniuria dixit ſe affici, debuiſſe enim initio ſtatim id illos prædicere ſibi: non nunc, quum veniſſet ad ipſorum fores, diffidere & abigere ſe. Itaq; ſcripta de his ad Achæos epiſtola, quæ plena erat de Arato querelarũ, multiſq; inuicem ab Arato probris in conuentu laceratus, reduxit propere exercitum, caduceatoremque ad bellum Achæis indicendum miſit non Argos, ſed Ægion, vt ait Aratus, quo imparatos opprimeret. Erant iam in motu Achæi, & ciuitates ad defectionem ſpectabant plebe legem agrariam & nouas tabulas ſperante: principibus verò paſſim Aratum grauatis, nonnullis & infenſis, quòd traheret in Peloponneſum Macedonas. Quibus Cleomenes excitatus intulit Achaiæ arma. Primum ſubito aduentu cepit Pellenen, expulitque cum Achæis præſidium: hinc Pheneo & Penteleo potitus eſt. Quia verò proditionem veriti Achæi Corinthi & Sicyone parari, equites & mercenarios milites illuc in præſidium miſerãt, & ipſi Argos profecti agitabant Nemea: Cleomenes, id quod erat, ſperans ſi vrbem in tempeſtiua conuiuia & ſpectaculum effuſam ſubito eſſet adortus, impenſiùs ſe perculſurum eam, nocte admouit muris exercitum. Occupata regione ad Aſpidem ſupra theatrum, qui locus difficilis eſt & pene inacceſſus, ita exanimauit populum vt nemo arma caperet, ſed præſidium acciperent, atq; ex ciuibus darent viginti obſides, inirentq; cum Lacedæmoniis ſocietatem ſub illius ductu. Peperit id ei non exiguum nomen & autoritatem. neque enim priſci Lacedæmoniorum reges, quum multa mouiſſent, adiungere firmiter valuerunt Argos: neque dux acerrimus Pyrrhus potuit vi facta irruptione vrbem in poteſtatem redigere: ſed occubuit ibi, atque exercitus eius fuit magna ex parte deletus.

Traxit ibi residens, aciem bellumque sitiuit.

Quum in hoc esset statu, appulit Alexandriam Messenius Nicagoras: hic oderat Cleomenem, in specie tamen pro amico gerebat se. Prædium ei aliquando amœnum vendiderat: cuius pretium ille vel ob inopiam pecuniæ, vel per occupationes, atque bellis impeditus, non dissoluerat. Hunc igitur è naui oneraria tunc egredientem Cleomenes videns, (nam forte deambulabat in crepidine littoris) diligenter salutauit eum, & qua de re in Ægyptum venisset percunctatus est. Quum Nicagoras, comiter salute reddita, equos bellatores regi se insignes diceret adducere: Mallem, inquit, sambucistrias & cinædos. nam hæc rex nunc moratur imprimis. Nicagoras in præsentia quidem arrisit: paucis verò post diebus mentione illata apud Cleomenem fundi, tunc certè orauit eum vt numeraret precium, non facturus vt illum obtunderet nisi in distrahendis mercibus satis magnam iacturam fecisset. Vbi Cleomenes ostendit nihil sibi ex donis regis superesse, offensus Nicagoras denudat Cleomenis dicteriũ Sosibio. Hanc ille ansam accepit lubens. Cæterùm regem maiori de causa querẽs irritare, induxit Nicagoram vt epistolam aduersus Cleomenem regi scriptam relinqueret, statuisse illũ, si naues & milites ab ipso accepisset, Cyrenas occupare. Ac Nicagoras quidẽ his scriptis literis vela fecit. Quũ Sosibius triduo post obtulisset Ptolemæo quasi modo sibi redditã epistolam, atq; adolescentem inflãmasset: visum est in amplis ædibus Cleomenẽ recludere, præbitoq; reliquo consimili cultu arcere exitu. Erant hæc acerba Cleomeni, sed infestiorem in futurum spem concepit ex huiuscemodi causa: Ptolemæus Chrysermi filius, regis amicus, appellauerat semper Cleomenem benigne, vsusque inter eos & libera mutuo colloquia intercedebant. Hic tunc petentem adiit Cleomenem, lenique oratione suspicionem eleuauit, & regem excusauit. Digrediens rursus ex ædibus, quum prosequentem a tergo vsque ad ostium Cleomenem non animaduertisset:

A τῷ γὰρ ὅλῳ τοιούτῳ διέφαινεν ἦθος ἐν τοῖς βασιλικοῖς, ὑποβλέπων ἀτρέμα καὶ παρεισκοπῶν τὰ παραπίπτοντα, ναῦς μὲν οὖν αὐτῶν καὶ στρατείαν ἀπεῖπε· πυνθανόμενος δὲ τεθνάναι τὸν Ἀντίγονον, Αἰτωλικῷ τῷ πολέμῳ συμπεπλέχθαι τοὺς Ἀχαιοὺς, τὰ δὲ πράγματα ποθεῖν αὐτὸν καὶ παρακαλεῖν ἐκεῖνον, ἐν παρόχῃ τῷ Δι᾽ ἀσωτίᾳ τῆς Πελοποννήσου γενομένης, ἠξίου μόνος ἀπαλλάττεσθαι μετὰ τῶν φίλων, ἐπεὶ δὲ οὐδένα, τοῦ μὲν βασιλέως οὐκ εἰσακούοντος, ἀλλὰ ἐν γυναιξὶ καὶ πότοις καὶ κώμοις στρεφόμενος ἑαυτόν. ὁ δὲ τῶν ὅλων προεστηκὼς καὶ προβουλεύων Σωσίβιος, μένοντα μὲν τὸν

B Κλεομένη τὸν ἐν γνώμῃ, ἡγεῖτο δυσμεταχειριστον εἶναι καὶ φοβερὸν, ἀφεθέντα δὲ, τολμηρὸν ἄνδρα καὶ μεγαλοπράγμονα, καὶ τῆς βασιλείας νοσούσης θεραπείᾳ χρῆσθαι δεόμενον. οὐδὲ γὰρ αἱ δωρεαὶ κατεπράυνον αὐτὸν, ἀλλ᾽ ὥσπερ τὴν Ἄπιν ἐν ἀφθόνοις διαιτώμενον καὶ τρυφᾶν δοκοῦντα, τοῦ κατὰ φύσιν βίου καὶ δρόμου ἀφέτων καὶ σκιρτήσεων ἵμερος ἔχει, καὶ δῆλός ἐστι δυσανασχετῶν τῷ ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ ἱερέως Δι᾽ ἀτεχνίᾳ, οὕτως ἐκεῖνον οὐδὲν ἤρεσκε τῶν μαλθακῶν, ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ, ὥσπερ Ἀχιλλεὺς, Αὐθι μένων, ποθέεσκε δ᾽ ἀϋτήν τε πόλεμόν τε. τοιούτων τῶν κατ᾽ αὐτὸν ὀνειδῶν παραγμάτων, ἀφικνεῖται Νικαγόρας ὁ Μεσσήνιος εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἀνὴρ μισῶν μὲν τὸν Κλεομένη, παρὰ ποιόν- v. Polyb. & V. Palmer
μενος δὲ φίλος εἶναι· χωρίον δέ ποτε καλὸν αὐτῷ πεπρακὼς, δι᾽ ἀπορίαν (οἶμαι) καὶ δι᾽ ἀσχολίαν (ὡς ἔοικε) τῶν πολέμων οὐκ ἀπειληφὼς τὸ ἀργύριον. τοῦτον οὖν ἐκβαίνοντα τότε τῆς ὁλκάδος ἰδὼν ὁ Κλεομένης, (ἔτυχε γὰρ ἐν τῇ κρηπῖδι τοῦ λιμένος περιπατῶν) προσαιτεῖ προθύμως, καὶ τὴν αὐτὸν εἰς Αἴγυπτον ἄγοι παρεσφαστὴν πρώτα, τοῦ Νικαγόρου φιλοφρόνως ἀντασπαζομένου, καὶ φησαντος ἵππους ἄγειν τῷ βασιλεῖ καλοὺς τῶν πολεμιστείων, γελάσας ὁ

D Κλεομένης, Βουλόμην αὖ (ἔφη) σε μᾶλλον ἥκειν ἄγοντα σαβυκιστρίας καὶ κιναίδους· ταῦτα γὰρ νῦν μάλιστα κατέπεισε τὸν βασιλέα, καὶ ὁ Νικαγόρας τότε μὲν ἐμειδίασεν· ἡμέρας δ᾽ ὕστερον ὀλίγας ἐπομνήσας τοῦ χωρίου τοῦ Κλεομένους, νῦν γοῦν ἐδεῖτο τοῦ τιμῆσαι ἀπολαβεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἀνοχλήσας, εἰ μὴ πρὸς τινὶ τῶν φορτίων Δι᾽ ἄθεσιν μετείως ἐζημιοῦτο. τοῦ δὲ Κλεομένους φήσαντος, οὐδὲν αὐτῷ προσεῖναι τῶν δεδομένων, λυπηθεὶς ὁ Νικαγόρας, ἐκφέρει τῷ Σωσιβίῳ τὸ σκῶμμα τοῦ Κλεομένους. ὁ δὲ καὶ τοῦτο μὲν ἀσμένως ἔλαβεν, οὐ δὲ μείζονος αἰτίας τοῦ βασιλέα παροξύνειν ζητῶν, ἔπεισε τὸν Νικαγόραν ὑπισχνούμενον γράψαντα κατὰ τοῦ Κλεομένους ἀπολιπεῖν, ὡς ἐγνωκότος, εἰ λάβοι τριήρεις καὶ στρατιώτας παρ᾽ αὐτοῦ, Κυρηνῶν κατασχεῖν. ὁ μὲν οὖν Νικαγόρας ταῦτα γράψας ἀπέπλευσε· τοῦ δὲ Σωσιβίου μετὰ τρεῖς ἡμέρας τὴν ὑπισχνούμενον πρὸς τὸν Πτολεμαῖον ἀνενεγκόντος, ὡς δεῖνα αὐτῷ δεδομένων, καὶ παροξυνάντος μειράκιον, ἔδοξεν εἰς οἰκίαν μεγάλην εἰσαγαγεῖν τὸν Κλεομένη, καὶ τινὰ ἄλλην ὁμοίως παρέχουσαν διαίταν, ἐξόδων εἴργειν. ἐν μὲν οὖν καὶ ταῦτα λυπηρὰ τοῦ Κλεομένους, μοχθηροτέρας δὲ τὰς περὶ τὸ μέλλοντος ἐλπίδας ἔσχεν, οὐκ τοιαύτης συνοῦσαν τυχίας. Πτολεμαῖος ὁ Χρυσέρμου, φίλος ὢν τοῦ βασιλέως, πολύν τε χρόνον ὑπισχνούμενος διείλεκτο τῷ Κλεομένει, καὶ συνῆν ἀεὶ τοῦ Κλεομένους δεηθέντος ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἦλθε μὲν καὶ διελέχθη μέχρι μέσου, ὑποπτον ἐξαίφνης, καὶ πρὸς τὸν βασιλέως ἀπολογούμενος· ἀπιὼν δὲ πάλιν οὐκ τὴν οἰκίας, καὶ μὴ προσιόντας ἐξόπισθεν ἄγειν τῶν θυρῶν ἐπαχλεύουσα τὸν Κλεομένη πικρῶς ἐπετίμησε τοῖς φύλαξιν,

E πάθος τι παρῆν αὐτοῖς καὶ παρρησία πρὸς ἀλλήλους.

ὡς δὴ μέγα θηρίον καὶ δυσθήρατον ἀμελῶς φυλάττοντες καὶ
ῥαθύμως. τούτων ὁ Κλεομένης αὐτήκοος γενόμενος, καὶ πεῖν
ἀποθέσθαι τὸν Πτολεμαῖον ἀναχωρήσας, ἔφρασε τοῖς φί-
λοις. οἱ δὲ πολῖται ἃς πρότερον εἶχον ἐλπίδας ἐκβα-
λόντες, πρὸς ὀργὴν ἐβουλεύσαντο, τῷ Πτολεμαίῳ τὴν ἀ-
δικίαν ἀμυνόμενοι καὶ τὴν ὕβριν, ἀξίως τῆς Σπάρτης ἀ-
ποθανεῖν, καὶ μὴ προεμένην, ὥσπερ ἱερεῖα παιθέντα, κατακο-
πῆναι. δεινὸν γὰρ εἰ τοὺς πρὸς Ἀντίγονον ἄνδρα πολεμιστὴν καὶ
δραστήριον ἀφαλύσεις ὑποφειδόμενος Κλεομένης, κἀνθήσεται μη-
τεραγύρτου βασιλέως φολλὴν αἰαμένων, ὅταν πρῶτον ἀπό-
θηται τὸ τύμπανον καὶ καταπαύσῃ τὸν θίασον, ἀποκτενοῦν-
τος αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἔδοξε ταῦτα, καὶ κατὰ τύχην ὁ Πτολεμαῖος
εἰς Κάνωβον ἐξώρμησε, πρῶτον μὲν διέδωκαν λόγον ὡς
ἀφαλύοιτο τῆς φυλακῆς ὑπὸ τοῦ βασιλέως· ἔπειτα, ἐκ
λιτοῦ ἔθους βασιλικοῦ, τοῖς μέλλουσιν ἐξ εἱρκτῆς ἀπολύεσθαι,
δεῖπνον τε πεμπομένου καὶ ξενίων, οἱ φίλοι πολλὰ τοιαῦτα
τῷ Κλεομένει παρασκευάσαντες, ἔξωθεν εἰσέπεμψαν, ἐξα-
πατῶντες τοὺς φύλακας, οἰομένους ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀ-
πεσταλθαι. καὶ γὰρ ἔδυε καὶ μετεδίδου τούτων ἀφθόνως αὐτοῖς,
ὅπου πιθεὶς στεφάνους, καὶ κατακλινεὶς εἰστιᾶτο μετὰ τῶν φίλων.
λέγεται δὲ πάλιν ἢ διεγνώκει πρὸς τὴν πρᾶξιν ὁρμῆσαι,
σιωπαθέμενος οἰκέτην ἕνα τῶν συνειδότων τὴν πρᾶξιν,
ἔξω παρὰ γυναῖκα κεκοιμημένον ἧς ἡμέρα. καὶ φοβηθεὶς μήνη-
σιν, ἐπειδὴ μέσον ἡμέρας ἦν, καὶ τοὺς φύλακας ἥδετο κα-
θεύδοντας ὑπὸ τῆς μέθης, ἐνδυσάμενος τὸν χιτῶνα, καὶ τὴν
ῥαφὴν ἐκ τοῦ δεξιοῦ παρῃλυσάμενος ὤμου, γυμνῷ τῷ ξί-
φει μετὰ τῶν φίλων ἐξεπήδησεν, ἐξεσκευασμένων ὁμοίως, δε-
κατεσσάρων ὄντων. ἵππότας δὲ χωλὸς ὤν, τῇ μὲν πρώτῃ συνεξέ-
πεσεν ὁρμῇ προθύμως, ὡς δὲ ἐώρα χολαίνοντας πορευομέ-
νους δι' αὐτὸν, ἐκέλευσεν αἰτεῖν, καὶ μὴ διαφθείρειν τὴν
πρᾶξιν, ἄχρηστον ἄνθρωπον προεμένους. ἔτυχε δὲ τῶν Ἀ-
λεξανδρέων τὶς ἵππον ἄγων παρὰ τὰς θύρας· τοῦτον ἀφελό-
μενοι, καὶ τὸν Ἵππότην ἀναλαβόντες, ἐφέροντο δρόμῳ διὰ
τῶν στενωπῶν, καὶ παρεκάλουν τὸν ὄχλον ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν. τοῖς
δὲ τοσοῦτον (ὡς ἔοικεν) ἀλκῆς μετῆν, ὅσον ἐπαινεῖν καὶ θαυ-
μάζειν τὴν τοῦ Κλεομένους τόλμαν, ἀκολουθοῦν καὶ βοηθεῖν
δεδιότες ἐθάρρει. τὸν μὲν οὖν Χρυσέρμου Πτολεμαῖον ἐκ τῆς
αὐλῆς ἐξιόντα τρεῖς εὐθὺς προσπεσόντες ἀπέκτειναν. ἑτέρου
δὲ Πτολεμαίου τοῦ φυλάττοντος τὴν πόλιν ἐλαύνοντος ἅρματι
πρὸς αὐτοὺς ὁρμήσαντες σιωπῇ, τοὺς μὲν ὑπηρέτας καὶ
δορυφόρους διεσκέδασαν, αὐτὸν δὲ καταπάσαντες ἀπὸ τοῦ ἅρ-
ματος ἀπέκτειναν. εἶτα πρὸς τὴν ἄκραν ἐχώρουν, ἁρπά-
σαι δεομένοι τὸ δεσμωτήριον, καὶ χρήσασθαι τῷ πλήθει
τῶν δεδεμένων. ἔφθασε δὲ φοβηθέντας καλῶς οἱ φύλακες· ὥσ-
τε καὶ ταύτης ἀποκρυσθέντα τὸν πείρας τὸν Κλεομένην δια-
φέρεσθαι καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τὴν πόλιν, οὐδενὸς αὐτῷ προσ-
χωρεῖν τολμῶντος, ἀλλὰ φυγόντων καὶ φοβουμένων ἁπάντων. ὅ-
πως οὖν ἀποστὰς καὶ πρὸς τοὺς φίλους εἰπών, Οὐδὲν ἐν ἄ-
ρα θαυμαστὸν ἀρχὴν γυναῖκας ἀνθρώπων φυγόντων τὴν ἐ-
λευθερίαν, παρεκάλεσε πολίτας ἀξίως αὐτοῦ καὶ τῶν προγε-
γενῶν τελευτᾶν. καὶ πρῶτος μὲν Ἵππότας ὑπὸ τῶν νεω-
τέρων τινὸς ἐπληγὴ δεηθεὶς, ἔπειτα τῶν ἄλλων ἕκαστος εὐκό-
λως καὶ ἀδεῶς ἑαυτὸν ἀποσφάττει, πλὴν Παντέως τοῦ
πρώτου Μεγαλίου πόλιν καταλαβόντος. πόθεν δὲ κάλλιστον ὥρᾳ καὶ πρὸς τὴν ἀγωγὴν εὐφυέστατον τῶν νέων
γενόμενον, ἐρώμενον ἐσχηκὼς ὀβασιλεύς, ἐκέλευεν, ὅταν αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἴδῃ πεπωκότας, οὕτω τελευτᾶν.

A castigauit acriter custodes quòd sequãferam captũ que difficilẽ seruarẽt segniter & socorditer. Hoc Cleomenes ipse excepit, & prius quã sentiret Ptolemęus, recepit se & narrauit amicis. Mox omnes, quàm ante habuerant spe in irã versa, deliberauerunt, Ptolemęi iniuriã & contumeliã vlciscẽtes, vt dignũ Spartiatis esset mortẽ occũbere, neq; operiri donec sicut victimæ saginatę mactarẽtur. indignũ n. esse, Cleomenẽ, qui fœdus pacisci cũ Antigono fastidierat, bellicoso viro & strenuo, desidere Matri Idæę initiati regis otiũ manentem, vt vbi primũ tympanũ deposuerit atq; à tripudio quieuerit, ipsum obtruncaret. Postquã in eã sententiam itũ est, Ptolemęo fortè Canopũ pfecto, primo vulgauerunt rumorẽ liberari eũ à rege custodia: deinde, quòd in more regi esset vt quos erat carcere soluturus, cœnam his & munera mitteret: amici multa talia apparata miserũt foris in vrbẽ Cleomeni, quo circumuenirent custodes, qui ista missa putabant à rege. quippe sacrificauit & participauit eis hæc liberaliter, impositaq; corona accumbens cum amicis epulatus est. Fama est autem maturius eũ quàm instituerat, ad rẽ exequendã erupisse: quod percepisset seruum vnum ex facti consciis foris cum muliere, quã amabat, cubuisse: ac metuens indicium, quum meridies esset, & custodes sensisset ex temulentia sopitos, induit tunicam, ac sutura ex dextero humero aperta strictoque gladio eiecit se domo cum amicis pariter instructis. Tredecim hi erant. Hippotas, qui erat claudus, primo impetu erupit cum eis alacriter. quos vt lentius sui causa pergere vidit, petiit vt interficerent se, neque hominem inutilem expectando cœpta corrumperent. Forte Alexandrinorum quispiam equum præter ianuam ducebat. Hunc abstulerunt, impositoque Hippota cursu lati sunt per plateas, plebemq; vocauerunt ad libertatem. Illi tantum sane habuerunt roboris, quod probarent admirarenturque audaciam Cleomenis: sequi eum & opem ferre ausus fuit nemo. Ptolemæum Chrysermi aula digredientem tres statim adorti occiderunt. Alterum Ptolemæum vrbis præfectum, qui curru ad eos pergebat, infesti inuadentes, ministros & satellites eius disiecerunt: illum curru detractum interfecerunt. Hinc ad arcem contenderunt, eo consilio vt carcerem effringerent, vterenturque custodiarum manu. Verum maturauerant custodes diligenter fores obthurare. Ita vbi hoc lapsus conatu Cleomenes est, palatus est vagabundus per vrbem, neque ei quisquam adiunxit se, sed fugerunt trepidaueruntque omnes. Igitur à cœpto desistens, atque ad amicos fatus, Nihil sane miri est imperare fœminas viris libertatem refugientibus: hortatusque cunctos est vt vitam deponerent, sicut se rebusque gestis esset dignum. Primus Hippotas precibus a quodam ex iunioribus obtinuit vt occideret se. Mox aliorum quisque æquo animo & intrepidè seipsum interemit, præter Pantea, qui Megalopolim primus ingressus erat. Huic, quem rex specie formosissimum, & iuuentutis disciplina præter æquales optimè institutum amauerat, præcepit, quum ipsum atque alios vidisset iam occubuisse, tum sibi consciscere mortem.

omnibus iam humi ſtratis accedens Panteus, & pugione ſingulos fodiens, tentauit num quis adhuc forte ſpiraret. Quum Cleomenem quoque in planta pedis punxiſſet, atq; aduertiſſet faciem eum contrahere: oſculum illi tulit, inde aſſedit ei, hinc exanimem iam complexus ſemetipſum ſuper eum confodit. Ac Cleomenes quidem, poſtquam regum ſexdecim annos obtinuit, talemque ſe præſtitit, ad hunc occubuit modum. Vt vero rumor eſt per totam vrbem dilatus, Crateſiclea, quamuis generoſa mulier, demiſit ex magnitudine calamitatis animos, liberoſque complexa Cleomenis proiecit ſe in lamentationes. Ex filiis ſtirpis maior, ex faſtigio domus præter omnium expectationem deſiliens in caput ſe præcipitem dedit: atque afflictus quidem fuit, non expirauit tamen, ſed ſublatus eſt clamans & fremens quod interpellaretur mori. Ptolemæus vbi hæc accepit, corpus imperauit Cleomenis excoriatum in crucem agi, necari inſuper liberos eius, matrem & fœminas eius comites. In his Pantei quoq; vxor erat eximia & ingenua imprimis forma. Breui poſt nuptias in ipſo amorum feruore in has inciderunt ærumnas. Eam comitari Pantei fugam per mare cupientem prohibuerant parentes, ac vi incluſam aſſeruabant: at illa paulo poſt parato equo ac pauculo ære, arripuit nocte fugam, Tænarumque citato profecta curſu, nauem quæ inde ſoluebat in Ægyptum, conſcendit, & ad virum peruenit, fortique animo & hilari peregrinationis ſe præbuit viro ſociam. Hæc tunc Crateſicleam, dum à militibus ad ſupplicium rapitur, manu duxit, peplum eius ſubleuans ac confirmans, ne illam quidem mortem trepidantem, verum vnum modo petentem, vt ante pueros ſuſtolleretur. Poſtquam ad ſupplicii locum peruentum eſt: pueros primum ſub oculis Crateſicleæ, deinde illam interfecerunt. Illa vnam hanc vocem tantis in malis miſit, Quo pueri eſtis profecti? At Pantei vxor ſtola ſuccincta, valens mulier & eminenti ſtatura, vnamquamque morientium ſilentio & ſedate curauit atque ex præſenti copia velauit. Tandem omnium nouiſſima ſemetipſam compoſuit, deductoq; amictu neminem accedere permittens neque contueri ſe, extra vnum qui ad iugulandum ipſam præpoſitus erat, vitam depoſuit fortiſſime, neque eguit quoquam qui ſe adornaret & obnuberet ab exceſſu. Adeo in morte animi decus vſq; retinuit, conſeruauitq; quam viua corpori cuſtodiendo adhibuerat curam. Ita Lacedæmon, quæ muliebri actu ex equo cum virili extremis temporibus certauit, virtutem oſtendit non poſſe à fortuna ſuggillari. Paucis poſt diebus, qui Cleomenis corpus cruci ſuffixum cuſtodiebant, draconem ingentem conſpexerunt, qui caput illius circumplicabat, faciemq; contegebat, ne auis carniuora eam vlla attingeret. Hinc ſuperſtitio inceſſit regi trepidatioque, aliarum expiationum mulieribus aditum præbens, quaſi virum interfeciſſet diuinũ & humana ſorte maiorẽ. Alexandrini quoq; excurrebant ad ipſum locũ, ac heroem Cleomenem deorumque filium appellabant, vſq; dum reflexerunt eos doctiores, qui docuerunt apes ex bobus,

A ἤδη δὲ κειμένων ἁπάντων ὅτι περιόμενος ὁ Παντεὺς καὶ δῴξι-
φιδίῳ παραπίπτων καθ' ἕκαστον, ἀπεπειρᾶτο μή τις ἔτι λαν-
θάνοι ζῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν Κλεομένους νύξας τὸν πόδα σφυρόν, εἶ-
δε συστρέφαντα τὸ πρόσωπον, ἐφίλησεν αὐτόν, εἶτα παρεκά-
θησε· καὶ τέλος ἔρημος ἤδη περιβαλὼν τὸν νεκρόν, ἑαυτὸν ἐπικατέ-
σφαξε. Κλεομένης μὲν οὖν ἑκκαίδεκα τῆς Σπάρτης βασιλεύ-
σας ἔτη, καὶ τοιοῦτος ἀνὴρ γενόμενος, οὕτως κατέστρεψε. τῆς δὲ
φήμης εἰς τὴν πόλιν ὅλην σκεδασθείσης, ἡ μὲν Κρατησίκλεια,
καίπερ οὖσα γενναία γυνή, προὔδωκε τὸ φρόνημα πρὸς τὸ τῆς
συμφορᾶς μέγεθος, καὶ περιβαλοῦσα τὰ παιδία τοῦ Κλεομέ-
B νους, ὠλοφύρετο. τῶν δὲ παιδίων τὸ πρεσβύτερον ἀποπηδῆσαν,
σπόδενος αὐτὸν προσδοκήσαντος, ἀπὸ τοῦ τέγους ὅλῃ κεφαλὴν ἔρρι-
ψεν ἑαυτόν· καὶ κακῶς μὲν ἔχων οὐ μὴν ἀπέθανεν, ἀλλ' ἥρ-
θη βοῶν καὶ ἀγανακτῶν ὅτι παρ' ἀφαιρεῖσθαι τελευτᾶν.
ὁ δὲ Πτολεμαῖος ὡς ἔγνω ταῦτα, προσέταξε τὸ μὲν σῶμα τοῦ
Κλεομένους κρεμάσαι καταβυρσώσαντας, ἀποκτεῖναι δὲ τὰ
παιδία, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν γυναῖκας σὺν δὲ ταύ-
ταις καὶ Παντέως γυνή, κάλλει καὶ γενναιοτάτη τε εἶδος. ἔτι
δὲ ἀδῆς νεογάμοις οὖσιν, ἐν ἀκμῇ ἐρώτων αἱ τύχαι συνέβησαν.
οὐδὲ μὲν οὖν συνεκπλεῦσαι τῷ Παντεῖ βουλομένῳ
C αὐτὴν οὐκ εἴασαν οἱ γονεῖς, ἀλλὰ βίᾳ κατακλείσαντες ἐφύ-
λαττον· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἵππον ἑαυτῇ κρυφὰ κτησάμενα καὶ χρυ-
σίδιον τοῦ πολύ, νυκτὸς ἀπέδρα, καὶ διώξασα συντόνως ὅτι τάχι-
στον, ἐκεῖθεν ἐπέβη νεὼς εἰς Αἴγυπτον πλεούσης· καὶ διεκρι-
μάθη πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ συνδιώκησεν αὐτῷ τὸν ὅτι ξένης
βίον ἀλύπως καὶ ἱλαρῶς. αὕτη τότε τὴν Κρατησίκλειαν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀγομένην ἐπιφερομένη, τό τε πέπλον
αὐτῆς ὑποστελλομένη καὶ θαρρεῖν προσκαλοῦσα, μηδέν
τι μᾶλλον αὐτὴν οὐκ πεπληγμένην τὸν θάνατον, ἀλλ' ἕν μόνον αἰ-
τουμένην, πρὸ τῶν παιδίων ἀποθανεῖν. ἐπεὶ δὲ ἦλθον εἰς τὸν
D τόπον ἐν ᾧ ταῦτα δρᾶν εἰώθασιν οἱ ὑπηρέται, πρῶτον μὲν
τὰ παιδία τῆς Κρατησικλείας ὁρώσης ἔσφαττον· εἶτα ἐκείνην,
ἓν τοῦτο μόνον ὅτι τηλικούτοις φθεγξαμένην πάθεσιν, Ὦ τέ-
κνα ποῖ ἐμόλετε; ἡ δὲ τοῦ Παντέως γυνή, περιζωσαμένη τὸ
ἱμάτιον, ἄρρωστος οὖσα καὶ μεγάλη, τῶν ἀποθνησκουσῶν ἑκάσ-
την σιωπῇ καὶ μετ' ἡσυχίας ἐθεράπευε, καὶ περιέστελλεν ἐκ τῶν
ἐνδεχομένων. τέλος δὲ μόνας ἑαυτὴν κοσμήσασα, καὶ κα-
ταστήσασα τὴν περιβολήν, καὶ μηδένα προσελθεῖν ἐάσασα
μηδὲ ἰδεῖν ἄλλον ἢ τὸν ὅτι τῆς σφαγῆς τεταγμένον, ἡρωϊκῶς
κατέστρεψεν, οὐδενὸς δεηθεῖσα κοσμοῦντος καὶ περικαλύπτον-
E τος μετὰ τὴν τελευτήν. οὕτω παρέμεινε τοῦ θανάτου τὸ κό-
σμιον τῆς ψυχῆς, καὶ διεφύλαξεν ἐν ζῶσα φροῦδον τοῦ σώ-
ματι περιέθηκεν. ἡ μὲν οὖν Λακεδαίμων ἐφαμίλλως ἀγω-
νισαμένη τοῦ γυναικείου δράματι πρὸς τὸ ἀνδρεῖον ἐν τοῖς ἐ-
σχάτοις καιροῖς, ἐπέδειξε τὴν ἀρετὴν ἀβιαστοῦσαν μὴ δυνα-
μένην ὑπὸ τῆς τύχης. ὀλίγας δὲ ὕστερον ἡμέρας, οἱ τὸ σῶ-
μα τοῦ Κλεομένους ἀνεσταυρωμένον παραφυλάττοντες, εἶδον
δράκοντα μεγέθει δράκοντα τῇ κεφαλῇ περιπεπλεγμένον, καὶ ἀπο-
κρύπτοντα τὸ πρόσωπον, ὥστε μηδὲν ὄρνεον ἐφίστασθαι
σαρκοφάγον. ἐκ δὲ τούτου δεισιδαιμονία προσέπεσε τοῦ
F βασιλεῖ, καὶ φόβος, ἄλλων καθαρμοὺς ταῖς γυναιξὶν ἀρ-
χὴν παρασχών, ὡς ἀνδρὸς ἀνῃρημένου θεοφιλοῦς, καὶ κρείτ-
τονος τὴν φύσιν· οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς καὶ προσέδραμον, φοιτῶντες ὅτι τὸν τόπον, ἥρωα τὸν Κλεομένην καὶ
θεὸν παῖδα προσαγορεύοντες· ἄχρι οὗ κατέπαυσαν αὐτοὺς οἱ σοφώτεροι, διδόντες λόγον, ὡς μελίσσας μὲν βόες,

σφῆκας ἐξ ἵππων καταπεπτόντες ἐξανθοῦσι, κάνθαροι δὲ, ὄνων ὁ αὐτὸ παθόντων ζωογονοῦνται· τὰ δ' ἀνθρώπινα σώματα, τῷ πρὸς ἄλληλα μυελὸν ἰχώρων συρροῇ λυομένα καὶ σύρασιν ἐν ἑαυτοῖς λαβόντων, ὄφεις ἀναδίδωσι. καὶ τοῦτο κατιδόντες οἱ παλαιοὶ, μάλιστα τῶν ζώων τὸν δράκοντα τοῖς ἥρωσι συνῳκείωσαν.

A ex equis vespas putrescentibus germinare, scarabeos ex asinis pullulare eodem deductis: humana vero corpora tabe medullæ inter se compacta & concreta edere angues. Qua re veteres animaduersa, inter omnes animantes heroibus draconem consecrauere.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΪ ΓΑΙΟΣ ΓΡΑΚΧΟΪ.

ΗΜΕΙΣ δὲ τῷ παρόντι ἱστορίαν ἀποδεδωκότες, ἔχομεν οὐκ ἐλάττονα πάθη τούτων ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ συζυγίᾳ θεωρῆσαι, τὸν Τιβερίου καὶ Γαΐου βίον ἀντιπαραβάλλοντες. οὗτοι Τιβερίου Γράκχου παῖδες ἦσαν, ὃν τιμητὴν τε Ῥωμαίων ἡρημένον, καὶ δὶς ὑπατεύσαντα, καὶ θριάμβους δύο καταγαγόντα, λαμπρότερον τοῦ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀξίωμα. διὸ καὶ τὸν Σκιπίωνος τοῦ καταπολεμήσαντος Ἀννίβαν θυγατέρα Κορνηλίαν, οὐκ ὢν φίλος, ἀλλὰ καὶ ἀλλόφυλος τοῦ ἀνδρὸς γενόμενος, λαβεῖν ἠξιώθη μετὰ τὸν ἐκείνου τελευτήν. λέγεται δέ ποτε συλλαβεῖν αὐτὸν ἔτι τῆς κλίνης ζεύγος δρακόντων. τοῖς δὲ μάντεσι σκεψαμένοις ὁ τέρας, ἄμφω μὲν οὐκ ἐᾶν ἀνελεῖν, οὐδὲ ἀφεῖναι, θεῖναι δὲ θατέρου διαρεῖν, ὡς ὁ μὲν ἄρρην τοῦ Τιβερίου φέροι θάνατον αἱρεθεὶς, ἡ δὲ θῆλυς τῇ Κορνηλίᾳ. τὸν οὖν Τιβέριον καὶ φιλοῦντα τὴν γυναῖκα, καὶ μᾶλλον αὐτοῦ προσήκειν ἔνι πρεσβυτέρῳ τελευτᾶν ἡγούμενον, ἔτι νέας οὔσης ἐκείνης, τὸν μὲν ἄρρενα κτεῖναι τῶν δρακόντων, ἀφεῖναι δὲ τὴν θῆλειαν. εἶτα ὕστερον οὐ πολλῷ χρόνῳ τελευτήσαι, δεκαδύο παῖδας ἐκ τῆς Κορνηλίας αὐτοῦ γεγονότας καταλιπόντα. Κορνηλία δὲ ἀναλαβοῦσα τοὺς παῖδας καὶ τὸν οἶκον, οὕτω σώφρονα καὶ φιλότεκνον καὶ μεγαλόψυχον αὐτὴν παρέσχεν, ὥστε μὴ κακῶς δόξαι βεβουλεῦσθαι τὸν Τιβέριον, αὐτὴ τοιαύτης γυναικὸς ἀποθανεῖν ἐλόμενον, ἥτις καὶ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως κοινουμένου τὸ διάδημα, καὶ μνωμένου τὸν γάμον αὐτῆς, ἠρνήσατο, καὶ χηρεύουσα, τοὺς μὲν ἄλλους ἀπέβαλε παῖδας, μίαν δ' τῶν θυγατέρων, ἣ Σκιπίωνι τῷ νεωτέρῳ συνῴκησε, καὶ δύο υἱοῖς, περὶ ὧν τάδε γέγραπται, Τιβέριον καὶ Γαΐον, διαλαμπομένοις, οὕτω φιλοτίμως ἐξεθρέψεν, ὥστε πάντων εὐφυεστάτους Ῥωμαίων ὁμολογουμένως γεγονότας, πεπαιδεῦσθαι δοκεῖν βέλτιον ἢ πεφυκέναι πρὸς ἀρετήν. ἐπεὶ δὲ ὥσπερ ἡ τῶν πλασσομένων καὶ γραφομένων Διοσκούρων ὁμοιότης ἔχει τινὰ τοῦ πυκτικοῦ πρὸς τὸν δρομικὸν ὅτι τὴν μορφῆς διαφορὰν, οὕτω τὴν νεανίσκων ἐκείνων ἐν πολλῇ τῇ πρὸς ἀνδρείαν καὶ σωφροσύνην, ἔτι δὲ ἐλευθεριότητα καὶ λογιότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, ἐμφερεία, μεγάλαι περὶ τὰ ἔργα καὶ τὰς πολιτείας οἷον ἐξήνθησαν καὶ διεφάνησαν ἀνομοιότητες· ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ τούτας προεκθεῖναι. πρῶτον μὲν οὖν ἰδέᾳ προσώπου καὶ βλέμματι καὶ κινήματι πρὸς ἀλλήλους καταφανῶς ἦν ὁ Τιβέριος, ἔντονος δὲ καὶ σφοδρὸς ὁ Γαΐος, ὥστε καὶ δημηγορεῖν, τὸν μὲν ἐν μιᾷ χώρᾳ βεβηκότα κοσμίως, τὸν δὲ Ῥωμαίων πρῶτον ὅτι τοῦ βήματος περιπατῶν τε χρήσασθαι, καὶ περιασάμενον τὴν τήβεννον ἐξ ὤμου,

PLVTARCHI
TIBERIVS ET CAIVS GRACCHI.

PRIMA explicata historia, haud minores habemus in Romano pari contemplari calamitates, dum cum illis Tiberii & Caii vitam comparamus. Patre hi fuerũt Tiberio Gracchо: qui censor Romæ quum fuisset & bis consul, duosque reportasset triumphos, dignitatem tamen quæsiuit ex virtute maiorem. quapropter habitus dignus est, vt Scipionis, qui Annibalem debellauit, nulla coniunctus necessitudine, imo alienus ab eo, filiam Corneliam in matrimonium acciperet post illius obitum. Hunc fama est duos angues in cubili comprehendisse, atque aruspices perpenso prodigio ambos vetasse interfici vel dimitti: de altero asseuerasse, si necatus mas foret, funestum Tiberio esse: Corneliæ, si fœmina: Tiberium vero, qui vxorem diligebat, ac sibi maturiorem mortem ætate priori, quam iuueni illi ducebat, draconem marem sustulisse emissa fœmina. inde non multo post fato functum duodecim liberos ex Cornelia susceptos reliquisse. Suscipiens liberos & rei familiaris curam, vitam exegit Cornelia in tanta castitate, tanta pietate, tanta denique animi magnitudine, vt non male visus sit consuluisse Tiberius, qui pro tali muliere animum induxit emori. nempe quæ etiam regi Ptolemæo nuptias eius ambienti, & ad consortium eam vocanti regni, abnuit: atque in viduitate manens reliquam amisit prolem, excepta vnica filia quæ Scipioni Africano minori nupsit, & filiis duobus, de quibus hic tractamus, superstitibus, Tiberio & Caio. Hos tanta eduxit cura, vt quum in pube Romana essent citra controuersiam summa indole, præclarius tamen instituti quam geniti viderentur ad virtutem. Quando vero vt in signis & picturis habet Castoris & Pollucis similitudo quoddam pugilis cum cursore figuræ discrimen: ita illorum adolescentium in magna ad fortitudinem & moderationem, insuper ad liberalitatem, eloquentiam, animi celsitudinem, affinitate, grandes quasi efflorueruntque & eluxerunt in actibus eorum & reipublicæ procuratione disparitates: non ab re visum mihi est ante eas expedire. Primum vultu & obtutu & motu blandus erat & compositus Tiberius, acer Caius & vehemens. Itaque in concionando, ille modeste non se mouebat loco: hic, primus Romæ in rostris deambulauit inter dicendum, & togam ex humero diuulsit,

vt de Athenienſe memoriæ proditum eſt Cleone, diloricaſſe eum in dicendo pallium ac femur percuſſiſſe, inter oratores principem. Deinde oratio fulminans Caii, exaggerataq; affectibus: dulcior Tiberii, magiſque commiſerationem mouens. Dictione pura hæc atq; exquiſite elaborata, Caii artificioſa & ſplendida. Pari modo in victu & menſa frugalis ac ſimplex Tiberius: Caius, ſi cum aliis eum contendas, continens & reſtrictus, verum commiſſione cum fratre grandis & exquiſitus. quod obiecit ei Druſus, Delphinos comparaſſe eum argento repenſos in libras quinis millibus nummum. Moribus reſpondebant orationi, ſuperior lenis & placidus, confragoſus alter & feruens. Vnde in dicendo frequenter auferebatur inuitus ab ira, vt vocem concitaret, in maledicta erumperet, & conturbaret orationem. Quare remedium adhibuit huius exceſſus Licinium ſeruũ non inſulſum, qui tenens inſtrumentum phonaſcicum, quo excitant ſonos, & à tergo Caii concionantis conſiſtens, vbi voce ſenſit concitatum & ira tonantem, remittebat molliter tenorem, quo fulmen orationis confeſtim ille vna cum affectu & voce molliens, referueſcebat reuocabaturque facile. Diſſonantiæ erant eorum hæ: audacia vero aduerſus hoſtes, iuſtitia aduerſus populares, officiorum in muneribus eorum ſedulitas, & aduerſus voluptates continentia, par in vtroq;. Maior erat annis nouem Tiberius: quod actiones vtriuſq; diſtraxit temporibus, & maxime cœpta euertit, quod non ſimul floruerint, neq; opes ſuas conferre potuerint in vnum, quæ ingentes ex ambobus conflatæ atq; inexuperabiles fuiſſent. Quare ſeorſum de vtroq;, atq; primũ de natu maiore dicẽdũ.

ILLE ſimul atque ex pueris exceſſit, adeo fuit celebris vt in collegium augurum virtutis magis quam nobilitatis nomine fuerit cooptatus. Oſtendit id Appius Claudius, vir conſularis & cenſorius & princeps ſenatus, multoq; ęquales ſuos prudentia antecellens. Nam in cœna augurali Tiberium comiter appellans, nuptias ipſe ei obtulit filiæ. Quam conditionem quum ille accepiſſet læte, ac mox factis ſponſaliis domum Appius ad ſe ingreſſus vocauit mox à limine vxorem, altaq; voce clamans, Claudiam noſtram, (inquit) Antiſtia, viro deſpondi: illa obſtupeſcens, Quid feſtinato aut properato, inquit, opus erat? an Tiberium Gracchum ei ſponſum inueniſti? Non me fugit eſſe qui ad patrem hoc Gracchorum Tiberium & Scipionem referant Africanum: verum pleriq; ſcriptores nobis aſtipulantur, & Polybius poſt Scipionis Africani fata neceſſarios eius ait omnibus prælato Tiberio collocaſſe Corneliam, vt à parente nulli elocatam vel pactam. Igitur minor Tiberius in Africa, merens ſub Africano ſequente, qui ſororem ipſius habebat in matrimonio, & in contubernio imperatoris agens, breui notauit eius ingenium: quod multa & eximia ad virtutis excitandum amorem & factorum ſuorum æmulationem edebat exempla. Breui etiam omnem iuuentutem parendo & ſtrenue agendo ſuperauit, ac vero murum hoſtium primus aſcendit,

A καθάπερ Κλέωνος τοῦ Ἀθηναίου ἱστορεῖται, περιαπάσαι τε τὴν περιβολὴν καὶ τὸν μηρὸν ἀλῆσαι πρῶτον τῶν δημηγορούντων. ἔπειτα ὁ λόγος τοῦ μὲν Γαΐου φοβερὸς καὶ πεπαθὴς εἰς δεινώσιν, ἡδὺς δὲ ὁ τοῦ Τιβερίου, καὶ μᾶλλον ἐπαγωγὸς οἴκτου. τῇ δὲ λέξει, καθαρὸς καὶ ἀμφοτέρων μὴ μὴν ἀκριβὴς ἐκεῖνος, ὁ δὲ Γαΐου, πιθανὸς καὶ γεγλυμμένος. οὕτω δὲ καὶ περὶ τὴν διαίτην καὶ τράπεζαν εὐτελὴς καὶ ἀφελὴς ὁ Τιβέριος, ὁ δὲ Γαΐος, τοῖς μὲν ἄλλοις περιβαλεῖν, σώφρων καὶ αὐστηρός, τῇ δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀμφοτέρᾳ νεοπρεπὴς καὶ πρόθυμος, ὡς οἱ περὶ Δρούσσον ἔλεγον ὅτι δελ-

B φῖνας ἀργυροῦς ἐπρίατο τιμῆς εἰς ἑκάστου λίτραν δραχμῶν χιλίων καὶ ἀμφοτέρων πεντήκοντα. τῷ μὲν ἤθει, καὶ τὴν τοῦ λόγου ἀμφοτέρου, ὁ μὲν ἐπιεικὴς καὶ πρᾶος, ὁ δὲ τραχὺς καὶ θυμοειδὴς, ὥστε καὶ πρὸς γνώμην ἐν τῷ λέγειν ἐκφερόμενον πολλάκις ὑπ' ὀργῆς, τὴν τε φωνὴν ἀποξύειν, καὶ βλασφημεῖν, καὶ συμπαράπτειν τὸν λόγον. ὅθεν καὶ βοήθημα τῆς ἐκ τέχνης ταύτης ἐποιήσατο τὸν Λικίννιον οἰκέτην, ὄκ δύσπνον, ὃς ἔχων φωνασκικὸν ὄργανον, ᾧ τοὺς φθόγγους ἀναβιβάζουσιν, ὅπιθεν ἕως τοῦ Γαΐου λέγοντος, ὁπηνίκα βραχυμόθυμον αἴσθοιτο τῇ φωνῇ καὶ παρρηγνύμενον δι' ὀργὴν,

C ἐνεδίδου τόνον μαλακὸν, ᾧ ὁ σφοδρὸν ἐκεῖνος εὐθὺς ἅμα τοῦ πάθους καὶ τῆς φωνῆς αἰσθόμενος, ἐπαύετο καὶ παρεῖχεν ἑαυτὸν διαπάλλοντα. αἱ μὲν οὖν ἀμφοτέραι τοιαῦταί τινες ἦσαν αὐτῶν. ἀνδραγαθίαι δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ πρὸς τοὺς ὑπηκόους δικαιοσύνη, καὶ πρὸς τὰς ἀρετὰς ἐπιμέλεια, καὶ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἐγκράτεια ἀπαράλλακτος. ἐν δὲ πρεσβύτερος ἑαυτοῖς ἐνέα ὁ Τιβέριος, καὶ τοῦτο τὴν ἑκατέρου πολιτείαν ἀπηρτημένην τοῖς χρόνοις ἐποίησε, καὶ τὰς πράξεις οὐχ ἧκιστα διελυμήνατο μὴ συναγαγόντων, μηδὲ συμβαλόντων εἰς ὃ αὐτὸ τὴν δύναμιν, μεγάλην δὲ

D ἐξ ἀμφοῖν ὁμοῦ καὶ δυσπρόβλητον ἠργασμένην. λεκτέον οὖν ἰδίᾳ περὶ ἑκατέρου, καὶ περὶ τοῦ πρεσβυτέρου πρότερον.

ΕΚΕΙΝΟΣ τοίνυν εὐθὺς ἐκ παίδων ἠγόμενος, ὅτως ἐν τῷ βίῳ, ὥστε τῆς τῶν αὐγούρων λεγομένης ἱερωσύνης ἀξιωθῆναι δι' ἀρετὴν μᾶλλον ἢ ἀφ' ἡ εὐγένειαν. ἐδήλωσε δ' Ἄππιος Κλαύδιος, ἀνὴρ ὑπατικὸς καὶ πρεσβευτικὸς καὶ πρεγγεγραμμένος κατ' ἀξίωμα τῆς Ῥωμαίων βουλῆς, καὶ πολὺ φρονήματι πρὸς κατ' αὐτὸν ὑπαίρων. ἑστιωμένων γὰρ ἐν ταύτῃ τῶν ἱερέων, προσαγορεύσας τὸν Τιβέριον καὶ φιλοφρονηθεὶς, αὐτὸς ἐμνᾶτο τὴν θυγατέρα νυμφίον. δεξαμένου δὲ ἀσμένως ἐκείνου, καὶ τῆς καταμνήσεως οὕτω γενομένης,

E εἰσιὼν ὁ Ἄππιος οἴκαδε πρὸς αὐτὸν, ἀπὸ τῆς θύρας εὐθὺς ἐκάλει τὴν γυναῖκα, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ βοῶν, Ὦ Ἀντιστία, τὴν Κλαυδίαν ἡμῖν αἰδοῖ καθωμολόγηκα. κἀκείνη θαυμάσασα, Τίς (εἶπεν) ἡ σπουδή; ἢ τί δ' πάχος; εἰ μὴ Τιβέριον αὐτῇ Γράκχον εἰσοίσεις νυμφίον. ὄκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι τοῦτο τινὲς ὅτι τὸν πατέρα τὸν Γράκχον Τιβέριον καὶ Σκιπίωνα τὸν Ἀφρικανὸν ἀναφέρουσιν· ἀλλ' οἱ πλείους ὡς ἡμεῖς γράφομεν ἱστοροῦσι. καὶ Πολύβιος, μὴν τὴν Σκιπίωνος Ἀφρικανοῦ τελευτὴν, τοὺς οἰκείους φησὶν ἐκ πολλῶν προ-

F κρίναντας τὸν Τιβέριον δοῦναι τὴν Κορνηλίαν, ὡς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀνέκδοτον καὶ ἀνέγγυον ἀπολειφθεῖσαν. ὁ δὲ οὖν νεώτερος Τιβέριος, στρατευόμενος ἐν Λιβύῃ μετὰ τοῦ δευτέρου Σκιπίωνος, ἔχοντος αὐτοῦ τὴν ἀδελφὴν, ὁμοῦ σκηνιαγτώμενος ὑπὸ σκηνὴν τοῦ στρατηγοῦ, ταχὺ μὲν αὐτοῦ τὴν φύσιν κατέμαθε, πολλὰ καὶ μεγάλα πρὸς ζῆλον ἀρετῆς καὶ μίμησιν ὅτι τῶν πράξεων ἐκφέρουσαν· ταχὺ δὲ τῶν νέων πολύτων ἐπρώτευεν εὐπαιδείᾳ καὶ ἀνδρείᾳ· καὶ τοῦ μὲν τείχους ἐπέβη τῶν πολεμίων πρῶτος,

ὡς φησι Φάννιος, λέγων καὶ αὐτὸς τῷ Τιβερίῳ συνεπιβῆναι, καὶ συμμεταλαβεῖν ἐκείνης τῆς ἀρετῆς. πολλὴν δ' καὶ παρὼν δύνοιαν εἶχεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ πόθον ἀπαλλαττόμενος αὐτοῦ κατέλειπε. μετὰ δὲ τὴν στρατείαν ἐκείνην αἱρεθεὶς ταμίας, ἔλαχε τῶν ὑπάτων Γαΐῳ Μαγκίνῳ συστρατεύειν ὅτι Νομαντίνοις, ἀνθρώπῳ μὴ οὐ πονηρῷ, βαρυπτωματάτῳ δὲ Ῥωμαίων στρατηγῷ. διὸ καὶ μᾶλλον ἐν τύχαις τοιαῖς ἀλόγοις καὶ τοιούτοις ἐναντίοις, τοῦ Τιβερίου διέλαμψεν οὐ μόνον ὁ σωφρονεῖν καὶ ἀνδρεῖον, ἀλλ', ὃ θαυμάσιον ἦν, αἰδὼς τε πολλὴ καὶ τιμὴ τοῦ ἄρχοντος ὑπὸ τῶν κακῶν οὐδὲ ἑαυτὸν εἰ στρατηγὸς ὄντα ὑπενοήσαντος. ἡτιημένοις γὰρ μάχαις μεγάλαις, ἐπεχείρησε μὲν ἀναζευγνύειν νυκτὸς, ἐκλιπὼν ὁ στρατόπεδον· αἰσθομένων δὲ τῶν Νομαντίνων, καὶ ὁ μὲν στρατόπεδον λύσας λαβόντων, τοῖς δὲ ἀνθρώποις ὑπεσόντων φεύγουσι, καὶ τοὺς ἐσχάτους φονεύοντων, ὁ δὲ πᾶν ἐξεκυκλουμένων στράτευμα, καὶ συνωθουμένων εἰς τόπους χαλεποὺς καὶ ἀδιάφυξιν οὐκ ἔχοντας, ἀπόγνοιαν τὴν ἐκ τοῦ βιάζεσθαι σωτηρίαν ὁ Μαγκῖνος, ἐπεκηρυκεύετο τοῖς ἀπονδῶν καὶ ἀλύσεων τοῖς αὐτοῖς· οἱ δὲ πιστεύειν ἔφασαν οὐδενὶ, πλὴν μόνῳ Τιβερίῳ, καὶ τοῦτον ἐκέλευον ἀποστέλλειν πρὸς αὐτούς. ἐπεπόνθασαν ὃ τοῦτο καὶ δι' αὐτὸν τὸν νεανίσκον, (ἦν γὰρ αὐτοῦ πλεῖστος λόγος ὅτι στρατιᾶς) καὶ μεμνημένοι τοῦ πατρὸς Τιβερίου, ὃς πολεμήσας Ἰβηρσι, καὶ πολλοὺς καταστρεψάμενος, εἰρήνην ἔθετο πρὸς Νομαντίνους, καὶ ταύτην ἐμπεδοῦντα τὸν δῆμον ὀρθῶς καὶ δικαίως ἀεὶ παρέσχεν. οὕτω δὴ πεμφθεὶς ὁ Τιβέριος, καὶ συγχωρήσας τοῖς ἀνδράσι, καὶ τὰ μὲν πείσας, τὰ δὲ δεξάμενος, ἐσώσατο, καὶ δισμυρίους ἔσωσε πρεσφανῶς Ῥωμαίων πολίτας, αὐθεντεπείας καὶ τῶν ἔξω τάξεως ἐπομένων. τὰ δὲ ἐν τῷ χάρακι λειφθέντα χρήματα πάντα κατέχον οἱ Νομαντῖνοι καὶ διεπόρθησαν. ἐν δὲ τούτοις καὶ πινακίδες ἦσαν τοῦ Τιβερίου, γράμματα καὶ λόγοις ἔχουσαι τῆς ταμιευτικῆς ἀρχῆς, ἃς πρὸς πολλοὺ ποιούμενος ἀπολαβεῖν, ἤδη τοῦ στρατοῦ προχωρήσαντος ἀπέστρεψε πρὸς τὴν πόλιν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ φίλους ἢ τέτταρας ἑταίρους. ἐκκαλέσας ὃ τῶν Νομαντίνων τοὺς ἄρχοντας, ἠξίου κομίσασθαι παρὰ δέλτους, ὡς μὴ παρόντος τοῖς ἐχθροῖς ἀφαιρεῖν, οὐκ ἔχων ἀπολογήσασθαι πρὸς τῶν ὑπευθύνων. ἡδέντες οὖν οἱ Νομαντῖνοι τῇ συντυχίᾳ τῆς χρείας, παρεκάλουν αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν· ὡς ὃ εἰρήκει βουλόμενος, ἐγγὺς προσελθόντες ἐπεφύοντο ταῖς χερσὶ, καὶ λιπαρεῖς ἦσαν· δεόμενοι μηκέτι νομίζειν αὐτοὺς πολεμίους, ἀλλ' ὡς φίλοις χρῆσθαι καὶ πιστεύειν. ἔδοξεν οὖν τῷ Τιβερίῳ ταῦτα ποιεῖν· τῶν δὲ δέλτων περιεχομένῳ καὶ δεδοικότι παροξύνειν ὡς ἀπιστουμένους τοὺς Νομαντίνους εἰσελθόντι δὲ εἰς τὴν πόλιν, πρῶτον μὲν ἄριστον παρέθεσαν, καὶ πᾶσαν ἐποιήσαντο δέησιν, ἐμφαγεῖν τι κοινῇ μετ' αὐτῶν καθήμενον. ἔπειτα τοῖς δέλτοις ἀπέδοσαν, καὶ τῶν ἄλλων ἃ βούλοιτο χρημάτων λαβεῖν ἐκέλευον. ὁ δὲ οὐδὲν ἢ τὸν λιβανωτὸν, πρὸς τὰς δημοσίας ἐχρῆτο θυσίας, λαβὼν, ἀπῆλθεν, ἀασασάμενος καὶ φιλοφρονηθεὶς τοὺς ἄνδρας. ἐπεὶ δὲ εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθεν, ἡ μὲν ὅλη πρᾶξις, ὡς δεινὴ καὶ καταφύουσα τὴν Ῥώμην, αἰτίαν εἶχε καὶ κατηγορίαν· οἱ δὲ τῶν στρατιωτῶν οἰκεῖοι καὶ φίλοι, μέγα μέρος ὄντες τοῦ δήμου, συνέρρεον πρὸς τὸν Τιβέριον, τὰ μὲν αἰσχρὰ τῶν γεγενόντων ἀναφέροντες εἰς τὸν ἄρχοντα, δι' αὐτὸν ὃ σώζεσθαι τοσούτους πολίτας φάσκοντες. οἱ μὲν τοι διεκρεμάνυντο τὰ πεπραγμένα,

A vt autor est Fannius, qui prædicat vna cum Tiberio se in murum euasisse consortemque fuisse illius decoris. Iam studium ingens sui in exercitu præsens concitauit, & desiderium reliquit discedens. Ab illa expeditione quæstor est designatus. Obuenit ei sors vt consulem C. Mancinum ad bellum Numantinum sequeretur, hominem non malum, sed ducem Romanum omnium infelicissimum. At tamen in fortunis aduersis & duris casibus eluxit Tiberii non prudentia modo & virtus, verum etiam, quod miraculum erat, obseruantia magna & reuerentia imperatoris: qui ob

B ærumnarum molem ne ipse quidem meminerat se esse ducem. quippe quum ingentibus fusus pręliis esset, adortus est nocte relictis castris se recipere. Cæterum odorati id Numantini, cœperunt extemplo castra eius, exercitum insequuti fugientem sunt, extremum agmen conciderunt, omnes circumuenerunt copias, conieceruntque in loca aspera vnde nullum patebat effugium. Hîc diffidens vi expedire se salutem posse Mancinus, legatos misit ad illos inducias, & pacem flagitatum: illi vero fidem negauerunt adiungere se præterquã vni Tiberio, vlli, atque vt hic mitteretur ad se popo-

C scerunt. Expetiuerunt id tum ipsius virtute adolescentis, quod nomen eius in castris foret ingens: tum patris memoria Tiberii, qui bello cum Hispanis gesto, multisque domitis, fœdus cum Numantinis fecerat, quod seruari à populo recte atque ordine præstiterat illibatum. Ita missus Tiberius egit cum Numantinis, ac quędam ab iis impetrans, quædam concedens, fœdus fecit, atq; viginti millia ciuium, extra seruitia & lixas, non obscure conseruauit. Quicquid autem relictum in castris fuerat, eo potiti Numantini omni sunt & diripuerunt. In his tabulæ erant Tiberii, in quibus quæstura acta & rationes continebantur. quas re-

D cipere magni faciens quum exercitus iam in itinere esset, tribus aut quatuor amicis comitantibus eum, regressus est Numantiam. Excitos Numantinorum magistratus orauit vt tabulas sibi redderet, ne iniquis calumniandi pręberet ansam, quod referre rationes non posset. Læti oblata præstandi beneficii occasione Numantini, inuitauerunt eum vt vrbem ingrederetur: vt deliberabundus constitit, propius accedentes manus eius corripuerunt, maiorem in modum precantes ne vltra in hostibus numeraret ipsos, sed vteretur pro amicis & fidem haberet. Itaque visum Tiberio est mo-

E rem eis gerere, tum tabularum desiderio, tum timens etiam exasperare diffidentia Numantinos. Ingresso vrbem, primo prandium proposuerunt, atq; obsecrauerunt enixe vt aliquid cõmuni mensa secum cibi caperet. Inde tabulas ei reddiderunt, iusseruntq; vt de reliqua præda sumeret quicquid ei cordi esset. Ille vero prętер thus quo ad sacra publica vtebatur, nihil cepit: atq; ita, postquam eos comiter salutauit, digressus est. Vt Romam rediit, pacem eam totam exagitauerunt & insectati sunt vt indignã & fœdã ciuitati. At militum necessarii,

F quæ portio erat ingens populi, concursu ad Tiberium facto, quod inerat rei gestæ maculæ ascribebant duci, salutem vero tam multorum ciuium ei tribuebant. Enimuero hi quos pax illa offendebat,

proponebant exemplum maiorũ. quippe illi dũces qui cupide fuerant amplexi fœdus quo dimiserant eos Samnites, nudos hostibus dediderunt, consortesque & participes illius fœderis faciendi, velut quæstores & tribunos, æque tradiderunt: quo verterent in eos periurium & violationem pacis. Hîc vero præcipue suam erga Tiberium beneuolentiam & studium declarauit populus: qui consulem Numantinis nudum & victum iussit dedi, cæteris omnibus Tiberii causa pepercit. Arbitror etiam eum qui ea tempestate Romæ summus erat & plurimum pollebat, opem ei tulisse Scipionem: fuit ei tamen datum crimini quod Mancinum non protexerit, neque pacem Numantinam elaborauerit confirmari, per propinquum suum & familiarem compositam Tiberium. Cæterum has querelas maxima ex parte ex ambitione Tiberii amicorum & doctorum, qui concitabant eũ in Scipionem, apparet manasse. In inimicitiam hæc tamen acerbiorem aut incommodum non erupere. Imo verò nequaquam mihi videtur Tiberius in eos casus incursurus fuisse, si actionibus eius interfuisset Scipio Africanus. Nunc dum ille iam ad Numantiam agit & res gerit, leges ferre ex causa huiuscemodi auspicatus est: Populus Romanus agrum suburbanum, quem bello parauerat, partim vendiderat sub hasta, partim publicũ fecerat. Eum inopibus & tenuioribus ciuib. sub exigua pensione, quam ærario ferrent, locabant. Vt pecuniosi mercedem intendere, & pauperes cœperunt summouere, lex lata est quæ vetuit nequis plus quingentis iugeribus agri possideret. Frænauit aliquandiu hæc sanctio cupiditatem opulentorum, subleuauitq; egenos qui locata retinebant, fruebanturque sorte quam quisque à primo acceperat. Post per appositas personas transferentibus conductiones in se opulentis, ac denique propalam iam suo nomine plerasq; detinentibus, expulsi pauperes neque ad militiam se præstabant alacres, abiiciebantque educandorum curam liberorum. vnde breui Italia in frequentia laborauit omnis liberorum hominũ, & ergastulis completa est barbaricis: quibus colebant agros opulenti exactis ciuibus. Id corrigere familiaris Scipionis adortus C. Lælius, quia renitentibus potentib⁹ destitit tumultus metu, Sapiens est appellatus. At Tiberius tribunus plebis creatus, ei actioni ilico admouit manum, à Diophane oratore & Blosiophilosopho (vt tradunt plerique) incensus: quorum Diophanes, exul erat Mitylenæus, alter ex Italia Cumanus. Hic in vrbe Tharsensem Antipatrum audiuerat, à quo honorat⁹ fuerat cõmentariorum philosophicorum nuncupationib⁹. Nonnulli Corneliæ quoque matri adscribunt aliquid culpæ: quæ filiis crebro improperabat quod populus Romanus Scipionis se adhuc socrum, nõdum matrem Gracchorum, vocaret. Alii Sp. quendam Posthumium perhibent autorem fuisse, Tiberii æqualem, atque in gloria causarum dicendarum æmulum. quem post reditum à militia offendens longe gloria potentiaque præfulgentem & celebrem, voluit eum meo iudicio transgredi actione suscepta anc piti & magnæ expectationis.

A μιμεῖσθαι τοὺς προγόνους ἐκέλευον. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς ἀγαπήσαντας ὑπὸ Σαυνιτῶν ἀφεθῆναι στρατηγοὺς, αὐτούς τε τοῖς πολεμίοις γυμνοὺς προσέρριψαν, καὶ τοὺς ἐφαψαμένους καὶ μεταγόντας τῶν σπονδῶν, ὅς τε ταμίας καὶ χιλιάρχους, ὁμοίως προσέβαλον, εἰς ἐκείνους τὴν ἐπιορκίαν καὶ τὴν ἀθέμιστον τῶν ὡμολογημένων θέσιν τιθέντες. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα τὴν πρὸς τὸν Τιβέριον εὔνοιαν καὶ σπουδὴν ἔδειξεν ὁ δῆμος. τὸν μὲν γὰρ ὕπατον ἐνηφίσαν τὸ γυμνὸν καὶ δεδεμένον παραδοῦναι τοῖς Νομαντίνοις, τῶν δὲ ἄλλων ἐφείσαντο πάντων, ἀφ' Τιβέριον. δοκεῖ δὲ καὶ Σκιπίων βοηθῆσαι μέγιστος ὢν τότε, καὶ πλείστην δυνάμενος Ῥωμαίων· ἀλλ' οὐδὲν ἦττον οἶμαι τοῦ, ὅτι τὸν Μαγκῖνον οὐ παρεῖσθαι, οὐδὲ τὰς σπονδὰς ἐμπεδωθῆναι τοῖς Νομαντίνοις ἐσπούδασεν, δι' ἀνδρὸς οἰκείου καὶ φίλου τοῦ Τιβερίου γενομένας. ὃ δὲ πλεῖστον ἔοικεν οὐκ φιλοτιμίας, καὶ τῶν ἐπαιρόντων τὸν Τιβέριον φίλων καὶ σοφιστῶν, ἐκκλίνεσθαι τὰ τῆς ἀφαιρέσεως· ἀλλ' αὐτὴ γε πρὸς οὐδὲν ἀνήκεστον οὐδὲ φαῦλον ἐξέπεσε. δοκεῖ δ' ἄν μοι μηδαμῶς παρεμπεσεῖν ὁ Τιβέριος οἷς ἔπαθεν, εἰ παρῆν αὐτοῖς τοῖς πολιτεύμασι Σκιπίων ὁ Ἀφρικανός· νεῶν δὲ ἐκείνου περὶ Νομαντίαν ὄντος ἤδη καὶ πολε-

C μοῦντος, ἥψατο τῆς περὶ τοὺς νόμους πολιτείας ἐκ παντὸς τοῦ τρόπου τοιαύτης αἰτίας. Ῥωμαῖοι τῆς τῶν ἀσυγκλήτων χώρας ὅσην ἐπετέμοντο πολέμῳ, τὴν μὲν ὅπῃ προσοικοῖεν, τὴν δὲ ποιούμενοι δημοσίαν, ἐδίδοσαν νέμεσθαι τοῖς ἀκτήμοσι καὶ ἀπόροις τῶν πολιτῶν, ἀποφορὰν οὐ πολλὴν εἰς τὸ δημόσιον τελοῦσιν. ἀρξαμένων δὲ τῶν πλουσίων ὑποβάλλειν τὰς ἀποφορὰς, καὶ τοὺς πένητας ἐξελαυνόντων, ἐγράφη νόμος, μὴ ἐᾶν πλέθρα γῆς ἔχειν πλείονα πεντακοσίων. καὶ βραχὺ μὲν χρόνον ἐπέσχε τὴν πλεονεξίαν τὸ γράμμα τοῦτο, καὶ τοῖς πένησιν ἐβοήθησε, κατὰ χώραν μένοντιν ὅπῃ τῶν μεμισθωμένων, καὶ νε-

D μομημένοις ἕν ἕκαστος ὃ τῆς ἀρχῆς εἶχε μοῖραν. ὕστερον δὲ τῶν γαστνιόντων πλουσίων ὑποβλήτοις προσώποις μεταφερόντων τὰς μισθώσεις εἰς ἑαυτοὺς, τέλος ὃ φανερῶς ἤδη δι' ἑαυτῶν τὰ πλεῖστα κατεχόντων, ὀξωθέντες οἱ πένητες, οὔτε τῆς στρατείας ἔτι προθύμως παρεῖχον ἑαυτοὺς, ἠμέλουν τε παίδων ἀναθρεψῆς, ὡς ταχὺ τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν ὀλιγανδρίας ἐλευθέρων ἔσεσθαι, δεσμωτηρίων ὃ βαρβαρικῶν ἐμπεπλησθῆναι, δι' ὧν ἐγεώργουν οἱ πλούσιοι τὰ χωρία, τοὺς πολίτας ἐξελάσαντες. ἐπεχείρησε μὲν οὖν τῇ διορθώσει Γάιος Λαίλιος ὁ Σκιπίωνος ἑταῖρος· δυτιχρουσάντων ὃ τῶν

E δυνατῶν, φοβηθεὶς τὸν θόρυβον καὶ παυσάμενος, ἐπεκλήθη σοφὸς, ἢ φρόνιμος· (ἑκάτερον γὰρ ἐδόκει σημαίνειν ὁ σαπίλος) ὁ Τιβέριος δὲ δημάρχης ἀποδειχθεὶς, εὐθὺς ἐπ' αὐτῷ ὥρμησε τὴν πρᾶξιν, ὡς μὲν οἱ πλεῖστοι λέγουσι, Διοφάνους τοῦ ῥήτορος καὶ Βλοσίου τοῦ φιλοσόφου παρορμησάντων αὐτόν· (ὧν ὁ μὲν Διοφάνης, φυγὰς ἦν Μιτυληναῖος· ὁ δὲ, αὐτόθεν ἐξ Ἰταλίας Κυμαῖος, Ἀντιπάτρου τοῦ Ταρσέως γεγονὼς ἐν ἄσει σεμνήθης, καὶ τεθαυμασμένος ὑπ' αὐτοῦ προσφωνήσεσι γραμμάτων φιλοσόφων) ἔνιοι δὲ καὶ Κορνηλίᾳ συνεπαιτιῶνται τὴν μητέρα, πολλάκις τοὺς υἱοὺς ὀνειδίζουσαν, ὅτι Ῥωμαῖοι Σκιπίωνος αὐτῷ ἔτι πενθερὸν, οὔπω δὲ μητέρα Γράκχων προσαγορεύοιεν. ἄλλοι δὲ Σπόριον τινὰ Που-

F σούμιον λέγουσιν αἴτιον γενέσθαι, ἡλικιώτην τοῦ Τιβερίου, καὶ πρὸς δόξαν ἐφάμιλλον αὐτῷ περὶ τὰς συνηγορίας. ὃν, ὡς ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς στρατείας, ὁρῶν πολὺ τῇ δόξῃ καὶ τῇ δυνάμει παρηλλαγμένα καὶ θαυμαζόμενον, ἠθέλησεν (ὡς ἔοικεν) ὑποβάλεσθαι, πολιτεύματος τοῦ δημοτικοῦ καὶ μεγάλην προσδοκίαν ἔχοντος ἀγῶνος.

ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Γάϊος ἔν τινι βιβλίῳ γέγραφεν, εἰς Νο-
μαντίαν πορευόμενον διὰ τῆς Τυρρηνίας τὸν Τιβέριον, καὶ τὴν
ἐρημίαν τῆς χώρας ὁρῶντα, καὶ τοὺς γεωργοῦντας καὶ νέμοντας
οἰκέτας ἐπεισάκτους καὶ βαρβάρους, τότε πρῶτον ὑπὸ νεῶν
βαλέσθαι τὴν μυρίων κακῶν ἄρξασαν αὐτοῖς πολιτείαν.
τὴν δὲ πλείστην αὐτὸς ὁ δῆμος ὁρμὴν καὶ φιλοτιμίαν ἐδίδου,
προκαλούμενος διὰ γραμμάτων αὐτὸν ἐν στοαῖς καὶ τοί-
χοις καὶ μνήμασι γραφομένων, ἀναλαβεῖν τοῖς πένησι τὴν
δημοσίαν χώραν. οὐ μὴν ἐφ' ἑαυτοῦ γε συνέθηκε τὸν νόμον,
τοῖς δὲ πρωτεύουσιν ἀρετῇ καὶ δόξῃ τῶν πολιτῶν συμβού-
λοις χρησάμενος· ὧν καὶ Κρασσος ἦν ὁ ἀρχιερεύς, καὶ Μού-
κιος Σκαιόλας ὁ νομοδείκτης, ὑπατεύων τότε, καὶ Κλαύ-
διος Ἄππιος ὁ κηδεστὴς τοῦ Τιβερίου. καὶ δοκεῖ νόμος εἰς ἀδι-
κίαν καὶ πλεονεξίαν τοσαύτην μηδέποτε πρότερος γρα-
φῆναι καὶ μαλακώτερος. οὐ γὰρ ἔδει δίκην τῆς ἀπειθίας
δοῦναι, καὶ μετὰ ζημίας εἰς τοὺς νόμους ἁρπαζομένους
χώραν ἀφεῖναι, τούτοις ἐκέλευσε, πρὶν παρὰ λαμβάνον-
τας, ἐκβαίνειν ὧν ἀδίκως ἐκέκτηντο, καὶ δέχεσθαι τοὺς
βοηθείας δεομένους τῶν πολιτῶν. ἀλλὰ καίτοι οὕτω τῆς ἐ-
πανορθώσεως οὔσης ἀγνώμονος, ὁ μὲν δῆμος ἠγάπα, παρεὶς
τὰ γεγενημένα, παύσασθαι τὸ λοιπὸν ἀδικούμενος· οἱ δὲ
πλούσιοι καὶ κτήματα καὶ πλεονεξίαν μὲν τὸν νόμον, ὀργὴν δὲ καὶ
φιλονεικίαν τὸν νομοθέτην δι' ἔχθους ἔχοντες, ἐπεχείρουν ἀ-
ποτρέπειν τὸν δῆμον, ὡς γῆς ἀναδασμὸν ὑπὸ συγχύσει τῆς
πολιτείας εἰσάγοντος τοῦ Τιβερίου, καὶ πάντα πράγματα
κινοῦντος. ἀλλ' οὐδὲν ἐπέραινον· ὁ γὰρ Τιβέριος πρὸς καλὴν
ὑπόθεσιν καὶ δικαίαν ἀγωνιζόμενος λόγῳ καὶ φαυλότερα
κοσμήσας δυναμικῷ πράγματα, δεινὸς ἦν καὶ ἄμαχος, ὁ-
πότε τοῦ δήμου τῷ βήματι παρεκεχυμένου καθεστὰς λέγοι
πρὸς τοὺς πένητας, ὡς τὰ μὲν θηρία τὰ τὴν Ἰταλίαν νεμόμε-
να, καὶ φωλεὸν ἔχει καὶ κοιταῖον ἑκάστῳ καὶ καταδύσεις, τοῖς δὲ ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας μαχομένοις καὶ ἀποθνήσκουσιν, ἀέρος καὶ φωτὸς, ἄλλου δὲ οὐδενὸς μέτεστιν, ἀλλ' ἄοικοι καὶ ἀνίδρυτοι μετὰ τέκνων πλανῶνται καὶ γυναικῶν. οἱ δὲ αὐτοκράτορες ψεύδονται, τοὺς στρατιώτας ἐν ταῖς μάχαις παρακαλοῦντες ὑπὲρ βωμῶν καὶ ἱερῶν ἀμύνεσθαι τοῖς πολεμίοις. οὐδενὶ γὰρ ἔστιν οὐ βωμὸς πατρῷος, οὐκ οἰκεῖον πρόγονικὸν, τῶν τοσούτων Ῥωμαίων, ἀλλ' ὑπὲρ ἀλλοτρίας τρυφῆς καὶ πλούτου πολεμοῦσι καὶ ἀποθνήσκουσι, κύριοι τῆς οἰκουμένης εἶναι λεγόμενοι, μίαν δὲ βῶλον ἰδίαν οὐκ ἔχοντες. τούτοις ἀπὸ φρονήματος μεγάλου καὶ πάθους ἀληθινοῦ τοὺς λόγους κατείχον εἰς τὸν δῆμον εἰσιόντα καὶ συνεξαιρούμενον, οὐδεὶς ὑφίστατο τῶν ἐναντίων. ἐάσαντες οὖν δὲ αὐτὸν λέγειν, ὅτι Μάρκον Ὀκτάβιον βέπονται τῶν δημάρχων ἕνα, νεανίαν ἐμβριθῆ τὸ ἦθος καὶ κόσμιον, ἑταῖρον δὲ τοῦ Τιβερίου καὶ συνήθη. διὸ δὲ μὲν πρῶτον ἀδυνάμενος ἐκεῖνον ἀνεδύετο· πολλῶν δὲ καὶ δυνατῶν δεομένων καὶ λιπαρούντων, ὥσπερ ἐκβιασθεὶς αἰτιᾶσθαι τὸν Τιβέριον, καὶ διεκρούετο τὸν νόμον. ἔστι δὲ τοῦ κωλύοντος ἐν τοῖς δημάρχοις τὸ κράτος. οὐδὲν γὰρ οἱ πολλοὶ κελεύοντες πράττουσιν ἑνὸς ἐνιστάντος. πρὸς τοῦτο παροξυνθεὶς ὁ Τιβέριος, τὸν μὲν φιλόνεικον ἔπαυσε νόμον, τὸν δὲ ἡδίω τε τοῖς πολλοῖς καὶ σφοδρότερον ὑπὲρ τοῦ ἀδικουμένους εἰσέφερεν, ἤδη κελεύων ὀρίζεσθαι τῆς χώρας εἰς ἐκέκτηντο πρὸς τοὺς παρατέρμονας. ἦσαν οὖν ὁμοῦ τι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀγῶνες αὐτῷ πρὸς τὸν Ὀκτάβιον ὑπὲρ τοῦ βήματος· ἐν οἷς

A At frater eius Caius in quodam libro reliquit scriptum, quum Numantiam pergeret per Hetruriam Tiberius, solitudinemque agrorum spectaret, agricolas autem & pastores seruitia esse peregrina & barbara, tunc primum illam actionem, ex qua infinita iis fluxerunt mala, animo complexũ. Maxima vero ex parte ipse ardorem & contentionem huius inflammauit populus, per libellos prouocando eum in porticibus, muris & monumentis proscriptos, vt inopibus agrum publicũ redderet. Legem non composuit tamen solus, sed adhibuit in consilium principes virtute & autoritate
B ciues: in quibus Crassus fuit Pontifex Max. Mutius Scæuola iurisconsultus, qui id temporis consulatu fungebatur, & App. Claudi° socer eius. Neque videtur lex in iniuriam & iniquitatem adeo grandem fuisse vnquam lata mitior vel mollior. quippe à quibus exigenda violatæ legis piacula erant, & quibus cum mulcta agri quos tenebant contra legem, erant dimittendi: ab his postulauit vt accepto insuper præmio relinquerent ea quæ inique vsurpauerant, redderentque ea ciuibus qui subleuandi erant. Verum quamuis adeo
C esset lenis correctio, sat habuit tamen populus dissimulatis anteactis, ne læderetur in posterum, cauere. At diuites & locupletes per cupiditatem legi, per iram & peruicaciam infensi legislatori, populum abducere moliebantur ab ea: quasi legem agrariam ad rempub. conturbandam Tiberius induceret, & res nouas moliretur. Verum nihil proficiebant. siquidem in præclaro argumento & iusto decertans Tiberius facundia, qua valebat redimire vel turpiores materias, vehemens erat, & inexpugnabilis, quum circumfusa concione consistens in rostris hoc modo ageret pauperum causam, Feras etiam Italiam incolentes lustra habere & cubilia singulas stabulaque: illis vero qui arma
D ferrent pro Italia & sanguinem profunderent, nihil præter aera & lucem concedi, sed sine tectis sedibusq; cum liberis & coniugibus vagari. ludibrio haberi ab imperatoribus milites, quum eos adhortantur in acie vt pro aris & focis dimicent. nemini enim in tanto numero ciuium vel aram paternam esse vel domum auitam, verum pro alienis deliciis opulẽtiaq; belligerare & emori. nominari orbis terræ dominos, qui ne glebam quidem, vbi pedem ponant in suo, habeant. Hæc verba à magno animo & vero animi motu in populum demissa, quæ fanaticum eum & lym-
E phatum reddebant, nemo sustinebat aduersariorum. Igitur absistentes à digladiatione verborum, ad vnum ex tribunis conuertunt se, M. Octauium, grauibus iuuenem moribus & modestum, Tiberii autem amicum & familiarem. vnde illius pudore detrectauit primum se ei obiicere: verum potentibus magna caterua orantibus eum atque instantibus, tanquam expugnatus obiecit se Tiberio & legem institit antiquare. Præualet autem inter tribunos illius potestas qui quid vetat. nihil enim scisscere plebs vno valet intercedente. Hinc incẽsus Tiberius, legi illi benigne salutem dixit, gratiorẽque multitudini & flagrantiorem promulgauit in
F fraudatores, iubens extemplo illo excedere eos agro cui contra superiores leges incubabant. Erant fere quotidie ei in rostris cũ Octauio certamina:

in quibus etsi summo studio ac contentione de-
certarent inter se, nihil contumeliosè tamẽ ferun-
tur inuicẽ dixisse, neq; verbum excidisse in alterũ
alteri ex indignatione importunũ. Neq; enim in
vinolentiis solùm, sed & in ambitionibus & sto-
macho coercet & cõponit præclara indole, & bo-
na institutio mentem. Vt verò Octauiũ aduertit
in legẽ cõmisisse, & multũ tenere agri publici: ro-
gauit eum Tiberius vt abiiceret certamen, pretiũ
se ostendens ei ex facultatibus suis, quanuis non
lautis, depensurum. Abnuente Octauio, vetuit a-
lios magistratus omnes per edictum muneribus
suis fungi, dũ perlata lex esset. Templum Saturni
annulo suo consignauit, ne quid quæstores inde
vel sumerent vel inferrẽt, ascripsitq; mulctã, ni pa-
rêrẽt, prætoribus. Ita territi, omiserunt omnes suo
rum quisque officiorum partes. Hinc locuple-
tes vestem mutare, sordidatique & squalidi in fo-
ro circumire, struere etiam clàm Tiberio insidias,
subornareque ei percussores. Ita ille quoq; aper-
tè sica, quam dolonem vocant, accinctus fuit. Ap-
petente die, populumque Tiberio in suffragia
mittente, quia subtractæ a diuitibus fuerunt vrnę,
res ad tumultum spectabat, Enim verò quum Ti-
berii factio numero vim facere posset, atque ad id
se conglobaret: Manlius & Fuluius, viri consula-
res, ad genua Tiberii accidentes, manusque cum
lacrymis tangentes, orauerunt eum vt rem dese-
reret. Qui quum hinc iamiam imminens malum
animaduerteret, hinc illorum moueretur reuerẽ-
tia, requisiuit ab eis quid ab se vellent fieri: qui
negauerunt se tantæ consultationi pares esse,
hortantes autem precantesque vt permitteret eã
senatui, induxerunt eum. Vt verò nihil sena-
tus, coactus propter opes in curia locupletum, ex-
pediuit: transit iam ad facinus nec legitimum
nec probum, Octauio vt potestatem tribunitiam
abroget, certus non posse alioqui perferre se le-
gem. Ac primum in publico orauit eum, be-
nignis verbis & supplicibus cum eo agens, vt
concederet & accommodaret se populo æqua
petenti & exigua pro magnis laboribus & peric-
ulis accepturo. Reiiciente hanc interpellationem
Octauio, testificatus Tiberius non posse in tribu-
natu ambos magnis de rebus à pari potestate diffi
dentes traducere sine bello tempus: vnum se ostẽ
dit huius videre remedium, alteri si magistratus
sit abrogatus: ac de se iussit priore Octauiũ ad suf-
fragia populũ vocare. confestim enim se, si ita vi-
sum sit ciuibus, potestate abiturũ. Detrectante O-
ctauio, iam de ipso ait se, nisi re deliberata melio-
ra consilia cepisset, suffragia propositurum, atque
his in præsenti denuntiatis concionem dimisit.
Insequenti die conuocato populo conscendit
rostra, annisusque denuò est Octauium induce-
ΟΜΕΝ γράψας ὁ ὅτι τῇ νίκῃ τῇ Ὀλυμπιάσιν ἱπποδρομίας εἰς Ἀλκιβιάδην ἐγκώμιον, εἴτ' Εὐριπίδης, (ὡς ὁ πολὺς κρατεῖ λόγος) εἴθ' ἕτερός τις ὤν, Σόσπε, φησὶ χρῆναι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι τὴν πόλιν εὔδοκιμον· ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον εὐδαιμονήσειν μέλλοντι τὴν ἀληθινὴν εὐδαιμονίαν, ἧς ἐν ἤθει καὶ διαθέσει τὸ πλεῖστόν ἐστιν, οὐδὲν διαφέρειν ἡγοῦμαι, ἀδόξου καὶ ταπεινῆς πατρίδος, ἢ μητρὸς ἀμόρφου καὶ μικρᾶς γενέσθαι γλαῦκα γὰρ εἴ τις οἴοιτο τὴν Ἰουλίδα, μέρος μικρὸν οὖσαν τῆς μεγάλης νήσου τῆς Κέως, καὶ τὴν Αἴγιναν, ἣν τῶν Ἀττικῶν τις ἐκέλευεν ὡς λήμνιον ἀφαιρεῖν τοῦ Πειραιῶς, ὑποκειμένας μὲν ἀγαθοὺς τρέφειν καὶ ποιήσας, ὕδρα δὲ οὐκ ἄν ποτε δυνάσθαι δίκαιον καὶ αὐτάρκη καὶ νοῦν ἔχοντα καὶ μεγαλόψυχον παρενεγκεῖν. τὰς γὰρ ἄλλας τέχνας εἰκὸς ἐστιν πρὸς ἐργασίαν καὶ δόξαν συνισταμένας, ἐν ταῖς ἀδόξοις καὶ ταπειναῖς πόλεσιν ἀπομαραίνεσθαι, τὴν δὲ ἀρετὴν, ὥσπερ ἰσχυρὸν καὶ δραγκὲς φυτὸν ἐν ἄπαντι ῥιζοῦσθαι τόπῳ, φύσεώς τε χρηστῆς καὶ φιλοπόνου ψυχῆς ἐπιλαμβανομένην. ὅθεν οὐδὲ ἡμεῖς, εἰ τοῦ φρονεῖν ὡς δεῖ καὶ βίου ἐλλείπομεν, τοῦτο τῇ σμικρότητι τῆς πατρίδος, ἀλλ' αὐτοῖς δικαίως ἂν ἀποδοίημεν. τῷ μὲν οὖν συντάξαι ὑποβεβλημένῳ, καὶ ἱστορίαν ἐξ ὧν παρεσκευάσθαι δεῖ οἰκείων, καὶ παρὰ ξένων τε τῶν πολλῶν καὶ διεσπαρμένων ἐν ἑτέροις συνιοῦσαν ἀναγνωσμάτων, τῷ ὄντι χρὴ πρῶτον ὑπάρχειν καὶ μάλιστα τὴν πόλιν εὔδοκιμον καὶ φιλόκαλον καὶ πολυανθρωπον, ὡς βιβλίων τε πολυδαπῶν ἀφθονίαν ἔχειν, καὶ ὅσα τοῖς γράφουσιν ἀναφανδὸν ἐγένετο σωτηρία μνήμης ἐπιφανεστέραν εἴληφε πίστιν, ὑπολαμβανόντων ἀκοῇ καὶ ἀναστρωθαιόμενος, μὴ πολλῶν μηδὲ ἀναγκαίων ἐνδεὲς ἀποδιδόν τὸ ἔργον. ἡμεῖς δὲ μικρὰν οἰκοῦντες πόλιν, καὶ, ἵνα μὴ μικροτέρα λέγηται, φιλοχωροῦντες, ἐν Ῥώμῃ καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἰταλίαν ἀστείοις οὐ σχολῆς οὔσης γυμνάζεσθαι περὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀφέλειαν, ὑπὸ χρείας πολιτικῶν καὶ τῶν ἀφ' φιλοσοφίαν πλησιαζόντων, ὀψέ ποτε καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας ἡψάμεθα Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν ἐντυγχάνειν καὶ πρᾶγμα θαυμαστὸν μὲν ἀλλ' ἀληθὲς ἐπάγομεν. οὐ γὰρ ὅτως ἐκ τῶν ὀνομάτων τὰ πράγματα συνιέναι καὶ γνωρίζειν συνέβαινεν ἡμῖν, ὡς ἐκ τῶν πραγμάτων ἀμφοτέρως εἴχομεν ἐμπειρίας, ἐπακολουθεῖν δὲ καὶ τοῦτα καὶ τοῖς ὀνόμασι. κάλλους δὲ Ῥωμαϊκῆς ἀπαγγελίας καὶ τάχους ἀναθάνεσθαι, καὶ μεταφορᾶς ἐνόμιζον καὶ ἁρμονίας καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὁ λόγος ἀγάλλεται, χαίρειν μὲν ἡδόμεθα καὶ οὐκ ἀτερπές, ἡ πρὸς τοῦτο μελέτη καὶ ἄσκησις οὐκ εὐχερής, ἀλλ' οἷς τισι πλείων τε σχολὴ καὶ τὰ τῆς ὥρας ἐπὶ πρὸς τὰς τοιαύτας ὑπεχωρεῖ φιλοτιμίας.

B

DEMOSTHENES.

QVI laudationem in victorem ludicro equestri Olympiaco Alcibiadem scripsit, siue Euripides ille, Sossi, quod vulgatum est, siue quis alius fuit: oportere ait felicem in clara genitum vrbe esse. Ego verò ei qui veram adepturus felicitatem est, cuius in moribus plurimum & animo est positum, nihil referre arbitror, obscura & humili patria, an deformi & pusilla natus sit matre. Ridiculum enim sit, Iulidem, quæ exigua pars insulæ non amplæ est Ceæ, & Æginam, quam Athenienſis quidam iussit vt lemam detrahere Piræeo, histriones bonos & poëtas alere, virum bonum & abstinentem & cordatum & magnanimum nunquam posse producere. Nam reliquas quidem artes probabile sit, quibus quæstus propositus est & gloria, in obscuris & contemptis oppidis elanguescere: virtutem verò instar robustæ & viuacis plantæ, vbi ingenium nacta sit bonum & animum industrium, omni in loco radices agere. Itaque nos si minus rectè quàm decet, vel sentimus vel viuimus: non oppidi id angustiis, sed nobis ipsis meritò referemus acceptum. At qui commentari instituit, & conscribere historiam non ex iis quæ ad manum sunt & domesticis, sed ex multis externis & diffusa apud alios collectam lectione, hic profectò primùm & præcipuè requirat insignem ciuitatem, elegantem, & populosam: quò variorum librorum promptam habeat copiam, & quæ scriptores præterierunt, fideli memoria tamen clariorem acceperunt fidem, audiendo percipiat percunctetur que sedulo, ne opus edat rebus mutilum multis & necessariis. Nos verò qui exiguum colimus oppidum, & ne minus reddatur ferè ibi commoramur, (quia quum Romæ ageremus & in Italia, propter negotia publica, & eos qui ad nos philosophiæ causa ventitabant, non vacabat in lingua Romana studium ponere) serò tandem & ætate prouectiore Latinas attigimus literas. Vsuenit autem nobis res quidem mira, sed vera tamen, vt non tam ex verbis res cognosceremus & perciperemus, quam notitiam vtcunque assequuti rerum, harum subsidio vt assequeremur etiam verba. Pronunciationis verò Romanæ assequi ornamenta & volubilitatem, adhæc verborum translationes & compositiones, cæteraque quibus illustratur oratio, elegans quidem ducimus & non iniucundum, sed est eorum non prompta meditatio & vsus, qui conuenit his quibus abundat otium, & ætas ad ea studia suppetit.

Quare hoc in libro, qui comparatorum est quin-
A tus, in quo de Demosthene & Cicerone tractamus, ex rebus gestis & actionibus publicis ingenia eorum & mores considerabimus inuicem: at orationes inter se contendere, atq; vter venustior in dicendo aut acrior fuerit, decernere supersedebimus. nam vt ait Ion,

Delphinis hic in continente cursus est.

Quod nimius vbique Cæcilius quum ignoraret, temerè inconsulteque ausus est collationem cum Demosthene Ciceronis proferre. Verumenimverò si cuiuis promptum esset habere hoc quod dicitur, Nosce teipsum, non haberetur fortasse diuinum oraculum. Quum enim Demosthenem & Ciceronem eadem moneta conformaret ab initio deus, multis modis naturam inseruisse iis similem videtur, vt ambitionem libertatis in repub. amorem, timiditatem in periculis & armis, immiscuisse etiam fortuita multa. Haud enim duos reperiri oratores arbitror alios qui ex obscuris & paruis potentes & magni euaserint, regibus & tyrannis se obiecerint, filias amiserint, patriæ extorres redierint honorificè, iterum profugerint, & in manus inciderint hostium, vitam præterea cum expirante deposuerint patriæ libertate. Ita-
C que si in certamen natura & fortuna sicut artifices descenderint, haud expeditum sit, hæc negotiis, an moribus illa magis eos adæquarit, diiudicare. Disseremus autem priore loco de antiquiore.

Demosthenis pater Demostenes fuit, vt tradit Theopompus, ex optimatibus. Cognomen fuit ei Machæropœo, quòd officinam magnam gladiorum faciendorum exerceret, & seruos eius artificii haberet peritos. Nam quæ de matre Æschines orator retulit, ex Gelone quodam, qui ob crimen proditionis solum verterit, natam, & ex
D barbara fuisse muliere, non habemus dicere verè obiecerit, an calumniosè & vanè. Accepto à patre, qui eo septimum ætatis annum agente decessit, lauto patrimonio, (taxatum fuit enim vniuersum quindecim ferè talentis) damno affectus à tutoribus est: qui id partim auerterunt, partim negligenter curauerunt, vt præceptores eius etiam fraudarent mercede. Quod quidem fuit in causa vt honestarum & ingenuarum artium fuisse videatur rudis, simul quia ob imbecillitatem corporis & teneritudinem abstineret eum à laboribus mater, neque vrgerent pædagogi. quippe fuit à prima ætate gracilis & valetudinarius. vnde cognomen probrosum Batulum deridentibus cor-
E poris eius debilitatem pueris dicitur inuenisse. Fuit Batulus, vt quidam volunt, tibicen effœminatus, ac fabellam huius rei causa eum mordens fecit Antiphanes. Alii Batuli meminerunt vt poëtæ qui molliter & proteruè scriberet. Videtur etiam Batulus dicta tunc fuisse apud Atticos pars corporis quædam quæ nominari honestè non potest. Argas (nam & hoc cognominis Demostheni ferunt fuisse) dictus est vel ex morum feritate & acerbitate, (anguem enim appellant quidam poëtæ Argam) vel ex oratione offendente aures, quòd hoc nomine poëta fuerit malorum & molestorum modorum. Sed de his, vt Plato ait, hactenus. Auspicium ardoris eius ad dicendi facultatem hoc ferunt fuisse: Quum orator Callistratus causam actuus in foro esset de Oropo,

διὸ καὶ γράφοντες εἰς τὴν βιβλίῳ τούτῳ, τῶν παλαιῶν βίων ὅνδε πέμπτῳ, περὶ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος, ἀπὸ τῶν πράξεων καὶ τῶν πολιτειῶν τὰς φύσεις αὐτῶν καὶ τὰς ἀναθέσεις πρὸς ἀλλήλας ἐπισκεψόμεθα. τὴν δὲ τοῦς λόγους ἀντεξετάζειν, καὶ ἀποφαίνεσθαι πότερος ἡδίων ἢ δεινότερος εἰπεῖν, ἐάσομεν. Κἀκεῖ γὰρ (ὡς φησιν ὁ Γέων) δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. ἐν ὁ πρεσβύτατος ἐν ἅπασι Καικίλιος ἀγνοήσας, ἐπεδυνήθη σύγκρισιν τοῦ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος ἐξενεγκεῖν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως εἰ πρόχειρος ἦν ὁ Γνῶθι σαυτόν, ἔχειν πρόχειρον, οὐκ ἂν ἐδόκει πρόσταγμα θεῖον εἶναι. Δημοσθένη γὰρ καὶ
B Κικέρωνα τὸν αὐτὸν ἔοικε πλάττων ἀπ' ἀρχῆς ὁ δαίμων, πολλαῖς μὲν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν φύσιν αὐτῶν τὸ ὁμοιότητα, ὥσπερ τὸ φιλότιμον καὶ φιλελεύθερον ἐν τῇ πολιτείᾳ, πρὸς δὲ κινδύνους καὶ πολέμους ἄτολμον· πολλὰ δὲ δυναμίζαι καὶ τῶν τυχηρῶν. δύο γὰρ ἑτέρους οὐκ ἂν εὑρεθεῖεν δοκῶ ῥήτορας, οὐκ μὴν ἀδόξων καὶ μικρῶν ἰσχυροὺς καὶ μεγάλους γενομένους, προσκρούσαντας δὲ βασιλεῦσι καὶ τυράννοις, θυγατέρας δὲ ἀποβαλόντας, ἐκπεσόντας δὲ τῆς πατρίδος, κατελθόντας δὲ μετὰ τιμῆς ἀποθανάντας δὲ αὖθις, καὶ ληφθέντας ὑπὸ τῶν πολεμίων· ἅμα δὲ παυσαμένῃ τῇ τῶν πολιτῶν ἐλευθερίᾳ τὸν βίον συναναστρέψαντας. ὥστε εἰ γένοιτο τῇ φύσει καὶ τῇ τύχῃ καθάπερ τεχνίταις ἅμιλλα, χαλεπῶς μὲν ἂν ἀφικοίμεθα πότερον αὐτὴ τοῖς τρόποις, ἢ τοῖς πράγμασιν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας ὁμοιοτέρους ἀπείργασται. λεκτέον δὲ περὶ τοῦ πρεσβυτέρου πρότερον.

Δημοσθένης ὁ πατὴρ Δημοσθένους, ἐν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν· (ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος) ἐπεκαλεῖτο δὲ Μαχαιροποιός, ἐργαστήριον ἔχων μέγα, καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας. ἃ δὲ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ εἴρηκε περὶ τῆς μητρός, ὡς ἐκ Γυλωνός τινος ἐπ' αἰτίᾳ προδοσίας φυγόντος ἐξ ἄστεος ἐγεγένη, καὶ βαρβάρου γυναικός, οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν εἴτ' ἀληθῶς εἴρηκεν, εἴτε βλασφημῶν καὶ καταψευδόμενος. ἀπολειφθεὶς δὲ ὁ Δημοσθένης ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἐπιτρόπων ἠδικήθη, τὰ μὲν νοσφισαμένων, τὰ δὲ ἀμελησάντων· ὥς τε καὶ τὸν διδασκάλων αὐτοῦ τὸν μισθὸν ἀποστερῆσαι. διά τε δὴ τοῦτο τὸν ἐμμελῶς καὶ προσηκόντων ἐλευθέρῳ παιδὶ μαθημάτων ἀπαίδευτος δοκεῖν γενέσθαι, καὶ διὰ τὸν σώματος ἀσθένειαν καὶ θρύψιν, ὑπὸ προσιεμένης τοῖς πόνοις τὴν μητρὸς αὐτὸν, οὐδὲ προσβιαζομένων τῶν παιδαγωγῶν. ἐν γὰρ ἐξ ἀρχῆς κάτισχνος καὶ νοσώδης, καὶ τὴν λοιδορουμένῳ ἐπωνυμίαν τὸν Βάταλον εἰς τὸ σῶμα λέγεται σκωπτόμενος ὑπὸ τῶν παίδων λαβεῖν. ἐν ᾧ ὁ Βάταλος (ὡς μὲν ἔνιοι φασιν) αὐλητὴς τῶν κατεαγότων· καὶ δραμάτιον εἰς τοῦτο κωμῳδῶν αὐτὸν Ἀντιφάνης πεποίηκεν. ἔνιοι δέ τινες ὡς ποιητὴ τρυφερὰ καὶ παιδίνια γράφοντος τοῦ Βατάλου μέμνηνται. δοκεῖ δὲ καὶ τῶν οὐκ ἀπρεπῶν τι λεχθῆναι τοῦ σώματος μορίων τοῦτο τοῖς Ἀττικοῖς τότε καλεῖσθαι Βάταλος. ὁ δὲ Ἄργας (καὶ τοῦτο γὰρ φασι τὸν Δημοσθένει γενέσθαι παρώνυμον) ἢ πρὸς τὸν τρόπον ὡς θηριώδη καὶ πικρόν, ἐτέθη, (τὸν γὰρ ὄφιν ἔνιοι τὸν ποιητὴν ἄργα ὀνομάζουσιν) ἢ πρὸς τὸν λόγον, ὡς λυποῦντα τοὺς ἀκουομένους. καὶ γὰρ Ἄργας τοιοῦτόν ποιητὴς ἐν νόμῳ πονηρῶν καὶ ἀγαλέων. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ κατὰ Γλαύκωνα. τῆς δὲ πρὸς τοὺς λόγους ὁρμῆς ἀρχὴν αὐτῷ φασι τοιαύτην γενέσθαι Καλλιστράτου τοῦ ῥήτορος ἀγωνιζόμενον περὶ Ὠρωποῦ

ὁ Palmer. vide.

χρίσιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ μέλλοντος, ἰδὼν προσδοκία τῆς δίκης A
μεγάλη, διά τε τὴν τοῦ ῥήτορος δύναμιν, ἐνδοξοτάτου τότε
μάλιστα τῇ δόξῃ, καὶ διὰ τὴν πρᾶξιν οὖσαν θεατόν. ἀκού-
σας οὖν ὁ Δημοσθένης τῶν διδασκάλων καὶ τῶν παιδαγωγῶν
συντεθειμένων τῇ δίκῃ τυχεῖν, ἔπεισε τὸν ἑαυτοῦ παιδα-
γωγὸν δεόμενος καὶ προθυμούμενος, ὅπως αὐτὸν ἀγάγοι πρὸς
τὴν ἀκρόασιν. ὁ δὲ ἔχων πρὸς τοὺς ἀνοίγοντας τὰ δικαστήρια
δημοσίους συνήθειαν, ἐπόρισε χώρας ἐν ᾗ καθήμενος ὁ
παῖς ἀδήλως ἀκούσεται τῶν λεγομένων. ἐπιμερήσαντος δ' τοῦ
Καλλιστράτου, καὶ θαυμαστοῦντος ὑπερφυῶς, ἐκείνου μὴ ἐζή-
λωσε τὸν δόξαν, ὁρῶν προπεμπόμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ μα- B
καριζόμενον· τοῦ δὲ λόγου μᾶλλον ἐθαύμασε τὴν ἰσχὺν πάντα
χειροῦσθαι καὶ πθαναστρέφειν πεφυκότος. ὅθεν ἐάσας τὰ λοιπὰ
μαθήματα, καὶ τὰς παιδικὰς ἀγωνίας, αὐτὸς αὑτὸν ἤσκει
καὶ διεπόνει ταῖς μελέταις, ὡς τῶν λεγόντων ἐσόμενος. ἐχρήσατο
δὲ Ἰσαίῳ πρὸς τὸν λόγον ὑφηγητῇ, καίπερ Ἰσοκράτους τότε σχο-
λάζοντος, εἴτε (ὥς τινες λέγουσι) τὸν ὡρισμένον μισθὸν Ἰσοκρά-
τει τελέσαι μὴ δυνάμενος, τὰς δέκα μνᾶς, διὰ τὸν ὀρφανίδων·
εἴτε μᾶλλον τοῦ Ἰσαίου τὸν λόγον, ὡς δραστήριον καὶ πανοῦργον,
ὅπερ τοῦ χρείαν ἀποδεχόμενος. Ἕρμιππος δέ φησιν ἀδεσπότοις
ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν ἐν οἷς ἐγέγραπτο τὸν Δημοσθένη C
συνεσχολακέναι Πλάτωνι, καὶ πλεῖστον εἰς τοὺς λόγους ὠφελεῖ-
σθαι. Κτησιβίου δὲ μέμνηται λέγοντος περὶ Καλλίου τοῦ Συ-
ρακουσίου, καὶ τινων ἄλλων τὰς Ἰσοκράτους τέχνας καὶ τὰς Ἀλ-
κιδάμαντος κρύφα λαβόντα τὸν Δημοσθένη καταμαθεῖν· ὡς
γοῦν ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος τοῖς ἐπιτρόποις ἤρξατο δικάζεσθαι,
καὶ λογογραφεῖν ἐπ' ἀδικίᾳ, πολλὰς διαδύσεις καὶ παλιν-
δικίας διείσαντας, ἐγγυμνασάμενος κατ' τὸν Θουκυδίδου
τὰς μελέτας, οὐκ ἀκινδύνως οὐδὲ ἀργῶς κατευτυχήσας,
ἐκπεφεύγει μὲν οὐδὲ πολλοστὸν ἠδυνήθη μέρος τῶν πατρῴων,
τόλμαν δὲ πρὸς τὸ λέγειν καὶ συνήθειαν ἱκανὴν λαβών, καὶ D
γευσάμενος τῆς περὶ τοὺς ἀγῶνας φιλοτιμίας καὶ δυνάμεως,
ἐπεχείρησεν εἰς μέσον παιέναι, καὶ τὰ κοινὰ πράττειν. καὶ,
καθάπερ Λαομέδοντα τὸν Ὀρχομένιον λέγουσι καχεξίαν
τινὰ πολιοῦν ἀμυνόμενον, δρόμοις μακροῖς χρῆσθαι, τῶν
ἰατρῶν κελευσάντων, εἶθ οὕτως διαπονήσαντα τὴν ἕξιν,
ὀπτεύειν τοῖς τεθωρακίσι ἀγῶσι, καὶ τῶν ἄκρων ψηλᾶσθαι
δολιχοδρόμων· οὕτως τοῦ Δημοσθένει συνέβη, τὸν πρῶτον
ἐπανορθώσεως ἕνεκα τῶν ἰδίων ἀποδυόμενον πρὸς τὸ λέγειν,
ἐκ δὲ τούτου κτησαμένῳ δεινότητα καὶ δύναμιν, ἐν τοῖς πο-
λιτικοῖς ἤδη καθάπερ τεθωρακίσι ἀγῶσι πρωτεύειν τῶν E
ἀπὸ τοῦ βήματος ἀγωνιζομένων πολιτῶν. καίτοι τὸν πρῶτον
ἐντυγχάνων τοῦ δήμου θορύβοις περιέπιπτε, καὶ κατεγελᾶτο
δι' ἀήθειαν τοῦ λόγου συγκεχύσθαι ταῖς περιόδοις καὶ βε-
βασανίσθαι τοῖς ἐνθυμήμασι πικρῶς ἄγαν καὶ κατακόρως δοκοῦντος. ἐοικὼς δέ τις (ὡς ἔοικε) καὶ φωνῆς ἀσθένεια,
καὶ γλώττης ἀσάφεια, καὶ πνεύματος κολοβότης, ὅπερ ἀπέπουσα τὸν νοῦν τῶν λεγομένων, τοῦ διαπᾶσθαι τὰς περι-
όδους. τέλος δὲ ἀποστάντα τοῦ δήμου, καὶ ῥεμβόμενον ἐν
Πειραιεῖ δι' ἀθυμίαν Εὔνομος ὁ Θριάσιος ἤδη πολυγήρων
θεασάμενος ἐπετίμησεν, ὅτι τὸν λόγον ἔχων ὁμοιότατον τοῦ F
Περικλέους, παρείδωσιν ὑπ' ἀπολμίας καὶ μαλακίας
ἑαυτόν, οὔτε τοῖς ὄχλοις ὑφιστάμενος εὐθαρσῶς, οὔτε τὸ σῶ-
μα πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐξαρτυόμενος, ἀλλὰ δυφῇ παρεωρῶν
μαραινόμενον, πάλιν δέ ποτε φασὶν, ἐν πεσόντος αὐτοῦ,

A magna erat huius iudicii expectatio, cùm ob oratoris illius præstantiam, cuius tunc maximè illustre nomen erat, tum propter ipsam actionem celebratam. quia præceptores & pædagogos audierat Demosthenes constituisse inter se huic iudicio interesse, precibus contendit à pædagogo suo, vt ad audiendam causam duceret se. Ille, quòd consuetudinem haberet cum ministris publicis qui auditorium aperiebant, locum accepit vbi puer sederet in occulto & audiret orationes. Quum placuisset Callistratus & mirificè celebraretur, gloriam æmulatus est illius, quòd cerneret à multis eum deduci & in cœlum ferri. Multo ve- B rò magis orationis vi, quæ rapere ad se & pellicere valeret omnia, obstupuit. Itaque salutem dicens disciplinis & studiis reliquis puerilibus, exercuit & subegit se ipse, tanquam inter oratores futurus, declamationibus. Isæo vsus est ad dicendum duce, quanuis scholam eo tempore haberet Isocrates: vel quòd ob orbitatem pendere Isocrati præfinitam mercedem non valeret, decem minas, vel quòd dictionem, vt neruosam & versutam, Isæi ad vsum præferret. At Hermippus libros legisse commemorat se carentes authoris titulo, in quibus scriptum esset fuisse Platonis Demo- C sthenem auditorem. atque illud plurimum ei contulisse ad dicendum. Refert item Ctesibium dicere, Demosthenem à Callia Syracusano & nonnullis aliis clàm accepisse & consideraſſe Isocratis atque Alcidamantis artificium. Quum igitur esset factus suæ tutelæ, cœpit cum tutoribus suis experiri, & scribere in eos orationes. qui quũ iterum atque iterum petitiones eius eluderent, è damnatis causis & emortuis rediuiuas controuersias exuscitantes: Demosthenes interim declamitando, vt Thucydidis verbis vtar, exercitatus, hactenus profecit, idque non sine puluere & dis- D crimine, vt vel felicem adeptus actionum exitum, tamen ne quotamvis quidem partem patrimonii ab iis seruare potuerit. Verùm vt inde audaciam ad dicendum & vsum cepit, gustauitque honores & potentiam forensem: institit in solem prodire atque rem publicam capessere. Sicut autem Orchomenium Laomedontem ad repellendum splenis vitium aiunt ex medicorum præceptis longis cursibus vsum, atque ita corpore laboribus subacto certaminibus sese dedisse sacris, & inter optimos euasisse dolichodromos: ita Demostheni vsuuenit, qui primùm reparandæ rei familiaris causa accinxerat se ad dicendum, vt parata hinc arte & facultate in republica iam E quasi coronatorum certaminibus primatum inter ciues in dicendi palæstra certantes obtineret. Et quidem vbi primùm ad populum egit, obstrepitum ei est, fuitque derisus propter insolentiam orationis, quæ confusa periodis & enthymematibus acerbius & immodicè videbatur elaborata. Laborauit verò etiam vocis exilitate, lingua inexplanata, spiritus angustia, quę distractis periodis sensum interpellabat orationis. Postremò quum foro cessisset, & errantem in Piræeo abiecto animo F conspexisset iam exacta ętate Eunomus Thriasius, increpauit eum quòd quum facundia sua germana esset Periclis, sibi ipse deesset præ timiditate & ignauia: qui neq; turbas sustineret animosè, neq; corpus ad actiones instrueret, sed inertia sineret torpescere. Alio tempore aiunt, quum explosus

domum se capite obuoluto & mœsto animo reciperet, sequutum Satyrum mimum appellasse eum. Conquerente lamentabiliter apud eum Demosthene, quòd qui inter omnes esset oratores laboriosissimus, corporisque in eo vigorem penè consumpsisset, non placeret populo tamen, sed temulenti, nautæ, indocti auditentur tenerentque suggestum, ipse reiiceretur: Rectè ais, Demosthenes, dixisse Satyrum, at ego citò medebor causæ, si mihi carmina aliqua Euripidis aut Sophoclis memoriter velis pronunciare. Quæ vbi pronuntiauit Demosthenes, repetisse eadem post Demosthenem Satyrum, itaq; egisse & reddidisse vultu decenti & apta actione eosdem versus, vt planè Demosthenes alios putaret. Vt iam intellexit quantum ex actione dignitatis atque venustatis accederet orationi, rem tenuem atq; inanem duxisse declamationem si pronuntiationem & actionem negligas. Hinc cellam ædificasse subterraneam, in qua lucubraret: quæ extitit etiam nostro æuo. Huc se omninò quidem quotidie contulisse ad formandam actionem & effingendam vocem: sæpè menses ibi continuasse duos aut tres, ac rasisse capitis alteram partem, quò, ne si summè quidem cuperet, prodire auderet verecundiæ causa. Quinetiam ex colloquiis cum aliis habitis, & sermonibus & negotiis, materiam sumpsit & occasiones industriæ. Vbi enim ab illis discesserat, confestim descendebat in palæstram illam, recensebatque ordine acta, & quæ pro iis aut contrà dici possent. Præterea orationes quas audiuisset, secum repetens eas, in sententias reducebat & periodos: correctiones etiam varias comminiscebatur eorum quæ dicta sibi ab aliis essent, aut contrà ab ipso ad alios, eaq; alia dicendi figura meditabatur reddere. Vnde est habitus parum ingeniosus, sed vim & facultatem dicendi parare ex labore. Cuius magnũ indicium videbatur, quòd haud temerè quisquam Demosthenẽ audierit ex tempore dicentem: sed quum in concione sæpe sederet & populus nominatim eum exciret ad dicendum, nisi esset meditatus ad id & paratus, non procederet. Hinc alii concionatores illudebant eum, & Pytheas irridens, lucernam olere ait enthymemata eius. Cæterùm hunc amare Demosthenes retudit, Nempe non eorundem, inquit, tibi & mihi Pythea conscia est lucerna. Ad alios non planè id ibat inficias, sed fatebatur non omnino scriptionem adhibere ad dicendum, neque dicere tamen etiam se sine scriptione. Imò popularem hominẽ ostendebat esse eum qui ad dicendum meditaretur. eum enim pertinere ad obseruantiam populi apparatũ: ac floccipendere quid de dictione sentiat populus, id contemnentis autoritatem populi esse, & vi potius freti quam persuasione. Iam hac etiam nota vtuntur eius timiditatis ad subitò dicendum, quòd Demades illo perculso subinde exurrexerit promptè, eumque in dicendo expeditè iuuerit. Demadem ille nunquam. Vnde igitur, roges, Æschines eius in dicendo supra modum admirandam esse dixit audaciam? Qui Byzantium Pythonem insultantem & inuehentem flumine orationis in Athenienses, solus surgens refutauit: aut quum Lamachus Myrinæus regũ laudationẽ cõscripsisset Alexandri & Philippi, qua multa probra congessit in Thebanos & Olynthios, eamque in mercatu recitauit Olympiaco: subitò surgens,

A καὶ ἀπόνως εἰκαδε συγκεκαλυμμένου καὶ βαρέως φέρον-
τος, ὑπακηλᾶσθαι Σάτυρον τὸν ὑποκριτὴν, ὅτι πάνδεινον
ὄντα, καὶ σκληρῶν ὀδυρομένου τὸν Δημοσθένους πρὸς αὐ-
τὸν, ὅτι πάντων φιλοπονώτατος ὢν τῶν λεγόντων, καὶ μικροῦ δέων
κατεμαλακίσαι τὴν τοῦ σώματος ἀκμὴν εἰς τοῦτο, χαίειν
οὐκ ἔχει τοῖς τοῦ δήμου, ἀλλὰ κραιπαλῶντες αὐλητοί
ναῦται καὶ ἀμαθεῖς ἀκούονται καὶ κατέχουσι τὸ βῆμα, παρε-
λάβοι δ' αὐτὸς, Ἀληθῆ λέγεις ὦ Δημόσθενες (φάναι τὸν
Σάτυρον) ἀλλ' ἐγὼ τὸν αἴτιον ἰάσομαι τάχεως, αὐ μοι τῶν Εὐ-
ριπίδου τινὰ ῥήσεων ἢ Σοφοκλέους ἐθελήσῃς εἰπεῖν ἀπὸ στό-
B ματος. εἰπόντος δὲ τοῦ Δημοσθένους μεταλαβόντα τὸν Σάτυ-
ρον, οὕτω πλάσαι καὶ διεξελθεῖν ἐν ᾤδει τρέπουσι δὲ ἀφαθέσει
τὸν αὐτὸν ῥῆσιν, ὡς θ' ὅλως ἑτέραν τοῦ Δημοσθένει φαίνεσθαι.
πειθόντα δ' ὅσον ἐκ τῆς ὑποκρίσεως τοῦ λόγου κόσμου καὶ
χάριτος τοσοῦτον, μικρὸν ἡγήσασθαι καὶ ὁ μηδὲν εἶ) τὸν ἄσκη-
σιν, ἀμελοῦντι τῆς τοιαύτης καὶ ἀφαθέσεως τῶν λεγομένων.
ἐκ τούτου καταγείου μὲν οἰκοδομήσαι μελετητήριον· (ὃ δὲ
διεσώζετο καθ' ἡμᾶς) ἐνταῦθα δὲ πολλοῖς μὲν ἑκάστης ἡ-
μέρας τοσαυτάκις πλάττειν τὸν ὑποκρίσεσιν, καὶ ἀφαιρεῖν τὸν
φωνὴν· πολλάκις δὲ καὶ μῆνας ἕξ δύο καὶ τρεῖς συνάπτειν;
C ξυρούμενον τῆς κεφαλῆς θάτερον μέρος, ὑπὸ τοῦ μηδὲ βου-
λομένου πολὺ τοσοῦτον ἐλθεῖν ἐνδέχεσθαι δι' αἰσχύνην. οὐ μὴν
ἀλλὰ καὶ τὰς τοῖς τοῦ κοινοῦ ἐντεύξεις καὶ λόγους καὶ πρα-
γμάτων, ὑποθέσεις ἐποιεῖτο καὶ ἀφορμὰς τοῦ φιλοπονεῖν. ἀ-
παλλαγεὶς γὰρ αὐτῶν, πάχος κατέβαινεν εἰς τὸ μελετητή-
ριον, καὶ διεξῄει τάς τε τοιάξεις ἐφεξῆς καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν
ἀπολογισμούς. ἔτι δὲ τοὺς λόγους οἷς παρέτυχε λεγομένοις,
ἀναλαμβάνων εἰς ἑαυτὸν, εἰς γνώμας ἀνῆγε καὶ περιόδους·
ἐπανορθώσεις τε πολυδαπὰς καὶ μεταφράσεις ἐκαινοτόμει
τῶν εἰρημένων ὑφ' ἑτέρων τοῖς αὐτὸν, ἢ ὑφ' αὐτοῦ πάλιν εἰς
D ἄλλον. ἐκ τούτου δόξαν εἶχεν ὡς οὐκ εὐφυὴς ὤν, ἀλλ' ἐκ πό-
νου συγκειμένη δεινότητι καὶ δυνάμει χρώμενος. ἐδόκει τε τοῦτο
σημεῖον εἶ) μέγα, τὸ μὴ ῥᾳδίως ἀκούσαί τινα Δημοσθένους
ἀπὸ καιροῦ λέγοντος, ἀλλὰ καὶ καθήμενον ἐν ἐκκλησίᾳ
πολλάκις τοῦ δήμου καλοῦντος ὀνομαστὶ, μὴ παρελθεῖν, εἰ
μὴ τύχοι πεφροντικὼς καὶ παρεσκευασμένος εἰς τοῦτο. ἄλλοι
τε πολλοὶ τῶν δημαγωγῶν ἐχλεύαζον αὐτὸν, καὶ Πυθέας ἀπι-
σκώπτων, ἐλλυχνίων ἔφησεν ὄζειν αὐτοῦ τὰ ἐνθυμήματα. τοῦ-
τον μὲν οὖν ἠμείβετο πικρὸς ὁ Δημοσθένης, Οὐ ταυτὰ γὰρ
(εἶπεν) ἐμοὶ καὶ σοὶ, ὦ Πυθέα, ὁ λύχνος συνοίδε. πρὸς δὲ τοὺς
E ἄλλους οὐ πάντα πᾶσιν ἦν ἔξαρνος, ἀλλ' οὔτε γράφας, οὔτ'
ἄγραφα κρυβδὴν λέγειν ὡμολόγει. καὶ μέντοι δημοτικὸν ἀπέ-
φαινεν ὕδωρ τὸν λέγειν μελετῶντα. πρεσβείας γὰρ εἶ) τοῦτο
δήμου τῷ δασκαλικῷ. ὅ δ' ὅπως ἔξουσιν οἱ πολλοὶ τοῖς
τῶν λόγων ἀφεστικέναι, ὀλιγαρχικοῦ, καὶ βίᾳ μᾶλλον ἢ πειθοῖ
τοῖς ἐχόντος. τῆς δὲ τοῖς κοινὸν ἀπολμίας αὐτῷ καὶ τοῦτο
ποιοῦνται σημεῖον, ὅτι Δημάδης μὲν ἐκείνῳ θορυβηθέντι πολ-
λάκις αἰσχρὰς ἐν τοῖς χείρου συνεῖπεν, ἐκεῖνος δ' οὐδέ-
ποτε Δημάδῃ. πόθεν οὖν (φάσκοις ἄν) ὁ Αἰσχίνης τοῖς τῶν ἐν
τοῖς λόγοις τόλμαν θαυμασιώτατον ἀπέκαλει τὸν ὕδωρ; πῶς
F δὲ Πύθωνι τῷ Βυζαντίῳ θρασυνομένῳ καὶ ῥέοντι πολλῷ κατὰ
τὸν Ἀθηναίων, αἰσχρὰς μόνος ἀντεῖπε; ἢ Λαμάχου τοῦ Μυ-
ρινεωτοῦ γεγραφότος ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου τῶν
βασιλέων, ἐν ᾧ πολλὰ Θηβαίοις καὶ Ὀλυνθίοις εἰρήκει
κακῶς, καὶ ἀναγινώσκοντος Ὀλυμπιάσι, θορυβήσας;

καὶ διεξελθὼν μθ' ἱστορίας καὶ ἀποδείξεως ὅσα Θηβαίοις καὶ Χαλκιδεῦσιν ὑπὲρ τῆς καλῶς πρὸς τὴν Ἑλλάδα, καὶ πάλιν ὅσων αἴτιοι κακῶν γεγένασιν οἱ κολακεύοντες Μακεδόνας, οὕτως ἐπέστρεψε τοὺς παρόντας, ὥστε δείσαντα τὸν θορύβῳ τὸν σοφιστὴν, ὑποσκελίσαι τὴν πανηγύρεως ἀλλ' ἔοικεν ὁ ἀνὴρ τοῦ Περικλέους τὰ μὲν ἄλλα μὴ πρὸς αὐτὸν ἡγήσασθαι, τὸ δὲ πλάσμα καὶ τὸν σχηματισμὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ μὴ παχέως μηδὲ πρὸς πάντος ἐκ τῆς παρεισαμβόλου λέξεως, ὥσπερ ἐκ τούτων μεγάλου γεγονότος, ζηλῶν καὶ μιμούμενος, οὐ πάνυ προσίεσθαι τὴν ἐν τῷ καιρῷ δόξαν, οὐδ' ὅτι τύχῃ πολλάκις ἑκὼν εἶναι ποιεῖσθαι τὴν δυνάμιν. ἐπεὶ τόλμαν γε καὶ θάρσος οἱ λεχθέντες ὑπ' αὐτοῦ λόγοι τῶν γραφέντων μᾶλλον εἶχον, εἴ τι δεῖ πιστεύειν Ἐρατοσθένει, καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ, καὶ τοῖς κωμικοῖς· ὧν Ἐρατοσθένης μέν φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς λόγοις πολλαχοῦ γεγενέναι παραβακχον· ὁ δὲ Φαληρεὺς τὸν ἔμμετρον ἐκεῖνον ὅρκον ὀμόσαι ποτὲ πρὸς τὸν δῆμον, ὥσπερ ἐνθουσιάσας, Μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμοὺς, μὰ νάματα. τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μέν τις αὐτὸν ἀποκαλεῖ ῥωποπαρπήθραν. ὁ δὲ παρασκώπτων, ὡς χρώμενον τῷ αὐτῷ φήσιν, Οὕτως ἀπέλαβεν ὥσπερ ἔλαβεν. ἠγάπησε γὰρ τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης· ἐκτὸς εἰ μὴ νὴ Δία πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἁλονήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης καὶ τοῦτ' ἐπαίζειν, ἵν' Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν παρὰ Φιλίππου. πλὴν τόν γε Δημάδην πάντες ὡμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον αἰκηπτον εἶναι, καὶ παραφέρειν αὐτὸν χαριζόμενα τοῖς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς. Ἀείστων δ' ὁ Χῖος καὶ Θεοφράστου μικρὰ δόξαν ἱστόρηκε περὶ τῶν ῥητόρων. ἐρωτηθέντα γὰρ ὁ ποῖός τις αὐτῷ φαίνεται ῥήτωρ ὁ Δημοσθένης, εἰπεῖν, Ἄξιος τῆς πόλεως· ὁποῖος δὲ Δημάδης, Ὑπὲρ τὴν πόλιν, ὁ δ' αὐτὸς φιλόσοφος Πολύευκτον ἱστορεῖ τὸν Σφήττιον, ἕνα τῶν τότε πολιτευομένων Ἀθήνησιν, ἀποφαίνεσθαι μέγιστον μὲν εἶναι ῥήτορα Δημοσθένη, δεινοτάτοις δὲ εἰπεῖν, Φωκίωνα. πλεῖστον γὰρ ἐν βραχυτάτῃ λέξει νοῦν ἐκφέρειν, καὶ μέν τοι καὶ τὸν Δημοσθένη φασὶν αὐτὸν, ὁσάκις αὐ δεύτερον αὐτῷ Φωκίων ἀναβαίνοι, λέγειν πρὸς τοὺς συνήθεις, Ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κεφὶς αἴρεται. τοῦτο μὲν οὖν ἄδηλον εἴτε πρὸς τὸν λόγον τοῦ ἀνδρὸς ὁ Δημοσθένης, εἴτε πρὸς τὸν βίον καὶ τὴν δόξαν ἐπεπόνθει, πολλῶν πάνυ καὶ μακρῶν περιόδων ἓν ῥῆμα καὶ νεῦμα πίστιν ἔχοντος ἀνθρώπου κυριώτερον ἡγούμενος. τοῖς δὲ σωματικοῖς ἐλαττώμασι τοιαύτην ἐπῆγε ἄσκησιν (ὡς ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἱστορεῖ, λέγων αὐτὸν Δημοσθένους ἀκούειν πρεσβύτου γεγενότος) τὴν μὲν ἀσάφειαν καὶ βραδύτητα τῆς γλώττης ἐκκιάζεσθαι καὶ διαρθροῦν εἰς τὸ στόμα ψήφους λαμβάνοντα, καὶ ῥύσεις ἅμα λέγοντα· τὴν δὲ φωνὴν ἐν τοῖς δρόμοις γυμνάζεσθαι, καὶ ταῖς πρὸς τὰ σιμὰ προβάσεσι διαλεγόμενον, καὶ λόγους ἅμα καὶ ᾄσεις ἅμα τῷ πνεύματι πυκνουμένῳ προσφερόμενον. εἶναι δ' αὐτῷ μέγα κάτοπτρον οἴκοι, καὶ πρὸς τοῦτο τὰς μελέτας ἐξ ἐναντίας ἱστάμενον φαίνειν. λέγεται δ' ἀνθρώπου προσελθόντος δεομένου συνηγορίας, καὶ διεξιόντος ὡς ὑποτεθλάσθαι πληγαῖς, Ἀλλὰ σύγε, (φάναι τὸν Δημοσθένη) τούτων ὧν λέγεις οὐδὲν πέπονθας. ὀπτείναντος δὲ τὴν φωνὴν ἀνθρώπου, καὶ βοήσαντος, Ἐγὼ Δημοσθένης οὐδὲν πέπονθα; Νὴ Δία (φάναι) νῦν ἀκούω φωνὴν ἀδικουμένου καὶ πεπονθότος. ὅπως οὖν μέγα πρὸς πίστιν εἶναι τὸν τόνον,

A commemoratis exemplis & argumentis multorum Thebanorum & Chalcidensium aduersus Græciam meritorum, contrà multis calamitatibus quæ adulatoribus Macedonum referendæ acceptæ essent, vsque adeo commouit auditores vt perculsus tumultu sophista subduceret se ex conuentu. Atqui apparet Demosthenem cætera Periclis neglexisse, actionem verò eius & conformationem, néve derepente, neque omni de re diceret fortuitò; velut hinc creuisset, sequutum & repræsentantem, non sanè repudiasse, quam dabat occasio gloriam: neq; frequenter voluisse tamen

B suam facultatem credere fortunæ. Audaciam certè & confidentiam orationes quas dixit, quàm quas scripsit, habuerunt maiorem, siquid est Eratostheni credendum & Demetrio Phalereo, comicisque. Eratosthenes sæpè ait eum in dicendo furore abreptum. Phalereus iusiurandum versu comprehensum illud aliquando velut numine afflatum peregisse, *Per terram & fontes, per fluuios & latices*. Ex comicis quispiam appellat eum Rhopoperperethram, quasi dicas futilem & loquacem. Alius obiter cauillans quòd antitheto vteretur, ait, Sic recepit sicut cepit. Frequenter enim hoc

C verbum vsurpabat affectatum Demosthenes: nisi sanè Antiphanes hîc ad orationem de Haloneso allusit, quam Demosthenes vt reciperent non acciperent consuluit à Philippo. Cæterum Demadem quidem omnes, vbi naturam suam sequeretur, fatentur cæteris præfulsisse, ac superatas ab eius extemporanea dictione Demosthenis lucubrationes & apparatum. Aristo Chius Theophrasti quoque censuram quandam prodit de oratoribus. Interrogatum enim qui sibi videretur Demosthenes orator, respondisse, Dignus hac vrbe. Qualis Demades? Supra vrbem. Idem Philosophus Polyeuctum Sphettium scribit, vnum ex iis

D qui per id tempus remp. Athenis gerebant, dixisse summum Demosthenem oratorem esse, sed acerrimum, in dicendo Phocionem. plurimum enim eum paucissimis verbis sententiæ complecti. Et verò ipsum etiam aiunt Demosthenem, quoties contra se dicturus pulpitum conscenderet Phocion, ad familiares suos dicere solitum, *Mearum securis orationum exurgit*. Incertum est autem de oratione illius sic sentiret Demosthenes, ánne de vita & existimatione: quòd permultis & prolixis circuitibus vnum verbum & nutum existimaret probati viri esse validiorem. Corporis vitiis hanc

E adhibuit exercitationem, vt author Phalereus est Demetrius, qui ex ipso audisse se iam magno natu Demosthene refert: Linguam inexplanatam hæsitantemque coniectis in os calculis versus simul recitando expugnasse & correxisse. vocem currendo & ascensu ingrediendo arduo exercitasse differentem, simulque orationem aut versus intento spiritu pronuntiantem, habuisse domi magnum speculum, cuius ex aduerso stantem declamare solitum. Quum eum adisset quidam vt causam suam susciperet orans, commemoraretque à quopiam se cæsum: dicitur De-

F mosthenes respondisse, Tu verò nullam iniuriam, vt dicis, passus es. Hîc quum homo vocem intenderet, ac vociferaretur, Ego Demosthene iniuriam non sum passus? Nunc, dixisse, ego vocem audio læsi & violati. Tanti referre arbitrabatur ad fidem faciendam vocis contentionem

& actionem dicentium. Porrò multitudini quidem mirificè actio eius placebat. Elegantiores, in quibus est Demetrius Phalereus, humilem eius gestum, abiectum & mollem censebant esse. Æsiona refert Hermippus de veteribus rogatum oratoribus & de suis æqualibus, dixisse, Illos si audires, admirareris modestiam & magnificentiam eorum quæ ad populum disserebant. Demosthenis verò orationes, si eas legas, multum excellunt artificio & acrimonia. Sanè orationes scriptæ eius nemo negat quin multum austeri habeant & amari. In respondendo subitò vrebatur ridiculo quoque. Quum enim dixisset Demades, Me Demosthenes, sus Mineruam: Hæc, inquit, Minerua non ita dudum in Colytto deprehensa in adulterio fuit. Furi, cui cognomen erat Chalco, id est æreo, quum tenderet vigilias & lucubrationes eius perstringere: Noui, inquit, molestum tibi esse quòd lucernam habeam accensam. at vos nolite mirari, Athenienses, si furta committantur, quum furos æreos, parietes habeamus luteos. Verùm de his quamuis referre plura habeamus, satis sit. Reliquum ingenium & mores ex rebus eius gestis & reipublicæ procuratione æquum est contemplari. Ad rempublicam accessit bello commisso Phocico, vt ipse testatur, & discere licet ex orationibus Philippicis. siquidem aliquæ harum illis perpetratis rebus habitæ sunt, antiquissimæ autem attingunt res nouissimas. Constat etiam constituisse eum accusare Midiam annos natum duos & triginta, quum opes in republica nondum vllas, vel authoritatem haberet: cuius mihi metu potissimùm videtur pecunia accepta inimicitiam cum isto decidisse. neque enim ingenio fuit facili aut placabili, sed feruidus & ardens ad vindictam. Cæterùm quum animaduerteret non leue esse, neque suæ facultatis, virum opulentia, facundia & amicis validè succinctum euertere Midiam, deprecantibus pro eo concessit. Nam solas ter mille drachmas illas non arbitror Demosthenis retundere acerbitatem potuisse, si sperasset & valuisset obtinere causam. Accepta materia in republica præclara, Græcorum contra Philippum defensione: quum in ea splendidè decertaret, breui euasit clarus & celebris ex eloquentia & in dicendo libertate. Vnde magno in honore apud Græcos fuit. Rex magnus coluit eum: maxima existimatio apud Philippum eius fuit præ cæteris oratoribus: nec dissimulabant vel inimici eius esse ipsis cum præstanti viro dimicationem. Etenim Æschines & Hyperides hæc de eo, vel quum accusabant eum, fassi sunt. Quare Theopompo miror quid in mentem venerit, ingenio vt eum mobili dicat fuisse, neque vel rebus vel hominibus diu iisdem delectatum. Palàm est enim quarum actionum in republica partes & sectam à primo suscepit, in his perstitisse eum vsque ad extremum: neque solùm in vita non inflexisse se, sed & vitam, dum inuertere se non sustinet, profudisse. Neque enim, vt Demades excusans actionum suarum varietatem dixit, sibi ipsum contraria sæpè, reipubl. nunquam dixisse, & Melanopus à Callistrato de republica dissentiens, quum subinde ab hoc pecunia de sententia deduceretur, dicere apud populum solitus erat,

A καὶ τῶν ὑποκρινομένων. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ὑποκρινόμενος ἤρεσκε θαυμαστῶς, οἱ δὲ χαρίεντες ταπεινὸν ἡγοῦντο καὶ ἀγλυνὲς αὐτοῦ τὸ πλάσμα καὶ μαλακόν· ὧν καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς ἐστιν. Αἰσίωνα δέ φησιν Ἕρμιππος ἐρωτηθέντα περὶ τῶν πάλαι ῥητόρων καὶ τῶν καθ' αὑτὸν, εἰπεῖν, ὡς ἀκούων μὲν ἄν τις ἐθαύμασεν ἐκείνους εὐκόσμως καὶ μεγαλοπρεπῶς τοῦ δήμου διαλεγομένους· ἀναγινωσκόμενοι δὲ οἱ Δημοσθένους λόγοι, πολὺ τῇ κατασκευῇ καὶ δυνάμει διαφέρουσιν. οἱ μὲν οὖν γεγραμμένοι τῶν λόγων ὅτι σφοδρὸν πολὺ καὶ πικρὸν ἔχουσι, τί ἂν λέγοι τις, ὁ δὲ τῶν ἀποκρι-
B νόμενος τοῖς πρὸς τὸν κρείττω, ἐχρῆτο καὶ τοῦ γελοίου. Δημάδου μὲν γὰρ εἰπόντος, Ἐμὲ Δημοσθένης, ὁ εἷς τῶν Ἀθηναῖ. Αὕτη ἡ (εἶπεν) ἡ Ἀθηνᾶ πρόσφατος ἐν Κολλυτῷ μοιχευουσα ἐλήφθη. πρὸς δὲ τὸν κλέπτων, ὃς ἐπεκαλεῖτο Χαλκοῦς, καὶ αὐτὸν εἰς τὰς ἀγρυπνίας αὐτοῦ καὶ νυκτογραφίας πειρώμενόν τι λέγειν, Οἶδα (εἶπεν) ὅτι σε λυπῶ λύχνον κάων. ὑμεῖς δὲ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ θαυμάζετε τὰς γιγνομένας κλοπὰς, ὅταν τοὺς μὲν κλέπτας χαλκοῦς, τοὺς δὲ τοίχους, πηλίνους ἔχωμεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων κάρτ' ἔτι πλείω λέγειν ἔχοντες, ἐνταῦθα παυσόμεθα. τὸ δὲ ἄλλον αὐτοῦ τρόπον, καὶ ὃ ἦθος ἀπὸ τῶν πράξεων καὶ τῆς πολι-
C τείας θεωρεῖν δίκαιόν ἐστιν. ὥρμησε μὲν οὖν ὅτι ὁ πρᾶξιν τὰ κοινὰ, τοῦ Φωκικοῦ πολέμου συνεστῶτος, ὡς αὐτός τε φησὶ, καὶ λαβεῖν ἐστιν ἀπὸ τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν. αἱ μὲν γὰρ, ἤδη ἀπεπραγμένων ἐκείνων γεγόνασιν, αἱ δὲ πρεσβύταται, τῶν ἔλαττα πεπραγμάτων ἅπτονται. δῆλος δ' ἐστὶ καὶ τὸν κατὰ Μειδίου πρᾶσκευασάμενος εἰπεῖν δίκαιον, δύο μὲν ὄντι τοῖς τριάκοντα γεγονὼς ἔτη, μηδέπω δ' ἔχων ἰσχὺν ἐν τῇ πολιτείᾳ μηδὲ δόξαν. ὃ καὶ μάλιστά μοι δοκεῖ δείσας, ἐπ' ἀργυρίῳ καταθέσθαι τὸν πρὸς τὸν ἀνδρόπον ἔχθραν. Οὐ γὰρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ
ἦν, οὐδ' ἀγχίφρων, ἀλλ' ἔντονος καὶ βίαιος πρὸς τὰς ἀμύας.
D ὁρῶν δ' ὁ φαῦλον, οὐδὲ τὸ αὐτοῦ δυνάμεως ἔργον, ἄνδρα καὶ πλούτῳ καὶ λόγῳ καὶ φίλοις ὑπερφαγμένον καθελεῖν τὸν Μειδίαν, ἐνέδωκε τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένοις. αἱ δὲ τρισχίλιαι καθ' ἑαυτὰς οὐκ ἄν μοι δοκοῦσι τὸν Δημοσθένους ἀμβλῦναι πικρίαν, ἐλπίζοντος καὶ δυναμένου προιεμένου. λαβὼν δὲ τὸ πολιτείας καλῶν ὑπόθεσιν, τὸν πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων διαμφισβήτησιν, καὶ πρὸς τούτῳ ἀγωνιζόμενος ἀξίως, ταχὺ δόξαν ἔσχε, καὶ περίβλεπτος ὑπὸ τῶν λόγων ἦρθη καὶ τῆς παρρησίας· ὥστε θαυμάζεσθαι μὲν ἐν τῇ Ἑλλάδι, θεραπεύεσθαι δὲ ὑπὸ
E τοῦ μεγάλου βασιλέως, πλεῖστον δὲ αὐτοῦ λόγον εἶναι καὶ παρὰ τῷ Φιλίππῳ τῶν δημαγωγούντων· ὁμολογεῖν δὲ καὶ τοὺς ἀπεχθανομένους, ὅτι πρὸς ἔνδοξον αὐτοῖς ἀνδρὸς ὁ ἀγών ἐστι. καὶ γὰρ Αἰσχίνης καὶ Ὑπερείδης τοιαῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ κατηγορήσαντες εἰρήκασιν. ὅθεν οὐκ οἶδ' ὅπως παρέστη Θεοπόμπῳ λέγειν αὐτὸν ἀβέβαιον περὶ τὸν τρόπον γεγενέναι, καὶ μήτε πράγμασι, μήτ' ἀνθρώποις πολὺν χρόνον τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν δυνάμενον. φαίνεται γὰρ, εἰς ὃν ἀπ' ἀρχῆς τῶν πραγμάτων μεῖδα καὶ πάλιν αὐτὸν ἐν τῇ πολιτείᾳ κατέστησε, ταύτῃ ἀεὶ τέλοις ἀφαφυλάξας, καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ βίῳ μὴ μεταβαλόμενος,
F ἀλλὰ καὶ τὸν βίον ἐν τῷ μὴ μεταβαλέσθαι πρεσβύτερος. οὐ γὰρ, ὡς Δημάδης ἀπολογούμενος ἀπό τινων ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβολῶν, ἔλεγεν αὐτῷ μὲν αὐτὸν τοὐναντία πολλάκις εἰρηκέναι, τῇ δὲ πόλει μηδέποτε· (καὶ Μελάνωπος ἀντιπολιτευόμενος Καλλιστράτῳ, καὶ πολλάκις ὑπὲρ αὐτοῦ χρήμασι μεταπειθόμενος, εἰώθει λέγειν πρὸς τὸν δῆμον,

Ὁ μὲν ἀνὴρ, ἐχθρός, ὁ δ' τῆς πόλεως νικάτω συμφέρον. Νικόδημος δ' ὁ Μεσσήνιος Κασσάνδρῳ πρόσθεν ἐπηκολουθήκει πρότερον, εἶτ' αὖθις ὑπὲρ τοῦ Δημητρίου πολιτευόμενος, οὐκ ἔφη τὰναντία λέγειν· ἀεὶ γὰρ εἰ συμφέρον ἀκροᾶσθαι τῶν κρατούντων) οὕτω καὶ περὶ Δημοσθένους ἔγωμαι εἰπεῖν, οἷς οὐκ ἐπεμόνου καὶ πλανάζοντος ἢ φωνὴν ἢ πρᾶξιν, ἀλλ' ὥσπερ ἐφ' ἑνὸς καὶ ἀμεταβλήτου διαγράμματος τῆς πολιτείας, ἕνα τόνον ἔχων ἐν τοῖς πράγμασιν ἀεὶ διετέλεσε. Παναίτιος δ' ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ φησιν οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνον τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, περὶ τοῦ στεφάνου, περὶ τῶν Ἀρεοπαγιτικῶν, περὶ τῶν ἀτελειῶν, τοὺς Φιλιππικούς. ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον ἢ ῥᾷστον ἢ λιοντελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάττειν τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος. ὡς, εἴγε περὶ τὰς ὑποθέσεις αὐτοῦ φιλοτιμίᾳ καὶ τῇ τῶν λόγων δυνάμει παρὼν ἀνδρείᾳ τε πολεμικῇ χρῆσθαι, καὶ τὸ καθαρῶς ἕκαστα πράττειν, οὐκ ἐν τῷ κατὰ Μυροκλέα καὶ Πολύευκτον καὶ Ὑπερείδην ἀριθμῷ τῶν ῥητόρων, ἀλλ' ἄνω μετὰ Κίμωνος καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους ἄξιος κρίνοιτο τίθεσθαι. τὸν γοῦν μετ' αὐτὸν Φωκίων, οὐκ ἐπαινεμένης πρεσβεύμενος πολιτείας, ἀλλὰ δοκῶν μακεδονίζειν, ὅμως δ' ἀνδρείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ οὐδενὸς ἐλάττων χείρων ἔδοξε τοῦ Ἐφιάλτου καὶ Ἀριστείδου καὶ Κίμωνος ἀνὴρ γενέσθαι. Δημοσθένης δ' οὐκ ὢν ἐν τοῖς ὅπλοις ἀξιόπιστος, ὡς φησιν ὁ Δημήτριος, οὐδὲ πρὸς τὸ λαμβάνειν πανταχόθεν ἀπωχυρωμένος, ἀλλὰ τῷ μὲν τῶν Φιλίππου καὶ Μακεδονίας ἀπάλωτος ὤν, τῷ δ' ἀνῶθεν οὐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ὀπτεβατὸς χρυσίῳ γεγονὼς καὶ καταχεκλυσμένος, ἐπαινέσαι μὲν ἰκανὸς ἐστὶ τὰ τῶν προγόνων καλὰ, μιμήσασθαι δ' οὐχ ὅμοιος. ἐπεὶ τοὺς γε καθ' αὐτὸν ῥήτορας (ἔξω δ' λόγου τίθεμαι Φωκίωνα) καὶ τῷ βίῳ παρῆλθε. φαίνεται δ' καὶ μετὰ παῤῥησίας μάλιστα τῷ δήμῳ διαλεγόμενος, καὶ πρὸς τὰς ὀπτιθυμίας τῶν πολλῶν ἀντιτείνων, καὶ ταῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ὀπτιφυόμενος, ὡς ἐκ τῶν λόγων λαβεῖν ἔστιν. ἱστορεῖ δ' καὶ Θεόπομπος ὅτι τῶν Ἀθηναίων ὀπτί τινα προβαλλομένων αὐτὸν κατηγορίαν, ὡς οὐκ ὑπήκουε, θορυβούντων, ἀναστὰς εἶπεν, Ὑμεῖς ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συμβούλω μὲν, κἂν μὴ θέλητε, χρήσεσθε· συκοφάντῃ δὲ, οὐδὲ ἐὰν θέλητε. σφόδρα δ' ἀριστοκρατικὸν αὐτοῦ πολίτευμα καὶ ὁ περὶ Ἀντιφῶντος· ὃν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀφεθέντα συλλαβὼν, ὀπτὶ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ παρήγαγε, καὶ παρ' οὐδὲν ὁ πρεσβύτης τῷ δήμῳ θέμενος, ἤλεγξεν ὑπερημένον Φιλίππῳ τὰ νεώρια ἐμπρήσειν· καὶ παραδοθεὶς ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς βουλῆς, ἀπέθανε. κατηγόρησε δὲ καὶ τῆς ἱερείας Θεωρίδος, ὡς ἄλλα ῥαδιουργούσης πολλὰ, καὶ τοὺς δούλους ἐξαπατῶσα διδασκούσης· καὶ θανάτου τιμησάμενος ἀπέκτεινε. λέγεται δὲ καὶ τὸν κατὰ Τιμοθέου τοῦ στρατηγοῦ λόγον, ᾧ χρησάμενος Ἀπολλόδωρος εἵλε τὸν ἄνδρα τοῦ ὀφλήματος, Δημοσθένης γράψαι τοῦ Ἀπολλοδώρου, καθάπερ καὶ τοὺς πρὸς Φορμίωνα καὶ Στέφανον, ἐφ' οἷς εἰκότως ἠδόξησε. καὶ γὰρ Φορμίων ἠγωνίζετο λόγῳ Δημοσθένους πρὸς τὸν Ἀπολλόδωρον, ἀτεχνῶς, καθάπερ ἐξ ἑνὸς μαχαιροπωλείου, τὰ κατ' ἀλλήλων ἐγχειρίδια πωλοῦντος αὐτοῖς τοῖς ἀντιδίκοις. τῶν δὲ δημοσίων, ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους, ἑτέροις ἐγράφησαν, οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος.

A Est ille quidem inimicus, sed vincat bonum publicum: Messenius Nicodemus, qui antè fauerat Cassandro, mox aggregauit se ad Demetrium, negauit se pugnantia dicere: semper enim conducere dicto audientem esse victoribus. non perinde, inquam, dicere de Demosthene queamus, conuertisse aut variasse eum vocem vel actionem: sed quasi in eadem & immutabili formula reipub. tractandæ vnum in administranda repub. conseruauit tenorem. Panætius Philosophus vel orationes eius ita refert conscriptas plerasque, vt qui decernat honestum propter seipsum esse expetendum, vt illam De corona, B Contra Aristocratem, Pro immunitatibus, Philippicas. quibus in omnibus non ad id quod iucundissimum est, aut facillimum, aut vtilissimum, cohortatur ciues, sed identidem securitatem atque salutem postponendam censet honesto & decoro: vt si cum contentione eius in rebus susceptis & dicendi diuinitate virtus coniuncta bellica sit & abstinentia, non in albo oratorum quo Myroeles fuit, & Polyeuctus, & Hyperides, sed excelso loco cum Cimone, Thucydide & Pericle dignus sit qui recenseatur. quippe ex illis qui ei successere, Phocion, quanuis C non optimas partes in repub. tueri, sed stare videbatur à Macedonibus, fortitudinis tamen & iustitiæ laude nulla vsquam re inferior Ephialte, vel Aristide, vel Cimone, numeratus est. Demosthenes verò nec in armis memorabilis, vt Demetrius perhibet, neque aduersus munera capienda satis vallatus, quanquam à Philippi & Macedonum pecunia inuictus: superioribus tamen ex regionibus Susis & Ecbatanis allato auro expositus & demersus, prædicare maiorum virtutes præclarissimè potuit, imitari non potuit. Nam cæteris certè sui temporis oratoribus, Phocionem excipio, etiam vita præcelluit. Videtur etiam liberè præsertim ad populum egisse reluctans plebis libidini, peccataque eius insectans, vt accipere ex eius orationibus licet. Iam scribit Theopompus, quum populus Atheniensis accusatorem in causa quadam eum nominaret, obstreperet autem morem non gerenti: surrexisse eum ac dixisse, Vos me Athenienses consiliarium vel inuiti habebitis, calumniatorem ne si volueritis quidem. Minimè verò populare fuit id quod contra Antiphontem egit, quem in concione liberatum ad consilium rapuit Areopagi: contemptaque populi offensione, docuit pollicitum Philippo inflammaturum se naualia, de cuius consilii sententia est necatus. Adhæc sacerdotis Theoridis nomen detulit cùm de aliis delictis, tum quòd fallere seruos doceret, atque quum litem capitis æstimasset, damnauit eam. Fama quoque est orationem contra Timotheum prætorem, qua Apollodorus vsus pecuniam se ei mutuò dedisse probauit, scripsisse Apollodoro Demosthenem, nec non orationes contra Phormionem & Stephanum. quo nomine haud immeritò est improbatus. F Pugnauit enim sine dubio contra Apollodorum oratione Demosthenis Phormio, quasi ex eadem taberna vendentis iudicio contendentibus in se mutuò gladios. Ex publicis illas contra Androtionem, Timocratem, Aristocratem, quum nondum attigisset rempubl. aliis scripsit.

δοκεῖ γὰρ

Apparet eum, quum eas orationes ederet, annos natum fuisse viginti septem aut octo. Orationem contra Aristogitonem ipse dixit, & illam De immunitatibus in gratiam, vt testatur ipse, Ctesippi Chabriæ filii: vt nonnulli autumant, nuptias ambiens matris adolescentis. non duxit eam tamen vxorem, sed Samiam quandam, vt tradit Demetrius Magnesius in libris De synonymis; in matrimonio habuit. Oratio de falsa legatione in Æschinem haud liquet, an habita sit, quamuis Idomeneus sententiis demptis solis triginta dicat Æschinem absolutum. Verùm quatenus ex vtriusq; de corona scriptis orationibus licet coniicere, res videtur secus se habere. Neuter enim horum apertè vel perspicuè istius contentionis meminit vt ad iudicium vsque progressæ. Sed malo hæc vt alii disceptent. Actiones publicæ Demosthenis hoc apertè vel tempore pacis præ se ferebant, vt quicquid conabatur Macedo, omne id insimularet & ad singula concitaret populum Atheniensem atque inflammaret. Vnde plurimus apud Philippum erat de eo sermo. Ac quum inter decem legatos venisset in Macedoniam, audiuit quidem Philippus omnes, ad illius verò orationem accuratissimè respondit. Non accepit alioqui perinde Demosthenem honorificè & comiter, sed Æschinem & Philocratē impensius amplexus est. Quare quum hi Philippum commendarent, vt disertissimum, & specie pulcherrimum, & verò etiam strenuum potatorem & hilarem in conuiuio: non potuit abstinere quin interuerteret ea, & cauillaretur primum sophistæ, fœminæ alterum, postremum esse spongiæ, regis laudem esse ibi nullam. Quum res ad bellum inclinarent, non ferente otium Philippo, Athenienſibus autem à Demosthene incensis: primùm concitauit Athenienses ad aggrediendam Eubœam, quam tyranni subiugauerant Philippo. quò quum traiecissent, ex plebiscito, quod ille scripserat, exegerunt Macedonas. Inde Byzantiis & Perinthiis, quibus bellum faciebat Philippus, opem tulit, suadens populo vt posita simultate, obliteratisq; quæ vtrique bello sociali admiserant, submitteret iis auxilium, à quo fuerunt conseruati. Mox in legationē profectus, conuenit ciuitates Græcas, solicitauitq;, atque omnes in Philippū, demptis paucis, cōciuit, vt præter vrbanas copias conscriberent x v millia peditum, & duo equitum, pecunia & stipendium in externos milites promptè conferretur. Quo tempore ait Theophrastus, quum postularent locii vt certa summa definiretur tributi, dixisse Crobylū concionatorem bellum certum modum non habere pabuli. Erecta Græcia ad euentū, quum coirent per singulas gentes & vrbes Eubœi, Achæi, Corinthii, Megarenses, Leucadii, Corcyræi: maximus supererat Demostheni labor, societati vt adiungeret Thebanos, qui finitimi sunt Atticæ, & vires habebant ad bellū faciundum, & imprimis tunc numerabantur inter Græcos bellatores. Verùm non erat procliue recentibus Phocico bello beneficiis Philippo mancipatos ab eo reuocare Thebanos, maximè quòd leuibus ex vicinitate certaminibus in dies refricarentur quas illæ ciuitates inter se habebant, bellicæ controuersiæ.

A δοκεῖ γὰρ δυοῖν ἢ τριῶν δέουσα ἔτη τελάκοντα γεγονὼς ἀξιοῦν τοῖς λόγοις ἐκείνοις. τὸν δὲ κατ' Αἰσχυλίνου αὐτὸς ἠγωνίσατο, καὶ τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, ἀμφὶ τ' Χαβρίου παῖδα Κτήσιππον, ὥς φησιν αὐτός· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, τ' μητέρα τοῦ νεανίσκου μνώμενος. οὐ μὴν ἔγημε ταύτην, ἀλλὰ Σαμίᾳ τινὶ συνῴκησεν, ὡς ἱστορεῖ Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς περὶ συνωνύμων. ὁ δὲ κατ' Αἰσχίνου τῆς παραπρεσβείας ἄδηλον εἰ λέλεκται. καίτοι φησὶν Ἰδομενεὺς παρὰ πεντήκοντα μόνας τὸν Αἰσχίνην ἀποφυγεῖν. ἀλλ' οὐκ ἔοικεν οὕτως ἔχειν ἀληθές, εἰ δεῖ τοῖς περὶ στεφάνου γεγραμμένοις

B ἑκατέρων λόγοις πεκμαίρεσθαι. μέμνηται γὰρ οὐδέτερος αὐτῶν σαφῶς οὐδὲ φανερῶς ἐκείνου τοῦ ἀγῶνος, ὡς ἄχρι δίκης προελθόντος. ταυτὶ μὴν οὖν ἕτεροι ἀμφισβητοῦσι μᾶλλον. ἡ δὲ τοῦ Δημοσθένους πολιτεία φανερὰ μὴν ἦν ἔτι καὶ τῆς εἰρήνης ὑπαρχούσης, οὐδὲν ἐῶντος ἀνεπιτίμητον τῶν προσπιπτόντων ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ παρεφέρετο τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἀμφισβητοῦντος ὅτι τὸν ἄνθρωπον. διὸ καὶ πολὺ Φιλίππου πλεῖστος ἦν λόγος αὐτοῦ, καὶ ὅτε πρεσβεύων, δέκατος ἧκεν εἰς Μακεδονίαν, ἤκουσε μὴν πολλῶν Φίλιππος, ἀντεῖπε δὲ μετὰ πλείστης ὀπτμε-

C λείας πρὸς τὸν ἐκείνου λόγον. οὐ μὴν ἔν γε ταῖς ἄλλαις τιμαῖς καὶ φιλοφρονήσεσι ὅμοιον αὐτὸν τοῦ Δημοσθένει παρεῖχεν, ἀλλὰ προσήγετο τοὺς περὶ Αἰσχίνην καὶ Φιλοκράτην μᾶλλον. ὅθεν ἐπαινούντων ἐκείνων τὸν Φίλιππον ὡς καὶ λέγειν δυνατώτατον, καὶ κάλλιστον ὄφθαι, καὶ νὴ Δία συμπιεῖν ἱκανώτατον, ἠναγκάζετο βασκαίνων ὀπτικῶπτειν, ὡς τὸ μὲν, σοφιστοῦ, τὸ δὲ, γυναικὸς, τὸ δὲ, σπογγιᾶς εἶη, βασιλέως δ' οὐδὲν ἐγκώμιον. ἐπεὶ δ' εἰς τὸ πολεμεῖν ἔρρεπε τὰ πράγματα, τὸ μὲν Φιλίππου μὴ δυναμένου τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, τῶν δ' Ἀθηναίων ἐνοχλούντων ὑπὸ τοῦ Δη-

D μοσθένους, πρῶτον μὲν εἰς Εὔβοιαν ἐξώρμησε τοὺς Ἀθηναίους καταδεδουλωμένην ὑπὸ τῶν τυράννων Φιλίππῳ, καὶ ἀμφισβήτες, ἐκείνου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἐξήλασαν τοὺς Μακεδόνας. δεύτερον δὲ Βυζαντίοις ἐβοήθησε καὶ Περινθίοις ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος πολεμουμένοις· πείσας τὸν δῆμον, ἀφέντα τὴν ἔχθραν, καὶ τὸ μεμνῆσθαι τῶν περὶ τὸν συμμαχικὸν ἠμφισβητημένων ἑκατέροις πόλεμον, ἀποστεῖλαι δυνάμιν αὐτοῖς, ὑφ' ἧς ἐσώθησαν. ἔπειτα πρεσβεύων καὶ ἀμφιλεγόμενος τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρεξιών, συνέστησε, πλὴν ὀλίγων, ἀπόμνας ὅτι τὸν Φίλιππον· ὥστε συν-

E ταξιν γενέσθαι πεζῶν μὲν μυρίων καὶ πεντακισχιλίων, ἱππέων δὲ δισχιλίων, αὐτῶν πολιτικῶν δυνάμεως· χρήματα δὲ καὶ μισθοὺς τοῖς ξένοις εἰσφέρεσθαι προθύμως. ὅπερ καὶ φησι Θεόφραστος ἀξιούντων τῶν συμμάχων, ὁρισθῆναι τὰς εἰσφορὰς, εἰπεῖν Κρώβυλον τὸν δημαγωγὸν, ὡς οὐ πεπερασμένα σιτεῖται πόλεμος. ἐπηρμένης δὲ τῆς Ἑλλάδος πρὸς τὸ μέλλον, καὶ συνισταμένων κατ' ἔθνη καὶ πόλεις Εὐβοέων, Ἀχαιῶν, Κορινθίων, Μεγαρέων, Λευκαδίων, Κερκυραίων, ὁ μέγιστος ὑπελείπετο τοῦ Δημοσθένους τῶν ἀγώνων, Θηβαίους προσαγαγέσθαι τῇ συμμαχίᾳ, χώραν τε συνόρους τῆς Ἀττικῆς, καὶ δυνάμιν ἀγωνίσιον ἔχοντας,

F καὶ μάλιστα τότε τῶν Ἑλλήνων δοκιμουμένους ἐν τοῖς ὅπλοις. ἦν δὲ οὐ ῥᾴδιον, ὅτι πρόσφατοις εὐεργετήμασι τοῖς περὶ τὴν Φωκικὸν πόλεμον τετθασευμένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου μεταστῆσαι τοὺς Θηβαίους, καὶ μάλιστα τοῖς ἀμφὶ τὴν γειτνίασιν ἀψιμαχίαις ἀναξαινομένων ἑκάστοτε τῶν πολεμικῶν πρὸς ἀλλήλας διαφορῶν τοῖς πόλεσιν.

οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ Φίλιππος ὑπὸ τῆς περὶ τὴν Ἀμφίσσης
δυτυχίας ἐπαιρόμενος, εἰς τὴν Ἐλάτειαν ἐξαίφνης ἐνέπε-
σε, καὶ τὴν Φωκίδα κατέχων, ἐκπεπληγμένων τῶν Ἀθηναίων,
καὶ μηδενὸς τολμῶντος ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα, μηδὲ ἔχον-
τος ὅ, τι χρὴ λέγειν, ἀπορίας οὔσης ἐν μέσῳ καὶ σιωπῆς, πα-
ρελθὼν μόνος ὁ Δημοσθένης, συνεβούλευε τοῖς Θηβαίοις ἔ-
χεσθαι· καὶ τἄλλα παρρησιάσας καὶ μετεωρίσας (ὥσ-
περ εἰώθει) τὸν δῆμον ταῖς ἐλπίσιν, ἀπεστάλη πρεσβευτὴς
μετ' ἑτέρων εἰς Θήβας. ἔπεμψε δὲ καὶ Φίλιππος (ὡς Μαρ-
σύας φησὶν) Ἀμύντα μὲν καὶ Κλέαρχον Μακεδόνας,
Δάοχον δὲ καὶ Θεσσαλὸν, καὶ Θρασυδαῖον, αὐτεπιτρόπους. B
ὃ μὲν δὴ συμφέρον οὐ διέφυγε τοὺς τῶν Θηβαίων λογι-
σμοὺς, ἀλλ' ἐν ὄμμασιν ἕκαστος εἶχε τὰ τοῦ πολέμου δεινὰ,
ἐπὶ τῶν Φωκικῶν τραυμάτων νεαρῶν πεπαμένων. ἡ δὲ
τοῦ ῥήτορος δύναμις (ὡς φησι Θεόπομπος) ἐκπτίζουσα
τὸν θυμὸν αὐτῶν, καὶ παρακαίουσα τὴν φιλοτιμίαν, ἐπεσκό-
τησε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ὥστε φόβον καὶ λογισμὸν καὶ χάριν
ἐκβαλεῖν αὐτοὺς, ἐνθουσιῶντας ὑπὸ τοῦ λόγου πρὸς τὸ κα-
λόν. οὕτω δὲ μέγα καὶ λαμπρὸν ἐφάνη τὸ τοῦ ῥήτορος ἔρ-
γον, ὥστε τὸν μὲν Φίλιππον αὐθὶς ἐπικηρυκεύεσθαι, δεόμε-
νον εἰρήνης, ὀρθοῦν τὴν Ἑλλάδα θρέψασθαι, καὶ συνεξαιρε-
θῆναι πρὸς τὸ μέλλον, ὑπηρετεῖν δὲ μὴ μόνον τοῖς στρατη- C
γοῖς τοῦ Δημοσθένους ποιούντας τὸ προσταττόμενον, ἀλλὰ
καὶ τοὺς Βοιωτάρχας διοικεῖσθαι τὰς ἐκκλησίας ἁπάσας,
οὐδὲν ἧττον ὑπ' ἐκείνου τότε τοῦ Θηβαίων ἢ τοῦ Ἀθη-
ναίων, ἀγαπωμένου παρ' ἀμφοτέροις καὶ δυναστεύοντος, οὐκ
ἀδίκως, οὐδὲ παρ' ἀξίαν, ὡς φασὶ φαίνεσθαι Θεόπομπος,
ἀλλὰ καὶ πολὺ προσηκόντως. τύχη δέ τις (ὡς ἔοικε) δαιμό-
νιος ἐν περιφορᾷ πραγμάτων, εἰς ἐκεῖνον καιρὸν συμπράτ-
τουσα τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος, ἐναντιοδοξοῦσι τοῖς πραττο-
μένοις, καὶ πολλὰ σημεῖα τοῦ μέλλοντος ἀναφαίνει, ἐν οἷς ἥ τε D
Πυθία δεινὰ προὔφαινε μαντεύματα, καὶ χρησμὸς ἦδετο πα-
λαιὸς ἐκ τῶν Σιβυλλείων,

Τῆς δὴ Θερμώδοντι μάχης ἀπολύθε θυοείμιν,
Αἰετὸς ἐν νεφέεσι καὶ ἠέρι θηήσασθαι.

Κλαίει ὁ νικηθεὶς, ὁ δὲ νικήσας ἀπόλωλε. τὸν δὲ Θερ-
μώδοντα φασὶν εἶναι παρ' ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ, ποτάμιον μι-
κρὸν εἰς τὸν Κηφισὸν ἐμβάλλον· ἡμεῖς δὲ νῦν μὲν οὐδὲν
ἴσμεν οὕτω τῶν ῥευμάτων ὀνομαζόμενον, εἰκάζομεν δὲ τὸν
καλούμενον Αἵμωνα, Θερμώδοντα λέγεσθαι τότε. καὶ πα-
ρέρρει τοῦ Ἡρακλείου, ὅπου κατεστρατοπέδευον οἱ E
A Reuersus ab exilio Cicero est mense decimo sexto, tantaq; municipiorũ omnium lætitia & fauore hominum proditum ei obuiam est, vt quod iactauit postea Cicero, minus esset vero. Ait enim Italię se humeris reportatum. Siquidem ipse quoque Crassus, qui gesserat ante exiliũ cum eo inimicitias, magno studio tunc ei occurrit, rediitq; cum eo in gratiam, indulgens, vt ferebat, filio Publio æmulo Ciceronis. non multo interiecto spatio, quum captasset opportunitatẽ Cicero per absentiam Clodii, magna frequentia scandit in Capitolium, tabulasq;, quæ acta continebãt Clodii tribu-
B natus, reuulsit corrupitq;. De eo querẽte Clodio, nõ ritè respondit eum Cicero ex patriciis aspirasse ad tribunatum, neque esse eius actorum quicquam ratum. Quo offensus restitit Cato Ciceroni, non in gratiam Clodii, (quippe cui displicerẽt istius actiones) verùm graue contendit esse neq; tolerandum, vt aboleret senatus tam multa decreta & acta: in quibus continerentur etiam ea quæ in Cypro & Byzantii ipse gesserat. Hinc offensio extitit inter Ciceronem & Catonem: quæ in inimicitiam tamen non erupit apertam, tantùm frequentiorem consuetudinem diremit. Sub hæc
C Clodium occidit Milo. Defensorem hic in iudicium adductus adhibuit Ciceronem. At senatus timens ne viro claro & acri reo ciuitatis quies turbaretur, permisit Pompeio vti huic & cæteris iudiciis præesset, præsidiumque haberet ad securitatem vrbis & iudiciorum. Quum ille ante lucem summa fori cum armatis insedisset, metuens Milo ne spectaculo insolito Cicero territus minus rectè causam diceret: persuasit ei vt lectica delatus in forum, quiesceret dum conuenirent iudices, & frequens esset corona. Enim verò non modò scilicet in bello illo timidus erat, sed accede-
D bat etiam ad dicendum trepidus, ac multis in causis vix tandem horrere & tremere medio desinebat ardore & statu orationis. L. Murænam, quem accusauit Cato, defensurus, totam noctem lucubrauit, dum Hortensium contendit, cuius mirè placuerat oratio, superare: vt præ nimia solicitudine & vigiliis ita affecerit valetudinem, vt cõcedere illi videretur. Ac tunc vt ad iudicium Milonis lectica delatus fuit, & Pompeium contemplatus locis superioribus velut in castris confidentẽ, atque circumfulgens vndiq; armis forum, obstupuit, & orationem ægrè cum tremore corporis & linguæ hæsitantia exorsus est: quũ Milo ipse forti
E animo & celso præstò esset certamini, nec capillos demittere, vel sumere atram vestẽ sustinuisset. quod maximum momentum fecisse apparet ad eius damnationem. Cæterùm Cicero ex eo anxius potius de salute amicorũ fuisse, quàm timidus habitus est. Augur factus est loco Crassi iunioris, qui apud Parthos ceciderat. Hinc sortitus prouinciã Ciliciam, & exercitum duodecim millium peditum, & duorũ millium sexcentorũ equitũ, soluit. Iniunctum ei fuit insuper vt Cappadociam Ariobarzani regi cõciliaret & dicto audientẽ præstaret. quod confecit & cõposuit sine armis, & multa cũ
F gratia. Ciliciam cernẽs ad Parthicam Romanorũ

λεῦσιν, αὐτὶ Κράσσου τοῦ νέου, μετὰ τὴν ἐν Πάρθοις αὐτοῦ τελευτήν. εἶτα κληρῶν λαχὼν τῶν ἐπαρχιῶν Κιλικίαν, καὶ στρατὸν ὁπλιτῶν καὶ δισχιλίων, ἱππέων δὲ δισχιλίων ἑξακοσίων, ἔπλευσε. προσέταξεν αὐτῷ, καὶ τὰ περὶ Καππαδοκίαν Ἀριοβαρζάνῃ τῷ βασιλεῖ φίλα καὶ πειθήνια παρασχεῖν. ταῦτά τε δὴ παρεσκεύασε καὶ συνήρμοσεν ἀμέμπτως ἄτερ πολέμου· τοὺς τε Κίλικας ὁρῶν πρὸς τὸ Παρθικὸν πρᾶγμα Ῥωμαίων,

cladem & tumultum Syriæ ſuſpenſam, leni imperio placauit. Dona ne à regibus quidem accepit oblata. Cœnas prouinciales remiſit. Ipſe probos & doctos viros in dies conuiuio excepit, non ſumptuosè ſed liberaliter. Domus eius carebat ianitore. Decumbentem conſpexit nemo, ſed manè cõſiſtens aut inambulans pro cubiculo comiter appellabat ſalutatores. Neminem dicitur virgis cecidiſſe, nec veſtem vllius laceraſſe, neque ira prouectus aut mulctæ cauſa dictum iecisſe in quenquam contumelioſum aut probroſum. Quũ multam pecuniam publicam cõperiſſet auerſam, ciuitates locupletauit, & reſoluentibus auerſa nulla præterea pœna impoſita integram famam conſeruauit. Bellum etiam attigit, latroneſq; qui Amanum tenebant, fudit fugauitq; : vnde appellatus ab exercitu imperator eſt. Cœlio oratori, vt pantheras ſibi ex Cilicia Romam mitteret ad ludos roganti, cum iactantia aliqua rerum ſuarũ reſcripſit non eſſe in Cilicia pantheras, in Cariam fugiſſe, querentes in communi pace ſecum tantùm geri bellum. Prouincia decedens primùm Rhodum appulit, inde hæſit libenter priſtinæ deſiderio conuerſationis Athenis. Viſis ibi excellentiſſimis doctrina viris, ſalutatiſq; quos tunc ibi habebat amicis & familiaribus, celebratus à Græcia eximiis honoribus, tandẽ ad vrbem regreſſus eſt, vbi res iam quaſi ex incendio in bellum exarſerãt ciuile. Quum verò decerneret ei triumphum ſenatus, malle ait ſe facta concordia Cæſaris ſequi currum. Priuatim autem conſuluit vtrique, hinc Cæſari multa ſcribens, hinc obteſtans Pompeiũ: vtrunque verò demulcens ac confirmans. Sed quum eſſet res deplorata, & Cæſare inuadente Pompeius vrbem relinquens cum multis & primariis fugam caperet, huic ſe fugæ non coniunxit Cicero, ſed Cæſari exiſtimatus eſt adhærere. Conſtat ſanè multum eum animo in vtramque partẽ fluctuatum & anxium fuiſſe. Scribit enim in epiſtolis, Vtrò te conuertas? Speciosam habet Pompeius & honeſtã belli materiam, paratior eſt Cæſar, rectiuſq; ſibi & amicis conſulit. Itaque quem fugiam habeo, non habeo ad quem fugiam. Cæterùm vt Trebatius, vnus ex Cæſaris familiaribus, ſignificauit ei per literas, Cæſarem arbitrari ipſum eſſe ſuarum partium debere, & ſuæ conſortem ſpei: ſin hoc ei non permitteret ætas, in Græciam vt conferret ſe, ibique neutri parti addictus quieti ſuæ conſuleret. Miratus nihil ipſum ad ſe Cæſarẽ ſcripſiſſe Cicero, cum ſtomacho reſpondit, Nihil ſe indignum rebus ſuis geſtis facturum. Eiuſcemodi ſunt quæ ſcripſit in epiſtolis. Profecto in Hiſpaniam Cæſare, nauigauit extemplò ad Pompeium. Ac cæteri quidem gauiſi aduentu eius ſunt: Cato, vbi eum vidit, obiurgauit eum grauiter, remotis arbitris, quòd eſſet Pompeium ſequutus. Sibi quidem parum honeſtũ fore ſi, quas à principio probaſſet, eas reliquiſſet reipubl. partes: ipſum verò, qui plus profuturus patriæ & amicis eſſet ſi domi manens medius rebus ad euentum moderaretur, temerè nunc nulla compulſum neceſſitate hoſtem factum Cæſari eſſe, & ad tanti diſcriminis illuc veniſſe ſocietatem. Cùm hæ rationes ſententiam commutauerunt Ciceronis,

A καὶ τὸν ἐν Συρίᾳ νεωτερισμὸν ἐπηρμένους, κατεπράυνεν ἠμέρως ἄρχων. καὶ δῶρα μὴν οὐδὲ τῶν βασιλέων διδόντων ἔλαβε, δεῖπνον δὲ τοῖς ἐπαρχικοῖς δοῦναι. αὐτὸς δ' καθ' ἡμέραν τοῖς χαρίεντας ἀνελάμβανεν ἑστιάσεσιν, οὐ πολυτελῶς, ἀλλ' ἐλευθερίως. ἡ δὲ οἰκία θυρωρὸν οὐκ εἶχεν, οὐδὲ αὐτὸς ὤφθη κατακείμενος ἔτι οὐδένος, ἀλλ' ἔωθεν ἕως ἡ περιπατῶν πρὸ τοῦ δωματίου, τοῖς ἀσπαζομένοις ἐδεξιοῦτο. λέγεται δὲ μήτε ῥάβδοις αἰκίσασθαί τινα, μήτ' ἐσθῆτα περιρρῆξαι, μήτε βλασφημίαν ἔτι ὀργῆς, ἢ ζημίας προσβαλεῖν μεθ' ὕβρεων. ἀνδρῶν δὲ πολλὰ τῶν δημοσίων κεκλεμμένα, τάς τε πόλεις ἀπόρους ἐποίησε, καὶ τοῖς ἀποτίνοντας, οὐδὲν τούτου πλεῖον παθόντας, ἐπιτίμοις διεφύλαξεν. ἤψατο δὲ καὶ πολέμου, λῃστὰς τῶν περὶ τὸν Ἀμανὸν οἰκούντων ἡττάμενος· ἐφ' ᾧ καὶ αὐτοκράτωρ ἐπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνηγορεύθη. Κικιλίου δὲ τοῦ ῥήτορος δεομένου παραδάλεις αὐτῷ πρός τινα θέαν εἰς Ῥώμην ἐκ Κιλικίας ἀποστεῖλαι, καλλωπιζόμενος ὅτι τοῖς πεπραγμένοις, γράφει πρὸς αὐτὸν οὐκ εἶναι παρδάλεις ἐν Κιλικίᾳ. πεφεύγασι γὰρ εἰς Καρίαν, ἀγανακτοῦσας ὅτι μόναι πολεμοῦνται, πολλῶν εἰρηνεύειν ἐχόντων. πλέων δ' ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας, τοῦτο μὲν Ῥόδῳ προσέσχε, τοῦτο δ' Ἀθήναις ἐνδιέτριψεν ἄσμενος, πόθῳ τῶν πάλαι σοφιστῶν. ἀνδράσι δὲ τοῖς πρώτοις ἀπὸ παιδείας συγγενόμενος, καὶ τοῖς τότε φίλοις καὶ συνήθεσι ἀσπασάμενος, καὶ τὰ πρέποντα θαυμασθεὶς ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθεν, ἤδη τῶν πραγμάτων ὥσπερ ὑπὸ φλεγμονῆς ἀφισαμένων περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον. ἐν μὲν οὖν τῇ βουλῇ ψηφιζομένων αὐτῷ θριάμβων, ἤδιον αὐ ἔφη παρακολουθήσαι Καίσαρι θριαμβεύοντι, συμβάσεων γενομένων. ἰδίᾳ δὲ συνεβούλευε, πολλὰ μὲν Καίσαρι γράφων, πολλὰ δ' αὐτὸ Πομπηίου δεόμενος, πρὸς ἑκάτερον ἐν τῷ παραμυθούμενος. ὡς δ' ἐν ἀπορίᾳ ἦν, καὶ Καίσαρος ἐπιχειρούντος, Πομπήιος οὐκ ἔμεινεν, ἀλλὰ μετὰ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν τὴν πόλιν ἐξέλιπε, ταύτης μὲν ἀπελείφθη τῆς φυγῆς ὁ Κικέρων, ἔδοξε δὲ Καίσαρι προσκεῖσθαι. καὶ δῆλός ἐστι τῇ γνώμῃ πολλὰ ῥιψοκινδυνεύσας ἐπ' ἀμφότερα καὶ διεσπασμένος. γράφει γὰρ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, Ποτέρωσε χρὴ τρέπεσθαι; Πομπηίου μὲν ἔνδοξον καὶ καλὸν ὑπόθεσιν πρὸς τὸν πόλεμον ἔχοντος, Καίσαρος δ' ἄμεινον τοῖς πράγμασι χρωμένου, καὶ μᾶλλον ἑαυτὸν καὶ τοῖς φίλοις σώζοντος; ὥστ' ἔχειν μὲν οὐ φύγῃ, μὴ ἔχειν δὲ πρὸς οὐ φύγῃ. Τρεβατίου δέ τινος τῶν Καίσαρος ἑταίρων γράψαντος ἐπιστολὴν ὅτι Καίσαρ οἴεται δεῖν, μάλιστα μὲν αὐτὸν ἐξετάζεσθαι μετ' αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐλπίδων μετέχειν· εἰ δ' ἀναδύεται γῆρας, εἰς τὴν Ἑλλάδα βαδίζειν, κἀκεῖ καθήμενον ἡσυχίαν ἄγειν, ἐκποδὼν ἀμφοτέροις γενόμενον· θαυμάσας ὁ Κικέρων ὅτι Καῖσαρ αὐτὸς οὐκ ἔγραψεν, ἀπεκείναλε πρὸς ὀργήν, ὡς οὐδὲν ἀνάξιον πράξας τῶν πεπολιτευμένων. τὰ μὲν οὖν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γεγραμμένα, τοιαῦτά ἐστι. τοῦ δὲ Καίσαρος εἰς Ἱσπανίαν ἀπάραντος, εὐθὺς ὡς Πομπήιον ἔπλευσε· καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀσμένος ὤφθη, Κάτων δ' αὐτὸν ἰδὼν, ἰδίᾳ πολλὰ κατεμέμφετο Πομπηίῳ προσθέμενον. αὐτῷ μὲν γὰρ οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἐγκαταλιπεῖν ἐν ἀρχῆς εἵλετο τῆς πολιτείας τάξιν, ἐκεῖνον ὑπερμφοτέρων ὄντα τῇ πατρίδι καὶ τοῖς φίλοις, εἰ μένοι οἴκοι πρὸς τὸ ἀποβαῖνον ἡρμόζετο, κατ' οὐδένα λογισμὸν οὐδ' ἐξ ἀνάγκης πολέμιον γεγενέναι Καίσαρι, καὶ τοσούτου μεθέξοντα κινδύνου δοῦναι ἥκειν. οὗτοι δὲ δὴ τοῦ Κικέρωνος ἀνέστρεφον οἱ λόγοι τὴν γνώμην,

καὶ ὃ μέγα μηδὲν αὐτῷ χρῆσθαι Πομπήϊον. αὐτὸς δ' ἐν ᾧ αὐτὸς, οὐκ ἀρνούμενος μεταμέλεσθαι, φλαυρίζων δὲ τοῦ Πομπηίου τὴν παρασκευὴν, καὶ πρὸς τὰ βουλεύματα διεκελαίνων ὑπούλως, καὶ τὸ παρασκώπτειν τι καὶ λέγειν χαριεν εἰς τοὺς συμμάχους, οὐκ ἀπεχόμενος· ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἀγέλαστος ἀεὶ περιιὼν ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ σκυθρωπὸς, ἑτέροις δὲ παρέχων γέλωτα μηδὲν δεομένοις. Βέλτιον δὲ καὶ τούτων ὀλίγα παραθέσθαι. Δομιτίου τίνων ἀνδρῶν εἰς τάξιν ἡγεμονικὴν ἄγοντος οὐ πολεμικὸν, καὶ λέγοντος ὡς ἐπιεικὴς τὸν τρόπον ὄντι καὶ σώφρονι, Τί οὖν (εἶπεν) οὐκ ἐπιτρόπον αὐτὸν τοῖς τέκνοις φυλάττεις; ἐπαινούντων δὲ τινων Θεοφάνην τὸν Λέσβιον, ὃς ἦν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τεκτόνων ἔπαρχος, ὡς δὴ παρεμυθήσαντο Ῥοδίοις τὸν στόλον ἀποβαλόντας, Ἥλιον (εἶπεν) ἀγαθὸν ὄντι, τὸ Γραικὸν ἔχειν ἔπαρχον. Καίσαρος δὲ καταφρονοῦντος τὰ πλεῖστα, καὶ τρόπον τινὰ πολιορκουμένου αὐτοῦ, Λέντλῳ μὲν εἰπόντι πιστεύεσθαι τοὺς τοῦ Καίσαρος φίλους, ἀπεκείνατο, Λέγεις αὐτοῖς δεῖν εἶναι Καίσαρι. Μαρτίου δέ τινος ἥκοντος ἐξ Ἰταλίας νεωστὶ, καὶ λέγοντος ἐν Ῥώμῃ φήμην ἐπικρατεῖν ὡς πολιορκοῖτο Πομπήϊος, Εἶτ' ἐξέπλευσας (εἶπεν) ἵνα τοῦτο πιστεύσῃς αὐτὸς θεασάμενος; μετὰ δὲ τὴν ἧτταν Νωνίου μὲν εἰπόντος ὅτι δεῖ χρηστὰς ἐλπίδας ἔχειν· ἐπὶ γὰρ ἀετοῖς ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦ Πομπηίου λελεῖφθαι· καλῶς ἂν (ἔφη) παρῄνεις, εἰ κολοιοῖς ἐπολεμοῦμεν. Λαβιήνου δὲ μυθευόντος πίστεις ἰσχυριζομένου, καὶ λέγοντος ὡς δεῖ τὸν Καίσαρα νέον εἶναι Πομπήϊον, Οὐκοῦν (ἔφη) στρατηγήματι τούτῳ χρώμενοι νῦν ἀποβεβλήκαμεν τὸ στρατόπεδον. Ἀλλὰ γὰρ ἡμυθμένης τῆς κατὰ Φάρσαλον μάχης, ἧς οὐ μετέσχε δι' ἀρρωστίαν, καὶ Πομπηίου φυγόντος, ὁ μὲν Κάτων καὶ στράτευμα συχνὸν ἐν Δυρραχίῳ, καὶ στόλον ἔχων μέγαν, ἐκεῖνον ἠξίου στρατηγεῖν κατὰ νόμον, καὶ τὸ τῆς ὑπατείας ἀξίωμα παρεῖχε. διωθούμενος δὲ τὴν ἀρχὴν ὁ Κικέρων, καὶ ὅλως φεύγων τὸ συστρατεύεσθαι, παρ' ὀλίγον ἦλθεν ἀναιρεθῆναι, Πομπηίου τοῦ νέου καὶ τῶν φίλων προδότην ἀποκαλούντων, καὶ τὰ ξίφη παρασειόντων, εἰ μὴ Κάτων ἐκώλυσε, μόλις ἀφείλετο καὶ διεκώλυσεν αὐτὸν ἐκ τοῦ στρατοπέδου. καταφθὰς δὲ εἰς Βρεντέσιον, ἐνταῦθα διέτριβε, Καίσαρα περιμένων βραδύνοντα διὰ τὰς ἐν Ἀσίᾳ καὶ περὶ Αἴγυπτον ἀσχολίας. ἐπεὶ δὲ εἰς Τάραντα καθορμισμένος ἀπηγγέλλετο, καὶ πεζῇ πορευόμενος, ἐκεῖθεν εἰς Βρεντέσιον ὥρμησε πρὸς αὐτὸν, οὐ πάνυ μὲν ὡς δι' ἐλπίδος, ἀιδούμενος δὲ πολλῶν παρόντων ἀνδρὸς ἐχθροῦ καὶ κρατοῦντος λαμβάνειν πεῖραν. οὐ μὴν ἐδέησεν αὐτὸν παρῆσαί τι παρ' ἀξίαν εἰπεῖν. ὁ γὰρ Καῖσαρ ὡς εἶδεν αὐτὸν πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἀπαντῶντα, κατέβη καὶ ἠσπάσατο, καὶ προαγόμενος μόνῳ συχνὸν σταδίων ὁδὸν προῆλθεν. ἐκ δὲ τούτου διετέλει τιμῶν καὶ φιλοφρονούμενος, ὥστε καὶ γράψαι τι λόγον ἐγκώμιον Κάτωνος, ἀντιγράφων, τόν τε λόγον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον, ὡς μάλιστα τῶν Περικλέους ἐοικότα καὶ Θηραμένους, ἐπαινεῖν. ὁ μὲν οὖν Κικέρωνος λόγος, Κάτων, ὁ δὲ Καίσαρος, Ἀντικάτων ἐπιγεγράπται. λέγεται δὲ καὶ Κοΐντου Λιγαρίου δίκην φεύγοντος, ὅτι τῶν Καίσαρος πολεμίων εἷς ἐγεγένει. καὶ Κικέρωνος αὐτῷ βοηθοῦντος, εἰπεῖν τὸν Καίσαρα πρὸς τοὺς φίλους, Τί κωλύει δι' ἑνὸς Κικέρωνος ἀκοῦσαι λέγοντος, ἐπεὶ πάλαι κέκριται πονηρὸς ἀνὴρ καὶ πολέμιος; ἐπεὶ δὲ ἀρξάμενος λέγειν ὁ Κικέρων ὑπόφυχος ἐκίνει

γενέσθαι, Henrichius. Γαλίκιος δὲ δὶ ἔνος λόγου, "Ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ τοῦ φρονεῖν." p. 214.

tum quòd non magnopere eius opera Pompeius vteretur: cuius rei fuit ipse tamen in causa. Quippe apertè præ se ferebat pœnitere ipsum cõsilii sui. Ridebat etiam apparatum Pompeii, nulla consilia satis animo eius vt placebant, neque à dicteriis & facetiis abstinebat in socios iaciendis: verùm quum vultuosus ipse per castra incederet & tristis, aliis non perinde animatis risum excitabat. Operæpretium autem est nonnulla ex his attexere. Quum Domitius hominem imbellem ad præfecturam proueheret, diceretq; probum virum & modestum esse, Quin igitur, inquit, tutorem hunc liberis tuis seruas? Commendantibus quibusdam Lesbium Theophanem, qui præfectus fabrum erat in castris, quòd egregiè Rhodios, quum amisissent classem, esset consolatus, Quanti interest, inquit, Græcum habere præfectum! Quum essent Cæsari prælia ferè secunda, & ille ipsos penè obsideret, nuntiari dicenti Lentulo amicos Cæsaris contracto vultu esse, respondit, Narras malè eos Cæsari velle? Quum Martius quidam ex Italia recens aduenisset, referretq; rumorem Romæ increbuisse obsideri Pompeium, Et tu, infit, huc nauigasti quò tibi fidẽ oculis faceres? Fuso Pompeio, quum hortaretur ad bene sperandum Nonius: septem enim superesse in castris Pompeii aquilas: Rectè moneres, inquit, si pugnandum cum graculis esset. Quum certis fretus oraculis demonstraret Labienus fore Pompeium victorem, Scilicet, inquit, hoc strategemate subnixi castra nunc amisimus. At enim secundum Martẽ Pharsalicum, cui valetudinis causa non interfuit, vt fugit Pompeius, Cato, qui magnas copias & classem habebat Dyrrhachii, contendit vt exercitui Cicero cum imperio præesset: ita conueniens legibus esse, quòd dignitate consulari præcelleret. Cicero, quia repudiaret imperium, planeq; detrectaret eorũ arma sequi, pene fuit interemptus, Pompeio adolescente eiusq; amicis proditorem eum vocantibus & gladios distringentibus, ni obstitisset Cato, qui ægrè eripuit eum & castris eduxit. Vt appulit Brundusium, substitit ibi, Cæsarẽ propter occupationes in Asia & Ægypto morantem opperiens. Vbi applicuisse allatũ eum est Tarentum, atque illinc pedestri itinere progredi Brundusium, perrexit ad eum, spe illa quidẽ dubia, verecundans tamen multis præsentibus inimici animum & victoris experiri. Atqui nihil fuit opus ei vel facere vel dicere præter dignitatem suam. Vt enim longè præ cæteris cõspexit Cæsar occurrentem, ad pedes digressus salutauit eum, multorumque viam stadiorũ cum solo sermocinans processit. Deinceps etiam eum perpetuò & coluit & humanitate sua complexus est, vt quum scripsit in laudem Catonis Cicero orationem, ipse ex aduerso scribens dictionem eius & vitam sicut Periclis germanissimam & Theramenis extolleret. Oratio Ciceronis, Cato: Cęsaris, Anticato titulum habet. Perhibent, quum accusaretur Ligarius quòd hostis Cæsaris fuisset, defendẽte reum Cicerone, dixisse ad amicos Cæsarem, Quid obstat quin Ciceronẽ tanto interuallo audiamus dicentẽ, quando istum quidem iamdudum constat improbum hominem & hostem nostrum esse? Postea verò quàm Cicero dicere orsus mirificè eum mouit,

variisq; affectibus & mira gratia eius progressa est oratio, colorem identidem Cæsaris faciem variassse, perspicuumq; fuisse omnibus eum animi motibus versatum. Denique vbi pugnam Pharsalicam orator attigit, fuisse vsqueadeo permotum vt toto corpore tremuerit, ac libelli aliquot, quos tenebat manibus, ei exciderint. Ligariũ igitur expugnatus crimine absoluit. Hinc Cicero conuersa in regnũ rep. reduxit se à publicis actionibus, ac studiosis philosophiæ iuuenibus vacauit. Quorum ex consuetudine (erant enim nobilissimi & primi) potentiam parauit denuò in ciuitate propè summam. Industriam suam ponebat in dialogis conscribendis philosophicis, aliisq; interpretandis, & verbis quibusque dialecticis aut physicis in Romanam conuertendis linguam. Ille est enim, vti ferunt, qui visionem, assensum, assensionis retentionem, comprehensionem, ad hæc corpuscula indiuidua, simplex corpus, vacuum, multaque eiuscemodi alia, vel primus vel præ cæteris Romano nomine donauit, eaq; partim translationibus, partim proprietate alia in notitiam & appellationem adduxit. Dexteritate in versibus condendis animi gratia vtebatur. Dicitur quum ad id ferretur, carmina facere vna nocte quingenta solitus. Tempus hoc penè totum in Tusculano suo transigens, Laertis se vitam scripsit amicis agere, siue ioco pro more suo, siue præ ambitione ad remp. gestiens & statum pertæsus præsentem. Rarò ad vrbem, idq; salutandi causa Cæsaris, commeabat, princepsq; erat inter eos qui Cæsaris honoribus suffragarentur, ac semper nouas laudes in illum illiusque facta elaborabat adferre, vt est quod de Pompeii statuis dixit, quas euersas & deiectas iussit Cæsar reponi, & restitutæ fuerunt. Ait enim Cicero ea humanitate Cæsarem, dum Pompeii statuas erigit, suas stabilire. Instituerat, vti fama est, patriam historiam conscribere, & Græcorum multa intexere, simulq; complecti integras eorũ narrationes & fabulas. at multis publicis, priuatis item multis distractus est occupationibus & motibus aduersis, quæ sibimet ipsum apparet ferè accersiuisse. Primum vxorem repudiauit Terentiam, quod neglectus in bello fuisset ab ea, vt dimitteretur sine necessario viatico, & quum recepisset se in Italiam, parum beneuola vsus, nam nec Brundusii eum, quum diu illic hæreret, inuisit: neque proficiscenti eò filiæ adolescentulæ comitatum aut viaticum præbuit tam longo itinere honestum. Imò verò domum Ciceroni desolatam & planè inanem reddidit, multoque oppressam & graui ære alieno. Hæ causæ prætexuntur speciosissimæ diuortii. Terentiæ verò, quæ vel has iuit inficias, defensionem ille ipse egregiam præbuit, quòd mox virginem duxerit, vt exprobrauit ei Terentia, forma illius captus: vt Tyro memoriæ prodidit, Ciceronis libertus, quò illius facultatibus dissolueret creditum. Nam fuit puella locuples admodum, cuius patrimonium administrauit Cicero hæres fiduciarius institutus. Quòd verò esset supra modum obæratus, amici & necessarii induxerunt eum vt præter ætatem duceret hãc puellam, dimitteretque eius pecunia creditores.

A καὶ τοῦβαινεν αὐτῷ πάθη τε ποικίλος καὶ χάριν θαυμαστὸς ὁ λόγος, πολλὰς μὴν ἱέναι χρόας ὅτι τὸ τοῦ προσώπου τὸν Καίσαρα, πάσας δὲ τὸ ψυχῆς διεπόμενον τρόπας καταδηλον εἶναι. τέλος ὅ τε κατὰ Φάρσαλον ἀναμνήσας τὸν ῥήτορος ἀγῶνα, σκιρτᾶν ἠναγκάζετο, ἵνα θλῶιν τῷ σώματι, καὶ τῆς χειρὸς σκιβαλεῖν ἔνια τῶν γραμμάτων. τὸ γοῦν ἀνθρωπον ἀπέλυσε τῆς αἰτίας βεβιασμένος. ἐκ τούτου Κικέρων, εἰς μοναρχίαν τῆς πολιτείας μετεστώσης, ἀφέμενος τὸ τὰ κοινὰ πράττειν, ἐρόλαζε τοῖς βουλομένοις φιλοσοφεῖν τῶν νέων, καὶ ἡδὺν ἐκ τῆς πρὸς τούτους συνουσίας διήμερεύετο καὶ πρώτους ὄντας, αὖθις ἴσχυεν ἐν τῇ πόλει μέγιστον. αὐτὸς δὲ ἔργον μὴν ἦν τὸ τοῖς φιλοσόφοις συντελεῖν λόγοις καὶ μεταφράζειν, καὶ τῶν διαλεκτικῶν ἢ φυσικῶν ὀνομάτων ἕκαστον εἰς Ῥωμαϊκὴν μεταβάλλειν διάλεκτον. ἐκεῖνος γὰρ ὅστιν (ὡς φασιν) ὁ καὶ τὴν φαντασίαν, καὶ τὴν κατάθεσιν, καὶ τὴν ἐποχὴν, καὶ τὴν κατάληψιν, ἔτι δὲ τὸ ἄτομον, τὸ ἀμερὲς, τὸ κενὸν, ἄλλά τε πολλὰ τῶν τοιούτων ὀνομάσας πρῶτος, ἢ μάλιστα Ῥωμαίοις, τὰ μὲν μεταφορᾶς, τὰ δὲ οἰκειότητι ἄλλας γνώριμα καὶ προσήγορα μηχανησάμενος. τῇ δὲ πρὸς τὴν ποίησιν εὐκολίᾳ παίζων ἐχρῆτο. λέγεται γὰρ, ὁπηνίκα ῥυείη πρὸς τὸ τοιοῦτον, τῆς νυκτὸς ἔπη ποιεῖν πεντακόσια. τὸ μὲν οὖν πλεῖστον τοῦ χρόνου τούτου περὶ Τουσκλον ἐν χωρίοις αὐτοῦ διάγων, ἔγραφε πρὸς τοὺς φίλους Λαέρτου βίον ζῆν, εἴτε παίζων (ὡς ἔθος εἶχεν) εἴθ' ὑπὸ φιλοτιμίας παραγῶν πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἀθυμῶν τοῖς κατεστῶσι. παρίων δὲ εἰς ἀστυ θεραπείας ἕνεκα τοῦ Καίσαρος κατῄει, καὶ πρῶτος ἦν τῶν συναγορευόντων τῶν τιμῶν, καὶ λέγων ἀεί τι καινὸν εἰς τὸν ἄνδρα καὶ τὰ πεπραγμένα φιλοτιμουμένων. οἷον ὅστι καὶ τὸ περὶ τῶν Πομπηίου λεγόμενον εἰκόνων, ἃς ἀνῃρημένας καὶ καταβεβλημένας ὁ Καῖσαρ ἐκέλευσεν ἀναστῆσαι καὶ ἀνέστησαν. ἔφη γὰρ ὁ Κικέρων ὅτι ταύτῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ Καῖσαρ τοὺς μὲν Πομπηίου ἵστησι, τοὺς δὲ αὐτοῦ πήγνυσιν ἀνδριάντας. Δαμοούμενος δὲ, ὡς λέγεται, τὴν πάτριον ἱστορίαν γραφῆναι βεβουλεῖν, καὶ πολλὰ συμμίξαι τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ ὅλοις τοῖς εἰρημένοις λόγοις αὐτῶν καὶ μύθοις ἐνταῦθα γράψαι, πολλοῖς μὲν δημοσίοις, πολλοῖς δὲ ἰδίοις κατεληφθῆ πράγμασιν ἀβουλήτοις καὶ πάθεσιν, ὧν αὐθαίρετα δοκεῖ πλεῖστα συμβῆναι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀπεπέμψατο τὴν γυναῖκα Τερεντίαν, ἀμεληθεὶς ὑπ' αὐτῆς πρὸς τὸν πόλεμον, ὥστε καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐφοδίων ἐνδεὴς ἀποσταλῆναι, καὶ μηδ', ὅτε κατῆρεν αὖθις εἰς Ἰταλίαν, τυχεῖν εὐνώμονος. αὕτη μὲν γὰρ, οὐκ ἦλθεν ἐν Βρεντεσίῳ διατρίβοντος αὐτοῦ πολὺν χρόνον· ἐρχομένῃ δὲ τῇ θυγατρὶ παιδίσκη νέα τοσαύτην ὁδὸν, οὐ πομπὴν παρέπουσαν, οὐ χρηστίαν παρέσχεν, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκίαν τῷ Κικέρωνι πρῶτον ἔρημον καὶ κενὴν ἀπέδειξεν ὑπὸ πολλοῖς ὀφλήμασι καὶ μεγάλοις. αὗται γὰρ εἰσιν αἱ λεγόμεναι τῆς διαστάσεως εὐπρεπέστατα πρόφασεις. τῇ δὲ Τερεντίᾳ καὶ ταύτας ἀρνουμένῃ λαμπρὰν ἐποίησε τὴν ἀπολογίαν αὐτὸς ἐκεῖνος, μετ' οὐ πολὺν χρόνον γήμας παρθένον, ὡς μὲν ἡ Τερεντία κατεφήμιζεν, ἔρωτι τῆς ὥρας, ὡς δὲ Τύρων ὁ τοῦ Κικέρωνος ἀπελεύθερος γέγραφεν, εὐποιείας ἕνεκεν πρὸς δανείων. ἦν γὰρ ἡ παῖς σφόδρα πλουσία, καὶ τὴν οὐσίαν αὖθις ὁ Κικέρων ἐν πίστει κληρονόμος ἀπολειφθεὶς διεφύλαττεν. ὀφείλων δὲ πολλὰς μυριάδας, ὑπὸ τῶν φίλων καὶ οἰκείων ἐπείθη τὴν παῖδα γῆμαι παρ' ἡλικίαν, καὶ τοὺς δανειστὰς ἀπαλλάξαι, τοῖς ἐκείνης χρησάμενον.

Ἀντώνιος ὁ γάμου μνησθεὶς ἐν ταῖς πρὸς τοὺς Φιλιππικοὺς ἀντιγραφαῖς, ἐκβαλεῖν αὐτὸν φησι γυναῖκα παρ' ἣ ἐγήρασε, χαιρέντως ἅμα τὴν οἰκουρίαν ὡς ἀπράκτου καὶ ἀστρατεύτου πρὸς τὴν τοῦ Κικέρωνος. γήμαντι δὴ αὐτῷ, μετ' οὐ πολὺ χρόνον ἡ θυγάτηρ ἀπέθανε τίκτουσα πρὸς Λέντλῳ. τοῦτο γὰρ ἐγαμήθη μετὰ τὸν Πείσωνος τοῦ πρότερον ἀνδρὸς τελευτήσαντος. καὶ συνῆλθον μὴν ὅτι τὸν πρὸς γαμετὴν τὸν Κικέρωνι πολλαχόθεν οἱ φιλόσοφοι· βαρέως δὴ ἄγαν ἐνέγκε τὸ συμβεβηκὸς, ὥστε καὶ τὸν γαμηθεῖσαν ἀποπέμψασθαι δόξασαν ἡδυνῶν τὴν τελευτὴν τῆς Τυλλίας. τὰ μὲν οὖν κατ' οἶκον οὕτως εἶχε τῷ Κικέρωνι τῆς δ' ὅτι Καίσαρα συνιστάμενος τῆς πράξεως οὐ μετέσχε, καίπερ ὢν ἑταῖρος ἐν τοῖς μάλιστα Βρούτου, καὶ βαρυνόμενος τὰ παρόντα καὶ τὰ πάλαι ποθεῖν πρᾶγμα δοκῶν, ὡς ἕτερος οὐδείς. ἀλλ' ἔδεισαν οἱ ἄνδρες αὐτοῦ τὸν τε φύσιν, ὡς οὐδὲ τὸ λίαν θρασὺ, τόν τε χρόνον, ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐρρωμενέστατοις φύσεσιν ὑπολείπει τὸ θαρρεῖν. ὡς δ' οὖν ἐπέπρακτο τοῖς περὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον τὸ ἔργον, καὶ τῶν Καίσαρος φίλων συνιστάμενον, αὖθις ἦν δέος ἐμφυλίοις πολέμοις περιπεσεῖν τὴν πόλιν· Ἀντώνιος μὲν ὑπατεύων τὴν βουλὴν συνήγαγε, καὶ βραχέα διελέχθη περὶ ὁμονοίας, Κικέρων δὲ πολλὰ πρός τε καιρὸν οἰκείως διελθὼν, ἔπεισε τὴν σύγκλητον, Ἀθηναίοις μιμησαμένην, ἀμνηστίαν τῶν ὅτι Καίσαρι ψηφίσασθαι, νεῖμαι δὲ τοῖς περὶ Κάσσιον καὶ Βροῦτον ἐπαρχίας. ἔργον δὲ τούτων τέλος οὐδέν. ὁ γὰρ δῆμος, αὐτὸς μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς οἶκον ἐξαχθεὶς, ὡς εἶδε τὸν νεκρὸν ἐκκομιζόμενον δι' ἀγορᾶς, Ἀντωνίου δὲ καὶ τὴν ἐσθῆτα δείξαντος αὐτοῖς αἵματος κατάπλεων, καὶ κεκομμένην πολλαχοῖς ξίφεσιν, ἐκμανέντες ὑπ' ὀργῆς, ἐν ἀγορᾷ ζήτησιν ἐποιοῦντο τῶν ἀνδρῶν, καὶ πῦρ ἔχοντες, ὅτι τὰς οἰκίας ἔλεον, ὡς ἀπάψοντες. οἱ δὲ τὸν μὲν τρόπον τοῦτον διέφυγον τὸν κίνδυνον, ἕτεροι δὲ πολλοὶ καὶ μεγάλοις προσδοκῶντες, ἐξέλιπον τὴν πόλιν. αὖθις οὖν ὁ Ἀντώνιος ἐπῆρτο, καὶ πᾶσι μὲν ἦν φοβερὸς ὡς μοναρχήσων, τῷ δὲ Κικέρωνι φοβερώτατος. ἀναρρωννυμένου τε γὰρ αὐτῷ πάλιν ὁρῶν τὴν δύναμιν ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ τοῖς περὶ Βροῦτον ὑπιτήδειον εἰδὼς, ἠθετο παρόντα. καὶ που τὰ καὶ προὐπῆρχεν ὑποψίας αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους κατὰ τὴν τῶν βίων ἀνομοιότητα καὶ διαφορά. ταῦτα δείσας ὁ Κικέρων, πρῶτον μὲν ὥρμησε πρεσβευτὴς Δολοβέλλα συνεκπλεῦσαι εἰς Συρίαν. ἐπεὶ δὲ οἱ μέλλοντες ὑπατεύειν μετ' Ἀντώνιον, Ἵρτιος καὶ Πάνσας, ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ ζηλωταὶ τοῦ Κικέρωνος, ἐδέοντο μὴ σφᾶς καταλιπεῖν, ὑποδεχόμενοι καταλύσειν Ἀντώνιον ἐκείνου παρόντος· ὁ δὲ, οὔτ' ἀπιστῶν πρὸς πάντας, οὔτε πιστεύων, Δολοβέλλαν μὲν εἴασε χαίρειν, ὁμολογήσας δὲ τοῖς περὶ τὸν Ἵρτιον τὸν θέρος ἐν Ἀθήναις διάξειν, ὅταν δὲ ἐκεῖνοι παραλάβωσι τὴν ἀρχὴν, ἀφίξεσθαι πάλιν, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐξέπλευσε. χρονοτριβὴς δὲ περὶ τὸν πλοῦν διατριβῆς, καὶ λόγων ἀπὸ Ῥώμης (οἷα φιλεῖ) καινῶν προσπεσόντων, μεταμεμελῆσθαι μὲν Ἀντώνιον θαυμαστὴν μεταβολὴν, καὶ πάντα πράττειν καὶ πολιτεύεσθαι πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐλπίσαι δὲ τῆς ἐκείνου παρουσίας τὰ πράγματα, μὴ τὴν ἀρίστην ἔχειν διάθεσιν· καταμεμψάμενος αὐτὸς αὑτοῦ τὴν πολλὴν βραδύτητα, ἀνέστρεφεν αὖθις εἰς Ῥώμην. καὶ τῶν πρώτων οὐδὲν ἐμπόδιον ἐλπίδων· τοσοῦτον πλῆθος πρὸς τὴν ἀπάντησιν ἐξεχύθη, καὶ φεδὸν ἡμέρησιον ἀπόλωσαν χρόνον αἱ περὶ τὰς πύλας καὶ τὴν εἴσοδον αὐτοῦ δεξιώσεις καὶ φιλοφρονήσεις. τῇ δ' ὑστεραίᾳ βουλὴν συναγαγόντος Ἀντωνίου,

A Antonius in orationibus quas contra Philippicas scripsit, vbi mentionem facit harum nuptiarum, vxorem eum memorat, apud quam consenuerat, eiecisse, simul festiuè domi residem vt ignauum & imbellem mordens. Non diu sub has nuptias filia eius apud Lentulum decessit ex partu. huic enim priore defuncto viro Pisone nuptum data fuerat. Ad Ciceronem consolandum vndique concurrerunt philosophi. nam hunc casum tulit acerbissimè, vt etiam nouam nuptam, quòd morte Tulliæ videretur exultasse, repudiauerit. Ac domi quidem ad hunc modum Ciceronis res habebant. Conspirationis in Cæsarem, quamuis summa esset familiaritate cum Bruto coniunctus, & præsentem rerum statum iniquè ferre, pristinamque expetere rempubl. vt nullus alius existimaretur, non fuit consors. Metuerunt illi cùm eius naturam, vt parum animosam, tum ætatem, qua vel firmissima ingenia deficit audacia. Vt ergo perpetrarunt Brutus & Cassius hoc facinus, & coitione Cæsaris amicorum periculum fuit ne ciuili bello denuò implicaretur ciuitas: Antonius consul conuocato senatu pauca de concordia disseruit, Cicero verò, multa commemorãs tempori accommodata, induxit patres vt Atheniensium exemplo omnium sub Cæsare actorum decernerent obliuionem, præterea vt Cassio & Bruto prouincias darent. sed nihil horum effectum habuit. Siquidem populus, sua sponte in commiserationem præceps, vt efferri per forum cadauer Cæsaris conspexit, Antonio inde vestem Cæsaris ei ostendente oppletam cruore & gladiis vndiq; perfossam, ira furẽs inuestigauit in foro percussores, & cum ardentibus titionibus ad ædes eorum inflammandas concurrit. Verùm illi, quòd præcauissent, periculum hoc quidem declinauere: sed quia multa videbãt & ingentia proposita alia, cesserunt vrbe. Hic verò Antonius exemplò sustulit animos, omnibusque fuit terrori, Ciceroni maximè. Nam crescere quum rursus opes eius cerneret in republ. sciens cupidum esse Bruti, præsentiam eius molestè ferebat. Et verò etiam ob vtriusque dissimilitudinem & diuersitatẽ morum suberat & antè materia nonnulla inter eos suspicionis. Hæc metuens Cicero, statuit primùm legatus in Syriam cum Dolobella proficisci. Verùm quia consules designati, Hircius & Pansa, egregii ciues atque æmuli Ciceronis, ne desereret se precabantur, pollicentes Antonium se ipso præsente oppressuros: hęrens Cicero inter spem & metum, Dolobellam missum fecit, Hircio æstatem se Athenis acturum, atque vbi magistratum ille inisset, recepit recursurum. Ita solus nauigauit. Mora in cursu intercedẽte, quum recens Româ, vt solet, nuntiatum esset planè immutatum esse Antonium, omniaq; agere & instituere ex senatus autoritate, neque deesse quicquam ad remp. optimè constituendam, nisi ipsius præsentiam: reprehendens ipse metũ anxium suum repetit vrbem. Neq; verò prima eum spes fefellit. Adeo frequentes ei obuiam effusi sunt, salutationesq; & amplexus ad portam & ingressum eius propè integrum diem consumpsere. Postridie senatũ habente Antonio,

& ipsum accersente, non venit in senatum, sed decubuit, languere se ex via causans. Apparebat reuera formidinem subesse insidiarum ex suspicione quadam & delato in itinere ad eum indicio. At Antonius tulit acerbè eam calumniam, ac militibus missis imperare intendit vt adducerent eũ, aut inflammarent domum. Sed quum intercederent frequentes deprecaretur q;, pignoribus tantummodo captis quieuit. Deinceps quum inter se occurrerent, præteribant sine saluratione, & mutua in suspicione agebant, donec Cæsar Octauius Apollonia veniens dictatoris hæreditatem Cæsaris cerneret, ambigeretq; cum Antonio de millies II-s. quod ex hæreditate Cæsaris detinebat Antonius. Inde Philippus, qui matrem adolescentis in matrimonio habebat, ac qui sororem Marcellus, adducentes eum ad Ciceronem, pepigerunt vt illi Cicero eloquentiæ præsidio & vrbanis opibus in senatu & ad populum præstò esset, ille Ciceroni pecunia & armorum propugnaculo. Iam enim manum non contemnendam habebat secum adolescens veneranorum Cæsaris. Et sanè apparuit eum cupidè Cæsaris amicitiam amplecti. Siquidem Pompeio & Cæsare adhuc incolumibus, somnium fuit Ciceroni, accire se in Capitoliũ nonnullos senatorum filios, ex quibus Iupiter vnum designaturus Romanum principem esset: cuius studio cõtemplandi ciues templum cinxisse, pueros prætextatos consedisse tacitos: hinc foribus subitò patefactis singulos ordine exurrexisse pueros & in orbem deum præterisse: deum omnes, vt considerauit eos, remisisse tristes: vbi verò hic accessit, dexteram porrexisse ad eum cum hisce verbis, Bellis ciuilibus hic, Quirites, quũ erit principatum adeptus, imponet finem. Ex hac oblata in somnio visione Ciceronẽ ferunt clarè pueri effigiem animo impressisse & mente complexum esse, neque qui esset cognouisse tamen. Postero die quum in campum Martium descenderet Cicero, pueros ab exercitatione redisse, Ciceroniq; primum illum visum qualis ei obuersatus fuerat per somnium: obstupefactum, qui parẽtes eius essent rogasse. Filius fuit Octauii, viri non perinde clari, & Actiæ sororis Cæsaris. Qua de causa orbus liberis Cæsar hæredem eum testamento scripsit & in familiã adoptauit. Ciceronem deinceps, siquando in puerum incideret, studiosè eum salutasse, illiq; fuisse eam comitatem iucundam. forte fortuna namque acciderat vt nasceretur consule Cicerone. hæ ferebantur vulgò causæ: at odium primùm Antonii, deinde natura hominis plus satis auida laudis conglutinauit Ciceronem Cæsari, sperantem coniungere reipub. illius vires. Vsque adeo enim subiit eum adolescens, patrem vt appellaret. Quare stomachans maiorem in modum in epistolis quas ad Atticum scripsit Brutus, Ciceronem reprehendit quòd metu Antonii obseruans Cæsarem, declararet non patriæ se libertatem, sed dominum magis propitium sibi quærere. Brutus tamen filium Ciceronis, qui audiebat Athenis philosophos, duxit secum, deditq; ei præfecturam: cuius opera multa ex sententia gessit. Fuit Ciceronis ea tempestate potentia Romæ maxima: & cùm omnia efficeret quæ vellet,

A καὶ καλοῦντος αὐτὸν, οὐκ ἦλθεν, ἀλλὰ κατέκειτο, μαλακῶς ἔχων· οὐκ τοῦ κόπου σκηπτόμενος, ἐδόκει δ' τὰ λεγόμενα ὑπὸ βουλῆς εἶναι φόβος, ἔκπληξις ὑποψίας καὶ μνήσεως κατ' ὁδὸν αὐτῷ προσπεσούσης. Ἀντώνιος δὲ χαλεπῶς μὲν εἶχεν ὑπὸ τῆς ἀβουλίας, καὶ πρᾶξαι ἔπεμψεν ἄγειν αὐτὸν, ἢ κατακαῦσαι τὴν οἰκίαν κελεύσας· ἱκετευόντων δ' πολλῶν καὶ δεηθέντων, ἐνέχυρα λαβὼν μόνον ἐπαύσατο· καὶ ὁ λοιπὸν ὄντως ἀνιπαρέξιεντες ἀδεμα καὶ φυλαττόμενοι διετέλουν· ἄχρις οὗ Καῖσαρ ὁ νεὸς ὀξ Ἀπολλωνίας παραγινόμενος, τὸν τε κλῆρον ἀνεδέξατο τοῦ Καίσαρος ἐκείνου, καὶ τοῦ τῶν δισχιλίων τεταρακοσίων μυριάδων, ἃς Ἀντώνιος ἐκ τῆς οὐσίας κατεῖχεν, εἰς διαφορὰν κατέστη πρὸς αὐτόν. ἐκ δὲ τούτου Φίλιππος ὁ τοῦ μητέρα τοῦ νέου Καίσαρος ἔχων, καὶ Μάρκελλος ὁ τοῦ ἀδελφοῦ, ἀφικόμενοι μετὰ τοῦ νεανίσκου πρὸς τὸν Κικέρωνα, συνέπραξε Κικέρωνα μὲν ἐκείνῳ τοῦ ἀπὸ τοῦ λόγου καὶ τῆς πολιτείας δυνάμιν ἔν τε τῇ βουλῇ καὶ τοῦ δήμου παρέχειν, ἐκεῖνον δὲ Κικέρωνι τ' ἀπὸ τῶν χρημάτων καὶ τῶν ὅπλων ἀσφαλέσαι. ἤδη γὰρ οὐκ ὀλίγους τ' ὑπὸ Καίσαρι στρατευσαμένων πρὸς αὐτὸν εἶχε τὸ μειράκιον. ἐδόκει δ' καὶ ἀναδέξασθαι προθύμως τ' Καίσαρος φιλίαν. ἐπεὶ δ' (ὡς ἔοικε) Πομπήϊος ζῶντος καὶ Καίσαρος, ἐδόξε κατ' τοὺς ὕπνους ὁ Κικέρων καλῶν τινας τοὺς τῶν συγκλητικῶν παῖδας εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὡς μέλλοντος ἐξ αὐτῶν ἕνα τὸν Διὸς ἀποδεικνύειν τ' Ῥώμης ἡγεμόνα. τοὺς δὲ πολίτας ὑπὸ σπουδῆς θεόντας ἵστασθαι πρὸς τὸν νεών. καὶ τοὺς παῖδας ἐν τοῖς προπορφύροις καθέζεσθαι στωτὴν ἔχοντας. ἐξαίφνης δ' τῶν θυρῶν ἀνοιχθεισῶν, καθ' ἕνα τῶν παίδων ἀνιστάμενον, κύκλῳ τῶν τὸν θεὸν παραπορεύεσθαι. τὸν δ' πολίτας ὑποστρέφειν καὶ ἀποπέμπειν ἀχθομένους. ὡς δ' τοῦ πρεσβυτέρου καὶ αὐτὸν, ἐκτεῖναι τ' δεξιὰν, καὶ εἰπεῖν, Ὦ Ῥωμαῖοι, πρᾶς ὑμῖν ἐμφυλίων πολέμων ὁ τῆς ἡγεμὼν ἀνήρ. τοιοῦτον φασὶν ὄνειρον ἰδόντα τὸν Κικέρωνα, τὴν μὲν ἰδέαν τοῦ παιδὸς ἐκμεμαθηκέναι καὶ κατέχειν ἀκριβῶς, αὐτὸν δὲ οὐκ ἐπίστασθαι. μετ' ἡμέραν δὲ καταβαίνοντος εἰς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον αὐτοῦ, τοὺς παῖδας ἤδη γεγυμνασμένους ἀπαντᾶν, κἀκεῖνον ὀφθῆναι τοῦ Κικέρωνι πρὸς τὸν τόπον καθ' ὕπνον. ἐκπλαγῆναι δὲ, πυνθάνεσθαι τινων εἰ γονέων. ἐπὶ δὲ πάντας Ὀκταουίου τοῦ οὐκ ἀγνοεῖν φανῶν, Ἀτίας δὲ μητρὸς, ἀδελφῆς Καίσαρος. ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτῷ, παῖδας οὐκ ἔχων ἰδίους, τὴν οὐσίαν ἑαυτοῦ καὶ τὸν οἶκον ἐν ταῖς διαθήκαις ἔδωκεν. ἐκ τούτου φασὶ τὸν Κικέρωνα τοῦ παιδὶ κατ' τὰς ἀπόρρητος ἐντυγχάνειν ὑπερμελῶς, κἀκεῖνον οἰκείως δέχεσθαι τὰς φιλοφρονήσεις. καὶ γὰρ ἐκ τύχης αὐτῷ γεγενέναι συμβεβηκὼς Κικέρωνος ὑπατεύοντος. αὐτὰ μὲν οὖν προφάσεις ἦσαν λεγόμεναι. ὁ δὲ πρὸς Ἀντώνιον μῖσος Κικέρωνα πρῶτον, εἶτα ἡ φύσις ἡπίων οὖσα τῆς ὑμῆς, προσεποίησε Καίσαρι, νομίζοντα πρὸς λαμβάνειν τὴν πολιτείαν τὴν ἐκείνου δυνάμιν. οὕτω γὰρ ὑπῆρχε πρὸς τὸ μειράκιον αὐτὸν, ὥστε καὶ πατέρα προσαγορεύειν. ἐφ' ᾧ σφόδρα βεβοῦς ἀχθομένου, ἐν τοῖς πρὸς Ἀττικὸν ἐπιστολαῖς κατηφᾶν τοῦ Κικέρωνος, ὅτι δι' φόβον Ἀντωνίου, θεραπεύοντος Καίσαρα, δῆλός ἐστιν οὐκ ἐλευθερίαν τῇ πατρίδι πρᾶξιν, ἀλλὰ δεσπότην φιλαίτερον αὐτῷ μνώμενος. ἐμὲ μὲν ἀλλὰ τόν γε παῖδα τοῦ Κικέρωνος ὁ Βρεῦτος ἐν Ἀθήναις διατρίβοντα τοῦδε τοῖς φιλοσόφοις ἀναλαβὼν, ἔχει ἐφ' ἡγεμονίας καὶ πολλὰ χρώμενος αὐτῷ κατώρθου. τοῦ δὲ Κικέρωνος ἀκμὴν ἔχεν ἡ δυνάμις ἐν τῇ πόλει τότε μεγίστην, καὶ κρατῶν ὅσων ἐβούλετο,

B

C

D

E

F

ἀδελφιδῆς Palm.

τὸν μὲν Ἀντώνιον ἐξέκρουσε καὶ κατεστασίασε, καὶ πολεμεῖν ὀνόματι αὐτῷ τοῖς δύο ὑπάτοις Ἵρτιον καὶ Πάνσαν, ἐξέπεμψε. Καίσαρι δὲ ῥαβδούχους καὶ στρατηγικὸν κόσμον, ὡς δὴ προπολεμοῦντι τῆς πατρίδος, ἔπεισε ψηφίσασθαι τῷ συγκλήτῳ. ἐπεὶ δ' Ἀντώνιος μὲν ἥττητο, τῶν δὲ ὑπάτων ἀμφοτέρων ἀποθανόντων, ἐκ τῆς μάχης πρὸς Καίσαρα συνέστησαν αἱ δυνάμεις, δείσας ἡ βουλὴ νέον ἄνδρα, καὶ τύχῃ λαμπρᾷ κεχρημένον, ἐπιφέρῃ τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἀποκαλεῖν αὐτὸ τὰ στρατεύματα, καὶ πρόφασιν αὐτὸ τῷ δυνάμει, ὡς μὴ δεομένῃ τῶν πρὸς πολεμοῦντων, Ἀντωνίου πεφευγότος. οὕτως ὁ Καῖσαρ φοβηθεὶς, ὑπέπεμπε τοῖς Κικέρωνι τοὺς δεομένοις καὶ πείθοντας ὑπατείαν μὲν ἀμφοτέροις ὁμοῦ πράττειν, χρῆσθαι δὲ τοῖς πράγμασιν ὅπως αὐτὸς ἔγνωκε, παραλαμβάνοντα τῷ ἀρχῷ, καὶ τὸ μειράκιον διοικεῖν, ὀνόματος καὶ δόξης γλιχόμενον. ὡμολόγει δὲ Καῖσαρ αὐτὸς ὡς δεδιὼς καταλύσιν, καὶ κινδυνεύων ἔρημος γενέσθαι, χρήσαιτο τῇ Κικέρωνος οὐ δέοντι φιλαρχίᾳ πρὸς δελεάσμασι αὐτὸν ὑπατείαν μελέτᾳ, συμπράττοντος αὐτῷ καὶ συναρχαιρεσιάζοντος. οὐ ταῦτα μέντοι μάλιστα Κικέρων ἐπαρθεὶς ὑπὸ νέου γέρων, καὶ φενακισθεὶς καὶ συναρχαιρεσιάσας, καὶ παραχὼν αὐτῷ τῷ σύγκλητον, εὐθὺς μὲν ὑπὸ τῶν φίλων αἰτίαν εἶχεν, ὀλίγῳ δ' ὕστερον αὐτὸν ἀπολωλεκὼς ἤδετο, καὶ τὸ δήμου πρόσκαιρος τῷ ἐλευθερίαν. αὐξηθεὶς γὰρ ὁ νεανίας, καὶ τῷ ὑπατείαν λαβὼν, Κικέρωνα μὲν εἴασε χαίρειν, Ἀντωνίῳ δὲ καὶ Λεπίδῳ φίλος γενόμενος, καὶ τῷ δύναμιν εἰς ταὐτὸ συνενεγκὼν, ὥσπερ ἄλλο τι κτῆμα τῷ ἡγεμονίαν ἐνείματο πρὸς αὐτούς. καὶ κατεγράφησαν ἄνδρες οὓς ἔδει θνήσκειν, ὑπὲρ δισχιλίους. πλείστῳ δὲ τῶν ἀμφισβητημάτων αὐτοῖς εἶναι ἡ Κικέρωνος πρόγραφὴ παρέχειν. Ἀντωνίου μὲν ἀσυμβάτως ἔχοντος, εἰ μὴ πρῶτος ἐκεῖνος ἀποθνήσκοι· Λεπίδου δ' Ἀντωνίῳ προστιθεμένου, Καίσαρος δ' πρὸς ἀμφοτέρους ἀντέχοντος. ἐγίνετο δ' αἱ συνόδοι μόνοις ἀπόρρητοι πρὸς πόλιν Βονωνίαν ἐφ' ἡμέρας τρεῖς, καὶ συνῆσαν εἰς τόπον τινὰ πρόσω τῶν στρατοπέδων, ποταμῷ περιῤῥεόμενον. λέγεται δὲ τὰς πρώτας ἡμέρας διαγωνιζόμενος ὑπὲρ τοῦ Κικέρωνος ὁ Καῖσαρ, ἐνδοιάσαι τῇ τρίτῃ, καὶ πρέσθαι τὸν ἄνδρα. τὰ δὲ τῆς ἀπιδόσεως οὕτως εἶχεν. ἔδει Κικέρωνος ἐκπῆναι Καίσαρα, Παύλου δὲ τὸν ἀδελφοῦ Λέπιδον, Λουκίου δὲ Καίσαρος Ἀντώνιον, ὃς ἐκείνου θεῖος αὐτῷ πρὸς μητρός. οὕτως ἐξέπεσον ὑπὸ θυμοῦ καὶ λύσσης τῶν αὐθεφτίνων λογισμῶν, μᾶλλον δ' ἀπέδειξαν ὡς οὐδὲν ἀνθρώπου θηρίον ὄντι ἀγριώτερον, ἐξουσίαν παθεῖν πρὸς λαβόντος. πρεσβευόντων δὲ τούτων, ὁ Κικέρων ἐν μὲν ἀγροῖς ἰδίοις πρὸς Τουσκλον, ἔχων τὸν ἀδελφὸν μετ' αὐτοῦ· πυθόμενοι δὲ τὰς πρόγραφας, ἔγνωσαν εἰς Ἄστυρα μεταβιῶναι, χωρίον παράλιον τοῦ Κικέρωνος· ἐκεῖθεν δὲ πλεῖν εἰς Μακεδονίαν πρὸς Βροῦτον. ἤδη γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ λόγος ἐφοίτα κρατοῦντος· ἐκομίζοντο δ' ἐν φορείοις, ἀπειρηκότες ὑπὸ λύπης· καὶ τὴν ὁδὸν ἐφιστάμενοι, καὶ τὰ φορεῖα παραβάλλοντες ἀλλήλοις, προσωλοφύρετο, μᾶλλον δ' ὁ Κόϊντος ἠθύμει, καὶ λογισμοὺς αὐτὸν εἰσῄει τῆς ἀπορίας. οὐδὲν γὰρ ἔφη λαβὼν οἴκοθεν· ἀλλὰ καὶ τῷ Κικέρωνι γλίσχρον ἦν ἐφόδιον. ἀμείνων οὖν ἦν, τὸν μὲν Κικέρωνα προσλαμβάνειν τῇ φυγῇ, αὐτὸν δὲ μεταθεῖν, οἴκοθεν συσκευασάμενον. ταῦτ' ἔδοξε· καὶ προσβαλόντες ἀλλήλοις καὶ ἀνακλαυσάμενοι διελύθησαν. ὁ μὲν οὖν Κόϊντος οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις ὑπὸ τῶν οἰκετῶν προδοθεὶς, τοῖς ζητοῦσιν, ἀνῃρέθη μετὰ τοῦ παιδός· ὁ δὲ Κικέρων εἰς Ἄστυρα κομισθεὶς, καὶ πλοῖον εὑρὼν, εὐθὺς ἀνέβη,

A Antonium factione oppressit & expulit vrbe. Insuper duos consules, qui bello eũ persequerentur, Hircium & Pansam, misit. Induxit etiam senatum vt lictores Cæsari, velut pro patria propugnanti, & prætoriam dignitatem decerneret. Postquam verò fusus fugatusq; est Antonius, exercitus autem consulum, quum ambo ex prælio occubuissent, coniunxerunt se Cæsari, quòd timeret senatus iuuenem & insigni nixum fortuna, moliebatur honoribus & præmiis auocare ab eo legiones, viresq; eius distrahere, simulans, quia fugatus esset Antonius, non opus esse ad defensionem reip. exercitibus. Vnde territus Cæsar, misit clàm certos ad Ciceronem qui eum rogarent & inducerẽt ad consulatum vtrique simul parandum, ipse omnibus rebus in magistratu moderaretur pro arbitrio, & adolescentem regeret nominis tantùm & gloriæ auidum. Fassus ipse est Cæsar, quum formidaret ruinam & desertum iri se, consilium in tempore à Ciceronis se ambitione mutuatũ fuisse, atque adhortatum eum vt subsidio opum suarum & gratia peteret consulatum. Ita à iuuene Cicero impulsus atque illusus, quòd petenti consulatum suffragatus esset, senatumq; ei adiunxisset, statim apud amicos malè audiuit, nec multo pòst sensit semetipsum perdidisse, & populi prodidisse libertatem. Quippe euectus adolescens consulari dignitate, Ciceroni salutem dixit, Antonioq; & Lepido conciliatus coniunxit cum iis copias, imperiumq; instar prædii est partitus. Proscripserũt plus ducentos. Maximam inter omnes contentiones præbuit iis disceptationem Ciceronis proscriptio. Nullam enim conciliationem recipiebat Antonius, nisi interficeretur ante omnes Cicero. Antonio assentiebatur Lepidus: Cæsar vtrique reluctabatur. Colloquuti soli sunt remotis arbitris tres dies iuxta vrbem Bononiam. Locus vbi conuenerunt, pro castris erat amne cinctus. Dicitur primis diebus Cæsar decertasse pro Cicerone, tertio cessisse & eum destituisse. Inierunt autem hãc cõmutationem: Cæsar ex pacto cessit Cicerone, Lepidus fratre Paulo, L. Cæsare auunculo Antonius. Ita ira & rabies omnem iis humanam excussit mentem. imò docuerunt animal esse homine nullum sæuius, si libidini habeat licentiam coniunctam. Dum hæc aguntur, erat Cicero cum fratre in Tusculano suo. Nuntiata proscriptione statuerunt villam maritimam Ciceronis Astyra petere, illinc trãsmittere in Macedoniam ad Brutum. illum enim iam rumor erat præpollentem esse. Ferebantur lecticis mœrore confecti, restitantesque in itinere coniunctis inter se lecticis miserè lamentabantur. Grauius Quintus afflictabatur, quum cogitaret omnium rerum inopia destitutum se, nihil enim domo secum attulerat. Imò Ciceroni quoque tenue erat viaticum. Consultius igitur visum Ciceronem fugam antè capere, illum percurrere ad necessaria domo accipienda. Hæc probauerunt. Ita se mutuò complexi & cũ eiulatu digressi sunt. Quintus paucis pòst diebus cum filio, proditus à seruis suis quum esset percussoribus, interemptus est: Cicero ad Astyra delatus, & nauigium ibi nactus, ilicò conscendit,

prouectusq; est secundo vento ad Circeios vsque. Parantibus inde gubernatoribus extemplò vela facere, siue mare timens, siue nondũ deposita omnino de Cæsare spe, egressus de naui est, ac quasi vrbem peteret, progressus est pedestri itinere duodecim millia quingentos passus. Mox inopia consilii languescens, mutato instituto mare repetiit. Noctem ibi in mentis agitationibus traduxit acerbis & perplexis. Statuit semel occultè domũ Cæsaris ingredi, atque, quò vltrices diras in eum concitaret, apud focum eius se ipse interficere. Sed & ab hoc itinere metus repulit eum tormentorum: alia subinde inquieta consilia animi versans, permisit seruis ad Capuam se nauigio deportandum. Habuit prædia ibi & villam æstiuo tempore amœnam, quum gratissimè spirant etesiæ. Est etiam eo in loco haud procul à mari sacellum Apollinis. Hinc sublatum agmen coruorum magno crocitu ad Ciceronis nauem, dum remis terræ appellitur, volauit: qui consederunt vtrinque in antennæ cornibus, partim crocitantes, partim capita funium tundentes. Id omnibus dirum visum ostentum. Cicero ibi egressus de naui est, villamque ingressus ad quietem composuit se. Hic corui frequentes considerunt in fenestra, ac diros ediderunt strepitus. vnus in grabatum demisit se, togamque qua opertus erat Cicero, rostro paulatim à facie detraxit. Quod serui contemplantes, ac se ipsi increpantes, si dominum paterentur in conspectu suo trucidari, quum opem ei bestiæ ferrent, eiusque curam agerent afflicti, ipsi autem non protegerent: hinc precibus, hinc vi sublatum in lectica detulerunt ad mare. Interea superuenerunt cum manu percussores Herennius centurio & Popilius tribunus, quem parricidii quondam reum defenderat Cicero. Fores, quas offenderunt occlusas, ruperunt. Non inuento Cicerone, negantibusque qui intus erant scire, fama tenet, adolescentulum à Cicerone ingenuis institutum literis & doctrina, libertum Quinti fratris, (Philologo nomen erat) lecticam tribuno indicasse per consitas arboribus & vmbrosas ambulationes ad mare deferri. Tum tribunus paucis assumptis circumcurrit ad exitum. Herennium per ambulationes aduolantem quum sensisset Cicero, imperauit seruis vt eo loci ponerent lecticam: ac sinistra mentum more suo contrectans immotis oculis intuitus est percussores, squalore & situ oppletus & facie ex curis marcida, vt plerique, dum Herennius eum obtruncat, contexerint oculos. Ceruicem ex lectica protendit ad cædem, annos tum natus quatuor & sexaginta. Caput eius & manus, quibus scripserat Philippicas, Antonii imperio præcidit. Etenim orationes in Antonium ipse Cicero Philippicas inscripsit, quo nomine etiam nunc appellantur. Quum Romam allata sunt hæc membra, habebat fortè comitia Antonius. Re audita & conspecta, tunc finem habere exclamauit proscriptiones. Caput & manus pro rostris in tribunali iussit figi, spectaculum horrendum populo Romano, qui non Ciceronis aspicere se faciem existimauit, sed animi imaginem Antonii. Vnum tamen edidit Antonius inter ista laudabile exemplum,

A καὶ παρέπλευσεν ἄχρι Κιρκαίου, πνεύματι χρώμενος· ἐκεῖθεν δὲ βουλομένων αὐτοῦ ἄρειν τῶν κυβερνητῶν, εἴτε δείσας τὴν θάλασσαν, εἴτ' οὔπω πανταπάσι τὴν Καίσαρος ἀπεγνωκὼς πίστιν, ἀπέβη, καὶ παρῆλθε πεζῇ σταδίους ἑκατὸν, ὡς εἰς Ῥώμην πορευόμενος. αὖθις δ' ἀλύων καὶ μεταβαλλόμενος κατῆει πρὸς θάλασσαν. κἀκεῖ διενυκτέρευσεν ὅτι δεινὰς καὶ ἀπόρων λογισμοὺς· ὥστε καὶ παρελθεῖν εἰς τὴν Καίσαρος οἰκίαν διενοήθη κρύφα, καὶ σφάξας ἑαυτὸν ὅτι τῆς ἑστίας, ἀλάστορα προσβαλεῖν. ἀλλὰ καὶ τούτης αὐτὸν ἀπέκρουσε τὴν ὁδὸν δέος βασάνων. καὶ πάλιν τὰ μεταβουλεύματα τῆς γνώμης μεταλαμβάνων παρέδωκε τοῖς οἰκέταις ἑαυτὸν εἰς Καπύας κομίζειν, ἔχων ἐκεῖ χωρία καὶ καταφυγὴν ὥρᾳ θέρους φιλάθεσπον, ὅταν ἥδιστον οἱ ἐτησίαι καταπνέωσιν. ἔχει δ' ὁ τόπος καὶ ναὸν Ἀπόλλωνος μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· ἐνταῦθεν ἀρθέντες ἀθροοι κόρακες, ὑπὸ κλαγγῆς προσεφέροντο τῷ πλοίῳ τοῦ Κικέρωνος ὅτι γῆν ἐρεσσομένῳ· καὶ καθίσαντες ὅτι τὴν κεραίαν ἑκατέρωθεν, οἱ μὲν ἔβοων, οἱ δ' ἔκοπτον τὰς τῶν μηρυμάτων ἀρχάς. καὶ πᾶσιν ἐδόκει τὸ σημεῖον εἶναι πονηρόν. ἀπέβη δ' οὖν ὁ Κικέρων, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν, ὡς ἀναπαυσόμενος

C κατεκλίθη. τῶν δὲ κορακῶν οἱ πολλοὶ μὲν ὅτι τῆς θυείδος διεκάθιζοντο φθεγγόμενοι θορυβώδες· εἷς δὲ καταβὰς ὅτι τὸ κλινίδιον, ἐγκεκαλυμμένου τοῦ Κικέρωνος, ἀπῆγε τῇ στόμαχι καὶ μικρὸν ἀπὸ τοῦ προσώπου τὸ ἱμάτιον. οἱ δ' οἰκέται ταῦθ' ὁρῶντες, καὶ κακίσαντες ἑαυτοὺς, εἰ προιεμένοι τοῦ δεσπότου φονευομένου θεραπεύοιεν, θεῖα δ' αὐτὸν βοηθεῖν καὶ προκήδεται παρ' ἀξίαν πρόσποιντο, ἀυτοὶ δ' οὐκ ἀμύνοιτο· τὰ μὲν, δεόμενοι, τὰ δὲ, βίᾳ λαβόντες, ἐκόμιζον ἐν τῷ φορείῳ πρὸς τὴν θάλασσαν. ἐν τούτῳ δ' οἱ σφαγεῖς ἐπῆλθον, ἑκατοντάρχης Ἑρέννιος καὶ Πόπιλλιος χιλίαρχος (ᾧ πατροκτονίας ποτὲ

D δίκην φεύγοντι σεσώκει ὁ Κικέρων) ἔχοντες ὑπηρέτας. ἐπεὶ δὲ τὰς θύρας κεκλεισμένας εὗρον ἐξέκοψαν, ἀφανομένου τοῦ Κικέρωνος, οὐδὲ τῶν ἔνδον εἰδέναι φασκόντων, λέγεται νεανίσκον τινὰ τεθραμμένον μὲν ὑπὸ τοῦ Κικέρωνος ἐν γράμμασιν ἐλευθερίοις καὶ μαθήμασιν, ἀπελεύθερον δὲ Κοΐντου τοῦ ἀδελφοῦ, Φιλόλογον ὀνόματι, φράσαι τῷ χιλιάρχῳ τὸ φορεῖον κομιζόμενον διὰ τῶν καταφύτων καὶ συσκίων περιπάτων ὅτι τὴν θάλατταν. ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος, ὀλίγους ἀναλαβὼν μετ' ἑαυτοῦ, περιέθει πρὸς τὴν ἔξοδον· τοῦ δ' Ἑρεννίου δρόμῳ φερομένου διὰ τῶν περιπάτων ὁ Κικέρων ἠσθάνετο, καὶ τινὰς

E οἰκέτας ἐκέλευσεν ἐνταῦθα καταθέσθαι τὸ φορεῖον. αὐτὸς δ', ὥσπερ εἰώθει, τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν γνάθον ἀπτόμενος, ἀτενὲς ἐώρα τοῖς σφαγεῦσιν, αὐχμοῦ καὶ κόμης ἀπαπλεώς, καὶ σεσωτηκὼς ὑπὸ φροντίδων τὸ πρόσωπον· ὥστε τοὺς πλείστους ἐκαλύψαντο τὸν Ἑρεννίου σφάζοντες αὐτόν. ἐσφάγη δὲ τὸν τράχηλον ἐκ τοῦ φορείου προτείνας, ἔτος ἐκεῖνο γεγονὼς ἑξηκοστὸν καὶ τέταρτον. τὴν δὲ κεφαλὴν ἀπέκοψεν αὐτοῦ καὶ τὰς χεῖρας, Ἀντωνίου κελεύσαντος, αἷς τοὺς Φιλιππικοὺς ἔγραψεν. αὐτός τε γὰρ ὁ Κικέρων τοὺς κατ' Ἀντωνίου λόγους Φιλιππικοὺς ἔγραψε, καὶ μέχρι νῦν τὰ βιβλία, Φιλιππικοὶ καλοῦνται. τῶν δ' ἀκροατηρίων εἰς Ῥώμην κομισθέντων, ἔτυχε μὲν ἀρχαιρεσίας τελῶν ὁ Ἀντώνιος, ἀκούσας δὲ καὶ ἰδὼν ἀνεβόησεν ὡς νῦν αἱ προγραφαὶ τέλος ἔχοιεν. τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας ἐκέλευσεν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων ὅπου τοῦ βήματος θεῖναι, θέαμα Ῥωμαίοις φοβερὸν, οὐ τὸ Κικέρωνος ὁρῶν πρόσωπον ὁμοιούμενοις, ἀλλὰ τῆς Ἀντωνίου ψυχῆς εἰκόνα. πλὴν ἔν γέ τι φρονήσας μέτριον ἐν τούτοις,

F

Πομπωνία τῇ Κοΐντου γυναικὶ τὸν Φιλόλογον παρέδωκεν. ἡ δὲ, κυρία γενομένη τοῦ σώματος, ἄλλαις τε δυναῖς ἐχρήσατο ὑβρεσιν, καὶ τὰς σάρκας ἀποτέμνουσα τὰς αὐτοῦ κατ' μικρὸν, ὀπτᾶν, εἶτ' ἐσθίειν ἠνάγκασεν. οὕτω γὰρ ἔνιοι τῶν συγγραφέων ἱστορήκασιν. ὁ δ' αὐτοῦ τοῦ Κικέρωνος ἀπελεύθερος Τύρων τοιοῦτόν σοῦδὲ μέμνηται τῆς τοῦ Φιλολόγου προδοσίας. πυθάνομαι δ' Καίσαρα χρόνοις πολλοῖς ὕστερον εἰσελθεῖν πρὸς ἕνα τῶν θυγατριδῶν· τὸν δ', βιβλίον ἔχοντα Κικέρωνος ἐν ταῖς χερσὶν, ἐκπλαγέντα τῷ ἱματίῳ προκαλύπτειν. ἰδόντα δὲ Καίσαρα, λαβεῖν καὶ διελθεῖν ἐς ἅπαν μέρος πολὺ τοῦ βιβλίου. πάλιν δ' ἀποδιδόντα τῷ μειρακίῳ, φάναι, Λόγιος ἀνὴρ, ὦ παῖ, λόγιος καὶ φιλόπατρις. ἐπεὶ μέντοι τάχιστα κατεπολέμησεν Ἀντώνιον ὑπατεύων αὐτὸς, εἵλετο συνάρχοντα τοῦ Κικέρωνος τοῦ υἱὸν, ἐφ' οὗ τάς τ' εἰκόνας ἡ βουλὴ ἀνεῖλεν Ἀντωνίου, καὶ τὰς ἄλλας ἀκυροῦσε τιμὰς, καὶ προσεψηφίσατο μηδενὶ τῶν Ἀντωνίων ὄνομα Μάρκος εἶναι. οὕτω δὴ δαιμόνιον εἰς τὸν Κικέρωνος οἶκον ἐπανῴκησε τὸ τέλος τῆς Ἀντωνίου καταστάσεως.

quòd vxori Quinti Pomponiæ tradidit Philologum. Quæ potestatem eius nacta cùm aliis eum diris suppliciis excruciauit, tum carnes suas ipsum præcidere paulatim, eas assare, inde vorare adegit. Nam ita nonnulli scriptores memoriæ prodiderunt. Ipsius Ciceronis libertus Tiro nullam prorsus mentionem fecit Philologi proditionis. Cæsarem accepi longo tempore pòst ad quendam ex filia nepotē accessisse. illum autem, quòd volumē quoddam Ciceronis manibus teneret, consternatum id veste contexisse: Cæsarem verò, qui animaduerterat, sumpsisse volumen, & stantem magna ex parte euoluisse: reddidisse inde puero, ac dixisse, Doctus hic vir, fili, doctus fuit & patriæ amans. Non magno inde interuallo, quū debellaret Antonium, consul collegam cooptauit filium Ciceronis. cuius in magistratu Antonii statuas senatus deiecit, omniaq; abrogauit eius alia ornamenta. Decreuit insuper nequis ex Antoniorum gente Marcus nominaretur. Ita ad extremum vltio Antonii diuinitus ad domum fuit Ciceronis reducta.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἄξια μνήμης τῶν περὶ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος ἱστορουμένων εἰς τὴν ἡμετέραν ἀφῖκται γνῶσιν, ταῦτ' ἐστίν. ἀφεικὼς δὲ τὸ συγκρίνειν τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν αὐτῶν, ἐκεῖνό μοι δοκῶ μὴ παρήσειν ἄρρητον, ὅτι Δημοσθένης μὲν εἰς τὸ ῥητορικὸν ἐνέτεινε πολὺ ὅσον εἶχεν ἐκ φύσεως ἢ ἀσκήσεως λόγιον, ὑπερβαλλόμενος ἐνεργείᾳ μὲν καὶ δυνάμει τοὺς ὅπερ τῶν ἀγώνων καὶ τῶν δικῶν συνεξεταζομένους, ὄγκῳ δὲ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ τοὺς ὅπερ δυνάμεις, ἀκριβείᾳ δὲ καὶ τέχνῃ τοὺς σοφιστάς. Κικέρων δὲ καὶ πολυμαθὴς, καὶ ποικίλος τῇ περὶ τοὺς λόγους ἀστουδῇ χρώμενος, συντάξεις μὲν ἰδίας φιλοσόφοις ἀπέλειπεν οὐκ ὀλίγας εἰς τὸν Ἀκαδημαϊκὸν τρόπον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πρὸς τὰς δίκας καὶ τοὺς ἀγῶνας γραφομένων λόγων δῆλός ἐστιν ἐμπειρίαν τινὰ γραμμάτων παρεπιδεικνύμενος, βουλόμενος. ἔστι δέ τις καὶ τοῦ ἤθους ἐν τοῖς λόγοις ἑκατέρου διόψις· ὁ μὲν γὰρ Δημοσθενικὸς ἔξω πάντος περιεσμοῦ καὶ παιδιᾶς εἰς δεινότητα καὶ ἀστουδίαν συνηγμένος, οὐκ ἐλλυχνίων ὄδωδεν, ὥσπερ ὁ Πυθέας ἔσκωπτεν, ἀλλ' ὑδροποσίας καὶ φροντίδων, καὶ τῆς λελησμένης πικρίας τοῦ τρόπου καὶ τῆς ὠμότητος· Κικέρων δὲ πολλαχοῦ τῷ σκωπτικῷ πρὸς τὸ βωμολόχον ἐκφερόμενος, καὶ πρόγραμμα ἀστουδῆς ἄξια γέλωτι καὶ παιδιᾷ καταπιρωνεύόμενος ἐν ταῖς δίκαις εἰς τὸ χρειώδες, ἠφείδει τοῦ πρέποντος. ὥσπερ ἐν τῇ Κελίου συνηγορίᾳ, μηδὲν ἄτοπον ποιεῖν αὐτὸν ἐν τοσαύτῃ πολυτελείᾳ καὶ τρυφῇ ταῖς ἡδοναῖς χρώμενον. τὸ γὰρ ὧν ἕξεσι μὴ μετέχειν, μανικὸν εἶναι, καὶ ταῦτα, ἐν ἡδονῇ τὸ εὐδαίμονα τῶν ὑπερφυεστάτων φιλοσόφων τιθεμένων. λέγεται δὲ, Κάτωνος Μουρίναν διώκοντος, ὑπατεύων ἀπολογεῖσθαι, καὶ πολλὰ διὰ τὸν Κάτωνα κωμῳδεῖν τὴν Στωϊκὴν αἵρεσιν, ὑπὲρ ταῖς ἀτοπίαις τῶν παραδόξων λεγομένων δογμάτων. γέλωτος δὲ λαμπροῦ καταπίπτοντος ἐν τῷ θεάτρῳ πρὸς τοὺς δικαστὰς, ἡσυχῇ διαμειδιάσας, πρὸς τοὺς καθημένους εἰπεῖν, Ὡς γελοῖον, ὦ ἄνδρες, ἔχομεν ὑπατον. δοκεῖ δὲ καὶ γέλωτος οἰκεῖος ὁ Κικέρων γεγονέναι, καὶ φιλοσκώπης· τό, τε πρόσωπον αὐτοῦ μειδίαμα καὶ γαλήνην παρεῖχεν. τῷ δὲ Δημοσθένους ἀεί τις ἐπὶ τῷ ἀστουδὴ καὶ ὀπερφυντικός. τοῦτο καὶ σκύνιον, οὐ ῥᾳδίως ἀπέλιπεν. ὅθεν καὶ διέκλεον αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ καὶ δυσέρωτον (ὡς αὐτός φησιν) ἀπεκάλουν.

HAbes quæ memoratu digna de Demosthene & Cicerone prodita ad notitiam nostram peruenere. Vt prætermittam facultatem vtriusq; in dicendo conferre, illud certè mihi silentio non est prætereundum, Demosthenem in artem cōtulisse dicendi, quicquid ei vel natura vel exercitatio solertiæ & eruditionis tribuisset. Transgressus est neruis & vi dicendi æquales suos qui in iudiciis & foro versabantur, grauitate & splendore eos qui demonstratiuū genus & ostentationi natum tractauerunt, argutia & arte sophistas. Ciceronem, qui omni genere doctrinæ & literarū fuit tinctus, etsi peculiares libros in philosophia non paucos Academico scriptos more reliquerit, constat tamen & in orationibus, quas in foro & iudiciis habuit, eruditionem voluisse obiter ostentare suam. Licet etiam mores speculari vtriusq; in orationibus. Demosthenes extra omnem ostentationem & iocum in grauitatem coactus & seriem, nō lucernam, vt cauillatus Pytheas est, olet, sed aquæ potationē, sed solicitudines, sed acerbitatem quæ obiiciebatur morum, & tristitiam: Cicero dicacitate subinde ad scurrilitatem deuolutus, & negotiis perquam seriis risu iocoq; in iudiciis illudens, vt causæ prodesset, neglexit decorum. vt in oratione pro Cœlio, Non esse mirum si in tanto ille luxu & deliciis ad voluptates dedisset se. nam non frui iis quæ in promptu sunt, dementiam esse, præcipuè quum in voluptate summum bonum ponant clarissimi philosophi. Ferunt eum, quum consul Murænam, qui accusabatur à Catone, defenderet, multum ex persona Catonis derisisse Stoicæ sectæ absurda & noua præcepta. Quum magnus inde risus à corona ad ipsos perlatus iudices esset, subridentem Catonem ad consessum dixisse, Dii boni quàm ridiculum consulem habemus! Videtur autem natura Cicero falsus & facetus fuisse. Vultus eius quoque risum & hilaritatem præ se ferebat. Demosthenis ori perpetua inerat sedulitas, nec temerè vultuosum illud & tetricum deponebat. Quare asperum eum & morosum vocarunt, vt testatur ipse, aduersarii.

Præterea ex ſcriptis vtriuſque perſpicias ſobriè hunc & modeſtè ſuas ipſum laudes attingere, & quum id poſtularet maior vſus, cætera verecundum & moderatum: Cicero immodicus in orationibus laudum ſuarum prędicator ambitionem gloriæ nimiam arguit ſuam, dum clamat,

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Deniq; non facta modò & res ſuas geſtas, verùm etiam quas habuerat & ſcripſerat, extollit orationes, quaſi contra ſophiſtas adoleſcentis modo ſe iactaret Iſocratem & Anaximenem, non autē populum Romanum ducere & dirigere intenderet,

Durum, potentem armis, grauem aduerſariis.

Pollere ex eloquentia eum qui tractat rempubl. neceſſe eſt: acquieſcere verò in ea, & ſectari inde laudem, imbecilli eſt animi. Fuit igitur hac parte grauior Demoſthenes & præ cæteris celſus. qui facultatem ſuam demonſtrauit, vſum quendam eſſe qui fauorem auditorum magnum requireret: abiectos eſſe & humiles, vt re vera ſunt, cēſens eos qui hæc ſeſe venditant. Valuit ſanè iuxtà vterque dicendi & reipubl. gerendæ peritia, vt etiam qui caſtris & exercitibus præeſſent, Demoſthenis opera Chares, Diopithes, Leoſthenes, Ciceronis indiguerint Pompeius & Cæſar Octauius: quod ipſe in commentariis ad Agrippam & Mæcenatē commemorauit Cæſar. Porro quæ putatur imprimis & dicitur mores hominis probare & explorare, poteſtatē ſummam & imperium, quod omnes verſat affectus omnemq; improbitatem detegit, non habuit Demoſthenes, neque ſpecimen in eo dedit ſui, qui magiſtratum maiorem nullum geſſit, neque quem contra Philippum comparauerat exercitum, ipſe duxit: Cicero in Siciliam quæſtor, proconſul in Ciliciam & Cappadociam miſſus, (quo tempore, quia regnabat auaritia, duces autem & præſides qui in prouincias mittebantur, quaſi furari res eſſet probroſa, ad rapiendum ſe conuertebant, non capere ducebatur turpe, ſed qui mediocriter caperet, laudabatur) clarè oſtendit contemnere ſe pecuniam, multaq; argumenta dedit humanitatis & facilitatis. Præterea creatus Romæ verbo conſul, ſed accepta ſoluta & dictatoria poteſtate cōtra Catilinæ gregales, comprobauit Platonis vaticinium, malis ciuitates explicatum iri vbi magna potentia & ſapientia coiſſent ſecunda fortuna cum iuſtitia. Demoſthenes verò quæſtuariam habuiſſe magno cum dedecore eloquentiam perhibetur, qui aduerſariis in iudicio ſcripſit clàm orationes Phormioni & Apollodoro. Obiectum quoque ei de regiis pecuniis fuit, & damnatus ob Harpalias. Quòd ſi hæc illos qui in eum ſcripſerunt (nec ſunt hi pauci) mentiri contendamus: hoc certè, quin contrà intueri regum munera, quæ ei beneuolentiæ & honoris gratia mittebant, non ſuſtinuerit Demoſthenes, neque id hominis fuiſſe qui nauticum fœnus exerceret, nemo queat inficias ire. At Cicerorem Siculos ædili curuli, regem Cappadociæ proconſuli, exuli amicos vrbanos multa largientes, & vt caperet orantes, repuliſſe antè eſt dictum. Iam exilium Demoſtheni fœdè iudicato repetundarū oblatum eſt: huic ob præſtantiſſimū factū, quòd homines peſtiferos patriæ excidiſſet,

A ἐπὶ δίνιω ἐν τοῖς συγγράμμασιν καλιδεῖν ἐστί τ' μὴ ἐμμελὴς καὶ ἀνεπαγῶς τῶν εἰς αὐτὸν ἀπόμνημονευόμενον ἐγκωμίων, ὅτε δύτου δεήσαι, πρὸς ἕτερόν τι μεῖζον, τἄλλα δ' ἀλαζὼν καὶ μέτριον· ἢ ὁ Κικέρων ἐν τοῖς λόγοις ἀμετρία τῆς φιλαυτολογίας, ἀκρασίαν τινὰ κατηγορεῖ πρὸς δόξαν, βοῶντος, ὡς τὰ ὅπλα ἔδει τῇ τηβέννῳ καὶ τῇ γλώττῃ τῶν θριαμβικῶν ὑπείκειν δάφνῳν. τελευτῶν δὲ, οὐ τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους ἐπαινεῖ τοὺς εἰρημένους ὑπ' αὐτοῦ καὶ γεγραμμένους, ὥσπερ Ἰσοκράτει καὶ Ἀναξιμένει τοῖς σοφισταῖς ἀμφισβητούμενος, οὐ τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἄγειν ἀξιῶν καὶ ὀρθοῦν, Βεμβῶν ὁπλιτοπάλαν δαίον ἀντιπάλοις. ἰσχύειν μὲν γὰρ λόγου τὸν πολιτευόμενον ἀναγκαῖον, ἀγαπᾶν δὲ ἀγλυνὲς, καὶ λιχνεύειν τῶν ἀπὸ τοῦ λόγου δόξαν. ὅθεν ἐμβριθέστερος ταύτῃ καὶ μεγαλοπρεπέστατος ὁ Δημοσθένης, τῶν μὲν αὐτοῦ δυνάμιν, ἐμπειρίαν τινὰ πολλῆς δεομένων τῆς παρὰ τῶν ἀκροωμένων δυνοίας ἀποφαινόμενος, ἀνελευθέρους δὲ καὶ βαναύσους (ὥσπερ εἰσὶ) τοὺς ὑπὲρ τούτῳ φυσωμένους ἡγούμενος. ἢ μὲν οὖν ἐν τῷ δημηγορεῖν καὶ πολιτεύεσθαι δυνάμις ὁμαλῶς ἀμφοτέρους ὑπῆρξεν· ὥστε καὶ τοὺς τῶν ὅπλων καὶ στρατοπέδων κυρίους δεῖσθαι Δημοσθένους μὲν, Χάρητα καὶ Διοπείθου καὶ Λεωσθένους· Κικέρωνος δὲ, Πομπήϊον καὶ Καίσαρα τὸν νέον, ὡς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐν τοῖς πρὸς Ἀγρίππαν καὶ Μαικήνᾳν ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. ὃ δὲ δοκεῖ μάλιστα καὶ λέγεται τρόπον ἀνδρὸς ὑπιδεικνύειν καὶ βασανίζειν, ἐξουσία καὶ ἀρχὴ, πολὺ πάθος κινοῦσα, καὶ πᾶσαν ἀπκαλύπτουσα κακίαν, Δημοσθένει μὲν οὐχ ὑπῆρξεν, οὐδὲ ἔδωκεν τοιαύτῃ ἀμφιεσθαι ἑαυτοῦ, μηδεμίαν ἀρχὴν τῶν ὑπιφανῶν ἄρξας, οὐδὲ τῆς ὑφ' ἑαυτοῦ στρατευομένης ὑπὲρ Φίλιππον ἐστρατήγησε δυνάμεως· Κικέρων δὲ, ταμίας εἰς Σικελίαν, καὶ ἀνθύπατος εἰς Κιλικίαν καὶ Καππαδοκίαν ἀποσταλεὶς, ἐν ᾧ καιρῷ τῆς φιλοπλουτίας ἀκμαζούσης, καὶ τῶν πεμπομένων στρατηγῶν καὶ ἡγεμόνων, ὡς τοῦ κλέπτειν ἀγλυνοῖς ὄντος, ὑπὲρ τὸ ἁρπάζειν τε ἐπομένων, οὐ τὸ λαμβάνειν ἐδόκει δεινὸν, ἀλλ' ὁ μετρίως τοῦτο ποιῶν ἠγαπᾶτο· πολλὴν καὶ ὑπιδείξιν ὑπεροψίας χρημάτων ἐποιήσατο, πολλὴν δὲ φιλανθρωπίας καὶ χρηστότητος. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ Ῥώμῃ, λόγῳ μὲν ἀποδειχθεὶς ὕπατος, ἐξουσίαν δὲ λαβὼν αὐτοκράτορος καὶ δικτάτορος, ὑπὲρ τοὺς περὶ Καπιτωλίνον, ἐμαρτύρησεν ἅμα τῷ Πλάτωνι, μαντευομένῳ παῦλαν ἔχειν κακῶν τὰς πόλεις, ὅταν εἰς ταυτὸ δυνάμις τε μεγάλη καὶ φρόνησις ἐκ τινος τύχης χρηστῆς ἀπαντήσῃ μετὰ δικαιοσύνης· χρηματίσασθαι τοίνυν ὑπὲρ τῷ λόγῳ, Δημοσθένης μὲν ὑπιτόγως λέγεται, λογογραφῶν κρύφα τοῖς περὶ Φορμίωνα καὶ Ἀπολλόδωρον ἀντιδίκοις· καὶ ἁλοὺς μὲν ὑπὲρ τοῖς βασιλικοῖς χρήμασιν, ὄφλων δὲ τῶν Ἁρπαλείων. εἰ δὲ ταῦτα τοὺς ἀντιγράφοντας (οὐκ ὀλίγοι δ' εἰσὶν) ψεύδεσθαι φαίημεν, ἀλλ' ὅτι γε πρὸς δωρεὰς βασιλέων σὺν χάριτι καὶ τιμῇ διδομένας ἀντιβλέψαι Δημοσθένης οὐκ ἀν ἐτόλμησεν, οὐδ' ἐν τοῦτο τὸ ἔργον ἀνθρώπου δανειζόντος ὑπὲρ ναυλοκρίσεις, ἀμήχανον αἰτεῖσθαι. περὶ δὲ Κικέρωνος, ὅτι καὶ Σικελιωτῶν ἀγορανομοῦντι, καὶ βασιλέως τοῦ Καππαδοκῶν ἀνθυπατεύοντι, καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ φίλων, ὅτ' ἐξέπιπτε τῆς πόλεως, δωρουμένων πολλὰ καὶ δεομένων λαβεῖν, ἀντέχειν, εἴρηται. καὶ μὴν ἡ γε φυγὴ τῶν μὲν ἀρχὰ, κλοπῆς ἀλόντι, συνέπεσε, τῷ δ', κάλλιστον ἔργον, ἀνθρώποις ἀλιτηρίοις ἐκκόψαντι τῆς πατρίδος.

B

C

D

E

F

διὸ τοῦ μὲν οὐδεὶς λόγος ἐκπίπτοντος· ἐφ' ᾧ δὴ ἡ σύγκλητος ἐαθῆτά τε διήλλαξε, καὶ πένθος ἔχε, καὶ γνώμην ἐπὶ οὐδενὸς εἰπεῖν ἐπείθη πρότερον ἢ Κικέρωνι κάθοδον ψηφίσασθαι. τὸ μὴν τοι φυγὴν ἀργῶς ὁ Κικέρων διῴκει ἐν Μακεδονίᾳ καθήμενος· παρὰ Δημοσθένει καὶ ἡ φυγὴ μέγα μέρος τῆς πολιτείας γέγονε. συναγωνιζόμενος γὰρ (ὡς ἔφην εἴρηται) τοῖς Ἕλλησι, καὶ τοὺς Μακεδόνων πρέσβεις ἐξελαύνων, ἐπήρχετο τῇ πόλει, πολὺ βελτίων Θεμιστοκλέους καὶ Ἀλκιβιάδου τοῦ τῆς αὐτῆς τύχης φανεὶς πολίτης. καὶ μὴν τοι κατελθεῖν αὖθις ἑαυτὸν ἐπέδωκεν εἰς τὴν αὐτὴν ταύτην πολιτείαν· καὶ διετέλει πολεμῶν πρὸς Ἀντίπατρον καὶ Μακεδόνας. Κικέρωνα δὴ ὠνείδισεν ἐν τῇ βουλῇ Λαίλιος, αὐτὸν μὲν Καίσαρος ἐπιτάττειν μελλόντα νόμον οὔπω γεγραφότος, σιωπῇ καθήμενον. ἔγραφε δὲ καὶ Βροῦτος, ἐγκαλῶν ὡς μείζονα καὶ βαρυτέραν πεπαιδοτριβηκότι τυραννίδα τῆς ἐπ' αὐτῶν καταλυθείσης. ὅπερ πᾶσι δὲ τελευτῆς, τὸν μὲν οἰκτίραι τις, ἄνδρα πρεσβύτην δὲ δεινῶς ἐπὸ οἰκετῶν ἄνω καὶ κάτω περιφερόμενον καὶ περιφεύγοντα τὸν θάνατον καὶ ἀποκρυπτόμενον τὸν οὐ πολὺ πρὸς τὴν φύσεως ἥκοντα ἐπ' αὐτόν, εἶτ' ἀποσφαγέντα· τοῦ δὴ, εἰ καὶ μικρὰ πρὸς τὴν ἱκετείαν ἐνέδωκεν, ἀγαστὴ μὲν ἡ παρασκευὴ τοῦ φαρμάκου καὶ τήρησις, ἀγαστὴ δὲ ἡ χρῆσις· ὅτι τοῦ θεοῦ μὴ παραχόντος αὐτῷ τὴν ἀσυλίαν, ὡς φασὶ, μείζονα βωμὸν καταφυγὼν, ἐκ τῶν ὅπλων καὶ τῶν δορυφόρων λαβὼν ἑαυτὸν ὤχετο, τῆς Ἀντιπάτρου καταγελάσας ὠμότητος.

Itaque illius habita ratio in exilium euntis nulla est: huius causa vestē senatus mutauit, in luctu fuit, de nulla re agi prius secum quàm de reditu eius esset relatum, passus est. At qui exilium desidenti in Macedonia Ciceroni fuit segne: Demosthenis exilium multum res eius gestas cumulat. Nam peragrans vrbes, Græcos, sicut diximus, adiuuit, & Macedonū legatos summouit, præbuitq; multo se ciuem pari in fortuna Themistocle & Alcibiade præstantiorem. Iam reuersus domum ad pristinas se retulit actiones, neque destitit oppugnare Antipatrum & Macedonas. Ciceroni in senatu, quum postularet Cæsar contra leges vt petere sibi consulatum liceret, imberbis adhuc, tacitum sedisse exprobrauit Lælius. Adhæc, conquestus est in literis suis Brutus maiorem eum & duriorem atque ipsi sustulissent, aluisse tyrannidē. Postremò, quod ad vitæ exitum attinet, miserabilis hic, qui senex ob timiditatem à seruis sursum ac deorsum circumlatus est ad occultandum se, & mortem vndequaque refugit non admodum immaturam, ac mox obtruncatus est: Demosthenes, etsi hactenus delapsus sit, aliquantum vt supplicem præbuerit se, commendandus est tamen cùm quòd præparauerit venenum & seruauerit, tum quòd eo sit vsus: qui, postquam securitatem ei non præstitit Neptunus, sicut ad maiorem confugiens aram, ex telis se & satellitibus subduxerit, & Antipatri ludificatus sit crudelitatem.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ Βίοι παράλληλοι ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ καὶ ΑΝΤΩΝΙΟΥ.

PLVTARCHI Vitæ comparatæ DEMETRII & ANTONII.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ.

DEMETRIVS.

Οἱ μὲν τοι τὰς τέχνας ἐοικέναι ταῖς ἀληθείαις ὑπολαμβάνοντες, οὐχ ἥκιστά μοι δοκοῦσι τὴν τοῦ κρίνειν τὰς κρίσεις αὐτῶν καταγνῶσαι δύναμιν, ἣ τῶν ἐναντίων ὁμοίως ἑκατέρῳ γένει πεφύκαμεν ἀντιλαμβάνεσθαι. τοῦτο γὰρ αὐταῖς κοινόν ἐστι, τῇ δὲ πρὸς τὰ τέλη τῶν κινουμένων διαφορᾷ διαλλάττουσιν. ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις οὐδέν τι μᾶλλον ὅπου λευκῶν ἢ μελάνων διάγνωσις γέγονεν, οὐδὲ γλυκέων, ἢ πικρῶν, οὐδὲ μαλακῶν καὶ εἰκόντων, ἢ σκληρῶν καὶ ἀντιτύπων, ἀλλ' ἔργον αὐτῆς, ἑκάστοις ἐντυγχάνουσαν, ὑπὸ πολλῶν τε κινεῖσθαι, καὶ πολλὰ κινεῖν, πρὸς ὃ φέρει αὐτὴν φέρουσαν, καὶ κινουμένῳ πρὸς ὃ φέρει αὐτὴν φέρειν, ὡς πέπονθεν. αἱ δὲ τέχναι μετὰ λόγου συνεστῶσαι πρὸς αἵρεσιν καὶ λῆψιν οἰκείου τινὸς, φυγήν τε καὶ διάκρισιν ἀλλοτρίου, τὰ μὲν, ἀφ' αὐτῶν καὶ προηγουμένως, τὰ δὲ, ὑπὲρ φυλάξασθαι καὶ συμβεβηκὸς ὅπῃ τεύξεσθαι· καὶ γὰρ ἰατικὴ τὸ νοσεῖν, καὶ ἁρμονικὴ τὸ ἐκμελές, ὅπως ἔχει, σκοπεῖν συμβέβηκε, πρὸς τὴν τῶν ἐναντίων ἀπεργασίαν. αἵ τε πασῶν τελειότατα τεχνῶν, σοφροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ φρόνησις, οὐ καλῶν μόνον καὶ δικαίων καὶ ὠφελίμων,

Qvi Artes primi censuere sensibus germanas esse, hi videntur mihi præcipuè eorum in iudicando considerasse facultatem qua contraria iuxtà in vtroq; genere solemus comprehendere. Nam hoc est eis commune: verùm in eis quæ iudicauerunt ad finem referendis minimè cōsentiunt. Sensus enim etsi in albis & nigris, dulcibus & amaris, mollibus cedentibusve & duris siue renitētibus distinguendis versantur, haud tamen in eo sistunt gradum: sed vt horum cuiq; aliquid occurrit, vt ab eo mouetur & afficitur, sic illud ipsum ad intelligentiam refert id enim eius est munus. Artes verò cum ratione conspirantes ad eligendum & sumendum id quod ipsis est familiare, ad declinandumque & repellendum alienum, illa sua sponte præcipuè, hæc ad deuitandum obiter inspectant. Quippe medicina morbum, musica absonum, quemadmodum se habeat, ad contrariorum spectare effectionem solet. Atque artium omniū absolutissimæ, temperantia & iustitia & prudentia, quæ non

quæ non honeſtorum modò, iuſtorumq; & vtilium iudicium faciunt, ſed & damnoſorum, turpium, iniuſtorum, venditantem ſe quòd malorum ſit inexperta non commendant ſimplicitatem, ſed ineptiam eam & imperitiam exiſtimant eorum quæ maximè cognoſcere conuenit honeſte victuris. Ac veteres quidem Spartiatæ feſtis diebus Ilotas multo mero quum onerare ſe coegiſſent, in conuiuia introducebant: quò, quàm ſit fœda ebrietas, oſtenderent iuventuti. Nos verò correctionem ex corruptela aliorum, non ſane humanam ducimus neque ciuilem: at illorum qui nimium fuerunt impotentes, atque in imperio & ſummo poteſtatis gradu poſiti nobili fuerunt improbitate, non alienum fortaſſe ſit vnum aut alterum par vitarum exemplis intexere, non quo voluptatis me hercle, vel oblectandi cauſa lectores, varijs imaginibus illuſtremus vt picturam commentationem noſtram: ſed vt Thebanus Iſmenias diſcipulis ſuis oſtendens tam eos qui bene quàm qui ſecus tibia canerent, ſolitus erat dicere, Ita canendum, ac contra, Ita canendum non eſt: Antigenidas vero etiam maiore oblectamento iuvenes arbitrabatur bonos tibicines audituros, ſi aliquando malorum quoque experimenta egiſſent: ita mihi videmur nos quoque impigriores fore vitarum ſpectatores & æmulos meliorum, ſi nec peruerſarum & improbatarum ſimus rudes. Complectetur autem hoc volumen Demetrij Expugnatoris vitam & M. Antonij triumviri, hominum qui maximè aſtipulati ſunt Platoni, vitia item magna, vt virtutes, à magna proferri indole. Fuerunt æque luſtris vinoque dediti, bellicoſi, munifici, ſumptuoſi, inſolentes. Iam fortunæ quoq; habuerunt paritates conſentaneas. Non ſolum enim per totam vitam reliquam magnas res feliciter geſſerunt, magnis in rebus ceſpitauerunt, plurimis potiti ſunt, plurimas amiſerunt, inopinatò conciderunt, præter ſpem denuò ſunt excitati: verum etiam vitam finierunt. captus alter ab hoſtibus, alter penè in eam fortunam delapſus.

Igitur Antigonus duobus ſuſceptis ex Stratonice Corræi filijs, vnum fratris nomine Demetrium, paterno nomine alterum Philippum dixit. Ita fere plerique tradunt. Nonnulli verò non filium Demetrium Antigoni, ſed fratris eius memorant fuiſſe. Nam quum eſſet pater admodum eo infante defunctus, mater autem mox Antigono nupſiſſet, pro filio illius habitum. At Philippus non multis annis Demetrio minor fortè deceſſit. Demetrius corporis proceritate, quamuis procerus, minor parente fuit: forma verò & faciei venuſtate adeo mira atque excellenti, vt plaſtes vel pictor exprimere nullus imaginē eius poſſet. Eadem.n. venuſtatem & grauitatē, terrorē & hilaritatē habebat, confuſaq; erat cum iuvenili & feroci vultus aſpectu penè inimitabilis heroica quędam ſpecies & maieſtas regia. Perinde mores inerant ei pariter formidabiles hominibus & grati. Vt enim iucundiſſimus per otiū in familiari conſuetudine, atq; inter pocula, in delicijs, in victu regū omniū molliſſimus: ita vigilātiſſimus rurſus & intentiſſimus erat in reb. gerendis aſſiduitate & ſtrenuitate. qua in re præ cæteris dijs Liberū patrē æmulabatur, vt qui optime vti bello noſſet, cōtraq; pacem ex bellis alere, eſſetq; ad hilaritatē ac voluptates maxime compoſitus. Iam fuit ſingulariter patris amans.

Ἀλλὰ καὶ βλαβερῶν καὶ αἰσχρῶν καὶ ἀδίκων κρίσεις οὖσαι, τὴν ἀπειρίαν τῶν κακῶν καλλωπιζομένων ἀκακίαν οὐκ ἐπαγγοῦσιν, ἀλλ' ἀβελτηρίαν ἡγοῦνται, καὶ ἄγνοιαν ὧν μάλιστα γινώσκειν προσήκει τοὺς ὀρθῶς βιωσομένους. οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ Σπαρτιάται τοὺς εἵλωτας ἐν ταῖς ἑορταῖς πολὺν ἀναλισκάζοντες πίνειν ἄκρατον, εἰσῆγον εἰς τὰ συμπόσια, τοῖς νέοις οἷον ἐστὶ τὸ μεθύειν ἐπιδεικνύντες· ἡμεῖς δὲ τὴν οὐκ ἀφαιροῦσαν ἑτέρων ἐπανόρθωσιν, οὐ πάνυ φιλάνθρωπον οὐδὲ πολιτικὴν ἡγούμεθα. τῶν δὲ κεχρημένων ἀσκεπτότερον αὐταῖς, καὶ γενομένων ἐν ἐξουσίαις καὶ πράγμασι μεγάλοις ἐπιφανῶν εἰς κακίαν, οὐ χεῖρον ἴσως ἐστὶ συζυγίαν μίαν ἢ δύο παρεμβαλεῖν εἰς τὰ παραδείγματα τῶν βίων, οὐκ ἐφ' ἡδονῇ μὰ Δία καὶ ἀφαγωγῇ, τῶν ἐντυχόντων, ποικίλλοντας τὴν γραφήν, ἀλλ' ὥσπερ Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος ἐπιδεικνύμενος τοῖς μαθηταῖς, καὶ τοὺς εὖ καὶ τοὺς κακῶς αὐλοῦντας εἰώθει λέγειν, Οὕτως αὐλεῖν δεῖ, καὶ πάλιν, Οὕτως αὐλεῖν οὐ δεῖ. ὁ δὴ Ἀντιγενίδας καὶ ἥδιον ᾤετο τῶν ἀγαθῶν ἀκροᾶσθαι τοὺς νέους αὐλητῶν, ἵνα καὶ τῶν φαύλων πεῖραν λαμβάνωσι· οὕτω μοι δοκοῦμεν καὶ ἡμεῖς προθυμότεροι τῶν βελτιόνων ἔσεσθαι καὶ θεαταὶ καὶ μιμηταὶ βίων, εἰ μηδὲ τῶν φαύλων καὶ ψεγομένων ἀνιστόρητοι ἐγενόμεθα. περιέχει δὲ τοῦτο τὸ βιβλίον τὸν Δημητρείου τοῦ πολιορκητοῦ βίον, καὶ Ἀντωνίου τοῦ αὐτοκράτορος, ἀνδρῶν μάλιστα δὴ τῶν Πλάτωνι μαρτυρησάντων, ὅτι καὶ κακίας μεγάλας, ὥσπερ ἀρετάς, αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι. γεγόνασι δὲ ὁμοίως ἐρωτικοί, ποτικοί, γραπτικοί, μεγαλόδωροι, πολυτελεῖς, ὑβρισταί, καὶ τοῖς τὴν τύχην ὁμοιότητας ἀκολούθους ἔχον. οὐ γὰρ μόνον ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ μεγάλα μὲν κατορθοῦντες, μεγάλα δὲ σφαλόμενοι, πλείστων δὲ ἐπικρατοῦντες, πλεῖστα δὲ ἀποβαλόντες, ἀπροσδοκήτως δὲ κτησάμενοι, αὖθις πίστως δὲ πάλιν ἀναφέροντες διετέλεσαν. ἀλλὰ καὶ κατέστρεψαν, ὁ μὲν, ζῶντος ἔτι τοῦ πολεμίου, ὁ δὲ ἕλκισα τῷ παθεῖν τοῦτο γενόμενος.

Ἀντιγόνῳ τοίνυν δυοῖν υἱῶν ἐκ Στρατονίκης τῆς Κορραίου γενομένων, τὸν μὲν, ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ, Δημήτριον, τὸν δὲ, ἐπὶ τῷ πατρί, Φίλιππον ὠνόμασεν. οὗτός ἐστιν ὁ τῶν πλείστων λόγος. ἔνιοι δὲ τὸν Δημήτριον, οὐχ υἱὸν, ἀλλ' ἀδελφιδοῦν γενέσθαι τοῦ Ἀντιγόνου λέγουσιν. ἐπὶ νηπίῳ γὰρ αὐτῷ πεντάπασι τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, εἶτα τῆς μητρὸς εὐθὺς τῷ Ἀντιγόνῳ γαμηθείσης, υἱὸν ἐκείνου νομισθῆναι. τὸν μὲν οὖν Φίλιππον οὐ πολλοῖς ἔτεσι τὸν Δημητρίου νεώτερον ὄντα, συνέβη τελευτῆσαι· Δημήτριος δὲ μεγέθει μὲν οὐ τοσοῦτος ἐλάττων, καὶ τοσοῦτος ὢν μέγας· ἰδέᾳ δὲ καὶ κάλλει προσώπου, θαυμαστὸς καὶ περιβλεπτός· ὥστε τὸν πλαττόντων καὶ γραφόντων μηδένα τῆς ὁμοιότητος ἐφικέσθαι. τὸ γὰρ αὐτὸ χάριν καὶ βάρος καὶ φόβον καὶ ὥραν εἶχε, καὶ συνεκέκρατο τῷ νεανικῷ καὶ ἰταμῷ δεσμίμητος ἡρωϊκήτις ἐπιφανεία καὶ βασιλικὴ σεμνότης. οὕτω δέ πως καὶ τὸ ἦθος ἐπεφύκει πρὸς ἔκπληξιν αὐθεφόνων ἅμα καὶ χάριν. ἥδιστος γὰρ ὢν συγγίνεσθαι φιλάζοντι περὶ πότους καὶ ῥυφὰς καὶ διαίτας ἀβρυβιώτατος βασιλέων, ἐνεργότατον αὖ πάλιν καὶ σφοδρότατον τὸ περὶ τὰς πράξεις ἐνδελεχὲς εἶχε καὶ δραστήριον· ἢ καὶ μάλιστα τῶν θεῶν ἐζήλου τὸν Διόνυσον, ὡς πολέμῳ τε χρῆσθαι δεινότατον, εἰρήνῃ τε αὖθις ἐκ πολέμου χρῆσθαι, καὶ πρὸς εὐφροσύνῃ καὶ χάριν ἐμμελέστατον. ὢν μὲν οὖν καὶ φιλοπάτωρ ἀφόδρα·

τῇ δ' αἰεὶ τὴν μητέρα σεβόμενος καὶ τὸν πατέρα ὑμῶν ἐφαίνετο, δι' εὔνοιαν δηθεν μᾶλλον ἢ θεραπείαν τῆς δυνάμεως. καὶ ποτε πρεσβεία τινὶ τοῦ Ἀντιγόνου σχολάζοντος, ἀπὸ θήρας ὁ Δημήτριος ἐπέστη· καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ, καὶ φιλήσας, ὥσπερ εἶχε τὰς βολίδας, ἐκάθισε παρ' αὐτόν. ὁ δ' Ἀντίγονος ἀπιόντας ἤδη τοὺς πρέσβεις ἔξωθεν ἀποκρίσεις, » μεγάλῃ φωνῇ προσαγορεύσας, Καὶ τοῦτο εἶπεν, ὦ ἄνδρες, » ἀπαγγείλατε περὶ ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἀλλήλους οὕτως ἔχομεν· ὡς ἰσχύπνα σωμάτων βασιλικῶν, καὶ δυνάμεως ἐπίδοξιν οὖσαν, τὴν πρὸς τὸν υἱὸν ὁμόνοιαν καὶ πίστιν. οὕτως ἄρα πολύτιμον δυσχωνεύνητον ἡ ἀρχὴ, καὶ μεστὸν ἀπιστίας καὶ δυσνοίας, ὥστε ἀγάλλεσθαι τὸ μέγιστον τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων καὶ πρεσβύτατον, ὅτι μὴ φοβήσεται τὸν υἱὸν, ἀλλὰ πρόσιεται τὴν λόγχην ἔχοντα τοῦ σώματος πλησίον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μόνος ὡς εἰπεῖν, ὁ οἶκος οὗτος ἐπὶ πλείστας διαδοχὰς τῶν τοιούτων κακῶν ἐκαθάρθη· μᾶλλον δ' εἷς μόνος τῶν ἀπ' Ἀντιγόνου Φίλιππος ἀπέκτεινε υἱόν. αἱ δ' ἄλλαι σχεδὸν ἅπασαι διαδοχαὶ, πολλοὺς μὲν ἔχουσι παῖδας, πολλοὺς δ' μητέρων φόνους καὶ γυναικῶν. ὃ μὴν γὰρ ἀδελφοῖς ἀναιρεῖν, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι τὰ αἰτήματα λαμβάνουσιν, οὕτω συνεχωρεῖτο κοινὸν καὶ νομιζόμενον αἴτημα καὶ βασιλικὸν ὑπὲρ ἀσφαλείας. τοῦ μὴν καὶ φιλόνεικον φύσει καὶ φιλεταίρειν γενόμενον τὸν Δημήτριον ἐν ἀρχῇ, τοιόδε δείγμα τοιοῦτόν ἐστιν εἰπεῖν. Μιθριδάτης ὁ Ἀριοβαρζάνου παῖς, ἑταῖρος ὢν καθ' ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ συνήθης· ἐθεράπευε δ' Ἀντίγονον, οὔτε ὢν ὅτε δοκῶν πονηρός. ἐκ δ' ὀνειρείου τινὸς ὑποψίαν Ἀντιγόνῳ παρέσχεν. ἐδόκει μέγα καὶ καλὸν πεδίον ὁρῶν ὁ Ἀντίγονος, ψήματα χρυσίου καταπείρειν· ἐξ αὐτοῦ δ' πρῶτον μὲν ὑποφύεσθαι θέρος χρυσοῦν, ὀλίγῳ δ' ὕστερον, ἐπανελθὼν, οὐδὲν ἰδεῖν ἀλλ' ἢ τετμημένον καλάμην. λυπούμενος δ' καὶ πεισθεὶς, ἀκούσαι τινὰς λεγόντων ὡς ἄρα ὁ Μιθριδάτης ἐς Πόντον Εὔξεινον οἴχεται, τὸ χρυσοῦν θέρος ἐξαμησάμενος. ἐκ τούτου ταραχθεὶς, καὶ τὸν υἱὸν ὁρκώσας σιωπήσειν, ἔφρασε τοῦ ὄψιν αὐτῷ, καὶ ὅτι πρώτως τὸν ἀδελφὸν ἐκποδὼν ποιεῖσθαι καὶ διαφθείρειν ἔγνωκεν. ἀκούσας δ' ὁ Δημήτριος ἠθεάθη σφόδρα· καὶ τὸν νεανίσκον, καθάπερ εἰώθει, γελοιόμενον παρ' αὐτῷ, καὶ σιωπῶντος ὅτι σχολῇ, φθέγξασθαι μὴν οὐκ ἐτόλμησεν, οὐδὲ τῇ φωνῇ καταειπεῖν, διὰ τὸν ὅρκον· ὑπαγαγὼν δ' κατ' μικρὸν ἀπὸ τῶν φίλων, ὡς ἐγεγένησαν μόνοι καθ' αὑτοὺς, τῷ σύεσι τῆς λόγχης κατέγραφεν εἰς » τὸν γλῶ ὁρῶντος αὐτοῦ, Φεῦγε Μιθριδάτα. σιωπεῖς δ' ἐκεῖνος, » ἀπέδρα νυκτὸς εἰς Καππαδοκίαν. καὶ ταχὺ τὸν Ἀντιγόνῳ γιγνομένῳ ὄψιν ὑπὲρ αὐτοῦ συνετέλει τὸ χρεών. πολλῆς γὰρ καὶ ἀγαθῆς ἐκράτησε χώρας, καὶ τὸ τῶν Ποντικῶν βασιλέων γένος ὀγδόῃ που διαδοχῇ παυσάμενον ὑπὸ Ῥωμαίων, ἐκεῖνος παρέσχε. ταῦτα μὴν οὖν ὑφάς δείγματα τοῦ Δημητρείου πρὸς οἰκείους καὶ δικαιοσύνην. ἐπεὶ καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς Ἐμπεδοκλέους στοιχείοις, διὰ τὸ νεῖκος καὶ τὸν φιλίαν ἔνεστι διαφορὰ πρὸς ἀλλήλα καὶ πόλεμος, μᾶλλον δ' τοῖς ἀλλήλων ἀπολειπομένοις καὶ πελάζουσιν· οὕτω τὸν πᾶσι τοῖς Ἀλεξάνδρου διαδόχοις πρὸς ἀλλήλους ὄντα συνεχῆ πόλεμον, αἱ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν τόπων συναφαὶ πρὸς οἷοις ἐποίουν ἐπιφανέστερον, καὶ μᾶλλον ἐξέκαιον, ὥσπερ Ἀντιγόνῳ τότε πρὸς Πτολεμαῖον. αὐτὸς μὴν Ἀντίγονος ἐν Φρυγίᾳ διέτριβε· Πτολεμαῖον δ' ἀκούσας ἐν Κύπρῳ διαβαίνοντα πορθεῖν Συρίαν, καὶ τὰς πόλεις ἀπάγειν,

A Obseruare verò matrem etiam in patris gratiam videbatur ex syncera potius pietate quàm quòd potentiam eius captaret obsequijs. Ac quum aliquando audiret Antigonus certos legatos, si peruenit à venatione Demetrius, adijtque parentem, atq; eum osculatus, quum teneret adhuc iacula, apud eum assedit. Ibi Antigonus digredientes iam cum responso legatos alta voce appellans, Et hoc, inquit, de nobis legati renunciate, ita inter nos conuenire. quasi concordia cum filio suo fideq; quam ei habebat, regni nerui essent & potentiæ demonstratio. Nempe vsq; adeò insociabile vn-
B dequaq; est imperium, diffidentiæq; & maleuolentiæ plenum, vt summus inter Alexandri successores & natu maximus gloriaretur quòd non timeret filiũ, sed committeret lancea armato corpus suum. Verumenimverò vnica propè dixerim in multas successiones hæc domus eiuscemodi vacauit malis. Imò ex Antigoni posteris filium suum solus trucidauit Philippus. Reliquæ familiæ regum penè omnes frequẽtes habent liberorum, frequentes etiam matrum neces & vxorum. Nam fratrũ parricidia, vt petitiones geometræ sumunt, sic concedebantur habebanturque communis
C quędam petitio ad securitatẽ & regia. Adhęc humanum natura amicorumq; Demetrium amantem initio fuisse, hoc habeo exemplum commemorare: Mithridates Ariobarzanis, amicus erat eius, & propter ætatem familiaris. Hic in comitatu Antigoni erat, nec erat vel habebatur improbus: verùm ex somnio quopiam venit Antigono in suspicionem. Visus est sibi Antigonus amplum & pulchrum campum inire, atq; eum auri ramentis conserere: ex eo primum exurgere aurea messis, mox regressus nihil nisi demessum culmum videre. quum anxio & mœsto animo esset, audiuisse quosdam dicentes, Mithridatem in Pontum
D Euxinum fugere, asportantem auream messem defectã. Hinc trepidans, filio, iureiurando adacto taciturum, visum aperuit, ac se prorsus de medio tollere eum & interficere statuisse. Quod vt audiuit Demetrius, oppido fuit ei acerbum: adolescentique, quum more suo ipsum adisset, vt otium secum falleret, verbum facere, aut voce id detegere iurisiurandi religione dubitauit: sed abduxit eum paulatim ab amicis, atque vbi soli sine arbitris fuerunt, hastili in solo inspicienti illo descripsit, Fuge Mithridate. Eo aduerso profugit no-
E cte in Cappadociam, breuiq; oblatam Antigono de ipso visionem fatum compleuit. Ampla enim & præclara regione potitus est, regumque Ponti ille stirpem, quæ octaua ferme successione à populo Romano est deleta, edidit. Præclaræ indolis hæc ad humanitatem & iustitiam specimina extant Demetrij. Quia verò quemadmodum Empedoclis elementis discordiæ & concordiæ causa mutuùm inest diffidium & bellum, magisque contiguis & vicinis: ita bellum, quod inter omnes Alexandri successores fuit perpetuum, magis patefecerunt, in quosdam, magisque inflammauerunt prouinciarum & locorum confinia, sic-
F vt Antigonum tunc contra Ptolemæum. Ipse id temporis in Phrygia Antigonus agebat. Quum autem Ptolemæum transisse accepisset in Cyprum, & Syriam populari, vrbesq; solicitare,

& vi in potestatem suam redigere: filium Demetrium eò misit annos natum duos & viginti, qui tunc primùm per se magnis in bellis exercitũ ductare cœpit, atq; vt iuvenis & tyro cum viro confligens ex Alexandri palęstra, qui multa suo ductu & magna pręlia obierat, ad vrbẽ Gazam offendit, fusuſq; est octo millibus captis & quinq; millibus desideratis. Amisit simul tabernaculum, stipendium, totumq;, quo ad corporis cultum vtebatur, famulitium. Cæterùm remisit ei hæc cum amicis Ptolemæus, generoso & humano adiecto dicto, Non de vniuersis, sed esse de gloria ipsis & imperio decertandum. Quibus receptis, precatus Demetrius deos est ne eius beneficij diu maneret debitor, sed citò paria referret ei. Neque fuit iuvenili more attonitus quum in rerum gerendarũ esset vestibulo prostratus, sed vt constans dux rerum vicibus versatus, militum delectibus armisq; parandis intendit, atq; vrbes institit in potestate retinere, conscriptosq; exercere. Antigonus pugna nuntiata Ptolemæum imberbes ait nunc vicisse, sed iteratò dimicaturum cum viris. Ne animum autem infringeret aut perstringeret filij, petenti de integro per se præliari non prohibuit, sed concessit. Mox magnus cum copijs Ptolemęi dux Cilles quòd Demetrium ex priore aduerso pręlio contemneret, adfuit ad eum tota Syria summouendum. At Demetrius repentino insultu nõ expectantem perculit, atq; castra cum ipso cepit duce. Milites septem millia viuos in potestatem redegit, ac permagna præda potitus est. Victor exultauit non horũ causa quæ habiturus, sed quæ redditurus esset. Atq; ex victoria non ita opes & gloriam, vt pensitationem munificentiæ & gratiæ in Ptolemæum relationẽ est amplexus. Neque hæc tamen exequutus est ex suo arbitrio, sed ad patrẽ scripsit. Quo annuente, & mandante omnibus vt ex libitu suo vteretur, ipsum Cillem & amicos eius magnificè donatos remisit. Hoc naufragiũ exegit Ptolemæum Syria, & Antigonum victoria ouantem, filiumq; auentem aspicere, exciuit Celænis. Inde ad subiugandos Arabas quos Nabatæos appellant, Demetrius missus, quum incidisset in loca arentia, in periculum venit. At eo ipso quòd nõ expauesceret nec perculsus esset, percellens barbaros, ingenti capta pręda & septingentis camelis recepit se. Quũ verò Seleucus ante ab Antigono Babylonia emotus, recepta inde per se ea prouincia victor cum exercitu superiores regiones petisset, ad conterminas Indis gentes ac circumiectas Caucaso subigendas nationes: sperans vacuam se Demetrius Mesopotamiã deprehensurum, transmisso repentè Euphrate Babyloniam inuasit. Occupauit etiam altera (nam duæ erant) arce Seleuci præsidium summouere. qua potitus suum ibi septem millium militum imposuit. Ac quæcunque ex illa prouincia rapere possent, in prædam suam vertere militibus iussis, ad mare est regressus, firmius Seleuco relinquens imperium. quippe cedere videbatur, dum vastat quasi non iam suam. At Halicarnassum, quam obsidebat Ptolemęus, celeriter succurrens eripuit. Hoc factum quum ingentem his gloriam attulisset,

A καὶ βιάζεσθαι· κατέπεμψε τ' ὑὸν Δημήτριον, δύο καὶ εἰκοσιέτη ὄντα, καὶ στρατείας τότε πρῶτον αὐτοτελοῦς ὑπὸ πρόγμασι μεγάλοις ἀπόρμυον. οἷα δ' νέος καὶ ἄπειρος, ἀνδρὶ συμπεσὼν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρου παλαίστρας ἠθληκότι πολλοῖς καὶ μεγάλοις κατ' αὐτὸν ἀγῶνας, ἐσφάλη πρὸς πόλιν Γάζαν ἡττηθεὶς, ὀκτακισχιλίων ἁλόντων καὶ πεντακισχιλίων ἀποθανόντων. ἀπέβαλε δ' καὶ σκηνὴν καὶ χρήματα, καὶ ὅλως σύμπασαν τὴν περὶ τὸ σῶμα θεραπείαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν αὐτῷ Πτολεμαῖος ἀπέπεμψε μετὰ τῶν φίλων, ἀγνώμονα καὶ φιλάνθρωπον ἀνείπων λόγον, ὡς οὐ περὶ
B πάντων ἅμα, περὶ δόξης δ' καὶ ἀρχῆς πολεμητέον ἐστὶν αὐτοῖς. Δημήτριος δ' δεξάμενος εὔξατο τοῖς θεοῖς μὴ πολὺν χρόνον ὀφειλέτην γενέσθαι Πτολεμαίῳ χάριτος ἀλλὰ ταχέως ἀμείψασθαι παρὰ τῶν ὁμοίων. καὶ πάθος οὐ μειρακίου παθὼν, ἐν ἀρχῇ πράξεων ἀναβαπέντος, ἀλλ' ἐμβριθοῦς στρατηγοῦ, κεχρημένου πρὸς μετάτων μεταβολαῖς, ἀνδρῶν τε συλλογῆς καὶ κατασκευῆς ὅπλων ἐπεμελεῖτο· καὶ τὰς πόλεις παρὰ χρεὼς εἶχε, καὶ τοὺς ἀθροιζομένους ἐγύμναζεν. Ἀντίγονος δ' τῷ μάχῃ πυθόμενος, Πτολεμαῖον μὲν ἀγχυρείοις νενικηκότα ἔφηνεν, αὖθις δ' ἀγωνιεῖσθαι πρὸς ἀνδρας. τοῦ δ' ἡδὺ τὸ φρόνημα καθελὼν καὶ κωλύσας μὴ βουλόμενος, οὐκ ἐάσει πάλιν αἰτουμένῳ μάχεσθαι καθ' αὐτὸν, ἀλλ' ἀφῆκε. καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀφίκετο Κίλλης Πτολεμαίου στρατηγὸς μετὰ λαμπρᾶς δυνάμεως, ὡς ἐξελάσων Συρίας Δημήτριον ἁπάσης, τῷ πρεσβεύεσθαι καταφρονούμενος. ὁ δ' ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν οὐ προσαγορευομένῳ, καὶ φοβήσας, ἔλαβεν αὐτῷ στρατηγῷ τὸ στρατόπεδον· καὶ στρατιώτας μὲν ἑπτακισχιλίους ζῶντας εἷλε, χρημάτων δ' παμπόλλων ἐκυρίευσεν. ἔχαιρε δ' νικήσας, οὐχ οἷς ἔξειν, ἀλλ' οἷς ἀποδώσειν ἔμελλε· καὶ τῆς νίκης, οὐ τ' πλοῦτον οὔ-
D τως οὐδὲ τὴν δόξαν, ὡς τὴν φιλανθρωπεύματος ἐκείνου καὶ τὴν χάριν, ἠγάπησεν· οὐ μὴν αὐτονομόνως ταῦτα ἔπραξεν, ἀλλ' ἔγραψε τῷ πατρί. δόντος δ' ἐκείνου καὶ κελεύσαντος ὃν βούλεται πᾶσι χρῆσθαι τρόπον, αὐτόν τε τ' Κίλλιν, καὶ φίλοις αὐτῷ δωρησάμενος ἀφθόνως, ἀπέπεμψε. τοῦτο δ' πάθος Συρίας ἐξήλασε Πτολεμαῖον, Ἀντίγονον δ' κατήγαγεν ἐκ Κελαινῶν, χαίροντα τῇ νίκῃ, καὶ ποθοῦντα θεάσασθαι τ' ὑόν. ἐκ τούτου δ' τῶν Ἀρεσκόων τοῖς καλουμένοις Ναβαταίοις ἐπαγαγέσθαι πεμφθεὶς ὁ Δημήτριος, ἐκινδύνευσεν μὲν, εἰς τόπους ἀύδρους
E ἐμπεσὼν· ᾧ δ' μὴ ἀφαιρεθῆναι μηδ' ἐκπλαγῆναι καταπληξάμενος τοὺς βαρβάρους, λείαν τε λαβὼν πολλὴν, καὶ καμήλους ἑπτακοσίας παρ' αὐτῶν, ἀνεχώρησε. ἐπεὶ δ' Σέλευκος ἐκπεσὼν μὲν ὑπὸ Ἀντιγόνου τῆς Βαβυλωνίας πρότερον, ὕστερον δ' ἀναλαβὼν τὴν ἀρχὴν δι' αὐτῶν καὶ κρατῶν ἀνέβη μετὰ δυνάμεως, τὰ στρατοπεδεύματα τοῖς Ἰνδοῖς ἔθνη καὶ τὰς περὶ τ' Καύκασον ἐπαρχίας προσαξόμενος· ἐλπίζων Δημήτριος ἔρημον εὑρήσειν τ' Μεσοποταμίαν, καὶ φθάσας ἄφνω, τ' Εὐφράτην, εἰς τὴν Βαβυλωνίαν παρῆλθεν, διέφθη, καὶ τῆς ἑτέρας ἄκρας (δύο γὰρ ἦσαν) ἐκκρούσας τ'
F τῶν Σελεύκου φρουρὰν, καὶ κρατήσας, ἰδίους ἐγκατέστησεν ἑπτακισχιλίους ἄνδρας. ἐκ δ' τῆς χώρας ὅσα φέρειν ἢ ἄγειν ἠδύνατο τοὺς στρατιώτας ὠφελεῖσθαι καὶ λαμβάνειν κελεύσας, ἐπανῆλθεν ὑπὸ θάλασσαν, βεβαιοτέραν Σελεύκῳ τὴν ἀρχὴν ἀπολιπών. ἀξίσασθαι γὰρ ἐδόκει ὧν κακῶν, ὡς μηκέτι προσήκουσαν αὐτοῖς. Πτολεμαίου μὴν τοι πολιορκοῦντος Ἁλικαρνασσὸν, ὀξέως βοηθήσας ἐξήπασε τὴν πόλιν. ἐνδόξου δ' τῆς φιλοτιμίας ταύτης ἡνωμένης,

ὁρμὴ παρέῃ θαυμάσιος αὐτοῖς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν, ὑπὸ Κασάνδρου καὶ Πτολεμαίου καταδεδουλωμένην. τούτου πόλεμον οὐδεὶς ἐπολέμησε τῶν βασιλέων καλλίων καὶ δικαιότερον. ἃς γὰρ ἅμα τοῖς βαρβάροις ταπεινοῦντες ὑποφίας συνήγαγον, εἰς τοὺς Ἕλληνας ὑπὲρ ἀδοξίας καὶ ἀιμῆς ἀνήλισκον. ὡς ὁ πρῶτον ἐδόκει πλὴν ὑπὸ τὰς Ἀθήνας, τῶν φίλων εἰπόντος τινὸς πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ὅτι δεῖ ταύτην τὴν πόλιν, αἣ ἕλωσι, κατέχειν δι' αὐτῶν, ὑπιβάθραν τῆς Ἑλλάδος οὖσαν, οὐ προσέσχεν ὁ Ἀντίγονος, ἀλλ' ὑπιβάθραν μὴν ἔφη καλεῖν καὶ ἀσάλευτον εἶναι τὴν ἀνοιαν. τὰς δ' Ἀθήνας, ὥσπερ σκοπὸν τῆς οἰκουμένης, ταχὺ τῇ δόξῃ διαπυρσεύειν εἰς ἀπάντας ἀνθρώπους τὰς πράξεις. ἔπλει δὲ Δημήτριος ἔχων δεκαήρεις πεντακισχίλια τάλαντα, καὶ σόλον νεῶν πεντήκοντα καὶ διακοσίων ὑπὸ τὰς Ἀθήνας, ὃ μὴν ἄρτι Δημητρίου τοῦ Φαληρέως Κασάνδρῳ διοικοῦντος, ἐν δὲ τῇ Μουνυχίᾳ φρουρᾶς κατεστώσης. ἀτυχίᾳ δ' ἅμα καὶ προνοίᾳ χρησάμενος, ἐπεφαίνετο τῇ Πειραιᾷ πέμπτῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος, παραδεδομένου μὴν οὐδενός· ἐπεὶ δ' ὤφθη πλησίον ὁ σόλος, ἀπορούντων ὡς Πτολεμαϊκὰς τὰς ναῦς ὑποδεχεσθαι παρασκευαζομένων, ὀψὲ συμφρονήσαντες ἐβοήθουν οἱ στρατηγοί· καὶ δόρυβος ἦν, οἷς εἰκὸς ἐν ἀπροσδοκήτῳ πολεμίους ἀποβαίνοντας ἀναγκαζομένων ἀμύνεσθαι. τοῖς γὰρ σώμασι τῶν λιμένων ἀκλείστοις ὑπιτυχὼν ὁ Δημήτριος, καὶ διεξελάσας ἐντός, ἤδη καταφανὴς πᾶσι, καὶ διεσήμηνεν ἀπὸ τῆς νεὼς αἴτησιν ἡσυχίας καὶ σιωπῆς. θορυβούντων δ' τούτου, κήρυκα προσησάμενος, ἀνεῖπεν ὅτι πέμψειεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀγαθῇ τύχῃ Ἀθηναίοις ἐλευθεροῦντα, καὶ τὴν φρουρὰν ἐκβαλοῦντα, καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καὶ τὴν πάτριον ἀποδώσοντα πολιτείαν. ἀναρρηθέντων δ' τούτων, οἱ μὲν πολλοὶ τὰς ἀσπίδας προσθέμενοι τοῖς ποδσὶν, ἀνεκρότησαν, καὶ βοῶντες ἐκέλευον ἀποβαίνειν τὸν Δημήτριον, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀναγορεύοντες· οἱ δὲ περὶ τὸν Φαληρέα, πολῖται μὲν ὤοντο δεῖν δέχεσθαι τὸν κρατοῦντα, κἂν οὐδὲν ὧν ἐπαγγείλαιτο μέλλοι βεβαιοῦν. ὅμως δὲ πρέσβεις δεομένοις ἀπέστειλαν, οἷς ὁ Δημήτριος ἐντυχὼν φιλανθρώπως, συνέπεμψε παρ' ἑαυτοῦ τῶν παλαιῶν φίλων, τὸν Μιλήσιον Ἀριστόδημον. τὸν δὲ Φαληρέως διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς πολιτείας μᾶλλον τοὺς πολίτας ἢ τοὺς πολεμίους φοβουμένου, οὐκ ἠμέλησεν ὁ Δημήτριος, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν αἰδεσθεὶς καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς, εἰς Θήβας αὐτὸν, ὥσπερ ἠβούλετο, μετ' ἀσφαλείας συνεξέπεμψεν. αὐτὸς δὲ τὴν μὲν πόλιν οὐκ ἀν ἔφη, καίπερ ἐπιθυμῶν, ἰδεῖν πρότερον ἢ πολίτας ἅπασιν ἐλευθεράσας, τῆς φρουρᾶς ἀπαλλάξας. τῇ δὲ Μουνυχίᾳ χαρακώμα καὶ τάφρον περιβαλὼν διὰ μέσου, Μεγάροις ἐπέπλευσεν ὑπὸ Κασάνδρου φρουρουμένοις. πυθόμενος δὲ τὴν Αλεξάνδρου τοῦ Πολυσπέρχοντος γυναῖκα Κρατησίπολιν, ἐν Πάφῳ διατρίβουσαν, οὐκ ἀν ἀνδρὸς γενέσθαι μετ' αὐτοῦ, περιβόητον οὖσαν ὑπὲρ κάλλους, καταλιπὼν τὴν δύναμιν ἐν τῇ Μεγαρικῇ, παρῆλθεν ὀλίγους ἱππεῖς ἔχων σὺν αὐτῷ. καὶ τούτων πάλιν ἀποστρέψας, ἀπεσκίδασε χωρὶς, ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὴν γυναῖκα συνεισελθοῦσαν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ οἱ θορυβοῦντες τῶν πολεμίων, ἐξαίφνης κατέδραμον ἐπὶ αὐτόν· ὁ δὲ φοβηθεὶς, καὶ λαβὼν χλαμύδιον ἀτελὲς, δρόμῳ φεύγων ἐξέφυγε, ὀλίγου δεήσας αἱρεθῆναι ἄλωσιν ἐξ ἀκρασίας ἐλθεῖν. τὴν δὲ σκηνὴν μετὰ τῶν χρημάτων ἔχοντο λαβόντες οἱ πολέμιοι. τῶν δὲ Μεγαρέων ἁλόντων,

A magna cupido incessit eos oppressam à Cassandro & Ptolemæo vniuersam liberandi Græciam. Eo bellum nullus regum splendidius gessit vel iustius. Quas enim ex barbarorum præda collegerant opes, eas in Græcos pro gloria & laude profundebant. Vt primùm Athenas nauigare stetit sententia, quum subijceret quidam ex amicis Antigono, hanc vrbem, si essent ea potiti, præsidio ipsis quasi pro scalis Græciæ retinendam: non est eum Antigonus sequutus, sed scalas ait præclaras esse & firmas beneuolentiam: Athenas verò, vt orbis terræ speculam, mox res gestas suas laudibus
B apud omnes mortales illustraturas. Nauigauit Athenas Demetrius quinq; millibus talentûm argenti, & nauium ducentarum subcinctus classe. Vrbem Demetrius Phalereus Cassandri nomine regebat. Munychia tenebatur præsidio. Sed secũda fortuna simul & prouidentia vsus, repente ad Piræum die vigesimo sexto mensis Thargelionis ex improuiso applicuit. Vt propè in conspectum venit classis, omnibus vt Ptolemæi naues recipere eam parantibus, tandem re intellecta duces institerunt occurrere: fuitq; tumultus, qualem verisimile est, quum hostium descensionem arcere
C nec opinatam cogerentur. Siquidem fauces portus nactus apertas Demetrius, inuectusque est iam omnibus conspicuus, signoque ex naui dato audientiam & silentiũ postulauit. Quo dato pronuntiauit per præconem parentem se, quod felix faustumq; esset, ad liberandas Athenas præsidiumq; eijciendum misisse, atq; ad leges illis pristinamq; remp. reddendam. His prędicatis, vulgus depositis ad pedes clypeis ingẽti plausu & clamore, vt exiret de naui Demetrius hortati sunt, seruatoremq; & benefactorẽ appellauere. Phalerei cohors omnis, quamuis recipiendũ censebant potentiorem: vt nihil eorum quæ ostendebat, esset
D prestaturus, legatos tamen cum supplicijs misere. Quos Demetrius benignè affatus, ex paternis amicis cum eis suo nomine misit Milesium Aristodemum. Phalereum verò, ciuium magis ob reipublicæ mutationem quàm hostium metuẽtem, non neglexit Demetrius: sed dignitatis eius & virtutis veneratione Thebas eum, vti petebat, addito præsidio deduci iussit. Vrbem ipse negauit se, quamuis desiderio teneretur, prius visurũ quàm pulso præsidio libertatem ei reddidisset solidam. Munychiam vallo fossaque cinxit. Dum tenet obsidio Megaram insessam à Cassandro, infestus
E nauigauit. Quum esset autem ad eum allatum, Cratesipolim, quæ Alexandro Polyperchontis fuerat nupta, Patris agentem, cupere se ad ipsum conferre, celebratæ mulierem formæ: relicto in finibus Megaricis exercitu, perrexit illuc cum expeditis, atque rursus ab his abscedens, nequis congredientem secum sentiret, reduxit seorsum tabernaculum. Quod quia quidam de hostibus odorati sunt, repentè incurrerunt in eum. Ille pauidus, obsoleta sumpta chlamydula, concitataque fuga, proripuit se, ac parum abfuit quin ob libidinem fœdissimè venerit in ho-
F stium potestatem. Hostes direpto cum pecunia tabernaculo eius, receperunt se. Capta Megara,

militibusque ad prædandum conuersis, Athenienses enixè deprecati sunt pro Megarensibus. Ita præsidio eiecto reddidit Demetrius illi ciuitati libertatem. Dum hæc agit, philosophi ei in mentem venit Stilponis, qui existimabatur vitam sectari tranquillam. Hunc accitum rogauit nunquid rerum ipsius quisquam cepisset: cui Stilpon, Nemo, inquit. Neminem enim vidi scientiam qui eriperet. Quum seruitia essent penè omnia surrepta, ageret autem iterum cum eo Demetrius benignè, tandemq; digrediens diceret, Liberã Stilpon ciuitatem vestram relinquo: Recte ais, inquit. nullum enim nostrũ servum reliquisti. Postquam verò ad Munychiam reuersus castris ibi permunitis deiecit præsidium, arcemq; excidit: tum deniq; inuitantibus eum & excipientibus Athenienſibus vrbem inijt, concioneq; aduocata veterem restituit ijs reipublicæ formam. Addit promissum, missurum ipsis patrem suum centum quadraginta millia medimnûm tritici, & materiã ad centum triremes faciendas. Populus Atheniensis vbi anno quintodecimo popularem reipub. formam recuperauit, (nam intermedium tempus à bello Lamiaco & pugna ad Cranona commissa, verbo paucorum, reuera vnius propter Phalerei potentiam viguerat dominatus) tam splendidum beneficijs Demetrium & magnificum immodicis honoribus, quos ei decreuerunt, odiosum & grauem reddidere. Nam omnium primum Demetrium & Antigonum reges appellauerunt, hoc nomen in eam diem auersatos: quod quidem ex insignibus regijs vnum adhuc Philippi & Alexandri generi illibatum alijs & intactũ supererat. Soli eos seruatores deos in acta retulerunt, abrogatoque vetere magistratu Archonte, à quo denominabatur in fastis annus, Seruatorum sacerdotem quotannis creauerunt, quem plebiscitis contractibusque præscripserunt, sciueruntque vt eorum cum dijs nomina peplo intexerentur. Locum etiam vbi primum descenderat de curru, consecrauerunt, posueruntque ibi aram, quam Demetrij Catabatæ, id est desultoris, nominauere. Insuper tribubus duas adiecere, Demetriadem & Antigonidem, curiamque quingentenariam tum primùm sexcentenariam fecere: quod singulę tribus quinquagenos senatores præberent. Superauit omnia Stratoclis commentum. Iste fuit enim scitorum horum & præclarorum designator blandimentorum. qui promulgauit vt qui ex plebiscito publice ad Antigonum & Demetrium mitterentur, pro legatis dicerentur theori, sicut qui Delphos & Olympiam solennibus Græcorum victimas pro ciuitatibus agunt. Erat vel aliàs proiectæ Stratocles audaciæ, & lasciuam vitam agebat, procacitateque & insolentia veteris Cleonis videbatur ad populum licentiam referre. Meretrix erat ei domi Phylacium. quæ quum aliquando ad cœnam ei cerebella & colla emisset, Papæ, inquit, hæc obsonata es, quibus, tanquam pilis, nos qui gerimus rempublicam, ludimus. Quum cladem illam Athenienses naualem apud Amorgon accepissent, præuertens nuntios coronatus per Ceramicum incessit, ac victoriam nuntiauit, tulitque rogationem vt eius causa dijs immortalibus gratię haberentur, atque viscerationem populo tributim dedit.

A καὶ τῶν τραπωτῶν ἐφ' ἁρπαγῇ δαπολεμούντων, Ἀθηναῖοι παρητήσαντο πολλῇ δεήσει τὴς Μεγαρέας· καὶ τὸν Φερεκλῆν ὁ Δημήτριος ἐκβαλὼν, ἠλευθέρωσε τὴν πόλιν. ἐπὶ τούτοις τοῦ φιλοσόφου Στίλπωνος ἐμνήσθη, δόξαν ἔχοντος ἡσυχίας καὶ βιοῦν. μεταπεμψάμενος οὖν ἠρώτα μή τις εἴληφέ τι τῶν ἐκείνου. καὶ ὁ Στίλπων, Οὐδείς· (εἶπεν) οὐδένα γὰρ εἶδον ἐπιχειρήσαντα ἀποφέρειν. τῶν δὲ θεραπόντων φεύγειν ἀπολωλότων καὶ λαφυραγωγούντων, ἐπεὶ πάλιν αὐτὸν ὁ Δημήτριος ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ τέλος ἀπαλλαττόμενος εἶπεν, Ἐλευθέραν ὑμῖν, ὦ Στίλπων, ἀπολείπω τὴν πόλιν· Ὀρθῶς (ἔφη) λέγεις. οὐδένα γὰρ ἡμῖν δοῦλον ἀπολέλοιπας. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐπανελθὼν πρὸς τὴν Μουνυχίαν, καταστρατοπεδεύσας ὀχύρωσε τὴν φρουρὰν, καὶ κατεσκάψε τὸ φρούριον, οὕτως ἤδη τῶν Ἀθηναίων δεχομένων καὶ καλούντων, παρελθὼν εἰς τὸ ἄστυ, καὶ συναγαγὼν τὸ δῆμον, ἀπέδωκε τὴν πάτριον πολιτείαν· καὶ προσυπέσχετο τοῦδε τοῦ παντὸς αὐτοῖς ἀφίξεσθαι σίτου πεντεκαιδέκα μυριάδας μεδίμνων, καὶ ξύλων ναυπηγησίμων πλῆθος εἰς ἑκατὸν τριήρεις. Ἀθηναῖοι δὲ ἀπολαβόντες τὴν δημοκρατίαν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ· τὸ δὲ μέσον χρόνον ἀπὸ τῶν Λαμιακῶν καὶ τῆς περὶ Κρανῶνα μάχης, λόγῳ μὲν ὀλιγαρχικῆς, ἔργῳ δὲ μοναρχικῆς καταστάσεως ἡγουμένης, διὰ τὴν τοῦ Φαληρέως δυνάμιν, οὕτω λαμπρὸν ἐν ταῖς εὐεργεσίαις καὶ μέγαν φανέντα τὸν Δημήτριον, ἐπαχθῆ καὶ βαρὺν ἐποίησαν τοῖς ἐμοῖς ταῖς ἀμετρίαις αἷς ἐψηφίσαντο. πρῶτον μὲν γὰρ ἀπολύτων τὸν Δημήτριον καὶ Ἀντίγονον βασιλεῖς ἀνηγόρευσαν, ἀνέως ἀφοσιουμένοις τοὔνομα, καὶ τοῦτο δὴ μόνον τῶν βασιλικῶν ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου πρόσεσθαι δοκοῦν ἄθικτον ἑτέροις καὶ ἀκινώνητον. μόνοι δὲ Σωτῆρας ἀνέγραψαν θεοὺς, καὶ τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον ἄρχοντα καταπαύσαντες, ἱερέα Σωτήρων ἐκλεγόμενοι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν· καὶ τοῦτον ἐπὶ τῶν ψηφισμάτων καὶ τῶν συμβολαίων προγράφον. ἐνυφαίνεσθαι δὲ τῷ πέπλῳ μετὰ τῶν θεῶν αὐτοὺς ἐψηφίσαντο· καὶ τὸν τόπον ὅπου πρῶτον ἀπέβη τοῦ ἅρματος, καθιερώσαντες, καὶ βωμὸν ἐπιθέντες, Δημητρίου καταβάτου προσηγόρευσαν. καὶ τὰς φυλὰς δύο προσέθεσαν, Δημητριάδα καὶ Ἀντιγονίδα· καὶ τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων πρῶτον, ἑξακοσίων ἐποίησαν, ἅτε δὴ φυλῆς ἑκάστης πεντήκοντα βουλευούσης παρεχομένης. ὃ δὲ ὑπερφυέστατον ἐνθύμημα, τοῦ Στρατοκλέους (οὗτος γὰρ ἦν ὁ τῶν σοφῶν τούτων καὶ προστιθεὶς καινουργὸς ἀρεσκευμάτων) ἔγραψεν ὅπως οἱ πεμπόμενοι κατὰ ψήφισμα δημοσίᾳ πρὸς Ἀντίγονον ἢ Δημήτριον, οἱονεὶ θεωροὶ τῶν θεωροὶ λέγοιντο, καθάπερ οἱ πυθοῖ καὶ ὀλυμπιάζε τὰς πατρίους θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀπάγοντες ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἑορταῖς. ἦν δὲ καὶ τἄλλα τοιαῦτα βωμολόχος ὁ Στρατοκλῆς, καὶ βεβιωκὼς ἀτελῶς, καὶ τῇ τοῦ παλαιοῦ Κλέωνος ἀπομιμεῖσθαι δοκῶν βωμολοχίᾳ καὶ βδελυρίᾳ τὸν πρὸς τὸν δῆμον ἐχρῆτο. ἔχε δὲ τὸν ἑταίραν Φυλάκιον ἀνειληφώς· καί ποτε αὐτὸν πρὸς δεῖπνον ἐξ ἀγορᾶς πριαμένης ἐγκεφάλους καὶ τραχήλους, Πάπαι (εἶπε) τοιαῦτά τοι ὠψῶν χρῆσις ἐστὶν οἷς σφαιρίζομεν οἱ πολιτευόμενοι. τῆς δὲ περὶ Ἀμοργὸν ἥττης τῶν νεῶν συμβάσης τοῖς Ἀθηναίοις, φθάσας τοὺς ἀπαγγέλλοντας, εἰσήλασεν ἐστεφανωμένος διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ· καὶ προσαγορεύσας ὅτι νενικήκασιν, εὐαγγέλια θύειν ἔγραψε, καὶ κρεωδοσίαν ἑνὶ καθ' φυλὴν ἐποίησεν.

ὀλίγῳ δ' ὕστερον τῶν τὰ ναυάγια κομιζόντων ἀπὸ τῆς μάχης
παραγενομένων, καὶ τοῦ δήμου πρὸς ὀργὴν καλεσάντος αὐ-
τὸν, ἀναμφῆς ὑποστὰς τὸ θόρυβον, Εἶτα (ἔφη) οἴ πεπόνθατε
δεινὸν, εἰ δύο ἡμέρας ἡδέως γεγόνατε; τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ Στρατο-
κλέους θρασύτης. ἰσχὺς δ' ἄρα καὶ πυρὸς ἕτερα θερμότερα, καὶ
τὴν Αἰσχρολογίαν. γράφει γὰρ τις δεῖνος, ὑπερβαλλόμενος ἀνε-
λευθερίᾳ τὸν Στρατοκλέα, δέχεσθαι Δημήτριον, ὁσάκις ἂν
παραγένηται, τοῖς Δήμητρος καὶ Διονύσου ξενισμοῖς. ᾧ δ' ὑπερ-
βαλλομένῳ λαμπρότητι καὶ πολυτελείᾳ τὴν ὑποδοχὴν, ἀρ-
γύριον εἰς ἀνάθημα δημοσίᾳ δίδοσθαι. τέλος δ' τῶν τε μη-
νῶν τὸν Μουνιχιῶνα, Δημητριῶνα, καὶ τῶν ἡμερῶν τὴν ἑνὶ-
καὶ νέαν, Δημητριάδα προσηγόρευσαν, καὶ τὴν ἑορτὴν τὰ Διο-
νύσια μετωνόμασαν Δήμητρια. ἐπεσήμαινε δ' τοῖς πλείοσι
τὸ θεῖον. ὁ μὲν γὰρ πέπλος, ὡς φασὶ ἐψηφίσαντο, μετὰ τὸν Διὸς καὶ τὸν
Ἀθηνᾶς προσενεφαινομένων Δημήτριον καὶ Ἀντίγονον,
περιπόμενος δεῖ τοῦ κεραμεικοῦ, μέσος ἐρράγη, θυέλλης ἐμ-
πεσούσης. πρὸς δ' τοὺς βωμοὺς τοὺς ἐκείνων, δεῖ λύθησιν ἡ γῆ κύ-
κλῳ πολὺ κώνειον, ἀνῶς μηδὲ τὸν χώρας πολλαχοῦ φυόμενον. τῇ δ' ἡμέρᾳ ᾗ τὰ Διονύσια ἐγένετο, τὴν πομπὴν κατέλυσαν,
ἰσχυρῶν πάγων γενομένων παρ' ὥραν· καὶ πάχνης βαθείας πε-
σούσης, οὐ μόνον ἀμπέλους καὶ συκᾶς ἁπάσας ἀπέκαυσε τὸ
ψῦχος, ἀλλὰ καὶ τοῦ σίτου τὸ πλεῖστον κατέφθειρεν ἐν χλόῃ.
διὸ καὶ Φιλιππίδης, ἐχθρὸς ὢν τοῦ Στρατοκλέους, ἐν κωμῳ-
δίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐποίησε ταῦτα,

Δι' ὃν ἀπέκαυσεν ἡ πάχνη τὰς ἀμπέλους,
Δι' ὃν ἀσεβοῦντα ὁ πέπλος ἐρράγη μέσος,
Τὰς τῶν θεῶν ἡμᾶς ἀνθρωπίνας ποιοῦντα.
Ταῦτα καταλύει δῆμον, οὐ κωμῳδία.

ἰσῶς δ' ὁ Φιλιππίδης, Λεισιμάχου φίλος, καὶ πολλὰ δι' αὐτὸν ὁ
δῆμος δεῖ ἔπαθεν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ἐδόκει δ' καὶ πρὸς πρᾶ-
ξιν αὐτῷ καὶ πρὸς στρατείαν εὐσύμβολος ἀποφαινόμενος εἶ καὶ
ὀφθείς. ἀνῶς δ' καὶ τὸ ἦθος εὐδοκίμει, μηδὲν ἐνοχλῶν,
μηδὲ αὐλικῆς περιεργίας ἀναπιμπλάμενος. φιλοφρονου-
μένου δέποτε τοῦ Λεισιμάχου πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντος, Ὦ
Φιλιππίδη, τίνος σοι τῶν ἐμῶν μεταδῶ; Μόνον (ἔφη) βασιλεῦ,
μὴ τῶν ἀπορρήτων. τοῦτον μὲν οὖν ὀψὲ τῆνδε ἐκείνῳ παρεθή-
καμεν, ὅ ἀπὸ τοῦ βήματος, τὴν ἀπὸ τῆς θυμέλης. ὁ δ' μάλιστα
τῶν ἡμῶν ὑπερφυὲς ἰσῶς καὶ ἀλλόκοτον, ἔγραψε Δεῳμοκλείδης
ὁ Σφήττιος, ὑπὲρ τοῦ τὰ ἀσπίδων ἀναθέσεως εἰς Δελφοὺς παρὰ
Δημητρίου λαβεῖν χρησμόν. αὐτίκα δ' παρεγράφω τὴν λέξιν
ἐκ τοῦ ψηφίσματος, οὕτως ἔχουσαν, Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθω
τῷ δήμῳ, χειροτονῆσαι τὸν δῆμον, ἕνα ἄνδρα ἐξ Ἀθηνῶν, ὅστις
ἀφικόμενος πρὸς τὸν σωτῆρα καὶ καλλιερησάμενος, ἐρω-
τήσει Δημήτριον τὸν σωτῆρα πῶς εὐσεβέστατα καὶ κάλλιστα
καὶ τὴν χάριν ὁ δῆμος τὴν ἀποκαταστάσασιν ποιήσαιτο τῶν αἰνα-
θημάτων ὅτι δ' ἂν χρήσῃ, ταῦτα πρακτέον τὸν δῆμον. οὕτω κα-
ταμωκώμενοι τοῦ ἀνθρώπου, πρὸς διέφθειραν αὐτὸν, οὐδὲ
ἀνῶς ὑγιαίνοντα τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ἔν γε ταῖς Ἀθήναις
τότε φολάζων, ἠγάγετο χηρεύουσαν Εὐρυδίκην, ἣ Μιλτιά-
δου μὲν ἦν ἀπόγονος τοῦ παλαιοῦ, συνοικήσασα δ' Ὀφέλ-
λᾳ τῷ Κυρήνης ἄρξαντι, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν
ἀφίκετο πάλιν εἰς τὰς Ἀθήνας. οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τὸν γά-
μον τοῦτον εἰς χάριν ἔθεντο καὶ τιμὴν τῆς πόλεως. ἀνῶς δ' ὁ
Δημήτριος εὐχερὴς ἦν πρὸς γάμους, καὶ πολλαῖς ἅμα συν-
οικῶν γυναιξὶν, ὧν ἀξίωμα μέγιστον εἶχε καὶ τιμὴν Φίλα,

φέλλαν uocat Did. τὰ τοῦ Κυρήνης ἄρξαντι xx. Palmer.

A Mox adfuere qui naufragia pugnæ retulerunt. Vbi hîc ira incensus acciuit eum populus, tumultum subsistens impudenter, Quid tandem, inquit, iniuriæ accepistis si duos dies transegistis per lætitiam? Ea extitit Stratoclis audacia. Iam fuerunt etiam igne alia feruidiora, vt Aristophanis verbis vtar. Nam rogationem alius quidam promulgauit, impudentia superans Stratoclem: vt Demetrium, quotiescunque appelleret, Cereris & Liberi patris lautitijs exciperent. qui splendore & magnificentia in eo excipiendo excelluisset, vt pecunia huic de publico tribueretur ad donum
B dijs ponendum. Ad postremum, mensem Munychionа Demetriona, & diem mensis trigesimum Demetriadem appellauerunt. Adhæc Bacchanalia mutato nomine vocauerunt Demetria. At in plerisq; demonstrarunt dij portentis offensionem suam: quando peplum, in quo Demetrius & Antigonus ex plebiscito fuerãt vnà cum Ioue & Minerua intexti, dum per Ceramicum transfertur, irruente procella medium laceratum est. Circa aras illorum frequens in ambitu edita cicuta, quũ nec ea regio passim istam fundat. Quo die agi solent Bacchanalia, pompã intermiserunt, quòd in-
C gens & intempestiuum gelu extitisset. & quia frequens deciderat pruina, non vineas modò & ficos omnes aduffit frigus, sed frumentum quoque maxima ex parte in herba perdidit. Quapropter Stratoclis inimicus Philippides his versibus perstrinxit eum in Comœdia.

Quem propter obfuit pruina vitibus,
Propter quem agentem non piè scissum est peplum,
Laudem deûm qui contulit mortalibus:
Populo hæc ferunt noxam, non comœdia.

Vtebatur Philippides Lysimacho familiariter, multaque eius gratia populus à rege beneficia accepit. Huius videbatur occursus & conspectus
D bonum omen illi ad res gerendas & expeditiones adferre. Fuit alioquin ei etiam ob mores probatus, quòd non esset importunus, & aulica vacaret affectatione. Agente cum eo aliquando comiter Lysimacho, ac dicente, Quid tibi Philippide rerum mearum impertiar? Tantùm (inquit) ne, rex, secreta. Hunc de industria cum illo contendimus, cum concionali scenicum. Quod verò præter cæteros honores modum excessit & fuit absonum, de consecrandis apud Delphos clypeis, Dromoclides Sphettius rogationem tulit, vt oraculum à Demetrio peterent. Verba ipsa
E ascribam legis, quæ sic habent: Quod felix faustumque sit, velit iubeat populus, vnum vt populus ciuem Athenienſem designet, qui ad Seruatorem profectus, vbi litauerit, consulat Demetrium Seruatorem, quemadmodum religiosissime, commodissimè, & ocyssimè dona dedicaturus sit. quamcunque dederit dictionem, eam vt populus sequatur. Ita hominem deridentes insuper dementauerunt, nec aliàs satis sanum. At ille Athenis tunc otio indulgens Eurydicen viduam matrimonio sibi iunxit. Fuit illa veteris Miltiadis proneptis, & Opheltæ nuptias, Cyrenæorum
F principis, tenuerat. Quo defuncto remigrauerat Athenas. Has nuptias posuerunt in beneficio & honore ciuitatis suæ Athenienses. Cæterùm erat aliàs ad nuptias Demetrius procliuis, multasque vno tempore coniuges habebat: quarum erat maxima in dignatione & honore Phila,

tum propter patrem Antipatrum, tum quòd etiam matrimonio iuncta fuisset Cratero, qui summum ex Alexandri successoribus desiderium sui reliquerat Macedonibus. Hanc scilicet Demetrio admodum iuueni suasit pater vt ætate sibi nõ respondentem, sed maiorem, duceret. Abhorrenti dicitur in aurem hoc Euripideum insusurrasse,

Vbi lucrum suadet, reluctetur licet
Natura, ducas coniugem.

Vbi Ducas coniugem, pro Seruias, scite subiecit. Atqui hunc Demetrius Philæ cæterisque coniugibus honorem habuit, impudenter vt consueseret multis scortis & multis liberis matronis, essetque supra illius æui reges ex hac libidine infamis. Vt pater eum ad bellum Ptolemæo de Cypro mouendum exciuit, habuit necessarium obtemperare ei. Cæterum moleste ferens quod bellum pro Græciæ libertate cogeretur, præclarius & illustrius, omittere: Ptolemæi ducem Cleonidem, qui Sicyonem & Corinthum tuebatur, pecunia pertentauit certis interpretibus, illas ciuitates vt relinqueret liberas. Renuente illo, confestim cum copiis conscendit, petiitque Cyprum, & fratrem Ptolemæi Menelaum signis collatis protinus fudit. Mox contulit se eo Ptolemæus ipse cum ingentibus pedestribus simul & naualibus copiis, ac minæ quædam insolentes disputationesque habitæ sunt, Ptolemæo Demetrium vt recederet prius monente quàm à toto coacto exercitu suo obtereretur: Demetrio omissurum se illum ostendente, si Sicyone & Corintho præsidium se deducturum recepisset. Certamen hoc non illis ipsis modo, verumetiam omnibus dynastis grandem mouit impendentis expectationem euentus: quod non Cyprum, non Syriam, sed principatum inter omnes victoria protinus esset palmam referenti præbitura. Igitur Ptolemæus ipse centum quinquaginta nauibus infestus petiit hostem. Menelao ex Salamine imperauit vt sexaginta nauibus in ipso pugnæ ardore inueheret, & Demetrii nauium terga cæderet ordinesque turbaret. His sexaginta Demetrius decem obiecit. Tot enim arctum excludere portus exitum valebant. Ipse pedestres copias instructas per prominentia in pelagus promontoria circumfudit, ac sic centum octoginta nauibus est in altum prouectus. Illatus magna impressione & impetu Ptolemæum vi pepulit. Qui, vt profligatus est, citato cursu cum solis octo nauibus profugit. Neque enim plures ex omnibus euasere. Cæteræ partim in prælio depressæ, septuaginta cum propugnatoribus & sociis naualibus captæ. Ex turba, quæ in nauibus onerariis circa litus stationem habebant, seruitiorum, amicorum Ptolemæi, fœminarumque, adhæc armorum, stipendii, machinarum, nihil prorsus elapsum Demetrio est, sed omnia cepit, atque in castra deportauit. In his nobilis illa fuit Lamia, quæ initio propter artem fuit in pretio habita. Siquidem scienter tibia canebat. Post extitit commercio meretricio celebris. Tunc verò etiam exolescente forma multo se minorem pellexit Demetrium, adeoque lepore deuinxit & cepit eum, vt ab aliis mulieribus amaretur, vnius illius esset amator. Secundum prælium nauale etiam Menelaus manus dedit, Salaminaque Demetrio & naues & pedestres copias tradidit:

A δι' Ἀντίπατρον τ̃ πατέρα, καὶ δι' ὃ τὸ τοῦ συνωκηκέναι Κρατερῷ, τῷ πλείστην δόξαν αὐτῷ τῶν ἐν Μακεδόσι τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων ἀπολιπόντι. Ταύτῃ (ὡς ἔοικε) γαμεῖν νέον ὄντα τ̃ Δημήτριον ἐπείθεν ὁ πατήρ, οὐκ οὖσαν αὐτῷ κατ' ἡλικίαν, ἀλλὰ πρεσβυτέραν, λαβεῖν ἀποθύμως δ' ἔχοντι, λέγεται πρὸς τὸ οἷς Εὐριπίδειον εἰπεῖν, Ὅπου δ' κέρδος, τοῦδε φύσιν γαμητέον· ὁμοιόπλοκόν τι τῷ δουλεύειν ἀθυρρημονήσας. τοιαύτη μὲν οὖν τις ἦν ἡ τ̃ Δημητρίου τιμὴ πρὸς τὴν Φίλαν καὶ τὰς ἄλλας γαμετάς, ὥστε πολλαῖς μὲν ἀναιδῶς ἑταίραις, πολλαῖς δ' ἐλευθέραις συνεῖναι γυναι-

B ξί, καὶ μάλιστα δὴ πρὸς τὴν ἡδονὴν ταύτην κακῶς ἀκούσαι τῶν τότε βασιλέων. ἐπεὶ δ' ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐκάλει Πτολεμαίῳ πρὸς Κύπρου πολεμήσοντα, πείθεσθαι μὲν οὐ ἀναγκαῖον· ἀχθόμενος δ' ὅτι τὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος πόλεμον, ὄντα καλλίω καὶ λαμπρότερον, ἀπολείπει, πρεσβεύει πρὸς Κλεωνίδην τῷ Πτολεμαίου στρατηγῷ φεύγοντι Σικυῶνα καὶ Κόρινθον, χρήματα πρεσβεύων, ὥστε ἐλευθέρας ἀφεῖναι τὰς πόλεις. οὐ προσδεξαμένου δ' ἐκείνου, διαβὰς χέων ἀναθεὶς καὶ πρεσλαβὼν δυνάμιν, ἐπέπλευσε Κύπρῳ· καὶ Μενέλαον μὲν ἀδελφὸν Πτολεμαίου, μάχῃ συνάψας, εὐθὺς

C ἐνίκησεν· αὐτὸς δ' Πτολεμαίου μετ' δυνάμεως πεζικῆς ἅμα καὶ ναυτικῆς μεγάλης ὀπιφανέντος, ἐλπίδας μὲν ἀπειλαί τινες κομπώδεις καὶ διάλογοι, τὸν μὲν ἀποπλεῖν Δημήτριον κελεύοντος, πρὶν ὑπὸ τῆς δυνάμεως πάσης ἀθροισθείσης καταπατηθῆναι· Δημητρίου δ' ἐκεῖνον ἀφεῖναι φάσκοντος, εἰ ὁμολογήσῃ Σικυῶνα καὶ Κόρινθον ἀπαλλάξειν τῆς φρουρᾶς. ὁ δ' ἀγὼν οὐ μόνον αὐτοῖς ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δυνάσαις πολλὴν εἶχε προσδοκίαν τῆς προκειμένης ἀδηλότητος, ὡς οὐ Κύπρον, οὐδὲ Συρίαν, ἀλλὰ τὸ μέγιστον βραβεῖον τῶν πάντων, τῷ κρατοῦντι

D τ̃ νίκης προστιθείσης. αὐτὸς μὲν οὖν Πτολεμαῖος ἐπέπλει, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ναῦς ἔχων· ἐκ δ' Σαλαμῖνος ἐκέλευσε Μενέλαον ἑξήκοντα ναυσὶν, ὅταν μάλιστα σύρασιν ὁ ἀγὼν ἔχῃ, προσφερόμενον, τὰς Δημητρίου κόπτειν ὀξόπιθεν, καὶ διαπαράτειν τὴν τάξιν. Δημήτριος δ' ταῖς μὲν ἑξήκοντα ταύταις ἀντέταξε δέκα ναῦς, (τοσαῦταις γὰρ ἤρκουν ἐνὸν ὄντα τὸν λιμένος ἐκφράξαι τ̃ ἔκπλοον) αὐτὸς δ' τὸ πεζὸν ἐκτάξας καὶ πῖς ἀνατείνοισιν εἰς τὴν θάλασσαν ἀκρωτηρίοις παρεκτείνων, οὕτως ἀνῆγε ναυσὶν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. προσμίξας δὲ ῥώμῃ καὶ βίᾳ πολλῇ, κ̃ κράτος

E ἐτρέψατο τ̃ Πτολεμαῖον, αὐτὸν μὲν, ὡς ἐνικήθη, διαπαλέων φεύγοντα ναυσὶν ὀκτὼ μόναις, (τοσαῦταις γὰρ ἐκ πασῶν παρεσώθησαν. τῶν δὲ ἄλλων αἱ μὲν ἐν τῇ ναυμαχίᾳ διεφθάρησαν, ἑβδομήκοντα δ' ἥλωσαν αὐτόνυδροι. τοὺς δ' ἐν ὁλκάσι παρορμοῦντος ὄχλου θεραπόντων καὶ φίλων καὶ γυναικῶν, ἐπὶ δ' ὅπλων καὶ μηχανημ̃ καὶ μηχανημ̃ ἁπλῶς οὐδὲν ἐξέφυγε τ̃ Δημήτριον, ἀλλ' ἔλαβε πάντα καὶ κατήγαγεν εἰς τὸ στρατόπεδον. ἐν δ' τούτοις ἡ παρεβόντος οὖν Δάμεια, τὴν μὲν ἀρχὴν σπουδαζεῖσα διὰ τὴν τέχνην, (ἐδόκει γὰρ αὐλεῖν οὐκ ἀκαταφρονήτως) ὕστερον δ' καὶ τοῖς ἐρωτικοῖς λαμπρὰ γενομένη. τότε γὰρ ἤδη λήγουσα τῆς ὥρας, καὶ πολὺ νεώτερον ἑαυτῆς λαβοῦσα τὸν Δημήτριον, ἐκρατήσατο τῇ χάριτι καὶ κατέχει· ὥστε ἐκείνης εἰ μόνης ἐρᾶν, τῶν δ' ἄλλων γυναικῶν ἐρώμενον. μετὰ δ' τὴν ναυμαχίαν δὲ ὁ Μενέλαος αὐτέχει, ἀλλὰ τὴν τε Σαλαμῖνα παρέδωκε τῷ Δημητρίῳ, καὶ τὰς ναῦς, καὶ τὸ πεζὸν

Δάμεια Athenaeo p. 577.

ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ διακοσίους, καὶ μυρίους καὶ δισχιλίους ὁπλίτας. οὕτω δὴ λαμπρὰν καὶ καλὴν τὴν νίκην ἐδημοποίει, ἐπὶ μᾶλλον δὲ πανσεμνὸν ὁ Δημήτριος εὐγνωμοσύνῃ καὶ φιλανθρωπίᾳ, τοὺς νεκροὺς τῶν πολεμίων ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀφῆκεν. Ἀθηναίοις δὲ χιλίας καὶ διακοσίας ἀπὸ τῶν λαφύρων ἐδωρήσατο πανοπλίας. αὐτάγγελον δὲ τῆς νίκης τῷ πατρὶ τὸν Μιλήσιον Ἀρισταδήμου ἔπεμψε πρωτοστάτην κολακείᾳ τῶν αὐλικῶν ἀπάντων, καὶ τότε παρεσκευασμένον (ὡς ἔοικε) τῶν κολακευμάτων τὸ μέγιστον ἐπενεγκεῖν τοῖς πράγμασιν. ὡς γὰρ ἐφράσεν ἀπὸ τῆς Κύπρου, πρεσβεύειν μὲν οὐκ εἴασε τὴν γῆν τὸ πλοῖον, ἀνήρας δὲ ἀφεῖναι κελεύσας, καὶ κατὰ ναῦν ἔχειν ἀτρέμα πάντας, αὐτὸς ἐμβὰς εἰς τὸ ἐφόλκιον, ἐξῆλθε μόνος καὶ πρὸς τὸν Ἀντίγονον ἀνέβαινε μετέωρον ὄντα τῇ προσδοκίᾳ τῆς μάχης, καὶ ἠρώτα μὴ ὡς εἰκὸς ὄντι ἠρώτα τοὺς περὶ πράγματα τηλικαῦτα ἀγωνιῶντας. τότε γε μὴν ἀκούσας παρόντα, ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ἔδεισε καὶ χωδὸς, καὶ μόλις μὴ αὐτὸν οἴκοι κατεῖχεν, ἄλλους δὲ ἔπεμπεν ἐπ' ἄλλοις ὑπηρέτας καὶ φίλους, πυνθανομένους τὰ Ἀρισταδήμου περὶ τὴν γενόμενον. ἀποκρινάμενος δὲ μηδὲν αὐτὸς μηδενὶ βάδιον καὶ σκυθρωπῷ τῷ προσώπῳ καὶ πολλῆς σιωπῆς προσιόντος, ἐκπλαγεὶς κομιδῇ, καὶ μηκέτι καρτερῶν ὁ Ἀντίγονος, ὅτι τάχιστα θύρας ἀπίωτησε, πολλοὺς προπέμποντος ἤδη τὸν Ἀρισταδήμου ὄχλου, καὶ συστρέχοντος ὅτι τὸ βασίλειον. ὡς δὲ ἐγγὺς ἦλθεν ἐκτείνας τὴν δεξιὰν, ἀνεβόησε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Χαῖρε, βασιλεῦ Ἀντίγονε, νικῶμεν βασιλέα Πτολεμαῖον ναυμαχίᾳ, καὶ Κύπρον ἔχομεν, καὶ ζωγρήσαντες αἰχμαλώτους μυρίους ἑξακισχιλίους ὀκτακοσίους. ὁ δὲ Ἀντίγονος, Καὶ σὺ, νὴ Δία, χαῖρε· (εἶπεν) οὕτω δὴ ἡμᾶς βασανίσας, δίκην ὑφέξεις. βραδὺ γὰρ ἀπολήψῃ τὸ διάγγελμα. ἐκ τούτου πρῶτον ἀνεφώνησε τὸ πλῆθος Ἀντίγονον καὶ Δημήτριον βασιλέας. Ἀντίγονον μὲν οὖν εὐθὺς ἀνέδησαν οἱ φίλοι· Δημητρίῳ δὲ ὁ πατὴρ ἔπεμπε διάδημα, καὶ γράφων ἐπιστολὴν, βασιλέα προσεῖπεν. οἱ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, τούτων ἀπαγγελθέντων, καὶ αὐτὸν βασιλέα τὸν Πτολεμαῖον ἀνηγόρευσαν, ὡς μὴ δοκεῖν τὸ φρόνημα τοῦ ἡττᾶσθαι δεδιέναι. ἐπενείματο δὲ οὕτως τὸ πρᾶγμα τῷ ζήλῳ τοὺς διαδόχους. καὶ γὰρ Λυσίμαχος ἤρξατο φορεῖν διάδημα, καὶ Σέλευκος ἐντυγχάνων τοῖς Ἕλλησιν. ἐπεὶ τοῖς γε βαρβάροις πρότερον, οὕτως ὡς βασιλεὺς ἐχρημάτιζε. Κάσανδρος δὲ, τῶν ἄλλων αὐτὸν βασιλέα καὶ γραφόντων καὶ καλούντων, αὐτὸς, ὥσπερ πρότερον εἰώθει, τὰς ἐπιστολὰς ἔγραφε. τοῦτο δὲ καὶ προσθήκην ὀνόματος καὶ σχήματος ἀλλαγὴν εἶχε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ φρονήματα τῶν ἀνδρῶν ἐκίνησε, καὶ τὰς γνώμας ἐπῆρε, καὶ τοῖς βίοις καὶ ταῖς ὁμιλίαις αὐτῶν, ὄγκον ἐποίησε καὶ βαρύτητα, καθάπερ τραγικῶν ὑποκριτῶν ἅμα τῇ σκευῇ μεταβαλλόντων καὶ βάδισμα καὶ φωνὴν, καὶ κατάκλισιν καὶ προσαγορεύσιν. ἐκ δὲ τούτων ἐγίνοντο καὶ πρὸς τὰς δικαιώσεις βιαιότεροι, τὴν εἰς πολλὰ παρέχουσαν αὐτοὺς ἐλαφροτέρους καὶ μαλακωτέρους τοῖς ὑπηκόοις πρότερον εἰρωνείαν τῆς ἐξουσίας ἀφελόντες. ποσοῦτον ἴσχυε κόλακος φωνὴ μία, καὶ τοσαύτης ἐνέπλησε τὴν οἰκουμένην μεταβολῆς. Ἀντίγονος δὲ, τοῖς πεπραγμένοις ὑπὸ Δημητρίου περὶ Κύπρον ἐπαρθεὶς, εὐθὺς ἐστράτευσεν ὅτι Πτολεμαῖον, αὐτὸς μὲν ἄγων πεζῇ τὴν δύναμιν· Δημητρίου δὲ μεγάλῳ στόλῳ συμπαραπλέοντος. οὗ δὲ ἔδοξεν ἤμελλε κρίνεσθαι τὰ πράγματα. Μήδιος Ἀντιγόνου φίλος ὄψιν εἶδε κατὰ τοὺς ὕπνους.

A equites mille ducentos, grauis armaturæ militum duodecim millia. Hanc victoriam Demetrius adeo claram & insignem multo magis facilitate & humanitate decorans, hostes qui ceciderant, magnifice funerauit, atque captiuos missos fecit. Athenienſibus tantum armorum numerum dono dedit, quibus mille ducentos milites valebant exornare. Victoriæ nuntium patri Milesium Aristodemum misit, inter omnes aulicos primum adulatorem. qui tunc elaborauit, vti declarauit, maxima adulatione cumulare hanc victoriam. Vt enim ex Cypro transmisit, vetuit nauigium terræ appelli: sed ancoras iaci, omnibusque conquiescere præcepit in naui: ipse scapham conscendens, solus est egressus, atque ad suspensum pugnæ expectatione perrexit Antigonum, itaque affectum vt verisimile est tantis de rebus solicitos. Tunc verò vbi illum accepit adesse, multo quàm prius magis trepidauit, vixque se tenuit domi, atque alios super alios ministros amicosque ad percontandum de pugnæ exitu Aristodemum misit. Qui vt nihil cuiquam respondit, sed lento gradu vultuque contracto accessit admodum tacitus, mire attonitus Antigonus, neque vltra sui compos, occurrit ei ad ianuam, multa iam Aristodemum prosequente turba, atque in regiam concurrente. Vt ergo prope venit, protensa dextra exclamauit alta voce, Salue rex Antigone, vicimus prælio nauali regem Ptolemæum, Cyprum tenemus, militum sexdecim millia octingentos captiuos habemus. Tum Antigonus, Et tu quoque hercle, inquit, salue. Quia verò ita nos torsisti, lues pœnam. nam tardius præmium læti nuntii accipies. Hinc primum Antigonum & Demetrium vulgus reges consalutauit, atque Antigonum confestim diademate amici euinxere: Demetrio pater diadema misit, scriptaque epistola regem appellauit. Ægyptii quoque his nuntiatis, ne ob cladem abiecisse viderentur animos, regem Ptolemæum dixere. Ea res pariter æmulatione omnes successores Alexandri peruasit. Etenim cœpit diadema Lysimachus gestare, & Græcos Seleucus alloquēs: quando barbaris eo ornatu ante quoque vt rex responsa dederat. At Cassander, aliis regem eum scribentibus & vocantibus, ipse pristino more suo scripsit epistolas. Id non additamentum nominis & habitus tantum habuit variationem, verumetiam illorum inflauit spiritus & animos sustulit, moribusque & congressibus eorum fastum addidit & supercilium, tragicorum histrionum more vna cum persona incessum, vocem, accubitum, salutationemque versantium. Hinc euaserunt in puniendo quoque violentiores: vbi illam, quæ ipsos multo faciliores & leniores ante popularibus reddebat, detraxerunt potestati dissimulantiam. Tantū vox vna valuit adulatoris, tantaq; orbē terræ impleuit conuersione. Porro Antigonus, rebus gestis Demetrii intumescens, confestim mouit in Ptolemęum. Copias terrestres ipse duxit. Demetrius magna classe eum littus legens comitabatur. Res autem quemadmodum decreturæ erant, Medius vidit in somnis, Antigoni amicus.

Visus enim ei ipse est Antigonus cum toto exercitu certare diaulo, valide & acriter primum, deinde vires eius flaccessere paulatim: deniq;, vt flexit cursum, languidus & anhelosus ægre spiritum receipere. Igitur Antigonus, quum in magnas perplexitates terra incurrisset, Demetrius vero tẽpestate & ingentibus fluctibus iactatus prope in loca importuosa & aspera esset eiectus, multasq; amisisset naues, re infecta rediit. Erat ille tunc annos natus paulo minus octoginta, mole vero & põdere corporis magis quã senio ad expeditiones inhabilis, filio vtebatur, ob felicitatẽ & vsum maxima quæq; iam præclare procurante. Nec delicias vel luxum eius vel potationes moleste ferebat. Pace enim proiectus erat in hæc vitia, atq; per otium profundebat affatim se in voluptates: bello, vt natura tẽperantes, sobrius erat. Fama est, quum Lamia propalam iam omnia apud Demetrium posset, Antigonum, cui reuertens peregre tulit ille osculũ, arridentem dixisse, Videris Lamiam, fili, osculari. Alio tempore, quum plures dies perpotasset, & prætexeret fluore se conflictatum, Audiui, dixisse Antigonum: sed Thasius an Chius fuit fluor? Rursus quum eũ accepisset male habere, perrexit ad eum visendum, ac formoso puero ad fores occurrit. Ingressus, quum apud eum assedisset, tetigit manum eius. Qui quum dixisset febrem modo recessisse, Sane, inquit, fili: & mihi ad ianuam modo digrediens obuiam venit. Hæc ob alia Demetrii præstantia facta tam ferebat leniter. Nempe Scythæ inter pocula & temulentiam arcuum neruos interim pulsant, quasi voluptatibus remissum reuocantes animum. Ille verò partim se luxuriæ totum dedens, partim rebus seriis, tractansque seorsum alteras ab alteris, æque erat in belli apparatu acris. Cæterum dux in exercitu instruendo quàm tractando videbatur melior, quòd omnia ad vsum suppetere vellet affluenter, essetque in classe machinamentisque splendide parandis, atque in iis cum voluptate commentandis, nimium curiosus. Nam solers quum esset atque intelligens, non ad ludicra neque ad studia futilia applicuit ingenii sui præstantiam, aliorum regum more, & tibiis canentium, pingentium, & tornantium. Quippe Aeropus Macedo subtiles mensulas & lucernulas, vbi vacabat, fabricando tempus traducebat. Attalus Philometor herbas venenosas colebat, non tantum hyoscyamum & helleborum, sed & cicutam, aconitum, dorycnion, ipse in hortis regiis seminans & plantans: liquoresque & semina & fructus horũ elaborabat cognoscere, ac suo quæque tempore colligere. Parthorum reges telorũ cuspidibus ipsi formandis & exacuendis sese venditabant. At Demetrii erãt etiam vulgaria opificia regalia, granditatemque ratio fabricæ habebat, vna cum artificio & solertia celsitudinem quandam mentis & magnanimitatem autoris repræsentantibus operibus: vt non ingenio tantum & opulentia, verumetiam manu regia viderentur digna. Quippe mole vel amicos percellebant, venustate retinebant & hostes. Atque hoc quoque verius est quàm lepidius relatum. senumdenum & quinumdenum ordinum nauigia eius stabant stupentes hostes, quum littora sua præterueherentur.

A ἐδόκει γὰρ αὐτὸν Ἀντίγονον ἀγωνίζεσθαι μετὰ τῆς στρατιᾶς ἁπάσης διαυλον, βιαίως καὶ ταχὺ τὸ πρῶτον, εἶτα κατὰ μικρὸν ἐπιδιδόναι τῇ δυνάμει αὐτῷ· καὶ τέλος, ὡς ἔκαμψεν, ἀσθενῆ νωθρὸν καὶ μεῖον ἀθμαῖος, οὐ ῥαδίως διαφέρων. αὐτός τε δεῖν ἐντυχὼν κατὰ νῆα πολλαῖς ἀπορίαις, καὶ Δημητρίου χειμῶνι καὶ κλύδωνι μεγάλῳ κινδυνεύσαντος, εἰς τόποις ἀλιμήνοις καὶ χαλεποῖς ἐκείρθη. πολλὰς δὲ τῶν νεῶν ἀπολέσας, ἐπανῆλθεν ἄπρακτος. ἦν δὲ τότε μικρὸν ἀπολείπων ἑβδομηκοντα γεγονὼς ἔτη, ἐπιδοκιμάζων, μεγέθει καὶ βαρύτητι σώματος μᾶλλον ἢ ἡλικίᾳ πρὸς τὰς στρατείας

B γεγονὼς δυσπροσάρμοστος, ἐχρῆτο τῷ παιδὶ, καὶ δι' ἀτυχίαν καὶ δι' ἐμπειρίαν, ἤδη τὰ μέγιστα καλῶς διοικοῦντι· τρυφᾶν καὶ πολυτελείαις καὶ πότοις αὐτὸ μὴ βαρυνόμενος. εἰρήνης γὰρ οὔσης ἀφυβριζεν εἰς ταῦτα, καὶ χρωμένων ἐχρῆτο πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀνάμιξιν αὐτῷ καὶ κατακόρως· ἐν δὲ τοῖς πολέμοις, ὡς οἱ φύσει σώφρονες εἶναι φασι. λέγεται δὲ, τῆς Λαμείας ἀναφανδὸν ἤδη κρατούσης, τὸν Ἀντίγονον ὑπὸ τοῦ Δημητρίου καταφιλούμενον ἥκοντος ἀπὸ ξένης, εἰπεῖν ἅμα γελῶντα, Δοκεῖς Λάμειαν, ὦ παῖ, καταφιλεῖν· πάλιν δὲ ποτε πλείονας ἡμέρας ἐν πότοις διαμείνας, καὶ τοιαῦτα λέγοντος ὡς ῥεῦμά τι διοχλήσειεν αὐτὸν (Ἐπυθόμην φασὶ τὸν Ἀντίγονον) ἀλλὰ πότερον Θάσιον ἢ Χῖον εἶη τὸ ῥεῦμα; πυθόμενος δὲ αὖθις ἀσθενῶς ἔχειν αὐτὸν, ἐβάδιζεν ὀψόμενος· καὶ τῶν καλῶν τινι παῖδι θύραις ἀπιόντι ἐνέτυχεν· εἰσελθὼν δὲ καὶ καθίσας παρ' αὐτῷ, ἥψατο τῆς χειρός. ἐκείνου δὲ εἰπόντος, ὅτι νῦν ὁ πυρετὸς ἀποκεχώρηκεν, Ἀμέλει παιδίον (ἔφη) καὶ ἐμοὶ τοῦτο θύραις ἀπιόν νῦν ἀπήντηκε. ταῦτα δὲ οὕτω τοιαῦτα ἔφερε, δι' ἄλλα τὰ τοῦ Δημητρίου. οἱ μὲν γὰρ Σκύθαι πίνοντες καὶ μεθυσκόμενοι τοῖς ἀφαλλόμενοι τὰς νευρὰς τῶν τόξων, οἷς ἐκλυόμενον ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἀνακαλοῦμενοι τὸν

D θυμόν· ἐκεῖνος δὲ τὰ μὲν, ἡδονῇ διδοὺς ἁπλῶς ἑαυτὸν, τὰ δὲ, σπουδῇ, καὶ θάτερα τῶν ἑτέρων ἄκρα μεταχειριζόμενος, οὐχ ἧττον ἦν δεινὸς ἐν ταῖς τοῦ πολέμου παρασκευαῖς. ἀλλὰ καὶ παρασκευάσασθαι δυνάμενος ἢ χρήσασθαι βελτίων ἐδόκει στρατηγὸς εἶναι, πρῶτα μὲν ἐκ περιουσίας ὑπαρχειν βουλόμενος ὅτι τοῖς χρείαις, τὰ δὲ περὶ τὰς ναῦς καὶ τὰ μηχανικὰ μεγαλουργίας, καὶ κατ' ἡδονὴν ἅμα τοῦ θεωρεῖν ἁπλῆς ἔχων. δι' φυὴς γὰρ ὢν καὶ θεωρητικὸς, οὐκ εἰς παιδιὰς, οὐδὲ εἰς ἀγωγὰς ἀχρήστους ἔτρεψε τὸ φιλότεχνον, ὥσπερ βασιλεῖς ἄλλοι, αὐλοποιοῦντες καὶ ζωγραφοῦντες καὶ τορεύοντες. Ἀέροπος δὲ ὁ Μακεδὼν τραπεζία μικρὰ καὶ λυχνίδια τεκταινόμενος, ὁ πότε σχολάζοι, δῆλον. Ἄτταλος δὲ ὁ

E Φιλομήτωρ ἐκήπευε τὰς φαρμακώδεις βοτάνας, οὐ μόνον ὑοσκύαμον καὶ ἔλλεβορον, ἀλλὰ καὶ κώνειον καὶ ἀκόνιτον καὶ δορύκνιον· αὐτὸς ἐν τοῖς βασιλικοῖς σπείρων καὶ φυτεύων, ὁποῖός τε καὶ καρπὸν αὐτῶν, ἔργον πεποιημένος εἰδέναι καὶ κομίζεσθαι καθ' ὥραν. οἱ δὲ Πάρθων βασιλεῖς ἐσεμνύνοντο τὰς ἀκίδας τῶν βελῶν χαρακτήροντες αὐτοὶ καὶ τορεύοντες. ἀλλὰ μὴν Δημητρίου καὶ τὸ βάθος τοῦ βασιλικὸν, καὶ μέγεθος ἢ μέθοδος εἶχε, ἅμα τῷ τεχνικῷ καὶ φιλοτέχνῳ τῶν ἔργων ὕψος τι διανοίας καὶ φρονήματος συνεκφερόντων. ὥστε μὴ μόνον γνώμης καὶ τεχνοσίας, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἄξια φαίνεσθαι βασιλικῆς. μεγέθει

F μὲν γὰρ ἐξέπληττε καὶ τοὺς φίλους, κάλλει δὲ καὶ τοὺς πολεμίους ἔτερπε, τοῦτο δὲ ἔτι μᾶλλον ἀληθῶς ἢ κομψῶς εἴρηται· καὶ τὰς μὲν ἑκκαιδεκήρεις αὐτοῦ καὶ πεντεκαιδεκήρεις θαύμαζον ἑστῶτες οἱ πολέμιοι παρὰ τὴν γῆν αὐτῶν πλεούσας·

αἱ δὴ ἑλέπολις ὡς θέαμα τοῖς πολιορκουμένοις ἦσαν, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ. Λυσίμαχος μὲν γὰρ, ἔχθιστος ὢν Δημητρίῳ τῷ βασιλέως, καὶ πολιορκοῦντι Σόλοις τοὺς Κιλικίους ἀντιτεταγμένος, ἔπεμψε παρακαλῶν ἐπιδεῖξαι τὰς μηχανὰς αὐτῷ, καὶ τὰς ναῦς πλεούσας. ἐπιδείξαντος δὲ, θαυμάσας ἀπῆλθε. Ῥόδιοι δὲ πολὺν χρόνον ὑπ' αὐτὸν πολιορκηθέντες, ἐπεὶ καταλύσαιτο τὸν πόλεμον, ἠτήσαντο τῶν μηχανῶν εἰκόνας, ὅπως ὑπόμνημα τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἅμα, καὶ τῆς αὐτῶν ἀνδραγαθίας ἔχωσιν. ἐπολέμησε δὴ Ῥοδίοις, Πτολεμαίου συμμάχοις οὖσι, καὶ τοῖς μεγίστην ἑλέπολιν τοῖς τείχεσι προσήγαγον· ἧς ἕδρα μὲν ἦν τετράγωνος. ἑκάστου ἔχουσα τὸ κάτω πλαγίου πλευρὰν ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν, ἐξ ὧν ἑξήκοντα πηχῶν ὕψος εἶχεν, εἰς χρυφίον συνιούσαν τοῖς ἄνω πλευραῖς, στενοτέραν τῆς βάσεως. ἔνδοθεν μὲν οὖν στέγαις διεπέφρακτο καὶ χώραις πολλαῖς· τὸ δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους αὐτῆς μέτωπον ἀνέῳκτο, καὶ καθ' ἑκάστου στέγου θυρίς, καὶ διὰ τούτων ἐξέπιπτε βέλη παντοδαπά· (μεστὴ γὰρ ἦν ἀνδρῶν μαχομένων πᾶσαν ἰδέαν μάχης) καὶ ὃ μὴ κεραυνούμενον αὐτῆς μηδὲ κινούμενον ἐν τοῖς κινήσεσιν, ἀλλ' ὀρθὸν ἐν ἕδρᾳ καὶ ἀσάλευτον ἰσορρόπως ἅμα ῥοίζῳ καὶ τόνῳ πολλῷ προσχωρεῖ, θάμβος ἅμα τῇ ψυχῇ καὶ χάριν ὁμοῦ τῇ ὄψει τῶν θεωμένων παρεῖχε. πρὸς δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον αὐταὶ καὶ θώρακες ἐκομίσθησαν ἐκ Κύπρου δύο σιδηροῖ, μνῶν ὁλμῆς ἑκάτερος τεσσαράκοντα. δυσπάθειαν δὲ αὐτῶν καὶ ῥώμην ἐπιδεικνύμενος ὁ τεχνίτης Ζωΐλος, ἐκέλευσεν ἕξ καὶ εἴκοσι βήματα ἀφεῖναι καταπελτικὸν βέλος. οὗ προσπεσόντος, ἀρραγὴς διέμεινεν ὁ σίδηρος, ἀμυχὴν δὲ μόλις ἔχεν ἀμβλύαν, οἷον ἀπὸ γραφείου. τοῦτον αὐτὸς ἐφόρει. τὸν δὲ ἕτερον Ἀλκιμος ὁ Ἠπειρώτης, ἀνὴρ πολεμικώτατος τῶν σὺν αὐτῷ καὶ ῥωμαλεώτατος, ὃς μόνος ἐχρῆτο διπλαΐτῳ πανοπλίᾳ, τῶν ἄλλων χρωμένων ταλαντιαίᾳ. καὶ μαχόμενος ἐν Ῥόδῳ, πρὸς θέατρον ἔπεσεν. Δυρώτως δὲ καὶ τῶν Ῥοδίων ἀμυνομένων, οὐδὲν ἄξιον λόγου πράττων ὁ Δημήτριος, ὅμως ἐθυμομάχει πρὸς αὐτοὺς, ὅτι Φίλας τῆς γυναικὸς αὐτῷ γράμματα καὶ στρώματα καὶ ἱμάτια πεμψάσης, λαβόντες τὸ πλοῖον, ὥσπερ εἶχε πρὸς Πτολεμαῖον ἀπέστειλαν· καὶ τοῖς Ἀθηναίων οὐκ ἐμιμήσαντο φιλαθηναίαν, οἱ, Φιλίππου πολεμοῦντος αὐτοῖς, γραμματοφόρους ἑλόντες, τὰς μὲν ἄλλας ἀνέγνωσαν ἐπιστολὰς, μόνοις δὲ τοῖς Ὀλυμπιάδος οὐκ ἔλυσαν, ἀλλ' ὥσπερ οὖν καταστιγμασμένη, πρὸς οὐδὲν ἀπέστειλαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ ἐπὶ τούτῳ σφόδρα δηχθεὶς ὁ Δημήτριος, λύθεις παρὰ γνώμας λαβὼν οὐχ ὑπέμεινεν ἀπλυπήσας τοὺς Ῥοδίους. ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς ὁ Καύνιος Πρωτογένης γράφων τοῖς περὶ τὸν Ἰάλυσον θέατρον, καὶ τὸν πίνακα μικρὸν ἀπολείπων τὸ τέλος ἔχειν, ἐν ᾧ νῦν τῶν περιαγείων ἔλαβεν ὁ Δημήτριος. πεμψάντων δὲ κήρυκα τῶν Ῥοδίων, καὶ δεομένων φείσασθαι καὶ μὴ διαφθεῖραι τὸ ἔργον, ἀπεκρίνατο, τοῖς τοῦ παρεῖς εἰκόνας ἐμπρήσας μᾶλλον, ἢ τέχνης πόνον τοσοῦτον. ἐπεὶ δὲ ἔτεσι σὺν τελέσαι λέγεται τοῦ γραφοῦ ὁ Πρωτογένης. καὶ φησιν ὁ Ἀπελλῆς οὕτως ἐκπλαγῆναι θεασάμενος τὸ ἔργον, ὥστε καὶ φωνὴν ἐπιλιπεῖν αὐτόν. ὀψὲ δὲ εἰπεῖν, Μέγας ὁ πόνος, καὶ θαυμαστὸν τὸ ἔργον. οὐ μὴν ἔχειν γε χάριτας, δι' ἃς οὐρανοῦ ψαύειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γραφόμενα. ταύτην μὲν οὖν τὴν γραφὴν εἰς ταὐτὸ ταῖς ἄλλαις συνωθεῖσαν ἐν Ῥώμῃ τὸ πῦρ ἐπενείματο. τῶν δὲ Ῥοδίων κατεξαισταμένων τὸν πόλεμον,

Silvanius X. 22. Pali. r.

A Iam helepoles velut ſpectaculum erant obſeſſis, vt res ipſæ aſtipulantur. Siquidem ex omnibus regibus Lyſimachus Demetrio infeſtiſſimus, qui ad repellendum eum ab obſidione Solorum in Cilicia venerat, miſit ad eum oratum vt machinas ſuas & claſſem oſtenderet ſibi in curſu. Vbi ille oſtendit eas, diſceſſit cum admiratione. Rhodii diu ab eo obſeſſi, bello compoſito machinas aliquot ab eo petiuere: quo & illius potentiæ pariter & virtutis ſuæ haberent monumentum. Rhodiis intulit bellum quòd Ptolemæi ſocii forent, maximamque helepolim admouit muro. Huius fuit quadra-
B ta baſis, habuitque ſingula imæ quadraturæ latera octonum & quadragenum cubitorum. Aſſurrexit ſexaginta cubitos in faſtigium ſubuexa, ſuperioribus lateribus baſi contractioribus. Intus contignationibus frequentibuſque cameris interſepta fuit. Frons eius hoſtium ex aduerſo aperta, & per quamque contignationem feneſtrata. Hinc omnis generis miſſilia mittebantur. nam referta militibus erat omni genere armorum præliantibus. Quòd verò non vibraret neque nutaret, quum moueretur, verum recta in baſi ac nihil fluctuans in æquilibro cum ſtridore & vi magna promoueretur: id pauorem ſimul animo & oculis oblectationem exhibebat ſpectantium. Hoc ad bellum
C duo ei ex Cypro allati thoraces ferrei fuerunt, pondo vterque quadragenum. quorum firmitatem & robur opifex oſtentans Zoilus, intorqueri catapulta ex ſpatio paſſuum XXVI. telũ iuſſit. Quo adacto integrum ferrum permanſit, ac vix leuiter fuit ſicut à ſtilo perſtrictum. Hunc thoracem ipſe geſtauit, alterum Alcimus Epirota, vir omnium qui in præſidiis eius erant bellicoſiſſimus valentiſſimuſque. qui ſolus centum viginti pondo armis vtebatur, quum cæteri LX. pondo vterentur. Iis pugnans Rhodi ſecundum theatrum occubuit.
D Quum defenderent ſe fortiter Rhodii, quamuis nullum operæpretium Demetrius faceret, oppugnauit eos tamen bile, quòd quum vxor ſibi Phila literas, veſtem ſtragulam, & pallia curaſſet, captum nauigium miſiſſent cum omnibus rebus ad Ptolemæum, nec humanitatem imitati Athenienſium. qui Philippi captis tabellariis, hoſtis ſui, cæteras literas legerunt, ſolam epiſtolam Olympiadis non ſoluerunt, ſed bona fide obſignatam ei remiſere. Haud tamen, licet non mediocriter ſtimulatus, quum mox oblata occaſio eſſet ſibi, vicem ſuſtinuit illis Demetrius reddere iniu-
E riæ. Nam forte pingebat eis Caunius Protogenes Ialyſi figuram, tabulamque ceperat Demetrius in vno ex ſuburbiis pene abſolutam. Mittentibus caduceatorem & deprecantibus eum Rhodiis picturæ vt parceret, neque eam violaret, patris reſpondit ſe prius ſimulacra concrematurum quàm tantos artis ſudores. ſeptem enim annis expleuiſſe Protogenes picturam hanc memoratur. Quo Apelles aſpecto opere vſqueadeo refert obſtupuiſſe ſe, vti vox eum defecerit: ac tandem diXiſſe, ingentem laborem & inclytum opus eſſe, defici tamen gratiis, ob quas picturæ ſuæ cælum
F attingerent. Hæc tabula vna cum aliis Romam congeſta, atque ibi incendio eſt abſumpta. Porro bellum Rhodiis fortiter ſuſtinentibus,

& quærente velamentum Demetrio, Athenienses fecerunt inter eos fœdus hac lege, vt socii Antigoni & Demetrii Rhodii præterquam contra Ptolemæum essent. Accersiuerunt Athenienses Demetrium, quòd vrbẽ eorum obsideret Cassander. Ille nauibus aduectus triginta supra trecentas cum magna peditum manu, non Attica terra modo Cassandrum summouit, sed fugientem tergoti inhærẽs vsq; ad Thermopylas fudit, Heracleamq; vltro se dedentẽ recepit, ac Macedonum sex millia ad eũ transierunt. In reditu Græcos citra Thermopylas in libertatem asseruit, Bœotios in societatem asciuit, Cenchreis potitus est, Phylenque & Panacton, præsidia Atticæ à Cassandro insessa, in potestatem redegit, restituitque Athenienſibus. Qui quanuis effusi ante in illum fuerant: & omnis generis exhauserant honores, excogitauerunt rationem tamen vt tunc quoque recentes & noui assentationibus apparerent. Siquidem Parthenonis partem posteriorem attribuerunt ei pro diuersorio, ibique agebat, & Minerua dicebatur eum hospitio excipere, non nimium castum hospitem, neque vt apud virginem diuertentem honeste. Atqui fratrem eius Philippum pater, quum animaduerteret aliquando hospitium habere eum in ædibus in quibus tres iuuenculæ erant, nullum verbum huic fecit, sed accito illo qui super hospitia attribuenda positus erat, eo præsente, Quin tu, inquit, filium meum educis ex istis angustiis? At Demetrius, quum Mineruam debuisset, si nulla alia de causa, certe vt maiorem natu sororem (id enim dici volebat) erubescere, tanta in pueros ingenuos & vrbanas matronas conspurcauit arcem lasciuia, tunc vt maxime locus ille videretur mundus vbi cũ Chryside, Lamia, Demo, Anticyra, scortis illis in omni lasciuia volutaretur. Ac cętera quidem nõ decet vrbis nomine aperte in lucem proferre: Democlis verò virtutem & pudicitiam operæpretium est non præterire. Puer ille impubes adhuc erat, habebatque formæ cognomen delatorem: Democles Formosus vocabatur. Qui quum multis propositis muneribus, solicitationibus, terroribus, superatus esset à nemine, palæstras denique gymnasiumque declinans contulisset se lauatum ad priuatum balneum, captata Demetrius opportunitate ad solum est ingressus. Vbi in solitudine deprehensum se, & necessitatem cognouit, detracto aheni operculo in aquam insiliit feruentem, ac semetipse peremit. Ita ille indigno quidem modo periit, sed spiritibus præditus fuit patria & specie dignis sua, secus atque Cleænetus Cleomedontis. qui quum patri suo quinquaginta talentum, quanti ei lis æstimata fuerat, remissionem confecisset, & literas attulisset ad populum à Demetrio, non se modo fœdauit, verum etiam concussit ciuitatem. nam Cleomedonti quidem remisit mulctam, sed plebiscito cauit nequis ciuium à Demetrio afferret literas. Quam rem vbi ille delatam non modice tulit, sed indignatus est, rursus trepidantes non tantum refixerunt plebiscitum illud, sed & eos qui tulerant & suaserant id, partim necauerunt, partim exterminauerunt. Sciuerũt insuper, videri populo Athenienſi, quicquid iussisset rex Demetrius, id & apud deos fas, & ius apud homines esse.

A δεόμενον τοῦ φάσεως τὸ Δημήτειον Ἀθηναῖοι τῷ δεηθέντι διήλλαξαν, ὅτι τῷ συμμαχεῖν Ῥοδίοις Ἀντιγόνῳ καὶ Δημητείῳ, πλὴν ὅτι Πτολεμαίου. ἐκάλουν δὲ τὸ Δημήτειον οἱ Ἀθηναῖοι, Κασάνδρου δὲ ἄρτι πολιορκοῦντος. ὁ δὲ ναυσὶν ὑπεραπλεύσας τριακοσίαις τριάκοντα, καὶ πολλοῖς ὁπλίταις, οὐ μόνον ἐξήλασε τῆς Ἀττικῆς τὸν Κάσανδρον, ἀλλὰ φεύγοντα μέχρι Θερμοπυλῶν διώξας καὶ τρεψάμενος, Ἡράκλειαν εἷλε, ἑκατὸν ἀυτῷ τοσοῦτον μύριον, καὶ τῶν Μακεδόνων ἑξακισχιλίους μεταβαλομένους πρὸς αὐτόν. ἐπανιὼν δὲ, τοὺς ἐντὸς πυλῶν Ἕλληνας ἠλευθέρου, καὶ Βοιωτοὺς ἐποιήσατο συμμάχους, καὶ Κεγχρειὰς εἷλε καὶ Φυλὴν, καὶ Πάνακτον, ὅπερ τείχισμα τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Κασάνδρου φρουρούμενα καθαιρεθέν, ἀπέδωκε τοῖς Ἀθηναίοις. οἱ δὲ καταφεύγοντες ἐκκεχυμένοι πρότερον πρὸς αὐτὸν καὶ κατακεχρημένοι πᾶσαν φιλοτιμίαν, ὅμως καὶ τότε πρόφασιν καὶ τόπον τῆς κολακείας φανῆναι. τὸ γὰρ ὀπισθόδομον τοῦ παρθενῶνος ἀπέδειξαν αὐτῷ κατάλυσιν· κἀκεῖ διῆγεν εἶχε, τῆς Ἀθηνᾶς λεγομένης ὑποδέχεσθαι καὶ ξενίζειν αὐτὸν, ὑπόνυ κόρμιον ξένον, οὐδὲ ὡς παρθένῳ πρέπον ἐπιτιθεμένοις. καὶ τὸν

C ἀδελφὸν αὐτοῦ Φίλιππον, ἀγαθόμενος ποτὲ ὁ πατὴρ καταλύοντα ἐν οἰκίᾳ τινὶ ἐν ταῖς νέας γυναῖκας, πρὸς ἐκεῖνον μὴν οὐδὲν ἐφθέγξατο· παρόντος δὲ ἐκείνου, τὸν καθηγεμόνα μεταπεμψάμενος, Οὗτος (εἶπεν) οὐκ ἐξάξεις μου τὸν υἱὸν ἐκ τῆς φενακοφοίας; Δημήτειος δὲ τὴν Ἀθηνᾶν αὐτῷ προσῆκεν εἰ δι' ἄλλο μηδὲν, ὡς γε πρεσβυτέραν ἀδελφὴν αἰδεῖσθαι, (τοῦτο γὰρ ἐβούλετο λέγεσθαι) τοσαύτην ὕβριν εἰς τὰς παῖδας ἐλευθέρας καὶ γυναῖκας κατασκάψας κατεσκέδασε τῆς ἀκροπόλεως, ὥστε δοκεῖν τότε μάλιστα καθαρεύειν τὸν τόπον, ὅτε Χρυσίδι καὶ Λαμίᾳ καὶ

D Δημοῖ καὶ Ἀνικύρᾳ ταῖς πόρναις ἐκείναις συνανεστρέφετο. τὰ μὲν οὖν ἄλλα σαφῶς ἀπαγορεύειν οὐ πρέπει, περὶ τὴν πόλιν τοῦ Δημοκλέους ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην ἄξιον ἐστὶ μὴ παρελθεῖν. ἐκεῖνος γὰρ ἔτι ἐν ταῖς ἥβαις, οὐκ ἔλαθε τὸν Δημήτειον, ἔχων τὴν εὐμορφίας τὴν ἐπωνυμίαν κατήγορον, (ἐκαλεῖτο γὰρ Δημοκλῆς ὁ καλὸς) ὡς πολλὰ διδόντων, καὶ πειρώντων, καὶ φοβούντων, οὐδενὸς ἡλίσκετο. τέλος δὲ, φεύγων τὰς παλαίστρας καὶ τὸ γυμνάσιον, εἰς βαλανεῖον ἰδιωτικὸν ἐφοίτα λουσόμενος· ἐπιτηρήσας τὸν καιρὸν Δημήτειος ἐπεισῆλθεν αὐτῷ μόνῳ. ὁ δὲ ταῖς, ὡς συνῆδε τὸν

E πρεῖ αὐτὸν ἐρημίᾳ, καὶ τὴν ἀνάγκην, ἀφελὼν τὸ πῶμα τοῦ χαλκώματος, εἰς ζέον ὕδωρ ἐνήλατο, καὶ διέφθειρεν αὐτὸν, ἀνάξια μὲν παθὼν, ἄξια δὲ τῆς πατρίδος καὶ τοῦ κάλλους φρονήσας· οὐχ ὡς Κλεαίνετος ὁ Κλεομέδοντος, ὃς ὠφληκὼς τῷ πατρὶ πεντήκοντα τάλαντον δίκην ἀφεθῆναι παρεσκεύασε, καὶ γράμματα τοῦ Δημητείου κομίσας πρὸς τὸν δῆμον, οὐ μόνον ἑαυτὸν κατήσχυνεν, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν συνεπάρασε. τὸν μὲν γὰρ Κλεομέδοντα τῆς δίκης ἀφῆκεν, ἐγράφη δὲ ψήφισμα, μηδένα τῶν πολιτῶν ἐπιστολὴν τοῦ Δημητείου κομίζειν. ἐπεὶ δὲ ἀκούσας ἐκεῖνος οὐκ ἐνέγκε μετρίως, ἀλλ' ἠφανάκτησε, δείσαντες αὖθις, οὐ μόνον τὸ ψήφισμα καθεῖλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰσηνεγκαμένους καὶ συνιστάντας τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ἐφυγάδευσαν. ἔτι δὲ πρεσβεύσαντο δεδόχθαι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων τοῦτο καὶ πρὸς θεοὺς ὅσιον, καὶ πρὸς ἀνθρώπους εἶναι δίκαιον.

ναῶν, πρῶτος, τὸν βασιλεὺς Δημήτειος κελεύσῃ,

εἰπόντος δέ τινος τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, μαίνεσθαι τὸν
Στρατοκλέα τοιαῦτα γράφοντα, Δημοχάρης ὁ Λακω-
νικωνεὺς Palm. νός εἶπε, Μαίνοιτο μόνον τ' αὖ, εἰ μὴ μαίνοιτο. πολλὰ γὰρ ὁ
Στρατοκλῆς ὠφελεῖτο διὰ τὴν κολακείαν· ὁ δὲ Δημοχάρης ὅτι τούτῳ διαβληθεὶς ἐφυγαδεύθη. τοιαῦτα ἔπραττον Ἀθηναῖοι φεύγειν ἀπηλλάχθαι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔχειν δοκοῦντες. Δημήτριος δὲ παρελθὼν εἰς Πελοπόννησον, ὡς οὐδενὸς ὑφίστασθαι τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ φευγόντων, καὶ παραιρούμενος τὰς πόλεις, παρεσκευάζετο τὴν καλουμένην Ἀκτὴν καὶ Ἀρκαδίαν, πλὴν Μαντινείας καὶ Ἄργους· καὶ Σικυῶνα καὶ Κόρινθον ἐλύσατο, τάλαντα δοὺς ἑκατὸν τοῖς φρουροῦσιν. B ἐν Ἄργει μὲν οὖν τῆς τῶν Ἡραίων ἑορτῆς καθηκούσης ἀγωνοθετῶν καὶ συμπανηγυρίζων τοῖς Ἕλλησιν, ἔγημε τὴν Αἰακίδου θυγατέρα τὴν Μολοττῶν βασιλέως, ἀδελφὴν δὲ Πύρρου, Δηϊδάμειαν. Σικυωνίους δὲ φήσας παρὰ τὴν πόλιν οἰκεῖν, τὴν πόλιν ἔπεισεν οὗ νῦν οἰκοῦσι μετοικίσασθαι. τῷ δὲ τόπῳ καὶ τοὔνομα τὴν πόλιν συμμεταβαλοῦσαν, ἀντὶ Σικυῶνος, Δημητριάδα προσηγόρευσεν. ἐν δὲ Ἰσθμῷ κοινοῦ συνεδρίου γινομένου, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων συνελθόντων, ἠγεμὼν ἀνηγορεύθη τῆς Ἑλλάδος, ὡς πρότερον οἱ περὶ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον, ὧν οὐκ ἔνιος ὁ πρὶν μικρὸν οἰόμενον ἑαυτὸν εἶναι βελτίονα, τῇ τύχῃ παρούσῃ καὶ τῇ δυνάμει τῶν πραγμάτων ἐπαιρόμενος. Ἀλέξανδρός γ' οὖν οὐδένα τῶν ἄλλων βασιλέων ἀπεστέρησε τῆς ἐπωνυμίας, οὐδὲ αὐτὸν αὖθις βασιλέων βασιλέα, καίτοι πολλοῖς ὀνομάζεσθαι καὶ εἶναι βασιλέας αὐτὸς δεδωκώς· οὗτος δὲ χλευάζων καὶ γελῶν τοὺς ἄλλον τινά, πλὴν τοῦ παιδὸς καὶ αὐτοῦ, βασιλέα προσαγορεύοντας, ἡδέως ἤκουε τῶν παρὰ πότον ἐπιχύσεις λαμβανόντων, Δημητρίου βασιλέως, Σελεύκου μὲν, ἐλεφαντάρχου, Πτολεμαίου δὲ, ναυάρχου, Λυσιμάχου δὲ, γαζοφύλακος, Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Σικελιώτου, νησιάρχου. τούτων δὲ πρὸς τοὺς βασιλεῖς οὐκ φερομένων, οἱ μὲν ἄλλοι βασιλεῖς κατεγέλων, D Λεσίμαχος δὲ ἠγανάκτει μόνος, εἰ παράδοξα νομίζοι Δημήτριος αὐτόν. ὑπεφαίνετο γὰρ εἰωθεισαν εὐνούχοις ἔχειν γαζοφύλακας. ἐκεῖνος δὲ καὶ πάντων ἀπεχθέστατος ὁ Λεσίμαχος αὐτῷ, καὶ λοιδορῶν εἰς τὸν ἔρωτα τῆς Λαμείας, ἔλεγε, νῦν πρῶτον ἑωρακέναι πόρνην παρερχομένην ἐκ τραγικῆς σκηνῆς. ὁ δὲ Δημήτριος ἔφη σωφρονέστερον εἶναι τὴν ἑαυτοῦ πόρνην τῆς ἐκείνου Πηνελόπης. τότε δὲ οὖν ἀναζευγνύων εἰς τὰς Ἀθήνας, ἔγραψεν ὅτι βούλεται παραχρῆμα μυηθῆναι, καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν παραλαβεῖν. E τοῦτο δὲ οὐδεμιᾶς ἦν, οὐδὲ γεγονὸς πρότερον· ἀλλὰ τὰ μικρὰ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο, τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος· ἐπώμοσαν δὲ τοὺς μεγάλους ἑαυτὸν παραλιπόντες. ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, μόνος ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν Πυθόδωρος ὁ δᾳδοῦχος· ἐφράνε δὲ οὐδὲν, ἀλλὰ Στρατοκλέους νόμῳ εἰπόντος, Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισαμένους καλεῖν καὶ νομίζειν, ἐτέλουν τῷ Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγρεάν. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ F Μουνυχιὼν γενόμενος Βοηδρομιών, ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν ἅμα καὶ τὴν ἐποπτείαν, τοῦ Δημητρίου προσεπιλαβόντος. διὸ καὶ Φιλιππίδης τὸν Στρατοκλέα λοιδορῶν ἐποίησεν,

Ὁ τὸν σεαυτὸν σωφρονῶν εἰ μαίνοι ἔνα.
καὶ περὶ τῆς ἐν τῷ παρθενῶνι κατασκευῆς.

A Ibi quum quidam ex optimatibus insanire dixisset Stratoclem eam qui promulgaret legem, Demochares Laconensis ait, Atqui insaniat, nisi insaniat. Habebat enim admodum quæstuosam Stratocles adulationem. Demochares ob id dictum delatus quum esset, in exilium datus est. Hæc agebant Athenienses quum liberati præsidio, & agere viderentur in libertate. At Demetrius progressus in Peloponnesum, quòd nemo subsisteret hostis, fugerentque omnes & oppida desererent: adiunxit sibi Acten, quam vocant, Arcadiamq; dempta Mantinea, Argos, Sicyonem, Corinthum redemit centum talentis, quæ præsidiariis numerauit. B Instante apud Argiuos Iunonis solenni, ludos faciens & festos dies cũ Græcis agitans, Æacidis Molossorum regis filiam, sororem Pyrrhi, Deidamiã duxit. Sicyonios induxit, quum dixisset eos iuxta vrbem habitare, vt demigrarent eo vbi nunc sedes habent. Hac ratione mutato etiam vrbis nomine pro Sicyone Demetriadem appellauit. Quũ in Isthmo conuentus publicus celebraretur, multique mortales eo conuenissent, renuntiatus est dux Græciæ, vt ante Philippus & Alexander. quibus ille non paulo se censebat præstare, præsenti C fortuna & potentia inflatus. Alexander quidem certe aliorum neminem nomine regio fraudauit, neq; regem regum pronunciauit se, quanuis eius munere multi essent & dicerentur reges. At hic illudens & irridens siquis alium extra patrem suum & se appellaret regem, libenter audiebat quum inter pocula quis postulato vino propinaret Demetrio regi, Seleuco elephantorum magistro, Ptolemæo classis præfecto, Lysimacho à thesauris, Agathocli insulæ Siciliæ rectori. His apud reges enuntiatis reliqui deriserunt eum, solus stomachatus est Lysimachus, quod haberet se pro spadone Demetrius. Eunuchos enim ferè præponere D solent thesauris. Erat autem omnium ei Lysimachus infestissimus. qui insectans eum ob Lamiæ amores, dictitabat nunc primum scortum se ex tragica prodeuntem scena vidisse. Contrà Demetrius castius iactauit illius Penelope suum esse scortum. Porro repetens tunc Athenas, velle scripsit se, vbi eo venisset, ilico initiari, mysteriaque à paruis vsque ad vltima & recondita sacra, quæ epoptica appellant, cuncta percipere. Id nefas erat, neque visum ante fuerat vnquam: verum peragebantur parua mense Anthesterione, magna Boedromione, recondita inspiciebant interiecto à magnis vt minimum anno. E Lectis literis eius, vnus sustinuit intercedere tædifer Pythodorus, incassum tamen. Cæterum lata ex Stratoclis sententia lege, vt mensem Munychiona Anthesteriona nuncuparent & haberent, Demetrium initiauerunt cæremoniis quæ publicè fiebant. Mox iterum ab Anthesterione Munychion conuersus in Boedromiona reliquas cæremonias recepit, simulque ad inspectionem quoque admissus Demetrius est sacrorum. Vnde in Stratoclis opprobrium Philippides hos versus fecit,

In mensis arctum traxit anni circulum.

F Iam de diuersorio eius in templo Mineruæ,

Arcem tabernæ deputauit hic loco,

O' τὸν σεαυτὸν σωφρονῶν εἰ
O' τὴν ἀκρόπολιν πανδοκεῖον ἐποιήσω,

Καὶ περὶ

Et scorta duxit ad sacrata virginis.

Multis admissis id tēporis in vrbe illa delictis & flagitiis, illud momordit, vt fertur, Atheniēses potissimū, quod quū ducentaquinquaginta talēta ipsis ppere imperata ab Demetrio fuissent, præcipitata que exactio & acerbe exercita: vbi coactū argentū vidit, Lamiæ iussit id, cæterisq; meretricib. quę circa eam erant, ad smegma præberi. Pupugit enim ciues pudor magis quàm iactura, & verba, quibus est vsus, quam exactio. Sunt qui Thessalis hoc, nō Athenienſibus referant accidisse. Præter hæc ipsa seorsum Lamia cœnā regi parans, à multis pecuniā cōciliauit, atq; ob immensos sumptus vsque adeo fuit illa celebrata cœna, vt eam Lynceus Samius mandauerit literis. Quamobrē Lamiam comicus quidā apposite veram Helepolim vocauit. Demochares Solius Demetriū Fabulā appellauit, quod ei Lamia quoq; esset. Huius nō vxorib. modo, sed amicis quoq; Demetrii, gratia apud eū eiusque in hanc amor æmulationē & inuidiam mouit. Venerunt ad Lysimachū aliqui ab Demetrio legati, quibus ille per otium altas in cruribus & brachiis suis leoninorū vnguium cicatrices ostendit, exposuitq; suam cum leone pugnam, quam ab Alexandro rege cum illo conclusus conseruerat. Illi in risum effusi suum quoq; regē prædicauerunt immanis feræ in collo ferre morsus Lamiæ. Mirum fuit eum qui Philæ deflorescente ætate offēsus fuerat initio, succubuisse Lamiæ, & tandiu iam vergentem annis dilexisse. Ac Demo quidē, cognomento Mania, tibia super cœnam canente Lamia, quum rogaret eam Demetrius, Quid tibi videtur? Anus, inquit, rex. Iterum appositis secundis mensis quum diceret ei ille, Videsne quam multa mihi mittat Lamia? Plura, inquit, à matre mea mittentur tibi, si cum ea quoq; volueris cubare. Memoratur Lamiæ quoq; celebrati Bocchoris iudicii impugnatio. nam quum quidam meretricem Ægyptiam Thonidem amaret, popoſcit illa ingentem pecuniæ summam. Adolescens inde, quum in somnis sibi visus esset cum illa concumbere, liberatus est libidine. Ob id mercedem ab illo institut Thonis iudicio exigere. Cognita causa iussit Bocchoris illi, quantum postulauerat Thonis argenti, in vase numeratum huc atque illuc manu iactare, ac meretricē vmbra frui: quod veritatis opinio vmbra sit. Hanc sententiam censuit Lamia iniquam esse. Neque enim, inquit illa, ademit meretrici vmbra pecuniæ cupiditatem, somnium vero amore adolescentem expediuit. Hactenus de Lamia. Porro historiam fortunæ & res gestæ viri, quem describimus, ex comica scena iterum traducunt in tragicam. nam quū cæteri reges in Antigonum omnes conspirarent, viresque conferrent in vnum, soluit Demetrius ex Græcia. Qui postquam se parenti supra ætatem in bellum incumbenti & exultanti coniunxit, multo magis erectus ipse est. Et quidem videtur Antigonus, si paululum de iure suo decessisset atque ex insana ambitione remisisset, retenturus sibi perpetuo & illi fuisse relicturus primatum. verum ingenio ferox & contemptor aliorum, verbisque non secus ac factis insolēs, multos & iuuenes & potentes efferauit exacerbauitque viros.

A Καὶ τὰς ἑταίρας εἰσάγων τῇ παρθένῳ. πολλὰν δὲ γενομένων ἐν τῇ πόλει τότε πλημμελημάτων καὶ ὑβρισμάτων, ἐκεῖνο μάλιστα λέγεται λυπῆσαι τοὺς Ἀθηναίους, ὅτι δραχμὰς καὶ πεντήκοντα τάλαντα ποιήσας ταχὺ, καὶ δοῦναι προστάξας αὐτοῖς, καὶ τῆς εἰς πράξεως σπουδαίου καὶ ἀπαραιτήτου γνώμης, ἰδὼν ἠθροισμένον τὸ ἀργύριον, ἐκέλευσε Λαμίᾳ καὶ ταῖς περὶ αὐτὴν ἑταίραις εἰς σμῆγμα δοθῆναι. ἡ γὰρ αἰσχύνη, τῆς ζημίας, καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ πράγματος μᾶλλον ἐώχλησε τοὺς ἀθρώπους. ἔνιοι δὲ τοῦτο Θεσσαλοῖς οὐκ Ἀθηναίοις ἐπὶ αὐτῷ συμβῆναι
B λέγουσιν. χωρὶς δὲ τούτων, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ Λαμία τῷ βασιλεῖ προσκαλούμενα δεῖπνον, ἠργοφόρησε πολλούς. καὶ τὸ δεῖπνον οὕτως ἐκόσμησε τῇ δόξῃ διὰ τὴν πολυτέλειαν, ὥστε ὑπὸ Λυγκέως τοῦ Σαμίου συγγεγράφθαι. διὸ καὶ τῶν κωμικῶν τις οὐ φαύλως τὴν Λαμίαν Ἑλέπολιν ἀληθῶς προσεῖπε. Δημοχάρης δὲ ὁ Σόλιος τὸν Δημήτριον ἐκάλει Μόδον. εἶναι γὰρ αὐτῷ καὶ Λαμίαν. οὐ μόνον δὲ ταῖς γαμεταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς φίλοις τοῦ Δημητρίου ζῆλον καὶ φθόνον ἐκίνησε καὶ φιλονεικίαν παρεῖχεν. ἀφίκοντο γοῦν τινες παρ' αὐτὸν κατὰ πρεσβείαν πρὸς Λυσίμαχον,
C οἷς ἐκεῖνος ἀγωνιζόμενον ἐπέδειξεν ἔν τε τοῖς μηροῖς καὶ τοῖς βραχίοσιν ὠτειλὰς βαθείας ὀνύχων λεοντείων. καὶ διηγεῖτο τοῖς ἡμιμόλοις αὐτῷ μάχην πρὸς τὸ θηρίον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου συγκαθειρχθέντι τοῦ βασιλέως. οἱ δὲ, γελῶντες ἔφασαν, καὶ τὸν αὐτῶν βασιλέα δεινοῦ θηρίου δήγματα φέρειν ἐν τοῖς τραχήλοις, Λαμίας. ἐμὲ δὲ θαυμαστὸν ὅτι τῆς Φίλλας ἐν ἀρχῇ τὸ μὴ καθ' ἡλικίαν δυσχεραίνων, ἥττητο τῆς Λαμίας, καὶ τοσοῦτον ἤδη γέρων ἤδη παρηκμακυίας. Δημώνου δὲ τοῦ ἐπικαλουμένου Μανίας, τοῦ δὲ δεῖπνον αὐλούσης τῆς Λαμίας, καὶ τοῦ Δημητρίου πυθομένου, Τί σοι δο-
D κεῖ; Γραῦς, (εἶπεν) ὦ βασιλεῦ. πάλιν δὲ τραγημάτων παρατεθέντων, κἀκείνου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Ὁρᾷς ὅσα σοι Λαμία πέμπει; Πλείονα (ἔφη) πεμφθήσεταί σοι τοῦδε τῆς ἐμῆς μητρὸς, ἐὰν θέλῃς καὶ μετ' αὐτῆς καθεύδειν· ἀπομνημονεύεται δ' τῆς Λαμίας καὶ πρὸς τὸν λεγόμενον Βοκχόρεως κρίσιν αὐτόπρρησις. ἐπεὶ γὰρ τις ἐρῶν ἐν Αἰγύπτῳ τῆς ἑταίρας Θωνίδος, ἠτεῖτο συχνὸν χρυσίον· εἶτα κατὰ τοὺς ὕπνους δόξας αὐτῇ συγγενέσθαι, τὴν ἐπιθυμίας ἐπαύσατο· δίκην ἔλαχεν ἡ Θωνὶς αὐτῷ τοῦ μισθώματος. ἀκούσας δὲ τὸν λόγον ὁ Βόκχορις, ἐκέλευσε τὸν ἄνθρωπον ὅσον ἠτήθη χρυσίον ἐκβαλεῖν
E ἐν τῷ ἀγείῳ δεῦρο φέρειν δεῦρο κἀκείσε τῇ χειρὶ, τὴν δὲ ἑταίραν ἔχεσθαι τῆς σκιᾶς· ὡς τὴν δόξαν τῆς ἀληθείας σκιὰν οὖσαν. οὐκ ᾤετο ταύτην εἶναι τὴν κρίσιν ἡ Λαμία δικαίαν. οὐ γὰρ ἀπέλυσεν ἡ σκιὰ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἀργυρίου τὴν ἑταίραν, τὸ δὲ ὄνειρον ἔπαυσεν ἐρῶντα τὸν νεανίσκον. ταῦτα μὲν οὖν περὶ Λαμίας. τὴν δὲ διήγησιν, ὥσπερ ἐκ κωμικῆς σκιᾶς, πάλιν εἰς τραγικὴν μεταγοῦσιν αἱ τύχαι καὶ αἱ πράξεις τοῦ ἀνδρὸς ὃν διηγούμεθα. τῶν γὰρ ἄλλων βασιλέων ἀπάντων συνισταμένων ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, καὶ συμφερόντων εἰς ταὐτὸ τὰς δυνάμεις, ἀπῆρεν ὁ Δημήτριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος, καὶ τῷ πατρὶ συμμίξας, φιλοτιμουμένῳ παρ' ἡλικίαν πρὸς τὸν πόλεμον, ἔτι μᾶλλον αὐτὸς ἐπερρώσθη. καίτοι δοκεῖ γε Ἀντίγονος, εἰ μικρὸν τινὸν ὑφείτο, καὶ τῆς ἄγαν φιλαρχίας ἐλάσαι, μέχρι παντὸς αὐ αὐτῷ διαφυλάξαι, κἀκείνῳ καταλιπεῖν τὸ πρῶτον εἶναι. φύσει γὰρ βαρὺς ὢν καὶ ὑπερόπτης, καὶ τοῖς λόγοις οὐχ ἧττον ἢ τοῖς πράγμασι τραχὺς, πολλοὺς καὶ νέους καὶ δυνατοὺς ἄνδρας ὀξηγείαινε καὶ παρώξυνε.

καὶ τοῦ γε τότε σύστασιν καὶ κοινωνίαν αὐτῶν ἔλεγον, ὥσπερ ὀρνίθων σπερμολόγων σωδρομοῦν ὑπὸ λίθου καὶ ψόφου συνδιαπτερύξειν. ἦγε δὲ πεζοὺς μὲν ἑπτακισμυρίους πλείους, ἱππεῖς δὲ μυρίους, ἐλέφαντας δὲ ἑβδομήκοντα πέντε· τῶν ἐναντίων ἐχόντων πεζοὺς μὲν, ἑξακισμυρίους καὶ τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ, πεντακοσίους τῶν ἐκείνου πλείονας, ἐλέφαντας δὲ, τετρακοσίους, ἅρματα δὲ, ἑκατὸν εἴκοσι. θεωρουμένων δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς, ἐφ' ὅσον ἔφερε ἡ διάνοια τῆς ἐλπίδος μᾶλλον ἢ τῆς γνώμης. ὑψηλὸς γὰρ εἶναι καὶ γαῦρος εἰωθὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ χρώμενος φωνῇ τε μεγάλῃ καὶ λόγοις σοβαροῖς, πολλάκις καὶ τῷ σώματι σκιρτᾷ τι καὶ γελοῖον εἰπεῖν, τῶν πολεμίων ἐν χερσὶν ὄντων, ὑπιδεικνύμενος δύσθαι καὶ καταφρονῆσαι, τότε σιωπηρὸς καὶ σιωπηλὸς τὰ πολλὰ, καὶ τὸν υἱὸν ἀπέδειξε τῷ πλήθει καὶ διωέστησε διάδοχον. ὃ μάλιστα πάντες ἐθαύμασαν, ἐν τῇ σκηνῇ μόνος διελέχθη πρὸς αὐτὸν, οὐκ εἰθισμένος ἔχειν οὐδὲ πρὸς οἰκεῖον ἀπορρήτους κοινολογίας, ἀλλ' ἀδύτους ὢν γνώμης, εἶτα πρὸς πάντων φανερὸς καὶ χρώμενος οἷς βουλεύσαιτο καθ' ἑαυτόν. λέγεται γοῦν μειράκιον ἔτι ὄντα τὸν Δημήτριον, αὐτοῦ πυθέσθαι ποτὲ μέλλοιεν ἀναζευγνύειν· τὸν δὲ εἰπεῖν πρὸς ὀργὴν, Ἀγωνιᾷς μὴ μόνος σὺ τῆς σάλπιγγος οὐκ ἀκούσῃς; τότε μὲν ὅτι καὶ σημεῖα μαχηρὰ κατεδουλοῦτο τοῦ γνώμου αὐτῶν. Δημήτριος μὲν γὰρ ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους Ἀλέξανδρον ὡπλισμένον λαμπρῶς ἐρωτᾶν ὁ· ποῖόν τι σύνθημα διδόναι πρὸς τοῦ μάχου μέλλουσιν. αὐτοῦ φήσαντος, Δία καὶ Νίκην, Ἄπειμι οἴνου (φάναι) πρὸς τοὺς ἐναντίους· οἶκοι γάρ με παραλαμβάνουσιν. Ἀντίγονος δ' ἀπαντώμενος ἤδη τῇ φάλαγγι, δίκην πρὸς πλαγιον, ὥστε πεσεῖν ὅλον ὑπὸ τοῦ σώματος, καὶ διατιθῶν χαλεπῶς. αἰσθόμενος δὲ καὶ τὰς χεῖρας αἰτείας πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἠτήσατο νίκην παρὰ τῶν θεῶν, ἢ θάνατον αἰσθητὸν πρὸ τῆς ἥττης. γνωρίμης δὲ τῆς μάχης ἐν χερσὶ, Δημήτριος ἔχων τοὺς πλείστους καὶ κρατίστους τῶν ἱππέων, Ἀντιόχῳ τῷ Σελεύκου συνέπεσε, καὶ μέχρι τοῦ τῶν πολεμίων λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, ἐν τῇ διώξει σοβαρᾷ καὶ φιλοτιμῳ παρὰ καιρὸν γνωρίμῃ τοῦ νίκου διέφθειρεν. αὐτὸς μὲν γὰρ ἔσχε πάλιν ἀναστρέψας συμμίξαι τοῖς πεζοῖς, τῶν ἐλεφάντων ἐν μέσῳ γνωρίμων. τοῦ δὲ φάλαγγα γυμνὴν ἱππέων καταδόντες οἱ περὶ Σέλευκον, οὐκ ἐνέβαλον μὲν, ὡς ἐμβαλεῖν τῶν ἐφόβουν καὶ περιήλαυνον, μεταβάλλεσθαι διδόντες αὐτοῖς. ὃ καὶ συνέβη. πολὺ γὰρ μέρος ἀπορραγὲν, ἐκστάσεως μετεχώρησε πρὸς ἐκείνους, τὸ δὲ λοιπὸν ἐτράπη. φερομένων δὲ πολλῶν ὑπὸ τὸν Ἀντίγονον, καί τινος τῶν περὶ αὐτὸν εἰπόντος, Ἐπί σε οὗτοι, βασιλεῦ· Τίνα γὰρ (εἶπεν) ἐμοῦ σκοπὸν ἔχουσιν; ἀλλὰ Δημήτριος ἀφίξεται βοηθῶν· καὶ τοῦτο μέχρι πολλοῦ ἐλπίζων, καὶ περισκοπῶν τὸν υἱὸν, ἅμα πολλῶν ἀκοντισμάτων εἰς αὐτὸν ἀφεθέντων ἔπεσε· καὶ τῶν ἄλλων ἀπολιπόντων ὀπαδῶν καὶ φίλων, μόνος παρέμεινε τῷ ἱερῷ Θώραξ ὁ Λαρισσαῖος. οὕτω δὲ κρατήσας τῆς μάχης, οἱ μὲν νενικηκότες βασιλεῖς, τοῦ τε Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου πᾶσαν δεξιὰν, ὥσπερ μέγα σῶμα, κατακόψαντες, ἐλάμβανον μερίδας, καὶ περιεκείροντο τὰς ἐκείνων ἐπαρχίας, ἃς εἶχον αὐτοὶ πρότερον. Δημήτριος δὲ μετὰ πεντακισχιλίων πεζῶν καὶ τετρακισχιλίων ἱππέων φεύγων, καὶ σπουδαίως ἐλάσας εἰς Ἔφεσον, οἰομένων ἀπόντων ἀπορρῶτα χρημάτων αὐτὸν οὐκ ἀφέξεσθαι τοῦ ἱεροῦ,

F περὶ τοῦ πολέμου τάδε γενέσθαι λέγεται. Πεῖσαυρα μὲν Ἀντωνίου πόλις κληρουχία, ἀφιερωμένη τῷ τοῦ Ἀδρίου, χασμάτων ὑπορραγεντων κατεπόθη. τῶν δὲ περὶ Ἄλβαν Ἀντωνίου λιθίνων ἀνδριάντων ἑνὸς ἱδρὼς ἀνεπίδυεν ἡμέρας πολλὰς, ἀποματτόντων πολὺν ὁ ἱδρώς. ἐν δὲ Πάτραις ἀφατείσης αὐτοῦ, κεραυνοῖς ἐνεπρήσθη ὁ Ἡρακλῆς.

καὶ τῆς Ἀθήνησι γιγαντομαχίας ὑπὸ πνεύματος ὁ Διόνυσος ἐκσεισθεὶς εἰς τὸ θέατρον κατεκρημνίσθη. προσῳκείου δ' ἑαυτὸν Ἀντώνιος Ἡρακλεῖ καὶ πάλαι, καὶ Διονύσῳ κατὰ τὸν τοῦ βίου ζῆλον, (ὡς περ εἴρηται) Διόνυσος νέος προσαγορευόμενος. ἡ δὲ αὐτὴ θυέλλα καὶ τοῖς Εὐμένους καὶ Ἀτάλου κολοσσοῖς ἐπιγεγραμμένοις Ἀντωνίους, Ἀθήνησιν ἐμπεσοῦσα, μόνοις οὐκ πολλοῖς ἀνέτρεψε. ἡ δὲ Κλεοπάτρας ναυαρχὶς, ἐκαλεῖτο μὲν Ἀντωνιάς, σημεῖον δὲ περὶ αὐτὴν δεινὸν ἐφάνη. χελιδόνες γὰρ ὑπὸ τῷ πρύμναν ἐνεόττευσαν. ἕτεραι δὲ ἐπελθοῦσαι καὶ ταύτας ἐξέλασαν, καὶ τὰ νεόττια διέφθειραν. στησάντων δὲ πρὸς τὸν πόλεμον, Ἀντωνίῳ μὲν ἦσαν αἱ μάχιμοι νῆες οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων, ἐν αἷς ὀκτήρεις πολλαὶ καὶ δεκήρεις, κεκοσμημέναι σοβαρῶς καὶ πανηγυρικῶς· B πρατοῦ δὲ μυριάδες δέκα, διχίλιοι δὲ ἱππεῖς ἐπὶ μυρίοις. βασιλεῖς δὲ ὑπῆκοοι συνεμάχουν, Βόκχος ὁ Λιβύων, καὶ Ταρκόνδημος ὁ τῆς ἄνω Κιλικίας, καὶ Καππαδοκίας μὲν, Ἀρχέλαος, Παφλαγονίας δὲ, Φιλάδελφος, Κομμαγηνῆς δὲ, Μιθριδάτης, Ἀδάλλας δὲ, Θρᾴκης. οὗτοι μὲν αὐτοῦ παρῆσαν. ἐκ δὲ Πόντου Πολέμων πρατὸν ἔπεμπε, καὶ Μάρχος ἐξ Ἀραβίας, καὶ Ἡρώδης ὁ Ἰουδαῖος· ἔτι δὲ Ἀμύντας, ὁ Λυκαόνων καὶ Γαλατῶν βασιλεύς. ἦν δὲ καὶ τοῦ τῶν Μήδων βασιλέως ἀπεσταλμένη βοήθεια. Καίσαρι δὲ νῆες ἦσαν πρὸς ἀλκὴν πεντήκοντα καὶ διακόσιαι, πρατοῦ δὲ ὀκτὼ μυριάδες, ἱππεῖς δὲ τοσαπλήσιοι ὅ πλῆθος τοῖς πολεμίοις. ἦρχον δὲ Ἀντώνιος μὲν τῆς ἀπ' Εὐφράτου καὶ Ἀρμενίας, μέχρι πρὸς τὸν Ἰόνιον καὶ Ἰλλυριοὺς, Καῖσαρ δὲ ἀπ' Ἰλλυριῶν τῆς ὑπὸ τὸν ἑσπέριον ὠκεανὸν κατηκούσης, καὶ τῆς ἀπ' ὠκεανοῦ πάλιν ὑπὸ τὸ Τυρρηνικὸν καὶ Σικελικὸν πέλαγος. Λιβύης δὲ τοῦ Ἰταλίαν καὶ Γαλατίαν καὶ Ἰβηρίαν μέχρι στηλῶν Ἡρακλείων ἀντιπαρήκουσαν εἶχε Καῖσαρ, τὰ δὲ ἀπὸ Κυρηνῆς μέχρις Αἰθιοπίας, Ἀντώνιος. οὔπω δὲ ἄρα προσῆκεν τῆς γυναικὸς ἕω, ὥστε τοῦ πεζοῦ πολὺ διαφέρων, ἐβούλετο τοῦ ναυτικοῦ τὸ κράτος εἶναι, διὰ Κλεοπάτραν· καὶ ταῦτα, πληρωμάτων ἀπορίᾳ συναρπαζομένους ὁρῶν ὑπὸ τῶν τεκταρχῶν ἐκ τῆς πολλὰ δὴ πλάνης Ἑλλάδος ὁδοιπόρους, ὀνηλάτας, θεριστὰς, ἐφήβους· καὶ οὐδὲ οὕτω πληρουμένας ταῖς ναῦς, ἀλλὰ ταῖς πλείσταις ἀποδεεῖς καὶ μοχθηρῶς πλεούσας. Καῖσαρ δὲ οὐ πρὸς ὕψος οὐδὲ ὄγκον ὑπιδεικτικῶς πεπηγυίας ναυσὶν, ὑστρόφοις δὲ καὶ ταχείαις καὶ πεπληρωμέναις ἀκριβῶς ἐξηρτυμένοις, ἐν Τραυίῳ καὶ Βρεντησίῳ συνέχων τὸν ναυτικὸν, ἔπεμπε πρὸς Ἀντώνιον, ἀξιῶν μὴ διατείβειν τὸν χρόνον, ἀλλ' ἔρχεσθαι μετὰ τῶν δυνάμεων· αὐτὸς δὲ τῷ μὲν πόλῳ παρέξειν ὅρμους ἀκωλύτους καὶ λιμένας, ὑποχωρήσειν δὲ τῷ πεζῷ τῆς Ἰταλίας, ἵππου δρόμον ἀπὸ θαλάσσης, μέχρις ἂν ἀσφαλῶς ἀποβῇ καὶ στρατοπεδεύσηται. Τούτοις ἀντικομπάζων Ἀντώνιος, αὐτὸν μὲν εἰς μονομαχίαν προεκάλει, καὶ πρὸς ὢν πρεσβύτερος· εἰ δὲ φεύγοι τοῦτο, πρὸς φάρσαλον ἠξίου τοῖς στρατεύμασιν, ὡς πάλαι Καῖσαρ καὶ Πομπήϊος, διαγωνίσασθαι. φθάνει δὲ Καῖσαρ, Ἀντωνίου πρὸς ὃ Ἄκτιον ὁρμοιοῦντος, ἐν ᾧ τόπῳ νῦν ἡ Νικόπολις ἵδρυται, διαλαβὼν τὸν Ἰόνιον, καὶ τῆς Ἠπείρου χωρίον, ὃ Τορώνη καλεῖται, κατασχών. θορυβουμένων δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον, (ὑστέρει γὰρ ὁ πεζὸς αὐτοῖς) ἡ μὲν Κλεοπάτρα σκώπτουσα, Τί δεινὸν (ἔλεγεν) εἰ Καῖσαρ ὑπὸ τῇ Τορώνῃ κάθηται; Ἀντώνιος δ', ἅμα ἡμέρᾳ τῶν πολεμίων ὑπιπλεόντων, φοβηθεὶς μὴ τῶν ὑπιβατῶν ἐρήμους ἕλωσι ταῖς ναῦς, οὓς μὲν ἐρέτας ὁπλίσας ὑπὸ τῶν καταστρωμάτων παρέταξεν ὄψεως ἕνεκα.

A Athenis Liber pater vi venti ex Gigantum pugna excussus atque in theatrum est delapsus. Referebat autem genus suum ad Herculem Antonius, & Liberum patrem, vt supra retulimus, æmulabatur vita, & Bacchus minor dicebatur. Idem turbo Eumenis quoque & Attali colossos inscriptione Antonios Athenis irruens, solos ex multis prostrauit. Nauis Cleopatræ regia Antonias appellata fuit. Ostentum in ea mirum accidit. Hirundines nidulatæ fuerant sub puppi. Aliæ vero inuolantes & has exegerunt & pullos perdiderunt. Postquam ad bellum congressi sunt, habuit Antonius naues bellicas non minus quingentas, in quibus octo & decem ordinum frequentes erant superbe & ad triumphum exornatæ, peditum centum millia, duodecim equitum. Reges ei parentes in auxiliis erant Bocchus Africæ, Tarcondemus superioris Ciliciæ, Cappadociæ Archelaus, Paphlagoniæ Philadelphus, Commagenæ Mithridates, Adallas Thraciæ. Hi interfuerunt bello. Ex Ponto Polemon auxilia misit, Manchus item ex Arabia, & Herodes Iudæus: adhæc Amyntas Lycaonum & Galatiæ rex. A Medorum etiam rege submissa auxilia. Cæsari naues fuerunt bellicæ CCL, LXXX. millia peditum, totidem equitum quot hostibus. Imperabat Antonius ab Euphrate & Armenia vsque ad mare Ionium & Illyricum: Cæsar ab Illyrico toti tractui qui ad Oceanum occidentalem pertinet, ab Oceano rursus ad Thuscum & Siculum pelagus Africam, qua Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ ad columnas Herculis vsque obuertitur, Cæsar tenebat: reliquum à Cyrenis Æthiopia tenus Antonius. Vsque adeo vero appendix erat hic fœminæ, vt quum peditatu longe præstaret, Cleopatræ gratia robur poneret omne in classe, idque quum videret sociorum naualium inopia à præfectis nauium corripi ex afflictissima Græcia viatores, agasones, messores, adolescentulos, ac ne ita quidem compleri naues, sed plerasque manere vacuas & male ad nauigandum instructas. Cæsar, non ad altitudinis vel molis ostentationem pompose ædificatis nauibus, sed agilibus, expeditis, & egregie completis instructus, Tarenti & Brundusii classem habebat. Hic misit ad Antonium postulatum ne tempus tereret, sed admoueret copias, classi se stationes securas & portus præbiturum, terrestribus copiis de continente Italiæ concessurum equi curriculum à mari, quoad tuto descendisset & castra locasset. Antonius contra iactabundus prouocauit eum, vt solus secum, licet ætate ipse foret grauior, congrederetur. Quod si declinaret, in campis Pharsalicis poposcit, sicut pridem Cæsar & Pompeius, signa vt secum conferret. Præuertit autem Cæsar, dum apud Actium in statione est Antonius, quo loco nunc est Nicopolis cõdita, transmisso mari Ionio oppidum Epiri, quæ Toryne vocatur, occupare. Tumultuantibus hic illis qui erant circa Antonium, (nam pedestres copiæ eorum nondum aderant) irridens Cleopatra, Quid miri est, inquit, si in Toryne considet Cæsar? Antonius, inuehentibus prima luce hostibus, timens ne inanes propugnatoribus naues caperent, ad speciem instruxit in tabulatis remiges armatos,

remos erigi & suspendi ex vtroque nauium latere præcepit, atq; ita in faucibus portus ad Actium obuersas in hostem continuit quasi instructas remigio & paratas ad confligendum. Ita delusus Cæsar retro abiit. Aquam insuper magna solertia operibus complexus intercepit hostibus, quum loca illa circa paucam & vitiosam haberent. Generose item egit contra Cleopatræ sententiam cum Domitio. Quum enim febre iam correptus ille minutum acatium conscendisset; atque ad Cæsarem transisset, etsi grauiter tulit id Antonius, misit ei tamen omnia impedimenta cum amicis & seruis. Domitius vero, tanquã pœniteret eum quòd perfidia sua & proditio non esset clam, ilico expirauit. Desciuerunt reges quoq; Amyntas & Deiotarus ad Cæsarem. Quia vero classis Antonii nihil prospere gerebat, neque ad rem vllam mature occurrebat, subactus est iterum terrestres copias respicere. Canidius quoque, qui præerat legionibus, sub ipsum discrimen mutata sententia, autor fuit vt Cleopatram remitteret, recedensque in Thraciam vel Macedoniam, decerneret terrestri Marte. Quippe Getarum rex Dicomes, magna manu ostendebat se ei subuenturum. Neq; vero esse infame si exercitato bello Siculo Cæsari mari cederet, sed absurdum si terrestrium certaminum Antonius peritissimus, tot legionum non vteretur robore & apparatu, sed distraheret & absumeret in classem vires. Verumenimvero extudit Cleopatra classe vt bellum decerneretur, circumspiciẽs iam tum fugam, componensque res suas, non vbi ad victoriam consuleret, sed vnde expediret fugam rebus perditis quam facillime. Longa brachia erant castrorum ad stationem classis pertinentia, qua transire Antonius sine vlla solebat suspicione. Cæsar autem à seruo edoctus posse illum per brachia descendentem occupari, summisit subsessores. Illi tantulo modo maturius exurrexerunt, vt corripuerint illum qui antecedebat Antonium, atque hic cursu ægre effugerit. Postquam decernere deliberatum est prælio nauali, reliquas naues extra sexaginta Ægyptias concremauerunt. Optimas quasque & amplissimas à triremi vsque ad decem ordinum naues compleuit. eo imposuit viginti millia peditum & duo sagittariorum. Ibi quendam ordinum ductorem pedestrium certaminum scientem, qui complura prælia sub Antonio decertauerat, corpusque cicatricibus habebat concisum, Antonio præsenti ferunt eiulantem dixisse, Quid, imperator, hisce diffisus vulneribus & gladiis spem tuã profligatis in lignis reponis? Ægyptii & Phœnices in mari prælientur: nobis permitte terram, in qua assueuimus stantes occumbere vel vincere hostes. Ad ea nihil respondit, manu tantum & vultu quasi excitans eum vt bono animo esset, præteriit omni bona spe deposita. Nempe gubernatores vela, quum ea vellent relinquere, imponere in naues & portare secum coegit, addens faciundum nequis hostium fuga euadat. At illo die & proximis tribus grandi vento fluctuans mare prælium interpellauit. Quinto die cælo sereno & tranquillo mari concurrere. Antonius cum Poplicola in dextero cornu egit, in sinistro Cœlius, mediam aciem M. Octauius & M. Iusteius obtinuere.

A τοὺς δὲ ἀφράκτους τῶν νεῶν ἐγείρας καὶ πηρώσας, ἑκατέρωθεν ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἄκτιον αὐλιτοφόρους συνέσχεν, ὡς ἐπὶ-
ρεις καὶ παρεσκευασμένας ἀμύνεσθαι. καὶ Καῖσαρ μὲν ὀπίσω
καταστρατηγηθεὶς ἀπεχώρησεν. ἔδοξε δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, ὀμη-
χάνως ἐρύμασί τισιν ἐμπεριλαβών, ἀφελέσθαι τοῖς πολε-
μίοις, τῶν ἐν κύκλῳ χωρίων ὀλίγον καὶ πονηρὸν ἐχόντων.
ὀγνωμόνως δὲ καὶ Δομίτιος προσεμάχετο τῷ τοῦ Κλεο-
πάτρας γνώμῃ. ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνος ἤδη πυρέττων μικρὸν
ἐμβὰς ἀκάτιον, πρὸς Καίσαρα μετέστη, βαρέως ἐνεγκὼν
ὁ Ἀντώνιος, ὅμως πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἀποσκευὴν, μετὰ τῶν
B φίλων καὶ τῶν θεραπόντων, ἀπέπεμψε. καὶ Δομίτιος μὲν,
ὡς τοῦ ὅτι τῷ μὴ λαθεῖν τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ καὶ προδοσίαν
μεταβαλλόμενος, εὐθὺς ἐτελεύτησεν. ἐγκαταλιπόντες δὲ καὶ βασι-
λέων ἀποστάσεις, Ἀμύντου καὶ Δηιοτάρου, πρὸς Καίσαρα.
ὁ δὲ ναυτικὸν ἐν πόρῳ δὶς προσῆγε, καὶ πρὸς ἅπασαν ὑστε-
ρίζον βοήθειαν, αὖθις ἠνάγκαζε τῷ πεζῷ προσέχειν τὸν Ἀντώνιον. ἔσχε δὲ καὶ Κανίδιον τὸν ἀρχοντα τοῦ πεζοῦ μεταβο-
λὴ γνώμης τοῦτο τὸ δεινὸν καὶ συνεβούλευε, Κλεοπάτραν μὲν ἀποπέμπειν ἀναχωρήσαντα δὲ εἰς Θρᾴκην ἢ Μακε-
δονίαν, πεζομαχίᾳ κρῖναι. καὶ γὰρ Δικόμης ὁ Γετῶν βασι-
C λεὺς ἐπιφανέστατος πολλῇ στρατιᾷ βοηθήσειν· οὐκ εἰ) ὁ αἰσχρὸν
εἰ Καίσαρι γεγυμνασμένῳ πρὸς τὸν Σικελικὸν πόλεμον ἐκ-
κρήσονται τῆς θαλάσσης, ἀλλὰ δεινὸν εἰ τῶν πεζῶν ἀγώνων
ἐμπειρότατος ὢν Ἀντώνιος, οὐ χρήσεται ῥώμῃ καὶ τοῦ δα-
σκεῖν τοσούτων ὁπλιτῶν, εἰς ναῦς ἀφανίζων καὶ καταμαλί-
σκων τὴν δύναμιν. οὐ μὴν ἀλλὰ ἐξενίκησε Κλεοπάτρα,
ἀφ' τῶν νεῶν κριθῆναι τὸν πόλεμον. ἤδη πρὸς φυγὴν ὁρῶ-
σα, καὶ διεμέμη τὰ καθ' ἑαυτὴν οὐχ ὅπου πρὸς τὸ νικᾶν ἔσται
χρήσιμος, ἀλλὰ ὅθεν ἄπεισι ῥᾴστα, τῶν πραγμάτων ἀ-
πολυμένων. ἐν δὲ μακρᾷ σκέλη κατατείνοντα πρὸς τὸν
D ναύσταθμον τῆς στρατοπεδείας, δι' ὧν ὁ Ἀντώνιος εἰώθει πα-
ρεῖναι, μηδὲν ὑφορώμενος. οἰκέτου δὲ Καίσαρι φράσαν-
τος ὡς δυνατὸν εἴη κατιόντα ἀφ' τῶν σκελῶν συλλαβεῖν
αὐτὸν, ἔπεμψε τοὺς ὑπεδρεύσοντας. οἱ δὲ τοσοῦτον ἦλ-
θον, ὥστε συναρπάσαι τὸν προηγούμενον αὐτοῦ, προεξαναστάντες· αὐτὸς δὲ δρόμῳ μόλις ἐκφεύγει. ὡς δὲ ναυμαχεῖν ἐδέδοκτο, τὰς μὲν ἄλλας ἐνέπρησεν ναῦς, πλὴν ἑξήκοντα τῶν Αἰγυπτίων, τὰς δὲ ἀείστας καὶ μεγίστας ἀπὸ τεσσα-
ρεσι μέχρι δεκήρεσι, ἐπλήρου, δισμυρίους ἐμβιβάζων ὁπλί-
E τας, καὶ δισχιλίους τοξότας. ἔνθα πεζομάχον ἄνδρα τῶν τα-
ξιαρχῶν λέγουσι, παμπόλλοις ἠγωνισμένον ἀγῶσι Ἀντω-
νίῳ, καὶ κατατετεμημένον τὸ σῶμα, τοῦ Ἀντωνίου παρόντος ἀ-
νακλαύσασθαι, καὶ εἰπεῖν, Ὦ αὐτοκράτορ, τί τῶν τραυμά-
τῶν τούτων ἢ τοῦ ξίφους καταγνοὺς, ἐν ξύλοις πονηροῖς ἔχῃς τὰς ἐλ-
πίδας; Αἰγύπτιοι καὶ Φοίνικες ἐν θαλάσσῃ μαχεσθῶσαν, ἡμῖν
γὰρ δὸς ἐφ' ἧς εἰώθαμεν ἑστῶτες ἀποθνήσκειν, ἢ νικᾶν τοὺς
πολεμίους. πρὸς ταῦτα μηδὲν ἀποκρινάμενος, ἀλλὰ τῇ
χειρὶ καὶ τῷ προσώπῳ μόνῳ οἷς ἐγκελευσάμενος τὸν ἄνδρα
θαρρεῖν, παρῆλθεν, οὐ χρηστὰς ἔχων ἐλπίδας· ὅς γε καὶ τοὺς
κυβερνήτας τὰ ἱστία βουλομένους ἀπολιπεῖν, ἠνάγκασεν
F ἐμβαλέσθαι καὶ κομίζειν λέγων ὅτι δεῖ μηδένα φεύγοντα τῶν
πολεμίων διαφυγεῖν. ἐκείνῃ μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ
τρεῖς τὰς ἐφεξῆς μεγάλῳ πνεύματι κυμαινόν τὸ πέλαγος
τὴν μάχην ἐπέσχε, πέμπτῃ δὲ ἠρεμίας καὶ γαλήνης ἀκλύστου γενομένης συνῆσαν· Ἀντώνιος μὲν, τὸ δεξιὸν κέ-
ρας ἔχων καὶ Γοπλικόλας· Κοίλιος δὲ, τὸ εὐώνυμον· ἐν μέσῳ δὲ Μάρκος Ὀκτάβιος, καὶ Μάρκος Γιστήιος.

Καῖσαρ δ' ὅτι τὸ εὐώνυμον τάξας Ἀγρίππῳ, αὐτὸς τὸ δεξιὸν κατέλιπε. τῶν δὲ πεζῶν, τῶν μὲν Ἀντωνίου, Κανίδιος· τῶν δ' Καίσαρος, Ταῦρος ὅτι τὴν θαλάττης ὡσαύτως τάξαντες ἡσύχαζον. αὐτῶν δὲ τῶν ἡγεμόνων, Ἀντώνιος μὲν ἐπεφοίτα παρακελεύων κωπήρεσι τοὺς στρατιώτας ὡσαυτως, ὑπὸ βείθους τῶν νεῶν, ὥσπερ ἐκ γῆς ἑδραίοις μάχεσθαι. τοῖς δὲ κυβερνήταις παρήγγελλε μένοντας, ὥσπερ ὁρμούσαις ἀτρέμαι ταῖς ναυσὶ δέχεσθαι τὰς ἐμβολὰς τῶν πολεμίων, τῷ τε τὸ σῶμα διεχωείαν φυλάττοντας. Καίσαρι δὲ λέγεται μὲν ἔτι σκότους ἀπὸ τῆς σκηνῆς κύκλῳ τε ἰόντι πρὸς τὰς ναῦς, ἄνθρωπος ἐλαύνων ὄνον ἀπαντῆσαι. πυθομένῳ δ' τὸ σῶμα, γνωείσας αὐτὸν, εἶπεν, Ἐμοὶ μὲν Εὔτυχος ὄνομα, τῷ δ' ὄνῳ, Νίκων. διὸ καὶ τοῖς ἐμβόλοις τὸν τόπον κοσμῶν ὕστερον, ἔστησε χαλκοῦν ὄνον καὶ ἄνθρωπον. ὅτι δὲ καὶ τῷ ἄλλῳ παρατάξει, ἐν πλοίῳ πρὸς τὸ δεξιὸν κομισθεὶς, ἐθαύμασεν ἀτρεμοῦντας ἐν τοῖς στενοῖς τοὺς πολεμίους. ἡ γὰρ ὄψις τῶν νεῶν ἐπ' ἀγκύραις ὁρμουσῶν. καὶ τοῦτο μέχρι πολλοῦ πεπεισμένος, ἀνεῖχε τὰς ἑαυτοῦ, τὸν ὀκτὼ στάδια τῶν ἐναντίων ἀφεστώτας. ἕκτη δ' ἦν ὥρα, καὶ πνεύματος αἰρομένου πελαγίου, δυσανασχετοῦντες οἱ Ἀντωνίου πρὸς τὴν παρατείνουσαν, καὶ τοῖς ὕψεσι καὶ μεγέθεσι τῶν οἰκείων νεῶν πεποιθότες, ὡς ἀπρόσμαχοις, τὸ εὐώνυμον ἐκίνησαν. ἰδὼν δ' Καῖσαρ ἤδη, καὶ πρύμναν ἐκρούσατο τῷ δεξιῷ, βουλόμενος ἔτι μᾶλλον ἐκ τοῦ κόλπου καὶ τῶν στενῶν ἔξω τοὺς πολεμίους ὅτι ἀπάσασθαι, καὶ πρὸς πλέων εὐήρεσι σκάφεσι τοῖς ἑαυτοῦ συμπλέκεσθαι πρὸς τὰς ναῦς ὑπὸ ὄγκου καὶ πληρωμάτων ὀλιγότητος ἀργὰς καὶ βραδείας. ἀρχομένου δὲ τοῦ ἀγῶνος ἐν χερσὶν εἶ), ἐμβολαὶ μὲν οὐκ ἦσαν, οὐδὲ ἀναρρήξεις νεῶν· (τῶν μὲν Ἀντωνίου, βαρὺ βάρος ῥύμῃ οὐκ ἔχουσῶν, ἢ μάλιστα ποιεῖ τὰς τῶν ἐμβολῶν πληγὰς ἐνεργοῖς· τῶν δ' Καίσαρος ὀλίγον ἀντιπρῴρων συμφέρεσθαι πρὸς χαλκώματα στερεὰ καὶ τραχέα φυλασσομένων, ἀλλὰ μηδὲ κατὰ πλευρὰν ἐμβολὰς διδόναι θαρρούντων. ἀπεθραύοντο γὰρ τὰ ἔμβολα ῥαδίως ἢ προσπέσοι σκάφεσι τετραγώνων ξύλων μεγάλων διήρῳ συνηρμοσμένων πρὸς ἄλληλα δεδεμένοις) ἦν οὖν πεζομαχία πρὸς φερὴς ὁ ἀγών· τὸ δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, τειχομαχία. τρεῖς γὰρ ἅμα καὶ τέσσαρες περὶ μίαν τῶν Ἀντωνίου συνείχοντο, γέρροις καὶ δόραισι καὶ κοντοῖς χρωμένων καὶ πυροβόλοις· οἱ δ' Ἀντωνίου καὶ καταπέλταις ἀπὸ ξυλίνων πύργων ἔβαλλον. Ἀγρίππου δ' θάτερον κέρας εἰς κύκλωσιν ἐκτείνοντος, ἀνταναγειν Ποπλικόλας ἀναγκαζόμενος, ἀπερρήγνυτο τῶν μέσων. θορυβουμένων δ' τούτων καὶ συμπλεκομένων τοῖς περὶ τὸν Ἄρρωνα, ἀκρίτου δὲ καὶ κενῆς ἔτι τῆς ναυμαχίας συνεστώσης, αἰφνίδιον αἱ Κλεοπάτρας ἑξήκοντα νῆες ὤφθησαν αἰρόμεναι πρὸς ἀπόπλοιον τὰ ἱστία, καὶ διὰ μέσου φεύγουσαι τῶν μαχομένων, (ἦσαν γὰρ ὀπίσω τεταγμέναι τῶν μεγάλων, καὶ διεκπίπτουσαι, παρεγχίαν ἐποίουν) οἱ δ' ἐναντίοι θαυμάζοντες ἐστέκοντο, τῷ πνεύματι κεκρατημένας ὁρῶντες ἐπεκρούσας πρὸς τὴν Πελοπόννησον. ἔνθα δὴ φανερὸν αὐτὸν Ἀντώνιος ἐποίησεν, οὔτε ἄρχοντος, οὔτε ἀνδρὸς, οὔτε ὅλως ἰδίοις λογισμοῖς διοικούμενον· ἀλλ' (ὥσπερ τις παίζων εἶπε, τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρῶντος ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν) ἑλκόμενος ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ὡς ὑπὸ συμπεφυκὼς καὶ συμμεταφερόμενος. οὐ γὰρ ἔφθη τὴν ἐκείνης ἰδὼν ναῦν ἀποπλέουσαν καὶ πτόμενον ἐκλαθόμενος, καὶ προδοὺς καὶ ἀποστὰς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ μαχομένους καὶ θνήσκοντας, εἰς πεντήρη μετεμβὰς

A Cæsar sinistro præfecit Agrippam, dexterum ipse retinuit. Copias Antonii terrestres Canidius, Cæsaris Taurus in littore instructas quietas tenuere. Antonius actuaria naui circumuectus & adhortatus est milites, monẽs vt ob nauium pondus velut in solo stabiles pugnarent. Gubernatoribus imperauit vt, quasi in ancoris stantibus nauibus, nihil se mouentes incursum hostium exciperent, declinarentque iniquitatem loci in faucibus portus. Cęsari memorãt, tenebris adhuc quum egressus tabernaculo esset, in orbem circumeunti ad lustrandã classem, hominem quendam qui agebat asinum,
B occurrisse: nomẽ quærenti, quum eum cognosceret, respondisse hominem, Fortunato mihi nomẽ est, asino victori. Vnde locũ illum rostris nauium post exornans, asini & hominis illius statuam ex ære posuit. Contemplatus reliquam aciem & nauigio ad dextrum cornu vectus, quiescentes in angustiis miratus est hostes. Siquidem stantium in ancoris erat nauium species, idque diu credens sustinuit suas, quę octo stadiis ab hostibus aberant. Iam hora erat sexta, quum vento ex alto increbrescente cunctationem molestę ferentes Antonii milites, nauiumque suarum freti fastigio & amplitudine, sicut inexpugnabili, sinistrum cornu mo-
C uerunt. Id Cæsar contemplatus, exultauit, nauesque in dextro cornu inhibuit, quo magis ac magis ex sinu & angustiis eliceret hostem, & circumuectus nauigiis suis expeditis dimicaret cum nauibus ob molem & sociorum naualium paucitatem ignauis & segnibus. Vbi ad manus ventum est, haud datæ impressiones fuerunt neque irruptiones nauium, quòd naues Antonii non valerent ob pondus concitari, vnde redduntur potissimum impressionum ictus validi: Cæsaris vero naues nõ tantum ne infestæ fronte cum rostris committe-
D rentur firmis & asperis vitarent, sed ne incursum quidem facere auderent in latus. quando comminuebantur facile rostra eorum, qua in naues impingebant tignis ingentibus quadratis, quæ colligata inter se ferro erant, compactas. Erat igitur assimile pedestri prælio certamen, aut, vt verius dicam, murorum oppugnationi. Simul enim tres aut quatuor vnam Antonii cingebant, tragulisque & lanceis & contis & telis ignitis pugnabant. Antoniani ingerebant etiam catapultis ex turribus ligneis tela. Porrigente ad circumdãdos hostes alterum cornu Agrippa, expandere contra Poplicola suos coactus, à media acie sua est diuul-
E sus. Tumultuante hac, ac cum Arruntio dimicante, nondum autem decreto sed communi adhuc Marte, repente sexaginta Cleopatræ naues conspectæ vela ad discessum in altum dare, ac per medios fugam arripere pugnantes. nam magnis nauibus locati à tergo fuerant, perrumpentesque tumultum cierunt. Hostes obstupefacti petentes viderunt secundo vento Peloponnesum. Hic vero patefecit se Antonius nec ducis nec viri nec omnino suo duci consilio, sed, quod ludens quispiam dixit, amantis animam in alieno viuere corpore, raptus à fœmina est, vt si cõglutinatus ei foret vna-
F que moueretur cum ea. nam simulatq; nauẽ contẽplatus est illius vela facientẽ, omniũ oblitus, proditis & desertis illis qui pro ipso certabant atque animam profundebant, conscendit quinquiremẽ,

Alexandro Syro & Scellio ſolis comitibus, ſequutaſq; eſt perditam iam & perditurã inſuper ipſum. Illa percipiens eũ venire, ſignũ ſuſtulit ex naui. Ita ad eam Antonius delatus & acceptus naui, neque aſpexit illam neque aſpectus eſt ab illa. Solitarius tranſiit in proram, atq; ibi tacitus cogitabunduſq; conſedit, ambabus manibus caput tenens. Interea Liburnicæ Cæſaris quę inſequebantur eũ, in conſpectu fuere. Antonius iuſſo infeſtã circumagi nauem, cæteras repulit: Eurycles vero Lacon ferox inſtitit, lanceam ex tabulatis nauis minitabundus vibrans. Conſiſtente in prora Antonio, & quęrente quiſnam eſt hic, Antonium qui cõſectatur? Ego, inquit, Eurycles Lacharis filius, Cæſaris fortuna patris mei perſequens necem. Fuerat Lachares ob latrocinii crimẽ ab Antonio ſecuti percuſſus. Neque tamen irruptionem dedit in nauem Antonii Eurycles: ſed alteram prætoriam (duæ enim erant) roſtro percuſſam contorſit, atque impactam obliquam cepit, ſimulque ex aliis vnam, qua exquiſita ſupellex portabatur. Vt hic abſceſſit, Antonius eadem componens ſe figura, ſilentium egit. Poſtquam tres dies tranſegit in prora ſolus, ſeu ira percitus ſeu erubeſcens illam, appulit ad Tænarum. Ibi fœminę familiares adduxerunt eos primum ad mutua colloquia, deinde ad conuiuia vna ineunda & ad concubitum perpulere. Iam naues onerariæ quoque non paucę & amici aliquot ex fuga ad eum confluxerunt, profligatam nuntiantes claſſem, ſed terreſtres copias arbitrari ſe conſtare. Ita Antonius nuntios ad Canidium miſit, imperans vt propere per Macedoniam reciperet ſe cum exercitu in Aſiam. A Tænaro in Africam tranſmiſſurus, nauem vnam onerariam magna pecuniæ vi, magni pretii etiam aureo & argenteo inſtrumento regio onuſtam ſelegit donauitque amicis, iubens vt ea partirentur inter ſe & ſaluti ſuæ proſpicerent. Abnuentes flenteſque ſane quam placide & humaniter conſolatus, precatuſque vt reciperent ſe, dimiſit, ſcriptis ad Theophilum procuratorem ſuum Corinthi literis vt ſecuritatem expediret illis, abſconderetque eos, quoad placare Cæſarem quiuiſſent. Hic fuit Theophilus Hipparchi pater, eius cuius fuit autoritas apud Antonium maxima, & primus ad Cæſarem ex libertis eius defecit, ac domicilium ſuum poſt contulit Corinthum. Hoc in ſtatu res erant Antonii. Ad Actium quum claſſis Antonii diu fuiſſet Cæſari obluctata, atque grauiſſime ab inſurgentibus in proram infeſtata fluctibus, tandem hora decima ſuccubuit, neque plus quinque millia cecidere. Naues captæ trecentæ, vt ipſe in commentariis tradidit Cæſar. Haud multi ſenſerant Antonii fugam: atque audientibus res primo viſa incredibilis, nouemdecim legionibus peditum integrorũ adhuc & duodecim millibus equitũ relictis capere eum fugam, quaſi non ſubinde ambigua vſus fortuna, neque ſexcentorum certaminum & bellorum fuiſſet vicibus verſatus. Milites eius in deſiderio quoq; & expectatione erãt mox alicunde apparituru. Tantam autem præſtiterunt ei fidẽ & virtutẽ, vt & fuga eius patefacta cohęſerint diebus ſeptẽ, miſſoſq; ad ſe à Cæſare legatos repudiauerint.

A Ἀλεξανδρου τοῦ Σύρου καὶ Σκελλίου μόνων αὐτῷ συνεμβαντων, ἐδίωκε τὴν ἀπολωλεκυῖαν ἤδη καὶ προσαπολοῦσαν αὐτόν. ἐκείνη δὲ γνωρισασα σημεῖον ἀπὸ τῆς νεώς, ἀνέχε· καὶ προσενεχθεὶς οὕτω καὶ ἀναληφθεὶς, ἐκείνου μὴ οὔτε εἶδεν, οὔτε ὤφθη· παρελθὼν δὲ μόνος εἰς πρῴραν, ἐφ' αὑτοῦ ἐκάθητο σιωπῇ, ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἐχόμενος τῆς κεφαλῆς. ἐν τούτῳ δὲ λιβυρνίδες ὤφθησαν διώκουσαι πολλὰ Καίσαρος· ὁ δὲ ἀντίπρωρον ἐπιστρέφειν τὴν ναῦν κελεύσας, τὰς μὴ ἄλλας ἀνέστειλεν· Εὐρυκλῆς δ' ὁ Λάκων ἐνέκειτο σοβαρὸς, λόγχην τινὰ κρεμαμένων ἀπὸ
B τοῦ καταστρώματος, ὡς ἀφήσων εἰς αὐτόν. ἐπιστάντος δὲ τῇ πρῴρᾳ τοῦ Ἀντωνίου, καὶ, Τίς οὗτος (εἰπόντος) ὁ διώκων, Ἀντώνιον; Ἐγὼ (εἶπεν) Εὐρυκλῆς ὁ Λαχάρους, τῇ Καίσαρος τύχῃ τὸν τοῦ πατρὸς ἐκδικῶν θάνατον. ὁ δὲ Λαχάρης ὑπὸ Ἀντωνίου λῃστείας αἰτίᾳ πρεπόντως ἐπελελέκιθη. πλὴν οὐκ ἐνέβαλεν ὁ Εὐρυκλῆς εἰς τὴν Ἀντωνίου ναῦν, ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τῶν ναυαρχίδων (δύο γὰρ ἦσαν) τῷ χαλκώματι παταξας προσεῤῥήξατο, καὶ ταύτῃ τε πλαγιαν προσπεσοῦσαν εἷλε, καὶ τῶν ἄλλων μίαν, ἐν ᾗ πολυτελὴς σκευὴ τῶν προσεῖ διαιτωμένων ἦσαν. ἀπαλλαγεὶς δὲ
C τούτου, πάλιν ὁ Ἀντώνιος εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα καθεὶς ἑαυτὸν, ἡσυχίαν ἦγε· καὶ τρεῖς ἡμέρας καθ' ἑαυτὸν ἐν πρῴρᾳ διαιτηθεὶς, εἴθ' ὑπὸ ὀργῆς, εἴτε αἰδούμενος ἐκείνην, Ταινάρῳ προσέφερεν. ἐνταῦθα δὲ αὐτοῖς αἱ συνήθεις γυναῖκες πρῶτον μὴ εἰς λόγους ἀλλήλοις συνήγαγον, εἶτα συνδειπνεῖν καὶ συγκαθεύδειν ἔπεισαν. ἤδη δὲ καὶ τῶν στρογγύλων πλοίων ἐκ ὀλίγα καὶ τῶν φίλων τινὲς ἐκ τῆς ἥττης ἠθροίζοντο πρὸς αὐτοὺς, ἀγγέλλοντες ἀπολωλέναι τὸ ναυτικὸν, οἴεσθαι δὲ τὸ πεζὸν συνεστάναι. Ἀντώνιος δὲ πρὸς μὲν Κανίδιον ἀγγέλους ἔπεμψεν, ἀναχωρεῖν διὰ Μακεδονίας
D εἰς Ἀσίαν τῷ στρατῷ κατὰ τάχος κελεύων, αὐτὸς δὲ μέλλων ἀπὸ Ταινάρου πρὸς τὴν Λιβύην διαίρειν, ὁλκάδα μίαν πολυμυθήτου νόμισμα, πολλοῦ δὲ ἀξίας ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ κατασκευὰς τῶν βασιλικῶν κομίζουσαν ἐξελόμενος, τοῖς φίλοις ἐπέδωκε, χρῆναι νείμασθαι καὶ σώζειν ἑαυτοὺς κελεύσας. δεομένους δὲ καὶ κλαίοντας, εὐμενῶς πάνυ καὶ φιλοφρόνως προσφωνήσας καὶ δεηθεὶς, ἀπέστειλε γράψας πρὸς Θεόφιλον τὸν ἐν Κορίνθῳ διοικητὴν, ὅπως ἀσφάλειαν ἐκποιήσῃ, καὶ ἀποκρύψῃ τοὺς ἄνδρας, ἄχρις αὐ ἱλάσασθαι Καίσαρα δυνηθῶσιν. οὗτος ὢν Θεόφιλος Ἱππάρχου πατὴρ τοῦ πλήσιον τοῦ Ἀντωνίῳ δυνηθέντος, πρώτου δὲ πρὸς Καίσαρα τῶν ἀπελευθέρων μεταβαλομένου, καὶ κατοικήσαντος ὕστερον ἐν Κορίνθῳ. ταῦτα μὲν οὖν τὰ κατὰ τὸν Ἀντώνιον. ἐν Ἀκτίῳ δὲ πολὺ ὁ στόλος ἀντιχὼν Καίσαρι χρόνον, καὶ μέγιστον βλαβεὶς ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ὑψηλοῦ κατὰ πρῴραν ἱσταμένου, μόλις ὥρας δεκάτης ἀπεῖπε. καὶ νεκροὶ μὲν οὐ πλείους ἐγένοντο πεντακισχιλίων, ἑάλωσαν δὲ τριακόσιαι νῆες, ὡς αὐτὸς ἀνέγραψε Καῖσαρ. ἤλπιζοντο δὲ οἱ πολλοὶ περιφανοῦς Ἀντωνίου, καὶ τοῖς πυθομένοις τοσοῦτον ἄπιστος ἦν ὁ λόγος, εἰ δέκα καὶ ἑνὸς τάγματα πεζῶν ἀπιστήσαντα, καὶ δισχιλίους ἔτι μυρίοις ἱππεῖς ἀπολιπὼν
F οἴχεται, καθάπερ οὐ πολλάκις ἐπ' ἀμφότερα τῇ τύχῃ κεχρημένος, οὐδὲ μυρίων ἀγώνων καὶ πολέμων μεταβολαῖς ἐγγεγυμνασμένος. οἱ δὲ στρατιῶται καὶ πόθον τινὰ καὶ προσδοκίαν εἶχον, ὡς αὐτίκα ποθὲν ἐπιφανησομένου· καὶ τοσαύτην ἐπεδείξαντο πίστιν καὶ ἀρετὴν, ὥστε καὶ τῆς φυγῆς αὐτοῦ φανερᾶς γενομένης, ἡμέρας ἑπτὰ συμμεῖναι, πρεσβευσαντες ἐπιπρεσβευόμενον αὐτοῖς Καίσαρα.

τέλος δὲ τοῦ στρατηγοῦ Κανιδίου, νύκτωρ ἀποδρᾶντος, καὶ καταλιπόντος τὸ στρατόπεδον, ἠρημωμένοι πάντων ἔρημοι, καὶ προσδοθέντες ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, τῷ κρατοῦντι προσεχώρησαν. ἐκ τούτου Καῖσαρ μὲν ἐπ' Ἀθήνας ἔπλευσε, καὶ διαλλαγεὶς τοῖς Ἕλλησι, τὸν προειλημμένον σῖτον ἐκ τοῦ πολέμου διένειμε ταῖς πόλεσι, προσταττούσαις ἀθλίως, καὶ προεικεκομμένας χρημάτων, ἀνδραπόδων, ὑποζυγίων. ὁ γοῦν παππος ἡμῶν Νίκαρχος διηγεῖτο τοὺς πολίτας ἀπόμους ἀναγκάζεσθαι τοῖς ὤμοις καταφέρειν μέτρον πυρῶν τεταγμένον ἐπὶ τὸν πρὸς Ἀντίκυραν θάλασσαν, ὑπὸ μαστίγων ἐπιτραχυνομένους, καὶ μίαν μὲν οὕτω φορὰν ἐποίουν, τὸν δὲ δεύτεραν ἤδη μεμετρημένοις καὶ μέλλοντιν αἴρεσθαι, νενικημένον Ἀντώνιον ἀγγελίῳ. καὶ τοῦτο σῶσαν τὸν πόλιν· εὐθὺς γὰρ τῶν Ἀντωνίου διοικητῶν καὶ στρατιωτῶν φυγόντων, ἀφανείμασθαι τὸν σῖτον αὐτοί. Ἀντώνιος δὲ Λιβύης ἀφάμενος, καὶ Κλεοπάτραν εἰς Αἴγυπτον ἐκ Παραιτονίου πρεσπέμψας, αὐτὸς ἀπέλαυνεν ἐρημίας ἀφθόνου σὺν δυσὶ φίλοις ἀλύων καὶ πλανώμενος, Ἕλλῃνι μὲν Ἀρεισοκράτει ῥητορικῷ, Ῥωμαίῳ δὲ Λουκιλίῳ· περὶ οὗ δι' ἑτέρων γεγράφαμεν, ὡς ἐν Φιλίπποις ὑπὲρ τοῦ ἀφαφυγεῖν Βροῦτον, αὐτὸς αὐτὸν, ὡς δὴ Βροῦτος ὤν, ἐπεχείρησε τοῖς διώκοσι· καὶ ἀφαιρεθεὶς ὑπ' Ἀντωνίου, ἀφ' τοῦτο πιστὸς αὐτῷ καὶ βέβαιος ἄχρι τῶν ἐσχάτων καιρῶν παρέμενεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ἐν Λιβύῃ δυνάμιν ὁ πεπιστευμένος ἀπέστησεν, ὁρμήσας ἑαυτὸν ἀνέλεν, καὶ ἀφακωλυθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων, καὶ κομισθεὶς εἰς Ἀλεξάνδρειαν, εὗρε Κλεοπάτραν ἐπιτολμῶσαν ἔργῳ τοῦ βαθόλου καὶ μεγάλῳ. τοῦ γὰρ ἐίργοντος ἰσθμοῦ τὴν ἐρυθρὰν ἀπὸ τῆς κατ' Αἴγυπτον θαλάσσης, καὶ δοκοῦντος Ἀσίαν καὶ Λιβύην διείργειν ἡ σφίγγεται μάλιστα τοῖς πελάγεσι, καὶ βραχύτερος οὗτός ἐστι, πεντακοσίων σταδίων ὄντων, ἐπεχείρησεν ἄρασα τὸν στόλον, ὑπερνεωλκῆσαι, καὶ καθεῖσα ταῖς ναυσὶ εἰς τὸν Ἀραβικὸν κόλπον μετὰ χρημάτων πολλῶν καὶ δυνάμεως, ἔξω κατοικεῖν, ἀποφυγοῦσα δουλείαν καὶ πόλεμον. ἐπεὶ δὲ ταῖς πρώταις ἀνελκομένας τῶν νεῶν οἱ Ἄραβες κατέκαυσαν, ἔτι δὲ Ἀντώνιος τὴν ἐν Ἀκτίῳ στρατὸν ἤετο συμμένειν, ἐπαύσατο, καὶ τὰς ἐμβολὰς ἐφύλαττεν. Ἀντώνιος δὲ τὴν πόλιν ἐκλιπὼν καὶ τὰς μετὰ τῶν φίλων ἀφατείας, οἴκησιν ἔναλον κατεσκεύαζεν αὐτῷ πρὸς τῷ Φάρῳ, εἰς τὴν θάλασσαν χῶμα προβαλών· καὶ δὴ πολλὴν αὐτοῦ φυγὰς ἀνθρώπων, καὶ τὸν Τίμωνος ἀγαπᾶν καὶ ζηλοῦν βίον ἔφασκεν, ὡς δὴ πεπονθὼς ὅμοια. καὶ γὰρ αὐτὸς ἀδικηθεὶς ὑπὸ φίλων καὶ ἀχαριστηθεὶς, ἀφ' τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις ἀπιστεῖν καὶ διεχεραίνειν. ὁ δὲ Τίμων, ἐκεῖνος Ἀθηναῖος, ὃς καὶ γέγονεν ἡλικίᾳ μάλιστα κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ὡς ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους καὶ Πλάτωνος δραμάτων λαβεῖν ἔστιν· (κωμῳδεῖται γὰρ ἐν ἐκείνοις ὡς δυσμενὴς καὶ μισάνθρωπος) ἐκκλίνων τε καὶ διωθούμενος ἅπασαν ἔντευξιν, Ἀλκιβιάδῃ νέῳ ὄντα καὶ θρασὺν ἠσπάζετο καὶ κατεφίλει προθύμως· Ἀπημάντου θαυμάσαντος, καὶ πυθομένου τὴν αἰτίαν, φιλεῖν ἔφη τὸν νεανίσκον, εἰδὼς ὅτι πολλῶν Ἀθηναίοις κακῶν αἴτιος ἔσοιτο. τὸν τε Ἀπήμαντον μόνον, ὡς ὅμοιον αὐτῷ καὶ ζηλοῦντα τὸν βίον τὸν αὐτόν, ἔστιν ὅτε προσίετο· καὶ ποτε τῆς τῶν χοῶν οὔσης ἑορτῆς, εἰσῆλθε καθ' αὑτοὺς οἱ δύο. τοῦ δὴ Ἀπημάντου φύσαντος, Ὡς καλὸν ὦ Τίμων, τὸ συμπόσιον ἡμῖν, Εἴγε σὺ (ἔφη) μὴ παρῆς. λέγεται τε, Ἀθηναίων ἐκκλησιαζόντων, ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα, ποιῆσαι σιωπὴν καὶ προσδοκίαν μεγάλην ἀφ' τοῦ παράδοξον. εἶτα εἰπεῖν,

Ἔστί μοι

A Denique vbi dux noctu profugit Canidius & castra reliquit, ab omnibus derelicti, proditique à ducibus suis, aggregauerunt se ad victorem. Hinc nauigauit Cæsar Athenas, ac Græcis placatus ciuitatibus afflictis & exutis pecunia seruitiisque & iumentis, superans ex bello frumentum distribuit. Commemorabat proauus noster Nicarchus, ciues nostros modum præfinitum tritici omnes humeris deferre coactos ad prætextum Anticyræ mare, flagellisque ad maturandum concitatos, atque vnum onus sic portasse; alterum mensum iam sublaturis victum Antonium allatum fuisse, idque conseruasse ciuitatem. Extemplo enim procuratoribus & militibus Antonii fugam arripientibus frumentum ipsos partitos. Porro Antonius in Africam delatus, præmissa in Ægyptum ex Parætonio Cleopatra, coniecit se semel in solitudinem cum duobus amicis palans & vagans, Græco Aristocrate rhetore & Lucilio Romano. de quo alio loco scripsimus acie, Philippensi, quo spatium haberet Brutus effugiendi, tradidisse sese, vt si Brutus esset, insequentibus, & quòd conseruatus ab Antonio esset, fidum ei firmumque vsque ad extrema tempora permansisse. Postquam præfectus copiis Africanis desciuit ab eo, instituit sibi manus inferre: verum interpellatus ab amicis, delatusque Alexandriam, Cleopatram offendit opus aggressam audax & grande. Isthmum, qui mare rubrum dirimit ab Ægyptio, qui etiam distinguere Asiam & Africam putatur, qua maxime ab vtroque stringitur pelago & coarctatur, vt non plus trecentis stadiis pateat in latum, adorta est traiicere classem, demissisque in sinum Arabicum cum magna pecuniæ vi copiis & nauibus sedes quærere remotas, seruitutem & bellum refugiens. Cæterum quia primas naues quæ subuehebantur, Arabes Petræi inflammauerunt, & Antonius exercitum Actiacum existimauit adhuc integrum esse, destitit cœpto, atque ostia Nili stationibus sepsit. At Antonius relicta vrbe & amicorum consuetudine, domiciliũ sibi in mari ad Pharũ extruxit proiecto in altum aggere, atq; ibi extorris ab hominibus egit. Vitã ferebat se imitari & æmulari Timonis, quòd res suę eodem loco essent. Quippe violatum se ab amicis suis, atq; ingratitudinem eorum expertũ, ideo omnibus diffidere & ab omnibus abhorrere hominibus. Fuit Timon ciuis Atheniensis, vixitq; circa bellum Peloponnesiacum, vt est colligere ex Aristophanis & Platonis comœdiis, in quib. perstringitur vt inimicus & osor generis humani. Hic quũ declinaret & reiiceret omnium hominum congressum, Alcibiadẽ iuuenem & audacem sedulo, salutabat & exosculabatur. Stupente Apemanto causamq; requirente, diligere ait se adolescentem quòd multorũ eum populo Atheniensi malorum aliquando autorem sciret fore. Vnum admittebat interim Apemantũ, vt germanũ sui & eiusdem vitæ sectatorem. Quum aliquando inferiarũ solemne esset, cõuiuabantur hi duo inter se soli, ac quũ dixisset Apemantus, Quàm est, Timon, egregium nostrũ conuiuiũ! Siquidem tu, inquit, non adsis. Fertur in concione populi Atheniensi conscendisse suggestũ, silentio autẽ & expectatione propter rei nouitatẽ magna facta dixisse,

Est mihi exigua, Athenienses, area, in qua adoleuit ficus, ex ea multi iam ciues se suspendere. quia vero hunc locum statui inædificare, nolui prætermittere quin id publice prænuntiarem, quo, si quibus vestrum visum erit, priusquam execetur ficus, suspendat se. Defuncto illo & Halis iuxta mare humato, abluit vnda prætextum littus, ac circumfusa monumentum eius reddidit hominibus inaccessum & inuium. Id inscriptionem hanc habuit,

Hîc recubans abrupta anima infelice quiesco.
Nomen non quæras: mala pestis perde scelestos.

Atque hoc epigramma ab illo ferunt adhuc superstite factum. Illud vero quod circumfertur, est Callimachi,

Timon Misanthropus ego hîc iaceo. Sed enim hac tu
Transi, dira precans, ac modo prætereas.

Hactenus de Timone pauca de multis. At Antonio legionum Actiacarum amissarum ipse nuntium Canidius attulit. Mox Iudæum Herodem cũ aliquot legionibus & cohortibus accepit ad Cęsarem transisse, & alios item defecisse dynastas, neque quicquam vltra foris manere in fide. Nihil eum horum tamen cõmouit, sed quasi libenter spẽ abiiceret, vt simul & curam, tabernaculum illud marinum, quod nominabat Timonium, reliquit: acceptusq; à Cleopatra in regiam, conuertit ciuitatem ad comessationes poculaq;, & se ad donatiua. Cleopatræ & Cæsaris filium inter ephebos ascripsit. togam puram & virilem Antyllo dedit suo ex Fuluia filio. quamobrem agitauerunt conuiuia per multos dies comessationesque & festum Alexandrini. Illi conuentum istum Inimitabilis vitæ dissoluerunt, atque alium instituerunt nihilo deliciis, luxu, splendore, illo inferiorem, quem Commorientium dixere. nam amici eorum qui volebant commori nomina dabant, transigebantque tempus per voluptates in cœnarum orbibus. Porro Cleopatra varia genera collegit venenorum lethalium. quorum singula vt periclitaretur, quod minimum doloris sensum inferret, obtulit rerum capitalium custodiis. Vt animaduertit quæ lethum repræsentarent, ea mortem cum dolore maturare, leniora defici celeritate, transiit ad experiendum bestias. Aspiciebat quum alia aliis admoueretur. Tractabat id quotidie, atque in omnibus penè vnicum inuenit aspidis morsum circa contractionem membrorum vel gemitum, grauem soporem & torporem inducere cum faciei molli sudore & sensuum stupore facile elanguescentium, & ægre ferentium, sicut qui somno mersi alto sunt, expergefieri & excitari. Simul ad Cæsarem legatos in Asiam misere. Petebat Cleopatra liberis suis regnum Ægypti: ille Athenis postulabat, si non daretur in Ægypto, vt priuato liceret vitam agere. Amicorum ob transitiones penuria & diffidentia præceptor filiorum eius Euphronius missus legatus est. nam Laodicensis Alexas, qui Timagenis opera Romæ innotuerat Antonio, & plurimum Græcorum polluerat, fueratque machinamentorum in Antonium Cleopatræ violentissimum, atque inhærentium animo eius pro Octauia consiliorum expugnator, missus fuit ad retinendam Herodis regis transitionem.

A Ἔστί μοι μικρὸν οἰκόπεδον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ συκῆ τις ἐν αὐτῷ πέφυκεν, ἐξ ἧς ἤδη συχνοὶ τῶν πολιτῶν ἀπήγξαν-το. μέλλων οὖν οἰκοδομεῖν τὸν τόπον, ἐβουλήθην δημοσίᾳ προφῆναι, ἵνα εἰ ἄρα τινὲς ἐθέλωσιν ὑμῶν, πρὶν ἐκκοπῆναι τὴν συκῆν, ἀπάγξωνται. τελευτήσαντος οὖν αὐτοῦ καὶ ταφέντος Ἅλ-λοσι παρὰ τὴν θάλασσαν, ἀνέλυσε τὰ προσκύροντα τοῦ αἰγιαλοῦ. καὶ ὁ κῶμα προσελθὼν, ἄβατον καὶ ἀπροσπέλαστον ἀνθρώπῳ πεποίηκε τὸν τάφον. ἐν δὲ ὑπογεγραμμένον,

Ἐνθάδε δὴ ἀπορρήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι.
Τοὔνομα δὲ οὐ πύθοισθε, κακοὶ δ' κακῶς ἀπόλοισθε.

B καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸν ἔτι ζῶντα πεποιηκέναι λέγουσι· ὃ δὲ προσφερόμενον, Καλλιμάχου ἐστὶ,

Τίμων μισάνθρωπος ἐσοικέω· ἀλλὰ παρέλθε,
Οἰμώζειν εἴπας πολλὰ, παρέλθε μόνον.

ταῦτα μὲν προσεῖ Τίμωνος ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα. τῷ δ' Ἀντωνίῳ Κανίδιος τε τῆς ἀποβολῆς τῶν ἐν Ἀκτίῳ δυνάμεων ἀπάγγελος ἦλθε, καὶ τὸν Ἰουδαῖον Ἡρώδην, ἔχοντα πολλὰ τάγματα, καὶ στείρας, ἤκουσε Καίσαρι προσκεχωρηκέναι· καὶ τοὺς ἄλλους ὁμοίως δυνάστας ἀφίστασθαι, καὶ μηδὲν ἔτι συμμένειν τῶν ἐκτός. οὐ μὴν διεπράξατό τι πύθων αὐτὸν, ἀλλὰ

C ὥσπερ ἄσμενος τὸ ἐλπίζειν ἀποτεθειμένος, ἵνα καὶ τὸ φεύγειν, τὴν μὲν ἕνα λόγον ἐκείνην διάγειν τὴν Τιμώνειον ὠνόμαζεν, ὀλίγον λιπὼν ἀναληφθεὶς ὑπὸ τῆς Κλεοπάτρας εἰς τὰ βασίλεια, πρὸς δεῖπνα καὶ πότους καὶ θρανομαὶ ἔτρεψε τὴν πόλιν, ἐγγράφων μὲν εἰς ἐφήβους τὸν Κλεοπάτρας παῖδα καὶ Καίσαρος, τὸν δὲ ἀπόρφυρον καὶ τέλειον ἱμάτιον Ἀντύλλῳ τῷ ἐκ Φουλβίας πρεσβυτέρῳ· ἐφ' οἷς ἡμέρας πολλὰς συμπόσια καὶ κῶμοι καὶ θαλεῖαι τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατεῖχον. αὐτοὶ δὲ τὴν μὲν τῶν ἀμιμητοβίων ἐκείνην σύνοδον κατέλυσαν, ἑτέραν δὲ συνέταξαν, οὐδὲν λειπομένην ἐκείνης

D ἀβροτῆτι καὶ τρυφῇ καὶ πολυτελείᾳ, ἣν συναποθανουμένων ἐκάλουν. ἀπεγράφοντο γὰρ οἱ φίλοι συναποθανουμένους ἑαυτοὺς, καὶ διῆγον ὑπαδοῦντες ἐν δείπνοις πρεσβύδοις. Κλεοπάτρα δὲ φαρμάκων θανασίμων συνῆγε παντοδαπὰς δυνάμεις, ὧν ἑκάστης τὸ ἀνώδυνον ἐλέγχουσα, προσέβαλλε τοῖς ὑπὸ θανάτῳ φερομένοις. ἐπεὶ δὲ ἑώρα τὰς μὲν ὠκυμόρους τὴν ἐξύπνιον τοῦ θανάτου δι' ὀδυνῶν ὑπιφερούσας, τὰς δὲ βραδυτέρας τάχος οὐκ ἔχουσας, τῶν θηρίων ἀπεπειρᾶτο, θεωμένη αὐτῆς ἕτερον ἑτέρῳ προσφερόντων. ἐποίει δὲ καὶ τοῦτο καθ' ἡμέραν· καὶ σχεδὸν ἐν πᾶσι μόνον εὗ-

E ρισκε τὸ δῆγμα τῆς ἀσπίδος, δύνον πασμοῦ καὶ στεναγμοῦ κάρον ὑπνώδη καὶ καταφορὰν ἐφελκόμενον, ἱδρῶτι μαλακῷ τοῦ προσώπου καὶ τῶν αἰσθητηρίων ἀμαυρώσει, παραλυομένων ῥᾳδίως, καὶ δυσχεραινόντων πρὸς τὰς ἐξεγέρσεις καὶ ἀνακλίσεις, ὥσπερ οἱ βαθέως καθεύδοντες. ἅμα δὲ καὶ πρὸς Καίσαρα πρέσβεις ἔπεμπον εἰς Ἀσίαν, ἡ μὲν, αἰτουμένη τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς παισὶν ἀρχὴν, ὁ δὲ ἀξιῶν Ἀθήνησιν (εἰ μὴ δοκοίη πρὸς Αἴγυπτον) ἰδιώτης καταβιοῦν. φίλων δὲ ἀπορίᾳ καὶ ἀπιστίᾳ διὰ τὰς αὐθομολίας, ὁ τῶν παίδων διδάσκαλος ἐπέμφθη πρεσβεύων Εὐφρόνιος. καὶ

F δὲ Ἀλέξας ὁ Λαοδικεὺς γνωσθεὶς μὲν ἐν Ῥώμῃ διὰ Τιμαγένους, καὶ πλείστον Ἑλλήνων δυνηθεὶς, θυμόμυος δὲ τῆς Κλεοπάτρας ἐπ' Ἀντώνιον ὀργάνων τὸ βιαιότατον, καὶ τῆς ὑπὲρ Ὀκταβίας ἰσταμένων ἐν αὐτῷ λογισμῶν δυσέρπας, ἐπέμφθη μὲν Ἡρώδην τὸν βασιλέα τῆς μεταβολῆς ἐφέξων·

αὐτῷ δὲ καταμείνας, καὶ προσδοὺς Ἀντώνιον, ἐτόλμησεν εἰς
ὄψιν ἐλθεῖν Καίσαρος, Ἡρώδης πεποιθώς. ὤνησε δὲ αὐτὸν
οὐδὲν Ἡρώδης, ἀλλ' εὐθὺς εἰρχθεὶς καὶ κομισθεὶς εἰς τὴν ἑαυ-
τοῦ πατρίδα δέσμιος, ὑπὸ Καίσαρος κελεύσαντος ἀνῃρέθη.
τοιαύτας μὲν Ἀλέξας ἔτι ζῶντι δίκας Ἀντωνίῳ τῆς ἀπι-
στίας ἐξέτισε. Καῖσαρ δὲ τοὺς μὲν ὑπὲρ Ἀντωνίου λόγους οὐκ
ἠνέσχετο, Κλεοπάτρας δὴ ἀπεκείνατο μηδενὸς ἁμαρτήσεσθαι
τῆς ὀφειλομένης, ἀνελοῦσαν Ἀντώνιον, ἢ ἐκβαλοῦσαν. συνέπεμ-
ψε δὲ καὶ παρ' αὐτοῦ τινὰ τῶν ἀπελευθέρων, Θύρσον, οὐκ ἀνό-
νητον ἀνθρωπον, οὐδὲ ἀπιθάνως ἂν ἀφ' ἡγεμόνος νέου θραλε-
θέντα πρὸς γυναῖκα σοβαρὰν, καὶ θαυμαστὸν ὅσον ὅτι κάλ- B
λει φρονοῦσαν. οὗτος ἐντυχανῶν αὐτῇ μακρότερα τῶν ἄλλων,
καὶ μυθολογοῦντος θραφερόντως, ὑπόνοιαν τῷ Ἀντωνίῳ παρέ-
σχε, καὶ συλλαβὼν αὐτὸν ἐμαστίγωσεν, εἶτα ἀφῆκε πρὸς Καί-
σαρα· γράψας ὡς ἐντρυφῶν καὶ προφερῶν παρεξωφέν
αὐτον, ὑπαρέξωστο ὑπὸ κακῶν ὄντα. Σὺ δ' εἰ μὴ φέρεις
ὃ πρᾶγμα (ἔφη) μετείωσε, ἔχεις ἐμὸν ἀπελεύθερον Ἱππαρ
χον, τοῦτον χρήσασθαι μαστίγωσον, ἵνα ἴσον ἔχωμεν. ἐκ τούτου
Κλεοπάτρα μὲν ἀπολυομένη τὰς αἰτίας καὶ ὑπονοίας, ἐ-
θεράπευεν αὐτὸν πρόθυμως. καὶ τὴν ἑαυτῆς γενέθλιον τα- C
πεινῶς θαυμαζομένη καὶ τοῖς τύχαις προσέντας, τὴν ἐκεί-
νου πᾶσαν ὑπερβαλλομένη λαμπρότητα καὶ πολυτέλειαν,
ἐώρασεν, ὥστε πολλοὺς τῶν κεκλημένων ὅτι τὸ δεῖπνον, πέ-
νητας ἐλθόντας, ἀπελθεῖν πλουσίους. Καίσαρα δ' Ἀγείπ-
πας αἰεκαλεῖτο πολλάκις ἀπὸ Ρώμης, γράφων, ὡς τὴν ἐκ
πρεσβυτέρας τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ποθούντων. ἔσχεν οὖν ἀνάβο
λὴν ὁ πόλεμος τότε. τὸν δὲ χειμῶνος παρελθόντος, αὖθις ἐπῄει
θρᾷ Συρίας, οἱ δὲ στρατηγοὶ θρᾷ Λιβύης. ἁλόντος δ' Πηλυ
σίου, λόγος ἐνδοιάσαι Σέλευκον οὐκ ἀκούσης τῆς Κλεο
πάτρας, ἢ δ' ἐκείνου μὲν γυναῖκα καὶ παῖδας Ἀντωνίου κτεῖ- D
ναι παρεῖχεν· αὐτὴ δ' θήκας ἔχουσα καὶ μνήματα κατεσκευα
σμένα πρεπῶς εἰς τε κάλλος καὶ ὕψος, ἃ προσωκοδόμησε
τῷ ναῷ τῆς Ἴσιδος, ἐνταῦθα τῶν βασιλικῶν συνεφόρει τὰ
πλείστης ἄξια σπουδῆς, χρυσὸν ἄργυρον, σμάραγδον, μαρ-
γαρίτην, ἔβενον, ἐλέφαντα, κινάμωμον· ὅτι πᾶσι δὲ θάθα
πολλὴν καὶ ὑπερβολὴν, ὥστε δείσαντα περὶ τῶν χρημάτων Καί-
σαρα, μὴ τραπομένη πρὸς ἀπόγνωσιν ἡ γυνὴ θραφθείρῃ
καὶ καταφλέξῃ τὸν πλοῦτον, ἀεί τινας ἐλπίδας αὐτῇ φιλαν-
θρώπους πρεσπέμπειν, ἅμα τῷ στρατῷ πορευόμενον ὅτι
τὴν πόλιν ἱδρυθέντος δ' αὐτοῦ πρὸς τὴν ἱππόδρομον, Ἀντώνιος ἐ- E
πεξελθὼν ἠγωνίσατο λαμπρῶς, καὶ τροπὴν τῶν Καίσαρος
ἱππέων ἐποίησεν, καὶ κατεδίωξεν ἄχρι τοῦ στρατοπέδου. με-
γαλυνόμενος δὲ τῇ νίκῃ, παρῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὴν
Κλεοπάτραν κατεφίλησεν ἐν τοῖς ὅπλοις· καὶ τὸν ἠγωνισμένον
προθυμότατα τῶν στρατιωτῶν συνέστησεν. ἡ δὲ δῶρα τοῦ
αὐτοθώρακα χρυσοῦν καὶ κράνος ἔδωκεν. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὁ
δὴ θεφος λαβὼν ταῦτα, θρᾷ νυκτὸς ἠτιμόλησεν ὡς Καί-
σαρα. πάλιν δὲ Ἀντώνιος ἔπεμπε, Καίσαρα μονομαχήσαι
προκαλούμενος. ἀποκεκαμμένου δὲ ἐκείνου, πολλὰς ὁδοὺς F
Ἀντωνίῳ παρεῖναι θανάτου, συμφρονήσας ὅτι τὸ θρᾷ μάχης
οὐκ ἔστιν αὐτῷ βελτίων θάνατος, ἔγνω καὶ κτείνειν ἅμα καὶ
κτείνεσθαι ἐπιχαρῶς. καὶ τοῦθ' δεῖπνον (ὡς λέγεται) τοῖς

A Cæterum restitit apud eum prodito Antonio, sustinuitq; Herode fretus in Cæsaris venire conspectũ. At nihil ei profuit Herodes: verum confestim vinctus atq; in patriam suam in cõpedibus deportatus, ibiq; Cæsaris iussu necatus est. Has Alexas viuo adhuc Antonio pependit perfidiæ pœnas: Cęsar reiectis Antonii postulatis, Cleopatræ respondit nihil benignitatis ei, si sustulisset vel eiecisset Antoniũ, defuturum. Misit etiam vna libertum suum Thyreũ, hominẽ haud insulsum: qui oratione sua iuuenis imperatoris nomine missus inflatã mulierem ac mire formæ causa tumidam posset
B mouere. Hic prolixiore oratione quam alii cum ea agens, & supra modum honoratus ab ea suspicionẽ mouit Antonio. Itaq; corripuit eum & flagellis cecidit, inde remisit ad Cæsarẽ, scribens insultatione & superbia illius se fuisse iritatum, qui esset ob ęrumnas iritabilis. Id tu si fers, inquit, inique, habes libertum meũ Hipparchum. hunc suspensum flagellato, vt par feramus. Mox quo diluere Cleopatra crimina & suspiciones illius, coluit eum mirifice, ac die suo natali summisse & pro
C pręsenti fortuna acto natalẽ illius summo splendore & magnificentia celebrauit, vt multi ad cœnam inuitati, qui accesserant inopes, opulenti discesserint. Porro Cęsarẽ literis ex vrbe scriptis subinde reuocauit Agrippa, remp. significãs eius pręsentiam postulare. Vnde habuit bellũ in pręsentia, dilationẽ. Hyeme transacta mouit iterũ in Antonium per Syriam, & duces eius per Africam. Pelusio capto, rumor fuit oppidum illud non inuita Cleopatra fuisse Cæsari à Seleuco traditum. At Cleopatra dedidit Antonio ad supplicium vxorẽ illius & liberos. Conditoria habebat & monumẽta eximio artificio & fastigio extructa, quæ Isidis tẽplo adiecerat. Eo ex regis thesauris pretio-
D sissima quæq; congessit, aurũ, argentũ, smaragdũ, vnionem, ebenũ, ebur, cinamomum. postremo magnam vim tedarũ & stuppæ. Vnde metuens illis opibus Cęsar, ne eas despondens animum perderet illa & concremaret, ostendit ei assidue, dum cum exercitu ad vrbẽ contendit, benignam spẽ. Vt consedit ad Hippodromũ, erumpens infestus Antonius certauit strenue, atq; equitatum Cæsaris profligauit, effusumq; egit vsque ad castra. Hac elatus victoria, ingressus est regiam, & Cleopatrã in armis osculatus est: atq; eum qui fortissime dimicauerat, commendauit illi. Cleopatra præmiũ
E ei auream loricam & galeam donauit. Iste vero his acceptis transiit nocte ad Cęsarem. Porro prouocauit denuo per nuntios Antonius Cæsarem, vt solus secum certaret. qui respondit, Vias Antonio multas patere ad interitum. Quare considerans non posse quam in prælio mori se honestius, deliberauit simul terra marique Cæsarem adoriri: atque inter cœnandum, vt fertur, imperauit seruis vt propinarent & exciperent epulis se liberalius, incertum esse idemne facturi postridie essent, an aliis dominis ministraturi: ipse vero extinctus iaceret & exanimis. Amicos ob hæc
F quum cerneret illacrymari, non ducturum ait se ad pugnam, ex qua mortem gloriosam potius quam salutem & palmam speraret se quæsiturum.

οἰκέτας ἐκέλευεν ὑπεγχεῖν καὶ προθυμότερον δωρεῖν αὐτόν. ἄδηλον γὰρ εἰ τοῦτο ποιήσουσιν ἄριστον, ἢ δεσπόταις
ἑτέροις ὑπηρετήσουσιν, αὐτὸς δὲ κείσεται σκελετὸς καὶ ὁ μηδὲν γνόμενος. τοὺς δὲ φίλους ὅτι πότοις θαυμαζόντας
ὁρῶν, ἔφη μὴ προάξειν ὅτι τῷ μάχῃ, ἐξ ἧς αὐτῷ θάνατον ἐνδόξου μᾶλλον ἢ σωτηρίαν ζητεῖν καὶ νίκην.

Circa noctis illius conticinium fama est, quum silentium & mœstitia ex metu & expectatione euentus teneret ciuitatem, repente omnis generis organorum exauditam symphoniam, strepitumque turbæ cum clamore Bacchico & tripudiis Satyricis, velut sacris Liberi patris choro non sine ingenti tumultu erumpente: concessisse hanc turbam, quæ ingens esset, media ferme vrbe ad portam quæ foras ad hostes ducebat, atq; ea euasisse. Visum est autem prodigiũ hoc reputantibus, à deo quem præcipue effingere, & ad quem consueuerat se accommodare, esse Antonium destitutum. Simulatque diluxit, peditatum ipse in tumulis pro vrbe collocauit. Classem vero in altum prouectam atque in hostem spectauit pergentem. Constitit ibi præstolans, vt successum eius cerneret. Classici postquam remigio appropinquauerunt aduersæ classi, salutauerunt Cæsaris milites. Quibus salutem reddentibus, desciuerunt ad illos: atque ex omnibus nauibus vna effecta classis vrbem infesta petiit. Dum id contemplatur Antonius, extemplo desertus est ab equitibus, qui transitionem fecere. Peditatu fuso, recepit se in vrbem, proditum se à Cleopatra vociferans iis in quos illius causa sumpserat arma. Quęquum iram eius & desperationem formidaret, confugit ad monumentum, cataractasque demisit claustris & repagulis firmatas, ac misit ad Antonium nuntiatum defunctam se esse. Id credens ille, & secum loquutus, Quid vltra moraris Antoni? vnicam fortuna & reliquam eripuit tibi trahendi spiritus causam: cubiculum ingreditur, laxansque & aperiens loricam, Non crucior, inquit, Cleopatra, quia te sum orbatus, (mox enim istuc adero) sed quod tantus imperator superari animi celsitudine deprehensus sim à fœmina. Erat seruus ei fidus Eros nomine. Hunc iampridem orauerat, si res postularet, vt interficeret ipsum. Tunc exegit promissa. Ille districtum ensem extulit quasi illum icturus: verum auerso vultu interemit semetipsum. Quo ad pedes suos collapso: Antonius, Macte Eros, inquit, qui, quod non sustinuisti mihi ipse facere, quid faciendum sit doces. Ita ventrem fodit, atque in lectulum demittit se. Ictus non fuit is qui maturaret mortem. Vnde cursu sanguinis, postquam decubuit, inhibito refocillatus, orauit assistentes vt se confoderent. illi eiecerunt se ex cubiculo, vociferante & discruciante se Antonio, dum Diomedes scriba venit à Cleoptra, iussus eum in monumentum ad illam deportare. Quam vt cognouit viuere, seruis imperauit ardenter, vt tollerent se, ac manibus ad ianuam ædificii est gestatus. Non reserauit Cleopatra fores, sed ex fenestris spectantes testes & funiculos demisit. his annexum Antonium traxit in altum ipsa & duæ mulieres, quas in monumentum solas secum duxerat. Nihil aiunt fuisse illo spectaculo, qui adfuere, lamentabilius. Quippe sanguine oppletus & animam agens trahebatur, manusque versus illam porrigebat, & annitebatur sustollere se. Neque enim id mulieribus factu procliue erat: sed magno labore Cleopatra manibus incũbens & prona facie, apprehẽdit vinculum, excitantibus eam qui infra stabant, & vicẽ eius anxiis. Vt eum hoc modo accepit & deposuit in lectum, pepla eum lamentans dilacerauit,

A ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ λέγεται μεσούσης σχεδὸν, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ κατηφείᾳ τῆς πόλεως διὰ φόβον καὶ προσδοκίαν τοῦ μέλλοντος οὔσης, ἀφνίδιον ὀργάνων τε πολυποικίλων ἐμμελεῖς φωνὰς ἀκουσθῆναι, καὶ βοὴν ὄχλου μετὰ βακχείας καὶ πηδήσεων σατυρικῶν, ὥσπερ θιάσου τινὸς ἐν ἀθορύβῳ ἐξελαύνοντος. εἰ δὴ τὴν ὁρμὴν ὅμου τινὰ διὰ τῆς πόλεως μέσης, ὅθι τὴν πύλην ἔξω τὴν τετραμμένην πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ ταύτῃ τὸν θόρυβον ἐκπεσεῖν πλεῖστον θορυβοῦν. ἐδόκει δὲ τοῖς ἀναλογιζομένοις τὸ σημεῖον ἀπολείπειν ὁ θεὸς Ἀντώνιον, ᾧ μάλιστα συνεξομοιῶν καὶ συνοικειῶν ἑαυτὸν διετέλεσεν. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τὸν πεζὸν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ πρὸς τῆς πόλεως λόφων ἱδρύσας, ἐθεᾶτο τὰς ναῦς ἀπηγμένας, καὶ ταῖς τῶν πολεμίων προσφερομένας καὶ προσμιγνύμενον, ἔρρωμένον τι παρὰ σκεύεσιν ἰδεῖν, ἡσύχαζεν. οἱ δὲ, ὡς ἐγγὺς ἐγένοντο τῆς κώπης ἠσπάσαντο τοὺς Καίσαρος σκεύεσιν τε ἀπασπασαμένων μετεβάλλοντο, καὶ πάσας ἅμα ταῖς ναυσὶν ὁ στόλος εἷς θορυβος ἐπέπλει πρὸς τὴν πόλιν αὐτὴν φέρων. τοῦτο Ἀντώνιος ἰδὼν, ἀπελείφθη μὲν αὐθὶς ὑπὸ τῶν ἱππέων μεταβαλλομένων, ἠτιᾶτο δὲ τοῖς πεζοῖς ἀνεχώρησεν εἰς τὴν πόλιν, ὑπὸ Κλεοπάτρας προδεδόσθαι βοῶν οἷς δι' ἐκείνην ἐπολέμησεν. ἡ δὲ τὴν ὀργὴν αὐτοῦ

C φοβηθεῖσα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, εἰς τὸν τάφον κατέφυγε, καὶ τοὺς καταρράκτας ἀφῆκε, κλείθροις καὶ μοχλοῖς καρτεροῖς ὄντας. πρὸς δὲ Ἀντώνιον ἔπεμψε τοὺς ἀπαγγελοῦντας ὅτι τέθνηκε. πιστεύσας δὲ ἐκεῖνος καὶ εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, Τί ἔτι μέλλεις Ἀντώνιε; τὴν μόνην ἡ τύχη καὶ λοιπὴν ἀφῄρηκε τῆς φιλοψυχεῖν πρόφασιν· εἰσῆλθεν εἰς τὸ δωμάτιον, καὶ τὴν θώρακα καὶ τὸ βαλτίον καὶ διαστέλλων, Ὦ Κλεοπάτρα (εἶπεν) οὐκ ἀχθομαί σου τεθνήκοτος· αὐτίκα γὰρ εἰς ταὐτὸν ἀφίξομαι, διὰ τὸ γυναικὸς ὁ τηλικοῦτος αὐτοκράτωρ δυτυχίᾳ πεφωράσθαι λειπόμενος. ἦν δὲ τις οἰκέτης αὐτοῦ πιστὸς, Ἔρως ὄνομα. τοῦτον

D οὐκ πολλοῦ τοῦ δακεκληκώς, εἰ δεήσειεν, ἀνελεῖν αὐτὸν, ἀπῄτει τὴν ὑποσχέσιν, ὁ δὲ, ἀπασάμενος τὸ ξίφος, ἀνέσχετο μὲν ὡς πάσων ἐκεῖνον, ἀποστρέψας δὲ τὸ πρόσωπον ἑαυτὸν ἀπέκτεινε. πεσόντος δὲ αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας, ὁ Ἀντώνιος, Εὖγε (εἶπεν) ὦ Ἔρως· ὅτι μὴ δυνηθεὶς αὐτὸς, ἐμὲ ποιῆν ὃ δεῖ διδάσκεις, καὶ πάσας ἀφ' τῆς χιλίας ἑαυτὸν ἀφῆκεν εἰς τὸ κλινίδιον. οὐ δὲ οὐκ αὐθυφάνατος ἡ πληγή. διὸ καὶ τῆς φορᾶς τοῦ αἵματος, ἐπεὶ κατεκλίθη, παυσαμένης ἀναλαβὼν, ἐδεῖτο τῶν παρόντων ὑπισφάττειν αὐτόν. οἱ δὲ ἔφευγον ἐκ τοῦ δωματίου, βοῶντος καὶ σφαδάζοντος· ἄχρι οὗ τοῦ Κλεοπάτρας

E ἦκε Διομήδης ὁ γραμματεύς, κομίζειν αὐτὸν ὡς ἐκείνῳ εἰς τὸν τάφον κελευσθείς. γνοὺς οὖν ὅτι ζῇ, πρόθυμος ἐκέλευσεν ἄγεσθαι τοῖς ὑπηρέταις τὸ σῶμα, καὶ ἀφ' χηρῶν προσεκομίσθη ταῖς θύραις τοῦ οἰκήματος. ἡ δὲ Κλεοπάτρα τὰς μὲν θύρας οὐκ ἀνέῳξεν, ἐκ δὲ θυρίδων τινῶν φανεῖσα, σειρᾶς καὶ καλῴδια καθῆκε. καὶ τούτοις συναψάντων τὸν Ἀντώνιον, ἀνεῖλκεν αὐτὴ καὶ δύο γυναῖκες, ἃς μόνας ἐδέξατο μετ' αὐτῆς εἰς τὸν τάφον. οὐδὲν ἐκείνου λέγουσιν οἰκτρότερον γενέσθαι οἱ παραγενόμενοι θέαμα. πεφυρμένος γὰρ αἵματι καὶ δυσθανατῶν εἵλκετο, τὰς χεῖρας ὀρέγων εἰς ἐκείνην καὶ παρεστηκότος. οὐ γὰρ ἦν γυναικὶ ῥᾴδιον τὸ ἔργον, ἀλλὰ μόλις ἡ Κλεοπάτρα τὴν χεῖρα ἐμπεφυκυῖα καὶ καταπονουμένη τῷ προσώπῳ, τὸν δεσμὸν ἀνελάμβανεν, ὑπικελευομένων τῶν κάτωθεν αὐτῇ καὶ συναγωνιώντων. δεξαμένη δὲ αὐτὸν οὕτως, καὶ καταστορέσασα, περιερρήξατο τοὺς πέπλους ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὰ

στέρνα τυπτομένη καὶ παρεῴδουσα ταῖς χερσὶ, καὶ τῷ
προσώπῳ τὸ αἵματος ἀναμασσομένη, δεσπότην καλεῖ, καὶ
ἄνδρα καὶ αὐτοκράτορα· καὶ μικρὸν δεῖν ὑπελέλησο τῶν αὐτῆς
κακῶν, οἴκτῳ τῶν ἐκείνου. καταπαύσας δ' τὸ θρῆνον αὐτῆς Ἀν-
τώνιος, ἤτησεν οἶνον πιεῖν· εἴτε διψῶν, εἴτε συντομώτερον ἐλ-
πίζων ἀπολυθήσεσθαι. πιὼν δ', παρῄνεσεν αὐτῇ τὰ μὲν ἑαυτῆς,
αἰ ἢ μὴ μετ' αἰσχύνης σωτηρία πίπτοι, μάλιστα τῶν Καίσα-
ρος ἑταίρων Προκλήϊός τις δύναιτο· αὐτὸν δ' μὴ θρηνεῖν ὅτι τῆς
ὑστάτης μεταβολῆς, δεῖται μακαρίζειν ὧν ἔτυχε καλῶν, ὅτι
φανέστατος ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ πλεῖστον ἰσχύσας, καὶ νῦν
οὐκ ἀγενῶς Ῥωμαῖος ὑπὸ Ῥωμαίου κρατηθείς. ὅσον δ' ἀπο-
A properantem Platonẽ in triremi, qua Pollis Spartiates redibat in Græciam, dimisit. Verum rogauit Dionysius Pollim secreto, maxime vt in cursu occideret eum: sin minus, omnino venundaret: nullam iniuriam accepturum, sed æque beatum fore vel in seruitute, vt qui esset iustus. Itaque dicitur Platonem Pollis Æginam deportasse ac distraxisse, quum bellum haberet ea ciuitas tunc cum populo Athenienſe, & plebiscitum, siquis captus ciuis Athenienſis foret, vt venderetur Ægi-
B næ. Nihilo habuit tamen Dioni minorem Dionysius vel honorem vel fidem, sed maximas legationes obiuit ad Carthaginenses missus. Qua in legatione magnum nomen quæsiuit. Ac ferebat tyrannus libertatem eius: qui solus prope intrepide quod videretur dicebat: vt inter alia quum reprehendit eum de Gelone. quippe quum illuderetur Gelonis regnum, ipsumque Gelonem Dionysius Siciliæ γέλωτα, id est ludibrium, dixisset fuisse: alii dictum se simulabant mirari, Dion vero indignatus, Atqui tu, inquit, tyrannide potiris, quia tibi Gelonis causa habita fides est: tui causa fides tribuetur posthac nemini. nam reuera pulcherrimum videtur Gelo ostendisse ciuitatis sub
C vnius principatu statum esse, Dionysius fœdissimum. Habuit autem Dionysius tres liberos ex Locride, ex Aristomache quatuor: ex quibus duæ filiæ fuerunt, Sophrosyne & Arete. Sophrosyne Dionysio filio, Arete fratri eius Thearidi nupsit. Fratre defuncto Thearide, Dion Areten sororis filiam in matrimonium accepit. Quum vero ægrotanti Dionysio fatum imminere videretur, elaborauit Dion cum eo de Aristomaches liberis agere. verum medici inseruientes successori, non dederunt ei locum. Vt autem tradit Timæus, etiam medicamentum poscenti, somnificum propinantes, sensum abstulerunt, somnumque morti commisere. At primo amicorum apud
D Dionysium conuentu ita disseruit de præsenti rerum statu Dion, & cæteros omnes prudentia infantes & dicendi libertate tyrannidis ostenderet esse mancipia, qui blandientes adolescenti abiecta & prætrepida consilia ei darent. Perculit eos potissimum quum imminens à Carthagine dominatui periculum expauescentibus polliceretur, si cuperet pacem Dionysius, nauigaturum se confestim in Africam, bellumque honestissimis conditionibus compositurum: sin bellare aueret, quinquaginta triremes suo se sumptu exhibiturum &
E præbiturum instructas. Hanc magnificentiam obstupuit mirifice Dionysius, atque animum eius promptum amplexus est. At illi qui coargui se hac munificentia, & autoritate deprimi Dionis existimabant, hinc capto exordio nullam prætermiserunt vocem qua exacerbare in eum adolescentem sperabant posse, quasi tyrannidem viribus maritimis pararet occupare, vt dominatum classe ad Aristomaches sororis suæ liberos traheret. Apertissimas vero atq; grauissimas ad inuidiam eius & odium causas suppeditauerunt morũ diuersitas & vita insocialis. Illi enim statim ab initio iuuenis tyran-
F ni & male educti vsum ac consuetudinẽ voluptatibus subministrãdis assentationibusq; subeũtes, in dies amores aliquos atq; ignauas occupationes ei in poculis, lustris, aliisq; turpibus ludis offerebant:

ὑφ' ὧν

à quibus tyrannis ferri modo emollita popularibus apparebat lenis, nimiamque immanitatem remittebat paululum, non humanitate potius quam domini hebetata socordia. Hinc paulatim progrediens & serpens adolescentis dissolutio, compedes illas adamantinas, quibus Dionysius maior ait alligatum relinquere se dominatum, fudit atque tabefecit: siquidem dies, vt aiunt, continuos nonaginta sine vllo interuallo, vbi semel cœpit, perpotauit: aulamque interea bonis viris sermonibusque honestis inaccessam & clausam, crapulæ, ioci, cantus, tripudia, atque alia licentia tenuere. Fuit igitur haud dubie inuisus Dion, qui ad nullam relaxabat se hilaritatem vel ludum. Quocirca consentanea vitiorum vocabula tribuentes virtutibus calumniabantur eum, grauitatem, arrogantiam, & libertatem loquendi appellantes peruicaciam: admonensque, accusare, & quia non vna vitiis indulgebat, videbatur fastidire. Et quidem habebant sua sponte fastum aliquem eius mores austeritatemque, aditu difficilem & pene insociabilem. Non solum enim iuueni & patentes aures habenti adulationibus ingrata consuetudo eius & aspera erat, verum multi etiam qui vtebantur eo familiariter, candorem animi eius & generositatem amplectebantur, congressus causa insectabantur eum: quod morosius & difficilius quam pro ciuili vsu ageret cum adeuntibus. De quibus post Plato quasi vaticinans ad eum scripsit, peruicaciam tanquam solitudinis contubernalem vt declinaret. Verumenimvero quanuis plurimi eum id temporis negotiorum causa fieri appareret, solumque vel potissimum nutantem erigere & conseruare tyrannidem: intellexit tamen non acceptum se, sed inuito tyranno vsus ratione primum esse & maximum. Huius quum literarum existimaret imperitiam causam esse, enisus est eum in studia liberalia coniicere, gustumque dare præceptorum & disciplinarum moralium: quo & virtutem formidare desineret, & rebus assuesceret se oblectare honestis. Neque enim fuit teterrimus in tyrannis Dionysius, sed veritus pater eius ne si animi ei creuissent, & consuetudine esset vsus hominum cordatorum, insidiaretur sibi & dominatu spoliaret: inclusum asseruauit in conclaui. Ibi vsu destitutus alio, & rerum imperitia, vti dictitant, parua plaustra, candelabra, sedes ligneas & mensas fabricabatur. Vsque adeo enim diffidebat, & aduersus omnes mortales erat suspiciosus atq; proiectæ timiditatis maior Dionysius, vt nec capillum cultris tonsoriis tonderet, sed admitteretur quispiam ex plastis, qui carbone capillum adureret. In cubiculum eius nō frater, non filius admittebatur amictus: verum oportebat quemque, prius quam ingrederetur, posita stola sua aliam sumere, atque excuti ab satellitibus nudum. Quum Leptines frater eius situm loci cuiuspiam declarans ei aliquando accepta à stipatore hasta delinearet eum, exanduit in illū vehemēter: alterum vero qui dederat hastam, interfecit. Amicos solertes dicebat suspectos sibi esse, quod sciret eos dominari ipsos malle, quam domino parere. Marsiam quendam quem euexerat & præfectura donauerat, quod ipsum secundum quietem visus esset interficere, interemit:

A ὑφ' ὧν ἡ τυραννὶς, ὥς περ σίδηρος, μαλασσομένη, τοῖς μὲν ἀρχομένοις ἐφαίνη φιλάνθρωπος, καὶ ὅλίγον ἀπανθρωπον ὑπανῆκεν, οὐκ ἐπιεικείᾳ τινὶ μᾶλλον ἢ ῥαθυμίᾳ τοῦ κρατοῦντος, ἀμβλυνομένη. ἐκ δὲ τούτου προιοῦσα καὶ νεμομένη καὶ μικρὸν ἢ κατὰ τὸ μεγάλιον ἄνεσις, τοὺς ἀδαμαντίνους δεσμοὺς ἐκείνους οἷς ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος ἔφη δεδεμένῳ ἀπολιπεῖν τὴν μοναρχίαν, ἐξέτηξε καὶ διέφθειρεν. ἡμέρας γὰρ (ὥς φασιν) ἐνενήκοντα συνεχῶς ἔπινεν ἀρξάμενος, καὶ τῇ αὐλῇ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ σπουδαίοις ἀνδράσι καὶ λόγοις ἄβατον καὶ ἀπείσοδον οὖσαν, μέθαι

B καὶ κῶμοι καὶ ψαλμοὶ καὶ ὀρχήσεις καὶ βωμολοχίαι κατεῖχον. ἐνῷ οὖν (ὡς εἰκὸς) ὁ Δίων ἐπαχθὴς, εἰς τοσόνδε ἡδὺ καὶ νεωτεριστὴν ἐνδιδοὺς ἑαυτόν. διὸ καὶ πιθανὰ κακιῶν πρόσρημα τοῖς ἀρεταῖς ἐπιφέροντες αὐτὸν διέβαλλον, ὑπερηφανίαν, τὴν σεμνότητα, καὶ τὴν παῤῥησίαν, αὐθάδειαν ἀποκαλοῦντες. καὶ νουθετῶν, κατηγορεῖν ἐδόκει· καὶ μὴ συνεξαμαρτάνων, καταφρονεῖν. ἀμέλει δὲ καὶ φύσει πνὰ τὸ ἦθος ὄγκον εἶχεν αὐτὸν, καὶ τραχύτητα δυς πρόσοδον ἐν τῇ ὀξῇ καὶ δυςξύμβολον. οὐ γὰρ μόνον ἀνδρὶ νέῳ, καὶ ἀφαπτομένῳ τὰ ὦτα χαλακείαις, ἄχαρις τοῦ συγγενέσθαι καὶ προσαπτῆς, ἀλλὰ καὶ

C πολλοὶ τῶν πολύ χρωμένων αὐτῷ, καὶ τὴν ἁπλότητα καὶ τὸ θηναῖον ἀγαπώντων τοῦ τρόπου, κατεμέμφοντο τῆς ὁμιλίας ὡς ἀγροικοτέρον καὶ βαρύτερον πολιτικῶν χρείαν τοῖς δεομένοις συναλλάττοντα. πρὸς ὃν καὶ Πλάτων ὕστερον, ὥς περ ἀποτεμνόμενον, ἔγραψεν πρὸς αὐτὸν, ὀξυλαβεῖσθαι τὴν αὐθάδειαν, ὡς ἐρημίᾳ συνοικοῦσαν. οὐ μὴν ἀλλὰ τότε πλείστου δοκῶν ἄξιος ὑπὲρ ἀρχὴν ἀλλὰ τὰ πράγματα, καὶ μόνος ἢ μάλιστα τὴν τυραννίδα σαλεύουσαν ἀνορθοῦν καὶ διαφυλάττειν, ἐγίνωσκεν οὐ πρὸς χάριν, ἀλλ' ἄκοντος ὑπὸ χρείας τοῦ τυράννου, πρῶτος ὢν καὶ μέγιστος. αἰτίαν εἰς δὲ τοῦ

D τοῦ τὴν ἀπαιδευσίαν εἶναι νομίζων, ἐμβαλεῖν αὐτὸν εἰς ἀρετικὰς ἐλευθερίοις ἐφιλοτιμεῖτο, καὶ γεῦσαι λόγων καὶ μαθημάτων ἡδοπιῶν, ὡς ἀρετῆς τε παύσαιτο δεδιώς, καὶ τοῖς καλοῖς χαίρειν ἐθισθείη. φύσει γὰρ οὐκ ἐγεγόνει τῶν φαυλοτάτων τυράννων ὁ Διονύσιος· ἀλλ' ὁ πατὴρ δεδοικὼς μὴ φρονήματος μεταλαβὼν, καὶ συγγενόμενος νοῦν ἔχουσιν ἀνθρώποις, ἐπιβουλεύσειεν αὐτῷ, καὶ παρέλοιτο τὴν ἀρχὴν, ἐφρούρει κατάκλειστον οἴκοι, δι' ἐρημίαν ὁμιλίας ἑτέρας, καὶ ἀπειρίᾳ πραγμάτων, ὥς φασιν, ἁμάξια καὶ λυχνίας, καὶ δίφρους ξυλίνους, καὶ τραπέζας τεκταινόμενον. οὕτω γὰρ

E ἦν ἄπιστος, καὶ πρὸς ἁπάντας ἀνθρώπους ὕποπτος καὶ προβεβλημένος διὰ φόβον ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος, ὥστε μηδὲ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας ἀφελεῖν χειρουργικαῖς μαχαίραις, ἀλλὰ τῶν πλεκτῶν τις ὑπιφοιτῶν αἴθραξι τὴν κόμην ἀπέκαιεν. εἰσήει δὲ πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ δωμάτιον οὔτε ἀδελφὸς, οὐθ' υἱὸς, ὡς ἔτυχεν ἠμφιεσμένος, ἀλλ' ἔδει πρὶν εἰσελθεῖν, ἀποδυσάμενον τὴν ἑαυτοῦ στολὴν ἕκαστον, ἑτέραν ἀναλαβεῖν, ὁ σεσαθέντα γυμνὸν ὑπὸ τῶν φυλαττόντων. ἐπεὶ δὲ Λεπτίνης ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ ποτε χωρίου φύσιν ἐξηγούμενος, λαβὼν λόγχην τῶν δορυφόρων, ἐπέ-

F γραψεν τὸν τόπον, ἐκείνῳ μὴ ἰσχυρῶς ἐγκαλέσαντα, τὸν δὲ δόντα τὴν λόγχην ἀπέκτεινεν. ἔλεγεν δὲ τοὺς φίλους φυλάττεσθαι, νοῦν ἔχοντας εἰδώς, καὶ βουλομένους μᾶλλον τυραννεῖν ἢ τυραννεῖσθαι. καὶ Μαρσύαν δέ τινα τῶν προσηγμένων ὑπ' αὐτοῦ καὶ τεταγμένων ἐφ' ἡγεμονίας ἀπέκτεινεν, δόξαντα κατὰ τοὺς ὕπνους σφάττειν αὐτόν·

ὡς ἀπ' ἐννοίας μεθημερινῆς, καὶ διαλογισμοῦ, τῆς ὄψεως ταύτης εἰς τὸν ὕπνον αὐτῷ παραγιγνομένης. ὁ μὲν δὴ Πλάτωνι ἐμφθείς, ὅτι μὴ πρώτων ἀνθρώπων αὐτὸν ἄνδρειότατον ὄντα ἀπέφηνεν, οὕτω δεῖφοβον καὶ τοσούτων ὑπὸ δειλίας κακῶν μεστὴν εἶχε τὴν ψυχήν. τὸν δ' υἱὸν αὐτοῦ, καθάπερ εἴρηται, διαλελωβημένον ἀπαιδευσίᾳ, καὶ συντετριμμένον τὸ ἦθος ὁ Δίων ὁρῶν, παρεκάλει δοῦναι παιδείᾳ τραπέσθαι· καὶ δεηθεὶς αὐτοῦ τοῦ φιλοσόφων πάσαν δέησιν, ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν· ἐλθόντι δὲ παρακελεύειν αὐτὸν, ὅπως διακοσμηθεὶς τὸ ἦθος εἰς ἀρετὴν λόγων, καὶ θεοῖς τὸ θειότερον ἀφομοιωθεὶς παράδειγμα τῶν ὄντων καὶ κάλλιστον, ᾧ τὸ πᾶν ἡγουμένῳ πειθόμενον, ὃς ἀκοσμίας κόσμος ἐστὶ, πολλὴν μὲν εὐδαιμονίαν ἑαυτῷ μηχανήσηται, πολλὴν δὲ τοῖς πολίταις, ὅσα νῦν ἐν ἀθυμίᾳ διοικοῦσι θεοῖς ἀνάγκην τῆς ἀρχῆς, ταῦτα σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ μετ' εὐμενείας παραδιδόμενα παρασχῶν, καὶ ἡγούμενος βασιλεὺς ἐκ τυράννου. τοὺς γὰρ ἀδαμαντίνους δεσμοὺς, οὐχ ὥσπερ ὁ πατὴρ ἔλεγεν αὐτοῦ, φόβον καὶ βίαν καὶ νεῶν πλῆθος ἔτι), καὶ βαρβάρων μυρίανδρον φυλακὴν, εὔνοιαν δὲ καὶ προθυμίαν καὶ χάριν ἐκλεκομένῳ τῷ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης. ἃ, καίπερ ὄντα μαλακώτερα τῶν σωματόνων καὶ σκληρῶν ἐκείνων, ἰσχυότερα πρὸς ἀμφοτέρω ἡγεμονίας τῶν ἀρχῶν. χρεὶς δ' τούτων, ἀφιλότιμον ἔτι) καὶ ἄζηλον τὸν ἄρχοντα, τῷ μὲν σώματι πρεπῶς ἀμπεχόμενον καὶ τῇ περὶ τὴν οἴκησιν ἀβρότητι καὶ κατασκευῇ λαμπρυνόμενον, ὁμιλίᾳ δὲ καὶ λόγῳ, μηδὲν ὄντα τοῦ πρεσβυτέρου σεμνότερον· μηδὲ τῆς ψυχῆς τὸ βασίλειον ἀξιοῦντα κεκοσμημένον ἔχειν βασιλικῶς καὶ πρεπόντως. ταῦτα πολλάκις τοῦ Δίωνος παραινοῦντος, καὶ τῶν λόγων τοῦ Πλάτωνος ἔστιν ὅς τινας ἐπιστείροντος, ἔρως τὸν Διονύσιον ἔξυς καὶ πρεμαινὴς τῶν τε λόγων καὶ τῆς συνουσίας τοῦ Πλάτωνος. αὐτὸς οὖν Ἀθηναῖός φησι πολλὰ μὲν ἐφοίτα γράμματα παρὰ τοῦ Διονυσίου, πολλαὶ δ' ἐπισκήψεις παρὰ τοῦ Δίωνος· ἄλλαι δ' ἐξ Ἰταλίας παρὰ τῶν Πυθαγορικῶν, ἀφικνουμένων παρακαλεῖσθαι, καὶ νέας ψυχῆς ἐξουσία μεγάλη καὶ δυνάμει περιφερομένης ἐπιλαβέσθαι, καὶ κατασχεῖν ἐμβριθεστέροις λογισμοῖς. Πλάτων μὲν οὖν (ὡς φησιν) αὐτὸς ἑαυτὸν αἰσχυνθεὶς, μάλιστα μὴ δόξειεν ἐν λόγοις εἶναι) μόνον, ἔργου δ' ἐκὼν ὑπόδενος δὴ ἄψασθαι· καὶ προσδοκήσας, δι' ἑνὸς ἀνδρὸς, ὥσπερ ἡγεμονικοῦ μέρους, ἐκκαθαρθέντος, ὅλην ἰατρεύειν Σικελίαν νοσοῦσαν, ὑπέσχετο. οἱ δὲ τῷ Δίωνι πολεμοῦντες, φοβούμενοι τὴν τοῦ Διονυσίου μεταβολὴν, ἔπεισαν αὐτὸν ἀπὸ τῆς φυγῆς μεταπέμπεσθαι Φίλιστον· ἄνδρα καὶ πεπαιδευμένον περὶ λόγους, καὶ τυραννικῶν ἠθῶν ἐμπειρότατον, ὡς αὐτόπαγμα πρὸς Πλάτωνα καὶ φιλοσοφίαν ἐκεῖνον ἔχοντες. ὁ γὰρ δὴ Φίλιστος ἐξ ἀρχῆς τε τῇ τυραννίδι καθιστάμενῃ προθυμότατον ἑαυτὸν παρέσχεν, καὶ τὴν ἀκραν διεφύλαξε, φεύγων ἐπὶ πολὺ χρόνον. ἐν δὲ λόγῳ ὡς καὶ τῇ μητρὶ πλησιάζοι τοῦ πρεσβυτέρου Διονυσίου, ὃ τυραννὶς μὴ πάμπαν ἀγνοοῦντος. ἐπεὶ δ' Λεπτίνης ἐκ γυναικὸς ἐν δυοῖν θυγατέρων, τὴν ἑτέραν ἔδωκε Φιλίστῳ, μηδὲ φράσας πρὸς Διονύσιον· ὀργισθεὶς ἐκεῖνος, τὴν μὲν γυναῖκα τοῦ Λεπτίνου δήσας ἐν πέδαις κατεῖρξε, τὸν δὲ Φίλιστον ἐξήλασε Σικελίας, φυγόντα παρὰ ξένους πινὰς εἰς τὸν Ἀδρίαν· ὅπου καὶ δοκεῖ τὰ πλεῖστα συνθεῖναι τῆς ἱστορίας σχολάζων· ὁ γὰρ ἐπανῆλθε τοῦ πρεσβυτέρου ζῶντος, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν

A existimans ex cogitatione diurna & meditatione hanc visionem fuisse ei per somnium oblatam. Adeo ille qui Platoni infensus fuit quod non omnium mortalium ipsum pronuntiasset fortissimum, pauidam & malis mentem tam multis habebat refertam. Huius filium, sicut diximus, bonarum literarum inertia mutilatum & labefactatum moribus Dion quum animaduerteret, hortatus eum est vt dederet sese literis, & philosophorum principem enixe rogaret vt in Siciliam veniret. Vbi venisset, daret se ei: quo moribus ex doctrina ad virtutem expolitus, atque ad diuinissimum rerum & pulcherrimum conformatus exemplum, cui vniuersitas duci parens non iam confusio sed mundus est, magnam sibimetipsi, magnam item ciuibus pararet felicitatem: qui quæ nunc metu domini faciant inuiti, hæc moderatione & iustitia beneuole velut parenti essent præstituri, atque ita ipse rex euaderet ex tyranno. nam adamantinas compedes, non, vt eius dixit parens, metum, vim, ingentem classem, & decem millium stationem barbarorum esse: sed beneuolentiam, sed studium, sed fauorem: quæ iustitia & virtus imprimant. quæ licet molliora, intentis illis & duris firmiora ad imperii esse perpetuitatem. Adhæc, esse turpe & fœdum, si princeps corpore eximie cultus, domesticoque splendore atque instrumento magnificus, consuetudine & sermone nihilo homini præstet plebeio, neque animi studeat habere egregie & insigniter exornatum principatum. Hæc crebro inculcante ei Dione, ac nonnullos Platonis sermones subiiciente, acris Dionysium ardor & vesanus cepit sermonum & colloquii Platonis. Extemplo igitur multæ Athenas à Dionysio literæ, multæ obtestationes volitarunt à Dione, aliæ à Pythagoreis ex Italia, vt veniret hortantibus, & tyrocinium animi magna licentia & potentia fluctuans arriperet, solidioribusque frænaret consiliis. Ac Plato quidem, vt ipsemet testatur, se ipse erubescens, maxime ne verbis tantum vacare, operi vero manus admouere volens nulli videretur: speransque per vnum virum, quasi membrum principale, purgatum vniuersæ laboranti medicinam se Siciliæ facturum, gessit illis morem. At Dionis aduersarii timentes mutationem Dionysii, induxerunt eum vt Philistum ab exilio reuocaret, virum & literis instructum & morum tyrannicorum scientissimum: quo haberent eum quem Platoni & philosophiæ obiicerent. Quippe à primo surgenti tyrannidi promptissimum præbuerat Philistus se, arcemq; præsidio præfectus diu custodierat. Fama quoque fuit matri eum maioris Dionysii consuesse haud vndequaque inscio tyranno. Sed quum Leptini ex muliere, quam alteri nuptam per stuprum cognouerat, duæ editæ filiæ essent, quarum altera re non communicata cum tyranno collocasset Philisto: ira frendens ille Leptinis coniugem vinctam in custodia habuit, Philistum vero exterminauit Sicilia, qui ad hospites certos perfugit Adriam. vbi, vt mihi videtur, quum abundaret otio, historiã suam maxima ex parte cõposuit. Neque enim reuersus est in patriam viuo maiore Dionysio, sed secundum illius excessum,

vti diximus, reduxit eum æmulatio cum Dione aliorum, quasi & ipsis magis accommodatũ, & firmiorẽ tyrannidi. Igitur mox redux hic fouit tyrannidẽ, simul Dioni ab aliis struebantur apud tyrannum calumniæ & crimina, cũ Theodote & Heraclide eum de opprimendo dominatu egisse. Nẽpe sperabat sane per Platonis præsentiã detracto tyrannidi dominatu atq; impotentia, moderatum se & legitimũ principem Dionysium effecturum: sin reluctaretur nec molliretur, opprimere statuerat eum, ac Syracusanis reddere remp. nõ quo ditionem probaret popularem, sed quod omnino censeret tyrannide eam esse meliorem iis qui sanum principatum non possent assequi optimatũ. In hoc rerum statu venit in Siciliam Plato: qui primo aduentu eximia comitate & honore est exceptus. nam regius currus & splendide cultus præsto fuit e naui egredienti. Tyrannus autem, tanquam magno bono imperium suum esset auctum, sacrificauit. Pudor in conuiuiis, aula composita, atque ipsius tyranni in omnibus responsis iudiciisque lenitas spem ciuibus miram præbebat conuersionis. Ardor erat ad disciplinas & philosophiam omnium. Tyrannidis sedem, vt fama est, puluis occupabat, ob numerum eorum qui geometriæ incumbebant. Paucis interpositis diebus solenne sacrificium fuit in arce. Ibi quum precaretur de more præco vt dominatus in multas ætates consisteret inconcussus, assistens Dionysius perhibetur dixisse, Quin tu desinis in nos execrari? Momordit id supra modum Philistum cum suis, insuperabilem autoritatem fore spatio & consuetudine existimantes Platonis: qui tunc modico ex vsu vsque adeo animum inuerterat & variauerat adolescentis. Non vltra igitur vnus aut alter neque clam, verum aperte omnes lacerare Dionem, & iactare non obscure fascinare eum & inficere Platonis eloquentia Dionysium: quo simul atq; ille sponte deposuerit potestatem, eam ad Aristomaches filios, quorum auunculus sit, transferat. Nonnulli vero moleste ferre simulabant se, quum pridem Athenienses, qui ingentibus naualibus & terrestribus copiis eo nauigauerant, interissent oppressique ante fuissent quam caperent Syracusas: nunc Dionysii tyrannidem per vnum dituituros magistrum, qui persuadeat ei vt ex decem millium stipatorum profugiens statione, quadringentis triremibus, decem millibus equitum atque infinitis peditum copiis relictis, in Academia arcanum illud bonum inuegistet, euadat per geometriam beatus: hanc vero in principatu, pecunia & deliciis felicitatẽ Dioni permittat & Dionis sororis filiis. Hinc suspicione primum, deinde clariore simultate & alienatione ab Dione orta Dionysii, defertur clam ad Dionysium epistola quædam, quam ad magistratus Carthaginensium scripserat Dion, monens, vt quum Dionysium de pace adituri essent, ne remoto se conuenirent illũ: omnia se confecturum ipsis ex sententia. Hanc quũ Philisto Dionysius recitasset, ac cũ eo, vt autor Timæus est, consultasset, surrepsit Dioni ficta reconciliatione, atq; specie prætẽta honesta,

A (ὥς φησι εἴρηται) κατήγαγον αὐτὸν ὁ πρὸς Δίωνα τῶν ἄλλων φθόνος, ὡς αὐτοῖς τε μᾶλλον ὀπιτήδειον ὄντα, καὶ τῇ τυραννίδι βεβαιότερον. οὗτος μὲν οὖν αὖθις κατελθὼν διεπεφύκει τῆς τυραννίδος. τῷ δὲ Δίωνι καὶ παρ' ἄλλων ἐτύγχανον οὖσαι διαβολαὶ καὶ κατηγορίαι πρὸς τὸν τύραννον, ὡς διειλεγμένῳ περὶ καταλύσεως τῆς ἀρχῆς πρός τε Θεοδότου καὶ πρὸς Ἡρακλείδου. ἤλπιζε μὲν γὰρ (ὡς ἔοικε) διὰ Πλάτωνος πρᾶγμα μέγα μὲν τὸ δεσποτικὸν καὶ λίαν ἄκρατον ἀφελὼν τῆς τυραννίδος, ἐμμελῆ τινα καὶ νόμιμον ἄρχοντα τὸν Διονύσιον καταστήσειν· εἰ δὲ ἀντιβαίνοι, καὶ μὴ μαλακοίτο, καταλύσας ἐκεῖνον, ἐγνώκει τὴν πολιτείαν ἀποδιδόναι Συρακουσίοις· οὐκ ἐπαινῶν μὲν δημοκρατίαν, πάντως δὲ βελτίω τυραννίδος ἡγούμενος τοῖς διαμαρτάνουσιν ὑγιαινούσης ἀριστοκρατίας. ἐν τοιαύτῃ δὲ καταστάσει τῶν πραγμάτων ὄντων, Πλάτων εἰς Σικελίαν ἀφικόμενος, πρὶν μὲν τὰς πρώτας ἀπαντήσεις θαυμαστῆς ἐτύγχανε φιλοφροσύνης καὶ τιμῆς. καὶ γὰρ ἅρμα τῶν βασιλικῶν αὐτῷ παρέστη, κεκοσμημένων διαπρεπῶς, ἀποβάντι τῆς τειήρους· καὶ θυσίαν ἔθυσεν ὁ τύραννος, ὡς δι' τυχήματος μεγάλου τῇ ἀρχῇ προσγεγενότος. αἰδὼς δὲ συμποσίοις, καὶ σχηματισμὸς αὐλῆς, καὶ πρᾳότης αὐτοῦ τοῦ τυράννου πρὸς ἕκαστα τῶν χρηματιζομένων, θαυμαστὰς ἐνέδωκεν ἐλπίδας μεταβολῆς τοῖς πολίταις· φορὰ δέ τις ἦν ὅτι λόγους καὶ φιλοσοφίαν ἀπάντων· καὶ ὁ τυραννεῖον (ὥς φασι) κονιορτὸς ὑπὸ πλήθους τῶν γεωμετρούντων κατεῖχεν, ἡμέρας δὲ ὀλίγων διαγενομένων θυσία μὲν ἦν πάτριος ἐν τοῖς τυραννείοις· τοῦ δὲ κήρυκος (ὥσπερ εἰώθει) κατευξαμένου διαμένειν τὴν τυραννίδα ἀσάλευτον πολλοὺς χρόνους, ὁ Διονύσιος λέγεται παρεστὼς, Οὐ παύσῃ (φάναι) καταρώμενος ἡμῖν; τοῦτο κομιδῇ τοὺς περὶ τὸν Φίλιστον ἐλύπησεν, ἄμαχόν τινα τοῦ Πλάτωνος ἡγουμένους ἔσεσθαι χρόνῳ καὶ συνηθείᾳ τὴν δυνάμιν, εἰ νῦν ἐκ συνουσίας ὀλίγης ἠλλοίωκεν οὕτω καὶ μεταβέβληκεν τὴν γνώμην τὸ μειράκιον. οὐκ ἔτ' οὖν καθ' ἕνα καὶ λαθραίως, ἀλλὰ πάντες ἀναφανδὸν ἐλοιδόρουν τὸν Δίωνα· λέγοντες ὡς οὐ λέληθε κατεπᾴδων καὶ καταφαρμάττων τῷ Πλάτωνος λόγῳ Διονύσιον, ὅπως ἀφέντος ἑκουσίως αὐτοῦ καὶ προεμένου τὴν ἀρχὴν, ὑπολαβὼν εἰς τοὺς Ἀριστομάχης παρεισήσῃ παῖδας, ὧν θεῖός ἐστιν. ἔνιοι δὲ προσεποιοῦντο δυσχεραίνειν, εἰ πρότερον μὲν Ἀθηναῖοι ναυτικαῖς καὶ πεζικαῖς δυνάμεσι μεγάλαις δέδε πλοῦσαντες ἀπώλοντο, καὶ διεφθάρησαν πρότερον ἢ λαβεῖν Συρακούσας· νυνὶ δ' δι' ἑνὸς σοφιστοῦ καταλύσοιτο τὴν Διονυσίου τυραννίδα, συμπείσαντες αὐτὸν ἐκ τῶν μυείων δορυφόρων ἀποδραίη, καὶ καταλιπόντα τὰς τετρακοσίας τειήρεις, καὶ τοὺς μυρίους ἱππεῖς, καὶ τοὺς πολλάκις τοσούτους ὁπλίτας, ἐν Ἀκαδημίᾳ τὸ σιωπώμενον ἀγαθὸν ζητεῖν, καὶ διὰ γεωμετρίας εὐδαίμονα γενέσθαι, τὴν ἐν ἀρχῇ καὶ χρήμασι καὶ τρυφαῖς εὐδαιμονίαν Δίωνι καὶ τοῖς Δίωνος ἀδελφιδοῖς προέμενον. ἐκ τούτων ὑποψίας πρῶτον, εἶτα καὶ φανερωτέρας ὀργῆς καὶ διαφορᾶς γενομένης, ἐκομίσθη τις ἐπιστολὴ κρύφα πρὸς Διονύσιον, ἣν ἐγεγράφει Δίων πρὸς τοὺς Καρχηδονίων ἐπιμελητάς· κελεύων, ὅταν Διονυσίῳ περὶ τῆς εἰρήνης διαλέγωνται, μὴ χωρεῖν αὐτὸν ποιήσασθαι τὴν ἐντεῦξιν, ὡς πάντα θησομένους ἀμεταπείστως δι' αὐτόν. βουλευσάμενος (ὡς φησι Τίμαιος) ἐπῆλθε τὸν Δίωνα πεπλασμένῃ διαλήσει· καὶ μέτεια σκηψάμενος,

ἀλλάττεσθαί τε φήσας, μόνον τε ἀπαγαγὼν ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν πρὸς τὴν θάλασσαν, ἔδειξε τὴν ὑπηρεσίαν καὶ κατηγόρησιν, ὡς συνιστάμενον μετὰ Καρχηδονίων ἐπ' αὐτόν. ἀπολογεῖσθαι δὲ βουλομένου τοῦ Διώνος, οὐκ ἀνασχόμενος, ἀλλ' εὐθὺς ὡς εἶχεν ἱμάτιον εἰς ἀκάλιον, προσέταξε τοῖς ναύταις κομίζοντας αὐτὸν ἐκβαλεῖν πρὸς τὴν Ἰταλίαν. γενομένου δὲ τούτου, καὶ φανέντος ὁμοῦ τοῖς ἀνθρώποις, τὴν μὲν οἰκίαν τοῦ τυράννου πένθος εἶχε, δι' ἃς γυναῖκας· ἡ δὲ πόλις ἡ τῶν Συρακουσίων ἐπῆρτο, πράγματα νεώτερα καὶ μεταβολὴν προσδεχομένη παρεῖναι, οὐκ ἔτι Διώνα θορύβου, καὶ τῆς πρὸς τὸν τύραννον ἀπιστίας τῶν ἄλλων. ἀ δὴ σκωπτόν ὁ Διονύσιος, καὶ δεδικώς, τοὺς μὲν φίλους παρεμυθεῖτο καὶ τὰς γυναῖκας, ὡς οὐ φυγῆς ἀλλ' ἀποδημίας τῷ Διώνι γεγενημένης, ὡς μηδὲν χεῖρον ὀργὴν πρὸς τὴν αὐθάδειαν αὐτοῦ παρόντος ἁμαρτεῖν βιαθείη. δυὸ δὲ ναῦς παραδοὺς τοῖς Διώνος οἰκείοις, ἐκέλευσεν, ἐνθεμένοις ὅσα βούλοιντο τῶν ἐκείνου χρήματα καὶ θεραπόντας ἀπάγειν πρὸς αὐτὸν εἰς Πελοπόννησον. ἦν δὴ οὐσία μεγάλη τῷ Διώνι καὶ σχεδόν τι τυραννικὴ πομπὴ καὶ κατασκευὴ περὶ τὴν διαγωγήν, ἣν οἱ φίλοι συλλαβόντες ἐκόμιζον. ἄλλα δὴ ἐπέμπετο πολλὰ παρὰ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν ἑταίρων, ὥστε χρημάτων ἕνεκα καὶ πλούτου λαμπρὸν ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἶναι καὶ διαφανῆ τῇ τοῦ φυγάδος εὐποιΐᾳ τὴν τῆς τυραννίδος δυνάμιν. Πλάτωνα δὲ Διονύσιος εὐθὺς μὲν εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετέστησεν, ἔνημον αὐτῷ, σχήματι ξενίας φιλανθρώπου, φρουρὰν μισθωσάμενος, ὡς μὴ συμπλέοι Διώνι μάρτυς ὢν ἠδικηκότι. χρόνῳ δὲ καὶ συνδιαιτήσει, καθαπερ φαύειν ἀνθρώπου θηρίον ἐθισθείς, ὑπὸ μὲν τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ καὶ τὸν λόγον, ἠράσθη τυραννικὸν ἔρωτα, μόνος ἀξιῶν ὑπὸ Πλάτωνος ἀντεράσθαι καὶ θαυμάζεσθαι μάλιστα πάντων, ἕτοιμος ὢν ἐπιτρέπειν τὰ πράγματα καὶ τὴν τυραννίδα, μὴ προσδεομένῃ τῆς πρὸς Διώνα φιλίας τῆς πρὸς αὐτόν. ἐν δὲ τῷ Πλάτωνι συμφορὰ τὸ πάθος αὐτοῦ τοῦτο μαινομένου, καθάπερ οἱ δυσέρωτες ὑπὸ ζηλοτυπίας· καὶ πολλὰς μὲν ὀργὰς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, πολλὰς δ' διαλλαγὰς καὶ δεήσεις ποιουμένου πρὸς αὐτόν, ἀκροᾶσθαι δὲ τῶν λόγων καὶ κοινωνεῖν τῆς περὶ φιλοσοφίαν παιδείας, σπουδάζοντος μὲν ὑπερφυῶς, αἰδουμένου δὲ τοὺς ἀποτρέποντας, ὡς διαφθαρησομένου. ἐν τούτῳ δ' πολέμου τινὸς ἐμπεσόντος, ἀποπέμπει τὸν Πλάτωνα, σπουδάζοντος εἰς ὥραν ἔτους μεταπεμψάσθαι Διώνα. καὶ τοῦτο μὲν ἐψεύσατο, τὰς δ' προσόδους τῶν κτημάτων ἀπέπεμπεν αὐτῷ, ἀξιῶν Πλάτωνα συνιόντα περὶ τοῦ χωρὶς διὰ τὸν πόλεμον εἰρήνης γενομένης, πάντα μεταπεμψάσθαι τὸν Διώνα, καὶ ἀξιοῦν αὐτὸν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ μηδὲν νεωτεροποιεῖν μηδὲ βλασφημεῖν κατ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς Ἕλληνας. ταῦτα ἐπειρᾶτο ποιεῖν Πλάτων· καὶ Διώνα τρέψας ὑπὲρ φιλοσοφίαν, ἐν Ἀκαδημίᾳ συνεῖχεν. ᾤκει μὲν δὴ ἐν ἄστει παρὰ Καλλίππῳ τινὶ τῶν γνωρίμων· ἀγρὸν δὲ διαγωγῆς χάριν ἐκτήσατο, καὶ τοῦτον ὕστερον εἰς Σικελίαν πλέων Σπευσίππῳ δωρεὰν ἔδωκεν· ᾧ μάλιστα τῶν Ἀθήνησι φίλων ἐχρῆτο, καὶ συνδιῆτατο, βουλομένου τοῦ Πλάτωνος ὁμιλίᾳ χαίρειν ἐχούσῃ, καὶ πάντας ἐμμελοῦς κατὰ χορὸν ἀπτοιμένῃ κεκραμένου ἀφηδύνεσθαι τοῦ Διώνος ἤθους. πιθανὸς δὲ λίαν ὁ Σπεύσιππος ἦν καὶ σκῶψαι ἀγαθὸν αὐτὸν ἐν τοῖς σίλλοις ὁ Τίμων προσηγόρευσεν. αὐτῷ δὲ Πλάτωνι χορηγοῦντι παίδων χορῷ, τόν τε χορὸν ἤσκησεν ὁ Διών, καὶ τὸ δαπάνημα πᾶν ἐτέλεσεν παρ' ἑαυτοῦ, συγχωρουντος τοῦ Πλάτωνος τῇ τοιαύτῃ φιλοτιμίᾳ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους,

A redire cũ ipso ait se in gratiam, soloq; sub arcẽ ad mare abducto ostendit epistolam. insimulauitq; cũ Pœnis eum in se conspirare. Purgare se Dionẽ volentẽ noluit audire: verum extẽplo & raptim coniecit eũ in acatium, imperauitq; nautis vt exponerent eũ in ora Italiæ. Quod factum quũ videretur hominib. sæuum, domus tyranni mulierum causa in luctu fuit: ciuitas vero Syracusana erexit se, res nouas & breuem vicissitudinẽ expectãs ex tumultu de Dione & ex diffidentia erga tyrannũ aliorum. Quæ vbi animaduertit Dionysius, timore anxius leniuit amicos & vxorẽ eius, quasi nõ in exiliũ, sed esset peregre Dion missus, ne in præsentis contumaciã consulere ex ira cõpelleretur grauius. Permisit autem naues duas Dionis familiaribus, vt quęcunq; vellent ex bonis & famulitio eius, imponerent eo, & ad eũ deportarent in Peloponnesum. Ingentes erant Dionis facultates, tyrannicusq; ꝓpe domi splendor & instrumentum: quæ consarcinata asportauerunt amici. Multa insuper alia à fœminis & amicis missa. Ita pecuniæ quidẽ causa & opũ splendidus erat inter Græcos, atq; ex exulis opulentia potentia elucebat tyrannidis. Platonem vero transtulit extemplo Dionysius in arcem honorificam ei benigni colore hospitii custodiam machinatus, ne cum Dione abiret illatarum ei iniuriarum testis. Tempore porro & contubernio sicut fera attingere hominem, ita ille assuefactus est ferre colloquia eius & orationem, ac prosequutus eum amore tyrannico, solumque redamari se a Platone & suspici supra omnes postulauit: paratus ei summam rerum dominatumque permittere, si Dionis amicitiam non præferret suæ. Erat Platoni calamitati hic affectus illius: qui insaniebat perdite amantium modo per æmulationem, multasque breui spatio rixas, multas vicissim reconciliationes cum eo & obsecrationes fecit: atque audire eius præcepta, & in consortium venire studii philosophiæ maiorem in modum affectabat: sed diuertentes ipsum, quasi labefieret, erubescebat. Interea exorto bello remittit Platonem, pollicitus proxima æstate se Dionem reuocaturum. Cæterum non stetit promisso: censum prædiorum tamen misit ei, petens à Platone vt de tempore daret sibi belli causa veniam: quum primum composita pax esset, acciturum se Dionem: postulauitque vt ille quiesceret interim, ac ne quid moueret, neve insectaretur se apud Græcos. Id elaborauit Plato efficere, Dionemq; ad philosophiã flexit, detinuitque in Academia. Habitauit hic in vrbe apud Callippum notum sibi. Oblectamenti causa prędium comparauit, quod post donauit in Siciliam nauigans Speusippo, cuius præter cæteros amicos, Athenienses vtebatur consuetudine & contubernio: quod vellet Plato colloquio festiuo & scitis facetiis tẽpestiue condito mores Dionis tinctos diffundere. Id præstare poterat Speusippus quapropter facetum appellauit eum in sailibus Timõ. Edẽte puerorũ chorũ Platone, Dion chorũ exercuit, & sũptũ omnẽ à se præbuit. Hanc Plato admisit illius apud Atheniẽses munificẽtiã:

quæ illi potius beneuolentiã, quam gloriã sibi cõciliaret. Inuisit Dion cæteras quoq; vrbes, cũ optimis & prudẽtissimis in rep. tractanda viris versans agitansq; festos dies: nihil in cõuictu ineptũ, nihil tumidũ neq; tyrannicum præ se ferens vel molle, sed modestiã, sed virtutẽ, sed fortitudinem, in literisq; ac philosophia honestas congressiones. Hinc studium in se omniũ, amoremq;, publicos quoque honores & decreta est apud ciuitates consequutus. Lacedæmonii offensa contempta Dionysii, quanuis mittere et eis id temporis prompte cõtra Thebanos auxilia, ciuitate quoque eum donauere. Ferunt Dionẽ aliquando domum ad Megarensem Ptœodorum eius rogatu venisse. Fuit autẽ locuples atq; opibus valens Ptœodorus. Ad cuius limẽ quum turbam Dion & frequentia negotia, illumq; cõuentu & aditu difficilem aduerteret: respiciens amicos stomachantes & offensos, Quid hunc, inquit, incusamus? nempe nos ipsi omnibus non aliter faciebamus Syracusis. Temporis spatio incensus Dionysius inuidia, fauoremque metuens apud Græcos Dionis, desiit ei mittere censum, præfecitque facultatibus eius procuratores suos. Quo autem infamiam apud philosophos Platonis causa elueret, multos coegit qui habebantur eruditi. Cupiens vero in disputando omnes superare, necesse habebat ea quæ obiter ex Platone acceperat, perperam vsurpare. Quare cœpit illum denuo requirere, pœnituitq; eum quod non fuisset præsente vsus, neque doctrinam percepisset honestarum disciplinarum absolutam. Ita vt tyrannus, semper cupiditatibus stolidus, atque in omnem præceps animi motũ, repente ardenti desiderio captus fuerit Platonis, omnemque machinam mouens Archytam Pythagoreum induxerit vt promissorum suorum sponsor esset apud Platonem, eumque acciret. nam illo interprete ius inter eos amicitiæ & hospitii contractum primo fuerat. Allegauit ille ad eũ Archidemum. Misit etiam Dionysius triremes & amicos oratum Platonem. Scripsit insuper ipse aperte & diserte, nihil ab se vt Dion benignum expectaret, ni adductus Plato esset in Siciliam venire: si veniret, omnia. Multæ etiam ad Dionẽ allatæ ab sorore & vxore obtestationes sunt, vt cum Platone ageret quo morem gereret Dionysio, neque ei obtentum præberet. Ita venisse tertio se Plato in fretum Siculum refert,

Rursum vt tentaret diram superare Charybdim.

Aduentus eius magno illum gaudio, magna de integro spe Siciliam compleuit, vota facientem & contendentem studiis vt Philistum Plato, & tyrannidem superaret philosophia. Ingens etiam extitit studium in eum mulierum. Peculiariter fidem ei Dionysius vt nulli alii habuit, vt adire ipsum liceret ei non prætentato. Quum magnam vim pecuniæ & crebro hic offerret Platoni, nec ille acciperet: præsens Aristippus Cyrenæus sine periculo magnificum Dionem dixit esse. Ipsis enim qui multis opus haberent, eum pauca donare: Platoni multa, qui nihil caperet. Postquam defluxerunt primæ inuitationes, ingresso de Dione agere Platone, procrastinationes primum fuere, expostulationes inde & simultates apud alios tectę: quũ occuleret eas Dionysius,

A ὡς ἐκείνῳ μᾶλλον ἔνοιαν ἢ δόξαν αὐτῷ φέρουσαν. ἐπεφοίτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις πόλεσιν ὁ Δίων, καὶ συνεσχόλαζε καὶ συνεπδημηγόρει τοῖς ἀρίστοις καὶ πολιτικωτάτοις ἀνδράσιν, οὐδὲν ἐν τῇ διαίτῃ σόλοικον ἐπιδεικνύμενος, οὐδὲ τυραννικὸν, οὐδὲ ἐπιτεθειμμένον, ἀλλὰ σωφροσύνῃ καὶ ἀρετὴν καὶ ἀνδρείαν, καὶ περὶ λόγους καὶ περὶ φιλοσοφίαν διεσχήμονας ἀγαπεῖσθαι· ἐφ' οἷς ἔνοια τοῦδε πρώτων ἐγίνετο καὶ ζῆλος αὐτῷ, πομπή τε δημόσια καὶ ψηφίσματα τοῦδε τῶν πόλεων. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Σπαρτιάτιν αὐτὸν ἐποιήσαντο, τῆς Διονυσίου καταφρονήσαντες ὀργῆς, καὶ περὶ αὐτοῖς τότε περ-

B θύμως ἐπὶ τοὺς Θηβαίους συμμαχοῦντος. λέγεται δέ ποτε τὸν Δίωνα τοῦ Μεγαρέως Πτοιεδώρου δεομένου, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐλθεῖν. ἐν δὲ (ὡς ἔοικεν) τῶν πλουσίων τις καὶ δυνατῶν ὁ Πτοιόδωρος. ὄχλον οὖν ἐπὶ θύραις ἰδὼν ὁ Δίων, καὶ πλῆθος ἀσχολιῶν, καὶ δυσέντευκτον αὐτὸν καὶ δυσπρόσοδον, ἀπιδὼν πρὸς τοὺς φίλους δυσχεραίνοντας καὶ ἀγανακτοῦντας, Τί τοῦτον (ἔφη) μεμφόμεθα; καὶ γὰρ αὐτοὶ πολλάκις ἐν Συρακούσαις, ὅμοια τούτοις ἐποιοῦμεν. χρόνου δὲ προϊόντος Διονύσιος ζηλοτυπῶν, καὶ δεδοικὼς τοῦ Δίωνος τὴν πρὸς τοὺς Ἕλλησιν εὔνοιαν, ἐπαύσατο τὰς πρόσοδους ἀποστέλλων, καὶ

C τὴν οὐσίαν παρέδωκεν ἰδίοις ἐπιτρόποις. βουλόμενος δὲ καὶ τὴν εἰς τοὺς φιλοσόφους περὶ Πλάτωνα κακοδοξίαν ἀναμάχεσθαι, πολλοὺς συνῆγε τῶν πεπαιδευμένων δοκούντων. φιλοτιμούμενος δὲ τῷ περιλέγεσθαι πρεσβύτας πολίτας, ἠναγκάζετο τοῖς Πλάτωνος παραγυμνασιν κακῶς χρῆσθαι. καὶ πάλιν ἐκεῖνον ἐπόθει, καὶ κατεγίνωσκεν αὐτὸς αὑτοῦ, μὴ χρησάμενος παρόντι, μηδὲ ἀκούσας ὅσα καλῶς εἶχεν. οἷα δὴ τύραννος, ἔμπληκτος ἀεὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐξύρροπος σπουδὴν, εὐθὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Πλάτωνα, καὶ πᾶσαν μηχανὴν ἄρας, συνέπεισε τοὺς περὶ Ἀρχύταν Πυ-

D θαγορικοὺς, τῶν ὁμολογουμένων ἀναδόχους γενομένους, καλεῖν Πλάτωνα. δι' ἐκείνου γὰρ αὐτοῖς ἐγεγένει φιλία καὶ ξενία τὸ πρῶτον. οἱ δὴ ἔπεμψαν Ἀρχέδημον παρ' αὐτόν. ἔπεμψε δὲ καὶ Διονύσιος τριήρεις, καὶ φίλους δεησομένους τοῦ Πλάτωνος. αὐτός τε σαφῶς καὶ παρρησίᾳ ἔγραψεν ὡς οὐδὲν αἰτήσοιτο τῶν μετείων Δίωνι, μὴ πειθέντος Πλάτωνος ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν· πειθέντος δὲ, πολλά. πολλαὶ δὴ ἀφίκοντο πρὸς Δίωνα παρὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ γυναικὸς ἀποσκήψεις, δεῖσθαι Πλάτωνος ὑπακοῦσαι Διονυσίῳ καὶ μὴ περιφρονεῖν αὐτοῦ. οὕτω μὲν δὴ φησιν ὁ Πλά-

E των ἐλθεῖν τὸ τρίτον εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ Σικελίαν, Ὀφρ' ἐπὶ τὴν ὀλοὴν ἐξολοθρεύσειε χάρυβδιν. ἐλθὼν δὲ μεγάλης μὲν αὐτὸν ἐνέπλησε χαρᾶς, μεγάλης δὲ πάλιν ἐλπίδος, Σικελίαν συνοικοδομῶν καὶ συμφιλοτιμούμενος, Πλάτωνα μὲν φιλίσου περιγενέσθαι, φιλοσοφίαν δὲ, τυραννίδος. ἐν δὲ πολλὴ μὲν τῶν γυναικῶν σπουδὴ περὶ αὐτὸν, ἐξαιρέτως δὲ παρὰ τῷ Διονυσίῳ πίστις, ἐν οὐδεὶς ἄλλος εἶχεν, ἀδιεκδίκητον αὐτῷ πλησιάζειν. δωρεὰς δὲ χρημάτων πολλῶν καὶ πολλάκις τὸ μὲν διδόντος, τὸ δὲ μὴ δεχομένου, παρὼν Ἀριστιππος ὁ Κυρηναῖος, ἀ-

F σφαλῶς ἔφη μεγαλόψυχον εἶναι Διονύσιον. ἀνδρὶ μὲν γὰρ μικρὰ διδόναι, πλείονων δεομένοις· Πλάτωνι δὲ πολλὰ, μηδὲν λαμβάνοντι. μετὰ δὲ τὰς πρώτας φιλοφρονήσεις, ἀρξαμένου Πλάτωνος ἐντυγχάνειν περὶ Δίωνος, ὑπόφασις τὸ πρῶτον ἦσαν, εἶτα μέμψεις καὶ διαφοραὶ, λανθάνουσαν πύς ἐκτὸς, ἐπικρυπτομένου Διονυσίου,

ἀναμετρήσεις cod. V. recte. Sed verbum Homeri od. ι. v. 428. Alibi vide Philol. in N.T. p. 228.

καὶ ταῖς ἄλλαις τὸν Πλάτωνα θεραπείαις καὶ τιμαῖς πειρω-
μένου τοῦ φέρειν ἀπὸ τῆς Διώνος εὐνοίας· οὐδὲ αὐτὸν ἔν γε
τοῖς τοιούτοις χρόνοις ἀποκαλύπτοντα τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ,
καὶ ψευδολογίαν, ἀλλ' ἐγκαρτερῶντα, καὶ σχηματιζόμενον.
οὕτω δὲ διακειμένων πρὸς ἀλλήλους, καὶ λανθάνειν πρόσ-
ταξιν οἰομένων, Ἑλίκων ὁ Κυζικηνός, εἷς τῶν Πλάτωνος συνη-
θῶν, ἡλίου τοιεῖπεν ἔκλειψιν. καὶ θαυμαζομένου ὡς τοιεῖπεν,
θαυμαθεὶς ὑπὸ τοῦ τυράννου, δωρεὰν ἔλαβεν ἀργυρίου
τάλαντον. Ἀριστιππος δὲ παίζων πρὸς τοὺς ἄλλους φιλοσό-
φους, ἔφη τι καὶ αὐτὸς ἔχειν τῶν προδιδόξων προειπεῖν. ἐ-
κείνων δὲ φράσαι δεομένων, Προλέγω τοίνυν (εἶπεν) ὀλίγου
χρόνου Πλάτωνα καὶ Διονύσιον ἐχθροὺς γενησομένους. τέλος
δὲ, τὴν μὴ θυσίαν τοῦ Διώνος ὁ Διονύσιος ἐπώλει, καὶ τὰ χρή-
ματα κατεῖχε· Πλάτωνα δὲ ἐν τῷ πρὸς τὴν οἰκίαν κήπῳ
διαιτώμενον, εἰς τοὺς μισθοφόρους μετέπεμψεν, πάλαι μι-
σοῦντας αὐτὸν καὶ ζητοῦντας ἀνελεῖν, ὡς πείθοντα Διονύσιον
ἀφεῖναι τὴν τυραννίδα, καὶ ζῆν ἀδορυφόρητον. ἐν τοιούτῳ
κινδύνῳ γενομένου τοῦ Πλάτωνος, οἱ πρὸς Ἀρχύταν πυ-
θόμενοι, ταχὺ πέμπουσι πρεσβείαν, καὶ τριακόντορον· ἀπαι-
τοῦντες τὸν ἄνδρα παρὰ Διονυσίου, καὶ λέγοντες ὡς αὐτοὺς
λαβὼν ἀναδίξοιτο τῆς ἀσφαλείας πλεύσειεν εἰς Συρακού-
σας. ἀπολογουμένου δὲ τοῦ Διονυσίου τὴν ἔχθραν, ἐξιάσεσι
καὶ φιλοφρονήσεσι πρὸς τὴν πομπήν· ἐν δέ τι παρα-
χθέντος ὡς αὐτὸν τοιοῦδε εἰπεῖν, Ἦ που Πλάτων πολλὰ καὶ
δεινὰ κατηγορήσεις ἡμῶν πρὸς τοὺς συμφιλοσοφοῦντας·
ὑπομειδήσας ἐκεῖνος, ἀπεκρίνατο, Μὴ τοσαύτη λοιδο-
ρία Ἀκαδημίᾳ γένοιτο ἀπάντων, ὥστε τοιοῦδε τινὰ μνημονεύσαι.
τοιαύτην μὲν τὴν ἀπόκρισιν τοῦ Πλάτωνος γενέσθαι λέ-
γουσιν. οὐ μὴν τοί γε Πλάτων αὐτοῦ πόνου τούτοις σπουδάζει.
Δίων δὲ καὶ τούτοις ἐχαλέπαινε, καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον ὀξ-
εποληθῆ πόνοις πάσι, πυθόμενος ὅ τοῦ τὴν γυναῖκα.
τοῦ δὲ καὶ Πλάτων ἠνίξατο, γράφων πρὸς Διονύσιον. ἦν δ'
οὗτος· μετὰ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Δίωνος, ἀποπέμπων Πλά-
τωνα Διονύσιος, ἐκέλευσεν αὐτοῦ δι' ἀπορρήτων πυθέσθαι
μή τι κωλύοι τὴν γυναῖκα πρὸς γάμον ἑτέρῳ δοθῆναι.
καὶ γὰρ ἦν λόγος, εἴτ' ἀληθής, εἴτε συκοφαντία ὑπὸ τῶν
Δίωνα μισούντων, ὡς οὐ καθ' ἡδονὴν ὁ γάμος εἴη Δίωνι γε-
νόμενος, οὐδὲ ἐὐάρμοστος ἡ πρὸς τὴν γυναῖκα συμβίωσις.
ὡς οὖν ἧκεν ὁ Πλάτων Ἀθήναζε, καὶ τῷ Δίωνι τοῦ πόνου
ἐνέτυχε, γράφει πρὸς τὸν τύραννον ἀπιστολήν, τὰ μὲν
ἄλλα σαφῶς πᾶσιν, αὐτὸ δὲ τοῦτο μόνον γνώριμον ἐκείνῳ
φράζουσαν· ὡς δυσαρεστεῖν Δίωνι τοῦ πράγματος ἐ-
κείνου, καὶ σφόδρα δῆλος εἴη χαλεπαίνων εἰ τοῦτο Διονύ-
σιος ἐξεργάσαιτο. καὶ τότε μὲν ἐπὶ πολλῶν ἐλπίδων οὐσῶν
πρὸς τὴν διαλύσεις, οὐδὲν ἔπραξεν περὶ τὴν ἀδελφὴν
νεώτερον, ἀλλ' εἴα μένειν αὐτὴν μετὰ τοῦ παιδὸς τοῦ Δίωνος
οἰκοῦσαν. ἐπεὶ δὲ πόνοις πάσιν ἀσυμβάτως εἶχεν, καὶ Πλά-
των αὖθις ἐλθὼν ἀπεπέμφθη πρὸς ἀπέχθειαν, οὕτω τὴν
Ἀρετὴν ἄκουσαν ἐνὶ τῶν φίλων, Timocrati δίδωσιν· οὐ μι-
μησάμενος τὴν κατά γε τοῦτο τοῦ πατρὸς ὑπόνοιαν. ἐγε-
νόμενος (ὡς ἔοικεν) κἀκείνῳ Πολύξενος, ὁ τὴν ἀδελφὴν
ἔχων αὐτοῦ Θέστιν, πολέμιος· ἀποδεδειγμένος οὖν αὐτοῦ δι' φό-
βον, καὶ φυγόντος ἐκ Σικελίας, μεταπεμψάμενος ἠπάτο τὴν ἀδελφὴν ὅτι ἐστυγεῖ τὴν φυγὴν τοῦ ἀνδρὸς
ὑπαντεῖπεν πρὸς αὐτόν· ἡ δὲ ἀνεκπλήκτως καὶ νὴ Δί' ἀφόβως, Εἶθ' οὕτως σοι δοκῶ Διονύσιε φαύλη γυνὴ γεγονέ-
ναι καὶ ἀνάνδρος, ὥστε προγνοῦσα τὴν φυγὴν τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἂν συνεκπλεῦσαι, καὶ μετασχεῖν τῆς αὐτῆς τύχης;

A aliisq; obſequiis Platonē & honoribus abducere ab Dionis tenderet amicitia, nec ipſe ſtatim Plato perfidiam & vanitatē eius aperiret, ſed toleraret eas diſſimularetq;. Quū ita eſſent inter ſe animati, & fallere putarent omnes, Helicon Cyzicenus, vnus ex Platonis familiaribus, defectionē ſolis prēnuntiauit. Qua, vt prædixerat, conſequuta, affectus admiratione tyrannus donauit ei argenti talentū. Tum Ariſtippus ludens apud alios philoſophos, rē ſe quoq; retulit prænuntiare admirabilē poſſe. Quibus vt eloqueretur quid id eſſet, rogan-
B tibus, Significo, inquit, ego Platonē & Dionyſium breui inimicos fore. Deniq; bona Dionyſius Dionis diſtraxit, & pecuniam ipſe retinuit. Platonem in hortis qui ædibus ipſius erant annexi, diuertētem, migrare iuſſit inter milites mercenarios iam dudum ei infeſtos & interficere quærentes eum, quaſi ponere Dionyſio tyrannidem & viuere ſine corporis cuſtodibus conſuleret. Diſcriminis in quo poſitus Plato erat, Archytas factus certior, miſſis propere cum naui triginta remorum actuaria legatis repetit illum à Dionyſio, prætendens ſe fidei publicæ expromiſſore nauigaſſe eum Syra-
C cuſas. Dum offenſiones Dionyſius in Platone prſequendo conuiuiis & honoribus ſubleuat, prorupit vt hoc diceret, Nempe multis & atrocibus criminibus nos apud tuos philoſophiæ commilitones onerabis. Cui reſpondit Plato, Abſit vt adeo materia nos ſermonum deficiat, tui vt quiſquam meminerit. Ita Platonem memorant dimiſſum. His tamen ipſius Platonis ſcripta non ſunt vndequaque conſentanea. Porro cum his Dion offenſus eſt, tum breui poſt, vbi de vxore accepit, declarauit ſe eius hoſtem. Id ſignificauit tecte Dionyſio per literas Plato. Fuit autem hu-
D iuſcemodi: Exacto Dione remittens Platonem Dionyſius, quærere ex illo remotis arbitris iuſſit ei nunquid cauſæ eſſet quin alteri vxor eius nuberet: quod obtineret rumor, verus fictuſne ab Dionis æmulis, moleſtas eas nuptias Dioni & cōtubernium ingratum vxoris ſuæ eſſe. Vt igitur appulit Plato Athenas, & de omnibus eſt cum Dione ſermocinatus, dedit ad tyrannum literas: quibus cætera liquida omnibus, verum hoc ipſum ſolum indicauit illi notum, cum Dione ſe illa de re egiſſe, nec diſſimulaſſe eum moleſtiſſime laturum ſe ſi hoc perpetraſſet Dionyſius. Nec
E tunc, quia magna ſpes erat reconciliationis, quicquam de ſorore nouauit, ſed domi permiſit eam cum filio Dionis manere. Vt vero omni præciſa placatione Plato à reditu in Siciliam cum offenſione dimiſſus fuit, tum inuitam Areten vni amicorum Timocrati deſpondit, ne in eo quidem patris ſequutus lenitatem. nam illi item Polyxenus, qui ſororem eius in matrimonio habebat Theſten, hoſtem ſe declarauerat. Qui quum metu Sicilia relicta profugiſſet, ſororem accerſitam incuſauit ille, quod conſcia fugæ viri, id non denuntiaſſet ſibi. Quæ intrepide & hercle fidenter, Adeone tibi videor, in-
F quit, Dionyſi, improba fuiſſe vxor & ignaua, vt fugæ viri præſcia eum non eſſem comitata, atque in ſocietatem veniſſem eiuſdem fortunæ?

verum haud præſciui. nam equidem malim me Polyxeni exulis vxorem quam tuam tyranni ſororem appellari. Hoc Theſten tam libere loquutam admiratum fuiſſe tyrannum ferunt. Admirati ſunt etiam huius fœminæ virtutem Syracuſani, retinuitque poſt euerſam tyrannidem illa dignationem & cultum regium, ac defunctam ciues publico funere extulere. Habent digreſſionem hæc non inutilem. Dion hinc conuertit ſe ſtatim ad bellum, Platone ipſo ob ruborem ſui cum Dionyſio hoſpitii & ſenectutem Dionis obſiſtente, Speuſippo vero aliiſq; amicis Dionem adiuuantibus ad porrigentemque manus Siciliam & ad recipiendum eum promptam adhortantibus liberandam. nam quum Syracuſis ageret Plato, Speuſippus quidem cum ciuibus plus verſatus intellexerat mentem eorum. Ac primum effuſam in loquendo libertatem eorum velut ſubmiſſam à tyranno habuit ſuſpectam, tractu tamen fidem adiunxit. Siquidem erat omnium oratio precantium & hortantium veniret Dion ſine nauibus, ſine peditatu & equitatu: actuarium nauigium conſcenderet modo, corpuſque & nomen ſuum commodaret in Dionyſium Siculis. Hæc nuntiante Speuſippo erectus, quo recondere confilium ſuum, conſcripſit occulte & per alios mercenarium militem. Adiuuerunt etiam eum multi qui rempub. tractabant, & philoſophi, & Cyprius Eudemus, in cuius honorem mortui dialogum de anima Ariſtoteles ſcripſit, Timonides item Leucadius. Præterea adiunxerunt ei Miltam Th.ſſalum vaticinandi peritum & Academiæ contubernalem. Ex illis qui à tyranno fuerant exterminati non minus mille, quinque & viginti duntaxat nomina dedere, cæteri ignauia rem deſeruere. Sedes belli Zacynthiorum inſula fuit, quo milites conuenerunt minus octingenti: verum omnes celebres crebris & magnis expeditionibus, corporibuſque egregie exercitati, ſcientia vero rei militaris atque animis longe omnium primi: qui multitudinem quantam habiturum ſe Dion ſperabat in Sicilia, excitare & inflammare valerent ad virtutem. Hi vt primum in Dionyſium & Siciliam acceperunt claſſem parari, obſtupuerunt animoſq; deſponderunt, quaſi amens ira & inſaniens Dion vel bonæ ſpei inops in res deploratas ſe dimitteret: ſuccenſueruntque ducibus ſuis & conquiſitoribus, quod ipſis mox ab initio non indicauiſſent bellum. Verum vt Dion pro concione tyrannidis expoſita vomica docuit non milites ſe, ſed potius duces ipſos adducere Syracuſanorum Siculorumque aliorum, qui iampridem eſſent ad rebellandum prompti: & ſecundum Dionem egit cum eis Alcimenes, qui Achæorum dignitate & nobilitate princeps ſocius belli erat, acquieuere. Adulta tunc æſtas erat, ſpirabantque in alto eteſiæ. Luna pleno lucebat orbe, quum Dion Apollini magnificum ſacrificium parauit, & armatis militibus ad templum proceſſit. A ſacrificio menſis ſtratis in Zacynthiorum curriculo, excepit eos epulo. Mirabantur illi poculorum aureorum & argenteorum menſarumque ſupra priuatas opes ſplendorem: reputabantque ætate virum iam prouecta & tam opulentum

ἀλλ' οὐ προσέγων. ἐπεὶ καλῶς εἶχεν μᾶλλον, Πολυξένου γυναῖκα φάσκοντος, ἢ σοῦ τυραννοκτόνος ἀδελφὸν λέγεσθαι. ταῦτα τῆς Θέστης παρρησιασαμένης, θαυμάσαι λέγονται τὸν τύραννον. ἐθαύμασαν δὲ καὶ οἱ Συρακούσιοι τὴν ἀρετὴν τῆς γυναικός, ὥστε καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, ἐκείνην τιμῶν καὶ θεραπείαν βασιλικὴν ὑπαρχὴν· ἀποθανοῦσαν δὲ, δημοσίᾳ πρὸς τὴν ταφὴν ἐπακολουθῆσαι τοὺς πολίτας. ταῦτα μὲν οὖν ὀλίγον ἄλλοσε ἔχει τὴν παρέκβασιν. ὁ δὲ Δίων εὐθὺς ἤδη δέπεται πρὸς πόλεμον. αὐτὸν δὲ Πλάτωνος ἐμποδὼν ἱστάμενον διὰ αἰδῶ τὴν πρὸς Διονύσιον ξενίας καὶ γήρας, Σπεύσιππον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἑταίρους τῷ Δίωνι συλλαμβανόντων, καὶ παρακελευομένων ἐλευθεροῦν Σικελίαν χεῖρας ὀρέγουσαν αὐτῷ, καὶ προθύμως ὑποδεχομένην. ὅτε γὰρ ἐν Συρακούσαις Πλάτων διέτριβεν, οἱ περὶ Σπεύσιππον (ὡς ἔοικε) μᾶλλον ἀναμιγνύμενοι τοῖς ἀνθρώποις κατεμάθανον τὴν διάνοιαν αὐτῶν· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐφοβοῦντο τὴν παρρησίαν, ὡς ἀπιστουμένην ὑπὸ τοῦ τυράννου· χρόνῳ δὲ πιστεύσαν. ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος δεομένων καὶ παρακελευομένων ἐλθεῖν Δίωνα, μὴ ναῦς ἔχοντα, μηδὲ ὁπλίτας, μηδὲ ἵππους, ἀλλ' αὐτὸν εἰς ὑπηρετικὴν ἐμβάντα, χρῆσαι τὸ σῶμα καὶ τὸ νόμισμα Σικελιώταις ὅπῃ τὴν Διονύσιον. ταῦτα τὸν περὶ Σπεύσιππον ἀγγελλόντων, ὑπορρωθεὶς ὀξενοήσει κρύφα καὶ δι' ἑτέρων, ὑπεκρυπτόμενος τὴν διάνοιαν. συνέπραττον δὲ καὶ τὴν πολιτικῶν πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων, ὅ, τε Κύπριος Εὔδημος, εἰς ὃν Ἀριστοτέλης ἀποθανόντα τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον ἐποίησε· καὶ Τιμωνίδης ὁ Λευκάδιος. συνέπεσαν δὲ καὶ Μίλτον αὐτῷ τὸν Θεσσαλὸν, ἀνδρα μάντιν καὶ μετεσχηκότα τῆς ἐν Ἀκαδημείᾳ διατριβῆς. τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ τυράννου πεφυγαδευμένων, οὐ μεῖον ἢ χιλίων ὄντων, πέντε καὶ εἴκοσι μόνοι τὴν στρατείας ἐκοινώνησαν, οἱ δὲ ἄλλοι παρέδοσαν, ἀποδιδράσαντες. ὁρμητήριον δὲ ἦν ἡ Ζακυνθίων νῆσος, εἰς ἣν οἱ στρατιῶται συνελέγησαν, ὀκτακοσίων ἐλάττους γενόμενοι. γνώριμοι δὲ πάντες ὄντες πολλῶν καὶ μεγάλων στρατειῶν, καὶ τοῖς σώμασιν ἠσκημένοι διαφερόντως. ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ τόλμῃ πολὺ πάντων κράτιστοι, καὶ δυνάμενοι πλῆθος ὅσον ἤλπιζεν ἕξειν ὁ Σικελίᾳ Δίων, ὑπεκκαῦσαι καὶ συνεξορμῆσαι πρὸς ἀλκήν. ὅτοι μὲν πρῶτον ἀκούσαντες ὅτι Διονύσιον κατὰ Σικελίαν αἱρεῖσθαι τὸν στόλον, ἐξεπλάγησαν καὶ κατέγνωσαν, ὡς ὀργῆς τινος παραφροσύνῃ καὶ μανίᾳ τοῦ Δίωνος ἢ χρηστῶν ἐλπίδων ἀπορίᾳ, ῥιψοκίνδυνος ἑαυτὸν εἰς ἀπεγνωσμένας πράξεις. καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἡγεμόσι καὶ ξενολόγοις ὠργίζοντο, μὴ προειποῦσιν αὐτοὺς ἐξ ἀρχῆς τὸν πόλεμον. ἐπεὶ δὲ Δίων τῷ λόγῳ πάσαν τὴν τυραννίδος ἐπεξιὼν, ἐδίδασκεν ὡς οὐ στρατιώτας ἀλλὰ μᾶλλον ἡγεμόνας αὐτοῖς κομίζοι, Συρακουσίων καὶ τῶν ἄλλων Σικελιωτῶν πάλαι πρὸς ἀπόστασιν ἑτοίμων ὑπαρχόντων· μετὰ δὲ τὸν Δίωνα διαλεχθέντος αὐτοῖς Ἀλκιμένης, ὃς πρῶτος ὢν Ἀχαιῶν δόξῃ καὶ γένει, συνεστράτευεν, ἐπείσθησαν. καὶ μὴν ἦν θέρους ἀκμὴ, καὶ κατεῖχον ἐτησίαι τὸ πέλαγος, ἡ δὲ σελήνη διχομηνίαν ἦγεν. τῷ δ' Ἀπόλλωνι θυσίαν μεγαλοπρεπῆ παρασκευάσας ὁ Δίων, ἐπόμπευσε μετὰ τῶν στρατιωτῶν κεκοσμημένων τὴν πανοπλίαις πρὸς τὸ ἱερόν· καὶ μετὰ θυσίαν ἐν τῷ σταδίῳ τῶν Ζακυνθίων κατακλιθέντας αὐτοῖς εἰστία, θαυμάζοντας ἀργύρου καὶ χρυσοῦ ἐκπώματα καὶ τραπέζας ὑπερβάλλουσαν ἰδιωτικὴν πλοῦτον λαμπρότητα· καὶ λογιζομένους ὅτι παρηκμακὼς ἀνὴρ ἤδη καὶ τοσαύτης εὐπορίας κύριος

ὑκ αὐ ὑπὶ χειρὶν παραβόλοις πράγμασι, χωρὶς ἐλπίδος βεβαίου, καὶ φίλων ἐνδιδόντων ἐκεῖθεν αὐτῷ τὰς πλείστας καὶ μεγίστας ἀφορμάς. μετ' ὀλίγας σπονδὰς καὶ τὰς νενομισμένας κατευχὰς ἐξέλιπεν ἡ σελήνη· καὶ τοῖς μὲν περὶ τὸν Διῶνα θαυμαστὸν οὐδὲν ἦν, λογιζομένοις τὰς ἐκλειπτικὰς περιόδους, καὶ τὴν γινομένην ὑπὸ σκιάσματος ἀπόκρυψιν πρὸς τὴν σελήνην, καὶ τὴν γῆς τὴν αἰτίαν πρὸς τὸν ἥλιον. ἐπεὶ δὲ τοῖς γραπτοῖς σημείοις ἔδει τινὸς παρηγορίας, Μίλπας ὁ μάντις ἐν μέσῳ καταστὰς, ἐκέλευε θαρρεῖν αὐτοὺς, καὶ προσδοκᾶν τὰ κρείττονα. σημαίνειν γὰρ τὸ δαιμόνιον ἔκλειψίν τινα τῶν νεῶν ὑπιφανῶν. ὑπιφανέστερον δὲ μηδὲν εἶναι τῆς Διονυσίου τυραννίδος. ἣς τὸ λαμπρὸν ἀποσβέσειν ἐκείνους ὑγιοῦς ἀφαμένους Σικελίας. τοῦτο μὲν οὖν ὁ Μίλπας εἰς μέσον ἐξέθηκε πᾶσι· τὸ δὲ τῶν μελλόντων αἱ περὶ τὰ πλοῖα τοῦ Διῶνος ὤφθησαν, ἐσμὸν λαμβάνουσαι κατὰ πρύμναν, ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν καὶ τοὺς φίλους ἔφραζε δεδιέναι, μὴ καλαὶ μὲν αἱ πρόξεις αὐτοῦ γένωνται, χρόνον δ' ὀλίγον διήσασαι μεταθῶσιν. λέγεται δὲ καὶ τῷ Διονυσίῳ πολλὰ τεράτωδη τοῦδε τοῦ δαιμονίου γενέσθαι σημεῖα. ἀετὸς μὲν γὰρ ἁρπάσας δόρατόν τινος τῶν δορυφόρων, ἀνάμβυλος ὑψοῦ καὶ φέρων ἀφῆκεν εἰς τὸν βυθόν. ἡ δὲ περικλύζουσα πρὸς τὴν ἀκρόπολιν θάλασσα, μίαν ἡμέραν τὸ ὕδωρ γλυκὺ πότιμον παρέσχεν· ὥστε γευσαμένοις πᾶσι καταδηλον εἶναι. χοῖροι δ' ἐτέθησαν αὐτῷ, τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὸς ἐνδεεῖς μορίων, ὦτα δ' οὐκ ἔχοντες. ἀπεφαίνοντο δ' οἱ μάντεις, τοῦτο μὲν ἀποστάσεως καὶ ἀπειθείας εἶναι σημεῖον, ὡς οὐκ ἐπὶ τῶν πολιτῶν ἀκουσομένων τοῦ τυραννίδος· τὸ δὲ γλυκύτητα τῆς θαλάττης, μεταβολὴν χωρῶν ἀνιαρῶν καὶ πονηρῶν εἰς πράγματα χρηστὰ φέρειν Συρακουσίοις· ἀετὸς δ', θεράπων Διός· λόγχη δ', πρόσημον ἀρχῆς καὶ δυναστείας. ἀφανισμὸν οὖν καὶ κατάλυσιν τῇ τυραννίδι βουλεύειν τὸν τῶν θεῶν μέγιστον. ταῦτα μὲν οὖν Θεόπομπος ἱστόρηκε. τοὺς δὲ γραπτοὺς τοὺς Διῶνος ἐξεδέξαντο τροχήλαι δύο ναῦς, τείχεν δὲ πλοῖον οὐ μέγα, καὶ δύο πεντηκόντοροι παρηκολούθουν. ὅπλα δ', χωρὶς ὧν εἶχον οἱ γραπτοὶ, δισχιλίας μὲν ἐκόμιζεν ἀσπίδας, βέλη δὲ καὶ δόρατα πολλά, καὶ πλῆθος ἐφοδίων ἄφθονον, ὅπως ὑπολίπῃ μηδὲν αὐτοῖς ποντοπορεῖν· ἅτε δὴ τὸ σύμπαν ὑπὸ πνεύμασι καὶ θαλάττῃ πεποιημένοις τὸν πλοῦν, δεῖν τὸ τῷ γῇ φοβεῖσθαι, καὶ πειρᾶσθαι φίλιον ἐν Ἰαπυγίᾳ ναυλοχοῦντα φυλάττειν. ἀεριῷ δὲ καὶ μαλακῷ πνεύματι πλεύσαντες ἡμέρας δώδεκα, τῇ δεκάτῃ κατὰ Γάχμων ἦσαν, ἄκραν τῆς Σικελίας. καὶ πρῶτος μὲν ὁ κυβερνήτης κατὰ τάχος ἐκέλευσεν ἀποβαίνειν, ὡς αὐ ἀποπαυσῶν τῆς γῆς, καὶ τῷ ἄκρῳ ἐκόντες ἀφεῖσι πολλὰς ἡμέρας καὶ νύκτας ἐν τῷ πελάγει τεθορυβημένοις ὥρᾳ θέρους νότον πνεόντας. Διῶν δὲ τῷ ἐγγὺς τῶν πολεμίων ἀπέβασιν δεδιώς, καὶ τῶν πρόσω μᾶλλον ἅψασθαι βουλόμενος, παρέπλευσε τὸν Πάχυνον. ἐκ δ' τούτου, τραχὺς μὲν ἀπαρκτίας ἐπιπεσὼν ἤλαυνε πολλῷ κλύδωνι τὰς ναῦς ἀπὸ τῆς Σικελίας, ἀστραπαὶ δὲ καὶ βρονταὶ φανέντος ἀρκτούρου, συμπεσοῦσαι, πολὺν ὀξὺ θέρους χειμῶνα καὶ ῥαγδαῖον ὄμβρον ἐξέχεαν· ὧν τῶν ναυτῶν συμπαρεσχεθέντων, καὶ πλαίης γενομένης, κατεῖδον ἀφνίδιον ὑπὸ τοῦ κύματος ὠθουμένας τὰς ναῦς ὑπὸ τὸν πρὸς Λιβύῃ Κέρκιναν· ἣ μάλιστα κρημνώδης ἀπιστία καὶ τραχεῖα προσφερομένοις αὐτοῖς ἡ νῆσος. μικρὸν οὖν δεήσαντες ἐκεῖσε ὠσθῆναι καὶ συντριβῆναι πρὸς τὰς πέτρας, ἐβιάζοντο πρὸς κοντὸν προσφερόμενοι μόλις· ἕως ὁ χειμὼν ἐλώφησεν, καὶ πλοίῳ συντυχόντες,

A sine certa spe, & nisi amici ei inde plurima & maxima ostenderent subsidia, non temere se in periculum demissurum. Sub libamina & solennia vota defecit luna. Nec fuit quicquam Dioni noui, eclipticos ambitus, occurrentemq; lunæ vmbram & obiectam soli terram reputanti. Cæterum quia milites attoniti erant eleuandi, Miltas vates concione aduocata iussit eos bono animo esse & spem optimam concipere. quippe denunciare Deum defectum cuiuspiam rei in præsentia illustris. Illustrius autem nihil Dionysii tyrannide esse, cuius luminibus ipsos vt primum Siciliam attigissent,
B obstructuros. Atq; hoc Miltas palam omnibus exposuit. At apum ostentum, quarum in Dionis nauigiis conspexerunt ad puppim examen consedisse, priuatim apud illum & amicos timere ostendit se ne res, quas gesturus esset magnificas, quum floruissent paulisper, emarcescerent. Ferunt item multa Dionysio portentosa prodigia fuisse à Deo oblata. Aquila raptam satellitis lanceam in sublime tulit, inde demisit in profundum. Mare, qua alluit arcem, aquam per vnum diem dulcem & potabilem reddidit: idque quicumque gustauerunt, percepere. Porcelli ei editi sunt reliquis
Græcè verò concisam & Laconicam dicendi brevitatem notatus est in epistolis interim captasse. Velut quũ iam bellum suscepisset, scribit Pergamenis, Dolabellæ audio vos pecuniam dedisse: quam si vltrò dedistis, fateamini nos læsisse: sin inuiti, ostendite id sponte nobis dando. Rursus Samiis, Consilia vestra secura, munerum functio segnis, quem horũ finem expectatis? Et de Patarensibus in alia: Xanthii beneficium meum despiciẽtes, desperationis suæ habuerunt patriã sepulchrũ. Patarenses, qui se in fidem meam cõtulerunt, nusquam desiderant in administrandis rebus suis libertatẽ. Igitur licet vobis quoque vel Patarensiũ iudicium vel fortunam legere Xanthiorum. Atq; notarum genus epistolarũ eius huiuscemodi est: Adolescens adhuc auunculum Catonem in Cyprum contra Ptolemæum missum comitatus est. Quum Ptolemæus mortem sibi ipse consciuisset, Cato ipse necessariò Rhodi commorans præmiserat iam amicum quendam Canidium ad pecuniam seruandam. Quem veritus non temperatas habiturum manus, scripsit Bruto vt quamprimùm ex Pamphylia nauigaret in Cyptũ. Illic enim colligendi sui ex imbecillitate gratia agebat. Quam profectionem suscepit perinuitus, tum Canidii verecundia, vt ignominiosè à Catone abiecti, tum prorsus eiuscemodi actum & procurationem, vt pote iuuenis & literis deditus, neque liberalem censens neque se dignam. Attamen ita curam hic intendit vt fuerit à Catone commendatus, opibusque illis in argentum redactis magnam pecuniæ partem Romam deportauit. Postquam armis Pompeii & Cæsaris atque imperii commotione diuulsa respub. est, habebatur partes Iulianas sequuturus. nam pater eius antè fuerat per Pompeium interfectus. Verùm quòd reip. potius vellet quàm suæ rationem ducere, & Pompeii existimaret quàm Cæsaris ad sumenda arma honestiorem causam esse, aggregauit se ad illum, licet antea occurrentem nõ salutasset Pompeium, pro piaculo habens interfectorem appellare parentis. Ac tunc vt patriæ duci submisit se ei, ac cũ Sestio in Siciliam, qui eam prouinciam fuerat sortitus, legatus profectus est. Sed quum nihil illic geri præclari posset, Pompeius autem & Cæsar castris castra collata haberent de summa decertantes, vltrò ad periculi societatẽ accurrit in Macedoniam: memorantq; lætum tum Pompeium & obstupescentem eius aduentu omnibus aspicientibus assurrexisse ei ex sella, ac sicut vnum ex primoribus fuisse cõplexum. In castris diem, nisi quantum cum Pompeio esset, in literis & libris ponebat, non solùm alio tempore, sed & sub pugnam Pharsalicam. Adulta æstas erat & æstus ingens, ac castra locis paludinosis habebant. Quòd verò Bruto ministri non citò apportassent tentorium, labore hic confectus tandem meridie vnxit se, & paululum cibi cepit, aliisq; aut quiescentibus, aut cogitantibus & solicitis de euentu pugnæ, vsq; ad vesperum scripsit, Polybii compendium commentans. Ferunt Cæsari illum magnæ curæ fuisse, ducibusq; suis præcepisse in pugna, ne interficerent Brutum, sed parcerent ei: quem, si vltro se dederet, deducerent ad ipsum: sin repugnaret instantibus, mitterent eum, neque vim afferrent.

A Ἑλλωνιστὶ ὀλίγα τῶν ἀποφθεγματικῶν καὶ λακωνικῶν ἐπιτηδεύων βραχυλογίαν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐνιαχοῦ θαυμάσιος ἐστιν, οἷον ἤδη καθεστηκὼς εἰς τὸν πόλεμον γράφει Περγαμηνοῖς, Ἀκούω ὑμᾶς Δολοβέλλα δεδωκέναι χρήματα. ἃ εἰ μὲν ἑκόντες ἔδοτε, ὁμολογεῖτε ἀδικεῖν. εἰ δ' ἄκοντες, ἀποδείξατε, πῶς ἐμοὶ ἑκόντες δοκῶμεν. Πάλιν Σαμίοις, Αἱ βουλαὶ ὑμῶν ὀλίγωρεῖ, αἱ ὑπουργίαι βραδεῖαι. τί τούτων τέλος ἐννοεῖτε; Καὶ περὶ Παταρέων ἑτέρων, Ξανθίοι τὸν ἐμὸν εὐεργεσίαν ὑπεριδόντες, πάθος ἀπονοίας ἐθήκασι τῇ πατρίδι· Παταρεῖς δὲ πιστεύσαντες ἑαυτοὺς ἐμοὶ, οὐδὲν ἐλλείπουσι διοικοῦντες τὰ καθ' ἕκαστα τῆς ἐλευθερίας. ἐξὸν οὖν καὶ ὑμῖν, ἢ τῶν Παταρέων κρίσιν ἢ τῶν Ξανθίων τύχην ἐλέσθαι. Ὁ μὲν οὖν τῶν θαυμασίων λόγος ἐπιστολίων τοιοῦτός ἐστιν. ἐπὶ δὲ μειράκιον ὢν Κάτων τῷ θείῳ συναπεδήμησεν εἰς Κύπρον ὑπὸ Πτολεμαῖον ἀποσταλέντι. Πτολεμαίου δὲ διαφθείραντος ἑαυτὸν, ὁ Κάτων αὐτὸς ἐν Ῥόδῳ διατριβὴν ἔχων ἀναγκαίαν, ἔτυχεν μὲν ἤδη τινὰ τῶν φίλων Κανίνιον ἐπὶ τὴν τῶν χρημάτων φυλακὴν ἀπεσταλκώς· δείσας δὲ ἐκεῖνον, ὡς οὐκ ἀφεξόμενον κλοπῆς, ἔγραψε τῷ Βρούτῳ, πλεῖν τὸν ταχίστην εἰς Κύπρον ἐκ Παμφυλίας. ἐκεῖνος δὲ ἑαυτὸν ἀναλαμβάνων ἔκ τινος ἀσθενείας δῆλος. ὁ δὲ καὶ μάλα ἄκων ἔπλευσεν, τόν τε Κανίνιον αἰδούμενος, ὡς ἄτιμος ἀποβριμμένος ὑπὸ τοῦ Κάτωνος, καὶ ὅλως τὴν τοιαύτην ἐπιμέλειαν καὶ διοίκησιν, ἅτε δὴ νέος ὢν καὶ λόγοις ἐσχολακὼς, οὐκ ἐλευθέριον οὐδ' ἑαυτῷ πρέπουσαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ ταῦτα σωφρονήσας ἑαυτὸν, ὑπὸ τοῦ Κάτωνος ἐπῃνέθη· καὶ τῆς οὐσίας ἐξαργυρισθείσης, ἀναλαβὼν τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων εἰς Ῥώμην ἔπλευσεν. ἐπεὶ δὲ τὰ πράγματα διέστη, Πομπηίου καὶ Καίσαρος ἐξενεγκαμένων τὰ ὅπλα, καὶ τῆς ἡγεμονίας παραχθείσης, ὑπόδοξος μὲν ἦν αἱρήσεσθαι τὰ Καίσαρος, (ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ διὰ τὸν Πομπήιον ἐτεθνήκει πρότερον) ἀξιοῦν δὲ τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων ὑπὲρ πρόθυμον ποιεῖσθαι, καὶ τὸν Πομπήιου νομίζων ὑπὲρ ὅθεν βελτίονα πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι τοῦ Καίσαρος, ἐκείνῳ προσέθετο. καίτοι προτέρου ἀπαντήσας, οὐδὲ προσεῖπε τὸν Πομπήιον, ἄγος ἡγούμενος μέγα, πατροφονεῖν παραλέγεσθαι· τότε δὲ ὡς ἄρχοντι τῆς πατρίδος ὑποτάξας ἑαυτὸν εἰς Σικελίαν ἔπλευσε παρεσβευτὴς, μετὰ Σηξίου τοῦ λαχόντος τὴν ἐπαρχίαν. ὡς δὲ ἐκεῖ πράττειν οὐδὲν εἶχε μέγα, καὶ συνήεσαν εἰς ταὐτὸ ἤδη Πομπήιος καὶ Καῖσαρ ἀγωνιζόμενοι περὶ τῶν ὅλων, ἦκεν εἰς Μακεδονίαν ἐθελοντὴς τοῦ κινδύνου μεθέξων. ὅτε καὶ φασὶ Πομπήιον ἡσθέντα καὶ θαυμάσαντα, προσιόντος αὐτοῦ καθεζόμενον ἐξαναστῆναι, καὶ περιβαλεῖν ὡς κρείττονα, πολλῶν ὁρώντων. ἐν δὲ τῇ στρατείᾳ, τῆς ἡμέρας ὅσα μὴ Πομπηίῳ συνῆν, περὶ λόγους καὶ βιβλία διέτριβεν, οὐ μόνον τὸν ἄλλον χρόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἄλλης μεγάλης μάχης. ἐν μὲν ἀκμὴ θέρους, καὶ καῦμα πολὺ, πρὸς ἑλώδεσι χωρίοις στρατοπεδευόντων· τῷ δὲ Βρούτῳ οὐ ταχέως ἦκον οἱ τὸν σκηνὴν κομίζοντες. ἐκπονηθεὶς δὲ περὶ ταῦτα, μεσημβρίας μόλις ἀλειψάμενος καὶ φαγὼν ὀλίγα, τῶν ἄλλων ἢ καθευδόντων, ἢ πρὸς ὑπονοίᾳ καὶ φροντίδι τοῦ μέλλοντος ὄντων, αὐτὸς ἄχρι τῆς ἑσπέρας ἔγραφε, συντάττων ὑπόμνημα Πολυβίου. λέγεται δὲ Καῖσαρ οὐκ ἀμελεῖν τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ καὶ προειπεῖν τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν ἡγεμόσιν ἐν τῇ μάχῃ, μὴ κτείνειν Βροῦτον, ἀλλὰ φείδεσθαι· καὶ προσαγόντα μὴ ἑκουσίως, ἄγειν· εἰ δὲ ἀπομάχοιτο πρὸς τὴν σύλληψιν, ἐᾶν καὶ μὴ βιάζεσθαι.

καὶ ταῦτα ποιεῖν, τῇ μητρὶ τοῦ Βρούτου Σερβιλίᾳ χαριζόμενον. ἐγνώκει γὰρ (ὡς ἔοικε) νεανίας ὢν ἔτι, τὴν Σερβιλίαν ἐπιμανεῖσαν αὐτῷ· καὶ καθ' οὓς μάλιστα χρόνους ὁ ἔρως ἐπέφλεγε, νομίζων τὸν Βροῦτον, ἐπέπειστό πως ἐξ ἑαυτοῦ γεγονέναι. λέγεται γὰρ περὶ Κατιλίνειον πραγμάτων μεγάλων ἐμπεπλωκότων εἰς τὴν σύγκλητον, ἃ μικρὸν ἐδέησεν ἀναστρέψαι τὴν πόλιν, ἐν ἀπορίᾳ μὲν ὁμοῦ Κάτωνα καὶ Καίσαρα, διαφερομένους περὶ γνώμης, ἐν τούτῳ γραμματιδίου μικροῦ παρεδοθέντος ἔξωθεν Καίσαρι, τὸν μὲν ἀναγινώσκειν σιωπῇ, Κάτωνα γὰρ βοᾷν ὡς δεινά ποιεῖ Καῖσαρ, ἀντιδίδοντες καὶ γράμματα τοιαῦτα τῶν πολεμίων παρεδεχόμενος. θορυβησάντων γὰρ πολλῶν, καὶ τὸν Καίσαρος δελτάριον ὡς εἶχε τῷ Κάτωνι παρεδόντος, ἀναγνόντα Σερβιλίας τῆς ἀδελφῆς ἀκόλαστον ἐπιστόλιον, ἐκεῖνο μὲν ῥίψαι πρὸς τὸν Καίσαρα, καὶ εἰπεῖν, Κράτει μέθυσε· πρὸς δὲ τὸν γνώμην καὶ τὸν λόγον αὖθις ἐξ ἀρχῆς βαπτίζειν. οὕτω μὲν οὖν ὁ πρὸς Καίσαρα Σερβιλίας ἔρως ἐπιδόντος. γνωριμίας δὲ τῆς κατὰ Φάρσαλον ἥττης, καὶ Πομπηΐου μὲν ἐπὶ θάλασσαν διεπεσόντος, πολιορκουμένου δὲ τὸν χάρακος, ἔλαθεν ὁ Βροῦτος κατὰ πύλας ἔρχεσθαι πρὸς τόπον ἐλώδη καὶ μεστὸν ὑδάτων καὶ καλάμου φερούσας. ἐξελθὼν δὲ καὶ διὰ νυκτὸς ἀποσωθεὶς εἰς Λάρισσαν, ἐκεῖθεν δὲ γράψας αὐτὸς Καίσαρι ἤδη τε σωζομένῳ, καὶ κελεύσας πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, οὐ μόνον ἀφῆκε τῆς αἰτίας, ἀλλὰ καὶ τιμώμενον ἐν τοῖς μάλιστα περὶ αὐτὸν εἶχεν. οὐδενὸς δὲ ὅπῃ φεύγοι Πομπήϊος εἰπεῖν ἔχοντος, ἀλλ' ἀπορίας οὔσης, ὁδόν τινα σὺν τῷ Βρούτῳ βαδίζων μόνος, ἀπεπειρᾶτο τῆς γνώμης. καὶ δόξαντος ἔκ τινων διαλογισμῶν, ἄρισα περὶ τῆς Πομπηΐου τεκμαίρεσθαι φυγῆς, ἀφεὶς πάντα, τὴν ἐπ' Αἰγύπτου συνέτεινεν. ἀλλὰ Πομπηΐον μὲν, ὥσπερ εἴκασε Βροῦτος Αἰγύπτῳ προσβαλόντα δι' πεπρομένον ἐδέξατο· Καίσαρα δὲ καὶ πρὸς Κάσσιον ἐπράυνε Βροῦτος· καὶ δὴ καὶ τῶν Λιβύων βασιλεῖ πρεσβυτέρων μὲν ἥπτετο τὸν μεγέθους τῶν κατηγορειῶν, δεόμενος δὲ καὶ παραιτούμενος περὶ τούτου, πολλὴν αὐτῷ διέσωσε τῆς ἀρχῆς. λέγεται δὲ Καῖσαρ, ὅτε πρῶτον ἤκουσεν αὐτὸν λέγοντος, εἰπεῖν πρὸς τοὺς φίλους, Οὗτος ὁ νεανίας οὐκ οἶδα μὲν ὃ βούλεται· πολὺ δὲ ὃ βούλεται, σφόδρα βούλεται. ὃ γὰρ ἐμβεβλῆς αὐτῷ, καὶ μὴ ῥᾳδίως μηδὲ πολλοῖς ἐπιτήδειον τὸν δεομένου πρὸς χάριν, ἀλλ' ἐκ λογισμοῦ καὶ προαιρέσεως τῶν καλῶν πρακτικὸν, ὅπου βέβαιον, ἰσχυρᾶς ἐχρῆτο ταῖς ὁρμαῖς καὶ τελεσιουργοῖς. πρὸς δὲ τὰς ἀδίκους δεήσεις ἀκολάκευτος ἦν, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἀναιδεστάτων λιπαρουμένων ἥττας, ἐνίοις δυσωπεῖσθαι καλοῦσιν, αἰσχίστην ἀνδρὶ μεγάλῳ ποιούμενος, εἰώθει λέγειν ὡς οἱ μηδὲν δρᾶν εἰωθότες δυνάμενοι, δοκοῦσιν αὐτῷ μὴ καλῶς τὴν ὥραν διαπεπεῖσθαι. μέλλων δὲ διαβαίνειν εἰς Λιβύην Καῖσαρ ἐπὶ Κάτωνα καὶ Σκιπίωνα, Βρούτῳ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίαν ἐπέτρεψεν, εὐτυχίᾳ τινὶ τῆς ἐπαρχίας. τὰς γὰρ ἄλλας ὕβρει καὶ πλεονεξίᾳ τῶν πεπιστευμένων, ὥσπερ αἰχμαλώτους διαφερομένων, ἐκείνοις καὶ τῶν πρόσθεν ἀτυχημάτων παῦλα καὶ παραμυθία Βροῦτος ἦν, καὶ τὴν χάριν εἰς Καίσαρα πρώτων ἀνῆγεν· ὡς αὐτῷ μὴ τὴν ἐπιδόσιν ἐπιόντι τὴν Ἰταλίαν, ἥδιστον θέαμα τὰς ὑπὸ Βρούτῳ πόλεις γενέσθαι, καὶ Βροῦτον αὐτὸν, αὐξόντα τὴν ἐκείνου τιμὴν, καὶ σεμνόντα κεχαρισμένως. ἐπεὶ δὲ πλείονων χρατηγιῶν οὐσῶν, τὴν μέγιστον ἔχουσαν ἀξίωμα, καλουμένην δὲ πολιτικὴν.

A Hæc memorant illum in Bruti matris fecisse Seruiliæ gratiam. nam adolescens adhuc, vt perhibetur, cum Seruilia, quæ amore eius deperibat, cõsuetudinem Cæsar habuit. Quia verò, qua tempestate flagrantissimus erat eorũ amor, genitus Brutus fuit: credebat eum ex se natum. Fama est quũ grauissimæ res de Catilinæ coniuratione, quæ penè remp. euertit, tractarẽtur in senatu, dissentientes sententiis Catonem & Cæsarem commissos fuisse, interea paruum epistolium foris allatum quum Cæsar submisse legeret, exclamasse Catonem, indignam rem esse quod ab hostibus Cæsar
B nuntios & literas acciperet. Quum multi obstreperent ei, atque ideo tabellas Cæsar, vt acceperat, traderet Catoni, illum lectam sororis Seruiliæ lasciuam epistolam abiecisse ad Cæsarem, ac dixisse, Cape temulente: mox ad sententiam & orationem de integro fuisse reuersum. vsqueadeo Seruiliæ fuit in Cæsarem peruagatus amor. Secundum aciem Pharsalicam quum Pompeius refugisset ad mare, dum castra oppugnantur, Brutus clàm porta elapsus in locum cõiecit se palustrem aquosumq; & calamo consitum. Hinc digressus euasit noctu Larissam. Inde scripsit ad Cæsarem.
C Cuius incolumitate Cæsar lætus, iussit eum ad se venire. Nec solùm ignouit ei, verùm etiam inter præcipuos amicos suos habuit eum in honore. Quum nemo dicere haberet quò intenderet fugam Pompeius, nihilq; esset certi, aliquantulum itineris solus cum Bruto faciens, periclitatus est sententiam eius: & quia ex certis rationibus collectis optimam videbatur de fuga Pompeii coniecturam facere, omissis aliis contendit in Ægyptum. Cæterum Pompeium in Ægyptum, vt diuinauerat Brutus, delatũ occupauit fatum. Porro Cæsarem Brutus Cassio quoque placauit. Et verò etiam Afrorum regem defendens premebatur
D magnitudine criminũ: verùm quum pro hoc deprecaretur oraretq;, conseruauit ei magnam regni partem. Perhibent Cæsarem, quum primùm audisset orantem, ad amicos dixisse, Hic adolescens haud scio quid velit: sed id quod vult, vehementer vult. Quippe sicut animus firmus eius non facilè neque quibusuis rogantibus concedebat beneficia, ita vbi cum ratione & ex delectu agebat honesti, quocunq; ipsum conuertisset, valida vtebatur contentione atque efficaci. Ad iniusta verò precantibus non patebat assentatoribus. Nam impudenter obsecrantibus succumbere, quod
E confundi verecundia dicitur à nonnullis, turpissimum magno viro ducens, dicere solebat, eos qui nihil denegare valerent, parum sibi videri honeste ætatis florem collocasse. Transmissurus cõtra Catonem & Scipionem Cæsar in Africam, Bruto Galliam cisalpinam magna illius prouinciq; felicitate permisit. Nam quum aliæ auaritia & libidine præpositorum vt bello captæ lacerarentur, illi etiam priorũ requies & alleuatio fuit Brutus calamitatum. Omnium autem retulit ad Cæsarem gratiam. Vnde huic Italiam ab reditu peragranti, quæ sub Bruto fuerant ciuitates, atque ipse Brutus, amplificans honorem eius ac festiuè eum comitans, iucundissimum fuerunt spectaculum. Quum autem inter multas præturas illam quæ maximæ est dignationis & vrbana dicitur,

omnium opinione Brutus obtenturus vel Cassius esset, aliqui eos ex antecedentibus nõnihil dissentientes in cõtentionem de ea multo maiorẽ aiunt venisse quantumuis necessarios. Quippe sororem Bruti Cassius Iuniam habebat in matrimonio. Alii Cæsaris opera concertationem hãc fuisse, vtrique in secreto spem ostentantis, excitatam, quoad ita impulsi & incitati decertauerunt inter se. Pugnabat Brutus cũ Cassii magnificis aduersus Parthos factis nominis claritate & virtute. Quos vt Cæsar audiuit, atq; adhibitis amicis deliberauit, Iustior est, inquit, Cassii causa: Bruto tamen dandæ sunt primæ partes. Cassio alia prætura data. Qui non tantum gratiæ habuit ob hanc quam accepit, quantum in eum exarsit ob repulsam illius. Brutus aliis quoque in rebus cõsors fuit, quantum voluit, Cæsaris potentiæ: quandoquidem, si voluisset, principi ei esse amicorum & pollere plurimum licuisset. Verùm sodalitas eum Cassii traxit & deflexit. Nondum quidem erat ex illa conflictatione reconciliatus cum Cassio, verùm amicis eius aures præbebat, admonentibus ne permitteret se à Cæsare emolliri & deliniri, sed comitatem & beneficentiam fugeret tyrannicam: quibus nõ ad decorandam virtutem illum, verùm ad eneruandum & perstringẽdum animum vti in ipsum. At ne Cęsar quidem prorsus securus erat aduersus eum nec criminibus clausus, sed spiritus huius timebat & autoritatem & amicos, bonæ verò indoli credebat. Ac quum primùm delatum ad eum esset Antonium & Dolabellam res nouas moliri, negauit crassos hos & comatos sibi metuendos, sed pallidos illos & macilentos: Brutum & Cassium designãs. Inde deferentibus quibusdam Brutum, & vt caueret ab eo monentibus, manu corpus attingens, Quid vobis, inquit, anne Brutus videtur hoc corpusculum expectaturus? quasi nemini secundum ipsum alteri quàm Bruto tanta potentia conueniret. Et apparet sanè, si aliquantisper sustinuisset Cæsari esse secundus, opesq; eius deflorescere & gloriam rerum gestarum fiuisset marcescere, principatum in ciuitate eum haud dubiè habiturum fuisse. Verùm ferocis vir animi Cassius, magisq; priuatim Cæsari, quàm publicè tyranno infestus, incendit & stimulauit Brutum. Dicitur Brutus regnum non tulisse, Cassius odisse regem: qui eum cùm aliis nominibus est insectatus, tum ob leones ablatos, quos hic ædilis curulis designatus parauerat: Cæsar autem Megaræ, quum captum oppidum per Calenum esset, inuentos retinuit. Eas feras calamitatem ingentem memorant Megarensibus intulisse. Hi enim, dum iam caperetur vrbs, refregerunt caueas & vincula dissoluerunt vt irruentibus feræ obsisterent, quæ in illos ipsos impetum dederunt, atque discurrentes discerpserunt inermes, fuitque spectaculum etiam hostibus luctuosum. Ac Cassium quidem hanc potissimùm conspirandi in Cæsarem causam arripuisse autumant, sed parum verè. Nam fuit à prima ætate ingenitum Cassio odium & fel aduersus tyrannorum gentem, vt puer etiamnum, quum in eundem ludum cum Syllæ filio commearet Fausto ostendit. Qui quum iactabundus inter pueros patris dominatum in cælum ferret, surgens Cassius impegit ei colaphos. Id persequi quum Fausti tutores & propinqui intenderent,

A ἐπίδοξος ἦν ὁ Βροῦτος ἕξειν, ἢ Κάσσιος· οἱ μὲν αὐτοὺς λέγουσιν ἐξ αἰτιῶν τοσουτέρων ἡσυχῇ διαφερομένους, ἐπὶ μᾶλλον ὑπὲρ τούτου διαγωνιάσαι, καὶ τοῦ οἰκείους ὄντας, (Γουνία γὰρ ἀδελφὴ Βρούτου συνῴκει Κάσσιος) οἱ δ', Καίσαρος ἔργον ἡγούμενοι τὴν φιλονεικίαν ταύτην ἑκατέρῳ κρύφα δι' ἐλπίδων ἐνδιδόντος ἑαυτόν· ἄχρι οὗ τοσαῦτα τε καὶ παροξυνθέντες εἰς ἀγῶνα κατέστησαν. ἠγωνίζετο δ' Βροῦτος εὐκλείᾳ καὶ ἀρετῇ πρὸς πολλὰ τοῦ Κασσίου καὶ λαμπρὰ τὰ Παρθικὰ νεανιεύματα. Καίσαρ δ' ἀκούσας, καὶ βουλευόμενος σὺν τοῖς φίλοις, εἶπεν, Δικαιότερα μὲν λέγει Κάσσιος, Βρούτῳ δ' τὴν πρώτην δοτέον. ἀπεδείχθη δ' Κάσσιος ἐφ' ἑτέρᾳ στρατηγίᾳ, οὐ τοσοῦτον εὐνοίας ἔχων δι' ὧν ἔλαβεν, ὅσον ὀργῆς ὧν ἀπέτυχεν. Βροῦτος δ' καὶ πάλαι μετεῖχεν τῆς Καίσαρος δυνάμεως ὅσον ἐβούλετο. βουλομένῳ γὰρ ὑπῆρχεν εἰ τῶν φίλων πρώτῳ, καὶ δυνάσθαι πλεῖστον· ἀλλ' εἷλκεν αὐτὸν ἡ πρὸς Κάσσιον ἑταιρεία καὶ ἀπέστρεφεν αὐτῷ μὴ οὔπω Κασσίῳ διηλλαγμένον ἐξ ἐκείνης τῆς φιλονεικίας, ἀκούοντα δὲ τῶν φίλων παρακελευομένων, μὴ προεσθαι αὐτὸν ὑπὸ Καίσαρος μαλασσόμενον καὶ κηλούμενον, ἀλλὰ φεύγειν τὰς τυραννικὰς φιλοφροσύνας καὶ χάριτας, αἷς, οὐ τιμῶντα τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἐκτείνοντα τὴν ἀλκὴν καὶ τὸν θυμὸν ὑπορρεῖπον, χρῆσθαι πρὸς αὐτόν. οὐ μὴν οὐδὲ Καίσαρ ἀνύποπτος ἦν πάμπαν, οὐδ' ἀδιάβλητος πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ τὸ μὲν φρόνημα καὶ τὸ ἀξίωμα καὶ τοὺς φίλους ἐδεδίει τοῦ ἀνδρός, ὑπίεζεν δ' τὴν ἡλικίαν. καὶ πρῶτον μὲν Ἀντωνίου καὶ Δολοβέλλα λεγομένων νεωτερίζειν οὐκ ἔφη τοὺς παχεῖς καὶ κομήτας ἐνοχλεῖν, ἀλλὰ τοὺς ὠχροὺς καὶ ἰσχνοὺς ἐκείνους· Βροῦτον λέγων καὶ Κάσσιον. ἔπειτα τὸν Βροῦτον τινῶν διαβαλλόντων, καὶ φυλάττεσθαι παρακελευομένων, τῇ χειρὶ τοῦ σώματος ἁπτόμενος εἶπεν, Τί δ' οὐκ αὐ ὑμῖν δοκεῖ Βροῦτος ἀναμεῖναι τουτὶ τὸ σαρκίον; ὡς οὐδενὶ προσήκειν ἄλλῳ μετ' ἑαυτὸν ἢ Βρούτῳ δυνάσθαι, τοσοῦτον. καὶ μὴν τοι δοκεῖ πρῶτος δὴ ἐν τῇ πόλει γενέσθαι βεβαίως, ὀλίγον χρόνον ἀναχρόμενος Καίσαρι δυστροπούσῃ, καὶ τὸν δεικνύσαι τὴν δυνάμιν αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀνανδρῶσαι τὴν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἐάσας δόξαν. ἀλλὰ Κάσσιος, ἀνὴρ θυμοειδὴς, καὶ μᾶλλον ἰδίᾳ μισοτύραννος, ἐξέκαυσεν καὶ κατήπειξεν. λέγεται δὲ Βροῦτος μὲν τὴν ἀρχὴν βαρύνεσθαι, Κάσσιος δ' τὸν ἄρχοντα μισεῖν· ἀλλά τε κατ' αὐτοῦ ποιούμενος ἐγκλήματα, καὶ λεόντων ἀφαίρεσιν, οὓς Κάσσιος μὲν ἀγορανομεῖν μέλλων παρεσκευάσατο, Καίσαρ δὲ καταληφθέντας ἐν Μεγάροις, ὅθ' ἡ πόλις ἡλω ὑπὸ Καλλίνου, κατέχων, ταῦτα τὰ θηρία συμφορὰν λέγεται μεγάλην ἠργάζετο Μεγαρεῦσιν. οἱ μὲν γὰρ ἤδη τῆς πόλεως καταλαμβανομένης διέσπασαν τὰ κλήθρα, καὶ τοὺς δεσμοὺς ἀνῆκαν, ὡς ἐμποδὼν εἴη τὰ θηρία τοῖς ἐπιφερομένοις· τὰ δ' ὤρουσεν εἰς αὐτοὺς ἐκείνους, καὶ διαθέοντας ἀνόπλους ἥρπαζεν, ὥστε καὶ τοῖς πολεμίοις τὴν ὄψιν οἰκτρὰν γενέσθαι. τῷ δ' οὖν Κασσίῳ ταύτῃ μάλιστα φασὶν αἰτίαν ὑπαρξαι τῆς ἐπιβουλῆς· οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἐν τῇ φύσει τοῦ Κασσίου δεινή τις καὶ χαλεπότης πρὸς τὸν ζῆλον τῶν τυράννων, ὡς ἐδήλωσεν ἔτι παῖς ὤν, βαδίζων εἰς ταὐτὸ τῷ τοῦ Σύλλα παιδὶ Φαύστῳ διδασκαλεῖον. ὁ μὲν γὰρ ἐν τοῖς παισὶ μεγαληγορῶν, τὴν τοῦ πατρὸς ἐπῄνει μοναρχίαν· ὁ δὲ Κάσσιος ἐπιθυμήσας κινδύνοις ἐνέτριβεν αὐτῷ· βουλομένων δὲ τῶν ἐπιτρόπων τοῦ Φαύστου καὶ οἰκείων ἐπεξιέναι καὶ διωκίζεσθαι,

Γνομπήιος ἐκώλυσεν, καὶ συναγαγὼν εἰς ταὐτὸ τοὺς πᾶσ-
δας ἀμφοτέρους, ἀνέκεινε περὶ τοῦ πράγματος. ἔνθα δὴ λέ-
γεται τὸν Κάσσιον εἰπεῖν, Ἄγε δὴ ὦ Φαῦστε, τόλμησον σιω-
πὴν τούτου φθέγξασθαι τὸν λόγον ἐκεῖνον ἐφ' ᾧ παρωξύνθην,
ἵνα σοῦ πάλιν ἐγὼ συντείνω τὸ στόμα. τοιοῦτος μὲν ὁ Κάσ-
σιος. Βροῦτον δὲ πολλοὶ μὲν λόγοι πρὸς τὸ συνήθων, πολ-
λαῖς δὲ φήμαις καὶ γράμμασιν ἐξεκαλοῦντο καὶ παρώρ-
μων ἐπὶ τοῦ πράξιν οἱ πολῖται. τῷ μὲν γὰρ ἀνδριάντι τοῦ
πατρὸς Βρούτου, καὶ καταλύσαντος τὸν τῶν βασι-
λέων ἀρχῶν, ἐπέγραφον, Εἴθε νῦν ἦν Βροῦτος. καὶ, Ὤφελε
ζῶν Βροῦτος. ὁ δὲ αὐτοῦ Βρούτου βῆμα στρατηγοῦντος διέ-
σκετο μὲν ἡμέραν ἀπάντων γραμμάτων τοιούτων, Βρου-
τε καθεύδεις, καὶ οὐκ εἶ Βροῦτος ἀληθῶς. αἴτιοι δὲ τούτων οἱ
Καίσαρος κόλακες, ἄλλας τιμὰς ἐπιφόνοις ἀναδείσκοντες
αὐτῷ, καὶ διάδημα τοῖς ἀνδριάσι νύκτωρ ἐπιθέντες ὡς
τοῖς πολλοῖς ἀσπαζόμενοι βασιλέα προσειπεῖν αὐτὸ δικτάτορος.
τοὐναντίον δ' ἀπιώτησεν, ὡς ἐν τοῖς περὶ Καίσαρος ἀκριβῶς γέγραπται. Κασσίῳ δὲ πειρῶντι τοὺς φίλους
ἐπὶ Καίσαρα, πρώτους ὡμολόγουν, εἰ Βροῦτος ἡγοῖτο. δεῖ-
σθαι γὰρ οὐ χρῆν τόλμης τοῦ πράξιν, ἀλλὰ δόξης
ἀνδρὸς, οἷος οὗτός ἐστιν, ὡς ἂν καταρχομένου, καὶ βεβαιοῦ-
τος, αὐτῷ τὴν παρεῖναι, τὸ δίκαιον. εἰ δὲ μὴ καὶ δρῶντας ἀθυ-
μοτέρους ἔσεσθαι, καὶ δράσαντας, ὑποπτοτέρους· ὡς οὐκ
ἀν ἐκείνου τὸ ἔργον, εἰ καλῶς αἰτίαν εἶχεν, ἀπειπαμένου.
ταῦτα συμφρονήσας, ἐνέτυχε Βρούτῳ πρώτερος ἐκ τῆς
Ἀμφορέως ἐκείνης· καὶ μετὰ τὰς ἀμφιλύσεις καὶ φιλοφρο-
σύνας, ἠρώτησεν εἰ τὴν νουμηνίαν τοῦ Μαρτίου μενοῦς ἔγνω-
κεν εἰς σύγκλητον παρεῖναι. πυνθάνεσθαι γὰρ ὡς λόγον ὑπὲρ
βασιλείας Καίσαρος οἱ φίλοι τότε καθίσοιεν. φήσαντος δὲ
τοῦ Βρούτου μὴ παρεῖναι, Τί οὖν (εἶπεν ὁ Κάσσιος) οὐ κα-
λοῦσιν ἡμᾶς; Ἐμὸν ἔργον (ἔφη ὁ Βροῦτος) ἤδη δ' μὴ σιω-
πῶ, ἀλλ' ἀμυνεῖν, καὶ προαποθνήσκειν τῆς ἐλευθερίας καὶ
ὁ Κάσσιος ἐπαρθεὶς, Τίς δή, εἶπε, Ῥωμαίων ἀνέξεται σοῦ
προαποθνήσκοντος; ἆρα ἀγνοεῖς, ὦ Βροῦτε, σεαυτόν; ἢ δ'
βῆμά σου δοκεῖς καταγράφειν τοὺς ὑφάντας καὶ τοὺς καπή-
λους, οὐχὶ τοὺς πρώτους καὶ κρατίστους ταῦτα ποιεῖν; πῶς δὲ
μὲν τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἐπὶ δόξης καὶ θέας καὶ μονομά-
χοις, πῶς δὲ σοῦ δὲ, ὡς ὄφλημα πατρικὸν, τὴν κατάλυσιν
τῆς τυραννίδος ἀπαιτοῦντας; αὐτοὶ δὴ ὑπὲρ σοῦ πόνους
πάσχειν προθύμους ὄντας, οἷς ἀξιοῦσι καὶ προσδέχονται φα-
νέντος; ἐκ τούτου προσβαλὼν τὸν Βροῦτον ἠσπάζετο. καὶ
ἀμφιλυθέντες οὕτως, ἐτρέποντο πρὸς τοὺς φίλους. ἰὼ δέ τις
Γάϊος Λιγάριος τῶν Πομπηίου φίλων, ὃν ἐπὶ τούτῳ κατηγορηθέντα Καῖσαρ ἀπέλυσεν. οὗτος οὐχ ἧς ἀφείθη δίκης
χάριν ἔχων, ἀλλὰ δι' ἰὼ κινδυνεύοντος ἀρχὴν βαρυνόμε-
νος, ἐχθρὸς ἰὼ Καίσαρι, τῶν δὲ περὶ Βροῦτον ἐν τοῖς μάλι-
στα συνήθης. πρὸς τοῦτον ἀσθενοῦντα Βροῦτος εἰσελθὼν,
Ὦ Λιγάριε (εἶπεν) ἐν οἵῳ καιρῷ νοσεῖς. κἀκεῖνος δ' ἡδὺς εἰς
ἀκοὴν ἀναστὰς, καὶ λαβόμενος αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, Ἀλλ' εἴπ'
(φησὶν) ὦ Βροῦτε. σεαυτοῦ φρονεῖς ἄξιον, ὑγιαίνω. ἐκ τούτου
ἀναπτρώμενοι κρύφα τῶν γνωρίμων οἷς ἐπίστευον, ἀνεκινου-
νοῦτο, καὶ προσελάμβανον, οὐ μόνον τῶν συνήθων ποιούμενοι
τὴν αἵρεσιν, ἀλλ' ὅσους ἡπίστατο τολμητὰς ὄντας ἀγαθοὺς, καὶ θανάτου καταφρονητάς. διὸ καὶ Κικέρωνα. τοῦτο μὲν,
πίστεως, τοῦτο δὲ, ἀνοίας ἕνεκα πρῶτον ὄντα παρ' αὐτοῖς ἀπεκρύψαντο, μὴ τῷ φύσει τόλμης ἐνδεὴς εἶ), προσέ-
ληφῶς ἐπὶ χρόνου γεροντικὴν ἀλάβειαν, εἶτα πρὸς τὰ καθ' ἕκαστον ἀνάγων τοῖς λογισμοῖς εἰς ἄκραν ἀσφάλειαν,

A prohibuit Pompeius, qui ambos pueros accito interrogauit de facto. Ibi Cassiũ ferunt dixisse, Age iam, Fauste, aude coram hoc eadẽ iactare quibus iritatus fui, vt iterum tibi os cõminuam. Atq; eiuscemodi Cassius fuit. Brutũ verò crebri familiariũ sermones, crebris vocibus & scriptis ad factum illud ciues prouocauerunt & impulerũt. Nam statuę progenitoris eius Bruti, qui regium imperium oppresserat, inscripserunt, Vtinam nunc Brute esses: &, Vtinam viueres Brute. Ipsius Bruti tribunal prætoris reperiebatur manè huiuscemodi scriptis refertum, Dormis Brute. &, Non es germanus
B Brutus. In causa fuerunt Cæsaris adulatores. Qui cùm honores ei inuidiosos alios exquirebant, tum statuis eius nocte imposuerũt diadema, quò multitudinem impellerent ad salutandũ eum pro dictatore regem. Verùm euenit secus, vt in vita Cæsaris accuratè sumus exequuti. Solicitanti in Cæsarem amicos Cassio omnes, si dux Brutus esset, annuere. Neque enim manus neq; audaciam ostenderunt se requirere, sed autoritatem viri, qualis hic esset, quasi auspicantis & præsentia sua honestatem comprobantis facti. Absq; eo & in suscipienda re animo se deiectiore fore, & suspectiores
C perpetrata. Neque enim hoc factum illum, si esset iusta causa subnixum, repudiaturũ fuisse. Hac re secum agitata, Brutum ab illa dissensione conuenit prior, mox post reditum in gratiam & complexus rogauit eum an Cal. Martiis esset in senatũ venturus. nam audire se amicos Cæsaris de regno eius relaturos. Negante adfuturũ se Bruto, Quid igitur, inquit, si accersant nos, Cassius? Iam meum erit, infit Brutus, non tacere, sed pro libertate propugnare vitamq; profundere. Ibi erectus Cassius, Quis, inquit, feret te ciuis Romanus ita pro libertate emori? An temetipsum ignoras, Brute, aut in tribunali tuo à textoribus ista putas aut à caupo-
D nibus inscripta, ac non facere id principes & optimates? A prætoribus aliis congiaria, spectacula, munera gladiatorum: abs te, velut debitũ hæreditarium, tyrannidis exigunt oppressionem. qui subire pro te omnia parati sunt, si qualẽ esse volunt & expectant, talem te præstiteris. Inde Brutum complexu salutauit, atq; sic digressi conuerterunt se ad amicos. Erat quidam Q. Ligarius Pompeii amicus, quem eo nomine accusatũ exemerat Cæsar noxæ. Hic non quòd ab iudicio liberatus fuisset, gratiam Cæsari tribuens, sed, propter quam vocatus in periculum fuerat, dominationẽ pero-
E sus, ei infensus erat, Bruto autem imprimis familiaris. Hunc Brutus inuisens ægrotum, Quali, inquit, tempore Ligari ægrotas? Ille statim cubito innixus arrepta dextera eius, At ego, inquit, si quid te, Brute, dignũ cogitas, valeo. Hinc clàm tentantes amicorum, quibus fidebant, animos, capita inter se conferebant, adsciscebantque non solùm delectos familiares, sed omnes quotquot egregiè audaces & mortis esse contemptores sciebant. Qua de causa Ciceronem, cui cùm fidebant plurimùm, tum diligebant summè, celauerunt de consilio, ne ad insitam timiditatem adiungens ex ætate senilem cautionem, mox singula æstimando ad summam exigens securitatem,
F

alacritatis ipsorũ aciem, qua celeritatem require-
bat, perstringeret. Quando etiam ex amicis cæte-
ris Statilium Epicureum Brutus, & æmulatorẽ Ca-
tonis Fauonium, reliquit: quòd quum à longè eos
per ambages inter confabulandum & disputandũ
de philosophia ita attentasset, Fauonius respondis-
set, violẽto dominatu esse bellum ciuile deterius,
Statilius sapientem & cordatum dixisset non de-
cere malorum & insipientium causa periculum &
torrorem subire. Ibi præsens Labeo reclamauit v-
triq;: Brutus verò tunc, quasi haberet disputatio
ea aliquid scrupuli & nodi, obticuit, pòst partici-
pauit Labeoni cõsilium. Hic quum parato animo
operam suam esset pollicitus, alterum Brutũ Albi-
num cognomine, qui de cætero strenuus nõ erat
neq; animosus, sed gladiatorũ manu, quos ad ex-
hibendũ populo Rom. alebat, validus esset & pro-
batus Cæsari, visum est adiungere. Hic à Cassio &
Labeone appellatus, nihil respondit. verùm vbi
Brutũ ille priuatim conuenit, accepitq; rei geren-
dæ esse eum ducem promptam ostendit operam
suam. Alios item plerosq; & præstãtissimos nomẽ
adiunxit eis Bruti. Qui quanuis neq; iuramento
neq; sacris tactis fidem inter se mutuò sanxerant,
ita silentio tamen condiderũt & presserunt consi-
lium omnes atq; inter se agitauerunt, vt licet vati-
ciniis, prodigiis, extis id dii denuntiarent, nemini
esset tamen credibile. Brutus verò, quòd penderẽt
ex ipso animosissimi quiq; ciuitatis & nobilissimi
& pręstantissimi, ac periculum agitaret omne ani-
mo, foris annitebatur comprimere & componere
sensa sua, at nocte domi non erat idem: ac partim
excitauit inuitũ ipsa solicitudo somno, partim in-
tentius volutans animo hærensq; in perplexitati-
bus vnà cubantẽ non fefellit vxorem insuetæ per-
turbationis se plenum esse, versareq; secum mole-
stum consilium & intricatum. Porcia filia erat, vt
diximus, Catonis. Eã Brutus consobrinus duxerat
non virginẽ, sed priore defuncto viro adolescẽtu-
lam adhuc acceperat. Habebat hæc ex illo paruu-
lum filium, cui Bibulo fuit nomen. Extat paruus
libellus, cõmentarius rerum à Bruto gestarum, ab
hoc elucubratus. Porcia autem, fœmina philoso-
phiæ studiosa & viri amans animosaq; atque cor-
data, nõ antè virum rogare de arcanis aggressa est,
quàm periculum sui fecisset huiuscemodi: Cultel-
lũ accepit quo vngues rescindere tonsores solent,
omnibusq; exactis cubiculo pedissequis vulnus
femori inflixit altum, vnde effluxit vis magna san-
guinis, ingentesq; dolores & febris mox cum hor-
rore grauis comitati sunt. Trepidantem Brutum
& discrutiatũ, quum esset dolor intẽtissimus, hoc
modo affata est, Ego, Brute, in domum tuam Ca-
tonis filia nupsi, non sicut pellices ad lecti tantùm
& mensæ consortium, sed etiam ad prosperorũ &
aduersorum societatem. Tua quidem causa nihil
est quod de nuptiis conquerar: sed à me quod do-
cumentum aut quod oblectamentum erit tibi, si
neq; reconditum animi cruciatum, neq; curam,
quæ fidem requirit, tecum feram? Non me fugit
naturam imbecillem haberi ad secreta continen-
da muliebrem: at est aliqua, Brute, & probi tyro-
cinii & honestæ consuetudinis ad mores tingen-
dos vis. Mihi verò hoc obtigit vt & Catonis filia,

A ἀμβλυώσῃ τὴν ἀκμὴν αὐτῶν τῆς προθυμίας, πάντας δεο-
μένη. ἐπεὶ καὶ τῶν ἄλλων ἑταίρων ὁ Βροῦτος Σταλλίου τε
παρέλιπε τὸν Ἐπικούρειον, καὶ Φαώνιον, ἐραστὴν Κάτωνος· ὅ-
τι πόρρωθεν αὐτοῖς τοιαύτην τινὰ κύκλῳ περιβαλόντος ἐν τῷ
διαλέγεσθαι καὶ συμφιλοσοφεῖν πεῖραν, ὁ μὲν Φαώνιος
ἀπεκρίνατο χεῖρον εἶναι μοναρχίας δημόνου πόλεμον ἐμ-
φύλιον. ὁ δὲ Στάλλιος ἔφη τῷ σοφῷ καὶ νοῦν ἔχοντι διὰ φαύ-
λους καὶ ἀνοήτους κινδυνεύειν καὶ τεταράττεσθαι μὴ καθήκειν. παρὼν δὲ Λαβεὼν ἀντεῖπεν ἀμφοτέροις. καὶ ὁ Βροῦτος
τότε μὲν, ὡς ἔχοντός τι τὸ λόγου χαλεπὸν καὶ δύσκριτον, ἀ-
πεσιώπησεν· ὕστερον δὲ Λαβεῶνι κοινοῦται τὸ βούλευμα. δε-
ξαμένου δὲ προθύμως, τόν θ' ἕτερον Βροῦτον, ἐπίκλησιν Ἀλ-
βῖνον, ἄλλως μὲν οὐκ ὀνταρέκτιν οὐδὲ θαρραλέον, ἐρρω-
μένον δὲ πλήθει μονομάχων, οὓς ἐπὶ θέᾳ Ῥωμαίων ἔτρεφεν,
καὶ τοῦ Καίσαρι πιστευόμενον, ἐδόκει προσάγεσθαι. Κασ-
σίου δὲ καὶ Λαβεῶνος αὐτῷ διαλεγομένων, οὐδὲν ἀπεκρί-
νατο· Βρούτῳ δὲ αὐτὸς ἐντυχὼν ἰδίᾳ καὶ μαθὼν ὅτι τῆς
πράξεως ἡγεμόνα ἔστιν, ὡμολόγησε συμπράξειν προθύ-
μως. καὶ τῶν ἄλλων δὲ τοὺς πλείστους καὶ τοὺς ἀρίστους ἡ δόξα τοῦ
Βρούτου προσήγετο· καὶ μηθ' ὅρκον συνομόσαντες, μήτε
B πίστιν καθ' ἱερῶν λαβόντες ἢ δόντες, οὕτως ἄπορρητοι ἔχον ἐν
ἑαυτοῖς καὶ κατεσιώπησαν καὶ συνδιωκήθη, ὥστε μυ-
θολογίαις καὶ φάσμασι καὶ ἱερεῖς ἐκ τῶν θεῶν προδηλουμέ-
νοις, ἄπιστον φανῆναι τοῖς πρᾶξιν. ὁ δὲ Βροῦτος, ἅτε δὴ τὰ
πρῶτα τῆς Ῥώμης φρονήματα καὶ φύσει καὶ ἀρετᾷ ἐξηρ-
τημένος ἑαυτοῦ, καὶ πρόνοιαν πολλὴν τὸν κίνδυνον, ἔξω μὲν ἐ-
πειρᾶτο κατέχειν παρ' ἑαυτῷ καὶ καταχρημεῖν τοῖς φά-
νοις· οἴκοι δὲ καὶ νύκτωρ οὐκ ἴσος ὁ αὐτός, ἀλλὰ τὰ μὲν ἄκαν-
θα τῶν ὕπνων αὐτὴ ἡ φροντὶς ἐξέφερεν, τὰ δὲ μᾶλλον ἐνδυό-
μενος τῷ λογισμῷ, καὶ διατείνων ἐν ταῖς ἀπορίαις, οὐκ
C ἐλάνθανε τὴν γυναῖκα συναναπαυομένην ὅτι μεστός ἐστιν
ταραχῆς ἀήθους, καὶ κυκλεῖ τι παρ' ἑαυτῷ δύσφορον βούλευ-
μα καὶ δυσεξέλικτον. ἡ δὲ Πορκία, θυγάτηρ μὲν (ὥσπερ εἴρηται)
Κάτωνος οὖσα, εἶχε δὲ αὐτὴν ὁ Βροῦτος ἀνεψιὸς ὤν, οὐκ ἐκ
παρθενίας, ἀλλὰ τὸν πρότερον τελευτήσαντος ἀνδρὸς, ἔ-
λαβε, κόρην οὖσαν ἔτι, καὶ παιδίον ἔχουσαν ἐξ ἐκείνου μι-
κρὸν, ᾧ Βύβλος ἦν ὄνομα, καὶ τι βιβλίδιον μικρὸν, ἀ-
πομνημόνευμα τῶν Βρούτου· γεγραμμένον ὑπ' αὐτοῦ
διασώζεται. φιλόσοφος δὲ ἡ Πορκία καὶ φίλανδρος οὖ-
σα, καὶ μετὰ φρονήματος νοῦν ἔχοντος, οὐ πρότερον ἐπεχεί-
ρησεν ἀνερέσθαι τὸν ἄνδρα περὶ τῶν ἀπορρήτων, ἢ λαβοῦν ἑαυτῆς
τοιαύτην διάθεσιν. λαβοῦσα μαχαίριον ὡς τοὺς ὄνυχας οἱ
κουρεῖς ἀφαιροῦσιν, καὶ πάσας ἐξελάσασα τοῦ θαλάμου τὰς
ὑπαδοὺς, τολμῶν ἐνέβαλε τῷ μηρῷ βαθεῖαν, ὥστε ῥύσιν αἵ-
D μαλος πολλὴν γενέσθαι, καὶ μετὰ μικρὸν ὀδύνας τε νεανικὰς
καὶ φλεγμονὴς πυρετοὺς ἐπιλαβεῖν ἐκ τοῦ τραύματος. ἀγω-
νιῶντος δὲ τοῦ Βρούτου καὶ δυσφορουντος, ἐν ἀκμῇ τοῦ ἀλγη-
δόνος οὖσα διελέχθη πρὸς αὐτὸν οὕτως, Ἐγὼ Βροῦτε, Κάτω-
νος οὖσα θυγάτηρ, εἰς τὸν σὸν ἐδόθην οἶκον, οὐχ ὥσπερ αἱ
παλλακίδες, κοίτης μετέχουσα καὶ τραπέζης μόνον, ἀλλὰ
E κοινωνὸς μὲν ἀγαθῶν εἶναι, κοινωνὸς δὲ ἀπιστιῶν. τὰ μὲν οὖν
σά, πρώτη πρὸς τὸν γάμον ἀμειφθεῖσα. τῶν δὲ παρ' ἐμοῦ
τίς ἀπόδειξις, ἢ χάρις, εἰ μήτε σοὶ πάθος ἀπόρρητον συν-
διοίσω, μήτε φροντίδα πίστεως δεομένην; οἶδ', ὅτι γυναικεία φύσις, ἀδυνατεῖ λόγον ἐνέχειν ἀπόρρητον· ἀλλ'
ἔστι τις ὦ Βροῦτε, καὶ ἐρρῶσθαι καὶ ὁμιλίας χρηστῆς εἰς ἦθος ἰσχύς. ἐμοὶ δὲ, καὶ ὁ Κάτωνος εἶναι θυγατέρα,

„ καὶ Ὁ, Βρούτου γυναῖκα, πρόσεστιν· οἷς πρότερον μὴν ἥττον
„ ἐπεποίθει, νῦν δ' ἐμαυτῷ ἔγνωκα καὶ πρὸς πόνον ἀήττητον
„ εἶναι. ταῦτ' εἰποῦσα δείκνυσιν αὐτῷ Ὁ βραῦμα, καὶ διηγεῖται τῷ
πείρᾳ. ὁ δ' ἐκπλαγεὶς, καὶ ἀνατείνας τὰς χεῖρας, ἐπεύξα-
το διδοῦναι τοὺς θεοὺς αὐτῷ, καταρθοῦντα τῷ πράξει, ἀνδρὶ
Πορκίας ἀξίῳ φανεῖναι. καὶ τότε μὴν ἀνελάμβανε τὴν γυναῖ-
κα. προγραφείσης δὲ βουλῆς εἰς ἣν ἔμελλον ἐπιδόξοις ἐν ἀφίξε-
σθαι Καίσαρι, ἔγνωσαν ἐπιχειρεῖν. καὶ γὰρ ἀθροοι μετ' ἀλλή-
λων ἀνυπόπτως ἔσεσθαι τότε, καὶ πολίτας ἕξειν ὁμοῦ τοὺς ἀρί-
στους καὶ πρώτους ἄνδρας ἔργου μεγάλου πραχθέντος, εὐθὺς
ἀπολαμβανομένους τῆς ἐλευθερίας. ἐδόκει δὲ καὶ Ὁ τῷ τό-
που, θεῖον εἶναι, καὶ πρὸς αὐτῷ. στοὰ γὰρ ἦν μία τῷ πρὸς Ὁ
θέατρον ἐξέδραν ἔχουσα, ἐν ᾗ Πομπηίου τις εἰκὼν εἱστήκει,
τῆς πόλεως ἱσταμένης, ὅτε ταῖς στοαῖς καὶ τῷ θεάτρῳ τὸν τό-
πον ἐκεῖνον ἐκόσμησεν. εἰς ταύτην οὖν ἡ σύγκλητος ἐκαλεῖτο τῷ Μαρτίου μηνὸς μάλιστα μεσούντος· (εἴδας Μαρ-
τίας τὴν ἡμέραν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν) ὥστε καὶ δαίμονά τις ἐ-
δόκει τὸν ἄνδρα τῇ Πομπηίου δίκῃ πρὸς ἄξιον ἐλθούσης δὲ
τῆς ἡμέρας, Βροῦτος μὴν ἐπιζωσάμενος ἐγχείριδιον, μό-
νης συνειδυίας τῆς γυναικὸς, προῆλθεν οἱ δ' ἄλλοι πρὸς
Κάσσιον ἀθροισθέντες, τὸν γὸν αὐτῷ Ὁ καλούμενον ἀνδρεῖον
ἱμάτιον ἀναλαμβάνοντα κατῆγον εἰς ἀγορά. ἐκεῖθεν δὲ
πολῖται εἰς τὴν Πομπηίου στοὰν ἐμβαλόντες διέτεινον, ὡς
αὐτίκα Καίσαρος ἀφιξομένου πρὸς τὴν σύγκλητον. ἔνθα δὴ
μάλιστα τῶν ἀνδρῶν Ὁ ἀπαθὲς καὶ πρὸς τὰ δεινὰ κεκρατη-
κὸς ἐθαύμασεν αἴ τις, εἰδὼς Ὁ μέλλον· ὅτι πολλοὶ μὲν Ὁ
στρατηγεῖν ἀναβιβάζομενοι χρηματίζειν, οὐ μόνον πρόθυμα ἠ-
κροῶντο τῶν ἐντυγχανόντων καὶ μεμφομένων, ὥσπερ φρο-
λάζοντες, ἀλλὰ καὶ τὰς κρίσεις ἕκαστος ἀκριβεῖς καὶ μετ' γνώ-
μης ἐδίδοσαν, ἐπιμελῶς προσέχοντες. ἐπεὶ δέ τις μὴ βου-
λόμενος δίκην ὑποφεῖν, ἐπεκαλεῖτο Καίσαρα, καὶ πο-
λεῖτ' βοῶν καὶ μαρτυρόμενος, ἀποβλέψας Βροῦτος εἰς
„ τοὺς παρόντας, Ἐμὲ Καῖσαρ (εἶπεν) οὔτε κωλύει ποιεῖν τὰ
„ κατὰ τοὺς νόμους, οὔτε κωλύσει. καίτοι πολλὰ θορυβώδη κατὰ
τύχην αὐτῷ πρὸς ἔπεσε· πρῶτον μὴν καὶ μάλιστα, Ὁ
βραδύνειν τὸν Καίσαρα, τῆς ἡμέρας προηκούσης· καὶ
διεσπαρμένα κατέχεσθαι μὴν ὑπὸ τῆς γυναικὸς οἴκοι, κω-
λύεσθαι δὲ προελθεῖν ὑπὸ τῶν μαντέων. δεύτερον ὑ Κά-
σκα τῶν συνειδότων ἑνὶ προσελθών τις, καὶ λαβόμενος τῆς
„ δεξιᾶς, Σὺ μὴν (εἶπεν) ἀπεκρύψω Ὁ ἀπόρρητον ὦ Κάσκα
„ πρὸς ἡμᾶς· Βροῦτος δέ μοι πάντα μεμήνυκεν. ἐκπλαγεὶ-
„ ς ὑ τῷ Κάσκα, γελάσας ἐκεῖνος, Πόθεν γε (ἔφη) τα-
„ χέως οὕτως ὦ μακάριε πεπλούτηκας, ὥστ' εἰς ἀγορα-
„ νομίαν ἀποδύεσθαι; τοσοῦτον μὴν ὁ Κάσκας ἦλ-
θεν, σφαλεὶς ἀμφιβολίᾳ, πρέσθαι Ὁ ἀπόρρητον. αὐ-
τὸν δὲ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἀνὴρ βουλευτικὸς Ποπίλιος Λαί-
νας ἀσπασάμενος πρεσθυμότερον, καὶ ψιθυρίσας ἠρέμα,
„ Εὐοδοῦσθαι (φησὶν) ὑμῖν ἐκτελεῖν ἃ κατὰ νοῦν ἔχετε, καὶ
„ παρακελεύομαι μὴ βραδύνειν· οὐ γὰρ σιωπᾶται Ὁ πρᾶ-
„ γμα. καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἀπέστη, πολλὴν ὑποψίαν ἐμβα-
λὼν τῷ πεπεῖσθαι τὴν πρᾶξιν. ὁ δὲ τούτῳ δέ τις οἴκοθεν ἔ-
θει πρὸς τὸν Βροῦτον, ἀγγέλλων αὐτῷ τὴν γυναῖκα θνή-
σκειν. ἡ γὰρ Πορκία Ὁ μέλλον ἐκπαγὴς οὖσα, καὶ Ὁ μέγεθος μὴ φέρουσα τῆς φροντίδος, ἑαυτήν τε μό-
λις οἴκοι κατεῖχεν, καὶ πρὸς πάντα θόρυβον καὶ βοήν, ὥσπερ αἱ κατάχρηστοι τοῖς βακχικοῖς πάθεσιν ἐξάτ-
τουσα, τῶν μὴν εἰσιόντων ἀπ' ἀγορᾶς ἕκαστον ἀνέκρινεν ὅ, τι πράττοι Βροῦτος, ἑτέρους δὲ συνεχῶς ἐξέπεμπεν.

A & coniunx ſim Bruti. Quibus antehac minus freta, nunc memet ipſa vel ad dolorem probaui eſſe inuictam. Sic fata oſtendit ei vulnus, & quòd feciſſet periculum, expoſuit. Ille attonitus manibus ad cælum extenſis deos precatus eſt vt conſilio ſuo propitii adeſſe vellent, quo dignum ſe Porcia præſtaret virum. Ac tunc quidem vxorem refocillauit. Indicto ſenatu, cui interfuturus Cæſar putabatur, conſtituerunt rem aggredi. Nam frequentes erant citra ſuſpicionem vnà futuri, omneſque ducebant habituros ſe iuxta optimates & principes ingenti perpetrato facinore ilicò libertatis aſ-
B ſertores. locum enim diuinitus datum apparebat, & pro ipſis eſſe. Porticus erat, quæ vnam habebat iuxta theatrum exedram, in qua ſtatua Pompeii à populo Romano locata fuerat, quum porticibus & theatro locum illum decoraſſet. Eò idibus Martiis aduocatus ſenatus fuit. Vnde deus aliquis Cæſarem eò trahere ad pœnas Pompeio dandas videbatur. Vbi illuxit dies, Brutus pugione accinctus vna conſcia vxore progreſſus eſt. Cæteri coierunt apud Caſſium, filiumq; eius ad ſumendam virilem togam in forum deduxerunt. Inde cuncti porticum Pompeii ingreſſi Cæſarem
C mox in ſenatum venturum operiebantur. Hic potiſſimum virorum illorum immotum animum atque in periculis conſtantem mireris, ſi futurum cognoſceres. quandoquidem multi, quibus præturæ ratione ius dicendi incumbebat munus, non ſolùm benignam adeuntibus & litigantibus audientiam faciebant, vt ſi vacuo eſſent animo: verùm etiam cauſas quiſque attentè auditas magno iudicio diſceptauit. Quum quidam qui iudicatum detrectabat ſoluere, Cæſarem appellaret, multumque vociferaretur ac teſtaretur: reſpiciẽs ad coronam Brutus, Me Cæſar, inquit, ius dicere ex legibus neque prohibet neque prohibebit. Et
D quidem multa obiecit illis fortuna turbulẽta: primum & maximum, Cæſaris die progrediente moram: & quòd quum non litaret, retineretur ab vxore domi, vetarentq; aruſpices ei in publicum prodire. Deinde vnum ex coniuratis Caſcam adiit quidam, dextraq; apprehenſa, Tu, inquit, de arcano, Caſca, nos celaſti, verùm exprompſit Brutus nobis omnia. Torpido ſtupore Caſca, ridens ille, Vnde tam citò, quæſo, inquit, abundas, vt accingas te ad ædilitatem? Tantulum modò abfuit quin falſus ambiguo abdita retegeret Caſca. Ipſum Brutum & Caſſium vir ordinis ſe-
E natorii Popilius Læna ſalutauit propenſius, atque in aurem inſuſurrauit, Opto vobis, inquit, vt quæ in animo habetis, perficiatis: hortorque ne cunctemini. neque enim ſiletur res. Ita fatus digreſſus eſt, magnamque ſuſpicionem attulit iis conſiliũ ſe intellexiſſe. Interea accurrit quiſpiam domo ad Brutum, vxorem eius agere animam, nuntians. Porcia enim vehementer euentus expectatione commota ac moli impar curarum, ægrè continebat ſe domi, atque ad omnem ſtrepitum ac vocem in modum Bacchico furore percitarũ exiliens, vt quiſq; à foro ingrediebatur, quid
F ageret Brutus requirebat: alios mittebat aſſiduè.

Postremò longiore temporis tractu non substiterunt vltrà corporis vires, sed animo fluctuatione æstuante fatiscens elanguit: ac prius quàm recipere se in cubiculum potuit, repentè inter suas sedentem animi defectus atq; immensus animi stupor corripuit eam, colorq; immutatus est, ac suppressa semel vox. Ancillæ eo viso clamorem sustulere, concurrentibusq; ad fores vicinis repentè fama dilata est ac sermo dissipatus mortuã esse. Breui tamen animũ recepit, & ad se redeuntẽ mulieres refouere. At Brutus eo sibi allato rumore haud immeritò commotus, non reliquit negotium publicum tamen, neq; ex animi motu ad priuatum incommodum decurrit. Iam Cæsarem annuntiabatur aduenire lectica delatum. Statuerat autem, quòd non litasset, nihil maioris rei in præsenti peragere, verùm imbecillitatem causans reiicere in aliam diem. Exeuntem lectica arripiens Popilius Læna, ille qui paulo antè Bruto & Cassio successum felicitatemq; fuerat precatus, sermonẽ cum eo subsistente, & animum aduertente habuit prolixiorem. Coniurati, (vt ita eos appellem) qui vocem eius non assequebantur, sed augurabantur ex suspicione sua consilii indicium eam communicationem esse, ceciderunt animis: intuentesque se mutuò, constituerunt inter se nutibus non expectare dum corriperentur, sed confestim manus sibimetipsis inferre. Ac quum Cassius iam & nonnulli alii capulis manus sub togis admouissent, stringerentque pugiones, considerans Brutus ex Lænæ gestu aliquid eum enixè rogare, non deferre: nihil sonuit, quod cum ipsis permisti essent alieni, sed vultu hilari confirmauit Cassium. ac paulo pòst dexteram Læna Cæsaris osculatus abscessit, declarans pro se & aliqua re ad ipsum pertinente illum interpellasse se. Senatu in curiam prægresso alii sellam Cæsaris circumsteterunt, simulantes appellare illum velle. Ibi Cassius dicitur ore ad statuam Pompeii verso, sicut sentientis opem implorauisse. Trebonius circa fores seduxit Antonium, & sermone detinuit extra curiam. Ingredienti Cæsari assurrexit senatus. Mox coniurati frequentes assidentem cinxerũt officii specie cum Tullio Cimbro, qui erat ex ipsorum cohorte, pro fratre exule precante omnes vnà orantes, manusque eius tangentes, pectus & caput deosculabantur. Quo preces primùm reiiciente: deinde, vbi non destiterunt, vi exurgente: Tullius ambabus manibus detraxit ei togam ex humeris. Primus Casca, qui à tergo stabat, districto pugione ferit eum secundum humerum vulnere non alto. Corripiente capulum Cæsare, atque alta voce Latinè exclamante, Sceleste Casca quid agis? Græcè ille fratrem appellauit ad opem ferendam. Quum iam à multis peteretur, & circumferens vndique oculos repellere conaretur eos: vt Brutum vidit ensem in se stringentem, manum Cascæ, quam tenebat, dimisit, & toga capite obuoluto permisit corpus percussoribus. Illi se mutuò prementes, dum certatim multis pugionibus corpus Cæsaris cædunt, conuulnerauerunt inter se: ac Brutus, dum participem se facit cædis, vulnus accepit in manu,

A τέλος δὲ, τῦ χρόνου μῆκος λαμβανόντος, οὐκετ' ἀντεῖχεν ἡ τῦ σώματος δυνάμις, ἀλλ' ἐξελύθη καὶ κατεμύραίνετο, τῆς ψυχῆς ἀλυούσης ὑφ' ἁτῖῦ ἀπορίας. καὶ παρελθεῖν μὲν εἰς ὃ δωμάτιον οὐκ ἔφθη, ὑπεδέξατο δ' αὐτῖῦ, ὥσπερ ἐτύχομεν, ἐν μέσῳ καθεζομένῳ λιποψυμία καὶ θάμβος ἀμήχανον· ἥ τε χρόα μεταβολῆς ἐλάμβανε, καὶ τῖῦ φωνῖῦ ἐπέσχεθε πάντα πάσιν. αἱ δὲ θεραπαιναι πρὸς τῖῦ ὄψιν ἀνηλάλαξαν, καὶ τῶν γειτόνων συνδραμόντων ὅτι θύρας, ταχὺ προῆλθεν φήμη καὶ διεδόθη λόγος ὡς τεθνηκυίας αὐτῆς. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκείνῖῦ μὲν ἀναλάμψασαν ἐν βραχεῖ καὶ παρ' ἑαυτῇ γενομένῳ αἱ γυναῖκες ἐθεράπευον. ὁ δὲ Βροῦτος ὑπὸ τῦ λόγου προσπεσόντος αὐτῷ συνεταράχθη μὲν, ὡς εἰκὸς, οὐ μὴν δὲ κατέλιπε τὸ κοινὸν, οὐδ' ἐρρύη πρὸς τὸ οἰκεῖον ὑπὸ τῦ πάθους, ἤδη γὰρ Καῖσαρ ἀπηγγέλλετο πρὸς ἡῶν, ἐν φορείῳ κομιζόμενος. ἐγνώκει γὰρ, ὅτι τοῖς ἱερεῖς ἀθυμῶν, μηδὲν ὅπως πρᾶξαι τότε τῶν μειζόνων, ἀλλ' ὑποβαλέσθαι, σκηψάμενος ἀσθένειαν. ἐνταῦθα δ' αὐτῷ τῦ φορείου προσρυεὶς Ποπίλιος Λαῖνας, ἐκεῖνος ὁ μικρῷ πρόσθεν ἀξάμενος τοῖς περὶ Βροῦτον ὅπιτυχόμενος καὶ καταρθοῦν, διελέγετο πλείω χρόνον ἐφιστάμενος καὶ προσέχων τὸν νοῦν.

B

C οἱ δ' συνωμόται, (λεγέσθω γὰρ οὕτως) τῆς μὲν φωνῆς οὐκ ἐπαίοντες αὐτῦ, τεκμαιρόμενοι δ' ἀφ' ὧν ὑπενόουν, μήνυσιν εἶ) τῆς ὅπιβουλῆς τῖῦ κοινολογίαν· ἀνέπεσόν τε ταῖς γνώμαις, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔβλεψαν· ἀθορυβοθορύβοι ὑφ' ὧν πρόσωπον ὡς χρὴ μὴ πρεπῶς σύλληψιν, ἀλλ' ἀθῦς ἀποθνήσκειν δι' αὐτῶν. Καστίου δ' ἤδη καὶ τινων ἄλλων τὰς χεῖρας ὅπιβεβληκότων ταῖς λαβαῖς ὑπὸ τὰ ἱμάτια, καὶ σπωμένων τὰ ἐγχειρίδια, Βροῦτος ἐκπαλαιῶν τῷ τῦ Λαίνα ῥήματι, δεομένου σπουδῇ, καὶ οὐχὶ κατηγορῶντος, ἐφθέγξατο μὲν οὐδὲν, ὑφ' ὃ πολλοὶς ἀλλοτρίοις ἀναμεμίχθαι, φαιδρῷ δ' τῷ προσώπῳ τοὺς περὶ Κάσσιον ἐθάρρυνε. καὶ μετὰ μικρὸν ὁ Λαίνας τῖῦ δεξιᾶς τῦ Καίσαρος καταφιλήσας ἀπέστη, φανερὸς γενόμενος ὡς ὑφ' ἑαυτῦ καὶ τῶν αὐτῷ τινος ὑφαρεθέντων ἐποιεῖτο τῖῦ ἔντευξιν. τῆς δὲ βουλῆς εἰς τῖῦ ἐξέδραν προεισελθούσης, οἱ μὲν ἄλλοι τὸν δίφρον τῦ Καίσαρος περιέστησαν, ὡς ἐντυχόμενοι τι μέλλοντες αὐτῷ καὶ Κάσσιον μὲν λέγεται βλέποντα τὸ πρόσωπον εἰς τῖῦ εἰκόνα τῦ Πομπηίου, ὡσπερ καλοῦν ὡσπερ ἀποθανόμενον· Τρεβώνιος δὲ περὶ τὰς θύρας Ἀντώνιον ὅπιπασάμενος καὶ προσομιλῶν ἔξω κατέσχεν. Καίσαρι δὲ εἰσιόντι μὲν ἡ σύγκλητος ὑπεξανέστη καθεζόμενον δ' ὀθῦς ἐκεῖνοι περιέστησαν ἀθρόοι, Τύλλιον Κίμβρον ὀξ ἑαυτῶν προβάλλοντες, ὑφ' ἀδελφοῦ φυγάδος δεόμενον· καὶ συνεδέοντο πολῖται, ἀπτόμενοί τε χεῖρῶν, καὶ στέρνα καὶ κεφαλῖῦ κατεφίλουν. ἀποτεινομένου δὲ τὰς δεήσεις τὸ πρῶτον, εἶθ' ὡς οὐκ ἀνίεσαν, ὀξανισταμένου βίᾳ, Τύλλιος μὲν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἐκ τῶν ὤμων κατέσπασεν τὸ ἱμάτιον, Κάσκας δ' πρῶτος (εἰρήκει γὰρ ὅπισθεν) ἀναστάσας τὸ ξίφος διελαυνῖῦ οὐκ εἰς βάθος πρὸς τὸν ὦμον. ἀπιλαμβανομένου δὲ τῆς λαβῆς τῦ Καίσαρος, καὶ μέγα Ῥωμαϊστὶ ἀναβοῶντος, Ἀνόσιε Κάσκα τί ποιεῖς; ἐκεῖνος Ἑλληνιστὶ τὸν ἀδελφὸν προσαγορεύσας, ἐκέλευσε βοηθεῖν. ἤδη δὲ πεπόμενος ὑπὸ πολλῶν, καὶ κύκλῳ περιβλέπων καὶ διώσασθαι βουλόμενος, ὡς εἶδε Βροῦτον ἐλκόμενον ξίφος ἐπ' αὐτῷ, τῖῦ χεῖρα τῦ Κάσκα κατῶν ἀφῆκεν. καὶ τῷ ἱματίῳ τῖῦ κεφαλῖῦ ἐγκαλυψάμενος, παρέδωκε τὸ σῶμα τοῖς πληγαῖς. οἱ δ' ἀφειδῶς ἀναπεπλεγμένοι πολλοῖς περὶ τὸ σῶμα χρώμενοι τοῖς ξίφεσιν, ἀλλήλοις ἐπέβρωσκον· ὥστε καὶ Βροῦτον εἰς τῖῦ χεῖρα πληγῖῦ λαβεῖν,

D

E

F

τῶν φόνων συνεφαπτόμενον, πίμπλασθαι τῶν αἱμάτων ἀπόνυτας. ὥστε δὴ ἀποθανόντος αὐτοῦ, Βροῦτος μὲν εἰς μέσον προελθὼν ἐβούλετο λέγειν, καὶ κατεῖχε θαρρύνων τε συγκλητον· ἡ δὲ πρὸς δέος ἐφεύγετο ἀτάκτως, καὶ πρὸς τὰς θύρας ὠθισμὸς ἦν καὶ πάροχος, οὐδενὸς διώκοντος, οὐδὲ κατεπείγοντος. ἰσχυρῶς γὰρ ἐδεδόκει μηδένα κτεῖναι ἕτερον, ἀλλὰ πείθειν ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀνακαλεῖσθαι. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσιν, ὁπηνίκα διεσκεπτοῦντο τὴν πρᾶξιν, ἤρεσκεν Ἀντώνιον ὑπισχνεῖσθαι Καίσαρι, μοναρχικὸν ἄνδρα καὶ βιαστὴν, ἰσχύν τε πεποιημένον ὁμιλίᾳ καὶ συνηθείᾳ πρὸς τὸ στρατιωτικόν· καὶ μάλιστα ὅτι τῷ φύσει σοβαρῷ καὶ μεγαλοπρεπεῖ προσέφερε τὸ τῆς ὑπατείας ἀξίωμα τότε Καίσαρι συνάρχων. ἀλλὰ Βροῦτος ἐνέστη πρὸς τὸ βούλευμα, πρῶτον μὲν ἰσχυριζόμενος τῷ δικαίῳ, δεύτερον δὲ ὑποθεὶς ἐλπίδα τῆς μεταβολῆς. οὐ γὰρ ἀπεγίνωσκεν, εὐφυᾶ καὶ φιλότιμον ἄνδρα καὶ δόξης ἐρασιῶντα Ἀντώνιον, ἐκποδὼν Καίσαρος γενομένου, καὶ συνεφάψεσθαι τῇ πατρίδι τῆς ἐλευθερίας, ὑπὸ πολλοῦ τῷ ζήλῳ πρὸς τὸ καλὸν ὑπ' αὐτοῦ. ὥστε μὲν Ἀντώνιον Βροῦτος ἐφείσατο. οἱ δὲ τότε φόβῳ μεταλαβὼν ἐκεῖνα δημοτικῶν ἔφευγον. οἱ δὲ πρὸς Βροῦτον, εἰς τὸ Καπιτώλιον ἐχώρουν, ἡμαγμένοις τὰς χεῖρας, καὶ τὰ ξίφη γυμνὰ δεικνύντες, ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας παρεκάλουν τοὺς πολίτας. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἦσαν ἀλαλαγμοί, καὶ δρομαὶ τῷ πάθει κατὰ τύχην ὑπεγνόμεναι πλείονα τὸν θόρυβον ἐποίησαν· ὡς δὲ ὅτε φόνος ἄλλος, οὐθ' ἁρπαγή τινος ἐγίνετο τῶν κειμένων, θαρροῦντες ἀνέβαινον οἵ τε βουλευταὶ καὶ τῶν δημοτῶν πολλοὶ πρὸς τοὺς ἄνδρας εἰς τὸ Καπιτώλιον. ἀθροισθέντος δὲ τοῦ πλήθους, διελέχθη Βροῦτος ἐπαγωγὰ τοῦ δήμου, καὶ πρέποντα τοῖς πεπραγμένοις. ἐπαινούντων δὲ καὶ καλούντων βοώντων, θαρροῦντες κατέβαινον εἰς ἀγορὰν, οἱ μὲν ἄλλοι συνεπόμενοι μετ' ἀλλήλων, Βροῦτον δὲ πολλοὶ τῶν ὑπατικῶν προπέμποντες ἐν μέσῳ πολὺ λαμπρῶς κατῆγον ἀπὸ τῆς ἄκρας, καὶ κατέστησαν ὑπὲρ τῶν ἐμβόλων. πρὸς δὲ τὸν ὄψιν οἱ πολλοὶ, καὶ πρὸς μιᾶς ὄντες, καὶ παρεσκευασμένοι θορυβεῖν, διέρρεσαν, καὶ τὸ μέλλον ἐδέχοντο κόσμῳ καὶ σιωπῇ. προσελθόντος δὲ αὐτοῦ πολὺς ἡσυχίαν τῷ λόγῳ παρέσχον· ὅτι δὲ οὐ πᾶσι πρὸς ἡδονὴν ἐγένετο τὸ ἔργον, ἐδήλωσαν, ἀρξαμένου λέγειν Κίννα καὶ κατηγορεῖν Καίσαρος, ἀναρρηγνύμενοι πρὸς ὀργὴν, καὶ κακῶς τὸν Κίνναν λέγοντες· ὥστε πάλιν τοὺς ἄνδρας εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀπελθεῖν. ἔνθα δὴ δεδιὼς πολιορκίαν ὁ Βροῦτος, ἀπέπεμπε τοὺς ἀρίστους τῶν συναναβαίνων· οὐκ ἀξιῶν τῆς αἰτίας μὴ μετέχοντας αὐτοὺς, συνυποδύεσθαι τὸν κίνδυνον. οὐ μὴν ἀλλὰ τῇ ὑστεραίᾳ τῆς βουλῆς συνελθούσης εἰς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, Ἀντωνίου δὲ καὶ Πλάγκου καὶ Κικέρωνος εἰπόντων περὶ ἀμνηστίας καὶ ὁμονοίας, ἔδοξε μὴ μόνον ἄδειαν εἶναι τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ νόμῳ ὑπὲρ πίστεως τεθῆναι τοῖς ὑπάτοις. καὶ ταῦτ' ὑπεψηφισάμενοι διελύθησαν. Ἀντωνίου δὲ τὸν υἱὸν εἰς τὸ Καπιτώλιον ὁμηρεύσοντα πέμψαντος, κατῆλθον οἱ περὶ Βροῦτον· ἀσπασμοί τε καὶ δεξιώσεις ἐγίνοντο πολλῶν ἀναμιξάντων· καὶ κάστον μὲν Ἀντώνιος εἱστία παραλαβὼν, Βροῦτον δὲ Λέπιδος· τοὺς δὲ ἄλλους, ὡς εἶχε πρὸς ἕκαστον ἡ συνηθείας ἢ φιλοφρονήσεως. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ πάλιν συνελθόντες οἱ βουλευταὶ, πρῶτον μὲν Ἀντωνίῳ τιμὰς ἔδοσαν, ὡς καταπαύσαντι πολέμων ἐμφυλίων ἀρχήν· ἔπειτα τῶν περὶ Βροῦτον ἦσαν ἔπαινοι τῶν παρόντων, καὶ τέλος ἐπαρχιῶν δωρεαί.

A omnesq; cruore sunt conspersi. Ita cæso Cæsare, progressus in medium Brutus institit verba facere, retinereq; & confirmare patres. At illi inconditè fugerunt trepidantes, fuitq; circa fores impulsio & tumultus, nemine iis instante vel agente. Quippe firmiter hoc decreuerant, neminem præterea interficere, sed reuocare ad libertatē omnes. Cæteris quidem quum de re aggredienda consultarent, omnibus placuerat vnà Antonium cum Cæsare confodere, hominem dominatus studiosum & improbum, qui vsu & consuetudine multum pollebat apud milites: maximè quòd ad na-
B tiuā audaciam ambitionemq; dignitatem id temporis consularem Cæsaris collega adiecisset. Verùm obiecit se huic consilio Brutus primùm iustitiæ innixus, deinde mutationis spem subiiciens. Neque enim desperabat bonæ indolis virum ambitiosumq; & gloriæ cupidum Antonium sublato de medio Cæsare allectum ab ipsis æmulatione virtutis ad patriam liberandam connixurum esse. Ita Antonium seruauit Brutus. At ille eo in metu veste sumpta plebeia fugit. Bruti verò sodales ad Capitolium perrexerunt sanguinolentis manibus nudos præferentes pugiones, ciuesq; vocauerunt ad libertatem. Primùm editi clamores sunt, &
C discursus tali facto fortè comitans maiorem consciuit tumultum. Cæterùm vbi nulla præterea cædes neque direptio rei vllius ex tabernis consequuta est, multi ad eos in Capitolium fidenter ex patribus & popularibus ascendere. Vt frequentes coiere, Brutus orationem habuit ad populum blandam & consentaneam factis. Quibus eum collaudantibus, atque vt descenderent conclamantibus, fidēti animo ex Capitolio digressi sunt in forum. Cæteri confusi inter se sequebantur. Brutū frequentes principes circumfusi per quàm magnificè deduxerunt ex arce, atque in rostris
D constituere. Conspectum Bruti plebs est reuerita, quamuis collectitia, & ad turbam parata, deditq; ei modestè & sedatè audientiam. Exorso dicere Bruto silentium, dum diceret, omnes præbuere. Sed non fuisse omnibus factum illud gratum, demonstrauerunt: quòd quum dicere Cinna & Cæsarem accusare cœpisset, in iram erumperent, & Cinnam lacerarent maledictis. Itaque repetierunt illi iterum Capitolium. Hîc metuens Brutus obsidionē, remisit optimos quosque, qui ipsos fuerant prosequuti: nolens eos qui facti fuissent exortes, subire secum periculum. At senatus
E postridie in ædem Telluris coactus, quum Antonius, Plancus, & Cicero de præteritorum obliuione & concordia verba fecissent: non modò illis decreuit impunitatem, sed & vt consules de illorum honoribus referrent. His decretis dimissus est senatus, ac quum filium suum Antonius in Capitolium misisset obsidem, Brutus cum sociis descendit, salutationesque & complexus omnium promiscuè sunt consequuti. Inuitauit Antonius Cassium ad cœnam, Brutum Lepidus, & alios vt cuique cum illis aut familiaritas erat aut beneuolentia. Postquam illuxit, sena-
F tus rursus conuenit. Primò gratias egit Antonio quòd initium belli ciuilis sopiuisset: inde Brutus & eius consortes laudibus præsentes sunt celebrati, & prouinciæ denique eis assignatæ.

Decreuerunt Bruto Cretam, Africam Cassio, Trebonio Asiam, Cimbro Bithyniam, Decio Bruto Galliam circumpadanam. Hinc quum de Cæsaris testamento & funere mentio facta esset, & postularet vt testamentum recitaretur Antonius, atque vt corpus non occultè neque ignominiosè efferretur, ne populus inde magis exasperaretur: repugnauit Cassius acriter, verùm cessit Brutus atque id permisit. qua in re iterum visus est titubasse. Etenim in parcendo Antonio non caruit culpa, quòd hostem coniuratis obiecerit grauem & durum: iam quum funus, quomodo volebat Antonius, duci permitteret, in totum offendisse. Primùm enim, quia populo Romano viritim trecenos sestertios legauit, & publicè hortos trans Tyberim, vbi nunc ædes Fortunæ est: ingens fauor & desiderium eius cepit ciues. Deinde funere in forum delato, laudauit eum de more Antonius. Qui quum moueri oratione sua cerneret populum, flexit ad commiserationem, correptamque Cæsaris vestem cruore oppletam, explicauit, & vt dilacerata esset vulnerum multitudine, ostendit. Ibi videres nihil iam geri compositè: sed alii interficiendos homicidas vociferabantur: pars, vt Clodio plebis concitatori factum fuerat antè, subsellia & mensas ex officinis corripientes & coaceruantes, grandem pyram succenderunt, impositumque in rogum cadauer in medio frequentium locorum sacrorum, frequētium etiam inuiolatorum atque intactorum, combussere. Vt flamma eluxit, accurrentes alius aliunde & titiones arripientes semivstos, ad tecta discurrerunt interfectorum Cæsaris inflammanda. Verùm illi obsepti antè periculum propulsauerunt. Cinna verò quidam poeta ab illa causa prorsus alienus, imò etiam Cæsaris amicus, in somno viderat ad cœnam se à Cæsare vocari, sed renuere se: illum autem obtestari & vrgere, manu deniq; prehensum ducere in locum vastum & obscurum: inuitum verò se & pauentem sequi. Hac ei oblata specie febri nocte est correptus. Quum tamen funus manè duceretur, verecundans non adesse, processit in turbam iam efferatam. Quem vt conspexerunt, arbitrati non eum qui erat, sed esse illum qui nuper Cæsarem in concione lacerauerat conuitiis, discerpsere. Hoc potissimùm facto, secundum Antonii quidem mutationem coniurati perculsi vrbe excesserunt. Hæserunt primùm Antii: vt simulatque elanguisset & referbuisset ira populi, redirent ad vrbem. Quod facilè futurum expectabant in multitudine temporali & volucri incitata impetu, quum studiosum sui haberent senatum. qui conniuens iis qui Cinnam dilacerauerant: illos qui coniuratorum ædes fuerāt aggressi, requisiuit & corripuit. Iam populus quoque, Antonium occupare propemodū tyrannidem ægrè ferens, desiderabat Brutum, expectabatque ludos, quos facere prætor debebat, præsentem editurum. Verùm quòd intellexisset hic frequentes Cæsaris veteranos, qui agros & colonias ab illo acceperant, insidias sibi moliri, & irrepere exiguis globis in vrbem, dubitauit venire: populus tamen absente illo

A Βρούτῳ μὲν γὰρ ἐψηφίσαντο Κρήτην, Κασσίῳ Λιβύην, Τρεβωνίῳ δὲ Ἀσίαν, καὶ Κίμβρῳ Βιθυνίαν, τῷ δ' ἑτέρῳ Βρούτῳ τὴν περὶ τὸν Ἠριδανὸν Γαλατίαν. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τῶν Καίσαρος διαθηκῶν καὶ ταφῆς αὐτοῦ λόγων ἐμπεσόντων, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον ἀξιούντων τάς τε διαθήκας ἀναγνωσθῆναι, καὶ τοῦ σώματος ἐκφερόμενον θρυβεῖσθαι μὴ κεκρυμμένον μηδ' ἄτιμον, ὡς μὴ καὶ τοῦτο παρεξιὼν τὸν δῆμον· Κάσσιος μὲν ἰσχυρῶς ἀντέλεγε, εἶξεν δὲ Βροῦτος καὶ συνεχώρησεν, δόξαν τι σφαλεῖν ἁμαρτεῖν τοῦτο δόξας. καὶ γὰρ Ἀντωνίου φεισάμενος, αἰτίαν ἔσχεν ὑπιτειχίσας τῇ συνωμοσίᾳ βαρεῖ καὶ δύσμαχον πολέμιον, καὶ τὰ περὶ τὸν ταφὸν ὃν Ἀντώνιος ἠξίου τρόπον ἐάσας θρυβεῖσθαι, τοῦ πλήθους σφαλεῖσαν. πρῶτον μὲν γὰρ ἐν ταῖς διαθήκαις δεδομένων κατ' ἄνδρα Ῥωμαίοις πᾶσι δραχμῶν ἑβδομήκοντα πέντε, καὶ τῷ δήμῳ τῶν πέραν τοῦ ποταμοῦ κήπων ἀπολελειμμένων, (οὗ νῦν ἐστι τύχης ἱερόν) θαυμαστὴ καὶ πόθος αὐτοῦ τοῖς πολίταις εἶλεν· ἔπειτα τοῦ σώματος εἰς τὸν ἀγορὰν κομισθέντος, Ἀντώνιος ἔπαινον (ὥσπερ ἔθος ἐστὶ) διεξελθὼν, καὶ τὰ πλήθη κινούμενα πρὸς τὸν λόγον ὁρῶν, εἰς οἶκτον μετέβαλε, καὶ τὴν ἐσθῆτα λαβὼν τὴν Καίσαρος ἡμαγμένην, ἀνέπτυξεν ὑπιδεικνύμενος τὰς διαβρώσεις, καὶ τῶν τραυμάτων τὸ πλῆθος. ὥστε οὐδὲν ἰδεῖν τοῦ δέον ἐπὶ κόσμῳ γινόμενον· ἀλλ' οἱ μὲν ἐθέων, τοὺς αὐθροφόνους ἀναιρεῖν· οἱ δ' (ὥσπερ ὑπὸ Κλωδίου τοῦ δημαγωγοῦ πρότερον) ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων τὰ βάθρα καὶ τὰς τραπέζας ἀνασπῶντες, καὶ συνκομίζοντες εἰς ταὐτό, παμμεγέθη πυρὰν ἔνησαν· καὶ τὸν νεκρὸν ὑπιθέντες ἐν μέσῳ πολλῶν μὲν ἱερῶν, πολλῶν δ' ἀσύλων καὶ ἀβεβήλων τόπων καθηλίαζον. ὡς δ' ὁ πῦρ ἐξέλαμψεν, ἀλλαχόθεν ἄλλος προσφερόμενοι, καὶ δαλοὺς ἀνασπῶντες ἡμιφλέκτους διέθεον ὑπὲρ τὰς οἰκίας τῶν αἰπηρκότων αὐτὸν, ὡς ἐμπρήσοντες. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀπεπρόσαν τὸν κίνδυνον· εἷς δέ τις Κίννας, ποιητικὸς ἀνὴρ, οὐδὲν τῆς αἰτίας μετέχων, ἀλλὰ καὶ φίλος Καίσαρος γενόμενος· οὗτος ὄναρ ὤετο καλούμενος ὑπὸ Καίσαρος ὑπὲρ δεῖπνον, ἀρνεῖσθαι· τὸν δὲ λιπαρεῖν καὶ βιάζεσθαι· τέλος δ' ἄγειν λαβόμενον τῆς χειρὸς εἰς ἀχανῆ τόπον καὶ σκοτεινόν· αὐτὸν δ' ἄκοντα καὶ τεταμβημένον ἕπεσθαι. ταύτην ἰδόντι τὴν ὄψιν αὐτῷ συνέβη πυρέττειν ἀφ' νυκτός· ὅμως δ' ἕωθεν ἐκκομιζομένου τοῦ σώματος, αἰδούμενος μὴ παρεῖναι, προῆλθεν εἰς τὸν ὄχλον ἤδη ἀφαιρεθέντα. ὀφθεὶς δὲ καὶ δόξας, οὐχ ὥσπερ τὸν Κίννας ὀφθῆναι, ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ Καίσαρα προὸς τὴν ἐκκλησίαν ἔναγχος λοιδορήσας, διεσπάσθη. τοῦτο δ' πάθος μάλιστα, μετά γε τὴν Ἀντωνίου μεταβολὴν, δείσαντες οἱ περὶ Βροῦτον, ἀνεχώρησαν ἐκ τῆς πόλεως· καὶ διέτριβον ἐν Ἀντίῳ δ' πρῶτον, ὡς, ὅταν τὸ θυμάσῃ καὶ παραινθῇ δ' τῆς ὀργῆς, αὖθις εἰς Ῥώμην καταιόντες. ὁ ῥᾴδιος ἔσεσθαι προσεδόκων, ἐν πλήθεσι φορᾶς ἀστάθμητου καὶ ταχείας φερομένοις· καὶ τὴν σύγκλητον εὔνοιαν ἔχοντες, ἣ τοὺς Κίνναν διασπασαμένους χαίρειν ἐάσασα, τοὺς ὑπὲρ τὰς οἰκίας τὰς ἐκείνων ἐπελθόντας ἀνεζήτει καὶ συνελάμβανεν. ἤδη δὲ καὶ ὁ δῆμος ἀλγόμενος, Ἀντωνίου φεύγοντος εἰς μοναρχίαν καθιστάμενον, Βροῦτον ἐπόθει, καὶ προσεδόκατο τὰς θέας ἄξειν παρὼν αὐτὸς ἃς ὤφειλε στρατηγῶν τοῦ θεάτρου· ἀγαθόμενος δὲ πολλοὺς τῶν ὑπὸ Καίσαρος ἐστρατευμένων, καὶ χλῶν καὶ πόλεις παρ' ἐκείνου λαβόντων, ὑπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ κατ' ὀλίγους παρεισρέοντας εἰς τὴν πόλιν, οὐκ ἐθάρρησεν ἐλθεῖν· ἀλλ' ὁ δῆμος ἐθέατο, μὴ παρόντος ἐκείνου,

ζας θέας, ἀφειδῶς πάνυ χορηγουμένας καὶ πολυτελῶς. θηρία τε
γὰρ πάμπολλα συνεφοινήσατο, οὐκ ἐᾶν μηδὲν ἀποδοθῆναι
μηδ' ὑπολιπεῖν, ἀλλὰ πᾶσι καταχρήσασθαι, καὶ τῶν
περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν αὐτὸς εἰς Νέαν πόλιν καταβὰς
ἐνέτυχε πλείοσι· περὶ ᾧ Κανουτίου τινὸς δυημεροῦντος ἐν
τοῖς θεάτροις, ἔγραφε πρὸς τοὺς φίλους, ὅπως πείσαντες
αὐτὸν εἰσαγάγωσιν. Ἑλλήνων γὰρ οὐδένα βιασθῆναι προσῆ-
κεν, ἔγραφε δὲ καὶ Κικέρωνι, παντὸς τυχεῖν τῆς θέας
δεόμενος. ἐν τοιαύτῃ δὲ καταστάσει τῶν πραγμάτων ὄντων,
ἑτέρα γίνεται μεταβολὴ, τοῦ νέου Καίσαρος ἐπελθόντος. οὗτος
ἦν μὲν ἐξ ἀδελφιδῆς Καίσαρος, γράμματι δὲ παῖς ὑπ' B
αὐτοῦ καὶ κληρονόμος ἀπολελειμμένος. ἐν δὲ Ἀπολλωνίᾳ
διέτριβεν ὅτι Καῖσαρ ἀνῃρέθη, φοιτάζων περὶ λόγους, κα-
κεῖνον ὅτι Πάρθοις ἐλαυνεῖν αὐτὸς ἐγνωκότα προσμένων.
ἅμα δὲ τῷ πυθέσθαι τὸ πάθος, ἦλθεν εἰς Ῥώμην· καὶ δη-
μαγωγίας ἀρχὴν τοῦνομα Καίσαρος θέμενος ἑαυτῷ, καὶ
φανέντων τὸν καταλειφθέν ἀργύριον τοῖς πολίταις, Ἀντώ-
νιόν τε κατεστάσασε, καὶ χρήματα φανδοὺς, συνίστη καὶ συν-
ῆγε πολλοὺς τῶν ὑπὸ Καίσαρος στρατευομένων. ἐπεὶ δὲ
Κικέρων τῷ πρὸς Ἀντώνιον μίσει τὰ Καίσαρος ἐπρεσβεύε,
τούτῳ μὲν ὁ Βροῦτος ἐπέπληττεν ἡσυχῇ, γράφων ὡς οὐ δε-
σπότην βαρύοιτο Κικέρων, ἀλλὰ μισοῦντα δεσπότην C
φοβοῖτο, καὶ πολιτεύοιτο δουλείας αἵρεσιν φιλανθρώπου,
γράφων καὶ λέγων ὡς χρηστός ἐστιν Καῖσαρ, Οἱ δὲ πρόγονοι
(φησὶν) ἡμῶν οὐδὲ πρὸς δεσπότας ὑπέμενον. αὐτῷ δὴ
εἰς τοῦτο καιρὸν μήτε πολεμεῖν βεβαίως δεδόχθαι, μήτε ἡσυ-
χάζειν· ἀλλ' ἓν μόνον εἰ βεβουλευμένον, τὸ μὴ δουλεύειν.
θαυμάζειν δὲ Κικέρωνα, εἰ πόλεμον μὲν ἐμφύλιον καὶ κινδυ-
νώδη δέδοικεν, αἱρεσιν δὲ καὶ ἄδοξον εἰρήνην οὐ φοβεῖται· τὸν
δὲ Ἀντώνιον ἐκβαλεῖν τὴν τυραννίδος μισθὸν αἰτεῖ, τὸν Καίσαρα
καταστῆσαι τύραννον. ἐν μὲν οὖν ταῖς πρόσθεν ὑπεκρίσεσι
τοιοῦτος ὁ Βροῦτος. ἤδη δὲ τῶν μὲν ὡς Καίσαρα, τῶν δὲ ὡς
Ἀντώνιον διϊσταμένων, ὠνίων δὲ τῶν στρατοπέδων, ὡς πρὸς D
κήρυκι, προσπιπτόντων τῷ πλέον διδόντι, πάντα πᾶσι κα-
ταγνοὺς τῶν πραγμάτων, ἔγνω καταλιπεῖν Ἰταλίαν, καὶ
πεζῇ διὰ Λουκανίας εἰς Ἐλέαν ὅθεν θάλασσαν ἥκεν. ὅθεν ἡ
Πορκία μέλλουσα πάλιν εἰς Ῥώμην ἀποβήσεσθαι, λαν-
θάνειν μὲν ἐπειρᾶτο πεπαθῶς ἔχουσα, γραφὴ δέ τις αὐ-
τῇ πρὸς ὕδωρ, τἄλλα θηλυκὰ οὖσαν. ἐν γὰρ τῷ Ἑλ-
λήνων ἀγῶνι, πρεσβεύων Ἕκτωρ ὑπὸ Ἀν-
δρομάχης, κομιζομένης παρ' αὐτῷ τὸ παιδίον, ἐκείνῳ δὲ
προσβλεπούσης. ταῦτα θεωμένῳ τῷ Πορκίαν ἡ τοῦ πάθους
εἰκὼν ὀξέτηξεν εἰς δάκρυα, καὶ πολλάκις φοιτῶσα τῆς
ἡμέρας ἔκλαιεν. Ἀκιλίου δέ τινος τῶν Βρούτου φίλων τὰ
πρὸς Ἕκτορα τὴν Ἀνδρομάχης ἔπη διελθόντος,

Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ,
Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς θαλαμοῦνος,

μειδιάσας ὁ Βροῦτος, Ἀλλ' οὐκ ἐμοί γ', εἶπεν, πρὸς Πορ-
κίαν ἔπη φανῆναι τὰ τοῦ Ἕκτορος.

Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε. σώμα-
τος γὰρ ἀπολείπεται φύσει τῶν ἴσων ἀνδραγαθημάτων, γνώμη F
δὲ ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς περ ἡμεῖς, ἀριστεύει. ταῦτα μὲν
ὁ τῆς Πορκίας υἱὸς ἱστόρηκε Βίβλος. ἀναχθεὶς δὲ ὁ Βροῦτος ἐκεῖθεν ἐπ' Ἀθήνας ἔπλει. δεξαμένου δὲ τοῦ δή-
μου πρεσβύμως αὐτὸν εὐφημίαις καὶ ψηφίσμασι, διητᾶτο μὲν παρὰ ξένῳ τινί· Θεομνήστου δὲ ἀκροωμένου τοῦ
Ἀκαδημαϊκοῦ, καὶ Κρατίππου τοῦ Περιπατητικοῦ, καὶ συμφιλοσοφοῦν, ἐδόκει πάντα πᾶσιν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν.

A spectacula magnificè & effusè exhibita frequẽtauit. ferarum enim magnos greges comparauerat. Harum præcepit vt nihil distraheretur vel reseruaretur, sed exhiberentur omnes. Scenicos ipse Neapolim profectus, plerosq; conuenit. De Canutio quodã qui in spectaculis placebat, scripsit ad amicos agerẽt cum eo vt in scenam eum inducerent. Nam Græcum vi adducere, nemini ius erat. Scripsit & Ciceroni, orans ne prætermitteret quin interesset ludis. Hoc rerum statu alia vicissitudo fit Cæsaris Octauii aduentu. Hic sororis Cæsaris nepos erat, quem tabulis filium & hæredẽ nuncupauerat. Is Apolloniæ, quũ Cæsar est interfectus, B vacabat literis, atq; illum expeditionẽ in Parthos molientem opperiebatur. Simul atque accepit illius necem, contulit se Romam: atque ad fauoris popularis auspicium conciliandi sumpto Cæsaris nomine, pecuniaq; legata in ciues distributa, Antonium pressit, & multos Cæsaris veteranos largitione decuriauit contraxitque. Quia verò prouectus odio Antonii Cicero studebat Cæsari, obiurgauit eum acriter Brutus, non dominum grauari Ciceronem, sed infestum formidare dominum, atque id agere vt in seruitute sit leni: qui Octa- C ctium scribat & dicat esse lenem. Atqui maiores nostri, inquit, ne clementes quidem dominos tulerunt. Sibi hactenus neque bellum gerere planè certum esse neque quiescere, sed habere deliberatum vnum non seruire. Mirari se Ciceronem, qui bellum ciuile vt periculosum timeat, turpem & fœdam pacem non horreat: Antonii autem tyrannide eiecti mercedem postulet vt Cæsarem constituat tyrannum. Atque primæ quidem Bruti epistolæ huiuscemodi fuere argumenti. Quum iam alii ad Octauii partes, alii ad Antonii discederent, atque exercitus venales tanquam sub hasta pluris licitanti addicerent se: desperata semel rep. D Italiam statuit relinquere, ac per Lucaniam pedestri itinere Eleam ad mare venit. Inde Romam Porcia reditura, comprimere nitebatur animi dolorẽ. verùm fortem alioquin pictura quædam detexit. Ea argumentũ Græcum cõtinebat, quemadmodum prosequuta sit Hectorẽ Andromache, & receperit ab eo filium suũ, oculis autẽ fuerit in illũ defixa. Hãc Porciæ spectanti expressit sui affectus imago lacrymas, & crebrò indies ad eã cõmeans flebat. Quum verò Acilius quidam Bruti amicus Andromaches ad Hectorem verba recensuisset,

Ast, Hector, pater es mihi tu, venerandaq; mater,
E *Tu frater mihi, tu florens ætate maritus,*

subridens Brutus, Atqui mihi, inquit, non venit in mentem ad Porciam Hectoris versus fati,

Tu præscribe tuis telas & pensa puellis.

Nam corporis quidem eius indoles paria ac nos facta non assequitur, animo verò æquè strenuè pugnat pro patria. Hæc Porciæ filius Bibulus memoriæ prodidit. At Brutus inde soluit, & Athenas profectus est. Eum populus Athenienſis propenso animo festisque vocibus & decretis excepit. Diuersatus est apud hospitem quendam suum, audiens Theomnestum quendam Academicum & F Cratippum Peripateticum, vnaque cum his vacans literis omnino feriari videbatur & otiari:

verùm in occulto parabat bellum: nam in Macedoniam Herostratũ ad conciliandos eos qui prætrant ibi exercitibus, misit, & adolescẽtes Romanos qui Athenis operam dabant literis, fouebat, sibiq; adiungebat. in quibus erat Ciceronis filius, quem laudibus in cœlum fert, aitq;, siue vigilet siue dormiat, mirari se illum adeò fortem iuuenem & tyrannis infestum. Exorsus ex professo rebus admouere manus, quum accepisset nauigia Romana argento onusta dirigere Athenas cursum ex Asia, & prætorem iis nauibus aduehi, probum virum & sibi familiarem, occurrit ei circa Carystion. Hunc vbi cõuenit, & ad tradenda sibi induxit nauigia, splendidius epulum parauit. Erat enim Bruti natalis. Postquam ad compotationes ventũ est, & libamina cœperunt pro Bruti victoria & populi Romani libertate facere: quò magis eos corroboraret, grandius poposcit poculum. Eo accepto, hunc versum temerè alta voce pronuntiauit,

Perdidit at fatum me, necnon Phœbus Apollo.

Adhæc scribunt, quum ad nouissimam in Philippis committendam pugnam procederet, signum militibus eum dedisse Apollinem. Vnde exclamationem illam pro cladis omine habent. Inde vicies II-s Antistius ex illa pecunia quam portabat in Italiam, impertit. Quotquot etiam tum per Thessaliam ex militibus Pompeianis palabantur, libenti animo confluxerunt ad eum. Equites insuper quingentos Cinnæ, quos in Asiam ducebat ad Dolabellam, ademit. Hinc Demetriadem profectus, magnam armorum vim Cæsaris dictatoris iussu ad bellum Parthicum paratorum, quæ deportabantur ad Antonium, in suam redegit potestatem. Accepta à prætore Hortensio Macedonia, circumiectisque regibus & dynastis conspirantibus, atque ei associantibus se, adfertur Caium M. Antonii fratrẽ traiecisse ex Italia, atq; euestigio pergere ad copias quas Dyrrhachii & Apollonia Gabinius habebat. Igitur eum præuertere cupiens Brutus & occupare illas copias, repentè vasis conclamatis iter fecit per loca aspera & multam niuem, longeq; præcurrit eos qui prandium suum ferebant. Vt prope Dyrrhachium, venit, est ex labore & algore bulimia, id est *vehementi esurie*, correptus. Quod mali apprehendit ferè & pecudes & homines, quum per niuem lassescunt: vel quod calor ob corpus frigore astrictum, vbi coactus intrò omnis est, alimentum statim consumat: vel quòd emissus halitus à niue fusa acris & tenuis penetret corpus & calorem ex eo foras dispersum dissoluat. Quippe sudores efficere calor videtur occursu in superficie frigoris extinctus: de quibus alio loco disputauimus latius. Quia verò Brutus animo deficiebatur, neque vllus in exercitu quicquam habebat cibarii, necesse fuit ministris eius ad hostes confugere, atque ad portam pergentes panem petierunt à statione. Qui audito Bruti incommodo accurrerunt ipsi, cibumque & potum attulerunt. Pro quo beneficio Brutus, vbi deditum est ei oppidum, non in hos modo, sed horum etiam causa clementem præbuit se in omnes. At C. Antonius Apolloniam prot ctus acciuit eo propinquos milites. verùm quum & hi conferrent se ad Brutum, & Apolloniatas odoratus est cum Bruto sentire,

A ἐπεφαίνετο τὰ πρὸς τὸν πόλεμον αὐτοπρόσωπος. καὶ δὴ εἰς Μακεδονίαν ἔπεμψεν Ἡρόστρατον, οἰκειούμενος τοὺς ἐπὶ τῇ σχολῇ φοιτῶντας, καὶ τοὺς σχολάζοντας ἀπὸ Ῥώμης ἐν ἄστει νέους ἀνελάμβανεν καὶ συνῆγεν. ὧν ἦν καὶ Κικέρωνος υἱός, ὃν ἐπαινεῖ διαφερόντως, καὶ φησιν. Εἴτ' ἐγρήγορεν, εἴτ' ἐνυπνιάζεται, θαυμάζειν οὕτω δυνάμενον ὄντα καὶ μισοτύραννον. ἀρξάμενος τῶν πραγμάτων ἀναφανδὸν ἅπτεσθαι, καὶ πυθόμενος πλοῖα Ῥωμαϊκὰ μετὰ χρημάτων ἐξ Ἀσίας προσφέρεσθαι, καὶ στρατηγὸν ἐπιπλεῖν, ἄνδρα χρείαν καὶ γνώριμον, ἀπήντησεν αὐτῷ περὶ Κάρυστον. ἐντυχὼν δὲ καὶ πείσας, καὶ παραλαβὼν τὰ πλοῖα, λαμπροτέραν ἐποιήσατο· καὶ δὴ τῷ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ἐγενήθη τὸν Βροῦτον. ὡς οὖν ἐλθόντες εἰς τὸ πίνειν, ἐπὶ χύσεις ἐποιοῦντο νίκης τε Βρούτου καὶ Ῥωμαίων ἐλευθερίας, ἐπὶ μᾶλλον αὐτοὺς ῥῶσαι βουλόμενος, ᾔτησε ποτήριον μεῖζον· καὶ λαβὼν, ἀπ' εὐθείας προφάσεως ἀνεφώνησε τὸν στίχον τοῦτον,

Ἀλλά με μοῖρ' ὀλέσῃ καὶ Λητοῦς ἔκγονος υἱός. ἐπὶ δὲ τοῖς τούτοις ἰσχυρίσαιν, ὅτε τῷ τελευταίαν ἐν Φιλίπποις μαχούμενος ἔδοξεν μάχῃ, σημεῖον παρ' αὐτοῦ τοῖς στρατιώταις Ἀπόλλωνα δοθῆναι. διὸ καὶ τῆς συμφορᾶς τίθεται σημεῖον ἐκείνῳ τῷ ἀναφωνήσαι. ἐκ τούτου πεντήκοντα μὲν αὐτῷ μυριάδας Ἀντίστιος, ἀφ' ὧν ἦγε καὶ αὐτὸς εἰς Ἰταλίαν χρημάτων, δίδωσιν· ὅσοι δὲ περὶ Θεσσαλίαν ἐπὶ τῆς Πομπηίου στρατιᾶς ἐπλανῶντο, συνέρρεον ἀσμένως πρὸς αὐτόν· ἱππεῖς τε πεντακοσίους ἀφείλετο Κίννα πρὸς Δολοβέλλαν ἄγοντος εἰς Ἀσίαν. ἐπιπλεύσας τε Δημητριάδι, πολλῶν ὅπλων ἐξαρθμῶν πρὸς Ἀντώνιον ἀ Καίσαρος τοῦ πρεσβεύου κελεύσαντος ἐπὶ τὸν Παρθικὸν ἐποιήθη πόλεμον, ἐκράτησεν. Ὀρτησίου δ' τοῦ στρατηγοῦ παραδόντος αὐτῷ Μακεδονίαν, καὶ τῶν ἐν κύκλῳ βασιλέων καὶ δυνασταῖν συνιστάντων καὶ προσιστάντων, ἀγγέλλεται Γάιος ὁ Ἀντωνίου ἀδελφὸς ἐξ Ἰταλίας διαβεβηκώς, καὶ βαδίζειν ἐπὶ τὰς δυνάμεις, ἃς ἐν Ἐπιδάμνῳ καὶ Ἀπολλωνίᾳ Γαβίνιος συνῆγεν. βουλόμενος οὖν φθάσαι καὶ προλαβεῖν ὁ Βροῦτος, ἐξαίφνης ἀναστήσας τοὺς σὺν αὐτῷ, διὰ χωρίων χαλεπῶν νυφόμενος ἐπορεύετο· καὶ πολὺ προῆλθεν τοὺς κομίζοντας τὸ ἄριστον. ἐγγὺς οὖν Ἐπιδάμνου γενόμενος, διὰ κόπον καὶ ψύχος ἐβουλιμίασεν. συμπίπτει δὲ μάλιστα τὸ πάθος χρόνος οὔσης πονοῦσι καὶ κτήνεσι καὶ ἀνθρώποις· εἴτε τοῦ θερμοῦ διὰ τὴν ψύξιν καὶ πύκνωσιν, ὅταν ἐντὸς ἄπαν καθαρχθῇ, τοῦ ψυχροῦ ἀθρόως ἀναλίσκοντος· εἴτε δριμεῖα καὶ λεπτὴ τοῦ χρόνου διαλυομένης ἰοῦσα πνοὴ, τέμνει τὸ σῶμα, καὶ διαφθείρει τὸ θερμὸν ἐξ αὐτοῦ θύραζε διασπειρόμενον. τοῦ γὰρ ἐφιδρώσεως παρέχειν δοκεῖ τὸ θερμὸν, ἀπαντῶντι τῷ ψυχρῷ περὶ τὴν ἐπιφάνειαν συνιόντι. ὑπὸ ὧν ἐν ἑτέροις μᾶλλον ἠπόρηται. λειποθυμοῦντος δὲ τοῦ Βρούτου, καὶ μηδενὸς ἔχοντος ἐν τῷ στρατοπέδῳ μηδὲν ἐδώδιμον, ἐπαρεκάθησαν οἱ περὶ αὐτὸν ἐπὶ τοὺς πολεμίους καταφυγεῖν· καὶ ταῖς πύλαις προσελθόντες, ἄρτον ἤτουν τοὺς φύλακας. οἱ δ', διαχυσάντες τὸ σύμπωμα τοῦ Βρούτου, παρῆσαν αὐτοῖς καὶ σιτία καὶ ποτὰ κομίζοντες. αὐθ' ὧν ὁ Βροῦτος ὡς τῇ πόλει παρέλαβεν, οὐ μόνον τούτοις ἀλλὰ καὶ πᾶσι διὰ τούτοις φιλανθρώπως ἐχρήσατο. Γάιος δὴ Ἀντώνιος Ἀπολλωνίᾳ προσβαλὼν, σκεῖ τοὺς ἐγγὺς ὄντας σκάλεις σφῶν. ἐπεὶ δὴ οὗτοί τε πρὸς Βροῦτον ᾤχοντο, καὶ τοὺς Ἀπολλωνιάτας ἤδετο τὰ Βρούτου φρονοῦντας.

ἐκλιπὼν τὴν πόλιν, εἰς Βουθρωτὸν ἐβάδιζεν. καὶ τοῦτον μὲν ἀπόλλυσι τρεῖς σπείρας κατ' ὁδὸν ὑπὸ Βρούτου κατακοπείσας· ἔπειτα τοῖς περὶ τὴν Βυλλίδα τόποις προσκαταληφθέντας ὑπὲρ χιόνων ἐκβιάζεσθαι, καὶ μάχῃ συνάψας Κικέρωνι, νικᾶται. (τούτῳ γὰρ ὁ Βροῦτος ἐχρῆτο στρατηγῷ, καὶ πολλὰ δι' αὐτοῦ κατώρθωσε) λαβὼν δὲ τὸν Γάϊον ἐν χωρίοις ἑλώδεσι μαχόμενον διεσπασμένον, οὐκ εἴασεν ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ περιίππευσεν· φείδεσθαι κελεύων, ὡς μὴ μικρὸν ἰδίων ἐσομένων. ὃ καὶ συνέβη. παρέδοσαν γὰρ ἑαυτοὺς καὶ τὸν στρατηγόν. ὥστε μεγάλην ἤδη περὶ τὸν Βροῦτον δυνάμιν εἶχε) χρόνον μὲν οὖν πολὺν ἐν τιμῇ τὸν Γάϊον ἦγεν, καὶ τὰ παρήσημα τῆς ἀρχῆς οὐκ ἀφῄρει, καίτοι (ὡς φασιν) ἄλλων τε πολλῶν καὶ Κικέρωνος ἀπὸ Ῥώμης γραφόντων καὶ κελευόντων αἱρεῖν. ἀρξάμενον δὲ κρύφα τοῖς ἡγεμόσι διαλέγεσθαι, καὶ ποιήσαντα νεωτερισμόν, ἐνθέμενος εἰς ναῦν ἐφύλαττεν. τῶν δὲ διαφθαρέντων στρατιωτῶν εἰς Ἀπολλωνίαν ἀποστάντων καὶ καλούντων ἐκεῖ τὸν Βροῦτον, οὐκ ἔφη τοῦτο πάτριον εἶναι Ῥωμαίοις, ἀλλ' ἐκείνοις τοὺς τὸν ἄρχοντα χρῆναι βαδίζοντας, αὐτοὺς παραιτεῖσθαι τὴν ὀργὴν τοῖς ἡμαρτημένοις ὀργήν. ἐλθόντι δ' αὐτῷ διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἦκεν ἀγγελία περὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ μεταβολῆς. ὁ γὰρ νέος Καῖσαρ ἠνώχλει μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπὶ Ἀντώνιον· ἐκβαλὼν δὲ τῆς Ἰταλίας ἐκεῖνον, αὐτὸς ἤδη φοβερὸς ἦν, ὑποτείαν τε μνώμενος τοῦ νόμου, καὶ στρατεύματα τρέφων μεγάλα, τῆς πόλεως οὐδὲν δεομένης. ὁρῶν δὲ καὶ ταῦτα τὴν βουλὴν βαρυνομένην, καὶ τοὺς τὸν Βροῦτον ἀφορῶσαν ἔξω, καὶ ψηφιζομένην ἐκείνῳ καὶ βεβαιοῦσαν τὰς ἐπαρχίας, ἔδεισεν. καὶ τὸν μὲν Ἀντώνιον, πέμπων, εἰς φιλίαν προὐκαλεῖτο, τὰς δὲ δυνάμεις τῇ πόλει προσιούσας, ὑποτείαν ἔλαβεν, οὔπω πάνυ μειράκιον ὤν, ἀλλ' εἰκοσέτη ἀγωνίστης, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. δικαστὰς δὲ δίκας φόνου κατὰ τῶν περὶ τὸν Βροῦτον εἰσῆγεν, ὡς ἄνδρα πρῶτον ἐν ἀρχαῖς ταῖς μεγίσταις αἱρηκότων ἄκειτον· καὶ κατήγορον ἔπεισε, Βρούτου μὲν, Λούκιον Κορνιφίκιον, Κασσίου δὲ Μάρκον Ἀγρίππαν. ἀφλίσκανον οὖν τὰς δίκας ἐρήμας, ἀναβαλομένων φέρειν ψῆφον τὴν δικαστῶν. λέγεται δὲ, τὸν κήρυκα (ὡς πρὸς εἴωθεν) ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν Βροῦτον ὑπὲρ τοῦ δικάζειν καλοῦντος, τὸ μὲν πλῆθος ὑπεστένα λάθρα, τοὺς δὲ ἀρίστους, κύψαντας εἰς γῆν ἡσυχίαν ἄγειν. Πόπλιον δὲ Σιλίκιον ὀφθῆναι δακρύσαντα, καὶ διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην ὀλίγον ὕστερον ἐνατὴν προγραφέντων ὑπὲρ θανάτου γενέσθαι. μετὰ ταῦτα διαλλαγέντες οἱ τρεῖς, Καῖσαρ, Ἀντώνιος, Λέπιδος, διενείμαντο τὰς ἐπαρχίας· σφαγάς τε καὶ προγραφὰς ἀνδρῶν διακοσίων ἐποίησαν, ἐν οἷς καὶ Κικέρων ἀπέθανεν. τούτων δὲ εἰς Μακεδονίαν ἀπαγγελθέντων, ἐκβιασθεὶς ὁ Βροῦτος ἔγραψεν Ὁρτησίῳ κτεῖναι Γάϊον Ἀντώνιον, ὡς δὴ Βρούτῳ τε καὶ Κικέρωνι βιμωρῶν, τῷ μὲν ὄντι φίλῳ, ᾧ καὶ κατὰ γένος προσήκοντι. διὰ τοῦθ' ὕστερον Ἀντώνιος Ὁρτήσιον ἐν Φιλίπποις λαβὼν, τῷ μνήματι τοῦ ἀδελφοῦ προσέσφαξεν. Βροῦτος δὲ τῆς Κικέρωνος τελευτῆς τὴν αἰτίαν φησὶν ἀχθέσθαι μᾶλλον ἢ τῷ πάθει συναλγεῖν. ἐκκαλεῖν δὲ τοῖς ὑπὲρ Ῥώμης φίλοις· δουλεύειν γὰρ αὐτῶν αἰτίᾳ μᾶλλον, ἢ τῶν τυραννούντων, καὶ καρτερεῖν ὁρῶντας καὶ παρόντας ἃ μηδὲ ἀκούειν αὐτοῖς ἀνεκτὸν ἦν. περιιόντας δὲ τὸν στρατὸν εἰς Ἀσίαν ἤδη λαμπρὸν ὄντα, ναυλικὸν μὲν ἐξηρτύετο στόλον ἐν Βιθυνίᾳ καὶ περὶ Κύζικον· πεζῇ δὲ αὐτὸς ὑπιὼν κατέστησε τὰς πόλεις, καὶ τοῖς δυνάστας ἐχρημάτιζε, καὶ τοὺς Κάσσιον ἔπεμπεν εἰς Συρίαν ἀπ' Αἰγύπτου μεταπεμπόμενον.

A eo relicto oppido Buthrotum contendit. Ibi primùm tres cohortes amittit in itinere à Bruto concisas. Deinde quum loca circa Byllidem tentaret à Bruto insessa expugnare, prælio cum Cicerone cõserto fusus est. Siquidẽ vtebatur hoc duce Brutus, multaq; ductu eius gessit prosperè. Quum verò Caium occupasset locis palustribus procul à receptu distractum, nõ permisit suis in illius milites incurrere: sed circumuectus, imperauit vt parcerent iis, quòd mox futuri sui essent. quod euenit. nam & se & ducem dedidere. Itaq; magnum iam exercitũ habuit Brutus. Caium diu honorificè ha-
B buit, neq; ademit ei magistratus insignia: quanuis multi, vti dictitant, è Roma & Cicero scriberent, monerentq; vt interficeret eum. Cæterùm vbi occultè duces appellare, & moliri cœpit seditionẽ, naui impositũ habuit in custodia. Milites corrupti quum Apolloniam secessissent, & Brutũ eò accirent: negauit id moris esse Romani, sed illis ad ducem eundũ esse, & veniam petendam delictorum. Quibus, quũ venissent, deprecantibus ignouit. Paranti in Asiam transire, nuntiatũ est de mutatione vrbana, siquidem Octauius Cęsar euectus aduersus Antonium à senatu erat. Quo Italia pulso, erat ipse iam terrori, quòd contra leges ambiret
C cõsulatum, atq; ingentes exercitus, quum id reip. opus non esset, aleret. Hæc ille senatum ægrè ferre animaduertens, & foràs Brutum respicere, illiq; decernere & cõfirmare prouincias, timere cœpit. Ita Antonium per legatos inuitauit ad reconciliationẽ, circumfusoq; vrbi exercitu consulatum accepit vix dum adolescens & vigesimum annũ agens, vt in cõmentariis ipse retulit: mox iudicium capitale Bruto & sociis eius dictauit, quòd principem virum in summis positũ magistratibus inauditum trucidassent. Accusatorem apposuit Bruto L. Cornificium, Cassio M. Agrippam. Indicta cau-
D sa, coactis sententiã ferre iudicibus, damnati sunt. Fama est, quum præco de more citaret Brutum ex rostris ad causam dicendam, plebem non obscurè ingemuisse, optimates deiecto in terram capite conticuisse, P. Sirio lacrymas manasse, atq; hac de causa inter proscriptos mox fuisse relatum. Hinc triumuiri in gratiã reducti, Cæsar, Antonius, Lepidus, prouincias partiti sunt, cædesq; fecerunt, & ducentos, inter quos Cicero quoque est obtruncatus, proscripsere. His in Macedoniam perlatis, expugnatus Brutus Hortensio scripsit vt interficeret C. Antonium: quo Decio Bruto & Ciceroni
E parentaret: quorum amicus hic, ille genere ei erat propinquus. Quamobrẽ Hortensium postea Antonius acie Philippensi captum interfecit ad fratris monumentum. Brutus autem fati Ciceronis causa magis erubescere ait se quàm dolere calamitatem: increpitare se vrbanos amicos quòd ipsorum culpa potius quàm tyrannorum seruirent, videreq; sustinerent atque assistere iis quæ esse ipsis deberẽt auditu intoleranda. Exercitu iam deportato in Asiam magnifico, classem in Bithynia & apud Cyzicum parauit. Pedestri itinere profectus ciuitates composuit, dynastas audiuit, & in Sy-
F riam misit ad Cassium reuocans eum ex Ægypto.

Non enim ipsos quò imperium sibi ipsis pararẽt, sed vt in libertatem vindicarent patriam, ad cogendas copias quibus opprimerent tyrannos vagari. Debere igitur huius rei memores, & institutum suum sequentes, non longe se ab Italia abducere, verùm illuc properare ad succurrendum ciuibus. Obtemperanti Cassio & redeunti processit obuiam. Conuenerunt ad Smyrnam, postquam primò in Piræeo distracti alter in Syriam, alter in Macedoniam perrexit. Igitur magna eos voluptas & fiducia ex præsentibus vtriusque viribus incessit. nam quum ex Italia abiectissimorum exulum modo fuissent profecti inopes atq; inermes: quibus nulla instructa nauis, non vnus miles, non oppidum erat: haud multo interposito spatio coierũt classe, peditatu, equitatu, stipẽdio instructi ad decertandum de Romano imperio. Parem volebat Cassius honorẽ habere & tribuere Bruto. verùm occupauit Brutus, plerunque ad eum ventitans: quòd & ætate ille superior esset & corpore minus ad laborem ferendum comparatus. Habebatur Cassius rei bellicæ peritus, sed ira asper, & per metum magis velle imperare, apud familiares ad risum pronior & dicax. Brutum verò virtutis causa ferunt vulgo charum, amicis dilectum fuisse, admirationi optimo cuiq;, odio venisse ne hostibus quidem: quòd mirè lenis, magnanimus, aduersus iram, voluptatem, auaritiam infractus, rectã sententiam atq; inflexibilem retineret pro honesto, & iustitia. Maximum ei ad beneuolentiam & laudem, quòd proposito eius haberetur fides, fuit momentum. Neque enim Magnus ille Pompeius, si Cæsarem obtriuisset, sperabatur omninò summam potestatem legibus redditurus: sed perpetuo imperium consulis, aut dictatoris aut cuiuspiam alterius nomine magistratus ciuilioris, qui populo esset gratior, retenturus. Hunc verò Cassium violentum virum & iracundum, & subinde à recto ad vtile euectum, omnino arbitrabantur bellum gerere & circumcursitare, & discrimina subire potius ad quærendã sibi potentiam quàm ciuibus libertatem. nam qui his etiam superiores fuerunt Cinnæ, Marij, Carbones: posuerunt in medio patriam pro præmio & præda, ac penè ex professo belligerarũt de tyrannide. At Bruto perhibent ne hostes quidem eam obiectasse varietatem: imò ex Antonio etiam multos audiuisse, quũ diceret solum se putare Brutum adortum Cæsarem facti splendore & opinato bono adductum, alios in illum conspirasse odio prouectos & inuidia. Vnde Brutum non tam viribus quàm virtute fretum fuisse liquet ex scriptis eius. Scribit ad Atticum discrimini iam vicinus, in statu fortunæ res suas pulcherrimo esse. nam aut victorem liberaturum se populum Romanum, aut cadentem seruitute exolutum iri: quum essent autem certa ipsis alia atque firma, hoc obscurum esse, in libertate essent victuri an occubituri. M. Antonium verò meritas dementiæ ait pœnas persoluere. qui quum inter Brutos, Cassios, & Catones censeri potuisset, accessionem sese dedisset Octauio: & vt tunc non fuerit cum illo superatus, breui post digladiaturum cum eo. Hoc illum rectè in futurum apparet vaticinatum.

A οὐ γὰρ ἐφ᾽ ἑαυτοὺς κατωμόσαντο αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἐλευθεροῦν τὴν πατρίδα, τὴν δύναμιν ἣ καταλύσοιεν τοὺς τυράννους συναγαγόντες πλανᾶσθαι. δεῖν οὖν μεμνημένους καὶ φυλάττοντας τὴν ὑπόθεσιν, μὴ μακρὰν ἀπιέναι τῆς Ἰταλίας, ἀλλ᾽ ἐκεῖσε σπεύδειν, καὶ βοηθεῖν τοῖς πολίταις. ὑπακούσαντος δὲ τοῦ Κασσίου, καὶ καταβαίνοντος, ἀπήντα· καὶ περὶ Σμύρνην ἀλλήλοις συνετύγχανον. ἀφ᾽ οὗ πρῶτον ἐν Πειραιεῖ χωρισθέντες ὥρμησαν, ὁ μὲν εἰς Συρίαν, ὁ δὲ εἰς Μακεδονίαν. ἐν οὖν ἡδονή τε μεγάλη καὶ θάρσος αὐτοῖς, ἐκ τῆς παρούσης ἑκατέρου δυνάμεως. ὁρμήσαντες γὰρ ἐκ τῆς Ἰταλίας, ὅμοια

B φυγάδων τοῖς ἀτιμοτάτοις, ἀχρήματοι, καὶ ἄοπλοι, μὴ ναῦν ἐπήρη, μὴ στρατιώτην ἕνα, μὴ πόλιν ἔχοντες, οὐ πολλοῦ πάνυ χρόνου διαγενομένου συνῆλθον εἰς ταὐτό, καὶ ναυσὶ καὶ πεζοῖς καὶ ἵπποις καὶ χρήμασιν ἀξιόμαχοι διαγωνίσασθαι περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὄντες. ἐβούλετο μὲν οὖν ἴσον ἔχειν τιμῆς καὶ παρέχειν ὁ Κάσσιος· ἔφθανεν δὲ ὁ Βροῦτος, ὡς τὰ πολλά φοι τῶν πρὸς αὐτόν, ἡλικίᾳ τε πρεσβύτερος, καὶ σώματι πονεῖν ὁμοίως μὴ δυναμένῳ χρώμενος. ἐν ᾧ δόξα, Κάσσιον μὲν εἶναι δεινὸν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ὀργῇ δὲ βαχύν, καὶ φόβῳ μᾶλλον ἄρχοντα· πρὸς δὲ τοὺς συνήθεις ὑγρότερον τῷ γελοίῳ, καὶ φιλοσκώπτῃ. Βροῦτον δὲ λέγουσι δι᾽ ἀρετὴν φιλεῖσθαι μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν, ἐρᾶσθαι δὲ ὑπὸ τῶν φίλων, θαυμάζεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἀρίστων, μισεῖσθαι δὲ μηδὲ ὑπὸ τῶν πολεμίων· ὅτι πρᾶος ὁ ἀνὴρ διαφερόντως, καὶ μεγαλόφρων, καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ ἡδονὴν καὶ πλεονεξίαν ἀπαθής, ὄρθιον δὲ τὴν γνώμην καὶ ἄκαμπτον ἐστῶσαν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου διαφυλάττων, καὶ μέγιστον ὑπῆρχεν αὐτῷ πρὸς εὔνοιαν καὶ δόξαν, ἡ τῆς προαιρέσεως πίστις. οὔτε γὰρ ἐκεῖνος ὁ μέγας Πομπήιος, εἰ Καίσαρα καθεῖλεν, ἠλπίζετο βεβαίως πρήσεσθαι τοῖς νόμοις τὴν δυνάμιν, ἀλλ᾽ ἀεὶ τὰ

D πράγματα καθεξῆν, ὑπὸ ἀτείας ὀνόμαλι καὶ δικτατωρείας, ἢ ἵνος δήμης μαλακωτέρας ἀρχῆς, πραγμυθούμενος τ᾽ δῆμον. Κάσσιον δὲ τοῦτον σφοδρὸν ἄνδρα καὶ θυμοειδῆ, καὶ πολλαχοῦ πρὸς τὸ κερδαλέον ἐκφερόμενον τοῦ δικαίου, πρῶτος μᾶλλον ᾤοντο πολεμεῖν καὶ πλανᾶσθαι καὶ κινδυνεύειν, αὐτῷ ἵνα δυναστείαν καταστησάμενον, οὐκ ἐλευθερίαν τοῖς πολίταις. τὰ μὲν γὰρ ἔτι τούτων πρεσβύτερα, Κίννα, καὶ Μάριοι, καὶ Καρβῶνες, ἆθλον ἐν μέσῳ καὶ λείαν προθέμενοι τὴν πατρίδα μόνον, οὐχὶ ῥητῶς ὑπὲρ τυραννίδος ἐπολέμησαν. Βρούτου δὲ λέγουσιν μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς

E πρεσβυτέρᾳ τοιαύτῃ μεταβολῇ· ἀλλ᾽ Ἀντωνίου γε καὶ πολλοὺς ἀκοῦσαι λέγοντος, ὡς μόνον οἴοιτο Βροῦτον ὑπεῖθαι Καίσαρι, πρασθέντα τῇ λαμπρότητι καὶ τῷ φαινομένῳ καλῷ τῆς πράξεως, τοὺς δὲ ἄλλους ὑπὲρ τ᾽ ἀοῦρα συρῆναι, μισοῦντας καὶ φθονοῦντας. ὅθεν Βροῦτος οὐ τῇ δυνάμει τοσοῦτον ὅσον τῇ ἀρετῇ δῆλός ἐστιν ὢν ἐξ ὧν γράφει πεποιθώς. γράφει δὲ πρὸς Ἀττικὸν, ἤδη τῷ κινδύνῳ πλησιάζων, ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς τύχης εἶναι τὰ καθ᾽ αὑτόν. ἢ γὰρ νικήσας, ἐλευθερώσειν τ᾽ Ῥωμαίων δῆμον, ἢ δουλείας ἀποθανὼν ἀπαλλαγήσεσθαι· καὶ τῶν δήων ἀσφαλῶς αὐτοῖς καὶ βεβαίως ἐχόντων, ἔτ᾽ ἄδηλον εἶναι πότερον βιώσονται μετ᾽ ἐλευθερίας ἢ τεθνήξονται. Μάρκον δὲ Ἀντώνιον ἀξίαν φησὶ τῆς ἀνοίας διδόναι δίκην, ὃς ἐν Βρούτοις καὶ Κασσίοις ἠρίθμει ἑαυτὸν Ὀκταβίῳ δεδωκεν· κἂν μὴ νῦν ἠπιστοῦντα μὲν οὖν ἀποθνήσκοντα καλῶς πρὸς ὃ μέλλον ἔοικεν.

ὁίοις καὶ Κάτωνι συναριθμεῖσθαι δυνάμενος, θῇ μετ᾽ ἐκείνου, μικρὸν ὕστερον ἐκείνῳ μαχεῖται.

ἐν δὲ τῇ Σμύρνῃ τότε τῶν χρημάτων, ἃ πολλὰ συνειλόχει Κάσσιος, ἠξίου μεταλαβεῖν. τὰ γὰρ ὄντα καταδηλωκέναι, ναυπηγούμενος στόλον τοσοῦτον ὡς πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοῖς ἔξοισι τὴν ἐντὸς θάλασσαν. οὐκ εἴων μὲν οὖν τὸν Κάσσιον οἱ φίλοι διδόναι, λέγοντες ὡς Οὐδίκαιον, ἃ σὺ φειδόμενος ἀφαφυλάττῃς, καὶ φθόνῳ συνάγῃς, ἐκεῖνον λαβόντα δημαγωγεῖν καὶ χαρίζεσθαι τοῖς στρατιώταις. οὐ μὴν ἀλλ' ἔδωκεν αὐτῷ τέταρτον μέρος ἀπάντων. καὶ πάλιν ἀφικόντες ἐπὶ τὰς παρεσκευάσας ἑκατέρῳ παράξεις, Κάσσιος μὲν ἑλὼν Ῥόδον, οὐκ ἐπιεικῶς ἐχρῆτο τοῖς πράγμασι. καὶ ταῦτα, περὶ τὴν εἴσοδον τοῖς παρεσκευασμένοις αὐτὸν βασιλέα καὶ κύριον ἀποκρινάμενος, Οὔτε βασιλεύς, οὔτε κύριος, τοῦ μὲν κυρίου καὶ βασιλέως φονεὺς καὶ κολαστής. Βροῦτος δὲ Λυκίους ἠτεῖ χρήματα καὶ στρατόν. ἐπεὶ δὲ Ναυκράτης ὁ δημαγωγὸς ἀνέπεισε τὰς πόλεις ἀφίστασθαι, καὶ λόφοις τινὰς ὡς εἴρξοντες παρόδου τὸν Βροῦτον, κατελάβοντο, πρῶτον μὲν ἀριστοποιουμένοις αὐτοῖς ἔπεμψεν ἱππεῖς, ὑφ' ὧν ἑξακόσιοι διεφθάρησαν· ἔπειτα τὰ χωρία καὶ πολίχνας λαμβάνων, ἀπέλυεν δῶρα λύτρων ἀπαιτήσας, ὡς προσαξόμενος εὐνοίᾳ τὸ ἔθνος. οἱ δὲ ἦσαν ἀνιάδεις, ἃ μὲν ἐβλάπτοντο, πρὸς ὀργὴν τιθέμενοι, τῆς δὲ ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας καταφρονοῦντες· ἄχρι οὗ συνελάσας εἰς Ξάνθον αὐτῶν τοὺς μαχιμωτάτους ἐπολιόρκει. τοῦ δὲ ποταμοῦ παρὰ τὴν πόλιν παρρέοντος, ὑπονηχόμενοι διεδίδρασκον. ἡλίσκοντο δὲ δικτύων ἀφ' πόρου καθιεμένων εἰς βυθόν, ὧν τὰ ἄκρα κώδωσι προσηρτημένοις διεσήμαινεν εὐθὺς τὸν ἐπιχειρέντα. μηχαναῖς δέ τισι τῶν Ξανθίων νύκτωρ ἐπιδραμόντων, καὶ πῦρ ἐμβαλόντων, ὡς ἀπεκλείσθησαν, ἀναθυμιώντων τῶν Ῥωμαίων, πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ πνεῦμα λαμπρὸν ἀνέρριπιζεν ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις τὴν φλόγα τῶν ἐγγὺς οἰκιῶν ἀπιλαμβανομένων, δείσας ὁ Βροῦτος ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἐκέλευσε καταβεννύναι καὶ βοηθεῖν. τοὺς δὲ Λυκίους δεινή τις ἐξαίφνης πρὸς ἀπόνοιαν ὁρμὴ καὶ λόγου κρεῖττον κατέχει, ὥν ἄν τις ἔρωτι θανάτου μάλιστα προσεικάσειεν· οἱ γὰρ μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν, ἐλεύθεροί τε καὶ δοῦλοι, καὶ πᾶσα ἡλικία, τοὺς μὲν πολεμίους πρὸς τὴν φλόγα βοηθοῦντας ἀπὸ τῶν τειχῶν ἔβαλλον, αὐτοὶ δὲ κάλαμον καὶ ξύλα καὶ πολὺν ὑπέκκαυμα προσφέροντες, ἦγον ἐπὶ τὴν πόλιν τὸ πῦρ, ὀρέγοντες αὐτῷ πᾶσαν ὕλην, καὶ πολλὰ τρόπον ἐξερεθίζοντες καὶ συνεκδέφοντες. ὡς δὲ ἡ φλὸξ ῥυεῖσα, καὶ ἀναζώσασα πολλαχόθεν τὴν πόλιν, διέλαμψε πολλή, παρεπαθὼν ἐπὶ τοῖς γινομένοις ὁ Βροῦτος, ἔξωθεν παρείπετο, προθυμούμενος βοηθεῖν. καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγων τοῖς Ξανθίοις, ἐδεῖτο φείδεσθαι καὶ σώζειν τὴν πόλιν, οὐδενὸς αὐτῷ προσέχοντος, ἀλλὰ πολλὰ τρόπον ἑαυτοὺς ἀπολλύντων, οὐ μόνον ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ παιδία τὰ μικρὰ μετὰ κραυγῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ τὰ μὲν εἰς τὸ πῦρ ἤλλετο, τὰ δὲ ἄνωθεν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐξεβαχηλίαζεν αὐτά, τὰ δὲ τοῖς ξίφεσιν τῶν πατέρων ὑπέδυε, τὰς σφαγὰς γυμνοῦντα καὶ κελεύοντα πάγειν. ὤφθη δὲ, τῆς πόλεως ἀναφθαρείσης, γυνὴ κρεμαμένη μὲν ἐξ ἀγχόνης, παιδίον δὲ νεκρὸν ἐξηρτημένη τοῦ βραχήλου, λαμπάδι δὲ καιομένη τὴν οἰκίαν ὑφάπτουσα. καὶ τοῦ θεάματος τραγικοῦ φανέντος, ἰδεῖν μὲν οὐκ ὑπέμεινεν ὁ Βροῦτος, ἐδάκρυσεν δὲ ἀκούσας· καὶ γέρας ἐκήρυξε τῶν στρατιωτῶν ὅστις ἂν δυνηθῇ Λύκιον ἄνδρα σῶσαι. φασὶ δὲ μόνους ἑκατὸν πεντήκοντα γενέσθαι τοὺς μὴ ἀναφυγόντας τὸ σωθῆναι.

A Porro Smyrnæ tunc partem ferre pecuniæ, cuius magnã vim coegerat Cassius, postulauit. Se quicquid habuisset impendisse ostendit in parandam classem, qua totum internum mare essent in potestate sua habituri. Sed ne daret Cassius obsistebant amici eius, negantes æquum esse vt quæ ipse parcendo seruaret, & conflaret cum inuidia, ea ille in milites demulcendos effunderet. Attamen impertiuit ei tertiam partem omnium: iterumque ad sua vterq; munera digressi, Cassius Rhodo capta durius in eam ciuitatem consuluit, idque quũ in ingressu regem ipsum & dominum appellanti-
B bus respondisset, Neque rex sum neque dominus, sed domini & regis interfector & vltor. Brutus à Lycijs pecuniam & milites poposcit. Verùm quòd Naucrates concionator ciuitates ad defectionem impulisset, & tumulos aliquot illi ad excludendum transitu Brutum insedissent: primò immisit in prandentes equitatum, à quo interfecti sexcenti sunt. Inde captis arcibus & ignobilibus oppidis, omnes, vt gentem conciliaret beneuolentia, sine pretio dimisit. Illi præfracti, ob damna quidem accepta infensi fuere, clementiam verò & humanitatem eius despexere: quoad co-
C actos intra muros Xanthi bellicosissimos quosq; eorum obsedit. Amnis vrbem præfluit. Hunc sub aqua tranantes fugam capiebant. Verum excepti retibus fuerunt transverso alueo in altum demissis, quorum in summo tintinabula appensa ilicò irretitum nuntiabant. Xanthij autem machinas quasdam adorti nocte sunt, ignemque eis ingesserunt: sed reiecti sunt ab Romanis animaduersa ad muros. Ventus verò acrior in pinnas muri concitauit flammã quæ proxima comprehendit ædificia. Hic timens vrbi Brutus, imperauit militibus vt ignem extinguerent & opem ferrent vrbi. At
D Lycios ingens subitò inuasit & incredibilis ad desperationem ardor, quem maxime mortis desiderio compares. nam cum pueris & mulieribus liberi & serui omnis ætatis hostes petebant ex muris eos qui ad reprimendum succurrebant incendium. Ipsi arundinẽ, materiam, & omne igni aptũ fomentum ingerentes trahebant in vrbem flammam, eique quamuis materiam subijciebant, atque eam omnibus modis excitabant augebantque. Postquam diffusa flamma & vrbem vndique amplexa ingens eluxit, anxius ea re Brutus circumuectus foris muros est ad opitulandum, manusque ad Xanthios porrigens precabatur, vrbi
E vt parcerent eamque conseruarent. Verùm nemo auscultabat ei, imo perdebant omnibus modis semetipsi: non viri modò & fœminæ, sed parui etiam pueri cum vociferatione & vlulatu partim insiliebant in ignem, partim supernè præcipitabant sese ex muro, pars parentum gladijs nudos offerebant iugulos, hortabanturque ad hauriendum eos. Conspecta est vrbe absumpta dependens ex laqueo mulier quæ mortuum puerum ex collo suspensum haberet, & ardenti face inflammaret domum. Quod quum spectaculum appareret tragicũ, non sustinuit id Brutus cõtem-
F plari: sed vbi nuntiatum ei est, illacrymauit, præmiumque pronuntiauit militibus, quisquis hominem Lycium seruasset. Centũ quinquaginta duntaxat memorant fuisse qui non refugere salutem.

Ita Xanthij longo interuallo quasi fatalem exitij gyrum edentes, maiorum suorum calamitatem audacia retulere. Siquidem illi quoque vrbe pari modo bello Persico incensa peremerũt semet ipsi. At Brutus Patarensium vrbem sibi cernens reluctari, dubitabat eã oppugnare, ac perplexus erat, paris metu vecordiæ. Cæterùm quũ fœminas eorum captiuas teneret, has missas fecit sine pretio. Quæ vbi viris & parentibus suis, illustribus hominibus, exposuerunt, virum Brutum esse moderatissimum & iustissimum, persuaserunt eis vt cederent & traderent ei oppidum. Inde cæteri quoq; omnes in potestatem venere, in fidem se eius permittentes. Quem benignum & præter spem experti sunt indulgentem. Nempe qui, quum sub idem tempus Rhodios compulisset Cassius quod quisque priuatim auri & argenti haberet, conferre, vnde conflauit ad VIII millia talentum, & publice mulctasset ciuitatem quingentis alijs: centum quinquaginta talenta imperauit Lycijs, neq; re vlla illis alia violatis exercitum in Ioniam abduxit. Multa quidem memorabilia opera ille & honoribus habendis & supplicijs pro cuiusq; merito irrogandis edidit: at id quod cùm ipsi gratissimum, tum Romanorum optimo cuiq; fuit, commemorabo. Quum Pompeius Magnus, acie fusus profugiensque Cæsarem, Ægyptum apud Pelusium appulisset, regis pueri etiamnum curatores cum amicis deliberabant, nec erat sententia omnium vna. Alii recipiendum, arcendum alii Ægypto censebant. Theodotus verò quidam Chius, mercenarius rhetoricorum doctor, qui in contubernio regis erat, in consilium tunc meliorum raritate admissus vtramque partem demonstrauit falli, tam qui recipiendum Pompeium quàm qui dimittendũ consulebant. Vnum enim in præsentia expedire, vt receptum interficerent: adiecitque in peroratione, *Mortuos non mordere.* Quum esset in sententiam huius discessum, exemplum rei incredibilis & inexpectatæ occubuit Magnus Pompeius dictione rhetorica Theodoto autore, vt ipse glorians iactabat sophista. Paulo pòst superueniente Cæsare cęteri pœnas pendentes mali malè periere, Theodotus verò spatium à fortuna ad obscuram, inopem, & vagabundam vitam mutuatus, peragrantem tunc Asiam non latuit Brutum: sed raptus ad eum & punitus, nomen ex morte quàm ex vita nobilius accepit. Porro Cassium accersiuit Brutus Sardeis, appropinquantique processit cum amicis obuiam, totusque exercitus armatus vtrumque imperatorem consalutauit. Vt solet magnis in rebus inter duos quibus amici & duces sunt multi, quum suspiciones inter eos mutuæ & insimulationes extitissent, prius quàm alio se conuerterent, statim ex via conclaue soli ingressi foribus occlusis & remotis arbitris expostulare primum, mox arguere & criminati inter se cœpere. Hinc in lachrymas liberamque & vehementem obiurgationem erumpentibus illis, mirantes asperitatem iræ & contentionem amici eorum, timebant ne quò euaderent. Interdictum autem erat nequis accederet ad eos. *At* M. Fauonius, æmulus pridem Catonis, qui non tam ratione quàm impetu aliquo & motu lymphatico philosophum ageret, perrexit ad eos: verùm prohibebatur à ministris. Atqui labor erat, Fauonium,

A Ξάνθιοι μὲν οὖν ἀφ' πολλῶν χρόνων ὥσπερ εἱμαρμένῳ περιόδῳ ἀφαφθορᾶς ἀποδιδόντες, τὴν τῶν προγόνων ἀνενεώσαντο τῇ τόλμῃ τύχην. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν πόλιν ὁμοίως ὑπὸ τῶν Περσικῶν καταλαυσαντες, ἑαυτοὺς διέφθειραν. Βροῦτος δὲ τὴν Παταρέων πόλιν ὁρῶν ἀπιμελουμένην πρὸς αὐτὸν, ὤκνει μὲν ὑπιχειρῆν καὶ διηπορεῖτο, τὴν αὐτὴν δεδιὼς ἀπόνοιαν· ἔχων δὲ γυναῖκας αὐτῶν αἰχμαλώτους, ἀφῆκεν ἀνεὺ λύτρων. αἱ δ' ἀνδρῶν τε καὶ πατέρων ὑπιφαινῶν οὖσαι, διηγούμεναι τ' Βροῦτον ὡς ἀνὴρ εἴη σωφρονέστατος καὶ δικαιότατος, ἔπεισαν εἶναι καὶ παραδοῦναι τὴν πόλιν. ἐκ δὲ τούτου καὶ πάντες οἱ λοιποὶ προσεχώρησαν, ὑπιδέχαντες ἑαυτοὺς ἐκείνῳ, τυχόντες δὲ χρηστοῦ καὶ παρ' ἐλπίδας εὐγνώμονος. ὅς γε, Κασσίου Ῥοδίους κατὰ τ' αὐτὸν χρόνον ἀναγκάσαντος, ἰδίᾳ μὲν ὃν ἐκέκτηντο χρυσὸν καὶ ἀργύρον, εἰσενεγκεῖν ἀπόντας ἐξ οὗ συνῆλθε πρὸς ἑκατὸν χίλια τάλαντα, δημοσίᾳ δὲ τὴν πόλιν ἑκατὸν πεντήκοντα τάλαντα Λυκίοις προσέταξε μόνοις, ἀνὴρ δὲ οὐδὲν ἀδικήσας, ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Ἰωνίας. πολλὰ μὲν οὖν ἄξια μνήμης ἔργα καὶ ἡμῶν ἀπεδείξατο καὶ κοσμήσοντα τῶν ἀξίων· ὧν δ' αὐτὸς ἥδιστα μάλιστα, καὶ Ῥωμαίων

C οἱ κράτιστοι, τοῦτο διηγήσομαι. Πομπηίου Μάγνου προσβαλόντος Αἰγύπτῳ καὶ Πηλουσίῳ, ὑπιλείπει τὸν μεγάλῳ δρόμῳ ἀποδρᾶς ἀπὸ Καίσαρος ἔφυγε, οἱ τοῦ βασιλέως ἔτι παῖδες ὄντος ὑπιδιωπτεύοντες ἐν βουλῇ μετὰ τῶν φίλων ἦσαν, οὐ κατ' αὐτὰ τὴν γνώμην φερόμενοι. τοῖς μὲν γὰρ ἐδόκει δέχεσθαι, τοῖς δ' ἀπωθεῖν Αἰγύπτου τὸν ἄνδρα. Θεόδοτος δέ τις Χῖος, ὑπὸ μισθῷ ῥητορικῶν λόγων διδάσκαλος, ὢν βασιλεῖ συνῶν, ἠξιωμένος δὲ τότε τοῦ συνεδρίου, δι' ἐρημίαν ἀνδρῶν βουλευόντων, ἀμφοτέρους παραμυθούμενος ἀπέφαινε, καὶ τοὺς ἀναλαβεῖν καὶ τοὺς ἀφεῖναι κελεύοντας τὸν Πομπήιον. ἓν γὰρ εἶναι συμφέρον ἐκ τῶν παρόντων, δεξαμένους ἀποκτεῖναι καὶ προσεπαίσθη-

D τοῦ λόγου παυόμενος, ὅτι νεκρὸς οὐ δάκνει. προσθεμένου δὲ τῇ γνώμῃ τοῦ συνεδρίου, παράδοξον τῶν ἀπίστων καὶ ἀπροσδοκήτων ἔκειτο Πομπήιος Μάγνος, τῆς Θεοδότου ῥητορείας καὶ δεινότητος ἔργον, ὡς αὐτὸς ὁ σοφιστὴς ἔλεγε μεγαλαυχούμενος. ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐπελθόντος Καίσαρος, οἱ μὲν, δίκας λυνύοντες ἀπώλλυντο, κακοὶ κακῶς· Θεόδοτος δὲ παρὰ τῆς τύχης χρόνον εἰς ἄδοξον καὶ ἄπορον καὶ πλάνητα βίον ὑπιδυομένου, τότε Βροῦτον ὑπιόντα τὴν Ἀσίαν οὐκ ἔλαθεν, ἀλλ' ἀναληφθεὶς καὶ κολασθεὶς, ὄνομα τοῦ θανάτου πλέον ἔσχεν ἢ τοῦ βίου. Κάσσιον δὲ Βροῦτος εἰς Σάρδεις ἐκάλει, καὶ προσοίσει μετὰ τῶν φίλων ἀπήντησεν, καὶ πᾶς ὁ στρατὸς ὡπλισμένος αὐτοκράτορας ἀμφοτέρους προσηγόρευσεν. οἷα δὲ ἐν πράγμασι μεγάλοις καὶ φίλοις πολλοῖς καὶ ἡγεμόσιν, αἰτιῶν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐγκαλούντων καὶ ὑποβολῶν, πρὶν ἕτερόν τι ποιῆσαι, αὐτοὺς ἐκ πορείας κατ' αὐτοὺς ἐν οἰκήματι γενόμενοι, κεκλεισμένων τῶν θυρῶν καὶ μηδενὸς παρόντος ἐχρῶντο μέμψεσι πρῶτον, εἶτ' ἐλέγχοις καὶ κατηγορίαις. ἐκ δὲ τούτου πρὸς δάκρυα καὶ παρρησίαν μετὰ πάθους ἐκφερομένων, θαυμάζοντες οἱ φίλοι τὴν τραχύτητα τῆς

F ὀργῆς καὶ τὸν τόνον, ἔδεισαν μήτι ἐκ τούτου λύσσαν, προσελθεῖν δὲ ἀπείρηντο. Μάρκος δὲ Φαώνιος, ἐραστὴς γενόμενος Κάτωνος, οὐ λόγῳ μᾶλλον ἢ φορᾷ τινι καὶ πάθει μανικῷ φιλοσοφῶν, ἐβάδιζεν εἴσω πρὸς αὐτοὺς κωλυόμενος ὑπὸ τῶν οἰκετῶν. ἀλλ' ἔργον ἦν ὑπιλαβέσθαι Φαωνίου

πρὸς ὁτιοῦν ὀργίσαντος· σφοδρὸς γὰρ ἦν ἐν πᾶσι καὶ πρόχειρος. ἐπεὶ τό γε βουλευτὴν εἶναι Ῥωμαίων ἑαυτὸν, οὐδενὸς ἄξιον ἡγεῖτο, τῇ κυνικῇ τῆς παῤῥησίας πολλάκις ἀφῄρει τὴν χαλεπότητα, καὶ τὸ ἄκαιρον αὐτοῦ μετὰ παιδιᾶς δεχομένων. βίᾳ δὴ τότε τῶν παρόντων διωσάμενος τὰς θύρας, εἰσῆλθε μετὰ πλάσματος φωνῆς, ἔπη τοῦ Νέστορα χρώμενον Ὅμηρος ἐπεποιήκει, Ἀλλὰ πίθεσθ· ἄμφω γὰρ νεώτερω ἐστὸν ἐμεῖο, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐφ' οἷς ὁ μὲν Κάσσιος ἐγέλασεν, ὁ δὲ Βροῦτος ἐξέβαλεν αὐτὸν, ἁπλοκύνα καὶ ψευδοκύνα προσαγορεύων. οὐ μὴν ἀλλὰ τότε τοῦτο τὸ πρὸς ἀλλήλους διαφορᾶς ποιησάμενοι πέρας, εὐθὺς διελύθησαν· καὶ Κασσίου δεῖπνον παρέχοντος, ἐκάλει τοὺς φίλους Βροῦτος. ἤδη δὴ κατακειμένων, Φαώνιος ἧκε λελουμένος. μαρτυρουμένου δὲ Βρούτου μὴ κεκλημένον αὐτὸν ἥκειν, καὶ κελεύοντος ἀπάγειν ὅπῃ τὴν αὐτάτω κλίνῃ, βίᾳ παρελθὼν εἰς τὴν μέσην κατεκλίθη· καὶ παιδιὰν ὁ πότος ἔσχεν οὐκ ἄχαριν οὐδὲ ἀφιλόσοφον. τῇ δ' ὑστεραίᾳ Βροῦτος ἀνδρα Ῥωμαίων ἐστρατηγικότα, καὶ πεπιστευμένον ὑπ' αὐτοῦ, Λούκιον Πέλλαν, Σαρδιανῶν κατηγορούντων ὅπῃ κλοπαῖς, δημοσίᾳ κατεγνωσμένοις ἐτίμασε, καὶ τὸ πρᾶγμα Κάσσιον οὐ μετρίως ἐλύπησεν. αὐτὸς γὰρ ὀλίγας ἡμέρας ἔμπροσθεν ὅπῃ τοῖς αὐτοῖς ἐλεγχθέντας ἀδικήμασι δύο φίλους ἰδίᾳ νουθετήσας, φανερῶς ἀφῆκε, καὶ διετέλει χρώμενος. ὅθεν ἐπῄατο τὸν Βροῦτον, ὡς ἄγαν ὄντα νόμιμον καὶ δίκαιον ἐν καιρῷ πολιτείας δεομένῳ καὶ φιλανθρωπίας. ὁ δὲ τοῦ εἰδὼν τοῦ Μαρτίων ἐκέλευεν αὐτὸν μνημονεύειν, ἐκείνων οἷς Καίσαρα ἔκτεινεν, οὐκ αὐτὸν ἄγοντα καὶ φέροντα πολίτας αἰθεσπίους, ἀλλ' ἑτέρων δεινάμενον ὄντα, ταῦτα πρασσόντων. ὡς εἴπῃς ὅτι πρόφασις καλὴ μετ' ἧς ἀμελεῖται τὸ δίκαιον, ἄμεινον εἶναι τοῖς Καίσαρος φίλοις ὑπομένειν, ἢ τοῖς ἑαυτῶν πρεσβεῖς ἀδικουντας. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἀνανδρείας, ἀδικίας δὲ δόξα μετὰ κινδύνων ἡμῖν καὶ πόνων πρόσεστιν. τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ Βρούτου προαίρεσις ἦν. ἐπεὶ δὲ διαβαίνειν ἐξ Ἀσίας ἔμελλον, λέγεται τῷ Βρούτῳ μέγα σημεῖον γενέσθαι. φύσει μὲν γὰρ ἦν ἐπεγρηγορώς ὁ ἀνὴρ, καὶ τὸ ὕπνον εἰς ὀλίγον χρόνου μόριον ἀσκήσει καὶ καρτερίᾳ συνῆγε· ἡμέρας μὲν οὐδέποτε κοινώμενος, νύκτωρ δὲ τοσοῦτον ὅσον οὔτε λαβεῖν, οὔτε ὦ διαλέγεσθαι, πόνων δυναμένων, παρεῖχεν. τότε δὲ τοῦ πολέμου συνεστῶτος, ἐν χερσὶν ἔχων τὰς ὑπὲρ τῶν ὅλων πράξεις, καὶ τεταμένος τῇ φροντίδι πρὸς τὸ μέλλον, ὀπτανίκα πρῶτον ἀφ' ἑσπέρας ὑπνωτάξειε τοῖς στίοις, ἤδη δὲ λοιπὸν ἐχρῆτο τῇ νυκτὶ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν πραγμάτων. εἰ δὲ συνέλοι καὶ κατικανομήσειεν τὴν περὶ ταῦτα χρείαν, ἀνεγίνωσκε βιβλίον μέχρι τείτης φυλακῆς, καθ' ἣν εἰώθεσαν ἑκατοντάρχαι καὶ χιλίαρχοι φοιτᾶν πρὸς αὐτόν. ὡς οὖν ἔμελλεν ἐξ Ἀσίας διαβιβάζειν τὸ στράτευμα, νὺξ μὲν ἦν ἡ βαθυτάτη, φῶς δὲ εἶχεν οὐ πάνυ λαμπρὸν ἡ σκηνή· πᾶν δὲ τὸ στρατόπεδον σιωπὴ κατεῖχεν. ὁ δὲ συλλογιζόμενος τι καὶ σκοπῶν πρὸς ἑαυτὸν, ἔδοξεν αἰσθέσθαι τινὸς εἰσιόντος. ἀποβλέψας δὲ πρὸς τὴν εἴσοδον, ὁρᾷ δεινὸν καὶ ἀλλόκοτον ὄψιν ἐκ φύλου σώματος καὶ φοβεροῦ, σιωπῇ παρεστῶτος αὐτῷ, τολμήσας δὲ ἐρέσθαι, Τίς ποτ' ὤν (εἶπεν) δαιμόνων ἢ θεῶν, ἢ τί βουλόμενος ἥκεις ὡς ἡμᾶς; ὑποφθέγγεσθαι δὴ αὐτῷ τὸ φάσμα, Ὁ σὸς ὦ Βροῦτε δαίμων κακός· ὄψῃ δέ με περὶ Φιλίππους. καὶ ὁ Βροῦτος οὐ διαταραχθεὶς, Ὄψομαι, εἶπεν. ἀφανισθέντος δὲ αὐτοῦ,

A quocunque ferretur animo, retinere. quippe incensus fuit in omnibus & acer. nam senatorem populi Romani esse in minimis ponebat. Cynica verò loquendi ferocia, qua vtebatur, molestiam frequenter abstergebat aliis qui importunitatem eius per ludum excipiebant. Hic tunc repulsis vi ianitoribus intrauit conclaue, voce mimica pronuntians carmina quibus Nestorem vtentem cecinit Homerus,

At parete ambo, natu me nempe minores,

& sequentia. Id risum Cassio mouit. Brutus expulit eum, Haplocynem & Pseudocynem appellans:

B *quasi dicas, Inscitum canem & Adulterinum canem.* Veruntamen hunc in præsentia altercationis mutuæ finem facientes, statim digressi sunt: præbenteq; cœnam Cassio, inuitauit eò Brutus amicos. Quum iam accubuissent, accessit Fauonius lotus. Testante Bruto adesse eum non vocatum, & facessere iubente ad lectum supremum, vi irrumpens collocauit se in medio, habuitq; conuiuium oblectationem nõ infestiuam nec indoctam. Postridie *Brutus* virum prætorium, cuius opera vsus fuerat, L. Pellam repetundarum Sardianis postulantibus, iudicio publico damnauit & infamia notauit. Quod factum momordit non mediocriter

C Cassium. Ipse enim paucis ante diebus eiusdem criminis compertos duos amicos tantum castigauit priuatim, ac publice absolutis non destitit vti. Vnde Brutum incusauit vt nimium rigide leges sequentem & iustum, quo tempore ciuiliter esset & humaniter agẽdum. Ille commonuit eum Iduum Martiarum, quibus interfecerant Cæsarem: qui non ipse omnes mortales vexasset, verum esset hoc agentium nervus. nam si quis honestus sit color quo negligatur ius, præstitisse Cæsaris amicos tolerare, quàm suis iniuriam imponentibus conniuere. Tunc enim ignauiæ, inquit, nobis ad-

D hæsisset macula, nunc iniustitiæ cũ periculis nobis & laboribus inuratur nota. Inde liquet quid spectauerit *Brutus*. Quum transmisturi ex Asia essent, tetrum ostentum dicitur *Bruto* factum. Fuit natura ille vigilans, & somnum in exigui temporis portionem laboribus & continentia cõtrahebat. Interdiu quiescebat nunquam: noctu tantisper dum omnibus sopitis nihil esset omnino quod ageret, aut qui cum colloqueretur. Tunc autem bello conflato tractans ea quę ad summam rerum pertinebant, curaq; in euentum intentus: quum primùm vesperi à cœna indulsisset paulisper so-

E mno, reliquum noctis negotijs vrgentibus tribuebat. Quod si absoluisset & exequutus esset id muneris, librum vsque ad tertiam vigiliam volucbat: quo tempore centuriones, & tribuni consueuerant eum adire. Quum igitur traiecturus ex Asia esset exercitum, noctis cõticinio luna non admodum lucebat: totus autem exercitus tenebatur silentio. *Brutus* verò voluẽs aliquid animo & reputans secũ, visus est aliquẽ ingredientẽ sentire. Respiciens ad ianuam, spectrũ cernit dirum & prodigiosum immanis & horrendi corporis silentio sibi assistentis. Sustinens rogare, Quisnam, inquit, aut

F hominum aut deorum es? aut qua de causa ad nos venisti? Subiecit ei spectrũ, Tuus sũ, *Brute*, malus genius, in Philippis me videbis. Cui nihil perculsus *Brutus*, Videbo, inquit. Eo ex oculis elapso,

Cuinam huic, Patisca, quem defleas, assides? Ille respondit, Non cernis exanimem, Artasyra, Cyrum? Igitur Artasyras mirabundus confirmauit eunuchum, & asseruare iussit cadauer. Ipse citato ad Artoxerxem cursu, despondenti iam animum, & corpore grauiter tam siti quàm vulnere afflicto, ouans renuntiat mortuum suis oculis se Cyrum cõspexisse. Ille vero primum ipse è vestigio intendit eo pergere, atque Artasyræ iussit vt ad locum duceret se. Cæterum quia multus rumor de Græcis & timor erat, quòd fugientes dicerentur consectari & vndique victores esse atq; profligasse suos: visum est complures speculatum mittere. Missi sunt triginta cum facibus. At regi tantum non siti enecto eunuchus Satibarzanes circumcursitans potum inuestigauit. Quippe erat locus ille sitiens, & procul distabant castra. Tandem incidit in vnum ex Cauniis illis egenis qui sordido in vtriculo aquam putridam & vitiosam habebat ad octo heminas. Hunc arripit atque ad regem portat. Quum totũ exhausisset rex, quæsiuit de eo numne magnam nauseam mouisset ei potus? Ille per deos iurauit, nec vinum vnquam iucundius se potasse, nec aquam vel leuissimam & limpidissimam. Itaque si minus ego, inquit, hominem qui eam tibi dedit, inuenire, vt parem referam ei gratiam, valeam, deos precor vt beatum & opulentum efficiant. Interea recurrerunt triginta illi alacres atque exultantes, insperatamque ei felicitatem annuntiauere. Iam multitudine quoque denuo ad eum confluentium & coeuntium fultus, de colle ad crebra lumina descendit. Vt astitit cadaueri, atque ex lege quapiam Persarum dextra caputque à corpore detruncata fuere: caput eius adferri iussit, comaque prolixa & spissa correpta fluctuantibus adhuc atque in fugam effusis ostendit. Obstupuerunt illi, eumque adorauerunt, atq; ita breui LXX. millia militum aggregauerunt ad eum se, vnaque in castra rediere. Eduxerat vt Ctesias autor est, in aciem quadringena millia. Dinon & Xenophon multo plures fuisse qui confluxere, memorant. Initio cæsorum numero Ctesias nouem millia capitum relata perhibet ad Artoxerxem: sibi vero non minus XX. millia visos qui ceciderant. Verum hæc in controuersia fuere. Illud verò iam Ctesiæ nobile est mendacium, qui se cum Zacynthio Phayllo & quibusdam aliis missum refert ad Græcos. Nam Xenophontem non latuit agere in regis contubernio Ctesiam. Siquidem meminit eius, & constat hosce libros eum voluisse. Quare nuntium eum & tantæ fuisse legationis interpretem non præteriisset tacitũ. Phayllum Zacynthium nominauit. Sed mire scilicet ambitiosus Ctesias, nec secius Laconum & Clearchi studiosus, passim in historia aliquas sibi ipse attribuit partes. in quibus quum est, multa & præclara de Clearcho cõmemorat & de Lacedæmone. Secundum præliũ eximia dona & maxima Artagersis, qui à Cyro fuerat interemptus, filio misit. Magnifice etiam Ctesiam cæterosq; honorauit. Præterea reperit Caunium illum qui vtriculum dederat: hunc ex obscuro & inope celebrem reddidit & lautum. Præstitit & in fontibus plectendis se moderatum. Siquidem Arbaci cuidam Medo,

A Τίνα τοῦτον ὦ Παρείσκα κλαίεις τοῦδε τοῦ θρήνου; ὁ δὲ εἶπεν, Οὐχ ὁρᾶς ὦ Ἀρτασύρα Κῦρον τεθνηκότα; θαυμάσας οὖν ὁ Ἀρτασύρας, τῷ μὲν εὐνούχῳ θαῤῥῆν παρεκελεύσατο καὶ φυλάττειν τὸν νεκρόν· αὐτὸς δὲ σπουδαίνας πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, ἀπεγνωκότα μὲν ἤδη τὰ πράγματα, κακῶς δὲ καὶ τὸ σῶμα διακείμενον ὑπό τε διψῆς καὶ τοῦ τραύματος, χαίρων φέρει ὡς αὐτὸς ἴδοι τεθνηκότα Κῦρον. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εὐθὺς ὥρμησεν αὐτὸς ἰέναι, καὶ τὸν Ἀρτασύραν ἄγειν ἐκέλευσεν ὅθι τὸν τόπον· ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν λόγος τῶν Ἑλλήνων καὶ φόβος, ὡς διωκόντων, καὶ πάντα νικώντων καὶ κρατούντων, ἔδοξε

B πλείονας πέμψαι τοὺς κατοψομένους· καὶ τριάκοντα λαμπάδας ἔχοντες ἐπέμφθησαν. αὐτῷ δὲ μικρὸν ἀπολείπουσι τοῦ τεθνάναι διὰ τὸ δίψος, Σατιβαρζάνης ὁ εὐνοῦχος περιιὼν ἐζήτει ποτόν. οὐ γὰρ εἶχε τὸ χωρίον ὕδωρ, καὶ τοῦδε ἦν ἐχθὺς τὸ στρατόπεδον. μόλις οὖν ἐπιτυγχάνει τῶν Καυνίων ἐκείνων τῶν κακοβίων ἑνός, ἐν ἀσκῷ φαύλῳ διεφθαρμένον ὕδωρ καὶ πονηρὸν ἔχοντος, ὅσον ὀκτὼ κοτυλας. καὶ λαβὼν τοῦτο καὶ κομίσας βασιλεῖ δίδωσιν. ἐκπιόντα δὲ ἄπαν ἠρώτησεν εἰ μὴ πάνυ δυσχεραίνοι τὸ ποτόν. ὁ δὲ ὤμοσε τοὺς θεοὺς, μήτε οἶνον ἡδέως οὕτως πώποτε πεπωκέναι, μήτε ὕδωρ τὸ κουφότατον

C καὶ καθαρώτατον. Ὥστε (ἔφη) τὸν δόντα σοι τοῦτο ἀνθεφθον δι' ἐγὼ μὴ δυνηθῶ ζητήσας ἀμείψασθαι, τοὺς θεοὺς εὔχομαι ποιῆσαι μακάριον καὶ πλούσιον. ἐν δὲ τούτῳ προσπλαυνον οἱ τριάκοντα λαμπροὶ καὶ προθυμοῖς, ἀναγγέλλοντες αὐτῷ τὴν ἀνέλπιστον εὐτυχίαν. ἤδη δὲ καὶ πλήθει τῶν στρατευόντων πάλιν πρὸς αὐτὸν καὶ συνισταμένων ἐθάῤῥει, καὶ κατέβαινεν ἀπὸ τοῦ λόφου, φωτὶ πολλῷ περιλαμπόμενος. ὡς δὲ ἐπέσχε τῷ νεκρῷ, καὶ κατ' δὴ τινα νόμον Περσῶν ἡ δεξιὰ χεὶρ ἀπεκόπη καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος, ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομισθῆναι· καὶ τῆς κόμης σφαξάμε-

D νος οὔσης βαθείας καὶ λασίας, ἐπεδείκνυεν τοῖς ἀμφιδοξοῦσιν ἔτι καὶ φεύγουσιν. οἱ δὲ ἐθαύμαζον καὶ προσεκύνουν· ὥστε παχύμυριάδας ἑπτὰ περὶ αὐτὸν γενέσθαι, καὶ συνειλεγμένοι πάλιν εἰς τὸ στρατόπεδον. ἐξεπλάγη δὲ (ὡς ὁ Κτησίας φησὶν) ὅτι τὴν μάχην τεσσαράκοντα μυριάσιν. οἱ δὲ περὶ Δείνωνα καὶ Ξενοφῶντα πολὺ πλείονας γενέσθαι λέγουσι τοὺς μεμαχημένους. ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν ὁ Κτησίας σισχιλίους ἀνενεγθῆναι φησὶ πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, αὐτῷ δὲ δισμυρίους ὀλίγοις φανῆναι τοῖς κειμένοις. ταῦτα

E μὲν οὖν ἔχει ἀμφισβήτησιν· ἐκεῖνο δὲ τοῦ Κτησίου λαμπρὸν ἤδη ψεύσμα, ὃ πεμφθῆναι φάναι πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν μετὰ Φαύλλου τοῦ Ζακυνθίου, καὶ τινων ἄλλων. ὁ γὰρ Ξενοφῶν ἠπίστατο συνδιατρίβοντα βασιλεῖ Κτησίαν. μέμνηται γὰρ αὐτοῦ, καὶ τοῖς βιβλίοις τούτοις ἐντετυχὼς δῆλός ἐστιν. οὐκ οὖν ἐλθόντα, καὶ λόγων τοσούτων ἑρμηνέα γενόμενον, παρῆκεν ἀνώνυμον, Φαύλλον δὲ τὸν Ζακύνθιον ὠνόμαζεν. ἀλλὰ δαιμονίως ὁ Κτησίας (ὡς ἔοικε) φιλότιμος ὤν, καὶ οὐχ ἧττον φιλολάκων καὶ φιλοκλέαρχος, ἀεί τινας ἐν τῇ διηγήσει χώρας ἑαυτῷ δίδωσιν, ἐν αἷς γενόμενος, πολλὰ καὶ καλὰ μεμνήσκεται Κλεάρχου καὶ τῆς

F Λακεδαίμονος. μετὰ δὲ τὴν μάχην δῶρα κάλλιστα μὲν ἐξέπεμψε καὶ μέγιστα τῷ Ἀρταγέρσου παιδὶ, τοῦ πεσόντος ὑπὸ Κύρου· καλῶς δὲ καὶ Κτησίαν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπετίμησεν. τὸν δὲ Καύνιον ἐκεῖνον ἐξανδραποδίσας ὃς ἐπέδωκε τὸ ἀσκίον, ἐξ ἀδόξου καὶ πένητος ἔντιμον καὶ πλούσιον ἐποίησεν. ἐν δὲ τοῖς ἐμμέλεια, καὶ περὶ τὰς τῶν ἐξαμαρτόντων δικαιώσεις. Ἀρβάκην μὲν γὰρ τινα Μῆδον,

ἐν τῇ μάχῃ πρὸς Κῦρον φεύγοντα, καὶ πάλιν ἐκείνου πε-
σόντος μεταστάντα, δειλίαν καὶ μαλακίαν καταγνοὺς, ὑπερ-
δοσίαν τοῦδε κακόνοιαν, ἐκέλευσε, γυμνῷ ἀναλαβόντα
πόρνῳ, περιβάδην ὅλῃ τῇ τραχήλου δι' ἡμέρας ὅλης ἐν
ἀγορᾷ περιφέρειν. ἑτέρου δ' πρὸς τῷ μεταστῆναι ψευσαμέ-
νου καταβαλεῖν δύο τῶν πολεμίων, προσέταξε δι' ἀμπείρας
τεσσαρεσκαιδεκαβελόναις τὴν γλῶτταν, ὀξύμυος δ' καὶ βυλόμυος δο-
κεῖν καὶ λέγειν πολλὰς ἀληθείας ὡς αὐτὸς ἀπεκτόνοι Κῦ-
ρον, Μιθριδάτης δὲ βαλόντι πρώτῳ Κῦρον ἐξέπεμψε δῶ-
» ρα, καὶ λέγειν ἐκέλευσε τοῖς διδοῦσι, Ὡς τούτοις σε τι-
» μᾷ ὁ βασιλεὺς ὅτι τὸν ἐφίππιον Κύρου πῖλον ἐρῶν ἀνεύρε-
» κας. τὸν δὲ Καρὸς ὑφ' οὗ τὴν ἰγνύαν πληγεὶς ὁ Κῦρος ἔπεσε,
» καὶ αὐτὸ δωρεὰν αἰτοῦντος, ἐκέλευσεν εἰπεῖν τοῖς διδοῦσι,
» Ὅτι σοι ταῦτα δίδωσι βασιλεὺς ἀγγελίων ἀγαθῶν.
» πρῶτος γὰρ Ἀρταγέρας, μετ' ἐκεῖνον δ' σὺ τὴν Κύρου τε-
» λευτὴν ἀπήγγελας. ὁ μὲν οὖν Μιθριδάτης ἀπῆλθε σιωπῇ
λυπούμενος· τὸν δὲ ἄθλιον Κᾶρα κινόν τι πάθος ἐξ ἀβελ-
τηρίας κατέχει. ἀφαρπασθεὶς γὰρ ὑπὸ τῶν παρόντων (ὡς
ἔοικεν) ἀγαθῶν, καὶ ἀναπεισθεὶς ἀξιοῦν ἀπποιεῖσθαι τῶν
ὑπὲρ αὐτὸν, οὐκ ἠξίου τὰ δοθέντα μισθὸν ἀγγέλιον ἔχειν,
ἀλλ' ἠγανάκτει, μαρτυρόμενος καὶ βοῶν ὅτι Κῦρον οὐδεὶς
ἕτερος ἀλλ' αὐτὸς ἀπεκτόνοι, καὶ τὴν δόξαν οὐ δικαίως ἀποστε-
ρεῖτο. ταῦτα δ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, σφόδρα παρωξύνθη,
καὶ τὴν κεφαλὴν ἐκέλευσεν ἀποτεμεῖν τοῦ ἀνθρώπου. πα-
» ρεῦσα δ' ἡ μήτηρ, Μὴ σύγε (εἶπεν) οὕτω τὸν Κᾶρα τοῦτον,
» ὦ βασιλεῦ, τὸν ὀλέθριον ἀπαλλάξῃς, ἀλλὰ παρ' ἐμοῦ τὴν ἄ-
» ξιον ἀπολήψεται μισθὸν ὧν τολμᾷ λέγειν. ἐπιτρέψαντος δὲ
τοῦ βασιλέως, ἐκέλευσε τοὺς ὑπὸ τῶν ἀμφείων ἡ Παρυσά-
τις λαβόντας τὸν ἄνθρωπον, ἐφ' ἡμέρας δέκα τρεβλοῦν, εἶ-
τα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξαντας, εἰς τὰ ὦτα θερμὸν ἐντήκειν
χαλκὸν, ἕως ἀποθάνοι. κακῶς δ' ἀπώλετο καὶ Μιθριδάτης
μετ' ὀλίγον χρόνον, ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀβελτηρίας. κληθεὶς γὰρ
ὑπὸ δεῖπνον ἔνθα καὶ βασιλέως καὶ τῆς μητρὸς εὐνοῦχοι πα-
ρῆσαν ἦκεν ἐσθῆτι χρυσῇ κεκοσμημένος, οἷς ἔλαβε παρὰ βα-
σιλέως. ἐπεὶ δ' εἰς τὸ δεῖπνον ἀφίκετο, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ
μέγιστον δυνάμενος τῶν Παρυσατίδος εὐνούχων, Ὡς καλὼ
μὲν ἐσθῆτα σοι ταύτῃ Μιθριδάτης ὁ βασιλεὺς δέδωκε, κα-
» λὰ δ' τρεπτὰ καὶ ψέλλια· πολλοῦ δὲ ἄξιος ὁ ἀκινάκης. ἢ
» μαχαιρίον σε καὶ πρόβλεπτον ἅπασι πεποίηκεν. ἤδη δὲ
» μεθύων ὁ Μιθριδάτης, Τί δ' ταῦτά ἐστιν (εἶπεν) ὦ Σπαρα-
» μίξη. μειζόνων γὰρ ἐγὼ καὶ καλλιόνων βασιλεῖ τὴν ἡμέ-
» ραν ἐκείνην ἄξιον ἐμαυτὸν παρέσχον. καὶ ὁ Σπαραμί-
» ξης ὑπομειδιάσας, Φθόνος μὲν οὐδεὶς ὦ Μιθριδάτα· (εἶ-
» πεν) ἐπεὶ δὲ φασιν Ἕλληνες οἶνον καὶ ἀλήθειαν εἶ), τί λαμ-
» βάνω ὦ τάν, ἡ μέγα, πῖλον ἱππικὸν ἐρρυέντα, καὶ τοῦ-
» τον ἀνενεγκεῖν; ταῦτα δ', οὐκ ἀγνοῶν ὁ ἀληθὴς, ἔλεγον, ἀλλὰ
» βυλόμυος ἐκκαλύψαι πρὸς τοὺς παρόντας, ὑπὲρ ἐκείνου τὴν
κυφότητα τοῦ ἀνθρώπου, λάθου καὶ ἀκρατοῦς γεγονότος διὰ
» τὸν οἶνον. εἶπεν οὖν, μὴ κατάχων, Ὑμεῖς μὲν, ὦ, τι βού-
» λεσθε πίλοις λέγετε καὶ φλυαρεῖτε· ἐγὼ δ' ὑμῖν λέγω διαρ-
» ρήδην, ὑπὸ ταύτης ἀπῃρῆσθαι Κῦρον τῆς χειρός. οὐ γὰρ ὡς
» Ἀρταγέρσης, ἠκόντισα κενὸν καὶ μάταιον, ἀλλὰ τοῦ μὲν
» ὀφθαλμοῦ μικρὸν ἡμάρτον, τοῦ δ' κροτάφου τυχὼν καὶ δι-
» λάσας, κατέβαλον τὸν ἄνδρα. καὶ τέθνηκεν ὑπ' ἐκείνου τοῦ τραύματος. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι τὸ τέλος ἤδη τοῦ
» Μιθριδάτου καὶ τὴν κακοδαιμονίαν ὁρῶντες, εἰς τὴν γῆν ἔκυψαν, ὁ δ' ἑστὼς ἀδεὴς, Ὦ τάν, (ἔφη) Μιθριδάτα,

A qui in conflictu perfugerat ad Cyrum, mox peremptio illo se receperat ad ipsum, timiditatis & ignauiæ notam inurens, nõ proditionis vel improbitatis, imperauit vt nudum collo impositũ equitantis modo scortum per integrum diem circumferret in foro. Alteri qui præter transitionem mentitus fuerat duos hostes se obtruncasse, iussit tribus acubus traiici linguam. Quum vero arbitraretur & omnium hominum vellet existimationem & sermonem esse interfectum ab se Cyrum: Mithridati, qui Cyrum sauciauerat primus, dona misit, præcepitque iis qui dona ferebant, referre, Hisce
B te præmiis rex ornat, quòd stratum equi, quem inuenisti, retuleris ei Cyri. Cari quoque, à quo in poplite Cyrus vulneratus occubuit, præmium flagitanti, nuntiare quos misit cũ dono, iniunxit, Hoc donum tibi rex, quòd secundus felicem nuntium ei attuleris, mandauit dari. Princeps enim Artasyras, secundum illum tu Cyri excessum attulisti. Ac Mithridates cum offensione tacitus abscessit. Miserum Carem idem qui stolidos solet tenuit morbus. Quippe præsenti gestiens fortuna, inductusq; statim ad asserendum ea quæ supra sortem suam erant, dedignatus est oblatum prosperi nuntii præmium accipere, sed fremuit, testans deos, clamitansque ab nullo Cyrum alio quàm ab se peremptum: qua gloria immerito se spoliari. Quibus relatis maiorem in modum exarsit rex, ac ceruicem
C homini abscindi imperauit. Assistens autem mater regis, Tu vero noli permittere, inquit, Carem hunc nefarium tam leui defungi pœna, sed mercedem à me recipiet temeraria lingua dignam sua. Permittente ei rege, iussit carnificibus Parysatis vt abriperent hominem, ac per dies decem excruciarent, inde oculis effossis in aures feruens æs instillarent, dum expiraret. Misere item periit breui post ex insolentia sua Mithridates. Inuitatus ad
D cœnam, cui & regis & eius matris eunuchi intererant, accessit ad conuiuium veste & auro, quæ acceperat à rege, comptus. Inter epulandum ille qui inter Parysatidis eunuchos poterat apud illam plurimum, affatur eum, Vt elegantem hanc tibi vestem, Mithridate, rex donauit, elegantes etiam torques & armillas, iam pretiosum acinacen: quibus beatum te & omnibus reddidit suspiciendum. Temulentus iam Mithridates, Quæ hæc, sunt, inquit, Sparamixe? Nempe maiora ego & præclariora, quo die conflictum est, sum meritus à rege. Cui arridens Sparamixes, Nihil equidem,
E infit, inuideo, Mithridate. verum, quoniam aiunt Græci in vino veritatem esse, quid præclari sodes aut magni est equo delapsum inuenisse stratum, atque hunc retulisse? Id non, quo rem ignoraret, iactauit: sed vt id præsentibus arbitris illo effutiret, loquacis & impotentis iam ex vino sui stimulabat leuitatem. Igitur non temperauit quin iaceret, Vos, vt libet, pileos iacite & eiuscemodi quisquilias: ego diserte vobis affirmo interfectum hac manu Cyrum. neque enim vt Artagersis iaculum torsi irritũ & vanũ, sed paululũ aberraui ab oculo, fixoq; & traiecto tempore illũ prostraui:
F quo ex vulnere interiit. Hic cæteri exitũ iã & funestam sortẽ cernẽtes Mithridatis in terrã oculos deiecere. At conuiuator, Heus tu inquit, Mithridate,

bibamus nunc & epulemur, regis fortunam adorantes. Verba sorte nostra maiora valeant. Inde sermonem Parysatidi indicat eunuchus, illa regi. Rex ira flagrauit, quasi reuinceretur, pulcherrimumque & iucundissimum amitteret victoriæ decus. Volebat enim omnibus barbaris & Græcis persuasum, in impressionibus & concursibus quum inferret & acciperet plagam, hinc se vulneratum fuisse, hinc se Cyrum interfecisse. Itaque necari Mithridatem scaphis iussit. Est id supplicii huiuscemodi genus: Scaphas duas inter se congruentes accipiunt: in alteram supinum eum qui pœnæ est destinatus, locant: inde inducunt alteram, & coaptant ita vt caput, manus & pedes exerantur, reliquum sit inclusum corpus, tum cibum homini præbent. quem si reiiciat, compellunt eum, oculos fodicantes, sumere. A cibo mel & lac confusum ei ad potum infundunt. tum ad solem obuertunt assidue oculos eius, vt incubantium examine muscarum tota integatur facies. Quum autem intus faciat quæ homines qui edunt & bibunt, necesse habent, tineæ & lumbrici ex tabe & putredine excrementorum proueniunt. à quibus corpus in viscera penetrantibus consumitur. Postquam constat expirasse hominem, ablata superiore scapha carnem cenunt corrosam, & eiuscemodi vermium examina mordicus affixorum visceribus, eaque adedentium. Ad hunc modum Mithridates septemdecim dies tabescens, tandem interiit. Supererat Parysatidi quem peteret, ille qui caput & manum Cyri præciderat, Mesabates regis eunuchus. Hic vbi ansam dedit ipse aduersus se nullam, hanc technam est in caput eius Parysatis commenta. Fuit cętera ingeniosa sua sponte mulier & alea ludendi artifex. Quare ante bellum crebro cum rege ludebat alea, & post bellũ restituta in gratiã, eam familiaritatẽ non declinabat regis, vt & cum ea luderet, atq; amorum conscia administraq; in iis & adiutrix esset, ac plane minimam eius fruendi & cum eo consuetudinem habendi Statiræ faciebat copiam, cum supra omnes illi infesta, tum plurimũ ipsa affectans apud regem posse. Igitur quum captasset aliquando languentem otio Artoxerxem, prouocauit eum ad alea in mille Daricos ludendum, ac vincere iactu ei permisit, repræsentauitque argentum. Simulans autem dolere ac pungi victam se, petiuit vt de integro aleam iacerent de eunucho. Gessit ei morem ille. Pacti, vt quinos vterque reciperet fidissimos, ex reliquis quem victor legisset vt daret victus. hac lege luserunt. Quum intenta esset atq; in ludum incubuisset, præterea cecidisset ei feliciter alea, victrix Mesabatem sumit. neque enim de exemptis erat, & prius quàm quid ageretur, odoraretur rex, tradidit eum carnificibus, viuumq; præcepit excoriari, ac corpus transuersum in tres fustolli cruces, & pellem seorsum palo suffigi. His actis quum accensus rex in eam stomacharetur, illa cum risu cauillata, Hominem iucundũ, inquit, & egregium, qui senis improbi eunuchi excandescis gratia, ego mille alea perditis Daricis taceo & acquiesco. Ita rex impositũ sibi esse dolens, obticuit. At Statira cum alias aperte illam oppugnabat, tum hæc ferebat moleste, quod eunuchos & regi fideles crudeliter violenterq; Cyri causa interficeret.

πίνωμεν σὺν τῷ παρόντι καὶ ἐσθίωμεν, τὴν βασιλέως δαίμονα προσκυνοῦντες, λόγους δὲ μείζους ἢ καθ' ἡμᾶς ἐάσωμεν. σὺν τούτῳ, τῇ μὲν Παρυσατίδι φέρει τὸν λόγον ὁ εὐνοῦχος, σκείνῃ δὲ τῷ βασιλεῖ. βασιλεὺς δὲ ἠγανάκτησεν, ὡς ἂν ἐξελεγχόμενος, καὶ τὸ κάλλιστον καὶ ἥδιστον ἀπολλύων τῆς νίκης. ἐβούλετο γὰρ βαρβάροις ἅπασι πεπεῖσθαι καὶ Ἕλλησιν, ὡς σὺν ταῖς ἐξελάσεσι καὶ συμπλοκαῖς δυεὶς καὶ λαβὼν πληγὴν, ἐτρώθη μὲν αὐτὸς, ἔκτεινε δὲ σκεῖνον. σκέλεσι θανεῖν τὸν Μιθριδάτην ἀποφανεῖν σκαφεύθέντα. τὸ δὲ σκαφεύθέντα, τοιοῦτόν ἐστι. σκάφας δύο πεποιημένας ἐφαρμόζειν ἀλλήλαις λαβόντες, εἰς τὴν ἑτέραν κατακλίνουσι τὸν κολαζόμενον ὕπτιον· εἶτα τὴν ἑτέραν ἐπάγοντες καὶ συναρμόζοντες, ὥστε τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας ἔξω καὶ τοὺς πόδας ἀπολαμβάνεσθαι, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἀποκεκρύφθαι· διδόασιν ἐσθίειν ὃ αὐθέφτῃ, κἂν μὴ θέλῃ, προσβιάζονται, κεντοῦντες τὰ ὄμματα· φαγόντι δὲ πίνειν μέλι καὶ γάλα συγκεκραμένον ἐγχέουσιν εἰς τὸ στόμα, καὶ κατὰ τὸ πρόσωπον καταχέουσιν. εἶτα πρὸς τὸν ἥλιον ἀεὶ στρέφουσιν ἀντία τὰ ὄμματα, καὶ μυῶν προσκαθημένων πλήθους πᾶν ἀποκρύπτεται τὸ πρόσωπον. σὐτὸς δὲ ποιοῦντος ὅσα ποιεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι ἐσθίοντας αὐθέφτους καὶ πίνοντας, ὕλαι καὶ σκώληκες ὑπὸ φθορᾶς καὶ σηπεδόνος σὐ τὸ προσπόματος ἀναζέουσιν, ὑφ' ὧν ἀναλίσκεται τὸ σῶμα δι' ἀδυνομένων εἰς τὰ σὐτός. ὅτεν δὲ ἤδη φανερὸς ἦν τεθνηκὼς ὁ αὐθέφτος, ἀφαιρεθείσης τὴς ἐπάνω σκάφης, ὁρῶσι τὴν μὲν σάρκα κατεδηδεσμένην, πρὸς δὲ σπλάγχνα τοιούτων θηρίων ἐσμοὺς ἐσθιόντων καὶ προσπεφυκότων. οὕτως ὁ Μιθριδάτης ἑπτακαίδεκα ἡμέρας φθειρόμενος, μόλις ἀπέθανε. λοιπὸς δὴ ἦν τῇ Παρυσατίδι σκοπὸς, ὁ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν καὶ τὴν χεῖρα τοῦ Κύρου Μεσαβάτης, βασιλέως εὐνοῦχος. ὡς οὖν αὐτὸς τοσαύτην καθ' ἑαυτὸν λαβεῖν παρεδίδου, τοιοῦτον ἐπιβουλῆς τρόπον ἡ Παρύσατις συνέθηκεν. ἦν τὰ τε ἄλλα θυμόσοφος γυνὴ καὶ δεινὴ κυβεύειν· διὸ καὶ βασιλεῖ πρὸ τοῦ πολέμου πολλάκις συνεκύβευε· μετὰ δὲ τὸν πόλεμον δή ποτε τὴν Ἀρτοξέρξου ὁρμηθεῖσαν ἀλύειν χολῆς ὕσης, παρεκαλεῖτο πρὸς χιλίους δαρεικοῦς κυβεῦσαι. καὶ κυβεύοντα πρὸς εἶδε νικῆσαι, καὶ τὸ χρυσίον ἀπέδωκε. προσποιουμένη δὲ ἀνιᾶσθαι καὶ φιλονεικεῖν, σκέλεσιν αὖθις τὸν ἀρχῆς πρὸς εὐνοῦχον κατεκυβεύσαι· κἀκεῖνος ὑπήκουσε. ποιησάμενοι δὲ συνθήκας, πέντε μὲν ἑκάτερον ὑπεξελέσθαι τοῖς πιστοτάτοις, σὐκ δὲ τῶν λοιπῶν, ὃν αὐ νικῶν ἕλοιτο, δοῦναι τὸν ἡττώμενον· ὅπερ τούτοις σὐκύβευον. σφόδρα δὲ χαιρομένη πρὸς τὸ πρόγμα, καὶ κατουδάσασα πρὸς τὸν παιδιὰν, δὲ δέ πως αὐτῇ καὶ τῶν κύβων πεσόντων, νικήσασα, λαμβάνει τὸν Μεσαβάτην· οὐ γὰρ ἦν σὐ τοῖς ὑπεξῃρημένοις. καὶ πρὶν σὐ ὑποψίαν βασιλέα γενέσθαι τὸ πρόγματος, ἐγχειρήσασα τοῖς ὑπὸ τῶν ἡμιφείων, προσέταξεν σὐκδεῖρεσι ζῶντα· καὶ τὸ μὲν σῶμα πλάγιον διὰ πασῶν σταυρῶν ἀνάπηξαι, τὸ δὲ δέρμα χωρὶς διαπαλεῦσαι. γενομένων δὲ τούτων, καὶ βασιλέως χαλεπῶς φέροντος, καὶ παροξυνομένου πρὸς αὐτὴν, εἰρωνευομένη μετὰ γέλωτος, Ὡς ἡδὺς (ἔφασκεν) εἶς καὶ μακάριος, εἰ χαλεπαίνεις διὰ γέροντα πονηρὸν εὐνοῦχον· ἐγὼ δὲ χιλίους σὐκυβευθεῖσα δαρεικοὺς, σιωπῶ καὶ σέργω. βασιλεὺς μὲν οὖν ἐφ' οἷς ἐζηπατήθη μεταμελόμενος, ἡσυχίαν ἦγεν. ἡ δὲ Σπατίρα καὶ πρὸς τἄλλα φανερῶς ἐνεμέμφετο, καὶ τούτοις ἐδυσχέραινεν, ὡς ἄνδρας εὐνούχους καὶ πιστοὺς βασιλεῖ, διὰ Κύρον ὠμῶς καὶ παρανόμως ἀπολλυούσης αὐτῆς.

ἐπεὶ δὲ Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς Τισσαφέρνης ξενίσας ἐπάτησεν καὶ παρεσκεύασεν ὅρκων γενομένων, καὶ συλλαβὼν ἀνέπεμψεν ἐν πέδαις δεδεμένους, δεηθεῖσα φησὶν αὐτοῦ τὸν Κλέαρχον ὁ Κτησίας ὅπως κτένος ὑποτρήσειε. τυχόντα δὲ καὶ τιμελήσαντα τοῦ κεφαλίου, ἀποδοῦναί τε τῇ χρείᾳ, καὶ τὸ δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι, σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς καὶ οἰκείους. εἶναι δὲ γλυφεῖον ἐν τῇ σφραγῖδι Καρυατίδας ὀρχουμένας. τὰ δὲ πεμπόμενα σιτία τοῦ Κλεάρχου τοῖς συνδεδεμένοις τραπέζας ἀφαιρεῖσθαι καὶ κατεμαλίσκειν, ὀλίγα δὲ Κλεάρχῳ διδόντας ἀπ' αὐτῶν. ἰᾶσθαι δὲ καὶ τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας, πλείονα τοῦ Κλεάρχου πέμπεσθαι δι' ἀμφοτέρας ἁμαξάμενος, ἰδίᾳ δὲ ἑτέρᾳ τοῖς τραπέζαις διδόναι. καὶ ταῦτα μὲν ὑπουργῆσαι καὶ τοῦδε χρεῖν, χάριν καὶ γνώμην τῆς Παρυσάτιδος. πεμπομένου δὲ καθ' ἡμέραν τοῦ Κλεάρχου καὶ λιτοῦ ὄντος τοῖς σιτίοις, τοῦδε καλεῖν αὐτὸν καὶ διδάσκειν, ὡς χρὴ μικρὸν εἰς ὃ κρέας ἐμβαλόντα μαχαίριον, ἀποκρύψαντα πέμψαι, καὶ μὴ προεῖδεῖν ἐν τῇ βασιλέως ὠμότητι τὸ τέλος αὐτοῦ γενόμενον, αὐτὸν δὲ φοβούμενον μὴ ἐθελῆσαι. βασιλέα δὲ τῇ μὲν μητρὶ παραιτουμένῃ μὴ κτεῖναι τὸν Κλέαρχον, ὁμολογῆσαι καὶ ὀμόσαι· πειθόμενα δὲ αὖθις ὑπὸ τῆς Σπατείρας, ἀποκτεῖναι πολλοὺς πλὴν Μένωνος. ἐκ δὲ τούτου τὴν Παρύσατιν ἐπιβουλεύσαι τῇ Σπατείρᾳ, καὶ συσκευάσασθαι τὴν φαρμακείαν κατ' αὐτῆς. οὐκ εἰκότα λέγων, ἀλλὰ πολλὴν ἀλογίαν ἔχοντα τῆς αἰτίας· εἰ δεινὸν ἔργον οὕτως ἔδρασε καὶ παρεκινδύνευσεν ἡ Παρύσατις, δι' Κλέαρχον ἀνελεῖν τολμήσασα τὴν γνησίαν βασιλέως γυναῖκα, καὶ τέκνων κοινωνὸν ἐπὶ βασιλείᾳ τρεφομένων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἄδηλον ὡς ἐπιτεραδεῖται τῇ Κλεάρχου μνήμῃ. καὶ γὰρ ἀναιρεθέντων φησὶ τῶν στρατηγῶν τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ κυνῶν σπαραττεσθαι καὶ ὀρνέων, τοῦ δὲ Κλεάρχου νεκρὸν θύελλαν ἀνέμου, γῆς τινα πολλὴν φέρουσαν, ἐπιχῶσαι καὶ ἐπικρύψαι τὸ σῶμα. φοινίκων δέ τινων ἀμασπαρέντων, ὀλίγῳ χρόνῳ θαυμαστὸν ἄλσος ἀναφῦναι καὶ κατασκιάσαι τὸν τόπον· ὥστε καὶ βασιλεῖ σφόδρα μεταμέλειν, ὡς ἄνδρα θεοῖς φίλον ἀνῃρηκότι τὸν Κλέαρχον. ἡ δ' οὖν Παρύσατις, μίσους τε πρὸς τὴν Σπάτειραν ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένου καὶ ζηλοτυπίας, ὁρῶσα τὴν μὲν αὐτῆς δυνάμιν, ἀιδυμένου βασιλέως καὶ τιμῶντος οὖσαν, τὴν δ' ἐκείνης, ἔρωτι καὶ πίστει βέβαιον καὶ ἰσχυράν, ἐπεβούλευσεν ὑπὲρ τῶν μεγίστων, ὡς ᾤετο, τοῦδε βαλλομένη, θεράπαιναν εἶχε πιστὴν καὶ δυναμένην παρ' αὐτῇ μέγιστον, ὄνομα Γίγιν· ἣν ὁ μὲν Δείνων ὑπουργεῖσθαι τῇ φαρμακείᾳ φησὶ, συγγνώμην δὲ μόνον ἄκουσαν ὁ Κτησίας. τὸν δὲ δόντα τὸ φάρμακον οὗτος μὲν ὀνομάζειν Βελιτάραν, ὁ δὲ Δείνων Μελάντην. ἐκ δὲ τῆς πρόσθεν ὑποψίας καὶ διαφορᾶς ἀρξάμεναι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτᾶν καὶ συνδειπνεῖν ἀλλήλαις, ὅμως τοῦ δεδιέναι καὶ φυλάττεσθαι, τοῖς αὐτοῖς σιτίοις καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐχρῶντο. γίνεται δὲ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὀρνίθιον, ᾧ τρεῖς πώματος οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅλον ἀμάπλεων πιμελῆς τὰ ἐντός. ἣν καὶ νομίζοισιν ἀνέμῳ καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῶον. ὀνομάζεται δὲ ῥωπάκης. τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας μικρᾷ μαχαιρίδι κεχρισμένῃ τοῦ φαρμάκου κατὰ θάτερα, τὴν Παρύσατιν διαιρέσασαν, ἐκμάξαι τοῦ ἑτέρου μέρους τὸ φάρμακον. καὶ τὸ μὲν ἄχρηστον καὶ καθαρὸν εἰς τὸ σῶμα βαλοῦσαν αὐτὴν ἐαυτῆς, δοῦναι δὲ τῇ Σπατείρᾳ τὸ πεφαρμαγμένον. ὁ δὲ Δείνων οὐ τὴν Παρύσατιν, ἀλλὰ τὸν Μελάντην τέμνοντα τοῦ μαχαιρίου, τὰ φαρμακόμενα τῶν κρεῶν λιθίναις κατὰ τὴν Σπάτειραν.

ἀποθνήσκουσα

A Postquam Clearchum aliosque duces interposito iureiurando circumuenit Tissaphernes, comprehensosque & vinculis astrictos ad regem misit: rogatum refert se à Clearcho Ctesias vt pectinis copiam sibi faceret. Quo accepto, curasse eũ caput, oblectatumq; pectinis vsu, & annulum suum amicitiæ mutuæ ad necessarios & familiares Lacedæmone suos insigne sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Cibaria quæ Clearcho mittebantur, à concaptiuis militibus interuersa & consumpta, pauca vero ex illis relicta Clearcho. Cui rei etiam refert se remedium Ctesias adhibuisse, effecisseque vt copiosiora mitterentur Clearcho, ac militibus separatim præberentur alia, atque hæc subministrasse & suppeditasse ex beneficio & sententia Parysatidis. Quum mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria perna, orasse ipsum Clearchum ac subiecisse, modicum pugionem vt in carnem conditum clam sibi mitteret, neque sineret vt regis fata sua paterent atrocitati: cæterum abnuisse metu se. Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumitate iureiurando annuisse: verum impulsu inde Statiræ cunctos fuisse ab eo præter Menonem trucidatos. Hinc Statiræ tetendisse Parysatidem insidias, virusque ei concinnasse. Verum parum probabilia affert, & coniuncta cum absurda causa, facinus admisisse adeo nefarium, atque in periculum sese præcipitauisse Parysatidem Clearchi gratia, sustinentem iustam regis coniugem liberorumque consortem ad regnum educatorum necare. Cæterum non obscure exaggerat hæc ad Clearchi commendandam memoriam. Etenim attexit hoc quoq;, duces obtruncatos cæteros fuisse à canibus & alitibus laniatos, Clearchi cadaueri venti procellam cumulum terræ excitasse atque iniecisse corpori, idque contexisse. quo loco enato palmeto, breui eximiũ nemus excreuisse ac locum eum inumbrasse. itaque magna ductum pœnitentia regem, quod virũ diis charum peremisset Clearchũ. Parysatis ergo, quum odium iam inueteratum atq; æmulationem concepisset in Statiram, cernens potentiam suam à rege se reuerente & honorante proficisci, illius vero amore & fide stabilem firmamq;, instruxit ei insidias, de summa, vti arbitrabatur, aleam iaciens. Ancillam habebat fidam, quæ plurimum apud ipsam poterat, Gigim dictam. quam administram veneni Dinon tradit fuisse, consciam modo inuitam Ctesias. Illum qui venenum dedit, hic Belitaram appellat, ille Melantam. Instituentes autem ex superioribus suspicionibus ac simultate congredi denuo & vna cœnare, cum metu tamen & cautione iisdem epulis atq; ab iisdem vtebantur paratis. Nascitur apud Persas exigua auis, quę omni caret excremẽto, habetq; intestina omnia adipe differta: vnde vento arbitrantur & rore hoc animal viuere: Ryntaces dicitur. Hanc autumat Ctesias cultello, quem altero latere illeuerat toxico, dissecuisse Parysatidem, atq; infecisse alteram partem veneno, partem synceram & puram ori ingestam ipsam mandisse, Statiræ vero dedisse virulentam. Dinon non Parysatidem, sed Melantam medicatas carnes secuisse cultro & Statirę apposuisse.

Huelii Dem. Euang. p. 66.

Quũ animam igitur magnis cum cruciatib.&doloribus ageret mulier, & ipsa olfecit maleficium, &suspicionem regi aduersus matrẽ attulit,feritatẽ illius & animũ implacabilẽ cognoscenti. Vnde quæstioni extemplo intentus,ministros matris& structores corripuit ac tormẽtis lacerauit. At Gigim diu Parysatis in cubiculo suo tenuit,deposcẽtiq; denegauit regi.verũ post orante illa vt domũ nocte dimitteretur,certior factus locatis insidiis cõprehendit Gigim, eamq; rei capitalis damnauit.Legitima pœna veneficis apud Persas hæc infligitur:Saxum est latũ,cui capita illorũ imponẽtes altero saxo feriunt&elidunt,quod cõtuderint faciẽ & caput. Ad hunc modũ periit Gigis.Parysatidẽ Artoxerxes nullo nec verbo nec facto læsit, nisi quod petentẽ relegauerit Babylonẽ, adiiciẽs, quoad superesset illa,non visurũ se Babylonẽ. Ita res Artoxerxis domi se habebant. Vt vero rex adductos à Cyro Grecos,quos nõ minus elaborauerat in potestatem suam redigere quam vincere Cyrum & regnũ retinere, non potuit capere, sed imperatore amisso Cyro ducibusq; suis ex ipsa prope emerserunt regia,degentes & reuelantes Persarũ & regis res vim auri esse&luxum&mulieres, cętera fastum ac minas:cum tota se erexit Gręcia &despexit barbaros,tum Lacedæmonii turpe duxerunt nisi tunc certe incolentes Asiam Græcos seruitute eximerent, atque ab illorum assererent contumeliis. Ac primum vbi duce Thimbrone, deinde Dercyllida arma in Asiam promouentes nihil memorabile gesserunt, præfecere bello regem Agesilaum.qui transportato protinus in Asiã exercitu, rebus gerendis intentus magnum nomen comparauit.Tissaphernem fudit fugauitq;, & ciuitates ad defectionem impulit. His actis aduertens Artoxerxes quemadmodum gerendum bellum esset,Rhodium Hermocratem magna vi auri instructũ misit in Gręciam, mandans vt corrumperet illos quorum summa esset in ciuitatib. autoritas,bellumq; in Lacedæmonios totius Gręcię conciret.Id exequente Hermocrate,potentissimisque ciuitatibus conspirantibus, atque conturbata Peloponneso, Agesilaum reuocauerunt ex Asia magistratus Lacedæmoniorum.Quo quidem tempore ferunt decedẽtem apud amicos dixisse tribus millibus sagittariorum ex Asia se à rege expelli. Sunt enim nummi Persici sagittario signati.Lacedęmonios etiam mari summouit, Cononis Athenienſis cum Pharnabazo ductu.Siquidem Conon in Cypro post prælium nauale ad Ægos flumen egit,non securitatem sectans, sed rerum conuersionem sicut in mari æstus opperiens reciprocationem. Qui quod videret sua consilia viribus,&regis vires viro prudente egere,ad regẽ misit de rationib. suis epistolã, quã tabellario iussit potissimum Zenone interprete Cretẽsi vel Polycrito Mendęo reddere: (horum fuit Zeno saltator,medicus Polycritus)qui si abessent, Ctesia medico.Fama est hũc accepta epistola Cononis,scriptis eius adiecisse vt Ctesiam quoque ad se mitteret,ad res maritimas conducibilem. Ctesias vero regem ait sua sponte hoc sibi muneris iniunxisse.

A ἀποθνήσκουσα γοερῶ ἡ γυνὴ μετὰ πόνων μεγάλων καὶ ἀσαεσφμῶν, αὐτή τε σωφρονίσαι τὸ κακὸν, καὶ βασιλεῖ παρέσχεν ὑποψίαν κατὰ τῆς μητρὸς, εἰδὼς τὸ φιλόδες αὐτῆς καὶ δυσμείλικτον. ὅθεν αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ ζήτησιν ὁρμήσας, τοὺς μὲν ὑποπρέσας καὶ τραπεζοκόμους τῆς μητρὸς συνέλαβε καὶ κατεφρέβλωσε· τοῦ δὲ Γίγιν ἡ Παρύσατις πολὺν χρόνον εἶχεν οἴκοι μετ' αὐτῆς, καὶ βασιλέως ἐξαιτουμένου οὐκ ἔδωκεν. ἀλλ' ὕστερον αὐτῆς δεηθείσης εἰς τὸν οἶκον ἀφιεῖναι νυκτὸς, ἀμαθόμενος καὶ λόγον ὑφεὶς συνήρπασε, καὶ κατέγνω θάνατον. ἀποθνήσκουσι δὲ οἱ φαρμακεῖς ὑπὸ Πέρσας κατὰ νόμον

B οὕτως. λίθος ἐστὶ πλατὺς ἐφ' οὗ τοῦ κεφαλοῦ κατθέντες αὐτῷ, ἑτέρῳ λίθῳ πάουσι καὶ πιέζουσιν, ἄχρις οὗ συνθλάσωσι τὸ πρόσωπον καὶ τὴν κεφαλήν. ἡ οὖν Γίγις οὕτως ἀπέθανε. τοῦ δὲ Παρύσατιν ὁ Ἀρτοξέρξης ἄλλο μὲν οὐδὲν οὔτε εἶπε κακὸν, οὔτε ἐποίησεν, εἰς ὃ Βαβυλῶνα βουλομένῳ ἐξέπεμψεν, εἰπὼν, ἕως ἐκείνη ζῇ, αὐτὸς οὐκ ὄψεσθαι Βαβυλῶνα. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν οἰκίαν οὕτως εἶχεν. ἐπεὶ δὲ τοὺς Κύρῳ συναναβάντας Ἕλλησας πουδάσας λαβεῖν ὁ βασιλεὺς οὐδὲν ἧττον ἢ Κύρου θεραπεύειν, καὶ τὴν βασιλείαν κατασχεῖν, οὐκ ἔλαβεν, ἀλλὰ Κῦρον τὸν ἡγεμόνα καὶ τοὺς αὐτῷ στρα-

C τηγοὺς ἀποβαλόντες, ὃς αὐτῷ μονονουχὶ τῷ βασιλείῳ ἐσώθησαν, ἐξελέγξαντες καὶ ἀποφήναντες τὰ Περσῶν καὶ βασιλέως πράγματα, χρυσὸν ὄντα πολὺν καὶ τρυφὴν καὶ γυναῖκας, τὰ δὲ ἄλλα τύφον καὶ ἀλαζονείαν, πᾶσα μὲν ἡ Ἑλλὰς ἐξεθάρρησε καὶ κατεφρόνησε τὴν βαρβάρων· Λακεδαιμονίοις δὲ καὶ δεινὸν ἐφαίνετο, μὴ νῦν γε δουλείας ἐξελέσθαι τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας Ἕλληνας, μηδὲ παθεῖν πρὸς πλακιζομένοις ὑπὸ αὐτῶν. πρότερον καὶ ἀλλὰ Θίμβρωνος, εἶτα ἀλλὰ Δερκυλίδου πολεμοῦντες, οὐδὲν ὄ πρᾶττοντες ἀξιόλογον, Ἀγησιλάῳ τῷ βασιλεῖ τὸν πόλεμον ἐπέτρεψαν. ὁ δὲ, περαιωθεὶς ναυσὶν εἰς Ἀσίαν, αὐτὸς μὲν ἐνεργὸς, καὶ δόξαν εἶχε μεγάλην· καὶ Τισσαφέρνην ὑπεξαλάμενος ἐνίκησε, καὶ τὰς πόλεις ἀφίστη. τούτων δὲ γιγνομένων, συμφρονήσας ὁ Ἀρτοξέρξης ὃν τρόπον αὐτῷ ἐστὶ πολεμητέον, ἔπεμψεν Ἑρμοκράτει τὸν Ῥόδιον εἰς τὴν Ἑλλάδα χρυσίον πολὺ κομίζοντα, διδόναι καὶ διαφθείρειν τοὺς πλείστον ἐν ταῖς πόλεσι δυναμένους κελεύσας, καὶ πόλεμον Ἑλληνικὸν κινεῖν ἐπὶ τοῦ Λακεδαίμονα. τοῦ δὲ

D Ἑρμοκράτους ταῦτα πράττοντος, καὶ τῶν μεγίστων πόλεων συνιστάμενων, καὶ τῆς Πελοποννήσου διαταραττομένης, μετεπέμποντο τὸν Ἀγησίλαον οἱ ἄρχοντες, ὅτε δὴ καὶ φασιν αὐτὸν ἀπιόντα πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν, ὡς τεισμυρίοις τοξόταις ἐξελαύνοιτο τῆς Ἀσίας ὑπὸ βασιλέως. ὃ δὲ Περσικὸν νόμισμα τοξότου ἐπίσημον εἶχεν. ἐξέβαλε δὲ καὶ τῆς θαλάσσης Λακεδαιμονίους, Κόνωνι τῷ Ἀθηναίῳ μετὰ Φαρναβάζου στρατηγῶ χρησάμενος. ὁ δὲ Κόνων διέτριβε μὲν ἐν Κύπρῳ μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, οὐ τὴν ἀσφάλειαν ἀγαπῶν, ἀλλὰ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, ὥσπερ ἐν πελάγει τὸν πνεῦμα. ὁρῶν δὲ καὶ τοὺς ἑαυτοῦ λογισμοὺς, δυνάμεως, καὶ τὴν βασιλέως δύναμιν, ἀνδρὸς ἔμφρονος δεομένῳ, ἔπεμψεν ἐπιστολὴν βασιλεῖ πρὸς ἣν διενοεῖτο· καὶ ταύτην ἐκέλευσε τὸν κομίζοντα,

E μάλιστα μὲν ἀποδοῦναι Ζήνωνος τοῦ Κρητὸς, ἢ Πολυκράτους τοῦ Μενδαίου· (τούτων δὲ ἦν ὁ μὲν Ζήνων ὀρχηστὴς, ὁ δὲ Πολύκρατος, ἰατρὸς) εἰ δὲ οὔτοι μὴ παρῶσι, Δημοκράτους τοῦ ἰατροῦ. λέγεται δὲ ὁ Κτησίας, τὴν ἐπιστολὴν λαβὼν, παρεγγράψαι τοῖς ὑπὸ τοῦ Κόνωνος ἐπεσταλμένοις, ὅπως καὶ Κτησίαν ἀποστείλῃ πρὸς αὐτὸν, ὡς ὠφέλιμον ὄντα τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ πράξεσιν. ὁ δὲ Κτησίας αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ βασιλέα φησὶ προσθεῖναι τὴν λειτουργίαν αὐτῷ ταύτην.

ἀλλ' ἐπεὶ κρατήσας τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ διὰ Φαρνα-
βάζου καὶ Κόνωνος, ἀφείλετο τὴν θάλατταν ἀρχὴν
Λακεδαιμονίους, ἐπέστρεψε πᾶσαν ὁμοῦ τὴν Ἑλλάδα πρὸς
αὐτόν, ὥστε καὶ τὴν πρεσβύτην εἰρήνην βραβεῦσαι τοῖς Ἕλλη
σι τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου προσαγορευομένην. ὁ δ' Ἀνταλκίδας
Σπαρτιάτης, Λεόντος μὲν υἱός, καὶ συνουδάσας βασιλεῖ, διε-
πράξατο τοσαῦτα τὴν Ἀσίαν πόλεις Ἑλληνίδας ἁπάσας, καὶ νή-
σους ὅσαι πρόσκυροῦσιν Ἀσίᾳ, παρεῖναι Λακεδαιμονίοις αὐ-
τῶν κεκτημένοις φόρων ὑποτελεῖς, εἰρήνης γενομένης τοῖς Ἕλλησι·
(εἰ δεῖ τὴν τῆς Ἑλλάδος ὕβριν καὶ προδοσίαν εἰρήνην καλεῖν, ἧς
πόλεμος οὐδεὶς ἀκλεέστερον μέμνηκε· τέλος τοῖς κρατηθεῖ-
σι) διὸ καὶ τοὺς ἄλλους Σπαρτιάτας ἀεὶ βδελυττόμενος ὁ
Ἀρτοξέρξης, καὶ νομίζων (ὡς φησι Δείνων) ἀνθρώπων ἀπανή-
των ἀναιδεστάτους εἶναι), τὸν Ἀνταλκίδαν ὑπεδέξατο εἰς
Πέρσας ἀναβάντα. καί ποτε λαβὼν ἔνια τῶν ἀνθινῶν στεφά-
νων, καὶ βάψας εἰς μύρον τὸ πολυτελέστατον ἀπὸ δείπνου, ἔπε-
μψε τῷ Ἀνταλκίδᾳ· καὶ πολλοὶ ἐθαύμασαν τὴν φιλοφροσύνην· ὃν δὲ (ὡς ἔοικεν) οὐδὲν ὑπεστήδειος ἐπιτρυφῆσαι, καὶ πιοῦσαν λαβεῖν στέφανον, ὁρχησάμενος ἐν Πέρσαις τὸν Λεωνίδαν καὶ τὸν Καλλικρατίδαν. ὁ μὲν γὰρ Ἀγησίλαος (ὡς ἔοικε) πρὸς τὸν εἰπόντα, Φεῦ τῆς Ἑλλάδος, ὅπου μηδίζουσιν ἡμῖν οἱ Λάκωνες, Οὐ μᾶλλον (εἶπεν) οἱ Μῆδοι λακωνίζουσι. τὸ δὲ ῥήματος ἀκαμψίας τὸ τραύματος αἰσχύνην οὐκ ἀφεῖλεν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἡγεμονίαν ἀπώλεσαν, ἐν Λεύκτροις ἀγωνισάμενοι κακῶς· ἡ δὲ δόξα τῆς Σπάρτης πρὸς ἀπώλετο τὴν ὁμολογίας ἐκείνας. ἄχθη μὲν οὖν ἐπράθησαν ἡ Σπάρτη, ξένον ἐποιεῖτο καὶ φίλον ὠνόμαζεν ἑαυτοῦ τὸν Ἀνταλκίδαν, ἐπεὶ δὲ ἡττήθησαν ἐν Λεύκτροις τὰ πεινὰ πράττοντες, ἐδέοντο μὲν χρημάτων, καὶ τὸν Ἀγησίλαον εἰς Αἴγυπτον ἐξέπεμψαν· ὁ δὲ Ἀνταλκίδας ἀνέβη πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, φοβηθεὶς τοὺς ἐπαρχέσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις. ὁ δ' οὕτως ἐξημέλησε καὶ παρεῖδε καὶ ἀπωθήσατο αὐτόν, ὥστε καταβαίνων καὶ χλευαζόμενον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, φοβούμενον καὶ τοὺς ἐφόρους, ἀποκαρτερῆσαι. ἀνέβη δὲ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος, καὶ Πελοπίδας, ἤδη τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην νενικηκώς. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδὲν αἰσχρὸν ἐποίησεν. Ἰσμηνίας δὲ προσκυνῆσαι κελεύομενος, ἐξέβαλε πρὸ αὐτοῦ χαμάζε τὸν δακτύλιον, εἶτα κύψας ἀνείλετο, καὶ παρέσχε δόξαν προσκυνοῦντος. Τιμαγόρᾳ δ' τῷ Ἀθηναίῳ διὰ Βηλυδείδου γραμματέως εἰσπέμψαντι γραμματίδιον ἀπόρρητον πάθεις, μυείους τε δαρείκους ἔδωκε, καὶ γάλακτος βοείου δεομένῳ διὰ ἀσθένειαν, ὀγδοήκοντα βοῦς ἀμέλγεσθαι παρηκολούθουν. ἔτι δὲ κλίνας καὶ στρώματα καὶ τοὺς στρωννύντας ἔπεμψεν, ὡς οὐμεμαθηκότων Ἑλλήνων ὑποστρωννύναι· καὶ φορεῖς τοὺς κομίζοντας αὐτὸν ἄχρι θαλάσσης μαλακῶς ἔχοντα. παρέθηκε δὲ δεῖπνον ἐπέμπετο λαμπρότατον· ὥστε καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως Ὀστάνην, Ὦ Τιμαγόρα (φάναι) μέμνησο τούτης τῆς τραπέζης· οὐ γὰρ ὅπῃ σμικροῖς ὅτω σοι κεκοσμημένη παρέκειται. τοῦτο δὲ μὲν ὀνειδισμὸς εἰς πρόδοσιν μᾶλλον ἢ χάριτος ὑπόμνησιν. Τιμαγόρου μὲν οὖν διὰ δωροδοκίαν Ἀθηναῖοι θάνατον κατέγνωσαν. ὁ δ' Ἀρτοξέρξης ἐν δὲ τοῖς πάντων ὧν ἐλύπει τοὺς Ἕλληνας ἤνεγκε, Τισαφέρνην τὸν ἔχθιστον αὐτοῖς καὶ δυσμενέστατον ἀποκτείνας. ἀπέκτεινε δὲ, ταῖς διαβολαῖς αὐτοῦ τῆς Παρυσάτιδος συνεπιθεμένης. οὐ γὰρ ἐνέμεινεν ἐν τῇ ὀργῇ πολὺν χρόνον ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ διαλλάγη τῇ μητρὶ, καὶ μετεπέμψατο,

A At postquam obtenta per Pharnabazũ & Conona apud Gnidum nauali victoria maritimo imperio exuit Lacedæmonios, cõuertit ad se pene totã Græciam, adeo vt celebrẽ illam pacem Græcis, quæ appellata est Antalcidia, quibus vellet conditionibus daret. Fuit Antalcidas Spartiates, Leontis filius. Hic regis studiosus, effecit vt ei vrbes Græcas & insulas quæ contribuuntur Asiæ, permitterent Lacedæmonii, pace cum Græcis facta, vectigales possidere, si probrũ Græcię & proditio pax appellanda est, qua bellum nullum fœdiorẽ
B victis attulit exitum. Vnde Artoxerxes qui à cęteris Spartiatis semper fuit auersus, homines numerans eos esse, vt ait Dinon, omnium impudẽtissimos, profectum in Persidem impense complexus est Antalcidam, coronamq; vnam ex floribus factam in pretiosissimum demersit vnguentum, eamque ex cœna Antalcidæ misit. quem fauorẽ omnes admirati sunt. Cæterum erat, meo iudicio, dignus ille quicum rex ageret licenter, & qui talem coronam acciperet, qui inter Persas Leonidam & Callicratidam saltauit. Nam Agesilaus quidem ad eum qui dixit, Miseram Græciam,
C vbi Lacones nobis cum Medis sentiunt, Minimè, inquit, sed sentiunt cum Laconibus Medi. Atqui maculam rei non detersit illius dicti festiuitas, sed imperium improspera pugna apud Leuctra perdidere, gloriamq; insuper Spartæ illo effudere fœdere. Quousq; ergo in primatu Græcię Sparta fuit, hospitem habuit & amicum suum nominauit Antalcidam: vt vero ad Leuctra fusi Lacedæmonii sunt, afflictique eguerunt pecunia, atq; idcirco
D Agesilaum in Ægyptum miserunt, Antalcidas autem ad Artoxerxem perrexit, oratum vt Lacedæmonios pecunia iuuaret: ille vsque eo neglexit, despexitq; eum, & reiecit petitionem, vt regressus, quod videret se hostibus esse ludibrio, & metueret insuper ephoros, vitam inedia finierit. Contẽderunt etiam ad regem Thebanus Ismenias, & Pelopidas, iam acie Leuctrica victor. Cæterum nihil hic admisit turpe: Ismenias, quum adorare regem iuberetur, annulum ad pedes suos humi abiecit, quem inclinato sustulit corpore. vnde existimauerunt eum regem adorasse. Timagoræ Athenienſi, qui per Belurim scribam epistolam miserat ad ipsum de rebus arcanis, lætus mille Daricos donauit, & lactis bouini valetudinis causa indigenti boues octoginta dedit ad mulgendum,
E quæ eum comitabantur. Adhæc lectum ei, vestẽ stragulam, & stratores, quasi rudibus ad sternendum Græcis, misit: baiulos item, qui ad mare infirma valetudine affectum deportarent. Cœna quoque præsenti lautissima missa. Vnde frater regis Ostanes, Memineris, inquit, huius Timagora mensæ. Neque enim leui de causa ita tibi instructa apponitur. Ea improperatio proditionis potius quam beneficii erat suggestio. Harum sordium nomine Timagoram capitis damnauerunt Athenienses. At Artoxerxes pro omnibus calamitatibus quas intulit Græcis, rem vnam gratam fecit, quod inimicissimum eis & infestissimum Tissaphernem interemerit. Interemit
F eum Parysatide delatas aduersus eum exacuente calumnias. Neque enim iræ rex diu inhæsit, sed placatus acciuit matrem, quod ingenio & animo

ad regnum regendũ videret præditam, neq; causa vlla iam subesset quamobrẽ suspectarẽt in consuetudine aut offenderẽt sese mutuo. Deinceps in omnib. illa regi obsecundando, neq; vlli rei, quam hic agebat, refragando, autoritatẽ apud eum nacta est, atq; omnia assequuta. Animaduertit autem alteram filiam eũ Atossam perdite amare, verum morbum suum ipsius causa vehementer habere occultum & comprimere vt nonnulli dictitant, quanuis intercederet iam ei tecta cum virgine cõsuetudo. Vt igitur in suspicionem puella Parysatidi venit, cœpit eam magis quam ante fouere, atq; apud Artoxerxem extollere, formamque & mores eius vt regalis & præclarę puellæ. Denique vt duceret puellam suasit ei, ac legitimam cõiugem faceret, Græcorum existimatione & legibus contemptis. Legem Persis ipsum à deo, honestique & inhonesti datum normam. Sunt tamẽ qui dicant, ex quibus Cymæus est Heraclides, non vnam hãc tantum filiam suam Artoxerxem, sed alteram etiam matrimonio sibi iunxisse Amestrim, de qua mox dicemus. Atossam vsque adeo dilexit pater matrimonio sibi coniunctam, vt quum esset vitiligo corpus eius depasta, nihil quicquam fuerit ea re offensus, sed Iunonem supplex pro ea vnam adoraret ex diis, manibus tellurem contingens, & donorum tantam vim iussu eius satrapæ & amici mitterent, vt interiecta inter fanum & regiam sexdecim stadia auro, argento, purpura, equis affluerent. Porro quum bellum ducibus Pharnabazo & Iphicrate mouisset Ægyptiis, ob illorum dissensionem res fuit infecta. Cadusiis ipse intulit bellum CCC. millibus peditum & decẽ equitum. Regio eorum est salebrosa & nebulosa, sementisque & frugum infœcunda, pyris vero syluestribus, pomis, & aliis id genus fructibus homines bellicosos ferocesq; alit. In hanc delatũ graues difficultates & discrimina imprudẽtem excepere. Nihil enim illic sumere erat commeatuum, neq; aliunde importare. Iumentis modo tolerabant se, vt caput asini vix LX. drachmis venale esset. Deficiebãt iam regem commeatus, pauci autem equi adhuc reliqui erant, cæteros in cibo consumpserant. Ibi Tiribazus, qui crebro locum apud regẽ virtutis causa obtinuerat primum, crebro ob leuitatem eo deiectus, tunc vero abiectus contemptusque erat, regem & exercitum seruauit. Nam apud Cadusios quum essent duo reges, vterq; autem haberet seorsum castra, adiit Artoxerxẽ. cui postquam quid pararet, aperuit: ipse ad alterum Cadusiorum regem est profectus, ad alterum clam filium misit. Vterque vtrique imposuit, alterum demonstrans missis ad Artoxerxem legatis amicitiam & societatem soli sibi quærere. Quare si saperet, faciundum ei vt præuertat, adiutorem se ei in omnibus fore. His ambo fidem habuere, & quia inuidiam mutuam habebant suspectam, alter cum Tiribazo legatos, cum Tiribazi filio alter misit. Quum mora intercederet, in grauem opinionem & calumniam venit apud regem Tiribazus. Conciderat animo rex, pœnitebatque eum quod fidem Tiribazo adiunxisset, & præbebat aures eius æmulis. Adfuit Tiribazus tandem, adfuit quoque filius eius, qui Cadusios adduxere.

A νοῦν μὲν ὁρῶν ἔχουσαν καὶ φρόνημα βασιλείας ἄξιον, αἰτίας δὲ μηδεμιᾶς ἐμποδὼν οὔσης ἐπὶ δὶ' ἣν ὑπόφονται σωιόντες ἀλλήλοις, ἢ λυπήσουσιν. ἐκ δὲ τούτου πρῶτα πρὸς χάριν ὑπουργοῦσα βασιλεῖ, καὶ τὰ πρὸς μηδὲν ὧν ἐκεῖνος ἐπράττεν διεκωλαίνειν, ἔχουσα ὃ δυνάμενος παρ' αὐτῷ καὶ τυγχάνειν ἀπόντων, ἠθέτο τῆς ἑτέρας τῶν θυγατέρων Ἀτόσης ἐρῶντος ἔρωτα δεινὸν ὑπεκρυπτομένου δέ, δι' ἐκείνου οὐκ ἤκιστα, καὶ κολάζοντος τὸ πάθος (ὡς φασιν ἔνιοι) καίτοι γε μνημονευομένης ἤδη πρὸς τὴν παρθένον ὁμιλίας αὐτῷ λαθραίας. ὡς οὖν ὑπώπτευσεν ἡ Παρύσατις, τὴν παῖδα μᾶλλον ἢ πρότερον ἠσπάζετο καὶ πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην ἐπῄνει τό, τε κάλλος αὐτῆς καὶ τὸ ἦθος, ὡς βασιλικῆς, καὶ μεγαλοπρεποῦς. τέλος γοῦν, γῆμαι τὴν κόρην ἔπεισε, καὶ γνώσιν ἀποδεῖξαι γυναῖκα, χαίρειν ἐάσασα τὰ δόξας Ἑλλήνων καὶ νόμους. Πέρσαις δὲ νόμον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ δικαιοτάτην αἰσχρῶν καὶ καλῶν ἀποδεδειγμένον. ἔνιοι μέντοι λέγουσιν (ὧν ἐστι καὶ Ἡρακλείδης ὁ Κυμαῖος) οὐ μίαν μόνον τῶν θυγατέρων, ἀλλὰ καὶ δευτέραν Ἄμηστριν γῆμαι τὸν Ἀρτοξέρξην, περὶ ἧς ὀλίγον ὕστερον ἀπαγγελοῦμεν. τὴν δὲ Ἄτοσαν οὕτως ἠγάπησεν ὁ πατὴρ συνοικοῦσαν, ὥστε ἀλφοῦ κατανεμηθέντος αὐτῆς τὸ σῶμα,

B δυσχεραίνειν μὲν ὅτι τούτῳ μηδὲν ὁποιῶν· εὐχόμενος δὲ περὶ αὐτῆς τῇ Ἥρᾳ, προσκυνῆσαι μόνην θεῶν ἐκείνην, ταῖς χερσὶ τῆς γῆς ἁπτόμενος· δῶρά τε τῇ θεῷ τοσαῦτα πέμψαι τοὺς σατράπας καὶ φίλους, αὐτοῦ κελεύσαντος, ὥστε τὰ μεταξὺ τοῦ ἱεροῦ καὶ τῶν βασιλείων ἑκκαίδεκα στάδια, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ πορφύρας καὶ ἵππων ἐμπλησθῆναι. πόλεμον δὲ πρὸς μὲν Αἰγυπτίους ἅμα Φαρναβάζου καὶ Ἰφικράτους ἐξενεγκών, ἀπέτυχε, σασιασάντων ἐκείνων· ὅπι δὲ Καδουσίους αὐτὸς ἐστράτευσε τριάκοντα μυριάσι πεζῶν καὶ μυρίοις ἱππεῦσιν. ἐμβαλὼν δ' εἰς χώραν τραχύτητι χα-

D λεπὴν καὶ ὀμιχλώδη, καὶ τῶν ἀπὸ σπόρου καὶ καρπῶν ἄγονον, ἀπίοις δὲ καὶ μήλοις καὶ τοιούτοις ἄλλοις ἀκροδρύοις τρέφουσαν ἀνθρώπους πολεμικοὺς καὶ θυμοειδεῖς, ἔλαθε μεγάλαις ἀπορίαις καὶ κινδύνοις περιπεσών. οὐδὲν γὰρ εὐώνιμον ἦν λαμβάνειν, οὐδὲ ἔξωθεν ἐπεισάγεσθαι. τὰ δὲ ὑποζύγια μόνον κατέκοπτον, ὥστε οἴου κεφαλὴν μόλις δραχμῶν ἑξήκοντα ὤνιον εἶ). τὸ δὲ βασιλικὸν δεῖπνον ἐξελείφθη· καὶ τὸν ἵππον ὀλίγοι παρῆσαν ἐπί, τοὺς δὲ ἄλλους ἐφοδοιπορεῖτες κατηναλώκεσαν. ἐν ταύτῃ Τιριβάζος, ἀνὴρ πολλάκις μὲν ἐν πρότερον δ' ἀνδραγαθίαν τάξει νομόμενος, πολλάκις δὲ ἀπορριφεὶς ἅμα κουφότητα, καὶ τότε ταπεινὰ

E πράττων καὶ περιορώμενος, ἔσωσε βασιλέα καὶ τὸν στρατόν. ὄντων γὰρ δυοῖν ἐν τοῖς Καδουσίοις βασιλέων, ἑκατέρου δὲ χωρὶς στρατοπεδεύοντος, ἐντυχὼν τῷ Ἀρτοξέρξῃ, καὶ φράσας περὶ ὧν διενοεῖτο πράττειν, ἐβάδιζεν αὐτὸς πρὸς τὸν ἕτερον τῶν Καδουσίων, καὶ πρὸς τὸν ἕτερον κρύφα τὸν υἱὸν ἔπεμψεν. ἑξήπατα δὲ ἑκάτερον ἑκάτερος, λέγων ὡς ἄτερος ὅπι πρεσβεύοι πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην, φιλίαν μόνῳ πράττων ἑαυτῷ καὶ συμμαχίαν. οὐκοῦν, εἰ σωφρονοῖ, χρῆναι πρέπειν ἐκείνῳ συλλαμβάνειν ἐκείνῳ, αὐτὸν δὲ συμπράξειν ἅπαντα. πυθόμενοι ἐπείθησαν ἀμφότεροι, καὶ φθονεῖν ἀλλήλοις νομίζοντες, ὁ μὲν τῷ Τιριβάζῳ συνέπεμψε πρέσβεις, ὁ δὲ ὦ παῖδι τοῦ Τιριβάζου διαβεβῆς δὲ γνωσθείς, ὑποψίαι καὶ ἅμα βο-

F λαὶ κατὰ τοῦ Τιριβάζου τῷ Ἀρτοξέρξῃ προσέπιπτον. αὐτὸς δὲ δυσθύμως εἶχε, καὶ μετενόει, πιστεύσας τῷ Τιριβάζῳ, καὶ τοῖς φθονοῦσιν ἐγκαλεῖν παρέχων. ἐπεὶ δὲ ἧκεν ὁ Τιριβάζος, ἦκε δὲ καὶ υἱὸς αὐτοῦ, τοὺς Καδουσίους ἄγοντες,

ἐγένοντο δὲ σπονδαὶ πρὸς ἀμφοτέρους καὶ εἰρήνη, μέγας ὢν
ὁ Τιρίβαζος ἤδη καὶ λαμπρὸς ἀνεζεύγνυε μετὰ τοῦ βασι-
λέως, ἐπιδεικνυμένου πᾶσαν τὴν δειλίαν καὶ τὴν μαλακίαν, οὐ τρυ-
φῆς καὶ πολυτελείας (ὥσπερ οἱ πολλοὶ νομίζουσιν) ἔκγονον οὖσ᾽,
ἀλλὰ μοχθηρᾶς φύσεως ἀγεννοῦς δόξας πονηρᾶς ἐπομένης.
οὔτε γὰρ χρυσὸς, οὔτε κάνδυς, οὔτε ὁ τῶν μυρίων καὶ διχιλίων
ταλάντων περικείμενος ἀεὶ τῷ βασιλέως σώματι κόσμος
οὐκ εἴνον ἀπεκώλυε πονεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, ὥσπερ οἱ τυχόν-
τες· ἀλλὰ τήν τε φαρέτραν ἐπημμένος, καὶ τὴν πέλτην
φέρων αὐτὸς, ἐβάδιζε πρῶτος ὁδοὺς τραχείας καὶ προσάντεις,
ἀπολιπὼν τὸν ἵππον· ὥστε τοὺς ἄλλους πλεονεκτεῖν καὶ συνε-
πικουφίζεσθαι, τὴν οἰκείου προθυμίαν καὶ ῥώμην ὁρῶντας. καὶ γὰρ
ἑξακοσίων καὶ πλειόνων σταδίων κατήνυεν ἡμέρας ἑκάστης πορείαν. ἐπεὶ δὲ εἰς σταθμὸν κατέβη βασιλι-
κὸν, παράδεισοις ἔχοντα θαυμαστοὺς καὶ κεκοσμημένοις ἅμα
πρεπῶς ἐν τῷ περιεῖναι ἀδένδρῳ καὶ ψιλῷ χωρίῳ, κρύος ὄν-
τος, ἐπέτρεψε τοῖς στρατιώταις ἐκ τοῦ παραδείσου ξυλίζε-
σθαι, τὰ δένδρα κόπτοντας, μήτε πεύκης μήτε κυπαρίττου
φειδομένοις. ἐκκοπτόντων δὲ καὶ φειδομένων ἅμα τὰ κάλλη καὶ
τὰ μεγέθη, λαβὼν πέλεκυν αὐτὸς, ὥσπερ ἐν μέγιστον καὶ κάλλι-
στον τῶν φυτῶν ἔκοψεν. ἐκ δὲ τούτου ξυλιζόμενοι, καὶ πολ-
λὰ πυρὰ ποιοῦντες, ἀμαρᾶς ἐνυκτέρευσαν. οὐ μὴν
ἀλλὰ πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀποβαλὼν ἀνδρας, ἵππους δὲ
ὁμοῦ τι πρὸς τρισμυριάδας, ἐπεμνήλθη. καὶ δόξας καταφρονεῖσθαι ἅμα
τὴν ἀτυχίαν καὶ τὴν ἀποστάσιν τῆς στρατείας, ἐν ὑποψίαις εἶχε τοὺς πρώτους· καὶ πολλοὺς μὴν ἀνῄρει δι᾽ ὀργῆς,
πλείονας δὲ φοβούμενος. ἡ γὰρ δειλία φονικώτατόν ἐστιν ἐν
ταῖς τυραννίσιν, ἵλεων δὲ καὶ πρᾶον καὶ ἀνύποπτον ἡ θαρ-
ραλεότης. διὸ καὶ τῶν θηρίων τὰ ἀπιθανώτατα καὶ δυσεξη-
μερώτατα, φοβοδεῆ καὶ δειλά· τὰ δὲ γενναῖα, πιστεύοντα
μᾶλλον, ἅμα τὸ θαρρεῖν, οὐ φεύγει τὰς φιλοφρονήσεις. ὁ δὲ
Ἀρτοξέρξης, ἤδη πρεσβύτερος ὤν, ἠθάετο τοὺς υἱεῖς ἀγῶ-
νας περὶ τῆς βασιλείας ἐν τοῖς φίλοις καὶ τοῖς δυνατοῖς ἔ-
χοντας. οἱ μὲν γὰρ εὐγνώμονες ἠξίουν, ὡς ἔλαβεν αὐτὸς,
οὕτως ἀπολιπεῖν τὰ πρεσβεῖα Δαρείῳ τῷ ἀρχῷ. ὁ δ᾽
νεώτατος, Ὦχος, ὀξὺς ὢν καὶ βίαιος, εἶχε μὲν καὶ τῶν περὶ
τὸ βασίλειον οὐκ ὀλίγους ἀποδασάς, ἤλπιζε δὲ μάλιστα
κατεργάσεσθαι τὸν πατέρα ἅμα τῆς Ἀτόσσης. ἐκείνῳ γὰρ
ἐδεδήλωτο, ὡς γαμησομένην καὶ συμβασιλεύσουσαν αὐ-
τῷ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν. ἐν᾽ ὁ λόγος ὅτι καὶ ζῶντος
ἐλάνθανεν αὐτῇ πλησιάζων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἠγνώησεν ὁ Ἀρ-
τοξέρξης· ταχὺ δὲ βουλόμενος ἐκκρούσαι τῆς ἐλπίδος τὸν
Ὦχον, ὅπως μὴ τὰ αὐτὰ Κύρῳ τολμήσαντος αὐτοῦ, πόλεμοι
καὶ ἀγῶνες αὖθις καταλάβωσι τὴν βασιλείαν, ἐνέδειξε τὸν
Δαρεῖον βασιλέα, πεντηκοστὸν ἔτος γεγονότα, καὶ τὴν καλου-
μένην κίταριν, ὀρθὴν φέρειν ἔδωκε. νόμου δὲ ὄντος ἐν Πέρ-
σαις δωρεὰν αἰτεῖν τὸν ἀναδείχθέντα, καὶ διδόναι τὸν ἀναδεί-
ξαντα πρὸς ὃ αἰτηθέν, ἀνῴρει ἢ δυνατὸν, ἤτησεν Ἀσπασίαν
ὁ Δαρεῖος τὴν μάλιστα ἀποδαθεῖσαν ὑπὸ Κύρου, τότε
ἐν τῷ βασιλεῖ παλλακευομένην. ἐν᾽ ὁ Φωκία τὸ γένος ἀπ᾽
Ἰωνίας, ἐλευθέρων γονέων, καὶ τεθραμμένη κοσμίως. ἐπεὶ δὲ
Κύρου δειπνοῦντος εἰσήχθη μετ᾽ ἑτέρων γυναικῶν, αἱ μὲν ἄλ-
λαι παρεκαθεζόμεναι παρεσπάζοντο αὐτοῦ καὶ ἀπορμῶν καὶ
σκώπτοντος, οὐκ ἀπόρως ἀνεδέχετο τὰς φιλοφρονήσεις, ἐκείνη
δὲ παρὰ τὸν κλίνην εἱστήκει σιωπῇ, καὶ Κύρου καλοῦντος οὐκ ἐπῄει. βουλομένων δὲ παρεσάγειν τῶν κατευνάζων,

A Fœdus etiam & pax cũ vtroq; cõposita. Itaque celsus iã Tiribazus & magnificus regressus est cũ rege. qui omnẽ demõstrauit ignauiam & mollitiam nõ ex deliciis & luxu, vt vulgus arbitratur, oriundam, sed ex improba & degenere, quæ prauas sequatur opiniones, natura. Neq; n. aurũ vel cãdys, vel XII. milliũ talentorum regis corpus circumiectus mundus retinebat à laborib. eum & ærumnis instar militum gregariorũ subeundis, verum pendente ex humero pharetra parmam ferens primus ipse vias montosas & arduas dimoto equo scande-
B bat. Vnde cęteri illius alacritatẽ & robur conspicientes, volucres fiebant & expediti. Etenim stadiorũ iter quotidie plus ducentorum cõficiebat. Vt ad diuersorium quoddam regiũ descendit, vbi eximii erant & magnifice instructi horti viuariaque ferarum, quũ circumiecta regio nullis arboribus vestita & nuda rigeret gelu, concessit militibus vt ex hortis atq; viuariis arbores cęderent, ac lignarentur, neq; picea abstinerent vel cupresso. Dubitantibus illis & tẽperantib. propter pulchritudinem & proceritatẽ arborũ, correpta ipse securi maximam & præstantissimam arborem strauit.
C Hinc lignantes & frequentes pyras excitantes cõmodam noctẽ transegere. Multis tamen & fortib. viris desideratis, equis autẽ pene omnibus, reuersus est. Quod vero vilescere se ob aduersam fortunam & rẽ infeliciter bello gestam existimaret, cœpit habere principes suspectos, multosq; ex ira, plures ex metu necauit. Quippe timiditas in tyrãnide funestissima est: placidus & mansuetus & suspicione liber animus, fortis. Vnde immites & maxime indomitæ ferę meticulosæ sunt pauidæque: generosę, ex audacia confidentiores, non declinant consuetudinem hominum, vel eorum attre-
D ctationẽ. Porro grauior iam ætate Artoxerxes aduertit certamen filios de regno apud amicos suos & primores habere. Siquidẽ æqui qui erant, censebant eum debere, vt ipse ceperat, ita relinquere præcipuũ tanquam maximo natu debitũ Dario regnum. Minimus natu Ochus, qui ardenti erat & violento ingenio, habebat quidem in regia non paucos suffragatores, sed maxime sperabat interprete Atossa patris se voluntatem paraturũ. Illam enim nuptiarum spe & obtinendi post parentis fata consortii regni ostensa obseruabat. Fuit autem fama occultam ei stupri cum illa consuetudinem etiam viuo intercessisse patre. verum id
E Artoxerxem fefellit. Mox, quo spem præcideret Ocho, ne si eadem atque Cyrus designasset, bella certaminaque ex integro regnum suum premerent, Darium annos natum quinquaginta designauit regem, & citarim quam vocant gestare directã ei permisit. Lex erat apud Persas, vt designatus donum peteret, & daret qui designauerat, modo fieri posset, quicquid esset petitũ. Igitur poposcit Darius Aspasiam, quam Cyrus fuerat vnice amplexus, & erat illa ea tẽpestate regis pellex. Phocensis genere fuit ex Ionia, parentibus orta ingenuis, atque educta liberaliter. Ea quũ ad cœnam
F Cyri esset inter alias mulieres introducta, cæteræ accumbentes alludentes illo & cõtrectante ipsas, salesque iaciente, comitatem eius lętę exceperũt: illa lecto astitit tacita, accersentique non parui t Cyro. Parantibus adducere ipsam cubicularii s:

aduectus Cecinna mox tumultum ſedauit, appellatoque comiter Celſo conceſſit cum iis Bebriacum. Inter hæc Titianum pœnitentia cepit, quòd legatos miſiſſet. Igitur ferociſſimos quoſque militum iterum imponit muris, cæteros ad ferendam opem excitat. At vbi equo Cecinna aduectus dextram porrexit, nemo vltra reluctatus eſt: ſed alii ſalutare ex mœnibus milites, pars porta reſerata exire, atque aduenientibus ſe immiſcere: vim inferre nemo, ſed gratulari complectique ſe mutuo: denique omnes in verba Vitellii iurauerunt, atque ad eum tranſiere. Ita plerique, qui interfuere pugnæ, rem geſtam narrant, fatentes ne ſe quidem ob cõfuſionem & turbam ſingula exacte noſſe. Mihi vero per campum illum poſtea iter facienti Meſtrius Florus vir conſularis de pube, quæ non ex ſententia ſua tunc ſed inuita fuerat Othonem ſecuta, oſtendit vnum, qui iam ſenex erat. Hic expoſuit, cum ſecundũ pugnam eſſet eo profectus, cumulum ſe vidiſſe cadauerũ tantum: vt qui in ſummo eſſent, attingerent hoſtes. Cauſam dicebat, cum quæreret, neq; inuenire potuiſſe ſe, neq; ab alio vllo diſcere. Siquidem cadere per bella ciuilia, cum pulſi ſint, complures probabile eſt: quòd neminẽ capiant. Nullus eſt enim captiuorum vſus. Verum ſtrues illa & accumulatio in vnum cauſam habet coniectu arduam. Ad Othonem, primo incertus, vt ſolet in talibus, delatus eſt rumor. Vt vero ſaucii quoque nonnulli ex pugna redeuntes id nuntiauere: non perinde mireris, ſi amici non permiſerunt, vt deſponderet animum, ſed eum confirmauerunt: verum militum motus fidem exceſſit omnem, quòd non deſciuerint ab eo, non tranſierint ad victores, non viſi ſint deplorato imperatore ſibi conſulere: verum omnes pariter ad ianuam eius perrexerint, imperatorem appellarint: progreſſo eo, vt in victoria ſolet, cum clamore & ſuppliciis manus eius attigerint, ad genua acciderint, lachrymas profuderint, orauerintque, ne deſereret ipſos neque proderet hoſtibus, ſed vteretur, quoad ſpirarent, pro dignitate ſua animis & corporibus ſuis. Sic cuncti ſupplices eum obſecrauerunt. Vnus vero ex gregariis ſublato gladio ait: Ita ſcito Cæſar animatos omnes eſſe pro te mori: ſimul ſemet ipſe confodit. Cæterum horum Othonem nihil flexit: ſed exporrecto & conſtanti vultu quoquo verſus aciem circunferens: Hunc, inquit, commilitones diem illo, quo me imperatorem primum creaſtis, fauſtiorem exiſtimo: cum ita in me propenſos vos cernam, & ita me vobis charum. Verum nolite bono me fraudare maiore, honeſte pro tot & talibus ciuibus vt vitam deponam. Si Romano imperio dignus fui, profundenda mihi eſt pro patria anima. Scio ego victoriam non ſtabilem neque ſolidam hoſtibus eſſe. Nunciantur legiones ex Myſia non multorum dierum iter abeſſe. Iam deſcendunt ad mare Adriaticum Aſia, Syria, Ægyptus. Legiones, quæ cum Iudæis belligerantur, nobiſcum faciunt. Senatus apud nos eſt, etiam liberi aduerſariorum atque coniuges. At non eſt cum Annibale neque Pyrrho neque Cimbris nobis de Italia bellum: ſed cum ciuibus bellantes vtrique patriam & victores & victi offendimus. Quippe res lætæ victoris lædũt illam. Credite quæſo honeſtius mori me quam imperare poſſe. Neque enim video, quid victoria mea tantum profectura po-

A μνοι καὶ προσελάσαντες, τὴν ἀκροσμίαν ταχὺ τῶν ἱππέων ἔπαυσαν· τὸν δὲ Κέλσον ἀσπασάμενοι φιλοφρόνως ἐβάδιζον μετ' αὐτὸν εἰς τὸ Βητριακόν· οἱ δὲ τοῦ Οὐιτελλίου μετὰ μόνα Τιτιανὸν ἔφεν ἐκπέμψαντα τοὺς πρέσβεις, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς δραστικωτέρους αὖθις ἀνεβίβαζεν ὑπὲρ τὰ τείχη, καὶ τοὺς ἄλλους παρεκάλει βοηθεῖν. τοῦ δὲ Κεκίνα προσελάσαντος τῷ ἵππῳ καὶ τὴν δεξιὰν ὀρέγοντος, οὐδεὶς ἀντέφερεν. ἀλλ' οἱ μὲν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἠσπάζοντο τοὺς στρατιώτας, οἱ δὲ, τὰς πύλας ἀνοίξαντες δεξιοῦ καὶ ἀνεμίγνυντο τοῖς προσήκουσιν. οὐδεὶς δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ καὶ φιλοφρόσυνοι καὶ δεξιώσεις ἦσαν. ὤμοσαν δὲ πάντες περὶ τοῦ

B Οὐιτελλίου, καὶ προσεχώρησαν. οὕτω μὲν οἱ πλείστοι τῶν παραγινομένων ἀπαγγέλλουσι γενέσθαι τὴν μάχην, οὐδὲ αὐτοὶ σαφῶς ὁμολογοῦντες εἰδέναι τὰ καθ' ἕκαστα, διὰ τὴν ἀπαξίαν καὶ τὴν ἀνωμαλίαν. ἐμοὶ δὲ ὕστερον ὁδεύοντι διὰ τοῦ πεδίου, Μέστριος Φλῶρος, ἀνὴρ ὑπατικὸς, τῶν τότε μὴ κατὰ γνώμην, ἀλλ' ἀνάγκῃ μετὰ τοῦ Οθωνος γενομένων νέων, ὄντα παλαιὸν ἐπιδείξας, διηγεῖτο μετὰ τὴν μάχην ἐπελθὼν ἰδεῖν νεκρῶν σωρὸν τηλικοῦτον ὥστε τοὺς ὑπὲρ πολῆς ἀπέχειν τῶν ἐναντίων. καὶ τὴν αἰτίαν ἔφη ζητῶν, οὔτε αὐτὸς εὑρεῖν, οὔτε παρ' ἄλλου τοῦ πυθέσθαι. θνήσκειν μὲν γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις, ὅταν

C ἡττηθῶσι, πλείονας εἰκὸς ἐστι, τοὺς μηδένα ζωγρεῖν· χρεία γὰρ οὐκ ἔστι τοῖς ἁλισκομένοις. ἡ δὲ ὑπὲρ τοῦτο σωρεία καὶ συμφόρησις οὐκ ἔχει τὴν αἰτίαν εὐσύλλογιστον. πρὸς δὲ Οθωνι πρῶτον μὲν ἀσαφὴς, ὡς φρεῖδεν, περὶ τῶν τηλικούτων προσέπεσε λόγος. ἐπεὶ δὲ καὶ τετρωμένοι τινὲς ἦκον ἐκ τῆς μάχης ἀπαγγέλλοντες, τοῖς μὲν φίλοις ἥδιον αὐτὸς ἐθαύμασεν, οὐκ ἐῶντας ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ θαρρεῖν προσκελευομένους· τὸ δὲ τῶν στρατιωτῶν πᾶν ὑπερέβαλε πίστιν, ὡς οὐδὲ ἀπῆλθεν, οὐδὲ μετέστη πρὸς τοὺς κρατοῦντας, οὐκ ὤφθη τὸ καθ' αὑτὸ ζητοῦν, ἀπεγνωσμένου τοῦ ἡγεμόνος, πάντες δὲ ὁμαλῶς ἐπὶ θύραις

D ἦλθον, ἐκάλουν αὐτοκράτορα προσελθόντες, ἐγίνοντο τέταγμα μετὰ βοῆς, ἱκεσίας χειρῶν ἔπαιον, προσέπιπτον, ἐδάκρυον, ἐδέοντο μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν, μὴ προδοῦναι τοῖς πολεμίοις ἀλλὰ χρῆσθαι μέχρις αἵματος καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν, ὑπὲρ αὐτοῦ. ταῦτα ὁμοῦ πάντες ἐκέλευον. εἷς δὲ τῶν ἀφανεστέρων ἀναλείνας τὸ ξίφος, καὶ εἰπὼν, Ἰσθι Καῖσαρ οὕτως ὑπὲρ σοῦ παρατεταμένους ἄπαντας, ἀπέσφαξεν ἑαυτόν. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ἐπέκλασε τὸν Οθωνα· φαιδρῷ δὲ καὶ καθεστῶτι προσώπῳ πάντα χρόνον τὰς ὄψεις περιαγαγὼν, Τοῦτον (εἶπεν) ὦ συστρατιῶται τὸν ἡμέραν ἐκείνης ἣν με πρῶτον ἐποιήσατε αὐτοκράτορα μακαριωτέραν ἡγοῦμαι, τοιούτους ὁρῶν ὑμᾶς καὶ τηλικούτων ἀξιούμενος. ἀλλὰ μὴ μείζονος ἀποστέρητε, τοῦ καλῶς ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοσούτων καὶ τοιούτων πολιτῶν. εἰ τῶν Ρωμαίων ἡγεμονίας ἄξιος γέγονα, δεῖ με τῆς ἐμῆς ψυχῆς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀφεῖναι. οἶδα τὴν νίκην τοῖς ἐναντίοις οὐδὲ βεβαίαν οὐδὲ ἰσχυρὰν οὖσαν. ἀπαγγέλλουσι τὴν ἐκ Μυσίας ἡμῶν δύναμιν οὐ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν ἤδη. καταβαίνουσιν ἐπὶ τὸν Αδρίαν Ασία καὶ Συρία καὶ Αἴγυπτος, καὶ τὰ πολεμοῦντα Ιουδαίοις στρατεύματα μεθ' ἡμῶν, ἥτε σύγκλητος παρ' ἡμῖν, καὶ τέκνα τῶν ἐναντίων καὶ γυναῖκες. ἀλλ' οὐκ ἔστι

F πρὸς Αννίβαν οὐδὲ Πύρρον οὐδὲ Κίμβρους ὁ πόλεμος ὑπὲρ τῆς Ιταλίας, ἀλλὰ Ρωμαίοις πολεμοῦντες, ἀμφότεροι τὴν πατρίδα καὶ νικῶντες ἀδικοῦμεν καὶ νικώμενοι. καὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν τοῦ κρατοῦντος ἐκείνη κακὸν ἐστιν. πιστεύσατε πολλάκις ὅτι

δυνάμεν κάλλιον ἀποθανεῖν ἢ ἄρχειν. ὁ γὰρ ὁρῶ τὴν τηλικοῦτον μάχοις ὄφελος ἔσομαι κρατήσας, ἠλίκον ἐλπίδος ἐμαυτὸν

» ὑπὲρ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας, καὶ τὸ μὴ πάλιν ἡμέραν τοιαύ-
» την ὁπτιδεῖν τὴν Ἰταλίαν. τοιαῦτα ἀναλεχθεὶς, καὶ πρὸς τοὺς
ἐπίεσθαι καὶ τὸν ἀναλφὴν ὁπτιχειρεῖν ἀπιόντας ἀπιόντας, τοὺς τε φίλους ἐκέλευεν ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τῶν συγκλητικῶν τοῖς παροῦσι· τοῖς δὲ μὴ παροῦσιν ἐπέστελλε, καὶ γράμματα πρὸς τὰς πόλεις, ὅπως παραχθεῖεν ἐνδίμως καὶ μετ' ἀσφαλείας. προσαγόμενος δὲ τὸν ἀδελφιδοῦν Κόκκηϊον, ἔτι μειράκιον ὄντα, θαρρεῖν παρεκάλει, καὶ μὴ δεδιέναι Οὐιτέλλιον, καὶ μητέρα καὶ γενεὰν καὶ γυναῖκα αὐτὸς, ὡς πρὸ οἰκείων κηδόμενος, ἀναφυλάξαι. ἀλλὰ τοῦτο δὲ οὐδὲ θέλοις παῖδα βουλόμενον αὐτὸν, ἀλλ' ἀναβαλέσθαι μνημονεύειν ὅτι Καῖσαρ ἀθετεῖ τὸν εἰς ποίησιν, ὅπως στρατάρχοι κρατήσαντος αὐτοῦ, μὴ πρὸς πόλεμον παίσαντος.
» Ἐκεῖνο δὲ (εἶπεν) ὦ παῖ παρεγυμνάσθαί σοι τελευταῖον, μήτ'
» ὑπὸ λαθέσθαι πρωτάπασι, μήτε ἄγαν μνημονεύειν ὅτι Καίσαρα
» θεῖον ἔχες. θορύβου δὲ ἀπὸ τούτων, μετὰ μικρὸν ἤκουσε θορύβου καὶ βοὴς ὁπτὶ θύρας. οἱ δὲ στρατιῶται τὴν συγκλητικῶν τοῖς ἀπιοῦσι διηπείλουν ἀποσφάξειν, εἰ μὴ πρὸς μένοιεν, ἀλλὰ οἰκήσοντας τ' αὐτοκράτορα καταλιπόντες. πάλιν οὖν πρὸς ἦλθεν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν φοβηθεὶς, καὶ τοὺς στρατιώτας, οὐκέτι δεινικὸς οὐδὲ πρᾶος, ἀλλὰ τραχὺς ὀφθεὶς καὶ μετ' ὀργῆς, εἰς ὃ θορυβοῦν μάλιστα ἀναβλέψας, ἀπελθεῖν ἐποίησεν εἰζάντας καὶ ἀναστρέσαντας. ἤδη δὲ ἑσπέρας οὔσης ἐδίψησε, καὶ πιὼν ὀλίγον ὕδατος δυεῖν ὄντων αὐτῷ ξίφων, ἑκατέρου κατεμάθανε τὸ σῶμα πολὺ χρόνον, καὶ ὃ ἕτερον ἀπέδωκε, θάτερον δὲ εἰς τὰς ἀγκάλας ἀναλαβὼν, τοὺς οἰκέτας προσεκάλεσε. καὶ φιλοφρονούμενος διένεμε τὰ χρήματα, τῷ μὲν πλέον, τῷ δὲ ἔλαττον· οὐχ ὡς πρὸ ἀλλοτρίων ἀφῄδων, ἀλλὰ κατ' ἀξίαν καὶ ὃ μέτριον ὑπιμελῶς φυλάττων. ἀποπέμψας δὲ τούτοις, ἤδη δὲ λοιπὸν ἀνεπαύετο τὴν νυκτὸς, ὥστε τοὺς κατευνάσας ἀθάνατος βαρέως αὐτὸν καθεύδοντος. ὀρθρεύσας καλέσας ἀπελθεῖν, ὦ σπουδιώκησε τὰ πρὸς τοὺς συγκλητικοὺς, μαθεῖν προσέταξε· καὶ πυθόμενος γεγενέναι τοῖς ἀπὸ χρόνου ὧν ἕκαστος ἔχρῃζε, Ἰτ τοίνυν (ἔφη) σὺ καὶ ποίᾳ τοῖς στρατιώταις ἐμφανῆ σεαυτὸν, εἰ μὴ θέλοις κακῶς ὑπ' αὐτῶν ἀποθανεῖν, ὡς ἐμοὶ συμπρᾶξας τὴν θάνατον. ἀξιθόντος δὲ αὐθέπτου, ὃ ξίφος ὑποστήσας ὀρθὸν ἀμφοτέραις τὴν χερσὶ, καὶ πρὸς πεσὼν ἄνωθεν, ὅσον ἅπαξ γενάξαι μόνον, ἠθέλησε τὸν πόνον, καὶ τοῖς ἐκ τὸς ἀθήσιν παρέχειν. ἀναμένων δὲ τῶν παίδων οἰμωγὴν, εὐθὺς ἄπαν ὃ στρατόπεδον καὶ τὴν πόλιν ἐπεῖχε κλαυθμός· καὶ μετὰ βοῆς οἱ στρατιῶται εἰσέπεσον ὁπτὶ πὰς θύρας, καὶ ὠλοφύρονθο, πρὸς πατοῦντες καὶ λοιδορεῖν ἑαυτοὺς μὴ φυλάξαντας τὸν αὐτοκράτορα, μηδὲ κωλύσαντας ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. ἀπέρη δὲ οὐδεὶς τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐλθὸν ὄντων τῶν πολεμίων, ἀλλὰ κοσμήσαντες ὃ σῶμα καὶ πυρὰν κατασκευάσαντες, ὀξεχώμιζον ἐν τοῖς ὅπλοις οἱ φθάσαντες ὑποδοῦναι καὶ βαστάσαι ὃ λέχος ὁπτιγαυρούμενοι. τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν τὸ τραῦμα τοῦ νεκροῦ κατεφίλουν πρεσπίπτοντες, οἱ δὲ ἵππους τῶν χειρῶν, οἱ δὲ προσεκύνουν πόρρωθεν. ἔνιοι δὲ τῇ πυρᾷ λαμπάδας ἀφέντες, ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν, οὐδὲν ἐκδήλως οὔτε πεπονθότες χρηστὸν ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος, οὔτε πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος δεδιότες· ἀλλ' ἔοικε μηδενὶ τῷ πώποτε τυράννων ἢ βασιλέων δεινὸς οὕτως ἔρως ἐγγενέσθαι καὶ πρεσμανὴς τοῦ ἄρχειν ὡς ἐκεῖνοι τοῦ ἄρχειν καὶ ὑπακούειν Ὄθωνος ἠράσθησαν· οὓς γε μηδὲ ἀποθανόντος ὁ πόθος προὔλιπεν, ἀλλὰ εἰς ἀνήκεστον ἔρως Οὐιτελλίῳ τελευτήσας. τὰ μὲν οὖν ἄλλα καιρὸν οἰκεῖον ἔχει λεχθῆναι· κρύψαντες δὲ τῇ γῇ τὰ λείψανα τοῦ Ὀθωνος, οὔτε μνῆμα τοῦ

A puloRomano ſit, quantum ſi vitam meam ipſe pro pace & concordia, & ne alterũ diem Italia aſpiciat talem, profundam. Sic fatus, inſiſtentibuſq; aduerſari & ipſum excitare reniſus, amicis & ſenatoribus præſentibus faceſſere iuſſit. Abſẽtibus ſcripſit, literaſq; dedit ad ciuitates, vt honorifice & ſecure tranſirent. Fratris filium Cocceium adoleſcentem adhuc amplexus bono animo iuſſit eſſe, neq; formidare Vitelliũ. Quippe matrẽ eius ſe, liberos, cõiugem, quorum habuiſſet curã vt ſuorum, conſeruaſſe. Idcirco enim, quòd in animo habuiſſet, non adoptauiſſe eum: ſed in aliud id reiecíſſe tempus.

B Meminiſſet autem diſtuliſſe Cæſarem adoptionẽ, quo cum victore ſe imperaret, non vna periret cũ victo. Illud vero, inſit, te moneo fili nouiſſimũ, ne prorſus obliuiſcaris neque nimium memineris patruum te habuiſſe Cæſarẽ. His actis breui poſt tumultum & ſtrepitũ ad fores audiuit. Milites enim digredientibus exitiũ denunciabant ſenatoribus, niſi permanſiſſent, ſed deſerto abiſſent principe. Itaq; metuens illis iterum prodiit, militeſq; nõ iam precabundus neq; leni, ſed truci vultu & cũ flamma tumultuantes cõtuitus, abſcedere iuſſit: qui & abſceſſerunt & diffugerunt. Sero iã diei ſitiit, hauſtoq; pauxillo aquæ cum duos haberet pugiones,

C vtriuſq; aciem longo ſpacio explorauit. Tũ altero reddito alterũ ſub axilla retinẽs ſeruos accerſiuit, benigneq; pecuniam iis, vni amplius, alteri minus, largitus eſt: nõ ſicut profundẽs aliena, ſed pro merito & modũ ſeruans accurate. Quibus dimotis reliquum iam noctis dedit ſe quieti, vt ſtertentẽ cubicularii ſentirent. Prima luce accito liberto, quicum curauerat receptum ſenatorum, quid factum iis eſſet, præcepit explorare. Qui vbi renunciauit omnibus ſubminiſtrata, quibus cuiq; fuiſſet opus: I ergo inquit, tu, & militibus te oſtende, niſi perire

D illorum manibus velis, quaſi operã tuam ad mortẽ mihi præbueris. Quo digreſſo in pugionẽ directũ, quem pectori ambabus manibus ſubiecit, ſuperne incubuit. Senſit hactenus, vt vnũ gemitũ ederet, dolorem: & illi, qui foris erant, eum exaudiuerunt. Sublato à pueris eius eiulatu mox totũ exercitum oppidumq; comploratio occupauit. Milites cum clamore ad ianuam occurrerunt, lamentatique ſunt mœrentes & deteſtantes ſemet ipſi, quòd non cuſtodiuiſſent imperatorem, neque prohibuiſſent pro ipſis occumbere. Nec quiſquã reliquit eum, ſaluti ſuę propinquis iã hoſtibus proſpiciens: ſed excultum corpus rogo parato extulerunt ar-

E mati: exultaueruntq;, qui occupauerant ſubire & geſtare lectum. Cæteri partim vulnus exanimi in genua procumbentes exoſculati ſunt, partim manus attigerunt, alii procul adorauerunt, alii ſubditis rogo facibus ſe ipſi confodere: cum nullum, quod quidem conſtaret, à defuncto haberent benefactum, neq; quicquam grauius expectarent à victore. Cæterum nullus meo iudicio omnis ætatis tyrannorum vel regum tam ardenti & inſano imperandi amore flagrauit, quàm illi parere & obtemperare geſtierunt Othoni. Nempe ne mortui quidem eos deſiderium reliquit, ſed durauit in

F perniciale Vitellio odium euadẽs. Verum cætera ſuo tempore dicentur. Poſtquam reliquias Othonis humo mandauerunt: ſepulchrum nec condi-

torii mole nec tituli tumore fecerunt inuidiosum. Vidi ego cum Brixilli essem, & modicum monumentum, & inscriptionem huiuscemodi: M. OTHONIS. Decessit Otho trigesimo septimo ætatis anno, cum menses tres imperasset. Reliquit non inferiores neq; pauciores, qui mortem ipsius laudibus ferrent, quàm qui insectarentur vitam. Nam cum nihilo Nerone modestius vixisset, mortuus est generosius. At milites, cum alter præfectus prætorio Pollio statim iurare eis in verba Vitellii iussisset, fremuerunt. Qui vt nonnullos adhuc senatores acceperunt adesse, reliquos missos fecere. Verginium vero Rufum obtuderunt, in armis domum ad eum profecti, inuitantesque denuo & instantes, vt imperium susciperet, aut legatione pro ipsis fungeretur. Ille imperare victis, cum noluisset ante victoribus, dementiam putauit. Legationem vero obire ad Germanos, qui ad multa coactos contra animi sententiam ab ipso existimabant se, timens occulte per auersum ostium euasit. Quod vbi militibus fuit compertum, sacramento Vitellio se addixerunt venia obtenta, ac Cecinnæ se associarunt.

ὅτ' ἐπιγραφῆς ὀγκῷ τὸν τάφον ἐποίησαν ἐπίφθονον. εἶδον γὰρ ἐν Βριξιάλῳ γεγραμμένος καὶ μνῆμα μέτριον. τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως ἔχουσαν, εἰ μεταφρασθείη, δηλοῦτι Μάρκου Ὀθωνος. ἀπέθανε δὲ Ὄθων ἔτη μὲν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα βιώσας, ἄρξας δὲ τρεῖς μῆνας, ἀπολιπὼν δὲ μὴ χείρονας μηδ' ἐλάττους τῶν τὸν βίον αὐτὸν ψεγόντων, τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν θάνατον. βιώσας γὰρ οὐδὲν ἐπιφανέστερον Νέρωνος, ἀπέθανεν εὐγενέστερον. οἱ δὲ στρατιῶται, Πολλίωνος τοῦ ἑτέρου τῶν ἐπάρχων, ὀμνύειν εὐθὺς εἰς τὸν Οὐιτέλλιον κελεύσαντος, ἐδυσχέραινον· καὶ πυθόμενοι τὸν συγκλητικῶν οἱονεὶ ἐπὶ παρῆναι, τοὺς μὲν ἄλλους ἀφῆκαν, Οὐεργινίῳ δὲ Ῥούφῳ τραύματα παρῆγον, ἅμα τοῖς ὅπλοις ἐλθόντες ἐπὶ τὴν οἰκίαν, καὶ καταβοῶντες αὖθις καὶ καταβοῶντες ἀρχὴν, ἢ τρεσβεύειν ὑπὲρ αὐτῶν. ὁ δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἡττωμένων τῶν βαρβάρων, νενικηκότων πρότερον μὴ θελήσας, μανικὸν ἡγεῖτο· τρεσβεύειν δὲ πρὸς Γερμανοὺς δεδιώς, οὓς πολλὰ βεβιάσθαι τῶν βεβουλευμένων ὑπὸ αὐτοῦ δοκοῦντας, ἔλαθε δι' ἑτέρων θυρῶν ἐκποδὼν ποιήσας ἑαυτόν. ὡς δὲ τοῦτο ἔγνωσαν οἱ στρατιῶται, οὓς τε ὅρκους ἐδέξαντο, καὶ οἷς πρὸς τὸν Κεκίναν τρεσπέδεντο συγγνώμης τυχόντες.

IN GALBAM ANNOTATIONES GVIL. XYLANDRI.

Pag.1053.lit.e.*Vti demonstrauimus*]Galbę qui in Rom.imperio successit Neroni, ætas notior est quàm vt de ea quicquam dicendum sit. Apparet autem ex hoc loco, Neronis quoque,&, vt opinor, etiam præcedentium imperatorum vitas ab autore nostro descriptas fuisse: atque haud scio an omnium vsque ad Traianum. Nam sub finem Othonis satis innuit Vitellium à se scriptum. Qui libri quanto historiarum detrimento intercederint, facile iudicant periti. nam quis nõ animaduertit quàm multa apud Tacitum, Suetonium & alios desiderentur, quæ vel ex his reliquiis suppleri possint? Equidem hinc apparet, vitas imperatorum à Plutarcho non à prima ætate repetitas: sed ea tantum ab eo pertractata quæ ipsis ad imperium adspirantibus, eoque potitis, deinceps euenerint. vt fortassis istæ vitæ non huius operis fuerint: sicut & oratorum vitas Athenienſium idem seorsim descripsit. Nihil enim est in iis, vt taceam cætera, ὠφέλιμον.

1054. a. *Gentis Seruiorum*] τὴν Σερουίων οἶκον. Seruius Sulpiciæ genti ita fuit vsitatum prænomen vt prope pro gentili vsurpatum nomine, vel ex hoc loco appareat. Non enim temere dixerim, Plutarchum ignorasse Sulpiciam gentem fuisse ex qua Galba hic extiterit. Qui autem Sergium eum faciunt, imperitia labuntur: & iampridem eorum est explosus error, quantumuis in Suetonii & aliis codicibus retineatur. Catulus de quo hic fit mentio, est Q. Lutatius Catulus Capitolinus, Cæsaris Iulii & Pompeii æqualis, de quo eius temporis historiæ consulendæ.

Ibid.c.*Scelerati procuratores*] ἀλιτηρίων ὀπηροπόρων. Mendum est. Rectiusq; alibi legitur (nam cum cæteris Plutarchi opusculis quæ moralia inscribuntur, etiam Galba hic & Otho impressi sunt) ἀλιτηρίων ὀπηρόπων. Interpres ignoratione rerum lapsus, publicanos vertit. Loquitur autem de procuratoribus prouinciarum, qui mitti ab imperatoribus solebant vt quæ ad fiscum ipsorum pertinerent, administrarent. Vide Dionem libro quinquagesimotertio, vbi id ab Augusto primum institutum traditur. Quomodo deinde eorum potẽtia, & libido etiam, accreuerint, vtque prouinciales ab iis vexati sint, ex Tacito, libro præsertim decimosexto, & Suetonio intelliges.

Ibi.e.*T.autem Iunius.*] Ὀβίνιος, & in altero, Ὀβίνιος. Interpres T.Iunium recte reddidit. Collega is in consulatu fuit Galbæ, ac tum legatus eius in Hispania: deinde plurimum apud eum potuit, vt est apud Cornelium Tacitum & Suetonium. & quanquam constanter Ὀβίνιος legitur hic, tamen vel sequentia enidentissime ostendunt esse Iunium legendum. Scriptura facile errorem peperit, Γούνιος Ὀνίνιος, Ὀβίνιος. φραπωλικὸν πάγμα classiarios idem non bene vertit: ego prætorianos reddidi. puto enim φρατηγικὸν esse legendũ. Illud absurdius quòd interpres ἐλευθερώσῃς longe alio, & nescio ad quem conspirationis autorem, detorsit, quum manumissionem vox ea palam designet: & Suetonius hac de re, Igitur, inquit, quum quasi manumissioni vacaturus conscendisset tribunal, &c.cap.10.

1055. *Clodius Macer*] Μαῦρος. Scribe Μάκρος. Tacitus, Suetonius.

Ibid.e.*Cluniam*] Κολοωνίαν. Interpres Coloniam. Neque sum nescius, in Hispaniæ citerioris ora Coloniam esse, nomine Illici. Sed nomen mihi magis ad Cluniam videbatur accedere, quę est Celtiberiæ finis. Plinius lib.3.cap.3.

1056. a. *Titus*] Nimirum T. Iunius. in altero Græco locus mancus, in nostro perturbatus est: & historici hic nos destituũt.

Ibid. *Marcianus Vicellus*] Οὐίκελλος. In Græco altero. Ἴκελλος, Icellus, & sic apud Suetonium legitur. apud Tacitum Hycellus, lib.17. vtrobique Martianus. Post Spicillum gladiatorem verti, sequutus Suetonium quum esset in Græco ἀσπίλλον.

1057.a.*Exploratum vt res*] Asterisco locus notatus est. Nihil tamen video deesse, & in παρείκει non est ita grauis menda.

1059. c. d. *Petronius Turpilianus.*] Sic est apud Tacitum. in Græco, Tertullianum. Et non Cingonius Varro, sed Ciconius apud eum legitur, consulque fuisse designatus dicitur. & non Trebonianus, sed Trebonius Garucianus, Macri interfector.

1061.c *Crispino*] Rufo Crispo, equiti Romano. Vide omnino Cornelium Tacitum lib.13.

1063.c. *Crassi & Pisonis*] Vocabatur is Piso Licinianus: vt est apud Suetonium & Tacitum. pro Pisonis in Græco est κειπώνος, vox nihili. Quod Lucinianus appellabatur, satis ostendit, eum à Pisone adoptatum, lege & more adoptionis nomen gentis leuiter immutatum retinuisse. Licinium autem nomen gentis est: vnde Crassi, Murenæ, alii.

Ibidem, f. *Veturius & Barbius*] Tacitus: Sed tum è libertis Onomastum sceleri prę fecit, à quo Barbium Proculum Thesseranum spiculatorem, & Veturium eodem perductos. Explicatio autem horum nominum est obscura, quam Plutarchus adfert, atque haud scio vnde petita.

1064.a.*Alioquin enim exercitus sanus*]Hic, vt persæpe, contrarium verbis autoris sensum interpres reddidit. Ostenditur enim causa tam celeris à Galba defectionis.

1065.b.*Atilius Vergilio*]Sic legitur apud Tacitum. Forte Vercello scribendum ibi sit.

Ibidem.*Densus centurio*]Ἰνδίρσος vtrobique in Græco est. Sed ego cum Cornelium sequor, tum etiam Xiphilinum in Galba.

Ibid.d.*A Marco quodam*]Μαρκου. reponendum Μούρκου. Est autem Murcus Statiæ gentis cognomẽtum: vt in L. Statio Murco euidens est, de quo præter alios Dio, lib. 47. & 48. & apud Cornelium hic expressum est etiam Seruii nomen.

1066. a. *Patrobii seruis*] Additur in Græco, & Vitellii, nullo nisi absurdo sensu. nihil enim hic Vitellio rei. Itaque aut alterius liberti Neroniani nomen pro Vitelliano reponendum erit, aut totum omittendum, quod malo. Nam & Tacitus & Suetonius solius Patrobii meminerunt: nisi quod hic precio redemptum à calonibus tradens, à nostro variat autore.

IN OTHONEM ANNOTATIONES GVIL. XYLANDRI.

1067.b. *In Sinuessanum agrum*] Emendandus ex hoc loco est Cornelii Taciti locus, eadem de re loquentis, vbi Suessanæ aquæ leguntur, pro Sinuessanis. Sinuessa haud procul ostio Liris amnis, ad oram Campaniæ vrbs est, cuius aquæ nobilitatæ sunt. Plinius libro tertio, capite quinto, & libro trigesimo primo, capite secundo. Nihil de Suessa tale. Cæterum ego Taciti verbis aliquoties hic sum vsus: vt ostenderem, videri mihi ista ex illo translata.

IN VITAS PLVTARCHI PARALLELAS ANNOTATIONES.

In quibus multi Plutarchi loci emendantur ac restituuntur, multi explicantur: quidam ex aliis quoque autoribus eodem modo tractantur.

G. Xylander lectori S.

EX his meis annotationibus facile eruditi candidoque præditi ingenio lectores intelligent, cum qualis hactenus in manibus hominum fuerit Plutarchus Latinus, tum qualem nos dederimus. Interpretum aliquot insignia errata hîc demonstraui, non profecto alia de causa quam vt mei operis rationem redderem, aliosque etiam qui de Græcis libris Latinos facere student, sui officii monerem. Omnia vero & Græci librarii & interpretum persequi si voluissem errata, aut vbique edere meæ versionis causas, in immensum hæc lucubratio excreuisset, atque haud scio an ipsum Plutarchi opus æquasset. Permulta etiam sunt quæ vti in Græco repereram atque apud interpretes, ita reliqui: non quod mihi satisfieret, aut quod mendum subesse non animaduerterem: sed quia non veniebat in mentem quo pacto emendare possem. Id præsertim in propriis nominibus sæpe mihi vsuuenit. Statueram etiam annotare vbi ea quæ à Plutarcho scribuntur, ab aliis bonis scriptoribus eodem vel alio modo referrentur: atque etiam παραλειπόμενα addere, si quid (vt sunt non contemnenda quædam) ad vitam alicuius pertinens Plutarchus præteriisset. sed longitudo operis futuri molesque me ab instituto retraxit. itaque ea vel aliis indagandæ, vel mihi suo commodiori tempore ac loco perscribenda reliqui. Hæc ipsa, qualiacunque sunt, grato animo probus lector accipiat, bonique consulat.

IN PLVT. THESEVM ANNOTATIONES
GVIL. XYLANDRI ET HERM. CRVSERII, INTERPRETVM.

Quarum has ab illis discernes hac nota in fine τῆς παραγραφῆς, apposita, Cr.

VTILE est admodum, scire qua quis ætate, quibus temporibus vixerit, quorum hominum fuerit æqualis. Id quamuis de Theseo indicare difficilius est, quia ante Olympiadas fuit: tamen quum Helena puella sit ab ipso rapta, quum filii eius in Troiano bello fuerint, quum ipse Herculis amicitiam coluerit, colligi ex iis quæ apud Clementem Alexandrinum lib. στρωματ. apud Dionysium Halicarnass. lib. 1. De antiquitate Romana, apud alios multos historiarum & annalium scriptores demonstrantur, potest, à Romulo & Roma ad Æneam vsque & Troiam tempora repetentibus nobis, Theseum annis circiter ante Romam conditam CCCCL. floruisse. (nam nos quidem initio Romæ pro meta quasi & scopo vtemur, ad quem dirigamus omnes alias historias, & ad hos quasi carceres reuocemus: quando neque de annis à creato mundo elapsis certum & firmum quicquam adhuc traditum est: & si quis ad natales Christi referre tempora velit, nullo id negotio facere possit, quum constet fere, anno ab V. C. DCCLI. Christum natum) Plutarchus quidem autor in vita Cimonis est, ossa Thesei CCCC. circiter post exilium eius annis Athenas à Cimone reportata fuisse. id autem apparet circa annum Romæ CCLXXX. factum fuisse: vt vix CL. annis, aut ad summum CC. ante Romam conditam viguisse Theseum, inde iudicari possit. Sed & is locus (vt multi alii) mendosus haud iniuria, opinor, censeri potest: &, si hoc non sit, aliam à nostra & recepta supputationem sequi Plutarchus potuit: quando non vnam, sed plures, ipse Dionysius refert. Cæterum Sossius iste Senecio cuius tam nobilis est in Plutarchianis lucubrationibus mentio, quatuor sub Traiano gessit consulatus, vt ex annalibus patet. Fuisse eum in summo apud imperatorem honore, Xiphilinus scribit ex Dione.

Pag. 1. b. *Vt AEschyli verbis vtar*] Versus sunt de tragœdia cui titulus, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

Ibid. *Pugnaces ambo*] Versus est Homericus Iliad. 7. Idæi præconis ad Hectorem & Aiacem.

Ibid. *Si, quæ minime tragice dicta videntur, ad veritatem faciunt*] Lapus hæc verba ad ea quæ de natalibus Thesei sequuntur, retulit. Ego sequutus sum distinctionem Græci codicis. videtur enim Plutarchus hæc dixisse fabulæ causa remouendæ quæ de Romulo in cælum rapto fertur.

2. b. *Euripides*] Initio Hippolyti coronati.

Ib. c. *Vtre pedem extantem*] In Græco est, -δῆμον Ἀθηναίων εἰσαφικέσθαι. Legendum esse ἀφικέσθαι ratio carminis docet. Iisdem fere verbis recitat hoc oraculum Ægeus Medeæ apud Euripidem. Isæus in Lycophronem eadem copiose exponit, & ipsum oraculum hoc modo: (quam quidem genuinam lectionem esse puto) Ἀκοῦσον τὸν πεφυκότα πυθάνου φέρεται λαῶν Μὴ λύσῃς πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι.

Ib. d. 3. a. *Sub ingenti abditos saxo*] Esse in via ab Hermione Trœzenem euntibus, ait & describit Pausan. li. 2.

Ibid. d. *Quod πάτεσθαι Græce dicitur*] Xylander ibi perspicuitatis causa de suo addidit, *Vtrobique vi Græci vocabuli astipulante*. nam (inquit in Annot.) υἱὸς θετὸς Adoptitius dicitur, πρὸς τὸ θεῖναι: ac θέσις, Adoptio. & quum τίθημι sit Pono, à monumentis istis repositis dici potuit Θησεύς.

Ib. e. *Vt de Abantibus memorat Homerus*] In Bœotia vocans eos ὄπισθεν κομόωντας, crinito occipite. Cæterum de more comã deo nuncupandi & consecrandi, Pausanias hæc, τὸ δὲ ἕτερον ἀνάθημα κειρομένου τοῦ κόμου παῖδες οἱ δὴ τοῦ Κηφισσοῦ. καθιστάναι δὲ ὁ παλαιὸς τοῖς πᾶσι τοῦτο Ἕλλησι, τῷ Ὁμήρῳ τε αὖ πεκμάρετο ποιήσει, ὃς τὸν Πηλέα εὐξαμένῳ φησὶ τοῦ Σπερχειοῦ κερεῖν ἀνάστασθέντος ὁκ Τροίας Ἀχιλλέως τὴν κόμην. Atticis. Locus Homeri est Iliad. ↓.

4. c. *Fruerenturque lacertis ad viol.*] Thucyd. quoque lib. 1. p. 2. testatur Thesei ætatem fuisse latrociniis infestam. Cr.

5. c. *Periphetem*] Suid. Periphanem vocat. Vide Diod. lib. 5. Cr.

Ibid. d. *In Isthmo Sinnim Pityocampten*] Scribendum potius vnico n Sinin, vt & apud Paus. nec non apud Ouid. Metam. l. 7. quem vide. nam & ipse eleganter hæc Thesei facinora recenset, inter alia de hoc Sinide Pityocampte canens, *Occidit ille Sinis magnis male viribus vsus, Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora pinus.* Perperam enim ibi Scinis scriptum esse, vel ex metro patet.

4. c. *Multaque stœbe & asparagis obsitum*] Xyl. vertit, *Stœbaque herba & spinis densis obsitum.* Cur autem (inquit in Annot.) ἀσφάραγον verterim *Spinam*, Suidas docebit. Et Eustathius ait in Iliadis 21. esse τὸ ὁκ τῶν ἀκανθῶν αὐξανόμενον. Stœben ex spinosarum herbarum numero esse, apparet ex Plin. 21. 16.

Ibid. e. *Crommyoniæ sus*] Ouid. Metam. l. 7. Cromyona vnicom scribit: *Quodque suam securus arat Cromyona colonus, Munus opusque tuum est Theseu.* Apud Pausaniam in Atticis legitur τῆς Κορινθίας ἐν Κρομμυῶνι. Sed rursus initio Corinth. Κρωμύων ἀπὸ τοῦ Κρώμου τοῦ Ποσειδῶνος. Stephano est Κρεμμύων, Plinio Cremyon. vt & apud Ouid. quidam cod. habent *Cremyona.* Strabo lib. 8. Κρομύων habet.

Ibid. e. *Sunt qui Phæam mulierem latronem &c.*] Sic vertit & Xyl. annotans, Lego enim non λῃστρίδω, sed λῃστρίδα. alioquin fuit vertendum, sunt qui Phæam vxorem Lestridis fuisse perhibeant: quod non admitto.

5. b. *Hermione, Damastem Procrustem dictum*] Hunc locum ita vertit & Xyl. in eumque sic scribit: Græca sic habent: καὶ μικρὸν προσθών, Δαμάστου τὸν Ἑρμιόνι τὸν Προκρούστου, αἰκίσας αὐτὸν ἀπισθοῦ τοῖς κλινήρεσιν, ὥσπερ τοὺς ξένους ἐκεῖνος. Lapus quum verterit, *Quum domuisset Procrustem*, dubitasse mihi de voce δαμάστου videtur, aut legisse ἐδάμασεν: etsi verbo nihil est opus, quũ à superioribus hæc pendeant. alias & ipse dubitarem, nisi articulus τὸν ostenderet Damastem nomen, Procrustem cognomentum esse, quum nemo scriptorum, quod ego sciam, Procrustem nomine Damastæ affecerit. Paulanias Atticis, πρὸς πύτῳ τοῦ Κηφισσοῦ λῃστοῦ Πολυπήμονα ὄνομα, Προκρούστου δὲ ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτεινεν. Ouid. *Vidit & immanem Cephisias ora Procrusten.* Neq; hæc verba, ἀπισθοῦ τοῖς κλινήρεσι, sunt admodum euidentia: ideoq; (vt arbitror) à Lapo præterita. Videntur mihi hoc significare, Latronem illum hospites in lectum aut culcitram collocasse, & eorum artus tantisper extendisse dum luxatis membris longitudinem lecti implerent, atque ea vi iis mortem attulisse: quod sit πρεσκρύειν. Quod idem fere traditum à Diodoro Siculo li. 5. inueni. Certe autor argumenti Ἰσθμίων Pindari, (siue is est Triclinius) Procrustæ cognomentum Sinidi tribuit: cum quo tamen reliqui dissentiunt. ὁ δὲ Ἑρμίων autem, locum significat in Isthmo, vt apparet ex Plinii lib. 4. cap. 51. & lib. Strabonis 8. & Pausania, atque aliis.

Ibid. c. *Quem nunc Hecatombæona dicunt*) Quia parum cõstat quo modo Græci, & Attici præsertim, mentes Latinis nostris respondeant, & neq; interpretibus ea de re cum aliis, neque secum fere ipsis conuenit, malui nomen Græcum relinquere. Dicam sub finem totius operis hac de re quædam.

Ib. d. *Districtum cultrum, quasi carnes quæ appositæ erant, dissecturus, ostendit ei*) Lapus *Gladium* vertit quod est in Græco μάχαιρα: satis inconuenienter, ne dicam imperite. Capulo gladii agnitum Theseum facile concedo, sicut est apud Ouidium: *Quum pater in capulo gladii cognouit eburno Signa sui generis.* Eum ergo vt ostentaret Theseus, educendi cultri gratia protulit. Animaduerti etiam apud Homerum μάχαιραν esse cultrum, ξίφος gladium. Locum adscribam ex Iliad. γ, Ἀτρείδης δ' ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν, Ἣ οἱ παρ' ξίφεος μέγα κωλεὸν ἀμφὶ ἔκαστο, Ἀρνῶν ὁκ κεφαλέων τάμνε τρίχας. Scholion: μάχαιραν νῦν τὸ πρὸς τὸ ξίφος μικρὸν μαχαίριον λέγει. Est & apud Herodotum lib. 2. ὑδρὴ κρέως καθαρῶ βοὸς διαπεπτυμένῳ Ἑλληνικῇ μαχαίρῃ χρώμενος Ἀιγύπτιος: id est cultro, haud quidem dubie, ne dicam Halicarnasseum Dionysium lib. 11. non semel scribere, Verginiam, quum vindiciæ essent ab Appio Claudio ab libertate decretæ, à patre suo cultro lanii confossam: μαγειρικῇ μαχαίρᾳ. Et nostrates sane homines qui vulgari & impolito vtuntur sermone, etiam gladios *messer* nominant: quum culter sic Germanice dicatur, voce à Græco μάχαιρα deducta, vti apparet. & quidem ipse Plutarchus, quum loquitur de gladio hoc, qui esset γνώρισμα Thesei, non μάχαιραν dicit, sed ξίφος.

Ibid. e. *Vbi nunc in Delphinio septa sunt*) Δελφικον: lego Δελφίνιον. Delphinium autem templum Athenis erat, Apollini dedicatum: Suidas. & mox ipse Plutarchus Apollinis Delphinii meminit. & Eustath. in Iliad. δικαστήριον fuisse Athenis eo nomine scribit, vbi de cædibus iudicaretur. ἑρμῆς porro frequenter statuam Mercurialem significat: vnde illa ἑρμῶν περικοπή ex Thucydide infra in Alcibiade. & Hermæ Pentelici apud Ciceronem ad Atticum. Lapus Templi partem reddiderat.

Ibid. f. & 6. a. *Sphetta, Gargetto*) Pagi sunt apud Athenas. de quibus in Stephano dicemus.

6. a. *Inde aiunt Pallenæorum curiæ cum Agnusiis connubium non esse*) Nominantur curiarum Atticarum. quod non intellexit corrector iste Latinæ versionis, qui pro Παλληναέων reponendum arbitratur Παλλαντιδῶν: quasi vero curia non ab his nomen habuerit. Idem pro Ἑκαλώνω, quod est ab Hecale diminutiuum, mallet Ἑκαλίσσιν. Quasi vero ὑποκοριστικὸν aliter non potuerit quam trito illo modo formari.

Ibid. b. *Tetrapolin incolentibus*) Hoc est Atticam, quam quatuor vrbibus habebant, OEnoa, Probalinto, Tricorytho, Marathone, vt refert Stephanus. Sex. Pompeius Festus aliter: Quadrurbem, inquit, Athenas Accius appellauit, quod scilicet ex quatuor vrbibus in vnum domicilia tulere, Braurone, Eleusine, Sunio, Piræo. sed hæc alias. Hinc apud Euripidem populus Athenienſis πατρὶς πόλις ξυνοικος λαὸς dicitur, Ἡρακλείδαις: quippe quum ex quatuor vnum Theseus composuisset, vt sequetur apud Plutarchum. Cæterum Strabo, grauis autor, Tetrapolim vnam è duodecim ciuitatibus facit in quas Atticam hominum turbam digesserit Cecrops, & quas in vnam deinde Theseus redegerit. lib. 9.

Ibid. c. *In Attica dolo peremptus*) Diodor. lib. 5. circa Thebas sublatum ait. Cr.

Ibid. f. *In Bottiæorum rep.*) De Bottiæis Plin. l. 4. c. 2. Cr.

7. a. *Vel Homerus, Iouis appellans discipulum*) Xyl. vertit, *Colloquio Iouis vsum dicens*: in eundem hunc locum sic annotans: Locus est Vlyssеæ 19. vbi Διὸς ὀαρίζω vocat. Horat. 1. Carmi. oda 28. sic vertit: *Et Iouis arcanis Minos admissus*. Est autem ὀαρίζειν, Colloqui cum aliquo, non nugas, sed seria, & res arcanas tractandi causa: quod & hinc apparet, & ex eo quod Græci ob hoc vxores ὀάρους vocant. quo vocabulo & Homerus ita vsus est libro Iliad. nono, -Ἀνδράσι μαρναμένοις ὀάρων ἕνεκα σφετεράων.

Ibid. h. *Omnium illum autorem*) Diodorus lib. 4. (quintum alii citant, quod alteram primi libri partem pro secundo libro, hunc pro tertio accipiunt) ait, Androgeon, ab Aegeo metuente ne is cum Pallantis filiis societatem sui regno pellendi coiret, apud OEnoem positis insidiis occisum. Corrector iste annotauit, Diodorum scribere, id apud Thebas factum.

Ibid. d. *Attollen et candidum*) Catull. De nuptiis Pelei, *Candidaque intorti sustollant velarudentes*. Vide locum Cr.

Ibid. e. *In Phalereo*) Portus est Atticæ, vnde Demetrio Phalerei cognomentum.

8. d. *Leniter ei respondisse Thesea*) Vt sensus constet, sic legendum est τοῦτο μὲν ἀπεκρίνατο πρᾶος ὁ Θησεὺς, παραιτούμενος, &c.

Ibid. *In Thymætadis*) In Græco est, ἐν Θυμαιτάδων, ellipticῶς. Amiotus supplet *Oppido* seu *Castello*. vt appareat eam fuisse familiam Atticam Theseo coniunctam necessitate. Aristophan. Vesp. meminit Θυμαιτίδος σιούρας: quam schol. denominatam scribit ἀπὸ δήμου τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς: hanc autem, ἀπὸ Θυμοίτου ἥρωος. Itidem Suidas. Pausan. l. 2. vltimum Theseidarum regum Athenis nomen Thymœtæ gessisse scribit.

Ib. f. *In Homeri Necyim*) hoc est librum Vlyssеæ vndecimum: sic autem cum alii tum Cicero 1. Tusc. quæst. nominat hunc librum quod Vlyssis ad manes descensum exponat.

9. b. *Mensis Gorpiæi*) Hunc fere Septembrem interpretãtur. Suidas γορδιαῖον aiunt esse τὸν τεπτέμβριον, κατὰ τοὺς Μακεδόνας: Gordiæũ. Sed & Hesychius in voce Ἀ ϛ, γορπιαῖον perhibet: & recti⁹. nam apud Suidam quoque manuscriptus cod. habet Γορπαῖος.

10. b. *Eresiona, feres ficus*) Hi versus alibi aliter leguntur. Nam & in primo φέρε malo, quod est apud Eustathium, (quẽ legent studiosi huius rei cognoscendæ, sub finem Commentariorum in xx. Iliadis) Varinum, Suidam, & Clementem Alex. initio quarti Stromatωn, quam φέρειν. & quum hic atque apud Clementem sit αἰαψήσασθαι, apud Suidam ἀποψήσασθαι apud Varinum ὑποψήσασθαι, atque etiam ὀπτικρήσασθαι, ex Eustathio hoc legitur. deinde ibidem κύλιξ legitur, & ὅπως atque ἵνα pro ὡς. Ego sensum obseruaui. Extat de Eiresiona etiam Homeri carmen in vita eius apud Herodotum, (si quidem is est autor) & Suid. Cur vero εἰρεσιώνην verterim *frondem lemniscatam*, facile intelligunt eruditi.

11. a. *Astu & vrbem Athenas appellauit*) Sic Cicero 11. De legibus, Atticos Theseus migrare ex agris, & in astu quod appellatur, omnes se conferre iussit. Et Terentius in Eunucho, An ille in astu venit? de Chærea, qui ex Piræo se in vrbem contulisset.

12. a. *Tanto spatio quantum nauis theoridis expansum humi velum occupasset*) Θεωρίδος νεὼς ego hic quasi ad verbum verti, *Nauis qua spectatum venirent*. Est autẽ Theoris nauis publica Athenienſium, vt Paralus, vt Salaminia, de quibus alibi. Hanc autem quotannis solebant Delphos mittere ex voto Thesei, qui eam Cretam vectus reuectusque fuerat: eaq; missa, dum rediret, quasi iustitium Athenis erat. de qua re legatur initium Phædonis Platonici, Suidas, interpres Æschyli ἐπὶ ὀπὴ Θήβας, alii. Inde videtur dictus θεωρὸς, qua voce in Camillo est & Demetrio & alibi vsus Plutarchus. Cæterum ex hoc loco apparet, nauim theoridem non Delphos modo, sed & alio publice ad spectacula & sacrificia mitti consueuisse.

Ibid. c. d. *Apollini*) Aliqui legunt Panori. Cr.

13. c. *Vbi est rhomboides*) ὅπου τὸ ῥομβοειδὲς. figura est parallelis, sed non omnibus æqualibus lineis, angulisque non rectis contenta quadrilatera. Sed cuius rei figura sit, sepulcrine an alius, an vero proprium hic sit nomen, in Græco non exprimitur. itaque sic reliquimus.

Ibid. *Theseidis*) poema de Theseo.

14. a. *Sub Cadmea*) Id est, arce Thebana. quod satis est notum, cum ex aliis tum ex Æmil. Probo.

Ibid. *Eleutheris*) Oppidum est Atticæ, quod versus Bœotiam pro limite aliquando fuit. Pausan. Atticis.

Ibid. f. *Venerunt ambo Theseus & Pirithous Spartam*) In Græco est simpliciter ἦλθον μὲν δὴ Σπάρτῃ ἀμφότεροι: ita vt videãtur quædam hic deesse. nulla enim Pirithoi & Thesei præcessit mentio: de quibus tamen autorem loqui, sequẽtia indicãt.

15. a. *Qui vxori Persephone nomen indiderat*) In Græco ita omnino est vti ego reddidi. Lapus tritam (vt opinor) fabulam potius sequendam ratus, reginam Cereris nomine, filiã Proserpinam edidit: idemque est apud Amiotum. Alioquin *Aidoneus* Pluto Græcis est, cui non Cererem, sed huius filiam Proserpinam, raptam ab eo, coniugem fuisse fabulæ loquuntur. Atque de hoc etiam illis conuenit, Peirithoum non ad filiam Proserpinæ, sed ipsammet Plutonis coniugem rapiendam auxiliatore Theseo profectum. Plutarchus ergo alios autores, qui mythologiam tradiderint, sequutus videtur. Res non est summi momenti: fuit tamen notanda.

Ibid. b. *Menestheus Peteo*) in Gr. est ὁ Πετεώ. quem libri errorem sequutus Lapus, vertit, *Menestheus Peteo fis*. Sed scribẽdũ ὁ Πετεῶ. notum est vel ex illo Homerico Iliad. β, -υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεὺς. Meminitq; eodem modo in Corinth. Pausanias.

Ibid. f. *Matrem eius & Aphidnas*) Male in Græco Ἀθήνας pro Ἀφίδνας.

16. a. *Anaces*) vide Cic. lib. 3. De nat. d. Cr.

Ibid. b. *Clymenemque venustam*) Locus est Iliad. 3. Vide quæ ibi annotauit Scholiastes, & Calabrum lib. 14. De Munito multa sunt apud Lycophronem. nam Munitum ille vocat Μύνιτον. Quo loco quam & arroganter & stulte (vt sæpenumero) doctissimum poetam interpres Tzetzes, nescio quarum argutiarum ostentandarum gratia, insectetur, suique oblitum nugetur, ostendam (Deo volente) in Variis meis aliquando lectionibus.

Ibid. d. *Quum comperisset, eos præter quam quod se odissent, insuper timore abiecisse sui*) In Græco legitur, ὃς μὲν ἀπέλιπε μισεῶντας αὐτὸν, ἐνείσκων τῷ μὴ φοβεῖσθαι τὸ μισεῖν περσεικηφότας. Lapus ita vertit vt haud dubie legerit, ὃς μὲν ἀπέλιπε, μισεῶντας αὐτὸν ἐνείσκων, τῷ μὴ φοβεῖσθαι &c. Neutram lectionem cur probem, aperiam. Lapideo locum non habet, quod neque omnes quos reliquerat Athenis Theseus, ipsum oderant: & qui ante odissent, tum demum adducto in contemptum Theseo, etiam non metuebant. Tacitum enim odium contemptui aperto anteire & manifestæ inimicitiæ solet: non contra. Quare ne nostri quidem codicis lectio constat: sed ita est emendanda, οἷς μὲν ἀπέλιπε μισεῶντας αὐτὸν, ἐνείσκων τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν περσεικηφότας. Hoc vt ita esse intelligas, considera illam vocem tyrannorum, *Oderint dum metuant*. Estque sapienter dictum à Diodoro Siculo lib. 18. τὸ γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις θεωρούμενον μῖσος, ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἐκεκαῖῃ ταῖς ὀργαῖς, ἀπωθεῖν τοὺς πρὸς τοὺς μισουμένους. Qui, inquit, rebus vtentem secundis aliquem tacite oderunt: si eius fortuna in aduersam mutata indignatio hæc erumpat, plane aduersum eos qui odio sunt ipsis efferantur. Sed hæc satis.

IN PLVT. ROMVLVM ANNOTATIONES GVIL. Xylandri & Herm. Cruſerii interpretum.

19. a. *Fabius Pictor*] Fabii Pictoris extat fragmentum, & Catonis. Vide etiam Dionyſ. Halicarn. & T. Liuium. Cr.

Ibid. c. *(Germanus)* apud Varronem lib. 4. De ling. Lat. & apud Sex. Pompeium Feſtum, Cermalus legitur: quos vide.

Ibid. *Vel quia pecora ruminantia illic captabant vmbram*) Ἐνδάζειν, non ἐνδάζοντων, ſcribe. Eſt autem ἐνδάζειν proprie *Meridiari*, ſeu, *Interdiu dormire*, aut, *Quieti ſe dare*. Sic & in Lucullo, μεσημβρίας ὥσης, ἐν τῷ τραπεζῶνι ἐνδάζοντων καὶ ἀναπαυομένων. Euſtath. in 4. Vlyſſ. ad Verſum de Proteo, Ἔνδιος δ' ὁ γέρων, ait ἔνδια vocari ab Oppiano διατριβὰς ὑπαιθείους, nimirum diatribas ſub dio.

20. a. *Hic Larentiam complexus eſt ac dilexit*) Οὗτος ἔγνω τὴν Λαρεντίαν. Verbum γινώσκειν pro *Rem habere*, ſeu *Corpus miſcere*, ſumitur, quemadmodũ & in ſacris literis. Sic Plutarch. ſæpe loquitur. vt in Pompeio, πολλακίδας Μιθριδάτου ἔγνω. & in Bruto, τὴν Σερβιλίαν ἔγνω Καῖσαρ. & De mulierum virtutibus, γνώριμον ἐγνωσμένον ἀφ' ὥρας ζώνης τῆς Γαλάτης & initio Eumenis, de Berſina ab Alexandro habita. & in Galba, de matre Nymphidii. Latini eodem modo vſurparunt verbum *Cognoſcere*. Ouid. lib. 4. Metam. de Cadmo: *-ille ſua lambebat coniugis ora, Inque ſinus charos, veluti cognoſceret, ibat.* Et Iulius Cæſar ſimili modo loquutus eſt de Germanis lib. 6. Comment. belli Galli i: Intra annum vigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Cæterum Larentiæ eadem hiſtoria eſt apud Plutarchum, Quæſt. Rom. 35. & apud Macrob. lib. 1. Saturnal.

Ibid. b. *Traiectum velaturam vocant*) *Velaturam facere* dicuntur qui mercede vehunt: & *Velabrum*, quod ibi vehantur lintribus. ex Varronis lib. 4. De ling. Lat. De velabro vide & Liu. Dec. 3. l. 7.

21. c. *Alueum ſe ad Iliam ferre*) Αὐτὸς ἢ τῶν πρὸς τὴν Ἰλίαν. Satis ex ipſo ſenſu liquet, neutri generis demonſtratiuum pronomen abſolute poſitum, τὴν κάφιν *alueum* indicare: vt cogitare non habeam quid Lapo, quum hæc peruerteret, in mentem venerit.

23. a. *Herodorus Ponticus*) In Græco eſt Ἡρόδωρος. quod vitium ſequutus vterque interpres, Herodotum extulit: quum ſit Herodorus, cuius etiam in Theſeo mentio facta eſt, Ἡρόδωρος. Fuit autem ex Pontica Heraclea: vnde apud Athenæum lib. 11. Heracleotes citatur. Quin & apud Plutarchum in Ro. quæſt. XCIII. vbi iiſdem hæc fere verbis referuntur, Ἡρόδωρος recte legitur.

24. a. *Palilia vocabant*) Horum, ſicut & rituum condendæ vrbis, eſt venuſtiſſima deſcriptio apud Ouid. IV. Faſtorum, & Propertium li. 4. elegia prima & quarta. Certe Dionyſius Halicarn. τὴν Παλίαν appellare videtur ſub finem primi libri.

Ibid. 4. *Familiaris erat Tarutius*) Cicero 2. De diuinatione, L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noſter, &c. Vide locum.

25. b. *Teſtimonii aduerſus patronum clienti, vel patroni aduerſus clientem dicendi*) Vide hac de re iudiciũ C. Marii in prætura ambitus rei, ab ipſo Plutarcho in eius vita deſcriptum.

26. d. *De quibus prolixius in Quæſtionibus diximus*) ἐν τοῖς αἰτίοις. Librum Plutarchi intelligo qui adhuc extat ſub titulo Κεφαλαίων καταγραφή, quo explicatio problematum ſeu quæſtionum continetur. ibi in Romanis quæſtionibus & hæc & alia id genus multa pertractantur. Faciunt hæc plurimum ad intelligendos cum alios, tum Lucani locum libro 2. de Catonis & Marciæ poſterioribus nuptiis, hoc initio: *Turritaque premens frontem matrona corona, Translata vetuit contingere limina planta.*

Ibid. e. *Ceninenſium rex Acron*) Κενινῆς. Magna eſt varietas in pleriſque propriis vocabulis Græcis & Latinis. Infra in Marcello Καινινῆς legitur. Et Stephanum noui Καινίνλω ſcribere, per αι diphthongum: itemque Plinium. vt & Propertius li. 4. primam produxit, hanc ipſam hiſtoriam deſcribens: *Acron Hercules Cenina ductor ab arce.* Liuiani libri variant. Apud Dionyſium lib. 2. perperam ſcribitur Καιτᾶι, pro Καινινῆται. Apud Suidam etiam Κεινίνης per ε.

27. d. *Romulum fallitur Dionyſius*) Halicarnaſſeum notat Dionyſium, cuius hæc ſunt verba lib. Ῥωμ. ἀρχαιολ. ſecundo: πλευτᾶος ἢ τῆς πομπῆς αὐτὸς (Romulus) ἐπορεύετο ἐσθῆτα μὲν ἠμφιεσμένος ἀλουργῆ, δάφνη ἢ καταστεμμένος τὰς κόμας καὶ, ἵνα τὸ βασίλειον ἀξίωμα σώζῃ, πηδίππῳ παρεμβεβηκώς.

28. a. *Neque de Rhymitalce Thrace Cæſar*) Auguſtum intellige. Vide Plutarchum ſub finem Apophth. Porro varie is Rhymitalces Græcis & Latinis ſcribitur: non ſummo tamen hiſtoriæ momento.

Ibid. c. *Iſtam non Boii*) Τὴν δ' οὔτ' Ἀρβοιοί τε. Scribendum eſt ἄρ Βοῖοί τε. Boios enim Gallos fuiſſe nemo fere ignorat: Arbœos Gallos inuenio nullos. Pro χηεσμένοι, malim χηεσμένω.

30. c. *Ex auentino*) In Græco eſt Loentino. Annotator in verſione Lapi appoſuit, *Puto ab Auentino.* hoc videtur ſequutus Amiotus. iudicent periti.

Ibid. c. *Romulus ab illis eſt ſcuta mutuatus*) Θυρεοῖς. & vbi verti *Clypeis*, ἀσπίδας. Videtur autem θυρεὸς maior eſſe quam ſit ἀσπίς: hoc eſt, ſcuto clypeus minor. Itaque ſcutum vſurpabant poſtea temporis qui loricam non ferebant. Argolicum ſane clypeum non fuiſſe magnum, ex Virgilio apparet: qui oculum Cyclopis ei comparat, 3. AEneidos, *Argolici clypei aut Phœbea lampadis inſtar.* Quod poſterius eſt ex opinione vulgi dictum & eorum qui ſolem ſeſquipedalem putarunt. Cæterũ Liuius lib. 1. de armatura ſecundæ claſſis loquens, ſcutum ait eis pro clypeo datum. Dionyſ. lib. 4. hoc ipſum deſcribens, αἰτὴ τῶν ἀσπίδων αἰτίδωκε θυρεούς. His ex verbis eorum quæ dixi ratio conſtat.

31. c. *Pulſare oblatos*) Verſus ſunt Butæ: quod miror neutrum interpretum ſenſiſſe, eoque elegantiam loci ab iis interuerſam.

32. a. *Vel ſubdito partu*) In Græco eſt, κλεηδὼν ὑποβολῇ. I. quũ ſuſpectum eſſet Lapo, his verbis expreſſiſſe ſatis habuit, *clam furtimque marito.* & hæc ad adulterium retulit. Amiotus claues adulterinas intellexit. Ego quum ſemper mendum eſſe in verbo κλεηδὼν putarem, ea maxime ducebar coniectura, vel potius argumento, non eſſe ſimile vero, in legibus de matrimonio latis, de falſis aut occultis clauibus agi, præſertim ita vt inter veneficium & adulterium id crimen medio loco referretur. Ergo παίδων legendum cenſeo, vt cum veneficium prohiberetur, tum ne qua alienam ſobolem pro ſua ſupponeret, atque ita decepto marito genus ſtirpemque vitiaret. Recte-ne ita cenſeam, viderint docti, quorum iudicium facio. mihi quidem, ne cauſa eadem, haud valde metuo. Certe βρέφη ὑποβολιμαῖα vocari ſubditiios liberos, ſatis eſt notum.

33. d. *Quod ſeptimagium, id eſt ſeptimam portionem, vocant*) ἣν Σεπτιμάγιον καλοῦσιν, ὅ τοῦ ἐστὶν ἑπτάμοιρον. Dionyſius rectius videtur πέντε καλουμένους ἑπτὰ πάγους dicere, ſeptem pagos, (vel ſeptempagium) quos & Porſena Etruſcus repoſcebat, vt lib. 5. Dionyſius perſpicue docet. Cæterum quod apud Dionyſium ſequitur, ἐν τῷ ἄλλων ὑποτιθῶμεν τῷ πρὸς ταῖς ἐμβολαῖς τοῦ ποταμοῦ, (libet enim hoc obiter monere) ex hoc loco Plutarchi vitioſum eſſe intellexi, emacularique locum poſſe, ſi legatur καὶ τῷ ἄλλων, &c. Plutarch. ἀλοπηγίων expreſſius habet. Error libratii is fuit, vt facile admitti potuerit.

34. b. *Ac magiſtratum ſupremum Albanis quotannis crearet*) In Græco eſt Σαβίνοις, quod non video quomodo locum poſſit habere. Ἀλβανοῖς lege.

35. c. *Ariſtea Proconneſio*) Προικοννήσιον. Legendum Πρόκ. Inſula eſt Propontidis Proconneſus. Lapus Ariſteum protulit, ſequutus (vt opinor) mendoſam Plinii lectionem, qui huius ſimilem rem de eo narrat lib. VII. Hiſtor. natur. capite LII. Vide Herodotum in Thalia, ex quo Plutarchus hiſtoriam hanc videtur decerpſiſſe, (ibi quoque Ἀριστέας Προκοννήσιος dicitur) & Suidam. Meminit Gellius 9, 4. De Cleomede lege Eliacorum poſteriorem apud Pauſaniam. Fabula eius, de Sampſone ſacro videtur, vt multæ aliæ, imitata.

Ibid. e. *Omnium corpus tenetur morte pallida*) Locus hic Pindari non extat in iis quas hodie eius habemus reliquiis. Ipſe trochaicis verſibus trimetris hypercatalectticis expreſſi illos verſus. Non ſum adeo inſcius eorum quæ ad conſiderandos Græcos verſus attinent: ſcio quæ ab Hephæſtione & Triclinio, aliiſque ad eam rem tractandam ſint ſubminiſtrata adiumenta. Sed quod verſus in Græco textu non ſunt diſtincti, & varie poſſunt cum diſtinguitum ſcandi, vt aliud ſubinde atque aliud genus carminis præ ſe ferant: curioſo & (fere dixerim) inutili labori ſuperſedere volui cum hic tum alibi, & mea vti libertate. Lectoris eſt gratiam nobis huius vel licentiæ, vel (ſi ita vult vocare) ignauiæ facere, alioquin ſatis magno laboris pondere grauatis.

36. c. *Vt Marcũ (Cneum, Caium)* Xyl. *Veluti Marci ac Caii*: annotatq;, *Marcelli* eſt in Græco, apud Lapum & Amiotum. Sed mihi nequaquam placuit: qui intelligerem hîc prænomina intelligi, quæ omnium ſunt apud vulgus, & in huiuſmodi

præsertim concursu, vsitatissima. neque vero tam multi erant Marcelli quam Marci, nedum isto tempore, sed ne alias quidem. Verum in re aperta quid verba facio? Si cui tamen Marcelli pertinaciter placebunt, (nam incuria, non consilio, retentos ab interpretibus iudico) non impedio quin suum sequatur ingenium: modo meminerit, in vita Camilli, vbi ea quæ de Tutola sequitur fabula, repetitur, Marcos rectissime legi, cum Caiis & Luciis. Historia hæc refertur etiam in Saturnal. Macrobii lib. 1. cap. 11.

37. a. *Et ad Capræ paludem tanquam ad mare pergant*) ὡς ἐπὶ θάλασσαν. Quid hoc sibi velit, sane (vt fatear verum) excogitare nondum potui. ὡς ἐπὶ ἐυοίαν si fuisset, habuissem quæ dicerem. iudicent hoc acutiores. Amiotus hæc verba accepit quasi Capræ palus versus mare sita intelligatur. quod an sensum digatum autore exprimat, nescio. X. Cruserius quoque plane legendum censet, *Vt ad sacrificium*, quod id priori narrationi sit congruens.

IN COMPARATIONEM.

37. b. *Illud Platonis profecto*) Locus est in Phædonis secundæ paginæ fine, vbi Socrates Simmiæ ostendit, metu malorum omnes homines, exceptis philosophis, fortes esse.

Ibid. d. *Vnde mihi quidem haud perperam videntur philosophi amorem definire*) Est & hoc apud Platonem in Sympesio.

38. a. *Nemo ignoscat mentem ei subito tantopere fuisse commotam*) Hunc locum Lapus peruertit plane, neque sensum & verba sequentia considerauit.

39. a. *Quippe annis triginta & ducentis*) Quid de hoc numero statuam, ambigo. nisi forte dissensisse ab aliis pleriisque autoribus Plutarch. est putandus, in re ita illustri atq; insigni: quomodo etiam de ætate qua vixerit Theseus, vt supra retuli. Ne ausim mendum dicere, facit quod iisdem fere literis in comparatione Numæ cum Lycurgo repetitur: & tamen mendum suspicor. Nam Dionysius Halicarnass. grauis & diligentissimus autor, lib. 2. ait hoc factum Olympiade CXXXVII. M. Pomponio, C. Papirio Coss. id est, V. C. anno DXXIII. vt nos & alii fere numerant. quem annũ Gellius numerans, alios nominat Coss. lib. 4. cap. 3. & lib. 19. capite vltimo, alium annum, si non fallit codex. Maximæ autoritatis scriptor Tertullianus περὶ μονογαμίας & in Apologetico, affirmat, sexcentis prope post Romam conditam annis Sp. Caruilium cum vxore diuortium fecisse. Certe trecentis prope annis ab aliis Plutarchi numerus distat. X. Valer. Maxim. (vt annotat Crus.) habet *Viginti & quingentis*. Idem Valer. lib. 2. cap. 1. habet *Cabillium*.

IN PLVT. LYCVRGVM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

QVo tempore vixerit Lycurgus, si quis disputatum & explicatum accuratius legere desiderat, Clementis Alexãdrini primum Stromateων librum consulat. Huc enim nos transferre quæ copiose ab eo variis ex autoribus sunt collecta, breuitatis studium non sinebat.

39. f. *Præterea tribuit ei Xenophon vetustatis opinionem*) Locus est in libello De Lacedæmoniorum rẽpublica. Is libellus lectus, multum lucis huic adferet.

40. a. *Heraclidas*) De Heraclidis multa sunt passim apud Græcos, apud Pausaniam in Laconicis, & alibi, atque etiam apud Herodotum non vno loco. it. de peri malo quam huc infarcire. Et Clemens multa atque docta habet eo quem indicaui loco. Breuiter autem & iuculente res tota est a Diodoro Siculo perscripta atque explicata, lib. 4. Ad eum te remitto. Plutarchus in Solone, ab Hercule vndecimum fuisse Lycurgum scribit: vt & hic ex Eutychida.

Ibid. b. *Fama est Soum, quum in loco asero & aridoque circumsideretur à Clitoriis*) Iisdem plane verbis hoc refertur in Apophthegmatis Plutarchi Laconicis. Sed ibi accusatiuus Σόον, siue Σῶον, vt ibi scriptum est, perperam cum præcedentibus connexus est, vt ex hoc loco satis manifesto apparet. Quæ res interpretem quoque Raphaelem Regium in errorem impulit, virum alioqui doctissimum. Itaque post Sœbidæ, (pro quo scribendum potius Phœbidæ, vt apud eundem Plutarch. in Pelopida reperimus, & in Agesilao: quanquam hic reclamante serie alphabetica) illud apophthegma, πολλοὶ τῶν ἡμέτερον ἀξίαν εἶχε, δυναμένων τὸν ἀγαθὸν δεῖξαι, interpungendum est, spatioque aliquanto interposito subiungendum hoc nouum Soi apophthegma, Σόου λέγεται ὁ χωρ. & quæ sequuntur. Huius generis erratorum, & quidem multo grauiorum, aliquot sunt in Græco centeriæ, in Plutarchi opusculis quæ Moralia inscribuntur & vocantur: interpretum vero oscitantiæ & crassæ ignorantiæ, myriades multæ. hic ἀφύσεν erat, pro ἀφήσειν.

Ib. c. *Eurytionidas*) Pausanias, accuratus in primis atq; fide dignus scriptor, libro tertio, qui de rebus Laconicis est, vbi vtriusque familiæ reges enumerat, Eurypontidas hos vocat, (Εὐρυπωνίδας) & filium Soi Eurypontam, (Εὐρυπῶντα Σόου) atque ita constanter legitur. Herodotus quoque in Vrania, Leotychidæ genus recensens, eum de quo quærimus, Εὐρυπῶντα vocat: sicque etiam in Aldino est libro. Etiam infra in Lysandro Ευρυπωνίδαι dicuntur: sed vitio librarii, vt quidem existimo. Nam mihi Eurytion cum alias magis probatur, in Plutarchi saltem loco hoc & aliis: (vt paulo ante in comparatione Pompeii cum Agesilao, initio Agidis, &c. Potest enim fieri vt ab istis dissenserit, aliosque sequutus sit autores) tum ratione declinationis, & obliquorum casuum moueor, dixisset enim Εὐρυπῶντα: sed legitur hic Εὐρυπῶνα, & in Agide est Εὐρυπωνίδης, quum fuisset scribendum Εὐρυπωνιδῶν. alioquin ῶ & ω scriptio est admodum affinis. sed accentus & vltima syllaba vocabuli me mouent. Porro idem (vt hoc lectoris gratia addam) Eunomum Prytanidis F. Eurypontis N. facit.

41. a. *Nomen dedit Charilao.*) Herodotus lib. 1. eadem indicans, vocat hunc Leoboten, Λεωβότεω. Eumque locum citans Pausanias quo dixi libro, ostendit Laboram Echestrati F. (Λαβότου τοῦ Ἐχεστράτου) aliis dictum: sed ipse dissentit haud dubie, & Charillum Polydectæ filium disertè post paulo nominat, Χάριλλον. Dionysius Halic. libro 2. Antiq. Roman. ex Sabinorum historiis Eunomum appellat, καθ' ὃν (inquit) χρόνον ἐπὶ τῆς πόλεως Εὔνομον τὸν Δεωβοτείδου, Λυκοῦργος, ὁ θεὶς τὴν Σπάρτην νόμους.

42. b. *Regressus domum est cum celebrato illo oraculo*) Ab Herodoto ibidem refertur ad verbum.

Ibid. d. *Chalciœcon*) Ædem Mineruæ fuisse constat. Suidas ita dictam, vel quod ærea (aut verius ærata) esset, vel à Chalcidensibus Eubœensibus condita, scribit. Liuius lib. 35. templum esse Mineruæ æreum scribit: idemque Pausanias. Mentio eius crebra & nobilis passim. vt & apud Æmilianum Prob. in Pausania, in ædem Mineruæ quæ Chalciœcus vocatur, confugit.

Ibid. *Quod ferunt eius collegam in regno Archelaum*) Pausanias expresse hunc Agesilaum nominat. Lapus Archesilaum legit: & pro Arithmiada, Artemidam. In libello De discrimine amici & adulatoris, contrario sensu hoc de Charilao iudicium legitur: nimirum non dignum cum laude & boni viti titulo esse qui ne malis quidem durum se præbeat. Atque ita etiam in Laconicis Apophth. legitur, nisi quod ibi Archidamidæ adscribitur.

Ibid. *Quem ait Plato*) Locus est lib. 3. De legibus.

Ibid. e. *Spharus totidem ab initio, &c.*) Haud scio isne sit quẽ in vita Cleomenis Sphærum Borystheniten, Zenonis Citiensis discipulum, Cleomenisque in Philosophia præceptorem fuisse scribit. Quæ ad numeri proprietatem attinent, in Arithmeticis traduntur.

43. a. *Ioui Sillanio*) In hac rhetra vertenda quædam Græca reliqui, quæ quid sint non intelligebam, vt est illud Gamodãn & gorian.

Ibid. d. *Vt ait Plato*) Eo quem dixi libro.

45. a. *Et poculum Lacedæmonicum quod cothon dicebatur*) κώθων, poculum figlinum exiguum atque sinuosum. Describitur venuste apud Athenæum libro 11. vbi itidem affertur Critiæ testimonium. Aliquando ponitur pro potu & compotatione: quomodo & κωθωνίσαι verbum. Sic κώθωνος vocabulo vsus est autor noster in Pyrrho, vt ibi admonui. & in Timoleonte est, περὶ κώθωνα διαπείθειν, Potare: & in Anton. Quid ἄμβων sit, ex Ælio Dionysio Eustathius 9. Odysseæ docet: Ego ita verti vt congruere maxime huc putaui.

46. c. *Nam ei qui sacrificasset vel venatus esset*) θύσας ἢ κυνηγήσας ἐψήσει. Lapus & Amiotus retardatum intelligunt: quasi si ὀψίσει legissent: quæ sane vox in Lexicis reperitur, alibi legisse non succurrit. ἐψήσει quidem non quadrat.

Ibid. e. *Fama est quendam regem Ponti*) Id factum à Dionysio tyranno refert. Cic. 5. Tusc. quæst. & in Apopth. Laconicis i-

dem est: vt in voce πυπκῶν videatur esse mendum.

47. e *Vt vult Aristoteles*) Polit. 7. c. 17. Cr.

48. c. *Vt aut Plato*) lib. 5. De repub. Geometrica autem necessitas, est vis illa demonstrationum quæ in Mathematicis ita exprimis veris necessitatisque propositionibus construuntur, vt ii recte non persuadere, sed cogere apud Ciceronem dicantur.

49. f. *Vt autor est Plato*) Tibi vero, Alcibiade Pericles seruorum deterrimum Zopyrum Thracem padagogum præfecit. Socrates apud Platonem in Alcibiade priore. Nutricis nomen hîc depraua̅te Ἀμύκλα, recte initio Alcibiadis Ἀμύκλα legitur.

50. c. *Per brumam lycophonas, quos vocant, substernebant*) λυκόφονας. Apud Hesychium & Varinum λυκόφαγον accusandi casu legitur. atq; ille, lingua Messeniorum ita appellari πὺ ἐχινόπουδα. Echinopus autē ab hoc exponitur genus spinæ, seu cardui. In Institut. Lacon. pro hoc λυκοφόνας scriptum λυκοφώνας.

Ibid. d. *Mellireuas*) μελλιρεύας enim duplici λ legi, ὡς ἀπὸ τοῦ μέλλω. tametsi Suidas quoque vno λ videatur scribere: vt Dorice fortassis extritum alterum λ suspicari possimus. Plutarchus in libello *An seni gerenda resp.* scribit, apud Ephesios moris fuisse vt sacerdos Dianæ primo anno μελλίερον, secundo ἱέρη, tertio παλιέρον diceretur. quod institutum ab hoc non valde abludit, vt & Vestalium.

51. a. *In ara Dianæ Orthiæ*) Lapus vertit, *ad aram Augurii*. Est enim sequutus mendum Græci libri qui ἐρυθείας habet: quum sit legendum haud dubie ὀρθίας. De Dianæ enim Orthiæ loquitur ara, ad quam flagris concidi pueros instituto Lycurgi consueuisse, locuples testis est in Laconicis Pausanias: simulque causam eius instituti aliam quam vel Cic. libro 2. Tusc. quæst. vel Lucianus ad finem Anacharsidis, vel ipse Plutarchus indicet, refert: quam breuitati studens, ex eo te, si lubeat, petere iubeo. alia etiam in Aristidis vita noster refert. Supra quoque mentio facta est huius Orthiæ Dianæ, in Theseo: necnon in Institut. Lacon.

52. b. *In quibus manus non tollatur*) Xyland. vertit, *In quibus victoria non potest prodit* & super hoc annotat, χεὶρὰ οὐ ἀπαντᾶται, id est *manus non intenditur*. Obscurum est hoc. Causa in Laconicis apophth. subiungitur, Vt ne quis labori succumbere adsuescat. Videtur ergo cauisse ne herbam (quod aiunt) quisquam porrigeret in certando: sed alia ratione certamen diuimeretur. Tale est quod Lucianus dicto libro refert, de pueris in duas partes diuisis, inque loco aqua circumdato pugnantibus, tantisper dum vna pars alteram vsque in aquam compelleret. eo enim pacto nullum porro percutere, aut feriri. Latini sane *Manus dare* dicunt pro eo quod est Victum se fateri. Cicero etiam *Manum tollo* dixit: id quod nos hîc χεῖρ ἀνιέναι dici putamus: in libro De consolatione, quum morte Tulliolæ suæ à fortuna superatum se fatens. Cedo, inquit, en manum tollo. Locus est apud Lactantium lib. 3 cap. 28. Similiter Virg. 12. Æneid. --*vicisti: & victam tendere* (πίνειν hoc quidem est) *palmas Ausonii videre*. Neque affirmo me rem acu tetigisse, quod in mentem venit, attuli, καὶ ἐπίζω.

Ibid. b. *Alter non auceat plus possidere altero*) Μὴ μείζω ἄτερος ἑτέρου κεκτήμεν. ἑτέρου genitiuo casu lego, ι non subscripto. In Apophthegm. πάχοιντι. vt & hic legi possit μεύνητι pro μένοντι. Ibidem ἐρεείνῃ pro ἐρεπήμεν. Quorum neutrum quadrat. forsan legendum ἐρεπέν aut ἐρεπίζν. apud Hesychium enim reperio ἐρεπίζων, ἐρῶν, ἐπιθυμῶν. nisi forte quis legendum existimet κρεπέντι. In iisdem Apophth. habetur αἰδέρασι pro αἰδρείοις: rectius.

Ibid. e. *Ille quem hortabantur vt audiret quendam qui cantum &c.*) Agesilao in vita eius Plutarchus hoc tribuit: proximum Arigeo, in Apophth. Laconicis.

53. b. *Nos fortitudine plurimum præstabimus*) πολλῶν, quum debeat esse πολλῷ: quod & sensus requirit, & ita legitur in Laconicis apophth. Lapus mendum retinuit. Rhythmi embaterii meminit Iliad. o Eustathius.

57. b. *Spendontis*) Σπένδοντος. *Speudontis* habet Lapus. τοὺς δεσπόσυνας autem, *dominos* verto: vt *dominium* pro domino positum μετωνυμικῶς intelligatur, sicut φιλόνης apud Lucianum & alios pro amico dicitur. Domini autem hesiotibus interdixerant carminum Terpandri & aliorum vsu, re maxime apud illos habita liberali. Erasinus in Apophth. Lacænarum δεσποσύνας *filias heriles* vertit, concaptiuas scilicet, quarum illi autoritatem pluris quam iussum victoris fecerint. Quod commentum non cum vocabulo modo, (nam δεσπόσυνος Verna est, seu Domi heri sui educatus seruus, teste Eustath. in Iliad. λ: vnde fœmininum δεσποσύνη, fuerit Serua, non Filia herilis: tametsi idem Iliad. ν, adiectiue poni hoc modo neget) sed & sententia Plutarchi pugnat, ostendentis musica, re apprime liberali, interdictum Ilotis fuisse. Ideo capri non poterant eos versus cantare, quos vt discerent, à dominis eis non fuerat concessum. Cæterum locus qui de Heilotibus necatis paulo ante ex Thucydide citatur, extat libro quarto, vbi de Brasida in Chalcidicam emisso disserit.

Ibid. b. *Secundum magnum illum terræmotum*) Hunc, & bellum ab Heilotibus vna cum Messeniis contra Lacedæmonios gestum, describit Diodorus Siculus lib. 11. vide & Plutarchum in Cimone.

58. a. *Vsque ad Agin Archidami filium*) Is cum Pausania rex fuit quo tempore Lysander Atheniensibus victis, eos ad pacis duras conditiones accipiendas compulit, & bellum Peloponnesiacum confecit. vide vitam Lysandri, & Pausaniam. Alius fuit Agis cuius vitam Plutarchus scripsit.

Ibid. b. *Per Alexandrum, vel potius Lysandrum*) Quis hîc Alexander dicatur, (si modo menda locus vacat) nescio: de Lysandro constat. Fortassis Cleandri idem notat, qui se à Pericle est passus corrumpi, & Pleistonacti persuasit vt ex Attica exercitum abduceret. Plutarchus Pericle, & alii. Fuit autem is Pleistonax pater Pausaniæ regis, quem modo nominaui. Sed hæc est coniectura: non tamen forte omnino vana.

IN PLVT. NVMAM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

60. a. *Atque ab Numæ seculo quinque fere remotum ætatibus*) Pythagoram philosophum Numa permultis annis posteriorem fuisse, duobusq; adeo prope seculis (hoc est, annis ducentis) testatur lib. 2. De oratore Tullius: idemq; in præfatione quarti libri Tusc. quæst. ait, Pythagoram in Italia tum fuisse quum L. Brutus reges profligauit: quod non dissentit ab eo quod Pythagoram Liuius ait regnante Seruio Tullo primum in Italiam venisse. Dionysius hoc idem ratione olympiadum demonstrans libro 2. quatuor ætatibus eum Numa posteriorem fuisse, non rotundo tamen numero, colligit. Plutarchus hic quinque ætates facit, πέντε γενεαῖς inquiens. Videtur autem innuere, id quod inter regni Numæ initium, & aduentum in Italiam Pythagoræ, qui sub Seruio Tullo fuit, tempus intercidit, annorum circiter C L, vt Ætas (γενεὰ) triginta annorum intelligatur, quomodo non Homerici tantum Nestoris tres illæ γενεαὶ lib. 1. Iliadis à Græcis interpretibus exponuntur: atque adeo ab ipso nostro etiam Plutarcho in Catone Censorio, vbi de accusationibus eius refert. (nam Ouidius libro 12. Metamorph. fabulam sectatus est, vbi hæc Nestor —*vixi annos bis centum, iam tertia viuitur ætas*. sed & apud Plutarchum in libro Cur oracula desierint, ostenditur, triginta annos de Heracliti sententia γενεὰν (ætatem) esse viri πεπαῶτος, hoc est, *vigentis & iam etiam senescentis*. & quidem huiusmodi πεντηκοντάτεις γενεὰς meminit etiam Diodorus Siculus prope finem lib. 11. Vnde Herodotus non inelegantes centum annos complexam hominis ætatē, τρεῖς γενεάς, *tres ætates*, appellauit: βραχὺ παρεκτείνων τὸν πεντηκοντάετη γενεάν, vt ait Eustathius. Quid autem apud Dionysium γενεὰ sit, non est facile affirmare. arbitror tamen annos eum 25. pro eo intelligere. Nam profecto eius quem dixi libri initio, Romam à Latinis conditam dicens decimasexta post excidium Troiæ ætate, ἑκκαιδεκάτην γενεὰν: mox ait, eam anno ab euerso Ilio quadringentesimo secundo extructam. Sed hæc satis.

Ib. f. *Comparant inter se centum quinquaginta patres*) πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Equidem non video vt hoc verum sit, vtque consentiat cum eo quod in Romulo dictum est, centum patres de Sabinis centum prioribus istis adscriptos fuisse: quod idem est apud Dionysium. nam Liuius inter regnum penes C. patres fuisse tradit: vt qui Sabinos istos non agnosceret. Dionysius autem ducentis patribus diserte tribuit: quod & hîc malim. non enim CL. sed CC. fuerunt etiam ex Plutarchi, vt diximus sententia.

61. a. *Vt loco Quirini*) Hîc de modo interregni cum aliis non consentit, neque satis credo verba non esse deprauata.

Ibid. c. *Filius fuit Pomponii*) υἱὸς δὲ Πομπωνίου. Liuius l. 40. de lapideis Numæ arcis repertis: In altera Numam Pomponium Pōponis F. regem Rom. sepultum esse. Dionysius Halicar. υἱὸν Πομπιλίου Πόμπωνος, κατ' ὄνομα Νομᾶν vocat: Pompilii Pomponis

F. nomine Numã. Pomponẽ Numæ F. infra refert Plutarch.

Ibid.d. *Vndecimo calend. Maias*) Sic est & in Romulo. Nec video quid sequutus sit Lapus, XIV. cal. scribens. Quod enim hîc πρὸ δίκα μιᾶς dicitur, ibi planius est scriptum πρὸ ἑνδέκα. Est autem non XX. vt Amiotus putauit, sed XXI. dies Aprilis. in Romulo XIX. extulit idem.

62.a. *Phryges de Atte*) Atys hic alias, apud Suid. Attis. Ἄττις. apud Lucianum de Dea Syria, scribitur Ἄττης, vnde hîc gignendi casu Ἄττεω. Ex Ouidio, Catullo, alijs, & hoc Luciani libello, satis de amore eius & Cybeles constat. Notus etiam Endymionis & Lunæ amor est. De Herodoto Bithynorum, nihil succurrit.

Ibid.d. *Et defuncto alium deum sepulturam perhibent curasse*) Bacchũ nimirum, qui Lacedæmoniorum ducem Athenas obsidentem iussit honorifice funus facere nouæ Sireni, hoc est Sophocli, autorin Atticis Pausan. Meminit & Plin. 7. 29.

64. c. *Et ministrum in æde Iouis pubescentem puerum dici Camillum*) Idem est apud Dionysium lib. 2. & apud Festum in voce Cumera, atque lib. 6. in Flaminius Camillus.

Ibid. d. *Quem vocat æstuantem ciuitatem Plato*] φλεγμαίνουσαν, lib. De repub. 2.

65. a. *Pythagoram technis captantem*] πόρῃ τε καὶ ἀθρόοις. Lapus videtur πόρῃ legisse: sed lectionem nostram malo.

Ibid. b. *Tacitam eam nominauit*] Græce hoc Plutarchus exponit, σιωπηλὸν ἢ νέαν. Sed hoc posterius puto esse mendosum, & ἐνεὰ legendum, hoc est Mutam. Nihil enim huc νέα, id est, Iuuenis aut Recens.

Ibid.d. *Abillo AEmiliam quoque gentem patriciis insertam nomen referunt traxisse*] nimirum vt Mamerci Æmilii dicerentur. Sane apud Liuium lib. 4. mentio fit Mamerci Æmilii, cuius tres ibi dictaturæ referuntur. Et apud Suetonium in Iulio Mamercus Æmilius eius propinquus nominatur. Ita initio libri septimi apud Liuium L. Æmilius consul nominatur, cognomento Mamercus. Alii Mamercinum (vt & alibi) legunt: quod probo. Est & apud Diodorum T. Æmilius Mamercus: aut potius Mamercinus.

Ibid. e. *Maxima pars nomen omnium absurdissimum approbant*] Etiam Varronem notat, apud quem hoc est lib. 4. De ling. Lat. Lucanus lib. 1. à posse & facere dictos Pontifices, innuisse videtur hoc versu, *Pontifices, sacri quibus est permissa potestas.*

66 a. *Abrege Anco Marcio Numæ ex filia nepote*] Ancum Marcium intelligit, quartum regem Romanorum.

Ibid.b. *Aristionis tyrannidem*] Fuit hoc bello Mithridatico, vt cum al. unde tum ex Sylla Plutarchi intelligitur. quod autem sequitur mentio eiusdem belli, eam mihi ad Vestalem ignem referenda videtur.

Ibid.c. *Succendunt eam scaphiis cauatis in æqu.*] Xyl. vertit, *Eã ad rem instrumentis vtuntur quæ σκαφεῖα nominant. sunt autem excauata in modum turbinis rectanguli.* Atq; in hunc locum sic annotat. Meminit Vitruuius lib. 9. cap. 9. horologii scaphii, quod est hemisphærium excauatum: quod genus hodie etiam vsurpatur. Idem cap. 1. lib. 8. scaphẽon pro vase aliquo rotundo & cauo posuit. Cæterum turbinis siue coni rectanguli quæ est apud Euclidem lib. 11. definitio, occasionem mihi dedit hunc locum ita vertendi. nam Lapus neque perspicue neque vere extulerat.

67. e. *Vsque ad decem*] Sic & Lapus legit. nam perspicue falsum est in Græco μέχρι πρὸ δώδεκα, pro δέκα: quod sequentia verba ostendunt, vt aliorum scriptorum testimonia omittam.

68. a. *Siquidem pacis Feciales arbitri erant*] Vellẽ sane Plutarchum edidisse nobis rationem huius nominis. parum enim de ea constat, præsertim in tanta scriptionis diuersitate. Hic φηκιάλιοι vocantur, in Camillo φιπάλες: in Problematis autem, quæst. 62. φιδιάλιοι leguntur, haud dubia menda. Apud Dionysium φιδιάλες sunt. Latini codices fere Fœciales, œ diphthõgo habent. Varro à fide & faciendo dictos testatur: à feriendo Festus, quod pacis faciendæ essent autores. Itaque feciales sine diphthongo scribo. Cum Plutarcho facit Dionysius. nam Liuius sub Tullo demum Fecialium ministerium retulit. Verba autem quibus vsus fuerit Fecialis in indicendo hosti bello, habes apud Gel. li. 16. ca. 4.

Ibid. b. *Fama est*] Liu. lib. 5. C. c.

69. a. *Eas peltas ancilia ex figura vocant*] Ouid. Fast. l. 3. *ancile vocat* (Scutum quod leui versatum leniter aura decidcrat) *quod ab omni parte recisum est, Quemque notes oculis angulus omnis abest.* Cr.

70. e. *Locum vero Eliciũ ab illo appellatum quasi Iliciũ, quod ἵλεω Græce propitium significet*] Xyl. vertit, *Loco nomen inde Iliciũ fuisse impositum*: Annotatq;, Nempe πρὸς τὸ ἵλεως, quod est Propitius. Sane Elicium Iouem multo aliter Liuius exponit. Et Ouidius Fast. 3. *Eliciunt* (inquit) *calo te Iupiter. vnde minores Nunc quoque te celebrant Eliciumque vocant.*

71. a. *Siquidem compedes terminos esse. si seruarentur, virium &c.*] Xyl. vertit, *Nam intelligebat si quidem à limitum vsu sibi caueret, facturum hoc ad suam potentiam firmandam*: & annotat: Lapus perperam, *si obseruaret*, vt & reliqua. Non venit ei in mentem φυλαττεσθαι media voce esse Vitare, Cauere.

Ibid. e. *A qua excepit eos qui in matrimonio essent*] in Græco sensum perturbat menda, ὑπεξελομένους, quod ad patres referri debebat vtiq;. & Lapus eo deceptus, obscure & nullo sensu vertit, *Patribus illos interuertentibus, &c.* & ne indicium quidem factæ à Numa correctionis reliquit. Fuit autem à Plutarcho scriptum ὑπεξελομένου, isque genitiuus ad Numam refertur, quidque is correxerit indicat. Et vero ὑπεξαίρεσις, Exceptio, supra etiam dicebatur de pontificibus: vt ὑπεξελέσθαι sit Eximium habere, seu Excipere. nihil minus quam Interuertere: qua de re etiam in Antonino nostro monueram. Atque ipse Plut. in Catone philosopho, de tribunatu pl. eius loquens, perspicue ita vsus est ἕνα Σιλανὸν ὑπεξελόμενος δ' οἰκείοτητα. & in Artoxerxe de eius cum Parysatide lusione, qua Mesabatam eunuchum illa ad cædem traxit.

72. a. *Quem Mercidinum vocant Romani* Μερκιδίνον. Lapus μερκηδίνον videtur legisse. Infra in Cæsaris vita vocatur Mercedonius μερκηδόνιος: quæ lectio videtur verior. Sane Festus quoque annotauit, Mercedonios dici à soluenda mercede.

72. d. *Iunium à tempore anni*] X. vertit, *Iunium à Iunone.* sicque annotat: ἀπὸ τῆς ὥρας: Lapus pulchre, *ab anni tempore.* Maium à maioribus dictum, Iunium à iunioribus, venuste refert Ouid. initio 5. & 6. Fastorum: ne alios autores adducam. Itaque staret lectio ὥρας, quod est Iuuentute aut Iuuenibus: nisi Iunoni cum Hebe de origine mensis disceptanti, videretur autor accedere. Itaque recte pro ὥρας legas Ἥβας: præsertim quum Maium à Maia dictum audieris, & ætatum nomina simul ipse seorsim adducat.

Ibid. e. *Plantasque expiant eo tempore*] Xylãder vertit, *Mortuis parentant*: legendum ducens θυπαῖς pro φυπαῖς, non enim (inquit) aut plantis vtebantur isto quidem in sacrificio, aut in honorem plantarum quicquam fiebat: quorum alterum Lapo, alterum Amioto placuisse miror.

73. a. *M. Atilio & T. Manlio*] Alii C. Atilium Bulbum vocant. Fuit hoc anno V. C. DXVIII. post perfectũ primũ Punicũ bellum. Liuius meminit li. 1. Velleius libro 2. Orosius libro 4. cap. 12. (qui toto anno clausum Ianum fuisse dicit: Varro l. 4. De lingua Lat. eodem anno & clausum & patefactum) Eutrop. initio tertii, Augustum bis clausisse Ianum, nempe anno DCCCXXV. confecto bello Actiaco. & iterum V. C. anno DCCXXIX. subactis Hispanicis & Gallicis populis, propter quos reseratus fuerat, Dion. lib. 51. & 53. docet.

Ibid. d. *Quam ille non paucis seculis post non dubitauit de rep. proferre*] Locus Platonis est lib. 6. de Repub. cuius & libro 1. Epist. 1. ad Qu. fratrem meminit Cicero.

Ibid. f. *Mamerci mamercios*] Quod sequitur de regum cognomento, facit locum suspectum & obscurum. De Mamercis AEmiliis supra auditum est. Sed Mamerciam gentem, & quidem cognomento regum, nullam etiamnum legi. Marcios reges fuisse Romæ nobiles scio: an vero hîc legendũ sit Μαρκίους pro Μαμερκίους, Marcios, non Mamercios, non satis scio: non enim in promptu dicere est cur à Mamercio statim nomen in Marcia familia mutatum fuerit, quum alioquin tandiu in AEmiliis durauerit. Sane Suetonius ab Anco Marcio genus Marciorum repetit in Cæsare, cap. (vt numerant) 6. Sed & huius ipsius Anci genus Plut. hic & initio Coriolani à Numa repetit: ita tamen vt huic loco id parum videatur mederi. Hæc ego doctiorib. relinquo. Profecto quod statim de Marcii cum Pompilia nuptiis sequitur, huic videtur refragari sententiæ quam de Mamerciis in Marcios mutandis protulimus quum quidem id in confesso esse dicat Plutarchus.

74. e. *Cornelio & M. Bebio*] Historia est apud Liuium li. 40. copiosius descripta. Incidit in annum V. C. DLXXIII. Numam autem anno Romæ octogesimoprimo mortuum constat: quibus si addas quadringentos annos, à Valerio Antiate numeratos, prope centum annis adhuc à summa temporum nostra aberis: vt vel Antiatis calculus (quod vix crediderim) falsissimus sit, vel hîc pro πεντακοσίων, Quadringentis, πεντακοσίων, Quingentis, legendum videatur: idque vero propius puto. Nam & apud Plin. l. 13 c 13. scriptum est, libros eos inuentos P. Cornelio, L. F. Cethego, M. Bebio Q. F. Tamphilo Coss. ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV.

75. a. *Tullius Hostil.*] Vide Val. Max. lib. 3. cap. 4. & l. 9. cap.

12. Vide & Virg. Æneid. 6. Cr.

Ibid. b. *Quo morbo magis ac magis alios infecit, vt fama est, fulmine ictus*) Xyl. vertit, *Confirmauitque eo magis istam de se opinionem. siquidem traditur fulmine percussus conflagrasse.* Annotatque locum in Græco esse suspectum, & ad diuinandum propositum, ob defectum vocabuli alicuius.

Ibid. c. *Vt Saturnalibus vna cum dominis*) Elegans eius rei mẽtio est apud Horat. ũ, Satyra septima libri secundi, & infra in vita Syllæ. Explicatur autem copiose à Macrob. l. 1. Saturn.

76. d. *Quid igitur interest inter hæc instituta? &c.*) Locus in Græco est duriusculus, si modo bene habet: & subobscurus: itaque Lapo imposuit.

Ibid. f. *Quæ cum choro iuuenum &c.*) Versus sunt ex Andromache tragœdia: verba Pelei, in Menelaum & Helenam, vxorem eius, Lacedæmoniam, notæ impudicitiæ, graniter & stomachose inuehentis. Lapus ἐξιρπιωῶ, *Euertere*, vertit, quũ sit *Relinquere*: sic & reliqua. Sophoclis versus asterisco notaui: exponam & emendabo vbi inuenero integros. Credo locum totum mutilum esse. Supra vbi est αἰκιπαμίνη ἐ ἥλις, facile cuiuis appareat legendum ἄθλις.

IN PLVT. SOLONEM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

QVa ætate Solon vixerit, non est obscurum: quum eum cum Cræso colloquutum & noster, & Herodotus lib. 1. & alii ostendant. Cræsum autem à Cyro, qui regnum Persarum constituit, de bellatum, nemo fere nesciat. Id autem olympiade LVIII. euenisse, satis ex temporum rationibus constat. & meminit Solinus c. 7. Polyhistoris. Eodem tempore Romæ Ser. Tullus regnabat, quod ex Annalibus liquet. Itaq; & Cicero, cui in his rebus plurimum tribui debet, viguisse Solonem Ser. Tullo regnante, in Bruto memoriæ prodidit: & post eum Gellius 17. 21. Sane floruisse Solonem olympiade XLVI. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. demonstrat. Apparet autem iam ætate prouectiorem cum Cræso colloquutum, vt iuuentus eius à Clemente indicari inrelligatur. Itaque quum Suidas vixisse eum XLVII. & aliorum sententia LVI. olympiade dicat, vtrunque commode acceptum cum veritate consentit.

78. e. *Omnes enim vno ore ab Execestide memorant genitum*) Ἐξηκεστίδου in Græco est, & apud Suid. Quod moneo propter Lapũ, qui (si codex nõ fallit) diuise *ex Ecestide* legit. Tota quoq; periodus de amoribus Solonis & Pisistrati, ab eo est omissa.

79. a. *Tum ex eo quod scripsit legẽ &c.*) Hæc in oratione Æschinis in Timarchũ, eodem modo & allegatur & explicatur.

Ib. c. *Haud magis est diues*) Hi versus habent sententiã haud obscuram, quam & Horatius expressit: *Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil Diuitiæ poterunt regales addere maius.* Postremum distichon est obscurum, & si rem acu non tetigi, veniam oro. Nam Lapo etiam ignoscendum hîc arbitror. Dictum Hesiodi cuius paulo post meminit, celebratissimum est ex ἀέργου. Ἔργον δὲ οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος: id est, *Non est turpe laborare: est ignauia turpis.*

Ibid. c. *Vt qui Massiliam condidit primus*) X. vertit, *Vt Massaliæ Massiliæ autor.* Sicque in hunc locum annotat: Quod in Græco est ἀγαπηθὶς, Lapus ἀγαπηθὶς legit, & Obseruatus reddidit. Idem ego sum sequutus, & Massaliam proprium nomen reliqui. de Massilia autem vrbe eum loqui, ne dubium quidem est. Venit in Mentem ἀγαπηθὶς fortassis illud proprium esse nomen: sed nihil habeo certi. Massiliæ originem copiose Strabo lib. 4. exponit: & à Phocæensibus oriam eam vrbem, in Archidamo Isocrates diserte dicit.

81. e. *Nam quum animo quidam insiti sint igniculi*) Hæc inepte Lapus ad solum Thaletem retulit, quum sint in genere dicta de storgis (vt vocamus) naturalibus.

82. c. *Pileatus*) πιλίον θεὶς ἡμένοι. Lapus *Cœno fœdatus*, vt si πηλὸν legisset. Sed nihil est.

Ibid. d. *Ad Coliadem*) Atticæ promontorium est, viginti à Piræeo stadiis. Pausinitio Atticorum: & Strabo lib. 9. Idem Pauf. de Scirade promontorio ibidem.

83. c. *Bu sex adduxit &c.*) Versus sunt libro Iliadis secundo, Herodotus in Vita Homeri, in Athenienſium honorẽ ab Homero gratias eis agente factos dicit. Meminerunt & alii, & Aristot. l. 1 Rhetor. c. 15, & Fabius lib. 5. c. De exemplis.

84. a. *Neque enim id orator prodidit Aeschines*) Locus in oratione in Ctesiphontem extat: vbi quidem consultorem & autorẽ huius aduersus Cirrhæos & Acragallidas belli Solonẽ, non tamen ducem, refert: historiã vero satis dilucide ibi exponit. Eadem est in Phocicis Pausaniæ enarrata (ex quo Suid. in Solone eum indicauit) qui Clisthenem belli ducem nominat.

Ibid. *Cylonium scelus*) De hoc Thuc. l. 1. & Herod. l. 5. & Cic. De legibus. Cr.

Ibid. *Archon*) Vide infra in Pericle.

Ibid. *Rupto sua sponte filo*) κρίκλῳ Lapus *Simulacri vestem*: quasi κρίκη hoc significet. De hoc piaculo vide Thuc. l. 1. Herodot. l. 5. Meminit & Cicero secundo legum.

Ib. c. *Myrone Phlyensi*) τῶ Φλυέως. Φλυεῖς autem curia est Cecropidis tribus, apud Athenienses: quod & ex initio Plutarchi Themistoclis, & aliunde patet, & Stephanus admonuit. Quod annotaui, quia vterque interpretum lapsus hîc est: Lapus *Phliei* F. vertens, Amiotus *Phliasium*, quum id sit à Phliunte Achaiæ oppido.

Ibid. d. *Nouum Cureta*) Curetes Iouẽ enutriuisse in Creta, ibiq; humasse mortuũ ferebantur: iidemq; sacrorũ & rerũ diuinarũ peritissimi. Quidam eosdem cũ Corybantibus faciunt: à quibus Pausanias in Arcadicis dissentire videtur. Sed quid his opus? Lege potius Lactant. l. 1. c. 21. atq; etiã 11. Erat autẽ Epimenides Phæsto Cretæ oppido ortus: itaq; ob rerum diuinarum (quam putabant) peritiam, pro nouo Curete habebatur.

85. a. *Siquidem Diacriorum &c.*) Herodot. Κλεισθένεος eandẽ rem narrans, Υπερακρίους vocat: idemq; Pediæos (sic enim infra habetur Πεδιαίων, non Πεδίων) τοὺς ἐκ τῆς Πεδίου, quasi Campestres. Suidas in Ὑπέρακρι, Πεδιαεῖς nominat: Aristoteles lib. 5. cap. 7. Πολιτικῶν, Πεδιακοί.

86. a. *Quod solum, inquit, natale cõseruaui*) Versus sunt trochaici terrametri catalectici in Græco, idq; genus carminis retinui. Idemque etiam in sequentibus proximis feci: in quibus ἔφη, ἔασασι, ἤθελε, ὁ δὴ πεῖφαι, cur in ἔφυ, αἰάσασι, ἤθελον, & καπτεῖφαι commutarim, ratio metri & sensus docent. Hæc quum iam olim scripsissem, oblata est mihi occasio variarum lectionum M. Antonini Mureti, viri longe doctissimi, inspiciendarum. Is lib. 1. cap. 13. Petrum Victorium reprehendit, quod idẽ fere hoc de loco sensisset quod ego mihi video placuisse. Quid de hoc loco alii sentirent, non indagaram, neque opus esse admodum putassem. Sane meum non est vel excusare Victorium, (non enim caret errore) vel reprehendere Muretum: cum quibus si cõparer, puer profecto sum. Sed tamen illud mei fuit officii, cur ab huius horũ versuum lectione dissentirem, indicare: nequid mihi eius autoritas obesset. Sentio enim illos Solonis reprehensores non id dixisse, debuisse Solonem vel acceptis quæ hîc proponuntur conditionibus: tyrannidem capessere, (quis enim tam impudens sit, vt hoc alteri consulat, tametsi ipse ita perdite sentiat? sed à sese sumpto exemplo, per comparationem innuisse stultitiam Solonis, qui vltro & honeste oblatam tyrannidem respueret: quũ non deessent qui certa proposita pernicie eam essent amplexuri. ἤθελον enim prima persona legendum est, non tertia ἤθελε: & sunt verba de se, non de Solone loquentis: id quod ratio versus trochaici euidenter demonstrat: nisi friuolum aliquid afferre (qualia sunt alicubi apud Græcos grammatistas à nobis annotata, suoq; tẽpore exigentur) velis, quod ἂν ante τὴν produci contendas. Quamuis ne cum iis quidem magnopere contenderim, qui existimant malorũ hominum eam sententiam fuisse, debuisse Solonẽ certo proposito exitio tyrannidẽ aditet nisi metri ratio meam opinionem affereret, alteram euerteret. Non enim insolentes sunt huiusmodi quasi hyperbolicæ loquutiones, vt illa apud Homerum (libet enim obiter, quia ad animum accidit, rudiorum causa monere) Anchisæ ad Venerẽ: Βουλοίμην κὲν ἔπειτα, γυῶναι εἰκυῖα θεῇσι, Σῆς ἐυνῆς ὀπάζοι ἐέναι δόμον εἰδὸς ἐοῖο. Et quale tandẽ illud est Theognidis consilium: Χρὴ πυνίω φεύγοντα καὶ εἰς μεγαλήτορα πόντον βάλλειν, καὶ πετρῶν κύματα καὶ ἠλιβάτων. Nemo enim hoc simpliciter, sed ad exaggerandã rem inflatius dictũ ac figurate omnes sentiunt. Quo loco qui βάλλειν pro Seminare exponunt, littus vere arãt. Sed hæc hactenus.

Ibid. e. *Et ciuium ob æs alienum in nexum abductorum*) ἀγωγίμων τοῖς ἀφ' ὑπόχρεον γεγονότων πολιτῶν, Etiam absque reliqua fuissent, tamen ἀγώγιμος infinitis locis, apud Plut. adeo ipsum, ne dicam aliôs autores, eum significat, In quem ius prehensionis est, & qui in vincula abduci ab aliquo impune potest. Ita in Lysandri vita Lx Spartanorum memoratur, quæ exules Athenienſium ἀγωγίμους esse iuberet. Idemque noster autor in Catone Minore de Marcello quæsturæ collega loquens: Obnoxii ob verecundiam animi, ita vt quibusuis precibus vinceretur, & petitionem recusare vereretur vllam, ἀγώγιμον ὑπ' αἰδοῦς πᾶς δεομένοις eleganter dixit. Lapus noster

monstrose perspicuum sane locum hunc peruertit, nescio quos ciues exportandis pecuniis constitutos, ab eoque officio eos quod Attice loqui nescirent, remotos somnians. Idem (quod minoris, non tamen nullius, est oscitantiæ) non animaduertit vbi versus Solonis, vbi verba Plutarchi essent: quod idem in Amioto desidero.

88. e. *Sed vbique cum Ephetis agat de rebus capitalibus*) Virorum octoginta, quorum nullus quinquagenario minor esset, concilium fuit, qui Athenis in Palladio, Prytaneo, Delphinio, & Phreatis de cæde iudicabant. Sic dicti, quod ab his prouocari non posset. Hæc fere Suidas. Iam quæ de Palladio & aliis iudiciis scitu digna habet in Atticis Pausanias, & quæ ex eo & aliis de isto & Ephetis annotauit lib. 1. Vlyssea Eustathius, huc non ita quadrant: sicut neque is qui Constitut. nouella XCIII. ἐφέτης dicitur, quem Haloander iudicem appellationis reddidit.

89. b. *Quæ puellæ opulentæ orbæ gratiam facit*) Hæc enim simul significare videtur γυνὴ ἐπίκληρος: atque ita exponit Suidas. Apud Aristotelem in Ethicis ad Nicomachum, simpliciter pro bene dotata sumitur vxore: ἐνίοτε καὶ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι ὖσαι. libro 8. cap 10. Etenim ἐπίκληρος Athenis dicebatur ea ad quam solam omnis deuoluitur hæreditas, siue iam mortuis parentibus, siue alterius prolis ius hæreditatis habentis spe spoliatis: id est, quæ omnino sit μονοκληρονόμος, siue iam, siue certo futura. Sic Plutarchus etiam de vxore Agidis, filia Gylippi, ᾧ οὐσίας μεγάλης ἐπίκληρος: de hac vocabuli notione etiam Eustathius in VII. Iliadis. Legis ἀεὶ ἐπικλήρων mentio fit apud Aristophanis scholiastem in Auibus: sed quæ ad spurios referatur, non huc videatur quadrare. Certe apparet hunc locum ostendere, beneficio cuiusdam legis certis hominibus licuisse ducere πὰς ἐπικλήρους: sed quæ lex constitutione Solonis sit circumscripta eatenus ne naturæ repugnaret. Aliæ fuerunt ἐπίκληροι, orbæ & dotis indigæ, quas ducere proximi genere alia lege cogebantur. vnde Terentianus ex Apollodoro transcriptus Phormio, de quibus alio loco.

Ibid. e. *Quod si inuenem &c.*] Hæc confudit Lapus, interpunctionibus puto falsis Græci libri seductus. Sane Plin. perdicem interea quæ omnino non pinguescant, numerat l. 11. c. 37. Quod autem ad præcedentem versiculum attinet, fateor me nonnihil errasse. Is enim totus vna cum antecedente apud poetam, legitur in libello Plutarchi Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. quod mihi tum demum in mentem venit quum typographo hæc traderem. Constat autem ex eo loco, non reprehendentis, ob contractas nuptias Philoctetam, sed à contrahendo (vtpote senem) dehortantis verba esse. Leue hoc est, sed nolo esse Nævius: alii potius iis quæ multa inter tot labores, curas, occupationes, miseriasque peccare potuimus, ignoscant. Reponant loco mei versiculi hæc verba, partem (vt est & in Græco) versus:

— ecquid coniugium appetis miser?

91. d. *Modum plantandi digess.* Vide Digest. fin. reg. lib. vltimo Cr.

Ibid. e. *Vnde non est semel illis fides abroganda*] Apud Lapum est, *Nullam esse iis fidem adhibendam*: nisi librarius errauit in eius versione exscribenda: omnino enim falsum est hoc, & verbis Plutarchi pugnat.

92. c. *Hic quum desierit mensis*] Homerus Vlysseæ lib. 14. & alibi. De ratione mensium, in fine annotationum aliquid dicam.

Ibid. e. *Ex quibus audiuit (vt autor est Plato) sermonem Atlanticum*] Locus est perelegans & prolixus, sub initium fere Timæi, Ad eum te remitto.

93. e. *Facile enim ipse ille poterat*] Hæc dum ad Cræsum retulit Lapus, quum liquido de Solone dicantur, quid cogitarit non video. Venuste res hæc narratur etiam apud Herodotum libro 1. vt notum est.

94. b. *Neque vllius suspicere felic.*] Aristot. Ethic. lib. 1. Cr.

Ibid. b. *Fabularum scriptor AEsopus*] λογοποιός. Lapus subito ex Apologorum scriptore historicum redegit. Et vero Æsopum ætate septem sapientum vixisse, vel aliunde, vel ex Plutarchi conuiuio eorum didicisset. Sic apud Lucianum etiam in Icaromenippo ὁ λογοποιὸς citatur Αἴσωπος. Iulianus quoque Apostata in epistola quadam, Herodotum per ignominiam Θεῖον λογοποιὸν vocat, nugacem, & fabularum, non historiæ, scriptorem. Alioquin haud me latet, Græcos sua historiarum volumina etiam λόγους inscripsisse, cuius rei exemplum, præter cætera, extat Polybianum. Sed quid hoc ad Æsopum? Sane etiam in Paulo noster λογοποιεῖν posuit pro Fabulas & falsos rumores spargere. & in Phocione λόγος pro fabula seu apologo ponitur, & in extremo Nicia, is qui de clade Siciliensi incerto autore nuntium retulerat tonsor, δόξας λογοποιὸς εἶ, infortunium habuit.

Ibid. c. *Postquam vero acie à Cyro fuit deuict.*] Vide Val. Max. lib. 7. cap. 2. Cr.

95. d. *Nam vos lingua viri*] Pentameter est à Plutarcho omissus, vt & à Clemente, hos ipsos versus. 1. Strom, ponente: apposui autem sensus gratia: extat apud Stob.

Εἰς ἔργον δ' ὀδὲν γινόμενον βλέπτε.

96. b. *Rogantibusque qua re fretus adeo loqueretur temere.*] Ἀπονοεῖται. Ita notum est ἀπόνοιαν esse Extremam & quasi insanam audaciam, vt *desidiam* à Lapo hic subditam, admodum miror. Sic paulo post πηρωθεῖσα vertit, *Qui oculos amisisset*: quasi vero id sit πηρὸς, & nemo πηρωθεὶς nisi excæcatus.

Ibid. d. *De Atlantico sermone*] Vide Platonem quo dixi loco: & lege eiusdē librum qui Critias seu Atlanticus inscribitur. Meminit Plutarchus in libello quo ostēdit, secundū Epicuri doctrinā nō licere suauiter viuere: quo loco de historiarū tradit oblectatione, testatur q; non esse perfectū eum librum.

Ibid. e. *Templum Iouis Olympii* Ολυμπιεῖον. Vide præter alios Plin. lib. 36. c. 6.

IN PLVT. POPLICOLAM ANNOTATIONES GVIL. Xylandri & Herm. Cruserii interpretum.

DE huius ætate annotare, nihil est necesse: quum notissimum sit tempus quo, regibus exactis, Romæ consules institutum fuit præesse.

97. b. *Cum tali viro nos Solone comparamus Poplicolam*] Cur Poplicolam potius quam (vt vulgo legunt) Publicolam scripserim, nihil attinet dicere: estque iam ante à Sigonio demōstratum. De quo autem hîc Valerio loquitur Plutarchus, ei Volesus prænomen fuit: & eorum trium Sabinorum qui totius gentis clarissimi cum Tatio rege Romam commigrarunt, primus nominatur à Dionysio lib. 2. De genere Poplicolæ vide Liu. lib. 1. & Dionys. lib. 2.

Ibid. d. *Brutus consilium consociauit cum Valerio*] Itidem Val. Max. lib. 4. c. 4. scribit, Valerium Bruti in regibus eiiciendis socium fuisse. Cr.

98. a. *Legati venerunt à Tarquinio*] Prima Tarquinii legatio de regno recuperando. Liuius lib. 2. Dec. 1. Cr.

Ibid. d. *Aquiliorum, in qua tres senatores, & Vitelliorum, in qua duo erant*] Xyl. vertit, *Aquilliorum & Vitelliorum, ex hac duobus, ex illa tribus consilii sociis sibi adscitis*: annotatq; Lapus *duas aut tres domos* corruptas habet. Fateor sane me ambigere: est enim in Græco τρεῖς ἔχοντας βουλευτάς: & ἔχοντας stare non potest, ἔχοντες vel ἔχοντα potest. Posterius hunc sensum dabit: duos in Aquilia, tres in Vitellia senatores familia fuisse, idque non improbo. nam aliter βουλευτὰς pro conspirante explicandū est, haud scio quam commode: sed sensum vtcunque expressi.

99. d. *Brutus vtcunque fil.*] Val. Max. lib. 5. cap. 8. Cr.

100. d. *Aliis libertis sero diuque post per ambitionem popularem Appius suffragii ferendi ius dicit*] Imo etiam in senatū Libertinos recepit. Vide Liuium ad finem noni. & Diodorum lib. 20. vbi de Appii Claudii Cæci censura loquitur.

101. a. *Insula ea nunc in vrbe sacra est*] Dionys. lib. 5. expressius Æsculapio sacram tradit. Historia est lib. Liuii 2. apud Valer. lib. 1. c. De miraculis. Meminit & Plinius lib. 29. cap. 1. & Festus lib. 9. in Insula. Quod autem Latine Media inter duos pontes vocetur, non memini me vsquam legere alibi. Insulam omnes vocant, vt videantur hæc verba periphrasis insulæ esse, non diuersa appellatio.

Ibid. b. *Quorum alterum Arsiam sylvam*] X. vertit, *Quorum alterius Vrsus lucus.* Sicq; annotat: Οὔρσου ἄλσος. apud Liuium quidem lib. 2. hoc ipsum describentem, & apud Valerium lib. 1. cap. 8. Arsia sylua legitur, quos Lapus est sequutus. ex Dionysio nihil colligere possum, qui eam pugnam in Vinio prato ad Horati cuiusdam herois lucum factam scribit.

Ibid. d. *Ex eo ingentem vocem editam*] Valer. Max. l. 1. c. 8. Cr.

102. e. *Diruit domum*] Val. Max. l. 4. c. 1. Cr.

104. a. *Ad portam quam nunc Ratumenam vocant.*] Sic & Plinius habet l. 8. ca. 42. hoc factum commemorans: & Sext. Pompeius lib. 16.

Ib. *Quo facto Veientes obstupefacti*] Eutrop. li. 1. De G. R. Cr.

Ib. b. *Id Tarquinius eius qui nouerat filius vel nepos extruxit*] Non otiose hoc dixit. Nam & Liuius fatetur dubitari, filiusne (vt ipse putat) an vero nepos Prisci Superbus fuerit. Posterius

ostendit multis rationibus Dionysius Halicarn. lib. 4.

Ibid. e. *Incendium bellis ciuilibus absumpsit*] Appian. Belli ciu. l. 1. Cr.

105.a. *Columnæ sunt ex marmore Pentelico excisæ quadrato*] Πεντελὴ, Pentele, pagus est Atticæ, vt docet Stephanus. Pausanias lib. 1. Descript. Græciæ, demonstrat esse montem Atticæ Pentelicum, vbi sint lapicidinæ. Huius lapidis etiam Cic. ad Atticum meminit lib. 1. de Hermis Pentelicis. Id propter Lapum, & eius correctorem annotaui.

Ibid. b. *Epicharmi dictum*] De Epicharmo Diogenes Laert. lib. 5. & Suidas. Cr.

Ib. c. *Claram Porsenam*] Liuius habet Lartē, id est regē. Cr.

Ibid. d. *Oppidum Sigliuriam imminente iam eo condidit*] Sic quidem est in Græco: sed non video quid sit Sigliuria. Suspicor Signiam fuisse scribendum. Non quidem nescio, Tarquinium Superbum eius coloniæ autorem à Liuio poni: sed potuit vel alios autores sequutus fuisse Plutar. vel ea colonia tū instaurari, vel augeri & corroborari à Poplicola. Equidem ad annum (vt ego & plerique numeramus) V. C. ccLIX. hoc est decimotertio post anno, Liuius scribit Signiam coloniam quam rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colonorum iterum deductam esse. Apud Dionysium Συγκήρειον (Syncerium) deducta colonia legitur præsidii causa, contra Latinos & Hernicos in secundo Poplicolæ consulatu.

Ibid. e. *Herminius & Lucretius*] Xyl. vertit, *Herminius & Lartius*. ac annotat: Malui Lartium, quam Lucretium, Liuium & Dionysium sequens: & videbatur esse menda, inculcato Lucretii nomine.

106. a. *Factum C. Mutii*] Valer. Max. lib. 3. c. 3. Cr.

107. a. De Clœlia & virginum Romanarum audacia, Valer. Max. lib. 3. c. 2. Cr.

Ib. e. *Et quum fores illius seculi &c.* Videdus Plin. c. 15. li. 36.

108. a. *Appius Clausus*] Xyl. itidem sic habet, de eo sic scribens in Annot. Ἄππιος. Hoc reliqui perspicuitatis causa: quia is est autor gentis Appiæ. Alioquin Sigonio nihil repugno, qui in Annotationibus Liuianis Actium (Attium ego malim, Ἄττιον) legendum docet. Ex Clausis autem Clausios, qui deinde Claudii dicti sunt, ortos patet. Vide Dec. 1. l. 2.

Ibi. d. *Ne persequantur illatas ab Romanis iniurias*] μὴ διωκῶσι δίκην Ῥωμαίοις ὧν υβρίζουν. Lapus hoc mendo seductus, nullum sensum loci extulit. Est autem legendum, id quod facile apparet, Ῥωμαίους, accusandi, non datiuo, casu.

Ibid. e. *Posthumius Albus*] Balbus est in Græco, Βάλβος: sed cognomen ego non esse hoc Posthumiæ gentis puto. Posthumios autem Albos cognomento fuisse, notum est & tritum. Posthumius porro scribere malo, etymologiamque sequi quam Græcos libros.

109. e. *Poplicolæ, Messalæ, Valerii*) Xyl. vertit, *Præclarissima adhuc prosapiæ, Poplicolarum, Messalarum, aliorumque Valeriorum.* annotatque: Καὶ Οὐαλέριοι. Sed ego mendum esse dico, nisi legas καὶ ἄλλοι Οὐαλέριοι. Valerii enim, gentis est nomen, neque inter familiarum cognomina reponi potest. Sin ita vt puto legatur, nihil erit incommodi: intelligentur enim reliquæ Valeriorum, quæ hîc non recensentur, familiæ: vt Maximi, vt Coruini, vt Potiti, vt Flacci, vt Lauini, & cæteræ siquæ sunt.

IN PLVT. THEMISTOCLEM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

THemistoclem floruisse olympiade LXXV. quum apud Salaminam Persarum regem nobili illa naumachia vicit, notissimum est cum aliunde, tum ex libri XI. Diodori Siculi initio. Et, si eum sequi omnino volumus, incidit hoc in annum V. C. CCLXVIII. Consules enim nominat Sp. Cassium, & Proculum Verginium. Secundum alios, incidit in annum V. C. CCLXXIII. & consules K. Fabium, Sp. Furium, cum quibus facit Gellius cap. vlt. libri 17. qui quarto post pugnam Salaminiam anno, trecentos istos Fabios ad Cremeram à Veientibus cæsos affirmat. Sane M. Tullius in Lælio & Bruto (quibus locis Themistoclem cum Coriolano componit) demonstrat bellum Volscum Coriolani à Persico hoc Themistoclis non multum abfuisse, & hunc viginti post C. Marcii exilium annis eandem fortunam expertum. quos locos lectori perspiciendos [illegible].

110. f. *Abrotonum sum Thressa quidem*) Epigramma est, id quod Lapus non animaduertit. Priorem versum e Athenæo, apud quem li. 13. ex Amphicratis De viris illustribus commētario citatur hoc epigramma, ita legendum patet: Ἀβρότονον Θρῄσσα γυνὴ ἔφυσε, ἀλλὰ &c. Sane Æmilius Probus, vel quicunq; libri eius autor est qui de excellentium imperatorum vita scriptus ad Atticum circūfertur, patrē Themistoclis generosum, matrem Acarnanā facit: seu Halicarnassiam, vt quidam legūt.

Ibid. d. *Quapropter quum nothi in (Cynosarges conuenirent)* συνιέναι. quod vocabulum videri potest fortassis innuere, eos sacrificandi causa eo conuenisse. Nam & gymnasium fuit Cynosarges, & templum Herculis, & lucus ei circumiectus: vt etiam Liuius lib. 31. testatur. Suidas quidem ibi exercitatos fuisse scribit, idque etiam Plutarchus videtur sensisse.

112. e. *Quod pariter aduersus duces suos gerat se populus, quum fructum vltra ex iis non capiat.*) Xyl. vertit, *Inuentem eundem esse populi animum in oratores, vbi inutiles ii esse cœpissent.* Atque hæc in hunc locum annotat: Oratores & hîc & alibi sæpe voco quos Græci δημαγωγούς: hoc est, eos qui in republica versantur, & orationibus suis populū suadendo dissuadendoue trahunt. Non fallit me, esse qui eo nomine etiam Erasmum Roterodamum reprehenderint, quod ita vertisset: qua de re alibi dicam. Neque ego nunc me Gellii autoritate tueor, quæ non vbique valet: & fortassis vbi de latinitate disputatur, nihil nisi propter alios. Is libro 3. c. 13. δημαγωγὸν oratorem in republica transfert. Ipsum vocabulum quid significet, notum est. Est enim δημαγωγεῖν, si verbum de verbo reddas, Populum trahere siue ducere, Id nulla re alia quam dicendo, hoc est oratione, magis fieri notum est. Iam Cicero præclare disputat, totam oratoriam ciuilis rationis partem, & quidem magnam, esse: vt iam non in scholis aliquis desidens sophista, puerisque præcepta artis dicendi tradens rhetor, aliquando oratoris nomine intelligi debeat, sed is qui grauibus de rebus, adeoque publicis, disserat. Etenim oratores quoque dicuntur qui alias legati: hoc est qui reipub. nomine de pace, bello, alii ve grauibus rebus tractandis mittuntur: neque hoc apud Virgil. modo, aliosve poetas, sed apud summum oratorem Ciceronem: vti de Fabricio ad Pyrrhum misso: & secundo De legibus, de fecialibus, atque alibi. Tribuni quoque plebis δημαγωγοὶ Plutarcho & aliis crebro dicuntur, non alia de causa quam quod orationibus suis populum ducerent quo vellent: quarum exempla postulare nemo nisi ineruditus debet. Vt mirum videri aut absurdum minime debeat, si eos qui in repub. versantur, à præcipuo instrumento Oratores dicamus. (nam Gellianum illud in repub. vbique addere, parum scitum erat: & alioquin ex circumstantiis facile intelligitur) Quod qui reprehendunt, aut non legerunt, aut non intellexerunt, illud apud Ciceronem Nævianum, vbi reipublicæ tam cito amissæ causas percontanti, inter alia sic responsum fuit: Proueniebant oratores noui, stulti, adolescentuli. Quid quod ῥήτωρ nonnunquam eo modo ponitur vt δημαγωγὸς intelligatur, non in scholis declamitans aut docens, sed in foro & concione populo suadens aut dissuadens. Sic certe Plutarchus ipse, cum alibi, tum in Pericle: Νῦν δὲ τοῖς Θουκυδίδου ῥήτορας καταβοώντων τῶν Περικλέους, &c. Sed satis hæc: sciolis tamen quibusdam occurrendum fuit, & monendi rudiores.

113. a. *Stesilaum Cea oriundum*) Xyl. vertit, *Stasilaum Teium.* Sicq; annotat. Cur Lapus *Stesileam Chiam* verterit, ipse viderit. Vel ex Aristidæ vita intellexisset, maris hoc esse nomen. Τίου est in Græco: legito Τέου, vel Τεΐου. est enim à Teo nobili Asiæ vrbe deductū gentile. Τίος, Tius, Paphlagoniæ vrbs, Tianum facit, vt Cios Cianum. Stephanus autor, & confirmāt exempla quæ huc adferre non est opus. Idem infra Simonidi accidit, non Cio Phrygiæ vrbe, sed Ceo insula, æquali prope spatio à Sunio Atticæ & Eubœa distante, oriundo: hoc est Ceo vel Ceio, non Ciano. Sane in Aristida Στησίλεως hic ex eodem Aristonne Κεῖος appellatur, hoc est Ceus, non Teius. Vtrum rectius hîc an ibi legatur, difficile est pronuntiare. Cæterum Lapi errorem etiam ii qui magni nominis Onomasticon ediderunt, sequuti sunt: & de muliere acceperunt atque exposuerunt quæ de mare Plutarchus (eum interim testem citant) scribit. Quid est, si hoc non est, fumos vendere?

Ibid. c. *Ac primum vectigal Laureoticum* Λαυρεωτικόν. Sic etiam est in Nicia. Et Pausanias initio Atticorum, Laurium locum maritimum Atticæ inter Sunium & Peiræeum vidit, vbi argentifodinæ Athenienſibus fuerint: Λαύρειον. Thucydides libro 2. Λαύρειον in ora maritima mōtem indicat (τῷ τῶν Ἀθηναίων καλουμένῳ) vbi argentariæ essent Athenienſibus fectutæ. Suid. Λαύριον scriplit, quo modo & apud Herodot. legitur in hunc e-

tiam rei narratione, lib. septimo. Lapus totum omisit.

Ibid.d. *Prostatarris peditibus, vt ait Plato*] Locus est libro 4. De legibus, in fio.

115.b. *vt vero classis barbarorum Aphetas applicuit*] Intelligendas esse Magnesiæ Aphetas, qui locus est iuxta Pagasas in sinu Pelasgico, (de quibus Strabo lib. 9. & Stephanus) liquet vel ex descriptione Artemisii quam mox addet Plutarchus: vel hic ex mentione Sciathi, quæ est insula è regione Magnesiæ ac Pelasgici sinus. Quod annoto cum explicandi gratia, tũ nequis Suidæ loco quem apud Stephanum adduxi, deciperetur. Diodorus quoque Siculus diserte classem Xerxis ad Ἀφετὰς τῆς Μαγνησίας appulisse ait, quum prius esset passa naufragium apud Sepiada Magnesiæ promontorium. quod idem est in Polymnia Herodoti.

Ibid. c. *Vt tradit Herodotus*] initio Vraniæ.

116. c. *Jam oraculo populum tractauit*] I de ligneo muro & de diuina Salamina oraculum, integrum est apud Herodotum in Polymnia.

117. a. *In simulacro Minerua desideratam ait fuisse ægidem*] ἀνυπόστατον, intelligo ὑπερεῖν, aut tale aliquid. Lapus, *Apicem Gorgonis:* haud scio quã bene, Atq; vbi est ἀποσκευάς, quæ sunt Exercitus impedimenta, idem thesauros nescio quos habet.

118. a. *Quisi ut soligines*] Xyl. vertit, *Qui instar teuthidum.* annotans: Piscis est genus, quod vt Latine dicatur, non satis intelligo. insipidum & vilem fuisse, innuit hic locus, & testatur Schol. Aristoph. in Equit. Habuisse prominentem proboscidem, etiam hoc ex loco colligitur: & est eius descriptio apud Athen. haud procul à fine septimi.

Ibid. *Vt vero classi host.* Herodot. l. 8. Cr.

120.d. *Et suffragia duces ab ara tulerunt*] Infra in Pericle mẽtio fit eiusdem consuetudinis. Mos Græcis fuit, præcipue Athenienſibus, vt iurandi causa ad aram accederent. quod cum alias, tum ex historia Xenocratis patet, quem iurare prohibuerunt Athenienses, quum testimonium dixisset, & (vt mos Græcorum est) iurandi causa ad aras accederet. Cicero pro L. Cornelio Balbo, & Valerius Max. in fine secundi.

121. a. *Quum exprobraret ei Seriphius quidam*] Herodotus in Vrania, Timodemum Aphidnæum nominat. Vt est apud Plutarchum, ita Plato etiam in capite libri 1. De republica, Cicero in Catone & alii.

Ibid. d. *Poliarcho ab Aegina misso*] Xyl. vertit, *Missusq; consulto ab Aegina vrbis præfectus.* Et annotat, Πολίαρχος, Poliarchus: si quidem sit proprium. dubitari enim potest. Interpretes quidem proprium retinuerunt.

Ibid. e. *Vt cemicus ait Aristophanes*] Locus est Ἱππῆσι. ibi. Καὶ πρὸς τὸν πιστὸν ἀρίστωνα (τὴν πόλιν) τὸν Πειραιᾶ πρεσβεύμαξεν. Sicq; etiam hic legendum est, non πρεσβίμιξεν.

122. a. *Pagasas*] Alii Pagasam. Cr.

Ibidem. *Athenienſibus vt eam vni aperiret Aristidi iubent.*] De hac Athenienſium æquitate Cicero De off. lib. 3. Cr.

Ibid. d. *Leutychidam*] Leutychidas pro Leotychida dicitur etiam apud Herodot. intelligiturque rex Spartanorum qui cum Xanthippo ad Mycalen barbaros vicit. Herod. l. 9. alii. De Ialyso, vel Ielisso, (vtrunque scribitur) vrbe Rhodi, diximus alibi. Cæterum vsus hic sum mea libertate, & eo genere carminis verti versus Timocreontis quo imitatione Alcæi Horatius multas scripsit odas, quarum primæ initium, *Vides vt alta &c.* Alteri versus, sunt trochaici catalectici senarii. postremos elegis reddidi, omissos plane à Lapo. Quod si in his omnibus vertendis alicui non satisfeci, is sciat me diuinasse magis quam affirmasse: & æquus sit, ipseq; (siquid habet) meliora afferat.

123. a. *In Melita*] Locus est Athenis quẽ curia tribus Cecropidis, seu OEneidis, (hoc Stephanus habet, illud Suidas) habitabat. Mentio est supra in Solone de Salamina & Aiacis filiis Meminit & Demosthenes in Actione iniuriarum aduersus Cononem, & in Ranis Aristophanes, dicens, — ὁ ἐκ Μελίτης Μαστιγίας. De Hercule ibi schol. Et Phocionis ædes in Melita fuisse, Plutar. in Vita eius affirmat. Hoc dico ne quis de Melita insula cogitet Porro autem de exostracismo, seu ostracismo, nihil attinet commentari, quum multis aliis locis. in Aristida præsertim & Cimone, copiosius rem exponat Plutarchus. Originem eius & morem eleganter Diodorus quoq; in huius ipsius historiæ narratione explicat, neq; inepta sunt quæ ea de re in Miltiad. & vita AEmil. Probus scribit. De Pausaniæ proditione pspicue Diodorus l. b. 11. & prope finẽ lib. 1. Thucydides, obiter Iustin. in fine secũdi, & noster in Aristida.

Ibidem b. *Inflixerunt ei decennale exilium*] De hoc Themistoclis exilio Valerius Max. lib. 5. De ingratis. Cr.

124. a. *Abiecit se ad focum eius*] ἑστίαν. Focorum, Vestæ, & Larum, seu Penatum, nota est religio. Probus, eum se cum filia paruula regis in sacrarium, quod summa colebatur ceremonia, coniecisse scribit.

Ibid. c. *Thuc. naue con.*] Thuc. l. 1. Cr.

125. b. *Filio eius*] Artoxerxi. cui Lõgimanus fuit cognomẽ. Thucydides lib. 1. Probus, alii.

128. b. *Plato philosophus*] Locus est in Menone.

128. a. *Hausto, vt fama est, taur. s.*] De mortis genere quo periit Themistocles, Valerius Max. lib. 5. ca. 6. Cr.

Ibid. d. *Ab Alcimi promontorio*] Xyl. vertit, *A promontorio quod est pone Alcimum.* & annotat hæc, Videtur monumentũ cuiusdam Alcimi, forte herois, indicare. Sed nihil habeo.

IN PLVT. CAMILLVM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

NOtissimum est, Romam à Gallis anno V. C. CCCLXV. captam esse, & à M. Furio Camillo receptam: quo maxime facinore nobilis est. Qui scire cupit quæ alia in Græcia atque alibi eadem tempestate acta sint, Polybii libri 1. initium legat. Camillus autem vnde sit cognomen, supra in Vita Numa est expositum.

129.b. *In causaf.*] Vide Liuium lib. 5. dec. 1. Cr.

Ibid. d. *In magno contra AEquos & Volscos certamine*] A. Posthumius Tubertus dictator AEquos & Volscos vicit anno V. C. CCCXXIV. Describitur historia apud Liuium. lib. 4. Αἰκανοὺς esse AEquos, & notum est & alibi dictum. Lapus imperite hic & infra Secanos, nescio quos, substituit.

Ibid. e. *Hos quidam Venetanos appellant*] Quod in Græco additur πόπυς ἔνιοι Οὐενετανοὺς καλοῦσι, Lapus ita reddidit, *Hos quidã OEnetanos vocant:* Amiotas *Venetaniens* reddidit, nihilo plane rectius. De OEnetanis istis ipsi viderint. Βηΐοι, Veii, sunt vrbis nomen. Οὐηΐεντανοὺς scripserat Plutarchus, vti existimo, ostensurus ita Veientes (hi sunt Veiorum incolæ) ciues eius vrbis quæ Βηΐοι dicitur, à nonnullis scribi: Zonaras Οὐΐεντας habet. Nam & Οὐΐοι alii scribunt, vt Οὐάρρων, Σερούιος, Οὐαλούσιος: quum alii rectius (meo sane iudicio) qui pro v consonante, consonantem valde affinem quam diphthongum, hoc est nihil minus quam consonantem, ponere malint, Βάρρων, Σέρβιος, Οὐαλβίος: (etsi ipse in Fabio Οὐϊκόλας scribat, Ouicula: item que Οὐαλέριος & Λιβίος, & alia id genus: si non hoc librariorum potius est quam autorum) eoque respexisse videtur Plutarchus hoc loco. Græci v consonantem non habent, nisi quod βῆτα propius quam ὖ diphthongum eo accedere apparet, & Latinæ pronunciationis ignorationi hanc acceptam referendam putem. Πρὸ χωμα autem non esse propugnaculum, ita liquet vt pro hac versione neminem propugnatorum credam.

130. c. *Nisi siqua diuina*] ἀπ' οὐδενὸς ἀμπὸ πλὴν εἴ τι θεῖον. Θεῖον aliquando sulphur est: hic ad ἐκτίτιον, ac ad ἄπον substantiuũ pertinet. Lapus nescio quod sulphuris augmentum, contra & sententiam autoris & rationem, commentus est.

131. b. *Atque Inûs pellicis causa casiu*] Inûs fabulam, vt propter sororis suæ Semeles filium Bacchum educatum à Iunone sit afflicta, ex Ouidio require libro tertio Metamorphoseos; & in Fastis, & apud alios. Eam esse Leucotheam & Matutam, Cicero etiam in Tusculanis quæstionibus lib. 1. & 3. De natura deorum, testatur. Pellex hic Semele dicitur, quod ex Ioue Iunonis marito Bacchum concepisset.

Ibid. d. *Qui hostia eius exta prosecuisset*] καταπολουθήσαντα, ad verbum *Subsequeretur*: vel verius, *Exequeretur.* Apud Liuium est, *Qui exta prosecuisset.* Est autem idem ac si diceret, Eum qui sacra ista peregisset. Fabulam autem hoc esse quod narratur, etiam Liuius putauit.

132. b. *Auertisse se & nictatas esse*] Xyl. vertit, *Vultũ terræ defixisse*: hæcq; ibi annotat, Καταμυήσεις. Lapus, *Quandoq; se se expurgasse.* Ego aut καταμύσεις legendum, à verbo καταμύω, quod est Oculos ad solum flecto, In terram obtueor, (qualis apud Virgil. *Diua solo fixos oculos auersa tenebat*) aut verbũ μύω aliquãdo idẽ quod μύω significare, credendũ puto. Exẽpla horũ portẽtorũ sunt obuia: quæ ex historiis & poetis huc cõducere, nõ est nostræ breuitatis: & sub finẽ Coriolani est hac de re breuis Plutarchi disputatio. Iã quod mox sequitur, ἐντρυφᾶν, nõ est profecto Laute ac luxuriose viuere, verũ Ludibrio haberi, & præ fastu ab aliquo cõtẽni: sed mitto persequi plera q;

135.b. *Ille*

135.b. *Ille quum diras ciuibus suis vt Achilles imprecatus, solum vertisset*] Prouerbium vide, Ἀχίλλειος εὐχή. Achillis votum. Res est ex primo Iliadis libro nota. Secus Aristides votum fecit, in exilium pulsus.

137.d. *Prope flumen Aliam*) Poetæ Alliam duobus ll scribunt, quæ scriptio vulgo obtinet: quum nostra & Græca sit verior, vt in Liuianis annotationibus iam ante docuit Sigonius. Addam obiter, quod ad eam sententiam confirmandam facit. Asconius in Tullianam diuinationem, hæc exponens verba, *Habet Allienum*, ostendit dubitatum fuisse propriumne id nomen an vero appellatiuum fuerit. Quo ex loco satis constat, & Aliam fluuium (nam inde nomen factum videri ait) vnico l, & in oratione ista Ciceronis eodem modo Alienum scribendum fuisse: alioquin in voce Allienum nihil erat scrupuli, quæ vt ab Allia deduceretur, ita appellatiui & adiectiui vim non habebat.

Ibid.e. *De diebus nefastis, habendi necne sint*) Locus totus est à Lapo male versus. Disputat autem hac de re Plutarchus in Quæstionibus Romanis. Habet & lectu digna Macrobius Saturnaliorum primo, ca.16. & alii. Hesiodi De diebus sententia, ex eius de ea re libello cuiuis potest innotescere. Quod autem tertio supra versu legitur ἐπὶ τοῦ τρίτου, ego *Post solstitium* verti: vt ostenderem, vel illud ἐπὶ latius quam alioquin sumendum: vt significet, Haud diu post. vel μετ' (quod puto) scriptum fuisse. non enim ignorauit, Quintili mense medio pugnatum fuisse: quod paulo infra & in Prob. Ro. monet.

138.a. *Leuctricam, & alteram ante annis amplius ducentis, ad Geræston*] Locum exempla obscurum reddunt. Nihil Leuctrica Epaminondæ Thebanorum ducis de Lacedæmoniis victoria notius. De altera illa contra Thessalos & Lattamyã, meminit Plut. noster in libello De improbitate Herodoti, aitq. Thessalos, quum Græciam ad Thespias vsque occupassent, à Bœotis victos esse prælio, Lattamia (sic enim ibi scribitur) Thessalorum duce etiam interfectu: idq; paulo ante pugnam ad Thermopylas factum, ibi ostendit. Sane hac de re alibi nihil me legisse recordor. Herodotus in Vrania Phocensibus videtur hanc victoriam adscribere, iniquior alias etiam Bœotis, vt Plutarchus ibi docet. Sed in nostro quem tractamus loco, duæ voces sunt mihi mendi suspectæ, τρισσῷ & δεκαετοῖς: quarum altera Geographiæ videtur repugnare, alteram certa temporum ratio improbat. nisi forte Geræstus etiam Bœotiæ locus est apud Thespias. nam Euboicus nihil huc facit. Cæterum inter pugnam Thermopylensem (cui hæc Thessalorum clades non multum antecessisse dicitur à Plutarcho, & Leuctricam Epaminondæ victoriam, anni CVIII. non plures, interuenerunt: quod ex Pausania, Diodoro Siculo, Polybio, aliisque autoribus demonstrari facile potest. vt verum non sit quod hic dicitur, neque δεκαετοῖς stare possit. ἑκατὸν malim, itaque verti: cuius fortassis nota ρ, à librario in σ conuersa, falsæ lectioni occasionem præbuerit. quod non hic modo, sed sæpe alibi commissum iudico. Cæteræ historiæ notæ sunt, de victis ad Marathonem à Miltiade, ad Plataeas à Pausania, ad Mycalen à Leotychida & Xanthippo Atheniense, ac post ad Arbela ab Alexandro Magno, Persis: neque opus est locos scriptorum indicare. Chabrias apud Naxum Spartanos vicit. Xenophon ad finem quinti τῶν ἑλλ. Diodorus libro 15. Plutarchus in vita Phocionis. Ibidem de pugna ad Cranonem, hoc est, bello Lamiaco: & Diodorus lib. 18. de Chæronensi, lib. 16. Archidamus Agesilai filius fuit: nemini Plutarchus in Agidis initio, & in Laconicis Pausanias. & Diod. Siculus lib. 16. ostendit eodem anno factum quo hic Plutarchus affirmat.

Ibid.d. *Quo die mysticam pompam Bacchi educunt*] Xyl. vertit, *Sacra pompa in honorem Bacchi ducitur*: & annotat, Hoc enim est τὸ μυστικὸν ἄλσος ἐξάγειν vel ἐξελαύνειν: quæ pompa ab vrbe Eleusinem ducebatur, vt in vita Phocionis hanc ipsam rẽ scribens Plutarchus docet. Meminit & alias non semel. Canebatur autem simul hymnus, qui & ipse Iacchus dicitur. Vide Arrianum lib. 2. De expeditione Alexandri, vbi de Hercule Tyrio disputat. Porro non Σκιππίονος, sed Καπίονος legendum & intelligendum est de Cæpione, vt alias ostendimus.

139.c. *Vnde locus adhuc doliorum seruet nomen*] Vocatur enim Doliola. Pompeius Festus lib. 4. Paulo alia nominis origo à Varrone traditur lib. 4. De lingua Latina: sed Pompeius plane Plutarchum tuetur, & Liuius.

141.e. *Ad verbum tranauit*] Mirum dictu quam nullum aperti loci sensum Lapus extulerit.

142.e. *Qui sustulerat securim, quam copida vocant.*] κοπίδα διηρμένου. κοπὶς aliquando Securis est, alias Gladius leuiter curuatus, falci similis, *ein sabel oder tusaclz*. Curtius lib. 8. Hic nihil erat periculi vtrum poneretur. Pro gladio vsurpauit infra in vita Aristidis, prælium Plataicum describens, καὶ τοὺς πολλοὺς ξιφουλκίας ἐχώρουν οὐκ ἀρίστους. διὰ τὰς κοπίσι καὶ τοῖς ἀκινάκαις χρώμενοι. Et in vita Alexandri, Spithridatis Alexandro intentata κοπίς. deinde à Clito in conuiuio ξίφος dicitur. κοπὶς autem, aliud est, quod oratorem versutum significat ac callidum: quod nomen in Hecuba Euripidea Vlyssi tribuitur, ποικιλόφρων κοπίς. & in Lycophronis Alexandra. vbi Zeżes κοπὶς, ὁ ῥήτωρ καὶ ἔμπειρος, ὁ τῶν πολλῶν πραγμάτων κεκομμένος. γίνεται δὲ ὁ τοῦ κόπτω. Eustathius in ξ Odyss. monet, antiquis φλύαρον sonasse.

144.a. *Progressusque ad octauum lapidem via Gabina castra metatus est.*] Xyl. vertit, *Sexaginta stadia progressus ad Gabinã*. & annotat: Liuius habet, Ad octauum lapidem Gabina via. In Græco est Σαβίνιαν, male pro Γαβίνιαν. Nam ad miliare, hoc est octo stadia, & ad primum lapidem, idem est: & Liuiana summa quatuor stadiis, dimidio scilicet miliari, quam Plutarchiana, est maior. Ita supra nonaginta stadia ad Aliam processisse Romanos, dixit Plutarchus: Liuius, ad vndecimum lapidem Romanos Gallis occurrisse. quod spatiũ duobus à Plutarchiano stadiis superatur. Cicero Miliarium eodem significatu dixit vt in Bruto: Quum plebs prope ripam Anienis ad tertium miliare consedisset. De qua re Liuius libro secundo, Tria ab vrbe millia passuum dixit. Idem Quintum milliare dixit, libro sexto ad Atticum, πρίλιον οὐκέτι σταδίων ὀλίγον ἀπόντα, inquit Plutarchus in C. Graccho.

Ibid b. *Paucis diebus post Idus Quintiles*] Quo die ad Aliam pulsi sint Romani, video non satis conuenire inter autores. Liuius initio sexti, & Cornelius Tacitus prope finem XVIII. A. D. XV. Kal. Sextiles factum tradunt. Is mensis eius dies, erat decimusoctauus. siquidem instituto Numæ Quintilis XXXI. dies habuit. Dissentire ab his Macrobius lib. 1. ca. 18. Saturnalium, & Plutarchus in Problematibus videntur, qui Alien. sem diem postriduanam faciunt: id est pugnatum postridie Idus Quintiles aiunt. Sed is dies mensis erat 16. Autor libri De viris illustribus, habet XVI. Calend. Augusti. (ita enim in Aldino legitur) id est, Iulii die 17. Fortassis scripserat XVII. quod cum Macrobio consentient. Equidem & Macrobius harum fuit rerum apprime diligens & nostro autori hoc in genere plurimum docti tribuunt: & tamen grauissimos scriptores Liuius, & nihilo minor Tacitus, dissentiunt. Nam receptam electionem (est enim ea in omnibus, quos equidem vidi libris, etiam in Florentino Tacito) conuellere, temeratium sit: eo magis quod ipsos quoque, si hoc sensissent: postridie Idus Quintiles scripturos fuisse probabile est. Iudicent doctiores. Ego satis habeo monuisse.

145.d. *Ad Martis curiam*] Xyl. vertit, *Ad Martis tugurium*: hæc annotans, sic est ad verbum καλιὰν Ἄρεως. Latini Saliorum curiam appellant, vt Cicero libro 1. De diuinatione: Liuius (inquit) Romuli, quum situs esset in curia Saliorum, eaq; deflagrasset, inuentus est integer.

Ibid. *Huius in cæli regionibus describendis vsus*] In Græco est πλινθίων, vt & supra eadem de re in Romulo. Lapus munificè ad artificia & fundamenta detorsit: quasi vero πλινθίον laterem coctum significet, ac non potius certam figuram: quomodo etiam in re militari suum habet vsum.

Ibid.e. *Ad Martium montem*] Apud Diodorum quoque ad finem libri 14. quum hæc ipsa res describitur, ἐπὶ τοῦ καλουμένου Μαρκίου καταστρατοπεδεύουσι legitur. Liuius, *Ad Mettium* (pro ad Marcium) *is locus dicitur*, vitio librariorum habuit: quem locum hinc restituit Sigonius. Meminit & Suidas Marcii montis in suo Lexico. Quæ de Philotide sequitur narratio, est etiam in Romulo supra: vbi non Tutula est, sed Tutola: in Macrobianis libris Tutela etiam legitur. habet enim hoc libro I. cap. 6. Saturnaliorum.

149.a. *Expugnatum Sutrium à Thuscis*] Xylander habet *Satricum colonium*. Annotatq; Sic est constanter apud Liuium hic Σουτρίαν esse inculcatum ex superioribus. Ego Liuium sequi, quam mendum ab interpretibus retentum malui.

151.b *Pugnatum tredecim annis à Roma capta ferũt*] Xyl. vertit, *Anno post Romam captam XXIII.* Atque in hunc locum hæc annotat. Est quidem in Græco τεσσαρεσκαιδεκάτῳ. id est Tredecimo, quod & Amiotus retinuit. Lapus Tertio habet, nisi librarius vocem Decimo omisit. Ex Liuio, & ratione magistratuũ à Plutarcho etiam annotatorum, satis constat, Vigesimo tertio legendum: & notæ numerorum, (nam ne Græci quidem iis carebant) multorum fuit mendorum causa.

152.a. M. *Aemilium*] Xylander habet *Aemilium Mamercinum*, annotans ita legi ex Liuio, (nec Lapus prænomen addit) & iis quæ in Numa de Mamerco & Mamercino habentur.

IN PLVT. PERICLEM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum.

IPſum exordium graue, ſententiiſque ex intima philoſophia depromptis exornatum, Lapus parum recte ac perſpicue conuerterat: præſertim vbi oſtendit Plutarchus, quid inter noſtram & eam quæ nonnullis beſtiis innata eſt dicendi cupiditatem, atque ſpectandi, interſit. Senſus quoque perturbatione moueri, neſcio quam ſit commode dictum: quum πάθος affectionem verius, hoc quidem loco, ſignificet. Et quod conſideratione animum ali Plutarchus dicit, eo reſpicit, quia perfectio & ἀνέργεια τοῦ νοῦ eſt ἐν τῇ θεωρίᾳ, quo modo voluntatis in agendo. Ita Cicero etiam loquutus eſt in Lucullo. Eſt enim, inquit, animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioque naturæ. Erigimur, latiore fieri videmur, humana deſpicimus: & quæ ſequuntur. Cæterum quo tempore viguerit Pericles, non eſt difficile ſcire, quum belli Peloponneſiaci autorem fuiſſe compertum ſit. Id autem cepit anno altero Olympiadis LXXXVII. ſi Diodorum Siculum ſequimur. Vide Gellium quoque lib. 17. c. vlt.

153. b. *Eſt decimum hoc volumen*] Locus hic oſtendit, ſolitum Plutarchum Græci & Romani (quos inter ſe compararet) vitam vno libro complecti. Ea ratione hic non eſſet decimus, ſed quintus demum liber. Quod maximo eſt argumento, mutilum & magna parte decurtatum opus hoc ad nos peruenisse. Qua de re diximus in præfatione.

148. a. *Neptem Cliſthenis*] De hoc cum alii, tum in Terpſichora & Eratone copioſe Herodotus: vbi gentilitas Periclis perſpicue explicatur. Fuit autem Cliſthenes hic, ſi Herodotum ſequimur, Agariſtæ huius patruus. Appoſui partem genealogiæ.



Fuit ergo Agariſta Cliſthenis ex fratre (vt loquuntur) neptis. id Plutarchus ἔξονον vocat. quod alias vocabulum nepotem ſignificare tradunt.

135. c. *Cephalegeretes*] Iouem Homerus νεφεληγερέτιν, Nephelegeretem vocat, quod nubes ille contrahat, & tempeſtatibus præſit. Ad ſonum eius epitheti comicus poeta alludit, κεφαληγερέτιν vocans Periclem, quaſi capitonem. Iouem autem alioquin eum vocabant comici. Verſus Græcos diſponere, quum poemata ipſa non extent, laborioſius eſt quam tutius: ideo mea libertate ſum vſus. Quid autem verſiculus alter, qui ex Nemeſi citatur, ſibi velit, non equidem intelligo. Locum eſſe mutilum, & reliqua ad Periclem attinentia deeſſe ſuſpicatus, aſteriſcum adieci. μακάρεσι, *longue teſte* vertit Amiotus. quid legerit, aut ſequutus ſit, neſcio.

Ibid. c. *E capite hendecaclino*] ἐνδεκακλίνου, Lapus Vndeclinio ad verbum eſt, vndecim (hoc eſt multos) flexus habens. Tale erat nimirum Periclis poetis, oblongum & incompoſitum. Sine etiam apud Ariſtotelem θαυμασι. ἀκουομ. legitur: ἔτι δὲ καὶ κρίνωσι ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος. quod videtur menſarum aut lectulorum decem capax eſſe. Diodorus Siculus lib. 31. de carcere Albano; μέγεθος ἔχων οἴκου μάλιστα ὑφ' ἑνὶ κλίνου.

Ibi. c. *Eupolis in Demis*] Xyl. vertit, *Eupolis in Populis*. Annotatque Δήμοις. quod etiã In curiis poteſt exponi: & videtur curiatim in ea comœdia vexaſſe Athenienſes poeta. δῆμος enim, vt partes tribuum, Curias vertere, quam vel Populos vel Oppida, malo. Nam Cicero lib. 8. ad Atticum, oſtendit etiam Oppida verti poſſe δῆμος ſtatim: ſed nimirum quum de habitatione hominum dicitur: quum de hominibus ſermo eſt, præſtat, opinor, Ciues & Curias quam vrbes & oppida dicere.

154. a. *Zenonem quoque Eleatem*] Elea Lucaniæ in magna Græcia vrbs, vide Strabonem initio ſexti. In vita Bruti Pedeſtri itinere per Lucanos Eleam ad mare perrexit. Porro Tiſtri itinere per Lucanos Eleam ad mare perrexit. Porro Timonis de Zenone verſus (vt fere alios omnes) peruerſe extulit Lapus, Apud Diogenem Laertium libro 9. in Vita Zenonis, paulo aliter eſt: pro ἀπατηλόν, Fallax habet, ἀλαπαδνόν, Imbecille, & non πάντων ὀνειδιστόρος, Omnium reprehenſoris: ſed Πλάτωνα καὶ Μελίσσον, Platonem Meliſſumque reprehendentis.

155. b. *Diſcorum crepitum*] Locus hic facit ad prognoſticorum naturalium defenſionem, in quibus res quæ certam aliquam habent cauſam, certam ipſa quoq; rem vel præmonſtrant vel efficiunt, cuius generis ſunt medicorum σεσήμαντα, & tempeſtatum apud Aratum & Maronem præſagia, & ſimilia. Quid autem ſonitus diſcorum deſignet, non ſatis intelligo. Videtur quidem robur impellentis, & tenorem iactus demonſtrare: cuius rei exemplum eſt Vlyſſeæ libro 8. Τοῦ γε (ſub δίσκου) περιφρονέοντας ἦκε σίδαρος ἀπὸ χειρός. Βῆ μετ' ἔπειτα δὲ λίθος, κοῦφον ἀφῆκεν ἀπὸ γαίης Φαίηκας ὑπερβάλλων ἀριστεύεσκε δὲ λαοὺς ἄλλους ἀντιβολήσας. ὁ δ' ὑπέρβαλε σήματα πάντων. Nam quod ex Pollucis libro 9. Etaſmus hoc ad vraniam refert, quam fidem mereatur, in commentariis Homericis docui. Eſt enim Vrania pilæ luſio, quum diſcus pila non ſit, ſed lapis mole fere inſtar formatus, rotundus ſcilicet, non globoſus: in cuius medio per foramen traiectus erat funis quo circumageretur & proiiceretur. Niſi forte diſci ſonitu ſignum dabatur exercitationum, vt ad eas qui vellent, ſe conuerterent: cuius rei apud Ciceronem haud procul initio libri de oratore ſecundi, eſt mentio.

Ibid. d. *Detrahunt enim familiaritates illæ, &c.*] Sententia eſt ſatis obſcura: oſtendit autem, quotidiano conuictu aſſiduaque conuerſatione autoritatem amitti. Similis locus eſt etiam in vita Pompeii.

Ibid. e. *Cætera per amicos transigebat & oratores familiares*] *Aliis* legit Lapus: non *Sociis*, ἑτέροις, non ἑταίροις. Noſtram lectionem retineo cum Amioto: etſi parum intereſt. De Salamina naui dicam in Alcibiade.

Ibid. f. *Vt ait Plato*] Libro De republica VIII. vbi elegantiſſime diſputat quomodo Democratiæ abuſu res ad tyrannidem deuoluantur.

156. a *Vt diuinus Plato ait*] Locus eſt in Phædri penultima pagina.

Ibid. b. *Tonare enim*] Cicero in Orat. ad Brut. Cr.

Ibid. d. *Vt quum tanquam lemam e Aeginam iubet à Piræeo auellit.*] Xyl. vertit, *Quum iuſſit Aeginam tanquam oculis Piræei offi ientem auferri.*] Sicque in hunc locum annotat: Λήμιον τοῦ Πειραιέως, Lemam Piræei, ſeu lippitudinem: quanquam λήμη non lippitudo vere eſt, ſed lippitudinis cauſa: ſcilicet humor aliquis in oculo concretus. itaque quum proprium deeſſet vocabulum, vtcunque ſenſum extuli, translationis tamen vi (vt puto) non admodum imminuta. Eſt enim in hoc dicto metaphora ſeu translatio, ἐξ ἀναλογίας, vt lib. 3. Rhetor. Ariſtoteles docet, c. 10.

Ibid. *Prætorem, Sophocle*] Cic. De offic. lib. 2. Cr.

Ibid. e. *Thucydides*] Locus Thucydidis eſt l. 2.

Ibid. *Ad ſportulas theatrales*) Xyl. *At pecuniæ publicæ quæ à ſpectaculis quibus impendebantur theorica dicuntur) diſtributionem &c.* Sic dicebantur pecuniæ quæ Panathenaicis & Dionyſiacis feriis populo ex ærario tribuebantur, vt ſpectare ludos conducto in theatro loco, & ſacrificia obire etiam tenuis fortunæ ciues poſſent. Vide Suidam & Heſychium, & Libanium in primam Olynthiacam. Eſt autem θεωρεῖν, Spectare. Mentio horum eſt etiam infra in Ariſtida.

157. a *Demonidis Ienſis*] Τοῦ Ἰηθεν. OEteum Lapus fecit, neſcio quid ſequutus Amiotus ex Inſula Io ortum cenſuit, ego opinor (nam nihil niſi coniecturam affero) δῆμον, hoc eſt curiam, aut pagum aliquem Atticæ patriam eius fuiſſe, Iam forte, aut Ias, aut ſimile.

Ibid. c. *Nec archon, nec theſmothetes*) Nomina ſunt magiſtratuum Athenienſibus proprionum: & quæ non vertere quam

peruertere præstat. non enim video quæ Latina vocabula iis vere & proprie respondeant. De Areopago in Solone dicta sunt ab autore satis multa: quibus addi possunt quæ sunt apud Isocratem in oratione de eo consilio scripta & alios Archontes Athenis nouem fuerunt qui rempublicam administrarent, quasi prætores. Ex his vnus Eponymus dicebatur: de quo in Aristida. Sex alios legibus quotannis corrigendis, totoque anno curandis destinatos fuisse, Suidas ex aliis & Æschinis contra Cthesiphontem oratione affirmat: qui Thesmothetæ dicerentur. Rex autem βασιλεὺς, quid officii habuerit, ex fine Acharnensium Aristophanis & Scholiasta eius apparet. Ibi Dicæopolis, quasi victor certaminis, vtrem victoriæ præmium sibi tradi postulat, eoque nomine regem inuocat: *rex vbi est? Mihi tradite vtrem.* Ibi Scholiastes: Indicat, inquit, hoc loco, regem certaminum quæ Choarum, seu libationum, festiuitate edebantur, procuratorem fuisse, vtremque victori præmium dedisse. Est autem rex, magistratus quidam, mysteriorum, pomparum & sacrificiorum curam gerens. Hæc ille. Ergo regem sacrorum, aut regem sacrificulum dicere licet, de quo alibi. Sane in Solonis vita, vbi de Areopagitis disputatur, verba cuiusdam legis referuntur quæ indicare videantur, eos reges etiam in prytaneo de grauibus causis iudicium tulisse. quo fortassis hic respicitur. Lapus omisit hunc magistratum, quod (vt existimo) non intelligeret eius officium, & reges Athenis Periclis tempore non præfuisse cogitaret. Certe & Suidas in voce ἄρχων, quatuor hæc magistratuum nomina, vt hic noster autor, coniunxit. Restat Polemarchus. quem Prætorem peregrinum vertissem nisi nouum hoc & inuidiosum ob nouitatem futurum metuissem. Sane haud absimilis ratio eius fuit. Siquidem (vt ex Suida & aliunde patet) & ipse vnus de nouem istis prætoribus seu archontibus fuit, atque inquilinis, vt reliquis ciuibus, ius dixit. alioquin etymon indicat, belli præfectum etiam fuisse: quod genus Polemarchi etiam Spartanis fuerunt. Hæc, vt omni munere fidelis interpretis perfungerer, annotanda semel duxi: quum plerique omnes interpretes aut non animaduertissent, aut oscitantes in similibus locis fuissent. Qui plura volunt, ex Suida, Harpocratione, Græcisque aliis interpretibus petant.

157. c. *Quum in manipulo se tribulium suorum centuriauisset*] ἐθετο μὴ σὺν φυλετῶν εἰς λόχον τὰ ὅπλα. Obscuriusculum est hoc, neque à Lapo expressum. in Cimone planius dixit, μετὰ τῶν ὅπλων ἦκεν εἰς τὸν τῶν φυλῶν Ὀινηΐδα, &c.

158. b. *Itaque aduersarium ei obiecerunt affinem Cimonis, moderatum virum, Alopecensem Thucydidem*] Exponam hunc locum, qui me aliquando vexauit torsitque: & (vt opinor) non omnes hanc rem statim recte suo marte intelligent. Id primum obiter monendum duxi, κηδεστὴν non modo (vt vulgo putatur) Socerum: sed & quocunque modo vel Affinem, vel Agnatum Græcis significare: sicuti & γαμβρὸς non tantum Generum, sed etiam Sororis maritum significat, & πενθερὸς Affinem. neque id absque omni ratione, vti alias ostendimus. Iam in vita Cimonis Plutarchus tradit, fuisse materna ab origine coniunctum Cimoni Thucydidem: & quidem ibi diserte additur, scriptorem historiarum: quod ipsum & Suidas & quicunque alii vitam eius autoris scripsere, haud obscure annotauerunt. Potuit hoc in eam suspicionem perducere hominem minus attentum, historicum Thucydidem eum esse de quo hic autor loquitur, nempe qui in republica aduersarius Periclis fuit. Accedit eo quod & hunc ipsum historiæ parentem exilio mulctatum fuisse, multi graues autores tradiderunt. Cicero libro De oratore secundo, à repub. remotum & in exilium pulsum, scripsisse suos libros testatur. Idem est apud Plinium lib. 7. cap. 30. apud Pausaniam in Atticis, apud Dionem libro Histor. Rom. XXXVIII. apud alios. neque ipse hoc dissimulauit. Fuisse aduersarium Periclis, opinari potuit: qui & cognationem illius cum Cimone qui à Pericle grauiter oppressus fuit) reputaret, & æquales in eademque ciuitate versatos fuisse cogitaret: quod quidem posterius est extra omnem controuersiam, & plurimum ad hunc errorem facit. Porro Plutarchus hic, vbi de Thucydidis cum Pericle certaminibus & exilio loquitur, Milesii patris nomen non addidit: vt tam facile hunc ab isto diuersum quam cum scriptore historiæ eundem fuisse, suspicari quispiam potuerit. Nam curiarum in Cimonis & Periclis vita additam distinctionem non aduertisse, aut non intellexisse, vulgare fuerit. verum mihi hoc ipsum primum altius cogitandi occasionem dedit. Nam historicus, Alimusius in Cimone Plutarchi, inque vita sua in inscriptione columnæ cuiusdam dicitur. Est vero Alimus Leontidis tribus Curia. Is autem de quo in præsentia sermo nobis est, Alopecensis curia perhibetur; hoc est, tribu Antiochensis: siquidem Stephano & aliis credimus. Sunt ergo diuersi, vtut nomen & exilium commune tulerint. Ratio autem temporum hoc ipsum demonstrat, quum post pugnam ad Amphipolin se in exilium abiisse, libro 5. Thucydides scribat, mortuo pridem Pericle. Thucydidem autem Periclis aduersarium, eundem cum Milesii F. supra nominato esse, & historia innuit, & demonstrat Scholiastes Aristophanis in Vespas, ad versum Ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε καὶ Θουκυδίδης, *Quod exulanti olim accidit Thucydidi.* vbi quidem & quatuor Thucydides enumerat, & hunc Alopecensem Milesii (historici vero pater Olorus seu Orolus, vt Marcellinus in vita Thucydidis, etiam teste Didymo, contendit, notus est) filium fuisse docet. Atque huius Thucydidis Milesii F. in fine Theagis, initio Lachetis, & in Menone, meminit Plato, etsi Μελησίου falso legitur, vt persuasum habeo, pro Μιλησίου. Quod addendum vtique fuit, vt Μιλησίου supra intelligas non gentile esse, sed ηοῦ vocabuli vsitata omissione prolatum. nam id ambiguum more suo Lapus reliquit: Amiotus omnino Milesium fecit, id est Milet o oriundum: non recte. Initio Niciæ etiam huius, vt optimi & suorum amantissimi ciuis, fit mentio.

158. c. *Octo menses æra merens*] Xyl. vertit, *Octo minarum mercede conductorum.* Sicque annotat: Est quidem in Græco ὀκτὼ μῆνας ἐμμισθοι. Verum Lapus legit non μῆνας, sed μνᾶς: non Menses, sed Minas. Me ratio mouit. Quid enim attinebat ad octo menses conduci, & stipendium non exprimi? quum quidem quotannis istæ triremes emitterentur.

Ibid. d. *Sybaris, quos appellauere Thurios*] Ratio huius rei & historia extat elegans apud Diodorum Siculum lib. 12.

Ibid. e. *Neque vulgari videri Græciam affici iniuria*] Mirum quam inepte hæc Lapus transcripserit. neque enim animaduertit verba hæc esse calumniatorum, siue accusatorum Periclis. Et qui in margine annotauit, quo lucem scilicet versioni Lapi adferret. (*Loquitur de Atheniensibus quibus se adnumerare videtur*) absurdum absurdo auxit. Non enim hæc à Plutarcho, sed (vt dixi) à Periclis inimicis dicuntur. quod in promptu est videre siquis eruditus verba Græca inspiciat. Mutationem autem personatum, & obliquæ orationis in directam qui ignorant, non sane video qui se excusare possint: quum nihil Latinis & Græcis facundis autoribus sit magis vsitatum. Mox est ναοὺς χιλιοπαλάστους, Lapus perinde ac si ναῦς esset scriptum, pro templis naues dedit.

159. c. *Lapicidæ*] Xyl. vertit, *Textores.* Annotatque, λιθουργοί. Lapus, *lapidarii.* at lapicidæ supra sunt nominati. Suspicor λινουργοί legendum, propter vela & alias res non nauibus modo & curribus, sed & hominibus ea tractantibus vtiles, itaque & Sutores posuit.

Ibid. e. *Hecatompedon parthenona*] Xylander vertit, *Parthenonem hecatompedum:* (*virginis templum centum pedes, vndique patens Latine dixeris*) sic ibi annotans. Hæc quidem interpretatio est etymo vocis consentanea. & Eustathius Iliad. γ. versum hunc exponens. Ποίησαν δὲ πυρὶ ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα, ait ἑκατόμπεδον ἴσχειν ἑκάστοθεν πλεύραν, cui adstipulatur Varinus; Suidas enim non à magnitudine, sed pulchritudine & concinnitate dictum ait: de quo ipse viderit. Fanum fuit Mineruæ. meminit Pausanias libro 1. Plinius lib. 34. cap. 8. nomine Parthenonis, vt & Plutarchus infra in Demetrio. Per virginem autem, notari deam Mineruam apud Athenienses, omnibus constat.

Ibid. f. *Xypetiis Metagenes*] ὁ Ξυπέτιος. *Oxypetius* male Lapus. Xypeta curia est Cecropidis tribus autore Steph.

160. a. *Odeum*] Lapus Orchestram vertit, non quidem adeo male, sed minus tamen proprie. Græcum ego relinquendum duxi, quum eo etiam Latini scriptores vtantur. Cicero ad Atticum lib. 4. Suetonius in Domitiano. Locum fuisse choris & cantilenis destinatum, ipsa vox ostendit, & verba paulo post sequentia: pro quo impetite apud Suetonium librarii, & apud Xiphilinum in Adriano Merula, Methodium suppoluisse videntur.

Ibid. b. *Arcis absoluta propylæa*] Xyl. vertit, *Vestibulum arcis.* sicque annotat: τὰ πρόπυλαια. Propylæa. Vestibulum puto verti recte posse. Sane Cic. libro 2. Offic. Græcum vocabulum, hac ipsa de re loquens, retinuit.

Ibid. c. *Minerua in somnio*] ἐν ὕπνοις, vt sæpe alias, κατ' ἐξοχήν.

herba autem Parthenium, vel Perdicium, fuit Pericli ab ea demonstrata. Vide Plinium lib. 22. cap. 17.

Ibid. *Phidias signum Minerua aureum fecit*] χρυσοῦν ἕδος. Nam & Pollux videtur testari initio lib. 1. & testantur Eustathius, Hesychius, Varinus, aliique, ἕδος interdum esse ἄγαλμα. atque ita in Aristide Plutarchus vtitur de Minerua Platæica, ἕδος ἔστιν. In Coriolano, de fortuna muliebri, pro Puluinari, quæ diis sacra passim à Liuio & aliis commemorantur, posuisse videtur. & quod hic ἕδος, id post de Phidiæ calamitate, ἄγαλμα dicitur.

161. c. *Vt Plato ait*] In Phædro & Gorgia. Locus Thucydidis est lib. 2.

162. b. *Cæterum hæc abhorrebant omnia ab Anaxagoræ sapientia*] Sensus non est obscurus, sed mutilus in Græco locus, non varius.

Ibid. c. *Ibi e Anaxagoram aperto capite*] Xyl. vertit, *Tum Anaxagoram reducta veste &c.* Annotatque: ὀκκαλυψάμενον: vt ante συγκαλυμμένου, Velato corpore. Lapus Expirantem verterat.

163. a. *Tolmidem Tolmæi*] Is enim in Laconicam incursiones fecerat, Cephaleniam occuparat: & rebus satis prospere succedentibus, tandem ad Coroneam fuit à Bœotis maxima Athenienſium clade victus & cæsus cum exercitu. Diodorus lib. 11. fine, & 12. initio fere. Meminit Thucyd. lib. 1.

164. c. *Mox Megarensis ad arma nuntiatum est iniisse*] ἀπηγγέλθη Μεγαρεῖς ὀκπεπολεμημένοι. Legendum arbitror ὀκπεπολεμωμένοι, Bellum mouere desiisse. Lapus diuerso sensu, *Megarenses ciuitate exactos:* quasi vero ὀκπολεμοῦσθαι, passiua quãuis inclinatione, id significet. Thucydides hac de re loquens lib. 1. Megarenses ait Corinthiis, Sicyoniis, & Epidauriis adscitis, ab Athenienſibus defecisse, præsidium que eorum obtruncasse. vt videas quam recte Lapus intellexerit, aut quam de re solicitus fuerit. Et quidem paulo post iterum dixit Plutarchus eodem modo, ὡς ὅσον οὐδέπω Πελοποννησίων ὀκπεπολεμωμένων πρὸς αὐτούς.

165. c. *Fœminasque ad audiendam eam duxerunt familiares*] Xyl. vertit, *Et mulieres ad eam audiendam mittere solebant propinqui aut parentes.* Et Annotat: Locus in Græco est mancus. diuinaui igitur.

Ibid. e. *De quo in Demis Eupolis*] Δημοσίοις. Lego Δήμοις: sicut & supra citatur hæc comedia, & apud Athenæum aliquoties. Lapus errorem Græci codicis retinuit. Vbi est Pyronydes, fuit haud dubie Myronides. Paulo post, de Phocæa Phocensem fecit Lapus: de Æolica Parnasiam scilicet.

Ibid. f. *Precibus adductum Aspasiæ Periclem suasisse*] Thu. lib. 1. Cr.

167. d. *Quando annus es, vngi minus tibi conuenit*] Xyl. vertit, *Ne corpus vnguentis annus tuum linas.* Annotatque: Ne hic quidem quicquam nisi coniecturam attuli. Existimaui autem sensum huius Archilochii carminis esse: non esse mulieri, iam prouectæ præsertim ætatis, de rebus gestis & administratione reipub. iudicandum aut disputandum. Hoc modo alii etiam versus Homericos vsurparunt. Fuisse autem iam tum vetulam Elpinicen, & ex temporum ratione, & ex Plutarchi loco, vbi de eius pro fratre apud Periclem deprecatione dixit, liquet: & Horatius quidem haud absimili modo vetulam quandam reprehendit, 3. Od. 15.

168. a. *Hosce versus Aristophanis*] Extant in Acharnensibus. Ibidem diserte commemoratur decretum in Megarenses factum de quo pulchram historiam habet Gellius libr. 6. cap. 10. Ceterum & Athenæus libro 13. eosdem versus: quo ex loco apparet, non duas Aspasias (id quod Aristophanis commentator, & eum sequutus Suidas tradunt) raptas fuisse: sed duo scorta; quæ ab Aspasia, nempe lena, quæstus causa alebantur. Nam in Græco Ἀσπασίας ambiguum est, quum & genitiuus singularis & accusatiuus pluralis esse possit. Sed id posterius loco non conuenit admodum, quum Plutarchus (vt & in Aristophane Florentino est) πόρνα scripserit duali numero, cui male cohæret plurale Ἀσπασίας. Neque tamen non annotaui huiusmodi apud Homerum & alios multa exempla: sed (ne quid aliud dicam) Ἀριστοφανείου hoc non est. & vero Athenæus Ἀσπασίαι πόρναις legit, vbi prius genitiuum singularem esse, ipse etiam intellexit. Postremum versum arbitror à Plutarchiano librario omissum: addidi ex Aristophane, sicut & Lapus:

169. d. *Violata religionis*] ἀσεβείας: Lapus, *lenocinii*, nescio quid sequutus. Est quidem & apud Athenæum in hac historia γραφὴ ἀσεβείας: & lenocinii crimen auctuarii loco priori accessisse, Plutarchi verba palam demonstrant.

Ibid. e. *Apud Prytanes*] Senatus Athenienſis ex quingentis personis constabat. decem enim erant Athenis tribus: ex his quinquaginta electi, senatum quingentum virorum constituebant. Ex hoc senatu quinquaginta vnius tribus (vt ordo ferebat) viri, decimam anni lunaris partem omnia senatus munera obibant: hoc est, per dies xxxv. tum alii, atque deinceps alii, decem, vt singulis annis per omnes tribus circumiret ea administratio, quum quidem quatuor reliqui dies (nã annus lunaris CCCLIIII. diebus constabat) in quatuor tribus singuli distribuerentur. Et ii quinquaginta, quibus tum sorte tempus illud administrationis obtigisset, prytanes vocabantur. Hæc fere ex Suida. Morem vero ab ara iudicium ferendi, etiam supra in Themistocle commemorauit, vbi de honore ei à Græcis ob victoriam Salaminiam habito scripsit. Iuratum & quasi sacrum iudicium intelligi debere, ibi dixi.

170. a. *Iusserunt iis piaculum eiicere.*) Locus Thucydidis est lib. 1. Intelligitur autem Cylonium piaculum, de quo extat & in Solone Plutarchi historia. Porro autem Pericles mater à Megacle Alcmæonis F. genus trahebat, qui eius facinoris autor fuit. id supra est demonstratum.

Ibid. d. *Cur ferre Satyrum rex, &c.*) Versus mei sunt anapæstici, trimetri, acatalectici, excepto vltimo qui est catalecticus. Sicubi non satisfeci lectori, sciat me ne mihi quidem ipsi satisfecisse: sunt enim Græci versus obscurissimi. Teletem videtur innuere hominem timidum: sed de quo nihil compertum habeam. Bipennes sermonum ad vim dicendi referuntur: nisi fallor. quo modo Demosthenes Phocionem solebat suorum κοπίδας sermonum nominare, quod quæ ipse proposuisset, ea Phocion breui, sed vehementi oratione refutaret, ac quasi diffinderet.

172. e. *Qui venditi sunt*] ἐπράθησαν. Sed profecto mihi locus hic suspectus est. neque, tum præsertim, venditos, sed numero ciuium eos exclusos spurios existimauerim.

173. d. *Dum locum quem incolere deos aiunt*] Locus est lib. 6. Vlyssea Homerica, ad quem hîc alluditur.

IN PLVT. FABIVM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

Q. Fabius Maximus quo vixerit tempore, non est obscurum: nihil enim bello Punico secundo, quod & Annibalicum dicitur, notius est atque insignius. Liuius libro 30. ostendit mortuum duobus Seruilis Coss. anno V. C. DLI.

174. a. *Ex nympha memorant &c.*] Initio statim Guarinus impingit, quum Fabium Maximum nymphæ filium facit: neque animaduertit loqui autorem de Fabio qui ex Hercule & vel nympha vel Latina muliere natus Fabiæ stirpis autor fuerit.

Ibid. b. *Quia fossis feras capiebant*] Quis huius etymi sit autor, non scio. Sane probabilius est quod habet Sex. Pompeius, Fabios antiquitus Fouios dictos, quod princeps eius gentis ex ea natus sit cum qua Hercules in fouea concubuit: vel quod primus ostenderit quemadmodum vrsi & lupi foueis caperentur.

Ibid. *A Rutiliano*] Xyl. vertit, *à Fabio Rullo*: atque hæc in eum locum annotat: Ῥυλλοῦ est in Græco. Itaque Guarinus Rylium finxit. Ego sequutus sum Plutarchum, apud quem in Pompeio, vbi de Maximi & Magni cognomentis disputatur, Ῥούλλου recte legitur pro eo quod hîc est mendose Ῥυλλοῦ. Historia est apud Liuium in fine libri noni. Neque sum nescius, quem Plutarchus Rullum dixit, eum apud alios Rullianum: apud quosdam: sed vitiose, puto, (tametsi hic correctorem Guarinianæ translationis videatur Amiotus sequutus) Rutilianum legi. Sed (vt dix) Plutarchi hos locos ego sequor.

Ibid. c. *Quam securitatem alii vrbantur.*] Xyl. vertit, *Non socordem se.* Annotatque: In Græco est ἀνωραΐαν. quod non sane video quid hic loci habeat. Vtique ἀπραξίαν, aut δυσπραγίαν aut ἀωραΐαν, mallem. Quæ de Oratione Fabii sequuntur, omnia sunt peruersa à Guarino.

Ibid. e. *De Liguribus*] Λιβύων. Sed est legendum Λιγύων, quod & interpretes senserunt, & historia docet. Simile mendum erat in Pertinace Xiphilini, & in aliis locis.

175. d. *Ad huius primum nuntium cladis prætor Pomponius*] Vterque enim consul ad bellum exiuerat: itaq; prætor munus consulare sustinebat more maiorum, cuius & alii meminerunt, & Cic. lib. 10. epist. ad Plancum.

Ibid. e. M. *Minutio*] Hic est in Græco Λευκίου, λ pro μ: infra Μαρκίου. pro Μάρκου. Marcum & Liu. constanter vocat.

176. b. *Vouit diis immortalibus quod eo anno ver attulisset ex caprino, &c.*] Hic vnus est de iis locis qui interpreti suscepti munere sedulo scrupulos iniiciant, caputque scabere & vngues rodere iubeant. Faciamus saltem quod possumus. Votum hoc fœturæ, alias Ver sacrum appellatur Liuio. vt in hac ipsa historia, lib. 22. & alibi. & libro 34. Ver sacrum videri, quod natum esset inter Kalend. Martias & pridie Kal. Maias. Ita Nonius quoque & Festus: Iam quod ad summam pecuniæ eius quæ in ludos votos impendenda statuitur, attinet, Guarini versionem omitto: quam Budæus, hunc ipsum locum libro præstantissimi De asse operis tertio tractans, eo nomine reprehendit quod τεταρτημόριον tertiam partem verterit. Ego (quod saluo Budæi honore dixerim) ambigue magis quã false vertisse Guarinum censeo: quod non addiderit quo ea tertia pars respiciat: hoc est, totiusne summæ (vti Budæus accepit: ideoque improbat) an vero denarii tertiam partem significet τ τεταρτημόριον. Ac tametsi recte Budæus ex Plutarcho ostendere videatur, posterius hoc esse intelligendum: eadem tamen ambiguitas restabit, si pro tertia parte reposueris trientem. Nam & triens de totius summa tertia parte tam intelligi potest quam de triente denarii. Ego addito vno vocabulo eam declinaui. Alioqui Plutarchi interpretibus allucinari, & omnes rationes conturbare in vertendis pecuniæ summis, nouum non est: idque nos annotare non semel coacti sumus. Restant tamen alii adhuc scrupuli. Plutarchi summæ inter se quadrabunt si illud στατῆρας non per sestertios nummos, sed per sestertia (sestertia quum dicuntur, milleni sestertii nummi intelligi debent: hoc est libræ seu minæ sestertiæ, vel millia æris, duo cum dimidio: qua de re alibi) exponas: id quod ipse feci, casuum mutatione ambiguitatem euitans, quæ in Græco apparet. Nisi quis inde solui dubium dicat quod στατῆρας tanquam maior summa, ante δραχμάς, vt minorem, posita est. Vnum (ita dicere liceat docendi causa) sestertia, ducentos & quinquaginta denarios, seu, quod idem est, drachmas valet. ergo 333. sestertia, erunt 83250. denarii. Adde iam his 333. denarios, & trientem, (hoc est, duos obolos, seu vnum scrupulum, drachma enim tres scrupulos, scrupulus duos obolos continet) erit summa denarium 83583 $\frac{1}{3}$, ad vnguem ita à Plutarcho annotata. quam & ipse eodem modo expressi, solitus alias Latinum morem in summis pecuniæ concipiendis seruare. Sed hic omnino ad ternarii numeri mysterium erat respiciendum, (id quod & ex Liuio apparet, vti mox dicam) cum quo nihil admodum commune erit summæ huic, si omnia vel ad denarios vel ad sestertios nummos redigantur. Enimuero Plutarchi summa cum Liuiana minime conuenit. Eiusdem inquit, rei causa ludi magni voti æris cccxxxiii. millibus; triente. Hic operam & sententiam doctissimi Sigonii desidero, qui infinitos Liuii locos restituit. Nam mihi non minus quam ante me Budæo, locus est suspectus. Budæi quidem emendatio scita esset, eo quod præclare mysterium ternarii continet, (sic autem suspicatur legendum: cccxxxiii. millibus cccxxxiii. assibus triente) si vel cum Plutarcho conueniret, vel aliqua authoritate scriptoris aut codicum confirmaretur. Itaque eam in medio relinquam. In ea quæ extat Liuiana summa, si locus sit integer, quæso quid sibi vult triente? non est enim minus Guarinianoillo ambiguum, quum aut ad totam summam, aut ad mille æris, aut (quod vix fieri possit loco non manco) ad assem referendum videatur. Sed agedum (quando in hanc tractationem ingressi sumus, neque nobis indignam, neque lectori, opinor, φυλομαθεῖ iniucundam) Plutarchi summam ad millia æris reuocemus, vt quid intersit videamus: quo nihil est expeditius. Nam sestertia cum millibus æris collocata, proportionem constituunt sesquitertiam seu sestertiam, qualis est quinarii ad binarium: eo quod in vno sestertio nummo insunt duo asses & semis. Itaque totum mysterium ternarii iacebit. Et vt maxime credo id (cccxxxiii. assibus) Liuianæ summæ inserendum, ita neque hac tamen neque vlla (quam ipse videam) alia ratione Plutarchi cum Liuio summa componetur. Restat vt aut alios sequutum autores Plutarchum dicamus, aut lapsum in Liuiana summa vertenda: hoc est ignorasse quid inter millia æris & sestertia differret. quorum alterum in eam difficultatem incidit, quod haud facile tum temporis summas per sestertia conceptas fuisse credi potest: alterum dicere, hominis est impudentis, ac de Plutarchi eruditione sinistre iudicantis, qui sane in Camillo satis demonstrauit (vt alia loca præteream) scire se quid assis, mille æris, denariusque essent. Itaque ἐπέχω: & hortor doctiores, vt, siquid habent, promant: mea candide protuli. Porro autem Liuius magnos ludos votos fuisse scribit, noster θέας μουσικὰς καὶ συμπλικάς. quæ ego Spectacula & musica certamina verti, quod non putem magnis ludis hæc quadrare. Scenicos fortasse licuit vertere, (de quibus Liuius præclare initio septimi) quũ in Sylla etiã συμπλῶ pro scenico pulpito vsurparit, atq; etiã alii ita sumi testentur. Neque tamen peccasse me in vertendo ne sic quidem arbitror, quando etiam Terentius suam artem, Musicam vocat. Hoc ipsum argumentum esse possit, Plutarchum non ex Liuio sua descripsisse. De ternario hic disputare nihil attinet. Hæc Xylander. Cruserius quum vertisset *Simul ludi magni voti.* cccxxxiii. *millibus nummum &* cccxxxiii. *denarius triente.* Ita (inquit) locus est emendandus, alioqui non constabit sibimetipse Plutarchus.

178. d. *Cuius rei autor & fax Metellus præcipua fuit.*] Xyl. vertit, *Instinctu maxime Metilii.* Annotatque Μετίλιου in Græco constanter est, interpretes Metellum ex Liuianis libris supposuerunt. Ego Sigonium laudo, qui Metilium legi debere monuit.

180. a. *Comprobauitque Philosophorum placitum*] Sententiam valde elegantem non recte extulit Guarinus. Est autem germana Menandri ei versiculo noto, & quo apud Lucianum Iouem consolatur Mercurius, Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν εἰ μὴ προσποιῇ. Nil passus es mali, si dissimulaueris.

181. a. *Tum percusso femore*] Gestus est grauiter indolentium & indignantium: vt apud Homerum de Marte (si recte memini) filii necem comperiente, -- καὶ ὦ πεπλήγετο μηρώ. Sic & in vita Pompeii depiratis, qui metuere se ob captum Romanum sibi simularent, πεῖ τε μηροὺς ἐπαίοντο. & de Pompeio legis Manilia nuntium accipiente, ὀφρῦς λέγεται συναγαγεῖν, καὶ τὸν μηρὸν παπάξαι. Pro eo Cicero Frontem ferire videtur dixisse, ad Atticum lib. 1. & notus est locus Ciceronis pro Q. Gellio, vbi M. Calidium ei atrocia crimina obiicientem ita redarguit. Nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percussa, non femur: pedis, quod minimum est, nulla supplosio. Ex Ciceronis Bruto, & Quintiliano lib. 11. cap. De pronuntiatione.

Ibid. d. *Quum signa tolli imperasset*, ἀνεῖναι ἄραδαι lego cum interprete, ἀῶτις: quod nihil valet.

182. a. *Quorum primi Fabii artibus*] Non sunt hæc de alterius anni consulibus intelligenda: sed de Cn. Seruilio, & M. Attilio qui in C. Flaminii locum suffectus post Fabii dictaturam, reliquum anni consulatum gessit. Hoc ex Liuio, Appiani Alexandrini Annibalico & ratione temporum liquet: obiterque monendum duxi ne quis secus accipiens scrupulum sibiipse iniiceret.

Ibid. c. *Eo quod iudicio publico damnato lis æstimata fuerat,*] L. Æmilius Paulus cum M. Liuio Salinatore consul annis ante tribus fuerat, & damnatione collegæ & sua prope ambustus euaserat. Liuius lib. 22. Apparet autem ex Frontini lib. 4. ob prædam non æqualiter militibus diuisam id iudicium factum.

183. d. *Qui historias fusius prodiderunt*] διεξοδικὰς ἱστορίας: id est, eas in quibus non capita tantum rerum, sed singula ordine & accurate exponuntur. Guarinus peregrino sane sensu, Peregrinas dixit.

184. a. *Barcam Pœnum*, Liuius habet Maharbalem. Cr.

185. a. ἀγερώχοις] Frequens apud Homerum epitheton. vt Iliad. ρ, —Ῥοδίων ἀγερώχων & in decimo, -- Μυσοί τ' ἀγέρωχοι. Ibi Scholiastes, ἀγέρωχοι, αὐθάδεις, θρασεῖς. ἔστι δὲ ὅτε δηλοῖ πλεξίς τοὺς ἄγαν ἀνδρείους, καὶ ὀνήμους, παρὰ τὸ ἄγαν αὐτοὺς ὅπου τοῦ γέρως ὀχεῖσθαι. quod ipsum inter alias explicationes etiam Eustathius recepit. Id sequutus sum, vt huc maxime quadrans. Est & apud Ioannem Zezem in Alpha Chil. IX. 257.

Ibid. d. *Blande agendo censebat*] De Fabii lenitate in corrigendis delictis, Valer. Max. lib. 7. cap. 3. Cr.

186. a *Piros sylvestres*] ἀχράδας. Est autem, ἀχρὰς, Piraster, cui opponitur ἄπιος, Pirus, hoc loco, vt & alias & apud Stephanum in Ἀπία. Amiotus Guarini errorem sequutus est, qui malum male vertit.

Ibid. c. *Tarento hac ratione potitus est*] Docet & Liuius quomodo Tarentum receperit. Dec. 3. lib. 7. Cr.

187. d. *Atque in his quidem longe videtur*] Contra de his Liuius. Cr.

Ib d. e. M. *Liuius, quo præfecto Tarentum Annibali proditum fuerat*] Λύκιος est in Græco. Lucius: quod quum sit prænomen, quis non videat mendum esse? Sed M. Liuius Salinator hîc indicatur. estque hæc res non ex historicis modo, sed & Ciceronis Catone maiore notissima, vt mirer Guarinum non animaduertisse.

Ibid. *Ridens hic Fabius*] Cicero De oratore lib. 2. de ridiculis. Cr.

Ibid. f. *Fabio pop. Rom.*] Liu. Dec. 3. lib. 7. Cr.

188. b. *Fabii proauum*] Q. Fabium Rullum (vt supra dixi) Maximum quinquies consulem fuisse, ex Liuio etiam patet: sicut & de tribus eius triumphis constat. Filio autem Gurgiti legatus fuit bello Samnitico: Liuius lib. 11. alii. Quod de triumpho hoc scribitur, est etiam apud Valerium lib. 5. cap. 7.

189. e. *Non attigit viuus ex b.*] Valer. Max. libro v. cap. 2. Cr.

189. f. *Præter veru minutum ferreum*] Obeliscus Latine significat Paruum veru, seu (vt Plinius loquitur) Veruculum. Fuisse pauperrimum, & delectatum sua paupertate Epaminondam, multis autoribus traditum est: sed nullam, vno excepto veruculo, in domo eius fuisse supellectilem, credere durum est &, vt puto, stultum. Itaque obeliscum non conuerti, sed Græcam vocem reliqui, qua alio significatu vtuntur etiam Latini. Hic ego ferreum nomisma minimi pretii intelligo, & facile meam sententiam videor tueri posse Plutarchi ipsius testimonio, cuius ex vita Lysandri verba apponam: κινδυνεύει δὲ τὸ παμπόνηρον ἀργύριον οὕτως ἔχειν, ὀβελίσκοις χρωμένων νομίσμασι σιδηροῖς, οἱονὶ δὲ χαλκοῖς, ἀφ' ὧν τοσοῦτος ἐπὶ νῦν τῶν καρμάτων ὀβολοὺς καλοῦσι.

190. d. *Nam ipsam quidem Capuam Fuluius & Appius consules subiugauerunt*] οἱ τοῦ φρούριον: scribendum Φούλβιον. Sed Guarinus mendum sequutus est, historiæ contrarium: eumque Amiotus. Capuam à Q. Fuluio Flacco & Appio Claudio proconsulibus, id est, qui superiori anno consules eam obsederant, receptam esse, cum omnes historici, tum præcipue Liuius lib. 26. demonstrat.

191. c. *Ad sex talenta*] Captiuorum quos sua pecunia redemerit Fabius, numerum Plutarchus supra retulit CCXL. Liuius VII. addit. Redemptos singulos CCL. denariis, inter eos conuenit. ita fiet vt præcise decem talenta impensa sint pro eis, si Plutarchianum numerum tenemus: non sex tantum, quod hic mendose fortassis legitur. quippe sexaginta libræ, seu pondo, seu minæ, hoc est sex denariorum millia, talentum vnum constituunt, vt alibi ostensum est.

IN PLVT. ALCIBIADEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii interpretum.

BEllum Peloponnesiacum qui scit quo tempore fuerit, is qua ætate vigueri Alcibiades, facile intelliget. Cæterum vel hic liber ostendit quam incommodum sit & difficile eorum consilium qui non de nouo verti, (quod ipsi actum agere vocant) sed castigari modo vitas Plutarchi Latinas volunt. Equidem operam ludet qui id conabitur. tametsi conatum esse scio hoc vnum atque alterum: qui quid effecerint, iudex sincerus & diligens æstimet. Certe plerunque transmisso camelo, culex in cribro deprehensus hæsit: hoc est, maximis & perniciosis erroribus præteritis, leuicula quædam annotantes, officio se probe functos credidérunt. Quod vt verum est, ita in neminis dico contumeliam. scio enim non omnium esse idem studium, neque omnes qui interpretandi munus, aut repurgandi autores sibi sumunt, tanta solicitudine eo in opere versandum sibi opinari. Alcibiades Plutarchi nondum est (quod sciam) Latine redditus. Quod enim extat, paraphrasis videretur, si cum sensu autoris congrueret: videturque is interpres nihil pensi habuisse dum suam (si diis placet) eloquentiam ostentaret. id quod magna cum iniuria Plutarchi fecit, eius verba plerunque peruertendo, & sæpissime aliena ineptaque de suo intermiscendo. Nos id præcipuis in locis ostendemus, maleque tractato libro lucem pro virili auxiliumque feremus. Et initio statim Eurysacis mentionem Donatus omisit, non recte. Hunc filium Aiacis Telamonii fuisse, notum est vel ex Sophocle. Alcmæonidem vero Dinomachi genitum ne somniauit quidem Plutarchus: hoc dixit, Dinomacham Megaclis filiam, Alcmæonidarum stirpe procreatam, Alcibiadis matrem fuisse. Verba in Græco sunt planissima: vt quæ monstrorum causa fuerit, ne suspicari quidem possim. Cæterum Alcmæonidarum nobilis erat gens Athenis, originem à Nelei posteris trahens, nimirũ Alcmæone Silli F. Thrasymedis N. qui, quum eum Herculis posteri in Peloponnesum reuersi Messena & auito regno eiecissent, Athenas profectus, isti prosapiæ nomen & originem dedit. Autor in Argolicis Pausanias. Mentio horum haud ignobilis est etiam in Herodotea Terpsichora & Eratone. Meminit huius familiæ etiam interpres Aristophanis, πρόξενοι in Nubes. Quin & apud Plutarchum in Solone Megacles Alcmæonis F. & Alcmæonidæ, optimatum contra Pisistratum partes fouentes referuntur. Megaclem Andocides ὁ τοῦ κατ' Ἀλκιβιάδου, sicut & patrem Cliniæ, Alcibiadem ostracismo iussos solum vertere refert. Demosthenes in oratione aduersus Midiam, paternum Alcibiadis genus ad Alcmæonidas maternum ad Hipponicum refert: & de vtroque sunt ibi annotata quædam ab Vlpiano. Plutarchus alios sequi autores maluit, atque in primis Isocratem. Is enim in oratione πρὸς ζεύξιππον, palam ita scribit sub persona filii Alcibiadis, ὁ γὰρ πατὴρ ἐμοὶ πρὸς μὲν αἰδοῦς Εὐρυσακιδῶν, ὧν τοῦτο εὐγένειαν τὴν αὐτοῦ τῆς ἐπωνυμίας ῥᾴδιον γνῶναι, πρὸς γυναικῶν δὲ Ἀλκμαιωνιδῶν. & quæ sequuntur de eius gentis in rempublicam officiis, quæ sunt etiam apud Thucyd. lib. 6. in historia Pisistratidarum. Pro Εὐρυσακιδῶν male ibi legitur εὐπατριδῶν, quod à sciolo suppositum coniicio. Sic & in eadem oratione paulo post, Clinias dicitur ad Chæroneam occubuisse, quum non Χαιρωνεία, sed Χορωνεία legi debeat, vt ex historia & Plutarchi hoc loco constat, & Platone, qui idem in Alcibiade priore commemorat. Suidas quidem (nescio quibus autoribus fretus) refert, matrem Alcibiadis, Periclis sororem fuisse. quod si verum est, vtique veterina fuerit, quum hic Xanthippum patrem habuerit. Autor libelli De excellentibus imperatoribus, qui ab Æmilio Probo ad Atticum scriptus fertur, Periclis priuignum Alcibiadem fuisse tradi à quibusdam affirmat. Sed id absurdum videtur. Supra Periclis genus ex Herodo retulimus ita:

Hippocrates

Megacles. Agarista. Xanthippus.

Pericles.

Hunc ego Megaclem patrem esse Dinomachæ, omnino persuasum habeo. Si igitur verum est quod Suidas (nescio quem sequutus autorem) tradit, Agarista vel ante pel post Xanthippum Megacli nupta vt fuerit, necesse est. Patrem Alcibiadis Cliniam suo sumptu militasse aduersus Persas, Herodotus ante Plutarchum in Vrania scripserat. Platonis locus est in priore Alcibiade, de eius pædagogo.

19 t. a. *De venust. Alcib.*] Iustinus l. 1. Cr.

Ibid. *Vt Euripides dixit*] Locus non succurrit: si tamen est in iis quæ extant tragœdiis. En tibi interpretem: adultam hominis ætatem esse pulcherrimam. scilicet hoc volebat Euripides.

Ibid. b. *Aristophanes.*] Versus eius interpr. mutilauit. Locus est ad initium Vesparum. Celin pro certisne posui, vt balbutiem exprimerem. sic Theolus est pro Theorus: & Colacis dixerat Alcibiades, quum vellet Coracis: hoc est corui. Nã alluditur hic ad adulatorem qui κόλαξ colax, Græcis est, & κόραξ, corax, coruus. quæ affinitas multis dicteriis Græcorum in adulatores occasionem præbuit.

Ibid. f. *In maledictis Antiphontis relatum est*] λοιδορίαις est vocabulum malæ partis. itaque Criminationes malui quam Accusationes vertere. Citatur hic liber etiam apud Ath. li. 12.

hoc modo: Ἀπφῶν ὁ πρὸς κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας. Quo ex loco videri possit oratio fuisse qua ob conuitia sibi facta accusaret Alcib. quomodo sunt orationes καὶ Ὀνήτορος ἐξούλης, καὶ Κόνωνος εἰκόνος, κατ' Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, apud Demosth. & Lysiam. Sed ego Plutarchum sequutus sum. Locus alioquin satis obscurus est, neq; intelligo vt Acciaioli versio quadrare possit. Meam, si quis melius aliquid ostendat, libenter mutabo. In Græco δῆλον τὸν falsum est haud dubie δεῖ τὸ legendum.

194. b. *Ac Cleanthes*, Ὑφ' ἑαυτῷ, quum sit reciprocum, ad Cleanthem retuli. Donatus ita vertit ac si legisset ὑπ' αὐτῷ: tametsi ἑαυτῷ iterum legitur.

Ibid. c. *Nam illa quæ à Thucydide refertur, &c.*] Locus est lib. 6. ante orationem eius qua bellum Siciliense suasit.

195. a. *Iam pugna in Delio*] De hac in Lysandro dixi.

196. a. *Inter oratores disertissimus*] Demosthenem intelligit. Extat locus in ea oratione, vbi Alcibiadem punitum refert, & eius laudes amplificat, vt eo magis inuisam Midiæ petulantiam redderet.

Ibid. b. *Te Cliniæ vero patris*] Græci neque compositi, neq; mendorum vacui apparent. ἄνικα legi pro ἄνικα.

Ibid. *Hanc eius gloriam fecit munificentia hostium illustriorem*] Xyl. vertit, *Hunc splendorem auxerunt honores, illi certatim à Græcis Asianis habiti.* Atque sic in hunc locum scribit: In Græco est ἡ τῶν πολεμίων φιλοτιμία: idque sequutus est cum Donato Amiotus. Sed πολεμίων non video vt locum habere possit. neque enim hi hostes aut inimici Athenienſium vel Alcibiadis eo tempore erant, Ephesii, Chii, Lesbii. Itaque quod non assequebar quid restituendum esset, sensum malui consentaneum vtcunque reddere.

Ibid. e. f. *Quædam in Alcibiadem & Phæacem scripta oratio*] Haud satis video quid sibi hæc verba velint, nisi si forte legendum sit ὑπὸ Φαίακος, à Phæace: & hoc argumento obtrectandi studium ineptum Phæacis indicare velit Plutarchus. Sed vehementer dubito.

Ib. f. *Thucydides*] Lib. 8. vbi eum in Samo occisum scribit.

197. b. *Quamuis suis sit digna passus moribus*] Hos versus misere confudit Donatus. In Nicia autem de hac re fusius, atque alibi etiam Plutarchus.

Ibid. e. *Sphacteria*] Insula exigua, Pylo opposita, nonnulli Sphagiam vocant. Historia est apud Thucydidem διεξοδικῶς perscripta lib. 4. apud Plutarchum in Nicia, Diod. lib. 12.

198. a. *Imperandi & extundendi vobis nullum faciet modum*] ἀποστάλων καὶ βιαζόμενος, ἀγωμοσύνη. mendum subest. Quid legerit Donatus, existimare non possum. ego ἀγωμονήσει arbitror rectum esse, nisi si illud ἀγωμοσύνη absolute positum contendas: quasi diceret, Hoc vestrum propositum impudentia est. Quomodo Dauus apud Terentium loquitur in Andria, 1. 3. - fuit olim quidam senex Mercator: nauim id est, fregit apud Andrum insulam. Is obiit mortem: ibi tum hanc eiectam, Chrysidis Patrem recepisse orbam, paruam: fabulæ. Nam ad totum commentum illud narrationis *Fabulæ* refertur. Sed hoc loco durius cadet: itaq. ἀγωμονήσει legerem. In versione vtrunq. extuli.

Ibi. c. *Secundum pugnam mille viri Argis &c.*] Xyl. vertit, *Post eam pugnam principes vrbis.* Et annotat, χιλίαρχοι. Si recte legitur, belli & exercituum duces, seu tribunos militum significat. haud scio an πολίαρχοι fuerit scriptum. Indicat vtiq. eos qui oligarchiam affectabant: vt etiam ὀλιγαρχοὶ legi possit. Pugnam autem cuius mentio hic fit, apud Mantineam factam, in qua Argiui succubuerunt, describit lib. 5. Thucydides, & lib. 12. Diodorus.

Ibid. e. *Agrauli*] De Agraulo Stephanus. Mirum quæ monstra hic Acciaiolus introduxerit, totum hoc ad Patrenses sua paraphrasi detorquens.

199. a. *Aristophanes*] In Ranis est locus. quod dixi Per ambages, τῇ ὑπονοίᾳ est in textu: hoc est, Allegoria. Donatus alieno admodum ab hoc loco sensu, suspicionem vertit. Plutarchus in libro De audiendis poetis, docet antiquis αἰνιγμείαν vocabulo τῆς ὑπονοίας solitam dici. neque abludit etymon: quippe quum in eo tropo intelligatur aliud quam dicatur aperte. Quomodo & hic vtitur Plutarchus, allegoriam Aristophanicam adducens, à quo nomine Leonis Alcibiades notatur. Tzetzes quoque Lycophronis interpres fatetur ὑπόνοιαν cum allegoria idem esse.

Ibid. b. *Agatharcum pictorem*] Donatus inepte, vt iam falsitatem taceam, conuertit. Causam huius flagitii reddit Vlpianus in orationem Dem. supra citatam: nempe quod is cum pellice Alcibiadis rem habere deprehensus fuisset.

Ibid. *Quum pinxisset Aristophon Nemeam*] Nemeæ picturam Plinius tribuit Niciæ Cr.

Ibid. d. *Qui prorsus eum inflammauit ard.*] Thuc. l. 6. Cr.

200. b. *Quum deliberaretur de cop.*] Thuc. l. 6. Cr.

Ibid. d. *De prophanatis Cereris & Proserpinæ sacris*] Xyl. vertit, *De prophanata religione deum.* Annotatque: Cereris & Proserpinæ. Est enim legendum, non πρὸς θεῶν sed τῶν θεῶν, vt paulo post legitur in formula accusationis.

201. d. *O signum amabile, Herme, &c.*] Xyl. vertit, *Charissime Mercuri.* Et annotat: Erant enim hermæ isti, statuæ Mercurii. Versus in Græco non sunt distincti: sed sunt senarii Iambici, & facile est eos ratione scansionis diuidere. hæc autem, φυλάξομαι, respondentur à Mercurio.

Ibid. e. *Androcides*] Æmyl. Probus Androcydem vocat. Cr.

202. b. *Triremem Salaminiam*] τὴν Σαλαμινίαν. Donatus, vt videtur, quid rei Salaminia esset non intellexit: alias non ita vertisset, *Quosdam elegit qui Salaminiam ad Alcibiadem mitterent.* Fuit autem Salaminia triremis, nauis Athenienſium publica, (sicut & Paralus, de qua in vita Lysandri annotatimus) publicoque negotio, præsertim reos peregre agentes ad iudicium euocandi, destinata. Itaque & Thucydides lib. 6. & Diodorus lib. 13. idem hac ipsa de re quod Plutarchus, scribũt: nempe missam τὴν Σαλαμινίαν nauem qua ad iudicium adueheretur. estq; elegans Critolai prouerbium hac de naui apud Plutarchum in Pericle, quod vsibus eam certis destinatam fuisse ostendat. Meminit & Suidas.

203, d. *Non iste Achillis filius*] Duobus vtitur prouerbiis, diuersitatem inter id quod simulabat, & id quod erat Alcibiades expressurus. Horum posterius recte Donatus ad Helenam retulit: quam Electra apud Euripidem (Oreste) in lugenda matre comis & formæ parcentem, redire ad antiquum ingenium iisdem verbis dicit. Prius est sumptum de versiculo qui tacito autoris nomine refertur à Plutarcho in libello De amici & adulatoris discrimine, Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ὁκεῖνος αὐτὸς εἶ, Es ipse Achilles, non Achillis filius. Quo versu quomodo scite vti possimus veluti prouerbio, hic locus commonstrat.

204. e. *Hæc quum cerneret Alcibiades*] De reconciliatione Alcibiadis cum Athenienſibus, Thuc. lib. 8. Cr.

205. a. *Clam id classis hostium præfecto Astyocho significauit*] Lacedæmoniorum, vt euidens est ex octauo Thucydidis. Nam Donatus eum à Tisapherne classi eius præfectum falso dixit. Paulo ante, *Vnus è ducibus nomine Phrynicus*: adde gentile nomen *Diradiotes*, ὁ Διραδιώτης. Id nescio quomodo me fugerat vocabulum: neque dissimulo, mendi mihi id esse suspectum. Athenienſem quidem fuisse Phrynicum liquet. Diradiam tribum vel curiam (nam inde solebant nominari, vt Demosthenes Pæanieus, Agnon Alimusius, &c.) nullam noui. Diradiotes Apollo Argis cultus in Dirade, (Διραί, lugum montis significat) de quo in Argolicis Pausanias, nihil huc facit. ἐπικτῆτον ergo mihi.

Ibid. c. *Vnus excubitorum*] ἑνὸς τῶν περιπόλων. Seruum vertit Donatus, sed inepte. περίπολος hoc loco, vt & apud Thucydidem in hac ipsa historia, & alias, φύλακα, & aliquando ζητητὴν, Excubitorem, Vigilem, Exploratorem significat. testis Suidas, qui & versum Aristophanis ex Auibus citat, & verba Scholiastæ ponit, iisque Thucyd. testimonium addit. Hinc apud eum loco dicto περιπολάρχης est, Vigiliarum præfectus.

Ibid. d. *Et rerum sunt potiti illi qui quinque millia dicebantur*] πεντακισχίλιοι. Omisit hoc copiosissimus paraphrastes noster: & Diodorus quoque horum nullo apice meminit. Diligenter totam hanc reipublicæ mutationem descripsit Thucydides. Nostri autem vocabuli *Quinquemilliumuiri* duritiem & nouitatem, necessitas (puto) excusauerit.

209. b. *Alcibiades iam visere cupiens penates*] De Alcibiadis honorifico in patriam reditu, Iustinus lib. 5. Cr.

Ibid. c. *Statis, xystide*] Xyl. vertit, *Tragico vestitu & cothurnis.* Annotatque: Multa Donati errata omisi, neque enim, vel debent vel possunt commemorari omnia. Hoc loco mirifice ensem, hastam, & arma histrioni aptauit: boui clitellas. nimirum enim ἱστὺς & ξυστίδας intellexit ξυστὸν quidem contum seu hastam nouimus: sed ξυστὴς, vestis genus est, tragicæ etiam, vti Suidas & alii annotauerunt, Interpres Aristophanis in Nebulas prope initium, in versum, ὡς τῷ Μεγακλέους ξυστὴν ἔχων, annotauit, ξυστίδα esse purpuratam vestem, vel (vt alii veliot) κροκωτὸν ἱμάτιον, qua in pompa vterentur athletæ vel morum rectores: atque etiam ea qua tragici reges. Alioqui vestem etiam muliebrem significat. Theocritus Pharmaceutria, Καμφιστιλαμένα

παν ξυνίδα πάς Κλεαρίσας. Vide ibi Scholia, si lubet, καὶ τὸν cothurrum verti, nescio an recte: sed tamen quid aliud sit, nescio, ἀκρόκομος est, qualis in certamine cuiuscunque generis habetur.

210. b. *Plynteria*] Mineruæ sacra esse dixit: quod ita Plutarchum innuere liquet, πλὼ θεὸν dicentem κατ' ἐξοχὴν. Varinus quidem annotauit, in Aglauri Cecrope naræ honorem ea peracta, citato ad id Lycurgo in oratione de sacerdotio: & est idem apud Hesychium. Sed Xenophon, longe fide dignissimus autor, palam ad Mineruam refert.

213. b. *Ei imago secundum quietem*] De Alcibiadis somnio ante necem, Val. Max l. 1, c. 5. Cr.

Ibid. c. *Sustulit Timandra cadauer*] Vide Æmil. Probum. Cr.

Ibid. d. *Hyccaris Siciliæ*] Υκκαρῶν scribendum est, non Γκαρῶν. quod non Geographi modo demonstrant, sed & infra sic in Nicia legitur, & apud Athenæum lib. 13. Paraphrastes hoc omisit: retinuit mendum Amiotus.

IN PLVT. C. MARCIVM CORIOLANVM
Annotationes Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

QVa ætate vixerit Coriolanus, neque ignotum est, & à nobis ad Themistoclis vitam annotatum. Cæterum Coriolano Marcii nomen, (de qua familia etiam in Numa dictum est) Caii prænomen fuisse, satis & ex Plutarcho & ex Dionysio, qui lib. 6. sub finem, & deinde crebro, Γάϊον Μάρκον dicit, & ex Liuii emendatis codicibus constat. Nam error quasi inueteratus, & plurimorum librorum est communis, etiam Valerii, Eutropii, libri De viris illustribus, Gellii, aliorum. Quod autem verti. *Ancus Marcius filia Numæ natus*: id in Græco est vitiose, ὃν καὶ Μάρκιον, ὧν Γαΐου ὄνομα συγγενεσιοῖς, καὶ μὴν Τύλλιον, &c. En tibi Guarinum: *Ex quibus etiam Marcius Caius nomine nepos extitit, qui post Tullum regnauit Hostilium.* Iam quis non stomachetur quum annotatorum illorum & emendatorum (hoc enim nominis sibi sumunt) cum inscitiam tum oscitantiam deprehendat? Est enim hoc loco à nescio quo annotatum in margine, Marcium istum Caium Guarini apud Liuium esse Cn. Marcium. Hoc erat palmarium reperire: nimirum aliquis apud Liuium rex Romanorum, Tulli successor, Cn. Martius legitur. Annotare hoc visum est vt impudentiam nimis impunem multorum impostorum notarem, qui emendatos à se & illustratos libros crebro edunt atque dedicant: est enim iis fumorum venditoribus emendare, pro Caio Cneum reponere: pro Cœlius fossis, nescio quas Cluilias, & alicubi notam interrogationis aut maiusculam literam signare: illustrare, quum aliquid omnibus in promptu situm, marginia illuunt. Verbi causa, idem esse apud Gellium, aut Valerium, vel alteribi legi, & similia: quæ & raro & inepte plerunque, aliquando falso indicant. Quod si isti, quicunq; tandem fuit, correctori in mentem venisset, apud Liuium quærere (tametsi id pueri sciunt qui nondum are lauantur) quis nam post Tullum Hostilium rex Romanorum fuisset, non Ancum modo Marcium inuenisset, sed & rationem locum hunc depraua tum restituendi. Verba sunt Liuii: Ancũ Marcium regem populus creauit, patres fuere autores. Numæ Pompilii regis nepos filia ortus Ancus Marcius erat, &c. Idem est apud Dionysium lib. 3. vbi Anci huius μητροπάτωρ, Auus maternus, Numa Pompilius fuisse diserte traditur: nisi quod ibi noto & frequenti librarii lapsu Μάρκος passim pro Μάρκιος legitur. quod ita placuit isti correctori, vt hunc librum M. Coriolani titulo insignirent: corrupto & prænomine & nomine. Ergo apud Plutarchum hic pro Γάϊος ὄνομα restituendum est, Ἄγκος ὁ Νομᾶς: & leuissima ac prope nulla mutatione constabit [illegible]. pro Τυλλίου, Τύλλου scribe.

214. e. *In conspectu dictatoris*] Is fuit A. Posthumius Albus. Res gesta ad Regillum Lacum, V.C. CCLVIII. Liuius libro 2. Dionysius initio sexti.

Ibid. *Qui glandiuori sunt ab oraculo appellati*] Oraculum est passim apud autores citatum, & extat apud Herodotum libro 1. Pythiæ adscriptum: Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὐ σοι δώσω. Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν, &c. Poscis me Arcadiam? nimium petis, haud tibi dono: Glandiuori Arcadiæ multi dominione fruuntur, &c. Porro autem Aborigines, à quibus orti & aucti sunt Romani, ex Arcadia in Italiam venisse, Dionysius lib. 1. Antiquitatum Romanarum demonstrat: vt eum honorem quasi autoribus sui generis habuisse Romani videri possint. De corona autem quernalegatur caput quartum lib. 16. Historiæ naturalis Plinii. Quod autem mullum à quercu suppeditatur, ratione mellis intelligitur. Est enim notum, apes frequenter mellificium in quercubus exercere. De quercus præstantia & Liu. lib. 8. Dec. 1.

215. c. *Volumnia non satiabatur*] Contra Liuius, Volumniam, vxorem Coriolani, matrem, Veturiam appellat, atque itidem Dionysius lib. 8. Noster vxorem Vergiliam nuncupat. Xyl. De Coriolani insigni in matrem pietate, Val. Max. lib. 3. ca. 2. Cr.

Ibid. d. *M. Valerius*] Μάρκιον male, pro Μάρκον, aut Μάλιον. Nam Dionysius lib. 6. Manium dicit, apud alios Marcus, nimirum mendose legitur. De hoc infra in Pompeio fit mentio.

216. b. *Princeps legationis fuit*] Liuius Dec. 1. l. 2. Cr.

Ibid. c. *Iunium Brutum & Sicinium Vell.*] Liuius habet C. Licinium & L. Albinum: ni mendosus sit locus. Cr.

218. a. *Eum insign. tulit laud.*] De honoribus Marcio habitis Valer. Max. lib. 4. c. 3.

Ibid. *T. Larcium*] Μάρκιον in Græco legitur, pro Λάρκιον: quod & Guarinus sensit. Est autem circa hæc tempora Larciorum nobilis mentio, & Marcium oscitans scriptor hîc inculcauit iterum.

Ibid. e. *Alteri Battorum*] Cætera cognomina fere Ptolemæorum, reliquorumque Alexandri successorum fuerunt, & notiora sunt quam vti annotare multa oporteat. Ptolemæi fuerunt, Soter, Physcon, Euergetes, Philadelphus, Seleucus, Callinicus, γρυπὸν Græcis est ἀκαμπυλόρριν. Antiochi cognomen fuit, (sicut & alia ex his Antiochi & Demetrii tulerunt) teste Appiano, siue Syriaci. & Iustinus lib. 36. à magnitudine nasi ductum ait. Porro autem Ptolemæum Lathyrum, quem noster dicit, eum (nisi fallor) alii autores, atque etiam Plinius lib. 6. cap. 30. Lathyrum vocant: Strabo libro vltimo Λάθουρον, Lathurum: si quidem recte legitur. Est alias leguminis genus Λάθυρος, cuius & Plutarchus meminit Quæstionum Romanarum 95. & Eustathius in ν Iliadis. Cæterum haud scio an Plutarchus Λάμυρον scripserit. Λάθυρος enim non à conuitio, sed næuo forte corporis nomen, aut crebra vsurpatione certi cibi, vel eius leguminis colendi studio, vt Ciceronis quidam volunt. Itaque nolui mutare. De Antigono Dosone, vide in Æmilio Paulo. Cæterum de Batto Cyrenes conditore, eiusque successoribus, qui legere volunt interpretem Pindari sumant, in quartæ odæ Pythiorum exordio. Videndus & in Mithridate Herodotus, & in 13. Iustinus. Quod ad Syllam attinet, quod à vitio corporis cognomentum esse tractum affirmat, id in vita Syllæ ab initio statim explicat: nempe ob horrendum quasi ruborem albedini faciei eius admixtum, hoc cognominis ei factum. Vnde quidam Athenienſium subsannatorum dixerit in eum, Syllam esse morum farina conspersum. Itaque minime assentior doctissimo & rerum Romanarum peritissimo homini Sigonio, qui mendum hoc loco esse putat, & σύλοις pro σύλλας substituendos. Nam & constat sibi Plutarchus, idem etiam initio Marii referens de Sylla: & Macrobium ne ipse quidem Sigonius ei contulerit. Macrobius libro 1. Saturnaliorum capit. 17. in hanc sententiam scribit: Cornelium Rufinum decemuirum bello Annibalico inspectis libris Sibyllinis, primo Sibyllam, post Syllam cognominatum: idque cognomen in eius posteritate retentum fuisse. Primum quis credat Macrobio, autorem non nominanti, potius quam Plutarcho? Deinde Liuius eandem historiam describens libro 25. iam tum Syllam prætorem nominat; haud (opinor) præteritutus nouitatem cognomenti, si tum aut ea de caussa extitisset, quum quidem libri Sibyllini sint à decemuiris inspecti, vel (ipso Macrobio teste) Sulla Marcii vatis carmina habuerit. Denique Quintilianus etiam Plutarcho adstipulatur, veique fide quam Macrobius dignior, libro 1. capit. 7. Itaque Macrobium sua cum opinione missum facio, neque iam disputo vter rectius senserit. In loco quidem Plutarchi, cuius ipse autor lectionem

alio (vti demonstratum est) loco confirmat & tuetur, nihil mutandum duxi. Neque ego hæc annotaui vt Sigonium reprehenderem, quem admiror hercle, & in hoc studiorum genere nemini postpono, meque ipsius scriptis plurimum adiutum libenter & ingenue confitebor: ipse alioquin & obseruans insignium virorum, & ingenio, consilio, adeoque conditione vitæ à reprehendendo abhorrens. Quia tamen in tantum quoque hominem σφάλμα prope μνημονικὸν potuit cadere: neque ipse, cur eius repudiassem coniecturam, debui dissimulare, ne aut non animaduertisse, aut obiter vertisse putarer: & ipsum æquo animo passurum existimo, in re leui, meo tamen instituto coniuncta, improbari suam à nobis opinionem. De Claudis autem plane ei subscribo. neque enim ignorauit Plutarchus originem Claudiæ gentis. Cruserius quoque hoc loco sic annotat, Cognomina vnde imposita: Plin. l. 18. c. 3. Macrob. Sat. l. 1. cap. 6.

220. b. *Anytum Authemionis*] Historia hæc est apud Diodorum Siculum paucis perscripta, lib. 13.

Ibid. d. *Vt dixit Plato*] In epistola ad Dionem. Vide quæ de hoc in eius vita annotauimus.

221. b. *Sed sine imperio agentes duces suos magistratus appellant*] Xyl. vertit, *Magistratibus sublatis ductores suos eo nomine insignitat*: & appositis verbis Græcis, ἀναρχίαν ἔχοντας, ἡγεμόνας ἰδίους ἄρχοντας προσαγορεύειν, annotat, Quod superiorem de contumacia disputationem, & alia quædam minus dextre interpretatus est Guarinus, obscuritate excusari potest eius loci. Hæc nihil nisi luculentum est, & tamen ita vertit, *Indomitos esse, & patronos suos vocare principes*. Posterius vtcunque ferri potest, siquis per patronos, turbarum autores & duces, ἡγεμόνας videlicet, tribunos plebis statim intelligi putet. ἀναρχία autem est, quum imperia iustorum magistratuum detrectant subditi, dignitasque & autoritas magistratuum iacet, multitudine licentiam nacta omnia pro libidine sua augendi: cuiusmodi ἀναρχίαν ναυπηγὴν quasi prouerbialiter vocat apud Euripidem Hecuba, ὦ ἀκολάστῳ ὄχλῳ. Talem Coriolanus Romæ tum esse dictitabat, consulum maiestate deiecta, & plebe solis suis ductoribus & turbatoribus tribunis intenta: quum quidem tribunatus plebis ne sit quidem, si proprie dicendum sit, magistratus: vt alias ostenditur.

223. d. *Tribus damnatoriæ superauerunt*] In Græco est, αἱ καταψηφοῦσαι ῥᾶς ἐκράτουν. hoc est damnauerunt. atque hoc sequutus est etiam Guarinus. Fuisse eo tempore Romæ tribus viginti vnam ex Dionysio & Liuio patet, nisi quod vitiose apud Liuium triginta pro viginti legitur, vt & Sigonius notauit. Locus apud Liuium est non longe ante historiam Coriolani, libro 2. At maior pars si absoluebat, id quod fiebat si tres tantum tribus eum damnassent: certe damnatus non fuisset Coriolanus. Itaque intelligendum est, Coriolanum à nouem tribubus absolutum fuisse, à duodecim (hoc est, ternario pluribus) damnatum. Dionysius paulo aliter idem indicauit, vt mox dicam. Sed tamen apud eundem libro 8. Coriolanus ad Volscos verba faciens, πόσον δ', inquit, ἄρα μοι τοῦτο μηδὲν ἀδικεῖν, ὥστε οὐ ὄχλῳ κρινόμενος, οὗ τὸ πλεῖον μισόξενον ἦν, καὶ δι' τὸ τοῦ ἐχθρόν μοι, δυσὶ μόνον ἐλάων ψήφοις, Duobus tantum suffragiis damnatus sum, id est, damnantia quam absoluentia puncta duobus plura fuerunt: absoluerant enim nouem damnauerant duodecim tribus. Qui locus plane Plutarchiano huic germanus est. notandumque studiosis literarum humanitatis est, quid sit apud bonos autores Tribus suffragiis damnari, aut similia: quod iam ex his satis intelligi potest. Nihil est de hac damnatione apud Liuium, nisi quod absens damnatus in Volscos exulatum abiisse dicitur. Dionysius totam rem formamque iudiciorum cum centuriatorum tum tributorum, diligentissime perscripsit lib. 7. cuius hæc sunt ad extremum verba, ὡς δ' ἐπεψηφισαν ἅπαντες, διαλελυθυμένων τῶν ψήφων, οὐ μέγα τὸ διάλλαγμα ἐφάνη. μιᾶς γὰρ καὶ εἴκοσι πέρι φυλῶν οὐσῶν, αἷς ἡ ψῆφος ἀνεδόθη, πᾶς ἀπολυούσας ἔφερε ὁ Μάρκιος ἀνεία. ὥστε εἰ δυοῖν τοῦ πλείονος αὐτῷ φυλαί, διὰ τὴν ἰσοψηφίαν ἀπέλυετο ἄν, ὡς πρόσθεν ἐρρέθη. Sensus est, de XXI. tribubus fuisse nouem quæ absoluerent, reliquas damnasse, parumque abfuisse quin æquatis suffragiis absolueretur. Vt satis constet, quid aut quem noster sit sequutus: & quidem permultum lucis hæc loco huic afferunt. Tametsi priori loco pro δυσὶ μόνον, malim πεσσὶ legere, Tribus pro Duobus. In posteriore ἰσοψηφία latius sumitur. Suffragiis autem paribus reum absolui, (vt hoc obiter addam) testatur etiam in Marii prope initio Plutarchus, & in quæstura Catonis minoris: fitque similis legis apud Athenienses mentio etiam apud Aristophanem in Ranis de Cleophonte: *vtinam pereat, Æquales liceat sint.* Neque est ab re, adscribere interpretis verba, latina tamen facta. Æquales, (inquit) nimirum calculi, hoc est paria suffragia: quum totidem alba sunt quot nigra. Alludit autem ad eam consuetudinem quod absoluebatur reus si æqualia ferrentur suffragia. Idque repetitum est à iudicio Orestis, de quo in Iphigenia Taurica Euripides, sub persona Mineruæ ad Orestem dicentis: *Quod & antehac tibi salutem ego attuli, In Martio campo, paria suffragia Diiudicans*—Hoc obiter docere volui, quum hic se eius occasio obtulisset, & mihi alias foret annotandum.

224. b. *Tullio Aufidio erat nomen*] Xyl. vertit, *Nomine Tullius & Attius.* Et annotat, Ἀμφίδιος, Amphidius, est in Græco: sed Dion. l. 8. initio, & Liuium sequi præstabat.

Ibid. c. *Vt Vlysses*] Is enim eo modo Ilium intrauit: Locus est apud Homerum Vlyssea 4.

225. a. *T. Latinus*] Sic & apud Dionysium legitur, lib. 7. & apud Valerium Maximum lib. 1. ca. 7. apud Liuium Latinius, apud Macrobium lib. 1. Saturnaliorum, cap. 6. Annius. Cicero idem narrans lib. 1. De diuin. nomen omisit.

Ibid. c. *Factum tamen nemo vindicauit*] Guarinus Discedebat. Discessit autem ipse à Græco. οὐδεὶς δ' ἐπεξῆλθεν. quod hic, vt & alibi, pro Vindicare, Punire, aut Reprehendere ponitur.

Ibid. e. *Quod pleraque mortalium coactu &c.*] Xyl. hunc locum ita transtulit, *Hoc age qua voce animum aduerti sacris iuberet, neque quicquam operis interim illis, aut aliud quodcunque negotium: ostenderetque plerasque res humanas necessitate quadam & vi peragi &c.* Atque hæc in eum annotat: Locus in Græco est perobscurus, neque (vt videtur) integer. Ego verba expressi sentium non satis assequor, nisi si id vult intelligi, Debere nos in sacris faciendis toto animo, ei quod agimus, intentos esse, id quod in aliis humanis actionibus & negotiis à nobis vix præstari potest, ob necessitatem, & extrinsecus accedentes subinde nobis perturbationes. Sed hæc est coniectura.

Ibid. *Thensas*] θῆσσας est in Græco pro θῆσσας, vti opinor: Sunt autem Thensæ, vehicula argentea, quibus exuuiæ deorum ludis Circensibus per circum ad puluinaria vehebantur. Festus.

227. b. *Tolerienses, Vicellenses*] Inter Latinos qui in monte Albano solitis essent carnes accipere, etiam Tolerienses numerat Plin. lib. 3. cap. 5. Lauicos verti, Liuium sequutus: quum in Græco sit Οὐϊκανοὺς, Vicanos apud Guarinum: ego Λαουϊκανοὺς legendum censui. apud Dionysium est Λαβικανοί. Siquis contendat Οὐϊκανοὺς scripsisse Plutarchum, Vicellenses intelligendi erunt, de quibus Plinius ibidem. Sed meum argumentum præfero.

Ibid. *Postquam Bolas oppidum*] Bolanos supra dixit Βολανοὺς, o longo. Nunc Bolas vrbem, o breui, quasi diuersim ponit, sequutus Dionysium, nisi quod hic male Βόλλας est, apud Dionysium Βολαί: alias nihil de hac vrbe habeo. Quod dixi intra decimum tertium lapidem, centum stadia sunt in Græco, milliaria nempe 1 ½.

Ibid. e. *Fossas Cœlias*] Liuius habet Fossas Ciuilias, vel Cluilias: nisi, quod suspicor, mendum sit. Cr.

229. b. *Quum enim ille*] Guarinus locum hunc mirifice confudit & peruertit. Est autem grauis ac prope dixerim pia disputatio, qua Homeri sententiam de voluntate nostra animique impetibus diuinitus oblatis explicat & defendit: qua de re hic commentari non licet.

Ibid. e. *Matrem Marcii Volumniam*] Liu. appellat Veturiam. Cr.

230. c. *Pueros & Vergiliam secum trahens*] Valer. Max. l. 5. c. 4. Liu. l. 2. Dec. 1. Cr.

232. b. *Ex aere*] Xyl. *Ab eo quod est circumpositum.* Et annotat. Ἐκ τοῦ εἴχοντος Guarinus aerem vertit. Sed ego istam huius vocabuli significationem non satis commodam ratus, malui generalem ad verbum exprimere: vt vestes etiam, serta & alia id genus intelligantur, à quibus quam ab aere, facilius colorem accipiant statuæ.

233. b. *Cum Aequis socis & amicis*] πρὸς Σικανοὺς. Legendum est Αἰκανοὺς, qui sunt Æqui: quod & Dionysii ac Liuii autoritas, & ipsa ratio ostendit. Nihil enim huc attinent Sicani, vtcunque antiquitus Itali: & tamen eos Guarinus leuissimo mendo inductus retinuerat, vt & alibi.

Ibid. e. *Vt autor est Thucydides*] Historia est lib. 5. Locus Dionysii est initio lib. 8.

234. a. *Erga Themistoclem præcipue Aristidis*] Val. Max. lib. 6. cap. 5. Cr.

IN PLVT. TIMOLEONTEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

SVbsequitur hæc historia vitam Dionis à Plutarcho nostro descriptam. Eadem apud Diodorum Siculum extat lib. 16. quem nonnulli Philippum inscribunt. Quo ex libro satis apparet, res gestas eius in Olympiadem 108. incidisse, quo tempore bellum sacrum siue Phocicum à Philippo Alexandri Magni patre confectum est. Apud Romanos æqualem habuit M. Valerium, qui primus Coruinus dictus est. Timoleontis res gestas Timæum peculiari opere exornasse, autor est ad Lucceium Cicero: sed id nihil ad nostrum institutum. Videri sane potest Æmilii vita ante hanc ponenda, quod & ex præfatione illius apparet, & sequutus est interpres Gallicus, quia etiam in Latino libro Paulus ante Timoleontem ponitur. Sed nos exemplar nostrum, & morem alias Plutarcho vsitatum sequi maluimus, præsertim quum nihil obstent ea quæ dixi Plutarchi verba: & ipse in Demosthene videatur ostendere, se ætate superioris vitam solitum priori loco exponere.

236. b. *Et dissensio orta est inter eos qui Dionis in liberandis Syracusanis socii fuerant*] Xyl. vertit, *Dissipatis iis qui in adserenda libertate Syracusarum Dionem adiuuerant.* Et annotat, Διίσησαν est in Græco, quod Antonius Tudertinus interpres contra vocabuli naturam & historiæ rationem, Insurgere reddit. Idem nullo sensu extulit quod de militibus cæteras vrbes obtinentibus dicitur: & (vt vno verbo dicam) pleraque & hic & alibi negligentissime transtulit, sicuti locis ostendam aliquot. Paulo post pro ἀμίσθων, legi ἐμμίσθων. nam milites non solebant nullo stipendio tyrannis inseruire.

Ibid. e. *Occulta iam colloquia habuerat cum Carthaginensibus*] κρύφα διείλεκτο, quod fuit ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, Colloqui. Nam nihil est sensus in Tudertina versione.

237. a. *Timoleontem Timodemi*] Timæneti est apud Diodorum Sicul.

Ibid. c. *Atque his in rebus erat ei Timoleon adiutor*] Absurde ad Timophanem isthæc retulit Antonius: & quod est in Græco, ἃ δὴ ἡ φύσις ἐξέφερεν ἀστεῖα, admodum infacete ad vrbanitates nescio quas & facetias detorsit. Vocat autem ἀστεῖα, elegantia & quæ commendare hominem possent. τὸ σπουδαῖον καὶ θαύματος ἄξιον, αἰδέσιμον, χάριεν, hoc vocabulo notari testantur etiam lexicographi, id est rem alicuius precii, admiratione, veneratione, gratia dignam: quomodo Stephanus apud Lucam cap. 7. Act. Apost. de Mose, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ θεῷ, eratq. gratus seu acceptus Deo. Sic de veratro vsurpauit Strabo, non indisertus autor, lib. 9. Post Crissam, inquit, Anticyra est. Hoc nomine & alia est vrbs ad Maliacum sinum sub OEta, vbi præstantem elleborum (ἐλλέβορον τὸν ἀστεῖον) nasci aiunt: sed in hac Anticyra rectius præparari, &c. Interpres ibi Vrbanum elleborum vertit, admodum inurbanus ipse. Isti autem (quos supra notaui) emendatores neglexerunt hoc, vt innumera alia. nihil enim curat Hippoclides. Et vero qui Latinum legeret Strabonem, aut Græci sermonis esset imperitior, dubitare poterat quidnam rei esset vrbanum veratrum, ruraline opponeretur, an sponte sua nascenti, quum hoc videatur vocabulo vrbani indicari. Latine enim vix dices Vrbanum vinum, Vrbanam carnem, pro bona & præstanti. Vide, si lubet, Plinium l. 25. cap. 5. Hoc obiter monere, neque ab isto loco neque à proposito nostro visum fuit alienum.

238. d. *Latarer quidem, inquit, si hæc gessissem*] Paulo planius in vita Phocionis hoc dictum proponitur, & in Apophthegmatis. Val. lib. 3. cap. vltimo, explicat fusius ac disertius. nam hic nonnihil est obscuritatis, quam auxit interpres.

240. a. *Et illas quæ cum Icete erant, quarum ad ducatum venerant, copias*] Xyl. totum hunc locum sic vertit, *Videbatur autem fieri non posse vt vel barbarorum naues duplas ad ipsorum classis numerum, vel si arte, iis euitatis, insulam tenuissent, Icetæ copias superarent.* Et annotat: ἢ σρατηγήσαντες ἥκοιεν. Omisit hanc particulam Tudertinus: id quod fieri sine magna sententiæ iactura non potuit: quum altera pars deliberationis in eo fuerit posita, si Siciliam attigissent, quomodo bellum aduersus tantas hostium copias deberent gerere. Est autem non ἢ, sed ἃ legendum. Et significat hoc loco σρατηγεῖν, Arte vel consilio imperatorio (quod Stratagema dicitur) vti: quali astu deceptis Pœnis in Siciliam peruenit Timoleon. Inde est compositum καταστρατηγεῖν, vox Plutarcho non inusitata: estque paulo post καταστρατηγήσας, Callido imperatoris consilio superatum esse.

Ibid. e. *Indigne ferentes impositum sibi esse, iocum præbuerunt Rheginis quod Pœnis displicerent fallaciæ*] διαπαίζω τοῖς Ῥηγίνοις παρεῖχον. Nimis quam inepte & imperite Tudertinus, *Carthaginenses Rheginos admonebant, quod si Phœnices sint, iis qui per fraudem abierunt, inimicentur.* quasi vero Pœnos petiisse à Rheginis vt si ipsis faueant, Corinthiorum inimici fiant, Plutarchus scripserit: aut hæc interpretis verba absque interprete intelligi possint. Sensus est: Pœnis stomachantibus quod fraude essent à Timoleonte circunuenti, subiit Rheginis ridere & iocari de eorum peruersitate, qui omnium hominum infidissimi & fraudulentissimi, in aliis reprehenderent id quod prope sibi laudi ducerent, vniceque vsurparent. Nam Pœnorum astus & fides lubrica, etiam prouerbiis nobilitata est: & tunc contra Cretenses cretizauit Timoleon. Φοίνικας aliquoties hic vocat Pœnos Plutarchus: cuius rei causa vulgo nota est: scilicet à Didone ex Phœnicia in Africam deductam coloniam, & conditam Carthaginem. Διαπαίζω autem materiam risus & iocorum ac facetiarum significare, non est nouum: & sic in Perile de Damone dixerat Plutarchus, ἐξωφραστικόν, καὶ παρέσχε τοῖς κωμικοῖς διαπαίζειν. & in vita Arati, διαπαίζουσι τοὺς Δοῦλους καὶ γελοῖα πολλὰ δρῶντες ἀπηλλάγησαν. Sic & Dio noster lib. 47. de M. Varrone, καὶ ὁ μὲν διαπαίζειν καὶ γελοῖα δὴ πύτω ἐφλίσκαν.

244. a. *Quidam alterum eorum gladio secundum caput vulnerat*] Totam historiam quæ profecto ostendit quid casus in rebus humanis possit, Tudertinus deprauauit, & Timoleontis socium dixit ab altero percussorum ictum: quum alter percussorum à quodam sacrificiis adstante, cæsus aperte dicatur. Neque enim est ἑταῖρον in Græco, sed ἕτερον: & si illud fuisset, quid voci ἀντῷ fieret? aut quid significaret? aut cur Timoleontis socium potius quam percussoris indicaret?

Ibid. b. *Corinthii huic homini præmium decem minas donauerunt*] ἐστεφάνωσαν δέκα μναῖς. quod ad verbum est, Coronauerunt decem minis: vt videri possit de corona accipiendum. Ego tamen puto vocem στεφανοῦν in genere hic esse Præmio afficere. Sicut coronæ erant facinorum, aliquando & victoriarum, præmia. Ita etiam in Dione noster autor loquitur, οἱ μὲν Συρακούσιοι τοὺς ξένους ἑκατὸν μναῖς ἐστεφάνωσαν.

Ibid. d. *Vt omnes decantatam olim & denunciatam, quæ occupatura Siciliam esset, existimarent iam adesse barbariem*] Xyl. vertit, *Quare omnibus iam videbatur fore id quod diu ferebatur metuebaturq., vt Sicilia plane in potestatem barbarorum veniret.* sicque in hunc locum annotat: τῷ πάλαι λεγομένῳ καὶ προσδοκωμένῳ ὀκβαρβάρωσιν. En quam insulse locum apertissimum noster. Tantam inquit visam fuisse Punicam classem, vt omnem priscam futuramque barbariem (hoc enim vocabulo populum barbarum, aut nationem barbaricam intelligit) in Siciliam traiicere putares. Est autem ὀκβαρβάρωσις, nihil tale, sed quum à barbaris occupatur regio aliqua, & in barbariem quasi redigitur: sicut maiorum & nostra ætate à Turcis Vngariæ & Illyrici partes quædam. Hanc calamitatem qui accipiunt, ὀκβεβαρβαρῶσθαι multis Græcis scriptoribus dicuntur: & vocabulo ὀκβαρβαρῶσαι, In barbariem redigere, mox ipse vtitur Plutarchus: & de Epheso initio Lysandri, κινδυνεύουσαν ὀκβαρβαρωθῆναι. & est alias etiam βαρβαροῦμαι pass. Barbarus fio. Hinc illud Tyndarei ad Menelaum prope adagium apud Euripidem Oreste, βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. Non multo post, id quod de Syracusis dicitur, eam ex multis constare partibus, & quasi vrbibus, misere deprauata loci totius sententia, ad Achradinam detorsit. Quod enim βρετίους (Brutios) Bracteos vertit, ridiculum est: sicut & infra Λευκανοὺς Leucanos dixit, pro Lucanis.

246. d. *Vt qui hoc audiant, celebrent felicitatem eius quam virtutem impensius*] τοῦ ἐπαινουμένου τὰ μακαριζόμενα. Tudertinus obscurius: *Quo felicitatem viri magis qui audiant, quam laudes eius mirentur.* Alludit autem Plutarchus ad id quod in philosophia explicatur, felicitatem esse aliquid virtute sublimius & perfectius: & vt virtus laudem meretur, ita in illam laude aliquid præstantius, nempe honorem & admirationem secum trahere. Qua de re disputat Aristoteles cum a-

libi, tum lib. ad Eudemum secundi initio, & cap. 12. lib. 1. Ethicorum ad Nicomachum. Porro autem hîc prospera fortuna largo vulgi iudicio pro ipsa felicitate sumitur, εὐτυχία αὐτὴ τῆς εὐδαιμονίας: quæ quid differant, alibi docetur.

247. d. *Vt est Athanes autor*] Ὡς Ἀθάνης εἴρηκεν. Sed & interpres Ἀθάνης legit, & ita legendum coniicio ex Diodoro Siculo, qui proxime finem lib. 15. eius meminit, Ἀθάνας, inquiens, ὁ Συρακούσιος. vbi ostendit quot libris quorum temporum historiam is exposuerit. De victoria Gelonis de Carthaginensibus, vide Diodorum lib. 11.

248. d. *ad Crimesum amnem*] Κρίμισον reliqui, eo quod constanter ita hîc legitur. Sane Crimisum per ἰῶτα malim, ex Strabonis lib. 6. Dionys. Halic. lib. 1. vbi de Ægesta Siciliæ loquitur: ex Suida & aliis. Apud Virgil. fere in omnibus codicibus lib. 5. & in Seruianis etiam commentariis, Crinisus, N pro M posito (sed vitiose) inuenias. apud Lycophronem & eius interpretem Zezem, duplici σ Crimissus legitur.

249. b. *Has sequebantur decem millia peditum armatorum clypeis candidis*] μυρίοις ὁπλίταις. Puto autem certum (vt & alias fieri assolet) numerum hîc significari: idque etiam ex Diodoro apparet. nam interpres incertum accepit.

250. a. *Quibus Pœni impediti afflictabantur*] χαλεπῶς ἀπήλλαττον. Tudertinus, seu oscitantia seu ignorantia Græci sermonis, difficulter liberatos reddit. Est enim ἀπαλλάττειν, Liberare, sed quum transitiuum (vt vocant) est & accusatiuo construitur. Absolute positum aliter significat. Sic paulo ante dixerat noster hoc ipso libro, ὀλιγοστὸν καὶ χαλεπῶς ἀπήλλαττον, Etant in extremo discrimine constituti. Sic & Polyb. lib. 1. de nauibus, κακῶς ἤδη ἀπαλλάττουσαι. Sic alii.

251. a. *Vt inuictos & omnium mortalium fortissimos*] Quod quid sit, est nimis quam notum. Interpres, Fide dignissimos extulit, non optima fide. Iam quod conspirationem Messanæ factam esse ait, est contra verba autoris. Philomelum autem Philodemum (Φιλόδημον) vocat Plutarchus constanter, nisi si fallunt codices. adstipulantur certe Diodoro & Iustini exemplaria, lib. 9. & in Phocicis Pausanias.

Ibid. e. *Atque ita vltio*] Xyl. vertit, *Adeo vindicta diuina*, annotatque, Sic τὸ δίκλω verti posse arbitror. Interpres locum peruerterat. μνήμια est, non μνήμιας, legendum: & post in Mamerci vertiu mensura postulat χρυσολεφαντίνοις.

Spondaicum in hoc genere admitti nemo negauerit, nisi qui ne Latinos quidem scriptores cognouit.

Ibid. *Dum in Calauria Timoleon castra mouit*] Xyl. vertit, *Quum Timoleon Calauriam exercitum duxisset*: annotatque, Non est obscurum, notari aliquem hoc nomine Siciliæ locũ, tametsi nihildum de eo nobis aliunde constet. Ad Calabriam quidem Italiæ regionem detorquere, vt fecit Tudertinus, aut insulam Peloponnesi Trœzeni oppositam (quod posset fortassis somniare Geographiæ imperitus) historia non sinit. Ne cætera quidem noster recte reddidit.

252. b. *Corinthiæ extissent domo si fœminæ*] Xyl. vertit, *Corinthiæ mulieres extissent domo*: annotatque, Non satis expressit scomma Tudertinus, nescio quam recte intellexerit. Exprobrarat autem Corinthiis moliciem Euthymus, & curiositatem, quod imbelles ipsi, domi tamen se non continerent, sed alienis rebus ingererent. Atque ad hoc dicterium abusus erat versu Euripideo, quanquam alio detorto, & (vti solent hoc modo faceti homines facere) crinibus quasi attracto. Est autem in Medea tragœdia versus iste, exordium excusationis qua Medea se Corinthiis matronis purgat, quod eo, relicta patria accessisset. ibi ἐξῆλθον primæ personæ est, singularis numeri: Euthymus pro tertia persona pluralis numeri (nam eodem modo & hæc enunciatur) arripiens, diuersissimo sensu in Corinthios torsit, vocatiuis quoque illis Κορίνθιαι γυναῖκες, nominatiuorum loco acceptis: atque ita versiculum quasi prouerbialem fecit. Argutum sane cauillum, nisi materia formæ officeret. Martialis minori periculo ad Homeri versum allusit, in coqui nomine subsannando:

Quum tibi Mistyllus coquus Æmiliane vocetur, Dicatur quare non Taratalla mihi? Est enim apud Homerum in victima mactanda de ministris, Μισυλλόν τ' ἠδ' Ἀρετ' ἠδ'. vti notum est.

Ibid. d. *Cum pecunia & familia commigrare*] Xyl. vertit: *Bona sua & liberos restituerent*: annotatque, χρήματα καὶ γένεας. Sic in Pompeio etiam loquitur de piratis, γένεαί αὐτῶν καὶ χρήματα ἐν φρουρίοις περὶ τὸν Ταῦρον εἶχον. atque ita alibi etiam.

253. d. *Domi extructo sacello Casus, sacrificabat ei*] Xyl. vertit, *Et quum apud domum suam fanum conderet, Fortis fortunæ aram posuit*. annotatq; Αὐτοματίας ἔθυσε, Tudertinus videtur αὐτοματία legisse. Æmilius Probus in Vita Timoleontis, hoc ipsum referens, Domi (inquit) suæ sacellum Automatias constituerat, idque sanctissime colebat. Ego fortis Fortunæ, Latine verti recte censeo. Sed & Plutarchus in lib. Quomodo citra inuidiam se quispiam laudet, & in Ciuilibus præceptionibus, meminit aræ τῆς αὐτοματίας à Timoleonte dedicatæ. Itaque hîc lego, ἱερὸν ἱδρυσάμενος αὐτοματίας, ἔθυσε. quod verbum facile intelligitur, etiam omissum. Nam ob id ponebatur ara vt in ea sacrificaretur. Laphystium, Probus Lamestium, vocat: sed non multum ei libro fidei adhibeo contra alios.

255. a. *Lecto denique in rogum illato*] Xyl. vertit, *Feretro in rogum imposito*. & annotat, Hoc enim vult sibi τῆς κλίνης ὅτι τοῦ πυρὰ τεθείσης. non, Iam cremato corpore: id quod noster Matronis versu supposuit μύρον, vt aiunt, ὅτι τῇ φακῇ.

IN ÆMILIVM PAVL. ANNOTATIONES GVIL. Xylandri & Herm. Cruserii interpretum.

LÆmilii Pauli ætas nota satis est, præsertim ob Perseum regem Macedoniæ ab eo debellatum: de quo triumphauit anno V. C. DXXCVII.

255. d. *Democritus enim optandum ait*] Locus est hic nequaquam omnium intelligentiæ patens: i deoq; Aretinum etiam, hominem, vt accepimus, doctissimum fefellit, ignorantem aut non recordantem quænam Democriti idola essent. Finxit autem Democritus imagines quasdam (εἴδωλα sic exprimo, Ciceronem sequutus) à natura fusas, quæ vbique in toro orbe terrarum suos haberent circuitus, & vbique omnibus obuersarentur, iisque animi hominum pulsarentur: quam sententiam & explicat copiose, & disputando ventilat lib. De natura deorum primo M. Tullius. Neque grauabor verba eiusdem adscribere, de epistola quadam ad C. Cassium, (quem fuisse Epicureum, ex Cicerone & Plutarchi Bruto constat: sicut & hoc notum est, Epicurum Democriticam habuisse philosophiam, mutatis & adiectis quæ vellet) quæ extat in libro Familiarium epistolarum decimoquinto. Fit enim (ait) nescio qui, vt quasi coram adesse videare, quum scribo aliquid ad te: neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, vt dicunt amici tui noui, qui putant etiam δεινοπικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Nam, ne te fugiat, Catius Insuber Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius (*sic vocat Epicurum, à Gargetto Atticæ loco, eius natali*) & ante Democritus εἴδωλα, hic Spectra nominat. His autem spectris si oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt, animus qui possit, ego non video. Quibus verbis opinor plurimum lucis nostro loco adferri, & vicissim. Iam εἴδωλα εὔλογα, si omnino sit legendum, (nam & in lib. Plutarchi De oraculis defectis ita legitur, & haud scio an eo sit vsus hîc vocabulo Democritus: vsus quidem etiam alias verbis minime in communem consuetudinem loquendi receptis, vt exempli causa ῥυσμῷ ὀξῇ, δεξιᾷ, quæ Aristoteles libro ἡ primæ Philosophiæ, interpretatur σχῆμα, θέσιν, τάξιν, alioquin εὔλογα fortassis prætulerim, si qua autoritate id confirmare liceat) si inquam εὔλογα recte legitur, licebit sumpta ex sequentibus Plutarchi verbis coniectura εὔλογον interpretari τὸ οἰκεῖον ἢ ὁπωπόδιον, hoc est commodum & quasi familiare. Neque enim abludet ἔπυμον si τῷ δὲ τὸ λελογχέναι deducas, quod est Sorte obtinuisse aut accepisse, à verbo λαγχάνομαι medio: vnde illud apud Theocritum Idyll. 4. Αἴ αἴ τῷ σκληρῷ μάλα δαίμονος, ὅς μ' ἐλελόγχει, *Heu quam me duro subiecit sors mea fato.* Itaque εὔλογον erat, Quod nobis bona fortuna & prospera sorte obtigit, nempe opportunum & commodum. Quo facit quod in eo quem dixi, Plutarchi loco, hisce δυσπράξιαι & μοχθηραὶ opponuntur Tristia & aduersa, seu praua.

256. a. *Mamercum*] Μάμερκος in Græco, non Μάρκος legendum ex Numa patet.

Ibid. c. *Primum ex maioribus magistratibus ædilitius can-*

didatus] Omisit hoc Aretinus. In Græco est ὀπφανῶν, Insignium magistratuum. Curules intelligi possunt haud incommode. sunt enim & alii quasi minoris dignitatis magistratus: vt viginti viratus, (quem primo omnium peti solitum, apparet ex Cornelii Taciti lib. 3. de Nerone Germanici filio) vt quæstura, vt tribunatus plebis, vt ædilitas plebis, testante hoc nostro Plutarcho in vita Marii, vt alii: de quibus hîc dicere non est occasio.

257. a. *Massonis viri consularis filiam*] Xyl. *Mnasonis viri consularis filiam*: annotatque Μνάσωνος. Intelligo C. Papirii qui consul fuit anno DXXIII. Cuius etiam meminit Liuius initio lib. 25. C. Papirius, L. F. decemvir sacrorum. Sed ibi Masso cognomentum est. sicut & in codicibus Ciceronis legitur, li. 9. Fam. epist. ad Pætum, L. Masso ædilitius. atque sic legit hoc loco Amiotus. Sigonius apud Liuium Maso legit, vnico S. cuius cognomenti quæ sit aut esse possit ratio, non intelligo. Mnaso quidem, Μνάσων, Græcum est nomen, cuius cum alii testes sunt, tum Eustath. in Odyss. 14 cuiusdam Phocēsis Mnasonis meminit, qui plures mille seruos possederit: quem familiarem fuisse Aristotelis, ait Athenæus lib. 6. Commemorantur & alii Mnasones. Quo autem modo in cognomentum Romani venerit, non assequor. Cogitandum harum rerum doctioribus relinquo vtro modo rectus legatur: & Plutarchine hic locus emendandus, an ad alios corrigendos adhibendus sit.

257. b. *Romanus quispiam nuncium vxori remiserat*] Xyl. vertit, *Romanum virum vxori suæ nuncium remisisse*: annotatque, Sic est ad verbum in Græco, ὡς αὐτὴρ Ῥωμαῖος ἀπεπέμπετο τῇ γυναικί. Pro quibus interpres subiecit hæc: *Sed videtur aliqua efficax ratio affuisse.* Quæ sane verba vti optime loco huic quadrant, ita non satis tamen id quod est in Græco explicant: totumque illud quod modo Græce & Latine adscripsi, omittitur. Amiotus ita vertit quasi quod de calceo sequitur, non Paulus sed alius quidam Romanus causam diuortii interrogatus responderit. quod mihi non probatur. Vt meam coniecturam (nihil enim habeo certi) exponam, videtur mihi Plutarchus hoc velle, quia eius diuortii causam nemo comperisset, & certum tamen esset, haud ab re Paulum tale aliquid facturum fuisse, vulgi sermonem extitisse, dimissam à Romano viro coniugem, atque hoc quasi prouerbium fuisse. nam λόγος sæpe etiam prouerbium significat. Romanum autem prouerbialiter intelligi virum grauem seuerumque, & propositi tenacem atque ἀπαραίτητον, quales prisci illi fuere Romani, rigidi homines etiam in plectendis capitali supplicio liberis. Hæc est mea opinio: sed quam doctiore aliqua coniectura obliterari, non inique sim laturus. Nam profecto responsum de calceo, Æmilianum esse apparet.

Ibid. c. *Maiorem Fabii Maximi*] Xyl. *Alterum Fabii Maximi filio*: annotatque, Hic Fabius sane deinceps Q. Fabius Maximus Æmilianus dictus fuit: sicut frater eius, quem Scipio Africani F. adoptauit, P. Cornelius Scipio Æmilianus: quem morem paterni nominis retinendi cum alii tum Dio noster lib. 46. & 55. explicat. Ac de Scipione quidem Æmiliano res obscura est, neque verbis opus habet. De Fabio quærendum. Nam quod in Græco legitur, τὸν μὲν πρεσβύτερον ὑπὸ Μαξίμου Φαβίου, mendosum est. Aretinus ab ipso Maximo Fabio, eo qui quinquies consul fuit, nempe eo qui cunctando restituit rem, adoptatum, plusquam absurde dixit: vtcunque id sequente Amioto. Quod à filio Fabii Cunctatoris adoptatum verti, eo factum est quod υἱὸς scriptum à Plutarcho suspicabar, inque eius locum ὑπὸ subrepsisse, & quam proxime hærere Plutarchianis vestigiis statuissem. In hac sententia esse alios quoque non mediocriter doctos, scio. Quod si quis non ab eo qui consul fuit, & ante patrem mortuus est, adoptatum dicat, (id quod consentaneum certe est, quum ante annum v. c. DL. iste obierit, Æmilianus anno demum DCIX. consul sit factus) fortassis à Q. Fabio Maximo qui patri Cunctatori superuixit, inque eius locum (vt Liuius li. 30. affirmat) augur est creatus, adoptatus fuerit. Tametsi admodum puerum oportuit in stirpem eam adscitum esse, etiamsi hoc ipsum statuamus, idque illo ipso augure, prouecta iam satis ætate. siquidem maximo natu Cunctator decessit: Fabius Æmilianus bello Persico adolescens adhuc fuit, vti infra Plutarchus tradit. Relinquitur, vt à nepote huius arrogatum statuamus: quod & ipsum sentire nonnullos intelligo. Qua in re id inest difficultatis, quod neminem id antiquorum tradidisse sciamus. Q. Fabium Labeonem, qui anno v. c. DLXXI. consulatum gessit, opinio est aliquorum, fuisse nepotem Cunctatoris, ab eoque in filii locum assumptum Æmilianum: sed quibus id testibus probare possim, siquis contra dicat, haud sane video. Equidem nusquam memini me legere, Labeonem magni illius Fabii nepotem fuisse. & Quinti prænomen ita Fabius vsitatum fuit, tamque etiam ampla illa gens, vt tametsi Q. F. Q. N. is dicatur, tamen habuisse auum Cunctatorem necesse non sit. Et quidem vterque Cunctatoris Fabii filius, & is qui consularis viuo patre mortem obiit, & is qui auguratum patris accepit, Quinti prænomen habuerunt, si Liuio & aliis credimus. nam in Læliо Ciceronis prior Marcus perhibetur in quibusdam libris: Neque vero non potuit adoptatus fuisse Pauli filius à nepote illustris illius Verrucosi, si non fuit à Labeone. non enim (vt quidem ipse censeo) euidens aut verum est, sine liberis vtrumque, vel omnes eius filios, decessisse. Sane Labeo & L. Paulus (cuius vitam hic tractamus) æquales fuerunt, proximoque post illum anno hic consulatum primum gessit: siquid hoc ipsum in se habet argumenti. Verum in re incerta, atque in qua non sint fortunæ (vt ille dicebat) Græciæ positæ, nimis forte anxius versor: quum vnumquemlibet sequi liceat quod probauerit, sine summo historiæ detrimento. Tamen quæ in vtramque partem cogitassem, volui annotare: si fortassis hæc ipsa alios ad extricandum hoc quodcunque est, sint stimulatura. Quod statim sequitur de Ælio Tuberone, καὶ μεγαλοφρεπέστατα τῇ πενίᾳ χρησάμενος, dictum est perquam venuste, & ab Aretino peruersum.

258. d. *Antigoni, qui in Alexandri successoribus, &c.*] Operæ pretium fecerim, si hanc successionem regum Macedoniæ ob oculos ponam, atque nonnihil explicem. facit enim ad multa aliorum, nostri etiam quædam in Pyrrho, Demetrio, & alibi intelligenda loca. Prius tamen typo delineatam rem oculis subiiciam.

REGVM MACEDONIÆ GENEALOGIA post Alexandrum Magnum.



EXPLICATIO quorundam.

Quod ad patrem attinet Antigoni primi siue magni, eum fuisse Philippum satis constat. ita enim nominant Plutarchus in Demetrio, Arrianus lib. 1. De expeditione Alexandri, Iustinus lib. 13. Orosius lib. 3. cap. 23. Quis autem fuerit iste Philippus, non facile dixerim. In Onomasticis reperies, Antigonum primum, fratrem fuisse Alexandri Magni: idque esse apud Plutarchum in Pyrrho. Quorum & prius existimo falsissimum esse: & posterius quid est nisi mendacio & falsa citatione imponere simplicibus? Ego, quum de patre Antigoni Philippo dicitur, nequaquam intelligendum iudico regem Macedoniæ, patrem Alexandri: sed alium quendam. nisi siquis adeo stultus est vt quum Arrianus quo dixi libro, in pugnæ ad Granicum descriptione Philippum Amyntæ F. nominat, de eodem velit accipere. Idem alium præterea Philippum commemorat, Menelai filium. Pausanias in Atticis, Philippum Casandri fratrem refert, qui cum AEacida Epiri rege prælio dimicauerit: qui an idem sit cum eo quem ante Ptolemæum Berenices maritum fuisse, in Pyrrho Plutarchus scribit, haud scio. Certi autem nihil habeo: & Amplius hic. De matre quoque Antigoni Gonatæ non sum certus. nam pater eius Demetrius, cuius vitam scripsit noster, plures habuit vxores: quarum primam sororem

rorem Pyrrhi Deidamiam, matrem Conatæ fuisse suspicor. Habuit autem præter eam etiam Antipatri filiam Philam, ex qua ei nata est Stratonice, quæ Seleuco Magno est collocata ab ipso: & Ptolemaidem, Ptolemæo & Eurydica Antipatri filia natam. Quin & Eurydicen quandam Atheniensem, & Lanassam Agathoclis filiam, Pyrrho matrimonio iunctam, duxisse legitur. Alcyoneum Antigoni Gonatæ filium fuisse, in fine Pyrrhi noster ostendit: quid ei factum sit, non memini legere. Demetrius quidem eius frater decem annis rex Macedonibus fuit, vt lib. 2. scribit Plutarchus. Antigonus Doson (quasi cunctatorem in repræsentando promisso dicas) cognomento, tutor fuit & αἰεψὸς (forte patruo eius natus) Philippi eius quem Romani debellauerunt: post etiam vitricus, & in regno antecessor. Hunc Antigonum, Seruatorem Græci & Benefactorem vocabant multaque de eo sunt in Arato & Cleomene Plutarchi, & apud Polybium.

259. b. *A matre sartrice quadam Argolica, Gnathænia nomine*] Xyl. itidem *Argiua sartrix Gnathænia* annotatque, Aretinus pro sartrice medicam reddit πλὴν ἀκέστρειαν. Cæterum ἀκεῖν, oratoribus est Suere, Sarcire. Hinc ille apud Lucianum in Menippo Philippus rex, ἀκούμενος πὶ σαθρὰ ἢν ἱματοδημάτων. inde ἀκέστρα, Acus, & ἀκέστρια, Sartrix: hoc est, ῥάπτεια, seu ὑφάπτεια etiam: vt est apud Eustath. in Odyss. ξ, explicantem illud, Νῆας ἀκεσόμενον: & fusius in lib. 10. Gnathæna autem nomen, diminutiuum facit Gnathæniam. est idem in fine Arati. Crus. hic annotat, In Arato ad finem est Gnathænio.

Ibid. d. *Quem per Elimiam*] Xyl. vertit, *Eumque via apud Elimiam*: annotatque, Κατὰ τὰς Ἐλιμίας. Vrbs est Macedoniæ Elimia, Ἐλίμεια vel Ἐλιμία. (vtrunq; enim scriptũ reperi. quidã Elymam, Ἔλυμαν, habent) à qua Ἐλιμιῶται Elimioti, regio dicitur, infra Apollontam ad Ionium mare pertinens: cui Saso obiecta est insula. Strabo, Stephanus, alii. Ptolemæo vrbs Ἔλυμα, regio Ἐλυμιῶται dicitur lib. 3. Aretinus sensum huius loci non reddidit.

260. c. *Rumores ne serant*] Xyl. itidem, *Neque rumores sererent*: annotatque, Μὴ πελοφωνιῶν, Verba facere Aretinus, non recte. Est enim λοφωνιεῖν, Nugari, & rumores vanosq; sermones comminisci. vnde Iulian. apud Suidam Herodotum & λοφωνιόν, fabularum parentem, dixit. Similem locum ex Epistolis (vt opinor) Græcis ab Aldo impressis. Erasmus citans, in vltimo prouerbio primæ centuriæ, leui admodum codicis mendo in errorem abductus est. Sic enim adducit: In epistola Iuliani ad Leontium, ὁ λόγος πῖος ὁ Θουκιδίος, ὥς τε εἶπον, &c. Allucinatur etiam in explicando cui Thurius vocetur Herodotus. Quod si vel ex Suidæ verbis, vel proprietate sermonis Græci animaduertisset λοφωνιοὺς esse legendum: ac quæ de Herodoto Suidas & Plin. lib. 12. cap. 4. tradiderunt, atque alii, meminisset: nunquam in re ita aperta & facili incurrisset in aliorum iustas reprehensiones. Sed de his alias. Liuius ita habet: Rumores vestra erudelitate ne alatis, quorum nemo autor extabit.

Ibid. e. *Par numerus peditum qui iungebant cursum equis, & inuicem prolapsorum equitum vacuos capiebant equos*] Xyl. vertit, *Ac totidem peditum, qui equitibus adiuncti, vsu ita ferente, vicem eorum gererent*: inque eum locum hæc annotat, Παραβάται. Aretinus oppido negligens sui muneris, transfugas vertit: sed eum missum facio. Quid sibi velit παραβάτης, non est adeo in promptu. Itaque explicabimus, idque ex autoritate Grammaticorum Παραβάτη (quem carminis gratia constituendi παραιβάτιν etiam poetæ dicunt, sicut ὑπαὶ & παραὶ pro ὑπὸ & παρά, & alia id genus nonnulla) inter alia significat eum qui de curru pugnat. Varinus in præstantissimo suo dictionario, παραβάται inquit, ab Homero dicuntur qui de curribus pugnant. & eosdem alias ab eodem ἡνιόχους, id est, aurigas, appellari addit. Dignus autor cui credas: sed addam testimonia. Hom. est versus Il. penultimo libro, Αὐτὰρ ἐπεὶ ἵππους δίφροισι παραβάτας ἡνιόχοισι. Scholiastes vocabulum id hoc modo exponit: παραβάτας, οἱ ὀδὶ τῶν ἁρμάτων συμπορευόμενοι, τουτέστι κωλοὶ τῶν ἁρμάτων. Porphyrius philosophus, summi nominis doctor, in Quæstionibus Homericis: παρὰ τὸ ποιητὴ, inquit, τῶν ὀδὶ τοῖς ἁρμάσιν, οἱ μὲν μαχόμενοι, παραβάται. οἱ δὲ τοὺς ἡνίας ἔχοντες, ἡνίοχοι. A quo non dissentiunt. Eustathii expositiones in γ & λ Iliadis. Atque eodem plane modo vsus est Euripides ἱκέτισιν, qui vnus locus & quæ diximus confirmare, & vocabuli vsum in militia docere potest. itaque adscribam. --πεμένες δὴ ὄχων Τετραόρων κατῆρχον ἐνιδὼν μαχήν. Πέρσαν δὲ διελάσαντες δηΐων ὅμιλον ὅμοις, παραβάτας ἱστᾶν ἐς τάξιν δορὸς Χ' οἱ μὲν σιδήρου διεμάχονθ', οἱ δὲ ἔστρεφον πώλους ἐς ἀλλήλους αὖθις ἐς παραβάτας. Apollonius Argon. lib. 1. in chlæna Iasonis; de duobus curribus; Καὶ τὸν μὲν τε τρόπιδι Γίλωψ ἴθυσε πνάσσων Ἡνία; τοῦ δὲ οἱ ἔσκε παραβάτης Ἱππόδαμεια: improprie vtitur hoc vocabulo, idque non dissimulauit interpres. Cæterum hoc loco Plutarchus aliter vsurpauit eam vocem. nam Basternarum παραβάτης erat non in curru, sed pedes equiti permixtus, & qui re ita ferente, equitis officio fungeretur. Id manifestum est ex Liuii verbis, quæ hac ipsa de re sunt lib. 44. Veniebant, inquit, x millia equitum, par numerus peditum, & ipsorum iungentium cursum equis, & in vicem prolapsorum equitum vacuos capientium equos, &c. Quia Liuius ipse vno vocabulo id genus militum non expressit, ne mihi quidem id tentandum duxi. Alioqui non adeo absurdum erat, eos velites equestres nominare: vt intelligeretur, nonnullam iis fuisse similitudinem cum velitibus qui equitatui immisceri solebant à Romanis, instituto Q. Nauii centurionis, quum bello Annibalico Capua obsideretur. Liuius initio lib. 26. Valer. lib. 2. cap. 1. Vide etiam quæ in Phocionem de vocabulo ἀποβάτης annotaui.

261. a. *Quibus præter alium apparatum centum millia militum erant parata*] Xyl. vertit, *Qui * alium apparatum, centum millia erant collecta & ad vsum belli parata*. Et annotat: Locus in Græco nostro libro mutilus erat: itaque, quod vnum potui, asterisco notaui. De hoc apparatu Romanorum satis copiose Liuius 44. Nam quæ annotata sunt in margine antiquæ versionis, vbi per decem millia legiones intelligi dicitur, nihil agunt: Amiotus paulo ante, vbi est Sordidus homo, locum esse mancum annotauit: quod mihi non videtur.

Ibid. c. *Illyriorum regem Gentium*] Hic est ille Gentius à quo Gentiana & inuenta & nominata fuit: vt Diosc. lib. 3. & Plin. lib. 27. cap. 7. testantur. Cr.

262. d. *Secundum Pythium atque eam rupem*] Xyl. vertit, *Iuxta Pythium & Petram*. annotatque, Apud Liuium legitur Pythoum. Ptolemæus lib. 4. vrbem Pelasgiotidis Πύθιον, Pytheum, nominat, haud procul Gonno & Atrace sitam: quam hic intelligi puto. estque etiam à Sophiano in tabula Græciæ expressa. Stephanus cum nostro Πύθιον scribit. de Petra nihil habeo.

263. a. *Iuxta Heracleam*] Xyl. vertit, *Apud Heracleam*. annotatque, Ex Liuio. Nam neutro genere hic τὸ Ἡρακλεῖον, nescio an sine menda, legitur. nam & apud Stephanum videtur indicari, neutro genere eam vrbem dici posse. Amiotus quidem pro Herculis fano accepit, vocabuli etymon sequutus: quum Aretinus simpliciter Heraclium posuisset. Intelligo autem eam Heracleam quam primo loco in ora Macedoniæ posuit Plinius lib. 4. ca. 10.

Ibid. a. b. *A fano Pythii* &c.] Versus hi de altitudine Olympi, & mendosi sunt & satis obscuri. vt mirum non sit, eos ab interprete mutilatos atque corruptos. pro δέκα, πλέθρων, & μῆ, legi δεκάδα, πλέθρου, & μέτρα. Ostendunt autem hi versus, Olympi altitudinem supra decem stadia, impleuisse iugeri spatium, demptis tamen ei quatuor pedibus. πλέθρον iugerum significat, quod in agriculturã longitudine est CCXL. pedum, latitudine CXX. Varro, Columella Plin. l. 18. cap. 3. Quintil. lib. 1. cap. 17. alii. Sed quum longitudinis tantum, vt hoc loco, mensuram significat, quæri potest quid sit. Ego sextantem stadii verti, sequutus communem sententiam, quæ est apud Eustathium in λ Vlyssea, & Suidam, & alios. Idem Eustathius in Iliadis λ, ait pedum CXX. esse mensuram: quem ego locum corruptum puto, quum idem Il. ad. φ, centum modo pedes ei assignet, atque ita etiam legatur apud Suidam. Quo facit quod ibidem 100. pedes $66\frac{2}{3}$ cubitis æquantur. vt cubitus sit (quod etiam Suidas fatetur) pedis vnius & semis. Stadium esse cubitorum CCCC. idem Suidas tradit: nimirumque pedum DC. tantum interuallum fuisse curriculi Olympici, ex Plutarcho refert Gellius initio Noctium Atticarum. Interpres Pindari in XIII. Olymp. CCC. cubitorum fuisse tradit; alios scilicet sequutus. Certe apud Latinos stadium CXXV. passuum erat, pedum (nam quinque singulis passibus tribuuntur) CDXXV. Plin. l. 2. ca. 23. Inde miliarium recto erat stadiorum: qua de re alibi diximus.

Ibid. c. *Et occuparet saltum*] Xyl. itidem, *Saltusque occuparent*, annotans, τὰς ὕλας. Ego non dubitanter πύλας repono; hoc est portas. Notissimum est, montium fauces & claustra, per quæ aditus in regionem alienam aperitur, vocari Pylas. Hinc Pylæ illæ quæ & Thermopylæ. Vnde Pylagoræ Græcorum, & alia à nobis alias explicata. Syluas Aretinus vertit, retento mendo. Amiotus rectius.

264. c. *Hostis viginti non luerunt*] Xyl. vertit. *Primis hostium*

non perlitauit. & annotat, οὐκ ὀκαλλιέρει. En tibi (non enim possum non stomachari) correctorem. Recte verterat Aretinus τὸ καλλιερεῖν, litare. Corrector, quicunque tandem fuit, id quasi errorem notauit, inque margine adscripsit Græca, & interpretatus est, haud auspicata sacra expertum esse. Nimirum vero hic virum se præstitit, & officio emendatoris coronam meruit: quin & Suidam (vt ille in morsu pulicis Herculem) inuocat. Ex hoc quidem suam Latinæ linguæ ignorationem non potuit cognoscere, homine Græco. Est autem omnino Litare, καλλιερῶν, adeoque id quod ille Auspicata sacra experiri dicit: quod demonstrare piget, quum nihil sit notius. Tullius 2. De diuinat. Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit vt litetur aliis, aliis non litetur? Idem Perlitari dicitur. Liuii verba apposui de lib. 41. ne multos locos adducendos haberem: Territis eo prodigio & alter consul curam adiecit, qui se quod caput iocinoti defuisset, tribus bubus perlitasse negauit. Senatus maioribus hostiis, vsque ad litationem sacrificari iussit. Cæteris diis perlitatum ferunt. Saluti Petilium perlitasse negant. Vocabulum dictum παρὰ τὸ καλὸν καὶ ἱερόν, patet: & quorum hostias probasserit dii, illi καλλιερεῖν dicebantur. Testatur id etiam Eust. in β & κ Iliadis λ Odyss.

Ibid. e. *Directas frameas ferro graues* &c.] Xyl. vertit, *Romphæam ferro graui præfixam*: remittens ad suas in Cleomenem annotationes.

Ibid. *Pelignorum & Marrucinorum*] Παλλινῶν καὶ Μαρρουκινῶν. Prius pro Pelignis accipiendum est, haud scio an male scriptum, sicut & paulo ante pro Μαρρουκινῶν legerim Μαρρουκινῶν. Liuius: Duæ cohortes à parte Romanorum erant, Peligna & Marrucina, &c. Corrector nescio quid Tarracinorum annotauit, eoq; interpreti Gallico imposuit.

267. c. *Adaquare equum*] Xyl. vertit, *Equo potum subministrare*: & annotat, ἵππον ἀρδεῖν. Aretinus Equum stabulari, non modo non satis Latine, sed & contra Græci sermonis veritatem. Est enim ἀρδεῖν idem quod ποτίζειν. quod & notum est, & ex Herodoto docet Eustathius in 8. Iliad. ἡ γὰρ ἐπεὶ ἀφίκετο ὅθι τὸν ποταμόν, ἤρδε τὸν ἵππον, ὅ ἐστιν, ἐπότιζεν. Inde ἀρδαίαν, & alia quæ ibi & alibi exponit.

Ibid. e. *Inde Alepsum*] Xyl. vertit, *Atque hinc Galepsum*: annotatque, Ἀλήψῳ est in Græco, sed vitiose. nam neque vlla iis in regionibus vrbs Alepsus à quoquam (vti arbitror) autore nominatur: & apud Liu. lib. 44. extremo, est aperte, Galepsum eo die postero Samothracam perueniunt. De Galepso est apud Stephanum, & alios.

268. c. *Ad Sagram amnem*] Xyl. vertit, *Apud Sagaram fluuium.* annotatque, De cæteris satis constat. Pugnam apud Mycalem descripsit Herod. lib. 9. Diod. lib. 11. alii. De Tarquiniensi victoria etiam in Coriolano retulit. Sed de hac apud Sagram pugna explicandum videtur. Sagram fluuium Italiæ eius quæ magna Græcia dicitur, inter Locros & Caulonem fuisse, Plin. l. 3. cap. 10. asserit, Ibi pugnatum fuit à Locris aduersus Crotoniatas: hi CXXX. millia, illi, X millia in aciem eduxerant. Vicerunt tamen Locrenses. Nuncius victoriæ eadem die Olympiam, Spartam, Corinthum, & Athenas perlatus est. Hæc fere Strabo libro 6. in descriptione Calabriæ: Cic. lib. 2. & 3. De natura deorum, Suidas, Iustinus lib. 20 qui tamen locum non nominat, historiam perspicue describit. Atque inde ortum prouerbium, Strabo & Cicero, & Eustathius in secundum Iliadis, & Suid. ostendunt, vt de re certa incredulis diceremus, Certiorem esse rem iis quæ apud Sagram gesta sint: ἀληθέστερα ἢ ὅτι Σάγρας, Sic Cicero: De Sagra Græcorum est vulgare prouerbium, qui quæ affirmant, certiora esse dicunt quam illa quæ apud Sagram. Hæc vim & vsum prouerbii satis indicant. Sed quo tempore pugnatum sit, non facile cognoscitur: tametsi id maxime in historia desideratur. Ego ex Laconicis Pausaniæ, quo loco is Crotoniatarum de Achille & Helena sermonem commemorat, deprehendi Stesichori iam tum excæcati tempestate rem eam gestam fuisse: quem natum Olymp. XXXVII. mortuum LVI. Suidas, adstipulatore Eusebio, tradit: vt haud longe ante aut post quinquagesimam olymp. & Tarquinii forte Prisci temporibus prælium id pugnatum fuisse, coniectura esse videatur. Huius rei ignoratio Aretinum in eum errorem induxit, vt Ἱππαλωτῶν Romanos verteret, iisque pugnam hanc falso adscriberet: quæ nobis annotandi causa fuit. De Antonii rebellione Xyphil. in Domitiano, Suetonius, Tacitus, Martialis.

Ibid. d. *Cn. Octauius, qui vna cum Paulo bellum administrabat*] Xyl. vertit, *Cn. Octauius præfectus classis.* annotatque, Ὁ συνάρχων Αἰμιλίῳ, id est collega. Legatum vertit Aretinus, non pessime. Neque enim consul, neque pari cum Paulo potestate fuit: tametsi ne legatus quidem eius, nisi forte quod prætor eum classe ducenda adiuuit. Itaque malui exprimere.

271. b. *Vt quodammodo triumphalem pompam prælibaret populus Romanus*] Xyl. vertit, *Vt & ludi * extra quod vt * Romani ante triumphum ea fruerentur*: & annotat, Hæc mutila, & nisi ex libro insanabilia, omisit Aretinus: pro θριαμβεύειν, θριαμβεύειν substitui.

272. e. *Cornua*] Xyl. vertit, *Pocula in cornu formam.* annotatque, Κέρατα. Antiquitus cornibus animalium pro poculis vtebantur. inde κεράσαι, Vinum miscere: & Bacchus cornutus dictus. Vide omnino Athenæum lib. 11. & Eustathium in principium Iliad. 13.

273. e. *Vt est apud Homerum*] Locus est Iliad. vltimo lib. Verba sunt Achillis ad Priamum, humanam sortem & conditionem ex rebus prosperis & aduersis commixtam describentia quæ obiter Latina facta apposui: *Hanc misero sortem superi iniunxere, dolorum Expertes, hominum generi. nam dolia in ipso Limine cælestis primo duo sunt posita aulæ, Vnde duum generum Iupiter mortalibus effert Munera: in hoc bona sunt, aduersa recondita in illo. (Cui commixta Tonans depromit dona fruetur Nonnunquam aduersis, rebus quandoque secundis. Sed cui sola dedit de læuo tristia vase: Is miser est neque diis, hominum neque amabilis vlli, In terraque suos lugubriter exigit annos.*

275. c. d. *Et Licinius Philonicusque*] Xyl. itidem, *Licinnio & Philonico.* & annotat, Philonicum hunc fuisse publicanum, ex Politicis Plutarchi præceptis constat: vt hic copula desideretur. Aretin. declamatorem vertit: quasi id φιλόνικος significet.

Ibid. e. *Eleam oppidum Italiæ*] Xyl. itidem, *Eleam Italiæ vrbem*: annotatque, Aretinus Veliam posuit, quum sit in Græco Ἐλέας. non video quid ille, aut cur ipsum Amiotus sit sequutus. Est autem Lucaniæ vrbs vt ex initio l. 6. Strabonis liquet, & supra ostendi. Paulo post εὐχόμενοι, non εὐωχούμενοι scribendum.

IN PELOPIDAM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

PElopidas Epaminondæ æqualis sociusque fuit, maxime Leuctrica pugna nobilis, qua Spartanis Thebani principatum Græciæ eripuerunt sedecim circiter annis post captam à Gallis Romam, vt ex Polyb. lib. 1. initio, Diodoro Siculo lib. 15. Pausan. Bœoticis, & Gell. l. 17. c. vlt. patet.

277. e. *Cato maior*] Est & hæc vita ex earum numero quæ ita fuerunt depranatæ male vertendo, vt emendare velle, non magis sit consilii quam laterem lauare. Quam enim nullo sensu Catonis venustissimum in temerarios nimisque audaces homines dictum extulit? an vero ἀλογίστως θρασύλος is est qui Strenuus Latinis dicitur? quum hoc virtutis, illud vitii sit. Et quidem nihil apertius potuit hoc apophthegmate cogitari: quod tamen etiam sequentia exponunt, quæ eodem fere modo tractauit: Cæterum & hic & in Fabio, vbi de Marcello autor loquitur, ἰταμὸς audacem significat: alias proteruum.

279. b. *Vt Euripideus Canopeus*] Xyl. *Exemplo Capanei Euripidei.* Et annotat: Locus est in Supplicibus, aureus profecto, quem adscribam Latinis versibus expressum, (si tamen hoc est exprimere) nam & exemplũ continet hoc seculo rarum, & officium potentis amici fideliter definit. Verba sunt Adrasti: *Tenerum videsne hunc qui traiectus fulmine est? Capaneus is erat, opes habuit amplissimas: Minime superbiebat his, neque spiritus Trahebat tamen vnquam altiores paupere: Vitare luxum suetus, & vulgaria Fastidientes: non ratus in gula sitam Virtutem, & esse modica naturæ satis. Præsentibus fidelis; atque absentibus Amicus (hoc perpauci præstant nunc) fuit.*

280. b. *Posthac quum Lacedæmonii cum Thebanis in specie vt amicis & sociis agerent*] Xyl. *Socios & amicos Thebanorum*

banorum ostenderent: annotans, προσφερομένων. Becarias: *Quum Spartani se ad Thebanos contulissent.* Qui error totam historiam inuoluit, omniaque obscura reddit de apertissimis. Porro προσφέρεσθαί τινι, ὡς φίλῳ, ὡς ἐχθρῷ, dictio est neque insolens, & intellectu facilis.

Ibid. c. *Indicitur exilium*] Xyl. *Exilio damnati sunt*, annotans, ἐξεκηρύχθησαν, omisit interpres. Sic & in Gracchis vsus est Plutarch. ἀκρίτως ἐξεκήρυξαν. & iterum Ποπίλλιος τὸν Τιβερίου φίλος γραπτῇ ἐξεκήρυξεν.

281. c. *Et pauci quidam ex iunioribus*] Xyl. itidem, *Pauci quidam ex natu minoribus*: annotans, Et hunc locum peruertit, ita vt ad Pherenicum retulisse videatur quæ ad Pelopidam pertinent. Omisit autem τὸ προβαλέσθαι: in quo summa sententiæ est. προβάλλομαι est media voce Periculosum aliquid aggredior, In discrimen me committo: vnde πρόβολος, Audax: quod vocabulum vsurpauit initio huius libri Plutarchus male ab Antonio versum.

Ibid. *Et varos ferebant*] Xyl. itidem, *Et varros secum ferentes*: annotans, σάλικας, Venabula, Becarias: sed indocte. Sunt autem σάλικες, ligna quibus retia attolluntur & fulciuntur. Latini varros appellant. Tryphiodorus Γλίου ἄσπι, Ὡς ὅτ' ὀπόπι σαλίκεσσι λίνον περικυκλώσαντες Ἀνέρες ἀγρευτῆρες.-- Lucanus alicubi: *Sic dum dispositis attollat retia varris Venator*, &c. -- Pollux li. 5. cap. 3. σαλίδας & σαλιδώματα vocat, vt quidem in Aldino lib. legitur.

282. b. *Hic multo ante in eum diem ostenderat Archia*] Xyl. *Is ad eam diem*: annotans, Corrupit historiam Becarias, nescio quæ festa & solennes ludos Thebanorum commentus: quum verba luculenter ostendant, Philidam domum suam ad eum diem tyrannos multo ante inuitasse ad comportandum, scortis etiam promissis. ὕπανδρα γυναῖκα, (omissum ab isto) adulteræ videntur. & in sacris literis γυνὴ ὕπανδρος dicitur, quæ marito est iuncta, Rom. 3. Cæterum tota hæc Thebarum & libertatis ab exulibus duce Pelopida recuperatæ historia, mira & copia & elegantia est à Plutarcho descripta eo in libro cui titulus est De genio Socratis.

284. a. *Ergastulis quæ erant circa domum Charonis, vbi hastæ & gladii parabantur*] πὶ περὶ οἰκίαν ἐργαστήρια, arbitror intelligi esse tabernas operarias. Neque enim vel ἐργαστήριον instrumentum Græce significat, (quod ἐργαλεῖον dicitur) vel δορυξόος hastam, aut μαχαιροποιὸς mucronem, sed hastarum vel gladiorum fabrum. Quæ quum nemo non videat, quis non miretur versionem Becariæ, qui Thebanos non lanceis sed furcis, (vt apparet) non gladiis sed verubus aut securibus domestico vsui paratis, nulla necessitate compulsus, armauerit?

486. e. *Quum vero qua data via erat, duceret Pelopidas, &c.*] Xyl. *Sed Pelopidas perrumpendi consilio missa* & annotat, ἐπὶ δὲ τῷ δεδομένῳ ἤγετο. Illud δεδομένῳ videtur aut mendosum esse, aut arguere mutilatum locum: quasi si fuisset hic omissum δόξασιν χαίρων ἐάσας, aut tale aliquid. Ego sensum vtcunque me expressisse puto.

287. c. *Et tribui tribus*] est libro Iliadis secundo. φρήτρη autem quam recte Societates vertantur, quid attinet dicere?

289. a. *Menœcea Creontis*] De hoc lege Phœnissas Euripidis, & de Macaria Heraclidas. Leonidæ historia ex Herodoto & aliis notissima, & de Themistoclis sacrificio supra dixit. De Pherecyde non memini alibi legere.

Ibid. e. *Præfectorum & manipulariorum munus obeuntes*] Xyl. vertit, *Iuxta ac post se positi certo ordine milites*, annotatque, Est in Græco ζευγῖται καὶ ὀπηδῶντες. Magistros & Decanos vertit Antonius: quod quid sit, non video. Equidem Latina vocabula quibus explicem verba Græca, non succurrunt: fingere neque ausim, neque fortassis commode possim. Opinor autem ζευγῖτας dici, qui iuxta alios positi: ὀπηδῶντας, qui post alios collocati in acie, adsistentibus, vel ante se stantibus auxilium ferre, si vsus ita ferret, iubebantur, ζυγὰ quidem paulo ante pro ordinibus aciei transuersis, seu ab vna parte in alteram pertinentibus posuit Plutarchus, De Gorgida & sacra cohorte loquens.

291. c. *Item Meneclidæ æstimauit pecuniam*] Xyl. vertit, *Thebanosque interrogabat ecquid non aliæ quoque res præclare gestæ fuissent.* ** *vt mulcta pecuniaria Meneclidæ irrogaretur.* annotatque, Locum in Græco mancum esse, facile apparet, tametsi interpres id dissimulauerit, eoque sententiam confuderit. Sed mederi, nisi optimi libri alicuius præsidio, non possumus.

Ibid. e. *Ptolemæus enim intulerat Alexandro*] Is est Ptolemæus Alorites cognomine, (frater huius Alexandri & Philippi, filius Amyntæ) qui deinde fratre necato regnum Macedoniæ obtinuit. Diodorum vide lib. 15.

292. d. *Non ignarus quidem nefarium hominem & latronem esse*] Xyl. vertit, *Perditum sceleribus hominem, & parricidam.* & annotat, ἐξώλη καὶ μιαιφόνον, noster, Immanem & sanguinolentum. Proprie autem μιαιφόνον dixit hic Homicidio flagitioso contaminatum. Polydorum enim Pheræum, Thessaliæ principem, fratrem suum, inter pocula veneno dato necauerat, inque eius locum successerat, vt scribit Diodorus ibidem. atque eo respicit Plutarchus.

293. a. *Magnitudinem eius non ilico*] Xyl. vertit, *Animi magnitudinem, quippe mulier.* & annotat, τὸ μὲν μέγεθος τῶν εἴδους. Sic est male scriptum, pro ἥδους, idque animaduertisse Becarias videtur. Quod autem κουραὶ iuuentutem effert, nescio qui fiat. tonsuram enim significat, & crines, vt hic. neque tam iuuenis erat Pelopidas. Iason, vt hoc obiter dicam, frater Alexandri huius fuit, Thessaliæ princeps, ante Polydorum fratrem, à quo cæsus est. Diodorus ibidem.

294. b. *Intra Taygetum & Eurotam*] ἐπὶ τὸν Γέταν καὶ τὸν Εὐρώτα, *Inter Getam & Eurotam*, interpres. Qui Getam loci nomen in Laconica, aut etiam tota Peloponneso agnoscat, autorem nullum esse noui: neque vero fines Lacedæmoniorum obscuros & ignobiles nominari consentaneum esse potest. Superest, vt in voce Γέταν mendum esse affirmem: cui facile mederi potuimus ex Geographiæ autoritate. Est enim mons Taygetus in Laconicæ finibus, à Messenia eam dirimens, nobilis apud Græcos Latinosque cuiuscunque generis scriptores. Arctos itaque limites ciuitatis Spartanæ indicat, quam ab occiduo latere mons Taygetus, ab ortu Eurotas amnis terminarent: quum latus Austrinum Arcadia, Boreale, mari claudatur. Ergo in locum verbi Γέταν, Ταυγέταν restituto. Nam de varia huius vocis terminatione & inclinatione, hoc loco dicendum non erat.

Ibid. d. *Et seruos lecti sterniatores*] Xyl. vertit, *Et famulos stratores.* & annotat, στρῶτας θεράποντας. Strotas seruos habet Becarias. & quidem annotator ille seu corrector in margine alleuerat ex Suida, Σρῶτες, ἔθνος: id est, Strotes, nomen gentis. Ego autem, tametsi haud sum ignarus, posse Στρώτης (si præsertim ω scribas) dici pro Στρωΐτης, quod gentile est vrbis Africæ quæ Στρώη, Stroa, appellatur apud Stephanum Byzantium ex Hecatæo: non video tamen qui huc aliquid tale quadret. Neque animaduertit corrector iste, στρῶτας, accusandi casum, non à nominatiuo στρῶτης esse (is enim στρῶτας α breui facit, vti prosodiæ gnaris non est obscurum) sed à στρῶται, cuius singulare est στρῶτις. Et quidem suspicor sua illum verba pro Becariæ verbis subiecisse, sequutum (si diis placet) Suidæ autoritatem. Nam profecto Cælius libro Antiq. lect. 16. cap. 11. aliam interpretationem citat atque reprehendit, quasi seruilia strata interpres hic edidisset. quod nuper obiter vidi, quum eos libros inspicerem. nisi fortassis etiam alius quidam Pelopidæ vitam conuertit. Verbum est στρώω, Sterno: inde στρώτης, Strator, formari potest: vt à πλώω, πλώτης. Esse autem genuinum hunc loci quem tractamus sensum, & στρῶτας huiusmodi famulorum genus, qui vestes stragulas componerent atque concinnarent, euidentissimum est ex verbis Athenæi, quorum sententiam Latine adscripsi de libro Dipnosophiston secundo, Primi (inquit) Persæ, vti est ab Heraclide traditum, eos qui strotæ (στρῶται) dicuntur, inuenere, vti vestes stragulæ ab his ordine & concinne componerentur. Itaque Timagoræ Cretensi, vel (vt Phanias Peripateticus autor est) Eutimo Gortynio, qui se Themistoclis exemplo ad regem contulerat, Artoxerxes honoris causa tentorium, insignis cum elegantiæ, tum magnitudinis dono dedit, & lectum argenteis pedibus fultum, vestemque stragulam magni precii, simulque famulum qui ea sterneret, Græcos sternendi ignaros dicens, &c. Et quidem infra in Artoxerxe de eodem Timagora quum dicitur, qui hic στρῶται, ibi στρωνιώτης participio dicuntur. Meminit etiam Eustath. in 3. Vlyss. Persas primos στρῶτας excogitasse: ex Athenæo, vt multa. Stratorem aliis, ipsique Budæo, intelligi eum qui equum adornet, & principem in eum imponat, (Græcis est is ἀναβολεύς) noui: quomodo & Vlpianum in Pandectis de officio Procos. & in Caracalla Spartianum, vsurpasse, annotatum est. Ego licere mihi putaui verbum de verbo, erymologia adstipulante, exprimere. Idemque in vita Alexandri feci: vbi Proxenus στρωματοφύλαξ dicitur, ego stratorem extuli, hoc est qui lecto & stragulis regiis præesset. Guarinus, sarcinarum custodiæ præfectum verterat.

Ibid. Cruſ. annotat, *Lectiſterniatores.* Sic appellat Plautus quos Græci σφῶτας vocant.

Ibidem e. *Nouem archontum loco*] De his in Pericle dictum, & initio Ariſtidæ.

297. d. *Inſidias ei ad hunc modum ſtruit*] Cic. de offic. lib. 1. Cr.

IN MARCELLVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum.

MArcellus bello Annibalico floruit, quo nihil eſt notius, & cuius tempus accurate à Polybio lib. 3. oſtenditur. Obiit conſul inſidiis Annibalis anno ab v. c. DXLVI.

298. c. *Vt ait Homerus*] Libro Iliad. 14. Verba ſunt Vlyſſis de ſe & Græcis, aduerſus Agamemnonem, qui fugam ſuadebat.

299. a. *Menſam argentariam*] Xyl. vertit, *Menſam nummulariam.* & annotat, ἀργυραμοιβίας eſt in Græco. quod quid hoc loco ſit, non plane intelligo. Id facile apparet aliquid argentei ex mulcta Capitolini confectum, idque dedicatum. verbum videtur menſam nummulariam ſeu abacum ſignificare: ſed improprie (ni fallor) hic pro quauis accipiendum. Niſi fortaſſis mutilus eſt locus, & ſcripſit Plutarchus Marcellum pecuniam mulctæ loco exactam in argentum conuertiſſe, (nam id non incommode Græcis verbis dici puto, ἀργυραμοιβίας ποιεῖσθαι) & donarium cuius hic interceſſerit nomen, ex eo feciſſe. Iudicii huius meminit Val. lib. 6. cap. 1. & reum C. Scantinum Capitolinum tribunum plebis nominat. vnde facile apparet varie hanc rem narratam fuiſſe. quid de mulcta ſtatutum fuerit, nuſquam reperio.

Ibid. b. *Iberes, qui regionem Italiæ ſubalpinam incolebant*] Xyl. vertit, *Inſubres gens Gallica*: annotatque In Græco eſt Ἴβηρες, idque retinuit etiam Guarinus: quum tamen neque gens vlla Gallica Iberi ſint, & quomodo ſcripſerit Plutarchus ipſa hiſtoria doceat. Inſubres enim Galli fuerunt, de quibus hic dicitur, quod ex Polybii lib. 2. (ibi enim hæc hiſtoria copioſe deſcribitur, & Ἰνσομβροι appellantur: à Plutarcho mox Ἰνσομβροι) patet, & Floro lib. 2. cap. 4. Zonara, aliis. Itidem hic Cruſ. annotat, Legendum arbitror Inſubres: quorum hic meminit Epitome Liuii.

Ibidem. *Qui Geſatæ vocantur*] In Græco hic Γεραῖται falſo, infra Γεσσᾶται nominantur. Polybium ſequuti, Gæſatas ſcribimus. Quod autem à militiæ mercede ſic nominatos idem perhibet, vix ei adſentior. non enim grammatici modo Græci annotarunt, γαῖσα eſſe ἀκοντάριον. pili genus: ſed & Propert. lib. 4. hocipſo de bello ita vſurpauit, *Virdomari genus hic Rheno iactabat ab ipſo, Nobilis erectis fundere gæſa rotis.* Maro gæſorum alicubi etiam meminit: *---duo quiſque Alpina coruſcant Gæſa manu.---* & meminit Nonius etiam. Itaque veriſimile eſt, à genere armorum dici Gæſatas: vt funditores, vt lancearios, vt certatos, vt alios. Sed hæc nihil admodum huc pertinent. Seruius (opinor) alicubi tradit, fortes viros à Gallis Gæſos dici. Porro autem de belli iſtius apparatu & Romanorum & ſociorum, lege Polybium eodem libro, epitomam Liuianam 20. & Plin. lib. 3. cap. 20.

300. a. *Libros ad ſacra populi pertinentes*] Xyl. vertit, *Commentarios militares.* & annotat, γραμματικοῖς ὑπομνήμασιν. Intelligo ephemeridas, hoc eſt librum in quem quid quoque tempore geſſiſſet, ſcriptum referret. Apud Ciceronem lib. De diuinatione 2. eadem hiſtoria narratur: ibi ſimplicitet ſcriptum eſt Libros. Valer. lib. 1. cap. 1. idem referens, ex libris ad ſacra populi pertinentibus animaduerſum errorem ſuum à Sempronio inquit. Ciceronis locum adſcribam, vt aliquid lucis adferat, aliquid accipiat. E prouincia (inquit. loquitur autem de T. Sempronio hoc qui Ti. & C. Graccho rum pater fuit) literas ad collegium miſit, ſe, quum legeret libros, recordatum eſſe, vitio ſibi tabernaculum captũ fuiſſe in horto Scipionis: quod pomœrium poſtea intraſſet, ſenatus habendi cauſa, in redeundo quum idem pomœrium tranſiret, auſpicari eſſet oblitus. Hunc morem capiendi tabernaculi Plutarchus diſerte exponit hoc loco: qui ſane videtur oſtendere Ciceronis locum recte legi, vti adduximus, & hæc verba, *In horto Scipionis*, non eſſe in *Aruſpectionis* commutanda. Nullam enim video neceſſitatem quæ hoc nobis imponat: neq. Manutius iſtius correctionis autor (vir de Ciceronis & multorum optimorum ſcriptorum monumentis præclariſſime meritus) cauſam oſtendit, cur à conductione tabernaculi extra pomœrium horti Scipionis magis quam alius loci cuiuſpiam fuerint alieni. neque fortaſſis, ſi Cic. *Aruſpectionis* ſcripſiſſet, ſciolus id non intellectum ſtatim *In hortos Scipionis*, ac non potius non aliud quiduis mutaſſet, Meminit & Liu. lib. 4. ad annum v. c. CCCX. de tribunis militum. Non tamen pro firmato iam ſtetit magiſtratus eius ius, quia tertio menſe quam inierant, augurum decreto, perinde ac vitio creati, honore abiere: quod C. Curiatius, qui comitiis eorum præfuerat, parum recte tabernaculum cepiſſet.

Ibid. c. *Minutio dictatori*] Μινυκίου. Valerius loco iam indicato non Minucium, ſed Fabium Dictatorem nominat: eſtq. id vero propius. ſi quidem bis Dictator Fabius fuit, vt Liuius diſerte, & antiqua inſcriptio quam Sigonius deſcripſit, docent.

Ib. d. *Inde Gæſatarum rex Viridomarus*] Xyl. vertit, *Virdumarus.* & annotat, Βειόμαρος. Sic & Guarinus: ſed vitioſa eſt lectio. in vita Romuli Βριτόμαρτις: & Britomartis alias etiam apud Latinos vt barbaricum nomen legitur. Hic Liuium, Florum, Eutropium, Propertium, alios huius belli ſcriptores ſequi malui.

Ibid. e. *Iuxta Claſtidium*] Κλαστίδιον. & hoc mendum retinuit vterque interpres: (ſæpe enim videtur antiqua translatio Amiotum in errorem abduxiſſe) quum quidem neque ſit vllum vſquam nominatum Capidium: & Claſtidium, Κλαστίδιον, diſerte nominet Polybius eadem tractans. cui adſtipulatur antiqua inſcriptio, quam Sigonius in Epit. Liuii 20. refert. Meminit ſane huius Claſtidii Liuius lib. 21. & lib. 32. vbi Ligurum ditionis fuiſſe perhibet.

301. e. *Ex quercus eximiæ excelſo & recto ſtipite detruncato parauit in modum trophæi ferculum*] Xyl. vertit, *Quercus enim votiuæ truncum montanum ingentem excisum in trophæi formã dolauerat.* & annotat, εὐκτάνου. omiſſum hoc eſt à Guarino verbum. Ipſe εὐκτάου legi: non profecto quod mihi ſatisfacerem plane, ſed quia votiuam quercum exiſtimo dici intelligique poſſe, quæ ad eam rem deſtinata eſſet. Quid legerit Amiotus ignoro: quercum montanam excelſam & rectam vertit.

302. a. *Ad noſtram vſque memoriam*] Xy. vertit. *Ad Etatem.* & annotat, τὸ καθ' ἡμᾶς ἀγῶνος. impoſuit interpreti mendum, tametſi nullo ſententiæ detrimento. Legendum eſt αἰῶνος.

Ibid. c. *Præmiumque ſit primis, aſſes trecenti, ſecundis ducenti, tertiis centum*] τὸν δ' δευτερον π'. idque ſequutus eſt Guarinus, *Secundo octuaginta.* Sed contra rationem videtur eſſe, vt qui tertia ſpolia opima retulerit, plus eo accipiat qui ſecunda. Itaque in locum τὸ π' (quæ eſt nota numeri LXXX) literam σ repoſui, qua CC. indicantur: eo quidem liberius quod inter π & σ ſumma eſt figuræ ſimilitudo: & nobiſcum ſenſit Amiotus.

304. a. *Liuius non tantam affirmat victoriam fuiſſe*] Aut hic, aut apud Liuium, aliquantum verborum incercidiſſe videtur: niſi μνημονικὸν Plutarchi ἁμάρτημα eſſe credamus. Neque enim Liuianum noſter numerum refert, neque noſtri fit vlla apud Liuium mentio: & vero longe amplior atque admirabilior victoria fuiſſet, ſi id quod Liuius ita narrat, vt fidem non habeat, verum putaretur. Verba Liuii ſunt: Vix equidem auſim affirmare quod quidam autores ſunt, duo millia & CCC. hoſtium cæſos, non plus vno Romanos amiſiſſe. Siue tanta, ſiue minor victoria fuit, ingens eo die res, ac neſcio an maxima illo bello geſta ſit. non vinci enim ab Annibale vincere ſolito, difficilius fuit quam poſtea vincere. Lib. 23.

Ibid. c. *Ceciderunt ex iis quinque millia*] Liuius hic quoque aliter: vt, niſi ſi alios autores noſter ſequutus ſit, in alteruttrius librum menda inuecta videatur, præſertim in numeris. Hoſtium, inquit, plus mille cæſi eo die, capti MDC. & ſigna militaria XIX. & duo elephanti, quatuor in acie occiſi. Romanorum minus mille interfecti. mox, Tertio poſt die mille CCLXXII. equites miſti Numidæ, Hiſpanique ad Marcellum transfugerunt. Neq. repugno Sigonio: priorem numerum ex Plutarcho, poſteriorem ex Liuio emendanti, vt hic legatur ὑπὲρ πὶς χιλίους τριακοσίους.

305. b. *In finibus Leontinorum* &c. Xyl. vertit, *Occiderat ** apud Leontinos.* & annotat, Intercidiſſe hoc loco non vnum

atque alterum modo verbum, sed haud paucos versus, facile intelliget qui historiam lib. 24. Liui legerit, vel Græca verba considerauerit. Quæ autem de receptis Leontinis dicuntur ad Marcellum pertinere, ex Liuio intelligitur.

Ibid. d. *Et propositiones à demonstratione, &c.*] Xyl. vertit, *Et ea problemata* & annotat, Si Commentarios scriberem, non Annotationes, profecto adferre lucem huic loco & vellem, & fortassis possem: nunc libet Platonicum illud præscribere, *Geometriæ inscius nemo huc accedat.* Quid enim intelligeret hic φιλομαθηματικὸν ἀμαθής; certe Guarinus nihil minus videtur quam sensum eruisse horum verborum, haud scio reine ignoratione an oscitantia. Problemata Græcam vocem reliqui, quando eius ne Ciceronem quidem pœnituit: & dari Latinum, quod idem exprimat vocabulum, vix potest. Problemata in Geometria sunt eæ propositiones quæ efficere aliquid docent, & quasi vsum theorematum (hoc est earum quæ tantum in cognitione hærent propositionum) ostendunt. Verbi gratia: Circuli naturam & proprietates, quas ratione centri sui & ductarum in ipso linearum habet, cognoscimus ex tertii libri apud Euclidem multis Theorematis: dati circuli inuenire centrum, segmento dato totam circumferentiam complere, & quæ alia id genus effectione aliqua constant, Problemata sunt. Quod autem dixi, *Absoluentes*, in Græco legitur ὑποριδόντες, nullo plane sensu. legi ipse ὑπορείδοντες, suffulcientes. Iam exemplum quod affert Plutarchus de duobus mediis Geometrica proportione inter datos duos terminos interserendis, siue id fiat in numeris, siue in lineis, siue in superficiebus, siue in corporibus, non in duplicatione modo cubi, (de qua historia nota est, & passim iactata) sed & in aliis Arithmeticis Geometricisque rebus immensum obtinet vsum: vti possem demonstrare nisi commodius alio reseruari scirem. Res est non obuia. Videant studiosi quæ docte annotauit Philander ad Vitruuium lib. 9. cap. 3. nam & μεσόλαβον instrumentum, & lineas semicylindrorum, (quorum hic oblique meminit Plutarchus) diligenter explicauit. Ipsum problema nemo, quod sciam, Stifelio ingeniosius, certius & facilius dissoluit: quem lege libro secundo Perfectæ arithmet. cap. 7. Porro autem Platonis indignatio eam causam habuit, quod in contemplatione positas scientias, quæ ab omni materia abstractas species quantitatis per seipsam considerarent, nolebat materiæ & sensilium rerum quasi contagio affici & contaminari. Hinc illa apud eum in Philebo mathematum diuisio, in pura & impura: quam ne Aristoteles quidem dissimulauit. Sed hæc non sunt huius loci.

306. b. c. *Vbi tormenta Archimedes laxauit*] Liu. li. 4. Dec. 3. Cr. Vide & Polyb. lib. 8.

Ibid. d. *Basin conuulserunt machinæ, laxauerunteque compaginem atque à ponte diuulserunt*] Deest aliquid in Græco, tametsi Guarinus lacunam dissimularit. Quid enim redditur ad ὧνοι μέν? vt ne dicam, mutilatam narrationem statim apparere.

308. a. *Apud Accillas*] Apud Liuium Accillas est, hic Ἀκίλας. Stephanus Ἀκρίλας scripsit, quod series literarum recte legi satis demonstrat. Id sequutus sum hic, sicut & apud Liuium Sigonius. De Archimedis sepulchro vide quæ sunt apud Ciceronem lib. 5. Tusc. quæst.

Ibid. *Turrim quæ occulte capere milites posset*] Sane apud Liuium contrarium inuenies, qui ob idipsum intentius custoditam scribit turrim eam, lib. 25.

Ibid. c. *Sub luce Marcellus Hexapylo ingressus vrbem est*] ἅμα φαιδίᾳ. quod vocabulum ob insolentiam mihi est suspectum: & miror plane hanc Syracusarum ἄλωσιν ita concise à Plutarcho describi. Liuius lib. 25. Sub lucem, inquit, Hexapylo effracto, Marcellus cum omnibus copiis vrbem ingressus.

309. a. *Horologia, sphæras, angulos*] Xyl vertit, *Sciothera, sphæras & quadrantes.* & annotat, σκιόθηρα dicta à σκιὰ vmbra, & θήρα venatio, apparet: vt horologia intelligi possint, eaue instrumenta quibus ex ratione vmbratum horas, aut alia etiam vestigare solemus. quos dixi quadrantes, id in Græco est γωνίας ἃς ἀριθμοῦσι τὸ τῆς ἡλίου μέγεθος πρὸς τὴν ὄψιν. ad verbum: Angulos quibus magnitudo solis ad oculos accommodatur. Angulos quibus magnitudo solis ad oculos accommodatur. quod quid sit, per obscurum est. Ego quadrantes verti, quo non est aliud vsitatius apud mathematicos instrumentum, quum per dioptras sole inspecto, aliquid istarum rerum per angulorum præsertim doctrinam indagatur. Cruserius quoque, quum vertisset *Angulos*, annotat, Quadrantis mathematici videtur esse descriptio.

Ibid. b. *Vt si quid de Ætnensibus*] In Græco est περὶ Αἰτναῖον, hoc est Ætnæis, aut Ætnæ accolis, vel vrbi Ætnæ. Non sum nescius, oppidum Ætnam etiam à Strabone nominari, ad montis Ætnæ radices: sed de qua dixerim apud Stephanum, & quæ huc nihil faciat. Quomodo Ennam vrbem Siciliæ L. Pinarius præsidii præfectus, perfidia oppidanorum coactus, necessario facinore retinuerit, cæsis Ennensibus, historia est apud Liuium lib. 24. qui id facinus non improbatum à Marcello, imo eum prædam militi concessisse scribit. Quo mihi videtur hic respicere Plutarchus: neque Αἴτναν, sed Ἔναν scripsisse, quod tamen sciolus aut oscitans librarius corruperit. Etenim Strabo lib. 6. Stephanus & alii Ἔννα scribunt, quum in Liuii plerisque codicibus hactenus Ænna dicto loco lectum sit. Plutarchum quidem itidem Αἴνναν scripsisse, non facile dixerim. De Megarensibus, Plut. ante, & Liu. ibidem: Marcellus Megaram vi captam diruit ac diripuit, ad reliquorum, & maxime Syracusanorum, terrorem.

Ibid. e. f. *Et contumelias Enguinorum*] Guarinus Engiates, Græcus liber Ἐγγίους, male vtrunque. Nam & ex Stephano liquet, hic Ἐγγυΐους legendum: & Latine Enguinos dici, ex Plinii lib. 3. cap. 9.

310. b. *Vt Pindari verbis vtar*] Locus est initio secundæ Pythiorum odæ, de Syracusis.

Ibid. c. *Addidit etiam id quod v. f.*] Liu. l. 7. c. 3. Cr.

Ibid. d. *Et in oculos hominum incurreret tertius triumphus*] Xyl. vertit, *Inuidiæ obnoxius erat secundus triumphus.* & annotat, Ὀτρίτος est in Græco, id est tertius: quomodo & Guarinus, & (vt alias sæpe) post eum Amiotus vertit. Sed de Gallis triumphauerat tantum, neque (nisi admodum fallor) quisquam alium porro eius triumphum agnoscit scriptor. Itaque ergo audacter secundum dixi.

Ibid. f. *De ouatione*] Vide & quæ Liuius scribit lib. 6. Dec. 3. Vide & Gell. l. 5. c. 6. Cr.

311. b. *Subornarunt Syracusanos inimici Marc.* Valer. Max. lib. 4. cap. 1. Cr.

312. b. *Vndecim tribunis militum*] Historia est apud Liu. li. 27. initio, sed ibi duodecim legitur. Sigonius, vndecim reposuit.

Ibid. d. *Vt dictatorem diceret Q. Fabium*] Xyl. vertit, *Q. Fuluium*, & annotat, Φάβιον est in Græco pro Φούλβιον, vti Guarinus etiam ex Liuio deprehendit.

313. b. *Dextro cornu laborante duodecimam legionem in primam aciem iubet induci*] Xyl. vertit. *Dextra enim ala laborante, vnam de legionibus in primam aciem prodire iussit.* hæcque in hunc locum annotat, ἐκέλευσε τῶν πεζῶν. deest ἓν, quod Guarino errandi causam præbuit, quum verteret, *Ordines in primam succedere aciem iussisset.* Verba Liuii adscripsi: Cedere inde à Romanis dextra ala & extraordinarii cœperunt, Quod vbi Marcellus vidit, duodeuigesimam legionem in primam aciem inducit, &c. Pleraque autem ex Liuio vertisse hic Plutarchum satis constat.

314. d. *Et cum Elephanti capite puerum natum superstitem fuisse.*) ὀκτὼ κεφαλὴς ἐλέφαντος. forte μζ, aut ἐλέφαντα. sed & quæ sequuntur mendosa videntur.

315. b. *Disputabantque inter se, &c.*] Xyl. vertit, *Iamque curiose rationes inibant.* & annotat. καὶ διεσκέπτοντο, id est, quod imperatoris erat reputare, quam commodus locus foret, ipsi curiose inquirebant. sic supra in Paulo, λόγῳ πολὺ διεσκεπτοῦτο τῶν ἀπόρρητων, de exercitu. Sic multis aliis locis.

316. b. *Quos Cabiros*) De his qui cognoscere cupiunt, legant interpretem Apollonii in ἀ Ἀργοναυτ. Paragraph. 34. Plutarchum Osiride, Diodorum & alios.

Ibid. e. *Iam Annibal terribilis hostis & durus*] Xyl. vertit, *Romanis terrori.* & annotat, Locus est in Græco turpiter fœdatus, quem emendare possem, siquis emendatum esset agnituris: si sententiam (quam historia claram redigit) meis verbis Græce extulissem, aut Plutarchiana meo iudicatu mutassem.

317. a. *Apparet autem falsum aliquo modo in illis certaminibus fuisse Pœnum*] Xyl. vertit, *Vt in illis conflictibus illusisse Pœnus videri possit.* annotatque ψεύδωμα, est vocabulum non nisi mendosum, vti opinor, Impositum Pœno, Guarinus: ego amplius censeo deliberandum. Nam tota hæc comparatio male est tractata à librariis.

Ibid. c. *Ille Spartæ potiundæ spe frustratus est*] Xyl. vertit, *Lacedæmone potiundi conatus irritus fuit.* annotatque, Λακεδαιμονίων ἀπέτυχεν. Quid sit ἀποτυγχάνειν, notius est quam vt Guarini error sit refellendus.

Ibi. d. *Commendo etiam in Cyropædia Chrysantem*] Xyl. vertit,

Miror & Chrysantam, quem Xenophon annotatque, ἄγαμαι τὸν ἐν τῇ παιδείᾳ Χρυσάντου, Guarinus, *Atque in hac disciplina Chrysantam probo*: imperite. Non enim intellexit, παιδείαν hic citari Xenophontis opus de Vita & disciplina (vti Cic. in Bruto exposuit) Cyri: in cuius operis libro quarto ad initium hæc historia refertur.

IN ARISTIDEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii interpretum.

ARistides æqualis fuit Themistoclis, Plataica præsertim pugna, & translato secundum eam à Spartanis ad Lacædæmonios imperio nobilis. Quadriennio prope post eiectum Athenis Themistoclem decessit. autor Æmilius Probus.

318. d. *Vnum arbitratur summum magistratum, à quo annus nomen habet*] Xyl. vertit, *Magistratum, qui Eponymus appellatur*. & annotat, τὸν ἐπώνυμον ἀρχὸν. Interpres, Magistratum insignem. Quem? Apud Athenienses nouem fuerunt antiquitus in magistratu collegæ. prætores fortasse dixeris Latine. quorum vnus sorte ad id lectus, publicis literis & actis inscribebatur: quemadmodum apud Romanos consules Latios signabant nomine Fastos. Id quod sic habere, paulo infra in hoc lib. Plutarchus ostendit, vbi disputatur quando Eponymus fuerit Aristidides. Horum ἐννέα ἀρχόντων fit etiam supra mentio in vita Pelopidæ, & in lege quam recitat Æschines κατὰ Τιμάρχου, Εἰ αἴ τις Ἀθηναίων ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι. Cætera fere Pausan. Laconicis cui plus quam vili grammaticorum tribuo fidei.

Ibid. f. *Hic puerorum chorum quem cyclium vocant*] Xyl. vertit, *Cyclicos pueros*. & annotat, Ita apparet dictum fuisse chorum qui dithyrambos caneret. Vide Suidam.

319. e. *Ac Themistocles in sodalitium se coniiciens*] εἰς ἑταιρείαν ἐμβαλὼν ἑαυτόν. Sic vocat amicorum & sociorum suorum quasi factionem. Facilitatem Barbarus, valde inepte: sed & pleraque incommode verterat. Quid esset ἑταιρεία, etiam apud Lysandrum indicauimus.

320. a. *Nisi & Themistoclem & se male perderent*] Xyl. vertit, *Nisi ipsum vna cum Themistocle in barathrum præcipitassent*. & annotat, Βάραθρον, quasi foueam si diceres. malui tamen Græcam vocem relinquere. Carcer fuit, aut fouea veriùs, in Attica, in quam solebant sontes coniici, tanquam in puteum aliquem, & ibi perdi. Vide Suidam, Harpocrationem, & Comment. Aristoph. Pluto, ad versum, Οὐκοῦν ἐπόλοιτόν σοι τὸ βάραθρον γένεται. Supra in Mario, de Iugurtha in carcerem conniecto, noster eodem est vsus vocabulo. Et quidem extat fragmentum Diodori Siculi lib. 31. in quo ea est carceris descriptio, quæ optime his congruit quæ de barathro Græci habent.

Ibid. b. *Quum facti in Amphiaraum ab AEschylo iambi*] Extant in Tragœdia quæ inscribitur Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας: habent autem absolutam boni viri descriptionem.

321. d. *In quibus Callias tædifer*] Xyl. vertit, *Facifer, quod genus sacerdotum*. & annotat, Δᾳδοῦχος, is est qui sacris solennibus facem gereret: qui erat honor magnus, & sacerdotium nimirum. Nam & Pausanias pro magna felicitate refert quod in progenie Leontis ad quartum vsque gradum ea dignitas permansisset: in Atticis. Interpres Antistitem vertit, minus recte, quod notauit etiam Cœlius lib. 28. cap. 26. Antiq. lectionum.

322. a. *Expugnatores*] Xyl. vertit, *Poliorcete*, & annotat, Vt Demetrius Antigoni F. reliqua Ptolemæorum & Seleucorum cognomina. Aquila Pyrrhus à suis est cognominatus. Plutarchus in vita eius.

323. a. *Et diuersa sane fecit atque Achilles vota*] Qui iniuria ab Agamemnone affectus, nihil aliud in votis habuit quam vt ipso se præliis abstinente, grauibus cladibus affecti Græci ipsum desiderarent. Locus est Iliad. α.

325. a. *Ad Orestæum*] Arbitror oppidum Arcadiæ intelligi? de quo Pausan. Arcadicis & Eurip. extremo Oresta. Porro autem hostes suos Spartani ξένους, hospites seu peregrinos, ita ὑποκοριζόμενοι vocabant, lenitate verbi tristitiam rei mitigante: quomodo Tullius ait, apud Latinos hostem dici eum qui esset perduellis. antiquitus enim hostem eundem fuisse atq; peregrinum: 1. Off. Eadem sunt apud Herodotum lib. vltimo.

328. c. *Non vt illis pro agro & vrbe tantum*] Xyl. vertit, *Pro agro & vrbe, vt Spartanis*. annotatque, ὡς ἐκείνοις, est in Græco libro. Barbarus, *Vt maiores nostri*, vertit. quod minime probo: quum inter hanc & Marathoniam pugnam non plures tredecim anni intercesserint, vt ex historiæ ratione apparet. itaque illud ἐκείνοις malui ad Lacedæmonios referre, qui in partem gloriæ Salaminiæ & Marathoniæ non veniebant. nam ad Persas referre non video quam commode possem. Locus qui ex Herodoto paulo ante citatur, est in Calliopa.

329. e. *Itaque multis obiectis ceteris*] πολλὰ προβάλλοντες τῶν γέρρων. γέρρα, ἡ, cratem vimineam significat, seu (vt Cæsar vocat) vineam: vt apud Polyb. lib. 8. Arrianum lib. 1. id huc non pertinet, τὸ γέρρον autem, vox est multa significans, præcipue autem parmam corio inductam: quomodo cum alii, tum Arrianus lib. 4. ἀναβασ. Ἀλεξάνδρ. vtitur: εἰς δὲ δὴ δέρμα τὸ γέρρον καὶ τὸ θώρακος δέρμα πλήρωσις. Plutarch. in Æmilii de Perseo triumpho, inuecta ait inter cætera arma, etiam Θρᾴκια γέρρα. Lucianus Anacharside, καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ. Eustath. in Dionysium ait quadrangulum esse scutum, non rectangulum, sed rhombi figura contentum. Pilum autem seu missile telum etiam significare constat: & in Antonio sic autor noster vtitur, in Actiacæ pugnæ descriptione. Hic priorem notionem, vt loco huic cõgruam, posui. interpres dissimulauit. De copidibus dixi in Camillo. πᾶς ἀκινάκαις non puto recte legi, sed πᾶς, vt alias: sicut & Latini, Horatius, aliique.

330. e. *Vindicis hanc quondam*] In meo codice hoc epigramma mutilatum est. Nam & primus versus est deprauatus. & pentameter ei subiectus deest. Ego vnde restituam, in præsentia non habeo. Sensum integrum extuli. Paulo post Μυρωνίδην legi, & Θεογείτων. Cur ita, non est obscurum. Eos autem versus sic est interpretatus idem Xylander, *Hanc quondam Græci superatis hostibus aram, Libertas patriæ quum sua tuta fuit, Et profligatis seruata est Græcia Persis,*

Munus Eleutherio constituere Ioui.

332. b. *Ad cœnas & inferias inuitat*] Xyl. vertit, *Ad cœnam & sanguinem fusum vocat*. annotatque, Interpres θυικῶς inferias dixit. In Græco autem non αἱμοκουρίας, sed αἱμακουρίας legendum. quomodo Pindarus εἴδει ὀλυμπ. α, & ipsius Scholiastes & Varinus habent. Vox est & Dorica & Bœotica. nam Bœoti Doricam fere habebant dialecton: quod ostendere exemplis possemus, si locus ferret.

IN CATONEM MAIOREM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

CAtonem hunc maiorem inscribo, vt ab Vticensi distinguam. vocatur etiam Censorius, à censura, & ab aliis & sæpe à Plinio. Fuisse eum Tusculanum, cum aliunde tum ex oratione Ciceronis pro Plancio constat. Gentilitatem autem & seriem Catonum explicat Gellius lib. 13. cap. 18. quod dignum est, & vtile etiam lectu. De ætate eius paulo infra annot. ui nus. Floruit maxime tempore belli cũ rege Antiocho.

336. c. *Sicut alterum corpus*] ὡς τοῦδε ὑπεροῦ σῶμα. quæ sequuntur καὶ τῶν καλῶν; virgula sunt distinguenda, vt intelligi possit esse dictum hoc: orationem non modo necessariam, sed & in bonis ac honestis per sese rebus facundiam esse, τῶν καλῶν. Cruser. lectorem admonet vt videat num legendum sit, Organum virtutum vnicum & necessarium.

337. a. *M. Curii*] Manius, non Marcus, prænomen fuit Curii: quanquam & hic & sæpissime alibi Marcus libris pro Manio sit ab imperitis ingestus librariis. In comparatione & expresse & recte scribitur Μάνιος Κούριος. Triumphauit autem cum alias, tum de rege Pyrrho, neque ter modo, sed quater, vt ex historiis ostendit Sigonius: Plutarchus ter modo triumphasse dicit, quod ouationem inter triumphos non retulit: ouauit autem, deuictis Lucanis. Itaque Cicero etiam in libro De Senectute eum de Samnitibus, Sabinis ac

Pyrrho triumphasse memorat, omissis Lucanis.

337. d. *Exomide*, ἐξωμίδα καλοῦν. Etymon vocabuli ostendit tunicam fuisse breuem, quæ brachia & manus nequaquam integeret, sed ab humeris desineret. Gellius lib. 7. ca. 12. tunicam substrictam breuemque citra humerum desinentem interpretatur. Sext. Pompeius Festus ait etiam comicum fuisse vestitum, exertis humeris. Locus Gellii huc multum facit.

339. e. *Diacem*] in Græco est Σαπφικὸς. Satyra autem mordax fuit & falsum genus carminis, quod sale multo perfricaret homines, vt notum est. Sic autor in Pericle veteris comœdiæ scriptores Σαπφικοὺς τοῖς βίοις appellat, qui vitæ genus id sectarentur quod in acerbe exagitandis hominibus versaretur. Cæterum quod paulo ante verti Vas ad sacrificia in Græco est σπονδεῖον: quod ita verti originis causa. potes etiam in genere pro poculo accipere.

340. a. *Lysiæ orationi*] Est apud Ciceronem hoc in Bruto.

Ibid. d. *Aut non multos consulatu ducere dignos*] ἢ μὴ πολλοὺς τοῖς ἀξίοις πολοῖς est legendum, vt in Apophthegmatis legitur. alioqui sententiæ elegantia deperditur.

341. c. *Cato vero reuocata in mentem circuitione & ambitu Persarum*] Qua à Xerxe missus exercitus, Leonidam Thermopylas obtinentem circumuenit, Ephialte Maliense iter demonstrante. Nota est historia, & apud Herodotum copiose descripta in Polymnia. Mox *ob arbores*, κοτίνους, oleastros. sed ego genus posui.

Ibid. e. *Firmanos*] Φιρμιανοὺς, Firmianos. Firmum colonia fuit Romanorum, deducta initio primi belli Punici. Velleius volum. priore. Inde dicuntur Firmani, si recte legitur, (quod tamen & ratio videtur probare) apud Liuium lib. 27. vbi horum fit mentio inter alios colonos: & apud Plin. lib. 3. c. 13. qui in Piceno fuisse indicat. Quin & apud Cic. Firmani leguntur in 7. Philipp. & L. Tarutius Firmanus in libris De diuinatione. Amiotus *Formianiens* vertit, haud scio quid sequutus.

344. e. *Paulo minus quinquagies*] Quadragies & quater, est apud Plinium, lib. 7. c. 27. & in lib. De viris illustribus.

345. a. *Sergium Galbam annos natus octoginta accusauit*] In Græco est Σερουιλίου mendose pro Σερουίου. Galba enim cognomentum est Sulpiciorum: quod vel ex Suetonii Galba pateret, si cæterorum deessent testimonia. Sergius autem nihil minus est quam prænomen, quum sit patriciæ familiæ nomen, quæ Catilinam protulit. sed Seruius prænomen est, & huic de quo agitur Ser. Sulpicio Galbæ conuenit. Is quum prætor in Hispania Lusitanorum xxx. millia contra interpositam fidem interfecisset, à Catone est accusatus. Ex Cic. De claris oratoribus, & Suetonio quo dixi loco. Cæterum eodem in lib. Cicer. à Plutarcho dissentit, LXXXV. annos natum Catonem è vita excessisse scribens. idque Coss. L. Marcio, M. Manilio: qui in annum V. C. DCV. videntur competere, vt verum sit & quod Plin. lib. 29. cap. 1. dicit, hoc eum anno obiisse, & quod ibidem Cic. scribit, eum mortuum LXXXVI ante suum consulatum annis. Nam de ætate Catonis Plinius ei adsentit. Sed à Plutarcho stat Liuius, Quod autem de tribus Nestoris ætatibus dicitur in Numa exposui.

346. b. *Liuius Gallum transfugam dicit illum fuisse qui fuit interfectus.*] Locus est libri 39. sed & hæc tota narratio in T. Quinctio postra terum est.

347. a. *Mercedem redemptorum contraxit*] Xyl. vertit, *Publica mancipibus, minimis pretiis locauit. vectigalia summis* & annotat, τὰς ἐργολαβίας. Liuius vltro tributa habet. Interpres, operarias vertit: vt pleraque alia non satis diligenter. Intelliguntur enim ea quæ locabantur publice, & à certis hominibus conducebantur.

348. d. *Post Pauli filium Tertiam*, Supra in Æmilii vita est, iam tum Perseo bello generum eum habuisse hunc Catonis filium. quod moneo vt illud Post non ita accipias quasi post pugnam Persicam Cato filius Tertiam duxerit: sed id vocabulum ad ea quæ supra de educatione sunt dicta, referas, nisi hic aliud, aliud ibi scripsisse Plutarchum putes: quod non videtur opus esse. Neque enim illos probo qui vt ingeniosi & acuti videantur, quacunque occasione arrepta, mendacia errata & inconstantiam grauissimis scriptoribus obiiciunt. Ego explicando potius, aut (si omnino defendi non possint) excusando tueri ista debere quemuis gratum & candidum lectorem puto: nedum in scirpo nodum quærere.

249. f. *Clarus vir C. Aquilius*] Hic locus facit ad emendandos Gellii libros. in quibus lib. 7. cap. 14. hac de re sic legitur. Et in senatum quidem introduci, interprete sunt vti Cæcilio senatore. Legendum C. Acilio quod facile, sicut & mendæ occasio apparet. Quibus Coss. Romam venerint, non satis mihi constat. Oropus autem Attica vrbs est, ad Euripum sita, è regione Chalcidis Euboicæ. Hanc ad penuriam redacti bello Macedonico Athenienses quum diripuissent iniuste, à Sicyoniis (quibus à Græcis cæteris erat iudicium permissum) mulcta eis quingentorum talentorum est irrogata: cuius deprecandæ causa Carneades cum reliquis Romam missi legati. Cætera apud Pausaniam quære, in Achaicis.

350. b. *Filium à literis Græcis reuocans*] Xyl. *Adfilium Græcas literas calumnians*: annotatque, Quandocunque, inquit, ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet. Hæc & alia in hanc rem verba Catonis extant apud Plinium lib. 29. cap. 1. sicut & hæc quæ de medicis sequuntur.

352. e. *Huic modo cor soli est*] Xyl. vertit, *Solus habet mentem.* & annotat, Versiculus est Homeri ex lib. 10. Vlysseæ de Tiresia, qui solus inter omnes vmbras apud inferos saperet. Ita Cato reliquos nihil esse nisi vmbras ducum existimabat, si cum Scipione Æmiliano conferrentur.

Ibid. f. *Catonis Philosophi*] Eius qui Vticensis, idem & minor dicitur: cuius vita suo loco sequitur.

354. c. *Atqui multa Hesiodus*] In opere De agricultura: Homeri versus sunt lib. Vlysseæ 14.

355. a *Paratum eorum quæ non appetit*] Xyl. vertit, *Quibus opus non habet.* & annotat, ὧν οὐκ δέονται. οὐκ omisi. puto enim redundare, & sensui obesse.

IN PHILOPOEMENEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

PHilopœmen T. Quinctii æqualis fuit, cum quo à Plutarcho comparatur mortuus est eodem quo Annibal anno, V. C. nimirum DLXXI. Multa de eo sunt apud Polyb. lib. 2. & 11. apud Liuium lib. 38. & 39. apud Pausaniam in Arcadicis.

356. c. Cassander *Mantineæ summæ nobilitate fuit*] Apud Pausaniam in Arcadicis, & (qui hunc sequutus videtur) Suidam in Philopœmene, Cleander est scriptum: & pro Crauside, Craugis: pro Ecdemo, Ecdelus: pro Demophane, Megalophanes. Κάσανδρος autem & Casander, vnico S. recte scribi, cum ratione constat, tum Græcorum autoritate Grammaticorum, qui Cassandram duplicato S. scribi Æolice affirmant: inter quos est Isacius Tzetzes. Id obiter moneo, propter quosdam sciolos. Infra in Pyrrho promiscue in Græco scribitur: sed opinor, librarii culpa, vt multa id genus alia.

Ibid. d. *Ait Homerus*] Locus est Iliadis libro nono.

Ibid. e. *Romanus vero quispiam celebrans eum*] Idem est apud Pausaniam, vltimum eum Græcorum benefactorum fuisse.

Ibi. f. *Ipsius facilitatem & simplicitatem*] εὐκολίαν est in Græco, & ἀφέλειαν Guarinus, Indumentorum tenuitatem & frugalitatem: neque verba neque sensum reddens. Quid enim responsio hospiti data attinebat ad pallii vilitatem? qua ipse errorem mulieris per iocum excusat.

357. b. *Atque hæc in circulis de Philopœmene referuntur*] Xyl. vertit, *Hæc ita in confabulationibus de eo dicuntur.* Et annotat: σχολαῖς, otiosis & non seriis colloquiis, sed qualia animi causa instituuntur. Guarinus per lusum reddidit. Alias σχολὴν Græcis disputationem de rebus grauibus scholasticam esse, quod & Cicero sit imitatus, non sum nescius.

358. d. *Vinitoribus aut aratoribus*] βουλαμπδεῦν, Guarinus, bubulcis: quasi si non etiam tum boues agerentur quum arator.

358. d. *Postquam vero subueniens rex Antigonus*] Tota res copiose describitur apud Polybium ad finem libri 2. Refert & Pausanias ad finem fere octaui, vbi est mendum in voce Σικελίᾳ, quum debeat esse Σελλασίᾳ. fol. Ald. 220. vers. 1. Meminit huius Sellasiæ, & conflictus istius, etiam Liuius lib. 34.

359. b. *Vtrunque femur eius simul vno transfigitur iaculo alimentato*] διελαύνεται διαμπερὲς ὁμοῦ τὼ μηροῖν ἑκατέρω τῷ μεσαγκύλῳ. Guarinus, *Sub natibus vro per crus vtrunque telo*

transuerberatur. Puto eum μισαγκύλῳ mendosam vocem, sub natibus, vertisse. Ipse μισαγκύλῳ legi, omissa præpositione ἐν. Est autem μισάγκυλον, amentatum telum, id est in medio funem habens, quo is tenet qui librat & eiaculatur. Ita fere Scholiastes Euripidis, in versum qui est prope finem Andromachæ: Οἴοι, μισάγκυλ', ἕκλυπί τ' ἀμτώδολοι. quæ & Eustathii in secundum Iliadis librum de eadem voce commentationi præfero. Difficulter ergo potuit itetum extrahi, vel propter annulum illum, cui in medio hastili funis immitteretur. Mesanculæ quidem tesi etiam Gellius meminit, l. 10. c. 25. & Menandri versus apud Plutar. ad finem libelli De propria laude. Pausan. & Polyb. paulo aliter hunc casum narrant, quos contulisse est iucundum. Interpres certe locum hunc male extulit.

361. a. *Calicum & paterarum*] Xyl. vertit, *Calicum & vasorum quæ conciderentur*. annotatque κυλίκων καὶ θηκλείων. Certe hic locus videtur impugnare quod vulgus grammaticorum ait θηρίκλεια esse vitrea pocula. Non enim existimo comminuta vitra ad inauranda aut argentanda arma fecisse: & θηρίκλεια vasa pulchre celata hic intelligere malim, ab artifice Thericle, & opificio dicta, non autem materia. Thericlis meminit Plinius l. 16. c. 40. & supra in Paulo Plutarchus inter aurea Persei vasa Thericleorum meminit.

Ibid. b. *Sicut Achillem induxit Homerus &c.* Initio lib. 19. Iliad. s.

Ibid. e. *Bellum ea tempestate Achæis erat cum Machanida &c.*] Hanc totam rem luculenta narratione explicat fragmentum Polybii quod de libro vndecimo adhuc superest.

362. b. *Fama est ludricro Nemeorum*] Est apud Pausan. quoque, sub finem fere Arcadicorum.

Ibid. e. *Siquidem Macedonum rex Philippus*] Meminit huius rei Iustinus in fine lib. 29.

363. c. *Atqui quis regem (inquit) hoc ætatis suspiciat non opus edentem*] Xyl. vertit, *Quis vero, inquit, regem miretur, qui iam magno natu meditatur adhuc, nihil proferi?* Ibique hæc annotat, Metaphora sumpta ab oratoribus & poetis.

Ibid. d. *Aristænetum*) Videtur is esse qui apud Liuium li. 32. & 34. vitiose legitur Aristhenus & Aristænus: & quidem initio fragmenti Polybiani de l. b. 17. itidem Ἀριστάνητος dicitur, Quod autem hic ait, eum à Philopœmene dissensisse in repub. facile ex Liuio & Polybio intelligimus, & ipse infra docet: sicut & hoc, Philopœmenem alieno fuisse à Romanis animo.

Ibid. e. *In quem dux ilico designatus.*] Historia hæc tota copiose est apud Liuium descripta lib. 35.

Ibid. f. *Vt apud Platonem est*] Libro 4. De Legibus.

365. d. *Exules prætor in vrbem reduxit*] πὰς μὲν φυγὰς pro πὰς μὲν φυγάδας dixit. Ita in Quinctio etiam loquutus est.

366. c. *Quum M. Attilius consul Romanus*] Xyl. vertit, *M. Acilius Glabrio.* & annotat, Egregie Guarinus, & magna fide. *Post hæc Romanorum consule Manlio, quum Antiochum, &c.* Scilicet ita lector expeditur, & historiam discit. In Græco, Μανίου δὲ τοῦ Ῥωμαίων ὑπάτου, &c. Manius autem prænomen est, quod ita notatur M': non Manlius. & alioqui prænomina sola ponit Plutarchus interim, vt sæpe Titum vocat, T. Quinctium Flaminium dicens: & M', pro M' Curio: P. pro P. Villio, in vita Quinctii. Ita hic (vt & sub finem) M'. Acilius Glabrio innuitur, qui apud Thermopylas Antiochum superauit. Autor Liuius initio 36. Appianus, & ipse in Flaminino Plutarchus. Itaque nomen addidi perspicuitatis causa. Id etiam quod sequitur, non recte ille reddidit.

Ibid. d. *Inuida quædam fortuna ad vitæ metã prostrauit*] Xyl. vertit, *Indignatio.* & annot. Nemesis, quæ vlcisci solet si quid arrogantius fit, aut ibi fortuna vel bonis nostris superbimus.

Ibid. e. *Hinc vicum velle (Colonidem vocant) occupare*] Hæc est etiam apud Liuium narratio, lib. 39. sed Coronem habet, pro Colonide.

368. b. *Cæterique quotquot necandum Philop. censuerant*] Guarinus, *vltro vitam finiere*: vt legisse videatur, δὶ αὐτῶν ἀπεθανόν. Meus codex δὶ αὐτῶν habet, quod ad Achæos refertur idque quia rectius esse censebam, sequutus sum.

Ibid. e. *Polybius*] Hic est eximius ille historiarum scriptor, præceptor Africani Scipionis iunioris: cuius partem operum habemus.

IN T. QVINCT. FLAMINIVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

QVinctius à voce quinctus, hæc à quinque deducta videtur: vt rationem quoque cum antiqua scriptura consentire appareat. quo libentius eam retinui, quamuis obsoletam. Scribo etiam Flaminius, ideo potissimum vt inter Flaminios, quod est nomen plebeiorum, & hos Flaminios cognomento patricios, discrimen pateat. Error enim eius qui libellum De viris illustribus condidit, est recte à Sigonio refutatus. quum Liuius palam ostendat, patricium fuisse T. Quinctium hunc: is autem C. Flaminius, qui consul ad Thrasymenum lacum bello Annibalico periit & quem patrem huius fuisse autor iste affirmat, plebeius fuerit. quod cum aliunde patet, tum ex Ciceronis Lucullo, vbi is tribunus plebis legem agrariam tulisse dicitur. Alioquin haud me præterit, apud Festum à Flamine Flaminius deriuari. De ætate autem Quinctii nostri satis constat. Quid enim nobilius bello Philippico? Consul fuit aduersus eum missus anno V. C. DLVI.

369. d. *Narniam & Cossam*) In Græco est Ἄρνιαν, & Κῶσσαν. neutrum in Italia inuenio, sed, vt scripsi, Ναρνίαν, & Κόσσαν. Sane Liuius lib. 27. has inter triginta Romanorum colonias refert: & quidem Marcello etiamnum viuente. auctas deinde scribit circum hæc tempora: sed paulo aliter.

Ibid. *Tribunatu plebis, prætura*) Liuius non longe ab initio lib. 32. de hac petitione loquens, tribunatus mentionem omisit, quem ne petere quidem patricio leges permittebant. Nam quod aliquando non patricii modo, sed etiam consulares fuerunt tribb. plebeii. huc non attinet. Plutarchum idem sensisse cum autore libri De viris illustribus, suspicari hinc aliquis possit: nisi forte in genere omnes magistratus, qui ante consulatum obirentur, exposuit.

Ibid. *Studiis harum coloniarum succinctus*) Xyl. vertit, *Colonis studiose adiuuantibus.* & annotat, Guarinus, Statimque in petitione consulatus, prona in se habuit suffragia πᾶς ἀπὸ θεῶν κληρουχιῶν ἔχων προθύμους quod à Guarini verbis longissime abest. κληρουχίαν inter alia esse sæpe coloniam, scitur: suffragium, nunquam, tametsi ne id quidem satis sit Guarino futurum. Potuerunt autem, vt obiter dicam, coloni eum vel fauore vel amicorum suffragiis conciliandis iuuare ne dicam, probabile esse, plerosque eorum ius suffragii in comitiis centuriatis (quibus Cossi creabantur) habuisse.

Ibid. *Tribum plebis Fuluius & Manlius*] Xyl. vertit, *Fuluio autem & M Curio* & annotat. Τῶν δὲ περὶ Φουλβίου καὶ Μάλλιον, falso pro Μάνιον. Errorem libri Guarinus & Amiotus sequutus est. quem nos & tollimus, & quod fuit addendum nomen prænomini, ex Liuio addimus.

Ibidem e. *Philippo enim*, &c.] Locus hic totus est à Guarino peruersus.

370. a. *P. Iulium*] Xyl. vertit. *P. Villium*, annotatq. Addidi & hic nomen ex Liuio. Nam P. Iulium apud Guarinum falso est scriptum: & infra Villius diserte nominatur.

Ibidem b. *Duce Scipione*] In Græco quidem hoc etiam ad Asdrubalem refertur, quem tamen à Liuio & Nerone Coss. superatam satis constat.

Ibid. c. *Complures iam dies ostium Apsi fluminis*] Apud Liuium est Aoum vtrunque iis in locis inuenias apud geographos, vt in Stephano de vrbibus annotatum est nobis. Sane Strabo lib. 7. plane eos coniungit vt proximi fuisse videantur, & Liuius 31. Apsi fluuii mentionem habet.

Ibid. d. *Erant qui ducere Quinctium*, &c.] Xyl. vertit, *Consulebant Quinctio sui vt expedito & facili itinere per Dassaretios iuxta Lycum amnem copias circunduceret.* & annotat, Male hoc reddiderat Guarinus, & pro Lyco Lyngum reposuerat, non Græcum librum & veritatem, sed mendosum Liuii codicem sequutus. Locus autem is recte legitur lib. 31. Ad Lycum statiua posuit prope flumen Beuum: inde frumentatum circum hortea Dassaretiorum mittebat.

371. d. *Alii intra Thermopylas incolentes Græci*] Xyl. vertit, *Et Græci qui intra Pylas habitabant*: Et annotat: Eædem Thermopylæ etiam appellabantur. Qui loci notitiam habere cupiunt, Strabonem lib. 9. & vero Liuii descriptionem li. 36. pulchertimam legant.

372. a. *Brachyllelis*) Liuius libro 33. Barcillam nominat:

Polybio, Βεαχύλλης ſcribitur, lib. 17.

Ibid. e. *An vrgente articulo*] Xyl. vertit, *Præfeſtinatione.* & annotat, ὑπὸ σπουδῆς. Opera dedita, verſum fuit ante, contra & ſenſum loci huius, & verba. nam σπουδάζω, etiam feſtinationem eſſe, vel pueris notum eſt, & ſenſit Amiotus. Pugnæ huius copioſa admodum & diſerta deſcriptio extat in fragmentis Polybianis libr. 17. & ſi miſere (vt omnia alia eius autoris) verſa, aut peruerſa potius. Subiungitur armaturæ & aciei Romanæ cum Macedonica comparatio & perſpicua & iucunda. Neque debet quiſquam eorum cum his collationem omittere.

373. a. *Nec ferebant vel fortiſſimi grauem confertamq; & intentis horrentem haſtis frontem*] Ita Cruſ. qui etiam annotat Legendum puto, *Ferebat ſiniſtrum Romanorum cornu grauem,* &c. At vero Xyl. vertit, *Nam ab altiore loco totam phalangem Romanis inferebat: cuius hi denſam teſtudinem ſelectiſſimorumque militum acrem impetum non ſuſtinebant.*

Ibid. c. *Tum quod vniuerſi potius*] Xyl. vertit, *Tum quod omne totum magis propter mutuum membrorum complexum quam propter ſingula valet.* & annotat, Καὶ ὅπ πωτὸς ὅλου, Græca lectio non conſtat.

375. a. *Corui enim forte ſuperuolantes*] Eius rei ſimile omnino exemplum in legis Gabiniæ promulgatione ſcripſit Diodorus libro 36. Meminit Valerius Maximus libro 4. cap. 8.

Ibid. c. *Et rebus ad Thermodontem atque circa Cyprum Cimonis geſtis*] Xyl. vertit, *Cimonis ad Eurymedontem fluuium & inſulam Cyprum.* Annotatque Guar. vertit, *Eurymedontis & Cyprica Cimonis opera.* Oſcitanter hoc, & ita vt lector quid ſibi ille Eurymedon velit, & duciſne an loci nomen ſit, intelligere non poſſit. Atqui interpretis munus ita non eſt obeundum. Enimuero vno die & ad Cyprum nauali, & ad fluuium Pamphyliæ Eurymedontem terreſtri prælio Perſas à Cimone Athenienſium duce victos fuiſſe, vt omittam Plutarchum, id in Cimonis vita docentem, teſtatur Thucydides lib. 1. extatque luculenta vtriuſque victoriæ deſcriptio apud Diodorum Siculum lib. 11. Meminit fluuii huius etiam Liuius perſpicue lib. 33. Strabo lib. 14.

Ibid. d. *Et exigua antiquæ propinquitatis cũ iis vincula*] Xyl. vertit, *Leuemq; generis communitatem.* Et annotat, Id demonſtrat lib. 1. Antiq. Romanæ Dionyſius Halicar.

Ibid. *Titillium in Thraciam*] L. Stertinius, & in libris aliis L. Thermus legitur apud Liuium: haud ſcio rectene an ſecus.

Ibid. f. *Xenocratem philoſophum*] Senſum huius loci videtur Guarinus non fuiſſe aſſequutus. certe non extulit. μετοίκιον fuiſſe penſionis genus quod inquilini (μέτοικοι) Athenis ſoluerent, ex Iſæo docet Suidas. exactum fuiſſe à publicanis, hic locus oſtendit. Xenocratem Atheuis fuiſſe inquilinum, patet: fuit enim Chalcedonius. eſtque ea de re in Phocione infra ſcriptum.

376. d. *Cui in manu quũ eſſet illum obterere, noluit*] Xyl. vertit, *Quumque eum poſſet capere* Et annotat, ἑλεῖν ζῶντα, nullo ſenſu coniicio fuiſſe ſcriptum ἑλῶν παρόν. vt ſupra παρὸν ἐκκόψαι τὸ πόλεμον ἀρδίω, & alias frequenter.

377. a. *Egregias remunerationes, magnoque viro & ciuium amante conſequutus dignas*, Xyl. vertit, *Quum pro benefactis præclaram & magno ciuiumq; amanti viro conuenientem mercedem recepiſſet.* Et annotat, κεκοσμημένον mendoſum eſt: ſi legas κεκομισμένον, bene erit.

Ibid. b. *Vt memoriæ prodidit Itanus*] οἱ τοῦτοι τὸ Ἰτανόν. Ego Itanum ſcriptorem nominati vſpiam vix credo: itaque locum habeo ſuſpectum. Hyrcanum vertit Guarinus: quid ſequutus ſit, neſcio. Mox auri conflati, χρυσίου συγκεχωνευμένου, Guarinus (ſcite nimirum) Defecati auri. Aurum vero conflatum puto infectum intelligi, quod neque formam aliquam habeat neque ſignatum ſit.

378. e. *Quum apud hoſpitem ſuum cœnaret*] In Apophthegmatis additur, Chalcide id factum. & ibi πιζιπόρους, hîc πιζιπύρους legitur: quæ varietas etiam in aliis eſt libris: neque lubet huc infarcire quæ ea de re annotauit in quartum Iliadis librum Euſtathius. Contiferos vocem finxi, ξυσοφόρους. De diſcrimine eorum vocabulorum non eſt hîc locus commentandi.

379. a. *Cenſuerunt omnes qui ciues ſe profitebantur*] Xyl. vertit, *Ciuium numero cenſuerunt quotquot liberis parentibus eſſent nati.* & annotat, Miror hoc omiſſum à Liuio: & quidem Leonis cognomen mihi ſuſpectum eſt. Culeo cognomentum Terentii eſt apud Liuium, extremo libro 30. vt ſuſpicer non τοῦ Λέοντος, ſed Κουλέωνος ſcriptum fuiſſe. Mentio fit etiam in vita Pompeii cuiuſdam Culeonis, qui ei, vt dimitteret Iuliam, ſuaſit.

Ibid. *Illum principem ſenatus legit*] Xyl. vertit, *Principem ſenatus legit.* Et annotat, προγέγραφται τὸ βουλῆς, non προσγέγραφται. Dictio eſt obſeruanda. nam hoc ſignificari, vel ex Liuio hanc cenſuram, quamuis ieiune, deſcribente intelligitur, lib. 38. Eodem modo loquutus eſt noſter in Tib. Graccho, Ἄππιος Κλαύδιος προγεγραμμένος τὸ Ῥωμαίων βουλῆς.

Ibid. e. *Sponſione Lucium prouocauit*] Xyl. vertit, *Iuramentum detulit* Annotatque, Guarino impoſuit mendum, fecitque vt ſenſum peruerteret huius loci. nam ὁρισμὸν ſcriptum eſt male, pro ὁρκισμὸν quæ ipſa vox in Catone Cenſorio habetur in eiuſdem facti narratione: vt miret non animaduerſum librarii lapſum ab interptete.

382. b. *Hic ſexcentis conflictibus victor.*] Hanc & ſequentes periodos (in quibus ſumma comparationis fere ineſt) ita vertit Guarinus vt qui conferat cum Græca & noſtram orationem, facile ſit animaduerſurus cur noua verſione opus eſſe duxerimus.

Ibid. d. *Siquidem in prætura Nabim exegit Meſſene.*] Xyl. vertit, *Primatus enim Nabidem Meſſena eiecit.* In hunc locum ſic annotans: στρατηγὸς μὲν γὰρ ὢν eſt in Græco, contra & hiſtoriæ veritatem, quam in Philopœmene Plutarchus ipſe teſtatam fecit, (neque dixeris tantum virum ita cito ſui oblitum fuiſſe) & loci huius naturam atque propoſitum. Ergo audacter receſſi à codice Græco, quem particulæ negatiuæ omiſſione corruptum arbitror, itaque fuiſſe ſcriptum: στρατηγὸς μὲν γὰρ οὐκ ὢν, Νάβιν ἐξέβαλεν ὁ Μεσσήνης, &c.

IN PYRRHVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum,

PYrrhus rex Epiri bello maxime contra Romanos geſto nobilitatus eſt: quod anno ab V. C. CCCLXXII. incepiſſe rationes annalium produnt. Æqualis fuit Antigoni, & eius filii Demetrii Poliorcetæ, regum Macedoniæ. vide Gellium libro 17. cap. vltimo. Eius nos genealogiam ex optimis ſcriptoribus collectam in gratiam lectoris proponendam duximus.

PYRRHI GENEALOGIA & regum Epiri ſucceſſio.



EXPLICATIO.

Tharrytam Plutarchus quem vocat, is Pauſaniæ in Atticis eſt Tharypus: fuitque (vt ibidem traditur) à Pyrrho Achillis filio decimus quintus. Genus deduxit à filio Pyrrhi, & Andromaches Pielo. (qui apud Iuſtinum libro 17. Piales dicitur, qui medio natu inter duos fratres fuit) Arybas Æacidæ pater, aliis Arybbas, Pauſaniæ è Diodoto Siculo Ἀρύμβας, Arymbas dicitur. Filius eius Alcetas poſt patris Æacidæ mortem rex ab Epirotis delectus quum crudeliter regnaret, ab iis vna cum liberis eſt occiſus. Pauſan. Phthia mater Pyrrhi, filia fuit Menonis Theſſali, de quo Plutarchus in Phocione, bellum Lamiacum deſcribens. Alexander Olympiadis frater, rex Moloſſorum, in Brutiis bellum gerens periit. Liuius lib. 8. Strabo lib. 5. Iuſtinus, Oroſius, alii.

Pyrrhus multas habuit vxores: vt Antigonam Philippi & Berenices filiam, ex qua Ptolemæum genuit, de cuius interitu Plutarchus meminit. Ex Lanaſſa Alexandrum ſuſtulit, Agathoclis Siculi filia: ex Bircenna, Helenum.

383. b. *Templo apud Dodonam conſtructo* Xyl. vertit, *Condito apud Dodonam templo.* annotatque, κτισμένοις. Aretinus in

ipso (quod aiunt) limine impegit: ad id templum profectos vertens. Meam versionem confirmarem autoritate, si dubia res videretur. Cæterum παιδικὸν ἐπωνύμιον, forte erat ἐπώνυμον nisi diminutiuo & voce παιδικὰ ludicrum intelligas cognomen videlicet à crinium colore per iocum inditum: vti & hodie solet fieri.

Ibid. e. *Ex Lanassa*] Xyl. vertit, *Ex Anassa*, annotatque, Iustinus ex Trogo lib. 17. sic eam vocat, hanc ipsam rem perstringens: eum sequutus sum, quum Lanassa sit in Græco, tametsi Lanassa alia infra refertur.

Ib. *Bello Lamiaco*] Describit hoc Diodorus lib. 18. & quidem equitum ducem fuisse Menonem hunc scribit: quod & apud Plutarchum est in Phocione, in eadem historia.

384. b. *Contulerunt se ad regem Glauciam*] Iustinus appellat *Glaucum*. Cr.

Ib. *Inimicum AEacidis*] Xyl. vertit, *AEacidæ inimicum*. & annotat, Quod Olympiadem in bello contra Aridæum & Macedonas adiuuisse Æacides. Pausan. Atticis.

Ibi. c. *Prætulit Pyrrhus vultu truciore quam angustiore maiestatem regiam*] Xyl. vertit, *Fuit Pyrrhus vultu regio quidem, sed terribiliore quam venerabiliore*. & annotat, In maiestate vultus qualis in rege requiritur, & dignitas venerabilis & terribilis grauitas consideratur. hoc posterius priore plenius habuisse Pyrrhum, ait Plutarchus. Nam interpres inscite moderati principis meminit. De dentibus eius miror Plinium, quum simile de Prusia Bithyno commemoret, non meminisse, quum duobus locis de pollice pedis referat lib. 7. cap. 2. & cap. 4. lib. 28

Ibid. f. *Ad Ipsum*] Aretinus Hypsum scripsit, imperite. Est enim etiam apud Appianum in Syriaco I ψῶς, Ipsus: & Phrygiæ vrbs indicatur. Loquuntur autem de nobili illa pugna in qua Antigonus Demetrii pater succubuit, (de qua & Plutarchus in Demetrio) & Iustinus sub exitum lib. 15. & Appianus eo quem dixi loco.

387. d. *Polysperchontem*] Πολυσπέρχων nobilis fuit inter amicos & duces qui Alexandrum Magnum sequuti sunt. Vulgo Latine fere Polypercon scribitur, etiam apud Curtium: quam recte non video. Polysperchontem quidem omnes Græci dicunt, nisi vbi librarii scripturam mutarunt: sicut etiam in Apophthegmatis Plutarchi, quum idem refertur, mendosum est Πολυσφέρχης.

388. a. *Fratres domum sortiri acutis ensibus*] Imprecatio est OEdipi in filios sibi ex matre natos: extat apud Euripidem initio fere Phœnissarum.

389. a. *Ac Niseo accepto equo*] Aretinus equi epitheton omisit, vt & alia quædam hinc inde, quæ (opinor) non intelligens, quærendi maluit labore supersedere. Nisæa regio est Parthyenes, haud procul Caspiis montibus: ea equos præstantissimos maximosque aluit, quibus reges ipsi vterentur. Patet hoc ex Strabonis lib. 11. Plin. lib. 6. cap. 25. Explicauit etiam in suo Lexico Varinus, ex Eustathii in Bœotiam Homeri commentariis.

Ibid. b. *Ita Macedones partim concursu facto signum petiere*) Xyl. vertit, *Ibi vero Macedones accurrere, & tesseram petiere*. & annotat, σωθῆμα περιέχοντας αὐτῶν. hoc quid sit, non plane intelligo. Equidem nihil minus quam pugnam tum milites Demetrii postulabant. Videturque esse mendum, ac legendum σωθῆκας: aut certe σωθῆμα hic idem significare vt sit sensus, Milites ad Demetrium accurrentes, poposcerunt vt cum Pyrrho pacem fœdusque iungeret.

390. a. *Quum ad Edessam haberet hic statiua*] Aretinus eum ab Lysimacho ibi superatum vertit: sed Græca aliter sonant. Et quidem citra prælium erat potitus Macedonia Pyrrhus: eodem autem modo, nimirum nulla commissa pugna amisisse Plutarchus docet.

Ibid. c. *Sicut Achilles impatiens erat otii*) lib. 1. Iliadis. quum iratus ob ereptam Chryseidem bello & armis abstineret, otiosusque in tentorio suo desideret.

Ibid. *Prauitatem concionatorum*] Xyl. *Oratorum*: & annotat, δημαγωγῶν. Sic ii dicuntur qui in repub. versantur & orationibus suis populum mouent, qui quasi regnum in populo orando & suadendo dissuadendoue obtinent. Et hoc esse δημαγωγεῖν cum alias, tum ex Plut. Theseo patet. vbi de Mnestheo loquitur autor. Sed de hoc vocabulo satis apud Themistoclem.

391. b. *Omne id expugnare verba compta.*) Xyl. vertit, *Orationem conficere omnia*. & annotat: Locus Euripidis est in Phœnissis. Cineas autem scribo, Græco sequens, vt Plutarchum, Strabonem (apud quem ipsum etiam Κινέας in fine septimi nominatur) & Suidam. Vulgo enim fere per y scribunt hodie.

Ibid. d. *Pene cepit Agathocles*] Apud Iustinum hæc historia est lib. 22. & apud Diodorum disertius descripta, lib. 20.

Ibid. e. *Compotabimus quotidie*,] Xyl. vertit, *Quotidiano potu inuicem exhilarabimur*. & annotat κώθωνα festiuitatem Aretinus vertit, non admodum festiue. quid esset κώθων, vel ex Lycurgo Plutarchi intellexisset, & dicto Dionysii tyranni in Philippum, apud eundem in Timoleonte.

Ibid. f. *Quas hippagogas vocant*] Alii hippagines vocant, Liuius lib. 44. hippagogas Græco vocabulo, eas naues quæ transfretandis equis præcipue seruiunt.

292. b. *Quamdiu ex alto volueretur fluctus*) Xyl. vertit, *Dum adhuc ab alto irruerunt fluctus*. & annotat, πλαγίου est in Græco, idque sequutus est interpres: sed πλαγίου esse legendum, ex sequentibus non est obscurum.

Ibid. e. *Postquam Albinum Romanum consulem*) Xyl. vertit, *Postquam Lauinus, &c.* In Græco est mendum vbique, Ἀλβῖνος pro Λαβῖνος: oscitantia librarii, cui multas id genus corruptelas debemus. Crus. quoque annotat, constare, hunc fuisse Leuinum, non Albinum.

Ibid. f. *Et vltra Sirim amnem castra ponere*) Lyrim apud Florum legitur, in huius belli descriptione, l. 1. ca. 118. vitio librarii. Sirim autem Plinius etiam fluuium apud Heracleam agnoscit, l. 3. c. 11. esseque eum fluuium nauigabilem, Strabo addit lib. 6. Diodorus Siculus libro 12. eiusdem fluuii meminit, de condita à Tarentinis Heraclea referens.

393. d. *Fuit hic natione Frentanus*) Ferentaneæ turmæ præfectus dicitur Floro. & quidem haud scio, eosdem ne dixerint Frentanos & Ferentanos. Paulo post vbi est Dexous, Aretinus δεξιὸς legit, Dextrum vertit.

394. e. *Qui senectutis & cæcitatis causa fatiscens*) Iste Appius Claudius luminibus captus traditur, propter dimotam statu suo Herculis colendi & Potitiorum institutionem: Liuius libro 9. Simulatam ab eo cæcitatem vitandæ curiæ causa, Diodorus lib. 20. scribit. Orationis eius qua pacem cum Pyrrho dissuasit, Cicero etiam De senectute meminit, & alii.

397. c. *Ptolemæum Cerannum*) Is occiso Seleuco Magno, Antiochi patre, qui Lysimacho victo Macedoniam occuparat, regno Macedoniæ potitus est. Filius fuit Ptolemæi Soteris & Eurydices Antipatro natæ. Inde cum Gallis pugna congredi ausus, ab iis est cum exercitu cæsus. Appian. ad finem Syriaci: Pausan. Atticis. de bello Gallico hoc, vide omnino Iustinum lib. 24.

398. a. *Mamertini*) Hi qui fuerint, vtque Messana potiti, leges apud Polybium, post præfationem statim libri primi. Mamers lingua Oscorum fuit Mars. Inde nomen iis factum qui oraculi iussu ex Samnio patria sua expulsi, quum circa Taurominium Siciliæ consedissent, Messanensibus auxilio profecti, vna cum eis vrbem occuparunt: & à Marte, qui sorte ex reliquis diis obtigerat eis, Mamertinorum nomen sibi fecerunt. Sex. Pompeius Festus lib. 11. ex Alphii lib. 1. De bello Carthag.

Ibid. d. *Thenonem & Sostratum*) Suidas nescio quo autore Θώνωνα φρουράρχον, & Σωσίστρατον κραταιῶτα τῆς πόλεως appellat, Thononem præsidii vel excubiarum præfectum, & Sosistratum vrbis principem.

400. b. *In fauces quæ stenæ Græcis dicuntur*) Omisit hoc Aretinus. videtur fauces quæ sunt ad Antigoneam in Epiri ingressu, dicere: quæ Stena Græcis vocabantur. Vide Liuium sub initium lib. 32. Porro hanc eandem historiam eleganter persequitur in Atticis, haud longe ab initio, Pausanias: atque ibidem de morte Pyrrhi refert.

Ibid. d. *Minerua Itonidis*) Meminerunt huius cum alii, tum Apollonius ἀ Ἀργον. & Scholiastes ibi docet, ab Itonia seu Itone Thessaliæ vrbe dictam, cultam etiam Coroneæ in Bœotia fuisse Mineruam ἰτωνίαν. Itoniam vocat Polybius lib. 4. quo item ex loco apparet, in Bœotia eius templum fuisse: quod idem est in Agesilao Plutarchi. eius fanum haud procul Coronea abfuisse. De Ægis dixi apud Stephanum.

Ibid. e. *Haud dum rebus eius stabilitis*) Xyl. vertit, *Rebus ad hunc modum stabilitis*, annotatque, οὔπω δὲ τῶν πραγμάτων, &c. Aretinus οὔπω videtur legisse, Nondum satis firmis rebus, &c. idque vero est propius.

401. c. *Existet & te potior alius*) Xyl. vertit, *Fortasse à te tuti erimus*. annotatque, Hanc totam periodum omisit: haud scio an propter obscuritatem. Certe hic diuinaui, quum quid sit πεῦ καρπῶν non satis assequor, & vero mendum subesse puto.

Ibid. *Gortyniis in Creta*) Noster Corcyræis. quod si κουρῆσι

fuisset, scio potuisse ad Corcyræos aliqua ratione torqueri, quod alias ostendam. Sed tamen neque Κορκυραίοις legitur, & ἐν Κρήτῃ perspicue est additum, vt negligentiam mirer.

Ibid. e. *Longa octo iugera*] Sesquistadium Aretinus vertit: quod locum habere potuit si nouem iugera scripsisset Plutarchus: Iugerum enim hic non quale in agricultura, sed Geometricum intelligo, quod est sextans stadii. Vide quæ in Paulum ea de re annotauimus. Paulo post raritatem materiæ, χαυνότητα, recentiam operis vertit.

402. d. *Meras eas esse præstigias*] Xyl. vertit, *Nugas has esse.* & annotat, Πυλαϊκῆς ὀχλαγωγίας. Quid sit Πυλαϊκὸν, fateor mihi non satis constare. Apud portas otiosos homines conuenire nugandi & garriendi causa consueuisse, notum, & adhuc vsitatum est. Inde Πυλαϊκὴν ὀχλαγωγίαν arbitror dici inanes & vulgares fabulas, *tantarlin*, quibus rudes & inepti homines otioque abutentes delectentur atque teneantur.

Ibid. *Optimum id augurium*] Versus est quo Hector Polydamantem auguria occinentem reficit apud Homerum Iliad. 12. Eodem vsus est simili etiam ratione Epaminondas, prælium Leuctricum, dissuadentibus ob auguria nonnullis, initurus. Diodorus Siculus lib. 15. Pyrrhus suum nomen pro patriæ nomine posuit.

403. b. *Illique, dimissis quos in arma præter ætatem coegerat necessitas, ad pugnam se accinxerunt*] Xyl. vertit. *Et qui præter ætatem necessitate vrgente arma sumpserant, dimissi, eorumq; in locum alii suffecti sunt.* annotatque αὐτοὺς ὅτι τῆς μάχης. Pro αὐτοὺς nisi ἄλλους legas, non const b t locus αὐτοὺς legendum, vt ad eos qui recens venerant, referatur.

Ibid. c. *Iocinore sine capite inuento*) ἀλόβου. Contrarium Plutarcho dixit Aretinus, Sacris rite peractis. quum notissimum sit, esse ἀστυπικὸν μόριον, λόβους autem iocinoris quasi auriculas aut appendices prominentes.

Ibid. d. *Aptera ortus*) Et hoc omisit. Aptera fœm. gen. vrbs est Cretæ, apud Strabonem lib. 10. Stephanumque Apud Plinium l. 4. c. 12. Apteron legitur.

404. a. *Naupliam*) Antiquum Argolicæ regionis versus Laconicam oppidum, Vide Pausan. ad finem secundi.

Ibid. b. (*circumlambentia suum proprium sanguinem*) Xyl. vertit, *Lambere cruorem suum.* περιλιχμώμεναι τὸν ἑαυτῶν φόνον, Aretinus omisit. φόνος, præter cædem, etiam cruorem in cæde effusum, & aliquando locum cædis significat Græci Grammatici. Hic cruorem, vt apud Homerum, Ἄκρον ἐρευγόμενος φόνον αἵματος. Et apud Sophoclem Trachiniis de veneno suo Deianira: Νέσσου φύνοντος οὐκ φόνον αἰκιζόμεθα. Ceterum vbi est, Λυκείου πεζῆς Ἀπολλωνὶς legi ego, Λυκίου Ἀπόλλωνος. Causa ex morum sequentibus patet, Nisi quis contendat, Antistitæ nomen Apollonidis fuisse: & per Lycium, nomen Apollinis innui: quod non puto esse necessarium.

Ibid. d. *Cylarabin*] Gymnasium est, minus trecentos ab vrbe Argis passus. Liuius lib. 34. Meminit & Pausan. in Argolicis, vt & Apollinis Lycii, & fabulæ istius, reliquorumque hic nominatorum locorum.

405. c. *Impulsuque suo socios & hostes vna confudit*] Xyl. vertit, *Hostes pariter & amicos proruebat.* annotatque, In Græco locus est mancus, sed sententia non valde impedita.

IN MARIVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

MArii & Syllæ bellum ciuile, ita vt vix vlla alia historia, nobile est: tempusque & æquales Marii facile noti. Mortuus est Marius septimum consul, anno vrbis conditæ DCCXVIII. Quæ autem initio de nominibus disputantur, neque obscura sunt, & si quis plura vult, doctissimum Sigonii de nominibus Romanorum librum inspiciat. Sane C. Marium Nepotem quidam annales scribunt, contra quam Plut. asserit. Ego tamen Plutarcho facilius quam vel Cassiodoro, vel aliis eum sequutis, assentior: præsertim quia neque antiqua monumenta, neque vllus, quod sciam, vetustus & bonæ fidei scriptor Mario Nepotis cognomentum adscripserit. Metellum à moribus Nopotem, nimirum, à prodigalitate, cognominatum, Valerius lib. 9. cap. penultimo, affirmat.

406. c. *Qui Hispaniam tenuit*] Xyl. *Hispaniam obtinuit.* annotatque, In foribus, quod aiunt, labitur Guarinus, quum καταχόντος ita effert, *Qui Iberos in ius ditionemque populi Romani redegit.* Imo autem sibi occupauit eam prouinciam, & contra Syllam tenuit. de quo in ipsius vita cognosces. Mox pro Ῥωμαίους, dandi casus placet Ῥωμαίοις.

407. b. (*Cirrhæatone*) Hoc mihi nomen nescio quomodo suspectum est. Sane Marium fuisse Arpinatem, Ciceronis gentilem, vel ex initio librorum huius De legibus euidens est. Plinius lib. 3. cap. 5. in describenda prima Italiæ regione, Cernetum oppidum, & Cernetanos, qui iidem Mariani cognominarentur, refert: vt suspicari subeat ne, quod ille Cernerum dicit, Plutarchus (si modo non subrepsit menda, vt solet fere in propriis nominibus) Cirræatonem efferat. Sed nihil certi scio.

408. b. *Nihil dimisit tamen animos.*) Xyl. vertit, *Nihil plane de animi sui elatione remisit.* & annotat, οὐδὲ μικρὸν ὑφήκατο, &c. Guarinus contrarium sensum perscripsit, loco satis aperto. nam οὐδὲ negatio est, qua etiam τὸ μικρὸν amputatur. Si scriberetur οὐ μικρὸν, stare posset Guarini interpretatio: sed ipsa rei veritas tamen ostenderet mendum esse & legendum esse οὐδὲ.

Ibid. c. *Ait patronis ex lege non esse testimonii in clientem dictionem*) Xyl. vertit, *Patronum dicendi contra clientem testimonii necessitate antiquitus recepta Romanorum lege, liberari respondit* & annotat Guarinus hæc ita vertit vt qui patronus apud Romanos diceretur, ne intellexisse quidem videatur. Deinde quod habet: *Recipientibus autem iudicibus testimonium*, falsum est. Accepisse enim eos excusationem Herennii, ne is diceret testimoniũ, Plutarchi verba & sensus loci ostendunt. De iure autem patronorum & clientium quia supra Plutarchus in Romulo perspicue docuit, non est quod de hoc loco male vtique olim tractato, plura dicere oporteat.

409. c. *Atque eo bello præfectus fabrum in exercitu erat*] Xyl. vertit, *Et sub eo tum dux sociorum militabat.* annotatque hæc in hunc locum: Græca, καὶ ὅπερ τὸ ὅτι τῆς Τευτόνων ἔχων ἀρχὴν, συνεστράτευε. Guarinus, *Aduersus Teutones vna militauit, principatum & curam architectorum gerens.* Quid autem est hic de architectis quæso, & vero nisi Teutones verset nominasset, pro Τευτόνων eum legisse τεκτόνων verisimile fuisset. Equidem rem iam contra Teutonas gestam fuisse, Q. Metello Numidico magistratum gerente, ne verisimile quidem puto. Et militabat, συνεστράτευε est in Græco: vt videas non præteritam, sed præsentem militiam innui. Ergo mendum est in voce Τευτόνων, cui facilius mederemur fortassis si vita huius Metelli, quam scripsisse Plutarchum scimus, extaret: nunc quia de illa militia nihil nobis constat, rem in medio relinquimus. Suspicor sane esse sensum, cum ob paternum hospitium, tum quod sociorum copias duceret, Metello charum fuisse. T. Turpilium Silanum Salustius in Iugurthino bello nominat: idemque Vaccæ (quæ hic Βάγα dicitur) præsidium ex Italicis, hoc est sociorum P. R. militibus constitisse, haud obscure tradit. Ego in hoc & similibus locis circumspectius quam alii factitarint, versandum sciebam: ideo volui dicere quæ putarem. Amiotus plane τεκτόνων legit, & præfectum fabrorum vertit. quæ coniectura mihi non improbatur: nisi quod Sallustius videtur hoc indicaturus fuisse. Quanquam nihil obstat. quin alios autores sequutus sit Plutarchus. Paulo post, ποιούμενος ἴδιον τὸ ἔργον, *occasionem rei gerendæ nactum* Guarinus vertit, & Γύκλῳ, quæ Latinis Vtica dicitur, Itycam: annotandique ad marginem dedit occasionem cuidam, apud Sallustium Vticam legi: quasi non idem sit apud Plutarchum. Et mox, ἀναρρηθεὶς λαμπρῶς, oratione splendida habita. Quid est, si hoc non est, præuaricari officium interpretis? Multa id genus alia sciens omitto.

411. a *Et consopiuit ab occidente ingruens Italiæ periculum*] Nam Cimbri ad Rhodanum in Gallia Cn. Mallio & Q. Cæpione proconsule cum exercitibus deletis, in Hispaniam recesserant: inde in Galliam reuersi, Teutonis se coniunxerant, vt ex Liuiana Epitoma 67. patet. Hoc monui ne quem offenderet hic locus, quum à septentrione bellum eos Italiæ intulisse populos cogitaret.

Ibid. e. *Polus Septentrionalis*] Pleraque hic male Guarinus vertit, & obscure. Ratio rei iis qui elementa Astronomica gustarunt, non est obscura. Meminit etiam Herodotus

Cimmeriorum migrationis, haud procul initio libri primi.

412. c. *De gradu (vt perhibent) deiectus est*] Xyl. vertit, *De potestate rationis exiit.* & annotat, ἐξίστη τοῦ φρονεῖν. Guarinus nullo sensu, *calliditate excidit.* Saltem quæ sequuntur, insania correptum fuisse Iugurtham indicare animaduertisset. & nihil notius est quam ἐξίστασθαι φρενῶν, ἔκστασις, ὀκστατικῶς ἔχειν, ac similia multa.

413. b. *C. Lusius*] Sic legitur etiam in Apophthegmatis. Emendetur ergo hinc Valerii locus, apud quem in hac historia Clusias lapsu librarii legitur, lib. 6. cap. 1. Etsi is militem non Trebonium, sed Cœlium Plotium nominat.

414. c. *Carbonis casus & Cæpionis*] Σκιπίωνος est, mendose pro Καιπίωνος, in Græco. De Carbone præter reliquos, Epitoma Liuii 63. de Cæpione in 67.

415. c. *Ac composito gradu subsequebatur*] Xyl. vertit, *Sensim eos insequutus est.* & annotat, ῥαδίως: alter, *tumultuario bello.* quo quid à sensu magis alienum? Mox ὕδασι Σεξτίοις legendum, non Σεξτιλίοις, constat.

416. c. *Nomen suum intonabant idem identidem Ambrones*] Xyl. vertit, *Ipsi quoq; Ambronas mutuo conclamarunt.* & annotat, Locus est obscurus. & sane verba puto me fideliter expressisse, quæ id omnino videntur innuere, Ligures iactasse, sibi nomen Ambronum auitum esse. Sed de hoc nihil, præter hunc vnum locum, inuenio. Sane & Sex. Pompeius Festus Ambrones Gallicam fuisse gentem tradit: & apud Strabonē lib. 4. de ostiis Rhodani disputantem, mentio fit cuiusdam Massiliensium de Ambronibus victoriæ: vt appareat fuisse eos vicinos. Massilienses finitimos Liguribus esse, notum satis est. Hinc leuis quædam videtur posse simili coniectura.

417. d. *Vt igitur obluctantes illis Romani*] Xyl. vertit, *Quo factum est vt barbari Romanis resistentibus, ac sursum contendentes reprimentibus, pulsi paulatim in planiciem retrocederent.* annotatque, Contraria omnia & verbis & sensui loci huius habet Guarini versio: qui & Romanos cessisse in planitiem scripsit, & ἄνω desuper vertit, & δηβαστασμῶν scutorum collisionem.

419. e. *Campum apud Vercellas*] Vercellæ transpadanæ Italiæ oppidum est: cui regioni contigua est Venetia. Plin. lib. 3. c. 17. & 18. Hoc dico propter Florum, qui lib. 3. ca. 3. pugnatum fuisse in Venetia scribit, & in Campo Caudio. (alii Claudio legunt. sed & in l. De viris illustribus Caudio habetur: apud Velleium est in Raudis campis, haud scio quam recte) Sigonius Veronam pro Vercellis legendum putat: quod eo maxime nomine non admittendum videtur, quia ad Athesin est Verona: Cimbros trans Athesin procurrisse, historia perspicue docet.

420. b. *Habebant singuli tela bipennia*) Xyl. vertit, *Telum singulis bidens.* & annotat, δίβολια. Bina manibus iacula, Guarinus, & post eum Amiotus: quam recte, non video. Est quidem etiam apud Euripidem δίβολος ἄκων, in Rheso.

422. b. *Numii cædes*) Xyl. vertit, *Nonii cædes.* & annotat, ὁ Ὀνίου φόνος, male pro ὁ Νωνίου. Nonium omnes historici nominant, & Appianus diserte Νώνιον. Guarinus nescio quem Numium suppositum. Crusius autem annotat, epitomen Liuii habere Numium: alios Nonium: Plutarchum Onium, sed male.

Ibid. e. *Vt semel tanta de re præiudicare*] Xyl. vertit, *De re tanta magna ante cognitionem sententiam ferret.* & annotat, Guarinus locum hunc neque intellexit, & peruertit. Est autem προαποφαίνεσθαι εἰς πρᾶγμα. De causa nondum cognita pronunciare: non (vt ille habet) aduersari rei. Quod autem dixit tantum onus in se suscipere, id in Græco est ad verbum; *Tam latum habere collum.* qua de translatione aliquid in Cicerone annotaui.

424. d. *Silo Propedius*] Xyl. vertit, *Propedio Siloni respondisse.* & annotat, Is fuit Marsici, seu socialis istius, (quod & Italicum dictum fuit) belli autor atque dux: atque hoc nomine ab historicis afficitur Latinis, Velleio, Floro l. 3. c. 18. Epitoma Liuii 76. Valerio l. 3. ca. 1. Apud Strabonem lib 5. Πομπέδιος & apud Plut. initio vitæ Catonis Vticensis, Πομπαίδιος Σίλλου mendose legitur. Καὶ τὸ Πομπάσσιος, itidem ab Appiano l. 1. Belli ciuilis appellatur. Fuit ergo Q. Popedius Silo: & hic legendum Ποπέδιου, non Ποπλίου: quod miror ab interpretibus animaduersum non esse.

Ibid. *Quippe neque terga vestra illi, nec vos illorum aspicere os sustinuistis*] Xyl. vertit, *Nam neque illorum terga, neque hos eorum occipitia intuerent ausos.* & annotat, Habenas, Guarinus: legit enim (vt & in nostro fuit codice) ἰνίον. Sed videntur arguiæ loci hoc non recipere vocabulum. Est enim sensus: ita vtrosque fuisse timidos vt, vtrinque fugerint, & neutri neutros insequi ausi fuerint. Itaque *ἰνίον* legi, quod esse occiput constat. Amiotus faciem vertit, nescio qua occasione: nisi forte repudiato vocabulo ἰνίου, sensus quod videretur offerre, amplexus est. Sed nostra coniectura verbis Plutarchi ac sententiæ haud dubie est propior.

Ibid. f. *Eam ferunt* LXXV. *millibus denariorum Corneliam emisse*] Xyl. vertit, *Trecenta sestertia precium persoluisse traditur.* & annotat, Monstrose has summas peruertit, & ambigue extulit Guarinus. Etenim septem myriades & dimidia drachmarum sunt, seu (quod idem est) denariorum millia LXXV. Sestertium ita dixit Guarinus (ne dicam in numero eum erasse) vt an sestertios nummos indicet, an sestertia, (hoc est nummorum sestertiorum millia) non liquide constet. Prius puto. neque enim animaduerterat, quatuor sestertios vno denario aut drachma (has enim in summis accipiendis Græci indicant) contineri: quod legisse saltem in Syllæ vita eum oportuit, quam conuertit. Sed hæc alias. Eodem modo posteriorem summam corrupit. Si denarios decem æstimes in aureum florenum coronatum, (quod Budæus docet, & proxime verum est) prior summa efficiet septem millia aureorum, & quingentos: posterior Luculliana, CCL. aureorum millia, estque ea summarum proportio quæ ternarii ad centenarium numerum. Amiotus priorem summam ita vt nos demonstrauimus, effert. Luculliana autem tantum v ponit partem, L scilicet aureorum millia, quæ ad priorem hanc habet rationem quæ est vigenarii ad ternarium: videturque legisse, ὡνεῖται μυριάδων πεντήκοντα οὕτως, &c. omissis verbis καὶ δισχιλίων. Vtrum rectius sit, vix possim iudicare: itaq; quod in Græco reperi, id reddidi, quanquam verisimilior iudicari potest Amioti lectio. nam & ipsa tantum incrementum pretii habet, vt recte videas epiphonema de aucta prodigiose sumptuositate additum à Plutarcho.

425. c. *Quos nominabat Contra senatum*] Xyl. etiam ita vertit, atque sic in hunc locum scribit: Finxi vocabulum, vtut durum, (iunt enim Latini in duplicandis vocabulis quā à Græci infeliciores, vt est apud Liuium) quo αἰπεινόγκλιπον vtcunq; exprimerem. nam quod nomen suæ cateruæ indidisset Sulpicius, nondum apud Latinos legi. Consules porro tum erant L. Cornelius Sylla, & Q. Pompeius Rufus, anno ab V. C. DCLXVI.

Ibid. d. *At Sylla*] Xyl. vertit, *Sed ipse Sylla in commentariis, se non confugisse ad Marium, sed quum de iis deliberaret quæ eum Sulpicius gladiis strictis circumactum præter animi sententiam vti probaret vrgebat, eo modo de foro ad Marium vsque cōpulsum fuisse*, annotatq;, Locus est intricatus, & à Guarino perperam versus, nullo plane sensu. Vbi autem verti, *Quod ipsi postulabant, iustitium fuisse*, minus mirum est ab eo non intellectum, quum & Græca sint mendosa, πὰς πεᾶξις ἔλυσι, Sed ex Syllæ vita, vbi idem argumentum tractatur, satis constat legendum πὰς ἀπεᾶξίας ἔλυσι: ne id ex aliis autoribus petamus. Iustitium autem magnis tumultibus antiquitus consueuisse indici, cum alias; tum ex tertio Liuii libro patet. Mox de equitum numero, præsertim tam exiguo peditatu, in suspicionem veni ne pro τρισμυρίων sit legendum τρισχιλίων: hoc est III. non XXX. millia. idque ausus sum ita exprimere. sex legiones ei in Sylla Plutarchus, & Appianus lib. 1. Belli ciuilis, quatuor Orosius lib. 5. cap. 9. adscribunt.

426. e. *Excludit binos*] Xyl. vertit, *Ona parit tria*: annotatque, ὀκλίσι, non ὀκλυσεῖ. Est hoc verbum excludere. Apud Arist. lib. 6. cap. 5. De historia animal. idem Musæi versus adducitur, sed pro ἀλυβάζει legitur ibi ἀλεγίζει. quod quid sit, facilius intelligitur quam τὸ ἐλυβάζειν. hoc enim esse idem quod τρέφω, nutrio, in Lexico est, nullo testimonio, & forte ex hoc loco sumptum vocabuli glossema. Cætera vide apud Plin. ca. 3 & 6. l. bri decimi.

428. f. *Transmissoque mari tenuit insulam Meningem*] Meninx insula est è regione Africæ, non longe à minori Syrte, quæ & Lotophagorum insula dicitur. Polyb. lib. 1. Vide Plin. l. 5. c. 7. Cæterum Γάμψαν Hiempsalem, vt verti, Latini vocant. & Sextilius Appiano est Sextius.

429. e. *In portum Hetruriæ Telamonem inuectus*] Τελαμῶνι τῆς Τυρρηνίας. Portum esse, ex Plinio didici lib. 3. cap. 5. idque perspicuitatis causa adieci.

430. a. *Primo commeatum nauibus circuncidens*] Xyl. vertit, *Primum nauigiis circumuectus frumenta quæ hostibus aduehebantur auertit*, annotatque, Guarinus, quasi non esset notissimum ναυσὶ datiuum instrumenti, vt vocamus, esse, ac ἀποκόπτειν τὰ σιτία quid significaret: nautis pensionē præcisam à Mario finxit. quod indicandum duxi: refutatione non eget.

Ibid. c. *Quasi omnia ex sententia essent cessura*,] Xyl. vertit, *Bonū fore rerum statū*, annotatq;, Elegans est, sed cōcisa, oratio

ἐνθυμημα-

ἐυξυνισταμένων. nimirum περὶ πραγμάτων. vt Latini dicunt, Bene habet, & similia. Guarinus non intellexit, operæ pretium esse ibi manere vertendo.

431. a. *Ancharium*] Sic & in Græco, & in Appiano est, apud Florum Arquarius legitur, sed male opinor. De Bardiæis, quæ ratio sit eius nominis, fateor mihi nihil esse quod doceam.

433. a. *Et ædepol Tarsensem referunt Antipatrum*] Stoicus fuit philosophus, quod Strabo in Tarsi descriptione testatur lib. 14. Citatur eius de superstitione liber quartus apud Athenæum lib. 8. Vixit paulo ante Marii tempora, siquidem Plutarchus in vita Gracchorum, T. Gracchum ait ad leges ferendas à Blossio incitatum, qui huius fuerit Antipatri in vrbe discipulus. Idem in lib. περὶ εὐθυμίας, hoc idem Antipatri dictum refert. Platonis sententiam copiosius Lactant. lib. 3. ca. 19. Institut. refert.

IN LYSANDRVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

LYsandrum Lacedæmoniorum imperatorem victoria maxime de Atheniensibus de Ægos potamos parta, murique Athenarum deiecti nobilitant, & bellum Peloponnesiacum ab eo confectum. Incidit autem (quod etiam ex Polybii lib. 1. haud procul ab initio, intelligitur) in Camilli tempora, & Veiorum prope obsessionem, id facinus. De Græcis quos æquales habuerit, satis ex ipsa historia liquet.

433. e. *Achantiorum Delphis thesaurus*] Xyl. *Donum ab Acanthiis*. annotatque, θησαυρὸς, in Græco. Sed ea vox hoc loco idem quod ἀνάθημα significat, nisi fallor. eodem modo infra quoque vsus est. Porro autem Brasidas Spartanus fuit, qui Methonam ab Atheniensibus oppugnatam defendit, & præclaro facinore liberauit. Historia est apud Diodorum Siculum lib. 12. apud Thucyd. lib. 2. Acanthus autem Thraciæ seu Chalcidicæ vrbs maritima est, in Singitico sinu, non longe à fossa quam in Atho monte Xerxes fecit. Cæterum Acanthiis quid rei cum Brasida fuerit, curve eum tanti fecerint, satis ex historia apparet. Nam à Spartanis missus cum exercitu in Chalcidicam & Thraciam contra Athenienses, eas regiones magna virtutis & probitatis cum laude est tutatus. Vide Thucyd. libro 4. Diodorum quo dixi loco.

Ibid. f. *Secundum magnum conflictum Argiuis*] Xyl. vertit, *Argiuis post magnam illam cladem*. annotatque: Quam dicat, non satis scio. forte illam qua eos affecit Cleomenes Alexandridæ F. apud Argi fanum. de qua Pausan. lib. 3. & in Argolicis: quo loco de Telesilla scribit. Eam quidem cladem maiorem quam vt verbis explicari posset, fuisse testatur: quippe non victis modo pugna Argiuis, sed etiam eorum vxoribus, qui in Argi Niobes F. lucum confugerant, vna cum luco combustis. In Argolicis vitiose Ἀρείου pro Ἄργου legitur, & mendam, quæ facile poterat ex Laconicis corrigi, interpres retinuit, lucumque Martis vertit: quum sit Argi, filii Niobes, ipso docente id Pausania.

Ibi. *Nec quum Bacchiadæ*] Idem autor in Corinthiacis ostendit, Bacchiadas à Bacchide Herculis sanguine ortos, regnũ obtiuuisse in Corintho, atque inde à Cypselo eiectos. Historia est apud Herodotum in Terpsichore descripta. De iis paulo aliter interpres Apollonii, prope finem lib. 4.

434. a. *Aristoclitum*] Pausanias constanter Ἀριστόκριτον, Aristocritum, Lysandri patrem nominat. Porro autem Heraclidas eos vocari qui ab Hercule genus ducebant, notissimum est: deque eorum in Peloponnesum reditu, & regnis atque successionibus multa multi, & passim.

Ibid. b. *Aristoteles qui præcellentia ingenia &c.*] Xyl. vertit, *Aristoteles, vbi magnorum virorum temperamenta fuisse melancholica asserit*. Annotatque, Guarinus sensum non extulit. Locus Aristotelis est problemate 1. sectionis 30. Crũ. pro Herculis annotat legendum fortasse Heracliti.

Ibid. d. *Post acceptam in Sicilia cladem*] Victo cum copiis & capto Nicia. vide apud Plut. ipsum in eius vita, & Thucyd. lib. 6. In Græco ὑπὸ τοῖς ἐν Σικελίᾳ repone pro ἐμ τῇ Σικελίᾳ.

Ibid. *Vt sodalitia constituerent*] Xyl. vertit, *Vt sodalitates instituerent*.] Institutum Lysandri fuit, democratia per vrbes abolita, oligarchiam constituere, atque ita potestatem omnem à populo toto ad paucos quosdam suos amicos transferre. Itaque sodalitates istas institui iussit, hoc est factiones, quibus sui amici freti, popularem reip. formam protegentibus superiores fieri possent. Huiusmodi coitiones, sodalitiorum & sodalitatum nomine etiam aliquando intelliguntur. & meminit Cicero pro Plancio legis Liciniæ de sodalitiis. Alioquin collegia etiam verti commode iudico, quæ ipsa magno vsui rerum nouarum & malarum affectatoribus fuisse notum est. Itaque & L. Metello, Q. Martio cossulibus auctoritate senatus sublata sunt, & à Clodio, homine turbulentissimo, conuellendæque reipublicæ nato, decem post annis restituta. Cicero in L. Pisonem, ibique Asconius, Dio. lib. 38. Idemque post etiam à Claudio Cæsare ea scribit abrogata. Hoc loco, ἑταιρικὰ infra ἑταιρείας vocat Plutarchus, vt & in Agesilao. Dio quoque noster in simili re ita loquitur. Factiones enim istas & catertias, Cæsarianas, Pompeianas & Crassianas, qui contra democratiam & aristocratiam conspiraran, & πολιτικὰ ἔργα illud moliebantur, ἑταιρικὰ nominat, lib. 37. extremo. Guarinus mihi hæc commemorandi ansam præbuit, quia sensum loci minime expressit.

436. c. *Cui quum vnus ex admissionalibus respondisset*] Xyl. vertit, *Eorum qui ad fores stabant*, annotatq; περὶ ὅτι θυραῖος πνός. In Themistocle & Pelopida, & alibi sæpe, autor ita nominat aulicos magni nominis: quales forte sunt quos vulgo camerarios aut cubicularios dicimus: Sed & Ianitor videtur accipi posse hac dictione, Hic quia parum refert, ad verbum verti; Paulo post Guarinus ὑπερυθριῶν male reddidit.

Ibid. e. *Ad Arginusas*] Guarinus, *In Arginusis*. Nomen hoc varie scribitur, vt ostendit in Stephano De vrbibus, meam lectionem puto rectissimam. Historia est apud Xenophontem (sicut & priora) lib. 1. Rerum Græcarum. Meminit Cicero lib. 1. Officiorum.

439. b. *Excepta paralo*] Guarinus nimis quam absurde παράλου hîc oram maritimam vertit, Est autem παράλος, paralus, nauis (sicut etiam Salaminia, de qua est in historia Alcibiadis, & Theoris) nomen frequens apud historicos. publica fuit Atheniensium nauis publicis muneribus, vt legationibus, nuntiis, aliisque id genus rebus, destinata ob velocitatem. Multa de ea habet Suidas & non negligenda. Et qui ea naui vehebantur παράλοι dicebantur, vt apud Thucydidem lib. vlt. πλὼ παράλου ναῦν καὶ χρείαν ἀποπεμπουσιν. οἱ Σάμιοι &c. Mox περὶ τριήκοντα ναῦς, οἱ πεντακόσιοι δύο καὶ τρεῖς. ἐδήσαντες δὲ ἄλλους ἀφελόμενοι πλοῖα, &c. Quod sequitur, *Absumptis, quod ne, &c.* inepte & plane nullo sensu idem Guar. peruertit.

Ibid. c. *Ad AEgos fluuium ingens lapis*] Ex Plinio libro 2. capit. 58. colligitur, sexaginta circiter ante hanc naumachiam annis id factum: nisi intelligere velis Anaxagoram id prædixisse quod multis post annis euenturum esset. Locus est obscurus satis, & parum dextre conuersus à Guarino. Ex Platone & Aristotele atque Plutarcho, non est obscurum quid senserit Anaxagoras: idque nos expressisse vtcunque spero διάλοντας non esse radiantes, sed subito erumpentes, atque cum saltu quasi traiicientes stellas, notum est. Deinde lego ἀδιάφλιξιν ἡμῖν δὲ καὶ πτῶσις & pro πολύπλοις, πολυπλόκοις. De Daimacho autem quem mox citat Plut. nihil mihi aliunde constat. Suspicor esse eum Daimachum (Δαίμαχον) cuius Indica Athenæus citat lib. 9. Sed & supra in comparatione Solonis & Poplicolæ, Daimachus quidam Platæensis citatur.

441. a. *Lacedæmonios audias dicentes*] Xyl. vertit, *Lacedæmonios inuenias qui dicant*. & annotat, Contra mentem Plutarchi, versum ante fuit. Non enim laudat sed vituperat, Plut. in commentum & non ab Ephoris, aut Lysandro, sed iis qui hoc ferrent, fictum sermonem indicat.

Ibid. d. *Ingressum chori caneret*] Xyl. vertit, *Chori primam in scena votem*. & annotat, πλὼ παράδου, quo de vocabulo apud Dionis librum 47. dixi. extant versus in Electra, quæ nuper demum seorsim edita est: eique testimonium erunt, genuinam esse eam.

Ibid. e. *In quem condidit conuiuium suum Xenophon*] In libello cuius titulus Symposion finxit Xenophon id quod hic dicit Plut.

442. b. *Sub Ceramico multas cubare noctuas*] Locus est Athenis nomine Ceramicus, cuius multa etiam apud Latinos mentio Ceramus autem laterem, etiam tectum seu tegulam significat. Id innuebat Gylippi seruus, ab hero argentum esse subter tegulas abditum. Sed allusio in Græcis vocibus facilius quam Latinis intelligitur.

Ibid. d. *Et drachma sex oboli*] ἀθρόα τὸ δράπομαι, Comprehendo, nimirum. Citat hunc locum Eustath. in 3. Iliadis. Atque idem in primum librum eiusdem operis indicat, inter ὀβελὸν, verum, & ὀβολὸν, obolum, esse differentiam à posterioribus seruatam: & in α Vlyss. ὀβολὸν ἀθρόα τῷ βοληθῷ dictum tradit Consuli ista loca & diiudicari à diligentibus possunt: nobis satis est indicasse.

444. c. *Non vnum Vlyssem scilicet esse callidum*] οὐκ ἄρ' Ὀδυσεὺς, &c. Apparet Iambicum esse versum ex aliqua tragœdia, quem hic prouerbialiter citat, quasi diceret: Sensit Lysander, non se solum esse vafrũ, sed & alios istas artes notas esse & vsitatas. Ita Vlysses, qui callidissimus erat, eoque nomine seipsum prædicare solebat, dolus est à Palamede deprehensus, insaniam simulantis ne iret ad bellum Troianum. nota est fabula, & ex antiquo poeta versus ea de re Cic. lib. 3. Off. recitat. Ac fieri potest vt hic versiculus sit de Palameda Euripidis transcriptus.

Ibid. *Quum in Thracia Aphygæorum oppidum circumsideret*] Xyl. vertit, *Obsidenti ipsi Aphytim in Thracia.* & annotat, In Græco est, τῷ ἀφ' Ἀφυγαίων πόλιν. Estque sequutus id mendum, vt pleraque, Guarinus, & inquirendi labore supersedit. sequutus est etiam Amiotus. Est autem haud dubie legendum Ἀφυταίων, quod ex Pausania & Stephano nostro deprehendi, tametsi apud vtrunque mendum est. itaque eadem operatrium autorum locos castigabimus. Pausan. in Laconicis: A Mineruæ (inquit) ocularis (de qua dixi in Lycurgo) progressus fano, ad Ammonis sacratium venies. Videntur sane ab initio Lacedæmonii maxime omnium Græcorum oraculo Ammonis, quod in Libya est, vsi: & Lysandro Aphytin Pallenæ oppidum obsidenti, per quietem visus est Ammon dicere, expedire ipsi & Spartæ, bellum contra Aphytæos desinere: & quæ sequuntur. Ἀφυτιν πνὸν Παλλήνης est in Græco: sed articulus masculini generis fecit vt nomen viri, non oppidi, videretur. Ἀφυτιῶν, &c. legendum est. Quod ex Strabonis Epitoma apparet. ea enim Pallenem peninsulam esse, quatuorque in ea vrbes sitas, Aphytin, Mendam, Scionam, Sanem, docet. Stephanus autem, Aphyte (inquit) aut Aphytis, vrbs est Thraciæ ad Pellenem. est & ibi Apollinis oraculum. Non Apollinis, sed Ammonis (Ἄμμωνος pro Ἀπόλλωνος) lego: quum perspicue prioribus addat Pausanias: Aphytæos Ammonis colendi studio non cedere Ammoniis Africanis.

445. b. *Et primum Athenienses, ex Pyla mouentes*] A Phyla Guarinus & Amiotus, non recte. ex Xenophontis libro 2. Ἑλληνικῶν, vbi hæc res à Thrasybullo gesta describitur, apparet castellum fuisse inter Thebas & Athenas Πυλῶν, Pylam. Cæterum hic Guarinus ὀλιγαρχικοὺς inepte factiosos, sicut & supra factionis suæ homines, non satis perspicue vertit.

Ibid. d. *Quum Corinthii desciuissent*] Guarinus, *Incumbentibus*: vitiosam sequutus, vt solet, lectionẽ, quæ & in Apophthegmatis Plu hoc ipso de dicto est, ἐφεστώτων pro ἀφεστώτων.

446. a. *Te validum pedibus*] μὴ σθένων ἀφίππους. σθένων quidem genitiuus est, & ἀφίππους celerem pedibusque promptum significat. (Hom. Il. 1, Η' δ' Ἀτ' ἀθανάτοισι καὶ ἀφίππος---) vt videatur ad Spartam hoc debere referri: tametsi βλάπτω cum genitiuo construi non meminerim me legisse. possunt tamen esse genitiui absolute positi. Ita quidem legitur infra initio Agesilai, & apud Pausl. lib. 3. Vtrobique enim idem oraculum refertur. Post pro μόχθ ι est in Agesilao νοῦσοι. Et pro φθείμβροτον recte habet (vt metri ratio requirit) φθιρσίβροτον Pausanias: idemque κυκωμένου non κυλινδομένου scripsit.

447. b. *Mithridatem Persam*] Xyl. vertit, *Spithridatem.* Et annotat: Μιθριδάτῃ Mithridatem. Sed Xenophon (qui hæc omnia lib. 3. narrat) non ita, sed Σπιθριδάτῃ vocat, etiam initio libro 4. & sic est etiam in vita Agesilai apud nostrum.

Ibid. d. *Nec vero paucos vel contemnendos habuit sibi in hac fabula seruire parato.*] Xyl. vertit, *Multis & non vulgaribus ei ad partes paratis.* Annotatque, παρασταγωνισαῖς. quo vocabulo intelligi arbitor eos qui alias διυπερετῶνισαὶ dicerentur. Liuius lib. 3. Tribuni coram in foro personaret, Fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos. hoc est subseruire, διύπερε (vt in vita Ciceronis noster loquitur] λέγειν. Horatius Partes tractare secundas, ait. Cæterum falsa sunt quæ Guarinus dixit, & contra Plut. sententiam, venisse Silenum, & Delphis filium Apollinis professum, & reliqua, nihil enim tale est actum sed quidam administer sua formidine actionem fabulæ impedit. Quod satis aperte Plutarchi verba habent.

248. d. *Et Amphyteo*] Xenophon hunc non habet, sed cum Androclida Ismeniam & Galaxidorum, Pausan. præter Androclidam & Ismeniam, Ἀμφιθεμιν. Amphitemin, nominat. De sacrificio Agesilai Aulide facto idem, satis diserte.

Ibid. e. *Decimam prædæ*] Xyl. vertit, *Decimam manubiarum.* & annotat, In Deelea Thebanos consecratarum Apollini rerum decimam sibi postulasse, Xenophon ait, lib. 3. Rerum Græcarum.

449. d. *Illumque cum vate interficiunt*] Xyl. vertit, *Vna cum Mante* annotatque, μετὰ μάντεως, id est vate. Sed proprium-ne sit an appellatiuum id nomen, ambigo. interpretes appellatiue acceperunt.

450. d. *Oram confinem*] Xyl. vertit, *Oram agri.* annotatq; Ἔσχατα extremitas rei est. Homerus, Ἀχεῦ ἐπ' ἐσχατιῇ---. reliqua vt Dauus verti, non vt Œdipus. Certe κάμαξ palus est etiam apud Homerum, de vinea, Iliad. 6. Εἰσήκει δὲ κάμαξιν δεμνάρεϊ ἀργυρέοισι. Non me fallit, pro telo apud Euripidem vsurpari in Hecuba, Ἄλλαι δὲ κάμακα Θρῃκίαν θεώμεναι, teste etiam Scholiaste. Sed quid faceres in oraculo? Cæterum Δήλιον, Delium, in Tanagræorum finibus Bœotiæ oppidulum est, Steph. & Pausan. qui & ibi victos Athenienses & eorum ducem Hippocratem Ariphronis F. scribit à Bœotiis lib. 9. Descript. Græciæ. Eandem rem lib. 21. Diodorus descripsit, & Thucydides διεξοδικῶς lib. 4.

IN SYLLAM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii interpretum.

Nihil attinet de huius ætate annotare, & æqualibus: nobilis maxime Mithridatico & ciuili Mariano bello fuit.

451. c. *Rufinum ad consulatum aiunt aspirasse*] Xyl. vertit, *Rufinus consulatum gessit.* & annotat, Is fuit P. Cornelius Rufinus. Val. lib. 2. cap. 4. duobus consulatibus & dictatura speciosissime gesta, Senatu excidisse tradit. quod idem est apud Gellium lib. 4. cap. 8. & l. 17. cap. 21. Sane de dictatura mihi nihil constare fateor. Priorem consulatum anno v. c. 463. & in bello Samnitico rem præclare gessit. Eutro. lib. 2. Posteriorem, v. c. 476. durante contra Pyrrhum bello. Meminit etiam Cicero l. 2. De oratore, falsè dictum Fabricii de eo referens. Censores eum Fabricius & Q. Æmilius Papus Senatu mouerunt, quod decem (noster supra decem) pondo argenteorum vasorum possedisset. autores Valerius, Gellius, præterea Liuius lib. 14. (quod ex Epitoma intelligitur) Florus l. 1. c. 18. Actum anno v. c. 478. Ab hoc Cornelio Rufino sextũ fuisse Syllam hunc, Paterculus affirmat. Porro quod ad cognomentum Sylla attinet, meam sententiam supra exposui. Annotauit hic Amiotus, Syllam propterea à rubore faciei nomen hoc habere, quod Latinis ochra Syl dicatur, atq; illud pigmentum in ignem coniectum rubeat: vnde etiam purpureus color, syllaceus Vitruuio appelletur. Cui cur non subscribam, multæ sunt causæ. Primum, Sil per i, non y scribitur, apud Vitruuium l. 7. cap. 7. & 14. (sicut & apud Plinium vltimis duobus capitibus lib. 33) atque etiam Silaceus: vt parum hoc ad etymon vocis videatur pertinere. Deinde ochra & sil idem non sunt: quod patet ex eorum apud dictos autores descriptionibus, eoq; in primis quod ochra destituris, sil in eius locum adhibetur. Tum si sil quoque in ignem missum rubet, & syl sit scribendum: quid causæ sit cur non à natiuo potius colore (qui ochræ est flauus, seu pallidus) Sylla, quam ab eo quod isti pigmento in ignem conjecto accidit, dicatur? Quod si sil natiuo colore purpureum colorem habere dicamus, non erit id extra omnem controuersiam, quum quod de eius violaceo colore Vitruuius dicit, id cæruleo pigmento Plinius quo dixi loco adscribat. Plura qui velit

Philandri legat annotationes. Denique si ista cognomenti ratio fuisset, vix credo id Latinos scriptores, atque adeo etiam Plutarchum fuisse præteriturum: quum non vno tantum loco de eo dicat. Apparet certe σύλλαν, Syllam, Græco sermone aliquid ex albo rubens significasse: vnde antiquum Syllæ epitheton potuerit, quasi nouum, huic ob faciei colores tribui. Nam de prima origine cogitari idem potest.

453. b *Sapientem virum Euripidem fuisse*] Alludit ad pulcherrimos eius in Phœnissis versus, quibus à studio contendendi Iocasta & ab ambitione dehortatur filium Eteoclem, & ad æqualitatis studium adducere laborat. Noti sunt versus, & ab optimis passim scriptoribus allegantur. φιλοπμίαν, deam iniustam & perniciosam Euripides ibi vocat: noster δαίμονα, id est genium malum ac pestiferum.

Ibid. c. *Chalcidensem*] Χαλκιδεύς. Existimo Chalcide Syriæ hunc oriundum fuisse tametsi Stephanus χαλκιδεωὸν inde deriuet. Sed eius regulæ non sunt edicta prætorum. Meminit huius Chalcidis, & regionis Chalcidenes, Plin. lib. 5. cap. 23. in descriptione Cœlæ Syriæ: & Strabo lib. 16.

454. d. *Collegam*] Xyl. vertit, *In societate magistratus* & annotat, Nimirum consulatus. Socerum Syllæ fuisse. Q. Metellum, paulo post ostenditur: collegam fuisse Syllæ in consulatu eius altero, cum aliunde tum ex Gellio constat libro 15. cap. 28.

Ibid. e. *Apud Lauernam*] πρὸς Λαβέρνῳ. Lauerna Dea fuit Romæ culta, furibus præsertim & impostoribus. Id cum alias tum ex illo Horatiano ad Quinctium patet: *Labra mouet, metuens audiri: pulchra Lauerna Da mihi fallere, da iustum sanctumque videri: Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem.* Hinc & Lauerniones (teste Sex. Pompeio Festo) fures dicti, quod in luco eius (quem via Salaria fuisse Acron annotat) prædam diuiderent, siue (vt antiqui loquebantur) luerent. Veri proinde simile est, Lauernalem portam, cuius etiam Varro lib. 4. meminit, hic intelligi.

455. b. *Albinum*] Is fuit A. Posthumius Albinus. Historia est in Epitoma Liuiana LXXV. apud Valerium lib. 9. cap. De temeritate: apud Orosium lib. 5. c. 18.

Ibid. c. *Vt Titus Liuius ait*] Xyl. vertit, *Vt refert Liuius.* & annotat, ὁ Τίτος. Liuium intelligo: tametsi liber is non extat, neque eius rei in Epitoma mentio est. Incidit enim in librum LXXVII. Cæterum Græcis, ac præsertim nostro familiare est, prænomina pro nominibus ponere, vt & in Quinctio Flaminino crebrerime, & alias. Quod ad vxores Syllæ attinet, equidem non intelligo quæ fuerit Ilia ista, & omnino mendam esse puto: neque tamen inuenio remedium. Consulem non quinquagesimo sed vndequinquagesimo anno factum, apud Velleium legitur.

456 *Agrestium*] Xyl. vertit, *Agrorum possessores.* & annotat, Locus hic non satis est apertus: opponit autem κληματικοῖς, hoc est agrorum possessores, vrbanæ & forensi multitudini. & tamen mox χωρῖται & ἀγροῖκοι pro iisdem ponuntur: quum ante videbantur ἀγροῖκοι oppositi τοῖς κληματικοῖς. Sane eos qui multum agri possiderent, etiam in Agide & Ti. Graccho κτηματικοὺς noster palam appellat. quos eosdem hic suspicari aliquis possit χωρῖτας dici, ὡς ἐκ τοῦ χώρου: quibus opponantur forenses & vrbani homines, qui sunt ἀγροῖκοι. Sane & Guarinus κληματικοὺς Agrestes vertit. Ego (nihil enim diffitebor) qui passer vrbanis, cicada agrestibus, aut contra congruat, non intelligo. Itaque hic iudicium meum suspendo: & aliis qui locum enucleabunt, non illibenter agam gratias.

Ibid. e. *Qua de causa quum Pompeio abrogasset honorem*] Xyl. vertit, *Quum Pompeio consulatum abrogasset.* & annotat, ἐπάρχοντα ποιήσας. quod quid sit, non plane assequor. Prætorem factum à Sulpicio Pompeium, Guarinus ait: nescio quid aut quem sequutus. Fortassis ἀπάρχοντα scripsit Plutarchus, id est deiectum magistratu: sed id quo exemplo tuear non habeo. Sententiam quidem eandem apud Amiotum reperio.

457. b. *Apud Picinas*] Sic in Græco est: sed quæ sint istæ Picinæ, non scio. agrum quidem Picenum intelligi non arbitror. Guarinus habet Tritipa.

461. b. *Armamentarium Philonis*] ὁ πλοθήκη. fuit autem receptaculum mille nauium, valde nobile & laudatum. Meminit Cic. 1. De orat. & Plin. lib. 7. c. 37. Valer. lib. 8. ca. 13.

462. c. *Quæ arx quondam Parapotamiorum fuerat*] Xyl. itidem, *Arx Parapotamiorum.* & annotat, Guarinus male, *Finitimo fluuio arx fuerat.* quum vrbis hoc esse nomen ostendat disertè Plutarchus. Eam in Phocide collocat Stephanus, Pausaniam sequutus, lib. vlt. Notum est autem, contiguas regiones esse Phocidem & Bœotiam.

Ibid. e. *Q. Titius* Κόϊντος Τίτος. Τίτος legi. T. Quintius erit legendum, Qui in Græco est Ταμίνιος, cum Geminium verti: tametsi etiam Gabinii nomen affine sit huic scripturæ. Quod mox sequitur, *Vterque autem idem vaticinium afferebat*, certè diuinaui ita vt facile sim ei assensurus qui aliquid meliùs & certius afferat. est enim locus mutilus, vt puto, & ambiguus; nam quis ipsis ea forma apparuerit, non apparet. ταὐτὰ ἐκ τῆς ὁμφῆς. Malim ταὐτὰ pro τὰ αὐτὰ, id est Eadem.

463. c. *Gallus & Hortensius*] Galbam Guarinus posuit, sequutus (vt opinor) Appianum. nam in eius Mithridatico ita legitur ac rursus infra de prælio cum Telesino vbi legitur, Βάλβος, Balbus, interpres Galbam posuit. Mox (*cum Hircio*, Ἑρκίου est: puto Ἕρκιον, vt supra, quem Hircium verti. Deplorandum est, nomina propria ita deprauata esse quæ vnde emendemus; præter leues coniecturas nihil suppeditat.

466. b. *Deliacus*] Δηλιακός. Hoc potissimum deriuari ab insula Delo, Stephanus ait. Videant lectores attenti an à Delio potius Bœotiæ oppido originem trahat.

468. c. *Quare Adipsum nauigauit*] Xyl. vertit, *Traiecit AEdepsum.* annotatque Ἄδιψον. lege Αἰδήψου ex iis quæ à me in Stephanum περὶ πόλεων sunt annotata.

Ibid. d. *Et apud eum Nymphæum*] Vide de hoc loco quæ Dio noster habet lib. 41. Meminit etiam Strabo lib. 7. & inter miracula Plin. cap. 106. lib. 2.

469. c. *Ad Fidentiam*] Φιδεντίαν. Appianus Alexandrinus hoc apud Placentiam factum scribit. Sed neutrum locum temere mendosum habebo. Nam in eadem Italiæ regione & Fidentiam fuisse & Placentiam, scilicet in octaua, quæ Arimino, Pado & Apennino limitibus includitur, satis ex Geographis, præsertim Plinio, patet, l. 3. ca. 15. Simile huius est quod paulo infra de Syllæ cum Mario iuniore conflictu legitur: vbi noster Signium, Appianus Setium habet: quæ fuisse vicina oppida, ex eodem Plin. apparet.

Ibid. d. *Moram aliquam*, Xyl. vertit, *Procrastinandi occasiones.* & annotat, ἀναγωγῶν. Alliciendi rationes Guarinus reddidit, non sine sensus detrimento. Est autem ἀναγωγὴ id quod Cæsar lib. 1. Belli Gall. Ducere exprimit: Cæsar vbi se duci diutius videt, &c. Ne longe exempla petantur, sic noster initio fere Lycurgi est loquutus: οὕτω δὲ ἀναγωγὴν ἄγει τὴν τοῦ τοῦ ἀδελφοῦ, de vxore fratris grauida, quam spe tollendi è medio fœtus vsque ad partum ducebat Lycurgus. Hinc patet quid sit hoc & similibus locis ἀναγωγή.

Ibid. e. *Quadraginta in laqueum illectas aduersarias*] Xyl. vertit, *Ita Sylla viginti suis cohortibus tanquam ad alliciendum assuefactis auiculis, quadraginta hostiles aucupatus.* & annotat, παλεύσας μ' τὰς ἐξ πολεμίων. Guarinus παλαίσας videtur legisse quod ipsum si inuenissem, propter hæc vocabula, ἡδέσιν ὄρνισι, suspectum habuissem: ne quid aliud dicam. Iam ipsum vocabulum παλεύειν, quod est illicere & decipere, ideoque aucupio valde est accommodatum, non modo à Suida & Varino explicatur: sed & à Scholiaste Aristophanis in Auibus, ad versum, Αὖθις ὑμᾶς αὖ παρ' ἡμῖν δεδεμένοι παλεύσεπ. Meminit & Erasmus in Chiliadibus, prouerb. Columba sedens: cui, quod apud Suidam ἡμένη πτηνὰς mutandum in ἡμμένη autumat, nominem puto eruditum assentiri. Cætera malo ex ipsis quos citaui autoribus te petere.

470. d. *Pernoctauit ibi prope vrbem*] Xyl. vertit, *Stationem ante vrbem habuit.* & annotat, Hæc quum ad Syllam referret interpres, miror quid vel legerit, vel cogitarit. Sed omnia errata notare, nimiæ est curiositatis.

471. c. *Lucretium Ofellam*] Epitome Liuii habet *Asellam.* Cr.

Metrobius Lusiodus] Xyl. vertit, *Metrobiusque histrio.* & annotat, λυσιῳδός. Guarinus Bacchanaliorum cantorem vertit: nimirum eo (ni fallor) ductus quod λύσια quædam sacra apud Græcos in honorem Bacchi celebrarentur: quorum Suidas meminit. Ego autem Athenæum sequor, qui lib. 14. ex Aristoxeno tradit, λυσιῳδὸν vocari eum qui masculino habitu mulierum gestus exprimat: quod ipsum ex Athenæo Eustath. in penultimum Vlyssea annotauit. Histrio autem tametsi generale est vocabulum, tamen quia aliud non est in promptu, boni consulendum opinor. Cantorem vertit Amiotus.

475. b. *Puteolanorum dissensiones*] Xyl. vertit, *Dicæarchensium.* & annotat, Id est, *Puteolanorum.* Id & Guarinus ex ulti, & Plin. testatur cap. 5. lib 3. & Appianus sæpe, præsertim etiam lib. 5. Bell. Ciuil. Puteolos ita appellat. Puteolis autem mortuus est Sylla: autor De viris illustribus.

IN CIMONEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum.

Cimonis ætas ſatis illuſtris eſt, bello præſertim Perſico aduerſus Xerxem. De patre eius Miltiade, & matre Hegeſipyla, legi poteſt Herodotus libro ſexto.

480. e. *Coalemum*] κοάλεμος. Vocabulum ductum ἀφὰ τὸ κοεῖν & ἀλᾶσθαι, quod eſt Errare & mentis impotem eſſe. Euſtathius annotauit in Iliad. 6. & ſic etiam interpres Ariſtophanis in Equitibus exponens oraculi verſum, Γαμφυλῆσι δράκοντα κοάλεμον ἁρπαπτώτιν.

Ibid. f. *Piſianactia*] Iuſtinianus Pleſianactium habet, neſcio quid ſequutus, & ne mendum typographi crederem, facit quod idem eſt apud Amiotum. In Græco eſt Πλησιακτίῳ, Pleſiactio: quaſi dicas quæ vicina ſit littori. Sed ex Pauſaniæ Atticis diuerſum apparet. Apud Diogenem Laertium libro ſeptimo in vita Zenonis legi, porticum eam antiquitus Peiſianactiam appellatam: inde à pictura Polygnoti Pœcilen (id eſt variam) dictam fuiſſe. quod & Suidas & alii habent: & nomen Pœciles eodem modo interpretatur ipſe Pauſanias. itaque hic in Plut. mendum eſt, τῇ Πλησιατίῳ τόπῳ καλουμένῃ, reponendumque Πεισιανακτίῳ, vel (vt Suidas & Varinus ſcribunt) Πεισιανακτείῳ. Meminit rei de qua hic diſſeritur, Plinius etiam, lib. 35. cap. 9. In Pentametro autem Melanthii verſu, mendoſa eſt victima vox ἀγραῖοιν: ſed aliam ſubſtituere non auſim.

481. a. *Aperte ferant contractis nuptiis.*] Autor libelli De viris illuſtribus ad Atticum, ſiue is omnino eſt Æmilius Probus, licuiſſe Athenienſibus eodem patre natas vxores ducere affirmat. Quod tametſi ſcio quoſdam non indoctos homines in dubium vocare, ac maxime eo niti argumento quod Cimon ob conſuetudinem ſororis Elpinices præſertim apud ciues culpatus, adeoque etiam teſtularum iudicio in exilium actus perhibeatur: tamen eorum eſt veritati poſthabenda autoritas. Non enim quod matrimonio ſibi eam iunxiſſet Cimon, ideo accuſatus fuit: ſed quod ea citra nuptias abuſus credebatur. quod facile ex Plutarchi verbis intelligere quiuis attentior poſſit, & apud Athenæum quoque, huius rei mentionem lib. 13. inducentem, non ſimpliciter eſt τῇ ἀδελφῇ συνόντος: ſed additum ξυνόμως. quod opus non erat ſi quidem omnino & quouis modo corpus cum ſorore miſcere apud Athenienſes vitio fuiſſet datum. Et vero idem noſter Plutarchus in Themiſtocle refert, huius filium Archeptolim ſororem ſuam Mneſiptolemam, alia matre Themiſtocli natam, in matrimonium duxiſſe: eo ſcilicet exemplo quo Æmilius Athenienſibus vti permiſſum ſcripſit. Quod monere volui ne quis temere ſecus de bonorum autorum dictis ſtatuat.

482. e. *Quare Hermas illos lapideos*] Xyl. vertit, *Vt lapideas Mercurii ſtatuas.* & annotat, Poſitæ ſunt Athenis in porticu Mercuriali. Vide hac de re orationem Æſchinis in Cteſiphontem: vbi & hæc carmina recitantur, etſi paululum aliter quædam legantur. Quod de Meneſtheo citatur Homeri præconium, eſt lib. 2. Iliadis, in Claſſis recenſione.

484. d. *Curialium eius Laciadarum*] Idem hoc ex Theophraſto refert Cicero lib. 2. De officiis.

Ibid. f. *Fortis Ageſileo*] Pentametrum oportet eſſe: itaque ſic ſcriptum ab autore opinor: Νίκας Ἀγησίλεω τοῦ Λακεδαιμονίου. In Cratini verſibus pro κάτω δ' ἤυχεον, ſcribendum eſt κάγῳ.

487. c. *Auri metalla*] τὰ χρυσία mallem χρυσεῖα. ſic & ſupra eodem libro de Thucydide. Iuſtinianus vtrobiq; Chryſia poſuit, quaſi nomen proprium eſſet. notæ autem Thaſiorum ſunt diuitiæ & iſtorum locorum metalla.

489. b. *Ilota enim*] Xyl. vertit, *Ruſtici enim.* & annotat, ἰδιῶται intelligit autem ſeruos Lacedæmoniorum qui ipſis agros colebant, Heilotas. Loquitur enim de bello quod ii Meſſenioram auxilio contra Spartanos, eorum rebus terræ concuſſione afflictis, ſuſceperunt. cuius etiam in Lycurgi vita eſt facta mentio.

IN LVCVLLVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum.

QVæ ſequuntur in hoc opere Romanorum vitæ, ad idem prope tempus pertinent, Nam, Gracchis exceptis, qui Lucullum ac cæteros, & ipſum etiam Syllam, non ita multum ætate anteceſſerunt, reliqui omnes Syllam ſtatim ſubſequuti ſunt, eoque fere ordine quo eorum vitæ hic exponuntur, claruerunt, bello cum Mithridatico tum ciuili Pompeiano, & quæ id ſubſequuta ſunt, nobiles. vt non opus habeam de eorum porro æqualibus aut ætate plura annotare: quum nihil iſta tempeſtate ſit in hiſtoria Romana celebratius atque notius.

491. d. *Poſtulando peculatus accuſatore patris ſui*] Xyl. vertit, *Patris ſui accuſatorem de publico crimine accuſaret.* annotatque, Ita prope ad verbum eſt in Græco. Quod autem hic ἀδικεῖν δημοσίᾳ dicitur, Iuſtinianus peculatum in ſpecie expreſſit, idque Amiotus etiam habet, (in Pompeio aliter deſcribitur peculatus, diſerte enim dicitur κλοπὴ δημοσίων χρημάτων) ego malui relinquere in genere, nihil enim mihi conſtat de eo crimine quod à Lucullo intentatum Seruilio ſit. Cicero in Acad. quæſt. editionis prioris lib. 2. qui Lucullus inſcribitur, mentionem huius rei facit: ſed neque reum neque crimen nominat. in oratione autem de prouinciis conſularibus inimicitias Seruiliorum & Lucullorum grauiſſimas commemorat. Quod de accuſationibus hic dicitur, idem lib. 1. Officiorum copioſe explicat.

Ibid. f. *Vt thunnus*] Θοῦς βολᾶς πέλαγος ὡς διεφόβει. Iuſtinian. male, *Thynnus irretitus.* Senarius eſt iambicus, neſcio vnde depromptus. Thynnus piſcis dictus eſt ἀφὰ τὸ θύνω, τὸ θύω, ὀφεῖν ὁρμῶ. à dando impetu, & motus vehementia. nam ſub ortum canis œſtro agitatur, Multa de eo ex Ariſtotele & aliis habet Athenæus lib. 7. haud pauca Euſtathius in ξ Iliad. & μ ac χ Odyſſ. qui quidem etymologiam iſtam confirmant. βολαῖος non irretitum, ſed incitatum ſiue impetuoſum ſignificat, ἀφὰ τὸ βολή, Ictus, teſte eodem Euſtathio φοβεῖν ſatis notum eſt vocabulum. Senſus itaque eſt, quemadmodum thynnus œſtro ſuo incitatus per mare ſecum impetu fert, idque conturbat: ita conſueuiſſe ſuis orationibus forum Romanum oratores cæteros concitare. Id quoque quod ſtatim infert, αὖος ἀμοιβαῖος πεθυνηκώς, ex aliquo poeta puto eſſe deſumptum: &, niſi fallor, etiam alibi legitur, ſed non ſuccurrit.

492. c. *Græcis myoparonibus*] Annotator margini alleuerat, nauigii eſſe genus: idque ex Suida. quaſi vero id non vnus quilibet ſtatim potuiſſet intelligere. Nauigium fuiſſe piraticum, vel ex Cicerone conſtat, qui in Verrinis ei piratici adiectiuum adiungit, vt & paulo infra λῃστρικὸν μυοπάρωνα dicit Plutarchus: & lib. 3. De repub. quem locum, & alium Salluſtianum, citat Nonius Marcelius, Sex. Pompeius ait nauigium eſſe ex duobus diſſimilibus formatum, midio & parone. Ego quidem vtrunque eſſe nauigii genus ſcio, & vtriuſque eo nomine mentionem facit Gellius lib. 10. cap. 25. vt vero myoparon inde componatur, vel vox, vel nauigium non intelligo.

493. e. *Qui amicum nuper & imperatorem interfecerat ex ambitione*] L. Valerium Flaccum conſulem. vide Epit. Liuianam 82. & paulo poſt ipſum Plutarchum.

Ibid. d. *Iterum ad Tenedum appetentem ſe maiore apparatu percipiens Neoptolemum*] Interpres hunc locum peruertit, & alio tranſtulit quæ perſpicue ad Neoptolemum pertinent καταδῶν autem *Negligens.* tranſtulit, negligens ipſe. Eſt enim καταδεῖν non deſpicere, ſed conſpicere aliquid. Lectum, promontorium eſt, Æolidem à Troace diſtinguens. Plinius l. 5. c. 30. & alii.

495. d. *Ad Propontidem tuendam & Bithyniam protegendam mitteretur* Xyl. vertit, *ad propugnandum pro Bithynia*,] προπολεμήσων τῆς Βιθυνίας. Iuſtinianus, *Debellandam Bithyniam*, quod ſi legiſſet προπολεμήσων, tamen conſtructio eum poterat monere id verum non eſſe: hoc enim verbum cum datiuo conſtrui, notiſſimum vel ex noſtro autore eſt: quum hic patrius ſit caſus, ne dicam notum eſſe ex hiſtoria Bithyniam tunc fuiſſe Romanorum. Paulo poſt Fimbrianos milites affectaſſe imperium dixit: quod neq. verba Plutarchi habent: &

falsum est. Sed persequi omnia id genus σφάλματα, aut etiam pleraque, nimis est longum.

496. *Sed quia Marius, quem ex Hispania miserat Sertorius, &c.*] In vita Sertorii à nostro hic M. Marius appellatur. Et quidem etiam alii Marii præter magnum illum ac VII. consulatibus insignem Marium, Romanis fuerunt, vt Gratidiani Sertorius autem quum à partibus Marii steterit, verisimile est eum istos secum inter alios habuisse quos proscripserat Sylla. Apud Appianum in Mithridatico legitur M. Varius.

504. d. *Vt addicti seruirent creditoribus.*] Xyl. *Et ad extremum addicti in seruitutem abducebantur.* annotatque, αὐτοῖς δ' τέλος μὲν ἐν τοῖς πρόσθεν χρωμένοις δουλεύειν. Iustinianus male, *Tributi vice impositum erat illis.* quasi τέλος hic non sit aduerbii loco positum, & postremum significet. Quidam in Lexico Græco ex his verbis (citat enim locum) colligit ac docet, πρόσθεν aliquando esse id quod Latinis creditor. id & innumera alia, magnam temeritatem imperitiamque hominum arguit. Est autem similis dictio ac quum dicitur, συνέβη αὐτῷ αἰχμαλώτῳ γενέσθαι, Accidit ei vt in bello caperetur, & similia: quorum ratio in Grammaticis exponitur. πρόσθετος autem nihil est minus quam creditor. cum autem significat qui ære alieno obligatus, quum soluendo non sit, creditori addicitur (προσπίπτει) & in seruitutem ei deditur. Latini Addictum appellant: & ipsa res, Addicere. Quod multis locis Ciceronis & Liuii, præsertim l. 2. & 6. demonstrare possem si res adeo esset obscura. nam & hoc notum est, inde factum vt qui summo studio & opera aliquem colunt, eive inseruiunt, eos addictos appellemus illi. Hoc modo & simili origine ac ratione autor noster de Antonio Cleopatræ dedito & quasi mancipato dicit, ὁ δὲ οὕτως ἀρὰ τῷ προσήκει τῆς γυναικός, Antonius vero adeo Cleopatræ addictus erat. Assecla in Lexico & comitem inepte verterunt.

506. c. *Mouit præterea ex loco viuendi consueto*] ἐκίνησεν ἐξ ἤθων, *Ex Ethis amouit*, interpr. ἦθος non modo significat morem, ingenium, indolem & similia: sed & locum eum in quo aliquis vitam degere consueuit, sicut Arabes illi in suis tabernaculis, & Scythæ ἁμαξόβιοι in suis plaustris, Troglodytæ in cauernis, &c. Vtrunque πρὸ τοῦ ἔθους est, & τὸ ἔθος. Sic & Herodotus libro 1. vsurpauit, Κιμμέριοι ἐξ ἐθέων τοῦ Σκυθικοῦ πρὸς νομάδων ἀναπαύεται. & alii. Atque etiam Homerus Iliad. ζ. sub finem; Ἵππῳ ἐν ἠρῶα φέρει μετὰ τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων: de equo à præsepi liberato, & Odyss. ξ, de suum stabulis, Τὰς μὲν ἄρα ἔρξαν κατ' ἤθεα κοιμηθῆναι.

514. f. *Id enim vnum ex prætoribus dixisse aiunt L. Quintium*] Xyl. vertit, *vnum Tribunorum plebis.* annotatque ἕνα τῶν στρατηγῶν Λ. Κόϊντον. crebro στρατηγὸς ponitur pro eo quod Latinis est Prætor. Sed hoc loco arbitror generalius sumptum ac etiam tribuno plebis attributum. Nihil enim hæc ad prætores: & quidem non modo hic dicitur tribunos plebis Romæ Lucullum traduxisse, sed & Sallust. lib. 5. (citatur locus à Prisciano) lege Gabinia ait successorem Lucullo missum M. Acilium Glabrionem consulem. Fuisse autem tribunum pl. Gabinium 5 ex Dione & aliis constat. Similis locus est in Cicerone de Roscio, qui gradus equitum in theatro distinxit; M. Ὄφων στρατηγῶν: quum fuisse tribunum plebis ex Liuii lib. 99. & multis aliis sit notissimum autoribus. In Græco hic quum essent duo prænomina, ex altero nomen feci: tametsi fateor nihil mihi de L. hoc Quintio constare. Crus. hic annotat, C. Manlium tribunum plebis hæc fecisse ostendit Epitome Liuii.

518. e. *Horatius*] lib. 1. Epist. ad Numicium. Crus. hic annotat Horatium dicere quinque millia.

320. c. *Vectium quendam*] Βρέττιον. inde Iustinianus Brutium. est autem L. Vectius de cuius à P. Clodio ad hoc subornati indicio Cic. sæpe, præsertim in Vatinium, pro Sestio; & lib. 2. ad Atticum: Appianus lib. 2. Dio. lib. 38. alii.

Ibid. d. *Cornelius nepos*] Amatorio veneno periisse Lucullum, testatur etiam Plinius lib. 25. cap. 3.

IN COMPARATIONEM.

521. a. *Plato Orphea*] Locus est valde elegans, lib. De rep. 2. vbi Hesiodi etiam, Homeri, Musæique de felicitate defunctorum nugæ refelluntur. Alterum Platonis dictum de exostracismo Cimonis, est in Gorgia.

IN NICIAM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

NIcias Athenienſium dux, Alcibiadis æqualis fuit, belloque Peloponnesiaco periit in Sicilia.

523. d. *Subinde vero ad Xenarchum delabitur*] Itidem Xylander, & annotat, ὑπορρέων εἰς τὸν Ξέναρχον. Est hoc obscurum & omisit proprium nomen Guarinus. Comicum fuisse Suidas ait, citatque haud paucos eius versus hinc inde Athenæus. Mimos eum scripsisse Aristot. initio poetices affirmat, sicut & Sophronem & Sotadem: quod cum prioribus non pugnat, quando Sophronis etiam comœdias Athenæus nominat. neque obstat quo minus idem genus scripti vtrunque coluerit. Cæterum ex his quæ extant Xenarchi reliquiis, nihil de hoc loco possumus statuere: melius fortassis iudicium facturi si mimorum aliquid extaret. Videtur autem allusio ista, vocabulorumque ad suam etymologiam applicatio, à Xenarcho vsurpata fuisse: quæ vt comœdiam mimumque deceat; tamen seriæ historiæ parum conueniat. nam Timæus etiam in Νικίου τῶν νίκλω nomine luserat, & ad Hermocratem Hermas detorserat: quod in historia βαίαστον, in comœdia non indecorum est, si tempestiue adhibeatur. quomodo ille Plautinus parasitus Peniculi nomen habere se dicit, à detergenda mensa.

Ibid. e. *In iis vero quæ imitari queat nemo, etiam prorsus insulsi*] Xyl. vertit, *Stupidi autem hominis velle cum iis certare quos imitando assequi non possit.* annotatque, Hæc mirifice peruersione sua obscurauerat Guarinus. Est autem duplex reprehensio Timæi, quod & de eloquutione cum Philisto contendisset & ea quæ nulla imitatione poterat æquare, superare instituisset: quorum alterum leuiculum, alterum etiam stultum Plutarchus iudicat. Paulo post idem Thucydides cum Pericle ait reip. profuisse, &c. quum aduersarius eius fuerit, & plerunq; ei repugnans, in exilium tandem ab eo sit actus.

523. c. *Vt ait Thucydides*] libro septimo, vbi de eclipsi solis refert.

Ibid. c. *In Marica*] ὁ Μαρικᾶς, Maricas, comœdia fuit Eupolidis, scripta in Hyperbolum Athenienſem: de quo Plutarchus cum alibi tum hoc etiam ipso libro, autor Scholiast. Aristophanis in Ranis. Barbarum esse vocabulum, & patrium casum μαρικάνης habere, Eustathius in β Iliad ex Herodiano scribit: alii κίναιδον exponunt. Cæterum hi versus propter omissas personas, & quia antecedentia ac sequentia desunt, per se obscuri sunt: vt æqui esse debeant si quibus non satis fecimus. Distinxi personas literis adiectis.

Ibid. e. *Apud Aristophanem*] In comœdia quæ inscribitur Equites. est autem lapsus memoriæ. non enim Cleonis sunt, sed Agoracriti seu Allantopolæ verba, respondentis Cleoni. Cæterumque paulo post Agamemnonis verba citantur ex Euripide, in Iphigenia Aulidensi. Leguntur vero aliter, aliamque efficiunt ibi sententiam. Est enim ibi non ὄγκον, sed δῆμον, non Fastum, sed Populum, & pro τῷ δ' ὄχλῳ est τῷ τ' ὄχλῳ. Ac turbæ, sicut & πρεσβυτέρῳ legitur non δέ. Omnino autem is locus videtur totus eo referri vt ostendat Agamemnon suam (vt principis) vitam totam à populo pendere, eiusque esse voluntati accommodandam; itaque ne flere quidem sibi, & suam calamitatem deplorare permissum, quod cuiuis liceat de vulgo. Nulla ibi ὄγκου vel maiestatis mentio.

526. d. *Ex Pachetis casu*] In Græco mendose Λάχητα pro Πάχητα, quod sequutus est Amiotus. nam Guarinus Lachitam finxit, Loquitur autem de Pachete Epicleri P. qui Lesbum recepit. Vide Thucydidem lib. 3. Diodorum l. 12. & nostrum ad finem Aristidis. Sed & reliquæ historiæ ex Thucydide præsertim repetendæ sunt: quas peruertere interpretes, pro Delio Bœotiæ insulam Delum ponendo. De Pylo Thucyd. lib. 4. initio.

528. c. *Pharmaca multa*] Versus est de Ægypto, ex Homeri Vlyssea lib. 4.

530. d. *Hyperbolus*] Vide supra in Alcibiade. Fuisse fabrum lucernarum, & pro ære plumbum suppositisse, vt eo plus appendentes maius precium ferrent, annotauit aliquoties Aristophanis interpres. Idem in Vespis refert ex Andocide, patrem eius stigmatiam fuisse, & in sectutis argentarius populo seruiuisse: & ex Theopompo, ipsum Hyperbolum sexcenn. li

ostrascimo patria eiectum, in Samo mortuum, eiusque cadauer vtri inclusum in mare abiectum fuisse. Quod autem carcerem & compedes dixi, in Græco est κώφων, vox dicta ἀφ' τὸ κώπτειν. Erat autem lignum quod alias κλοιὸς dicitur, cui sontes ita illigabantur vt collum eorum deorsum comprimeretur, neque suspicere possent. Latinorum numella simile nonnihil habuisse videtur.

533. f. *Loco quindecim prætorum*] Ita perspicue in Græco est, & apud Thucydidem lib. 6. Guarinus additos tres prioribus xv. falso dixit: ac de suo addidit iurare eos coactos, statim finito bello se imperio abdicaturos.

534. c. *Epipolas*] Pars est Syracusarum, de qua etiam alias. In Græco mendum est, ὄπτολας': quod sequutus Guarinus, nescio quid epistolarum de Niciæ aduentu commentus est. Porro Thapsus peninsula est propinqua Syracusis, in angusto sita Isthmo, & ad mare porrecta. Thucydid. prope finem libri sexti, in huius rei descriptione. Cuius haud scio an meminerit Maro l. 3. Æneidos hoc versu, Pantagiæ Megarosque sinus, Thapsumque iacentem.

538. c. *Per otium dixit deliberandum*] Xyl. vertit, *Per otium se deliberaturum.* & annotat, βουλεύσασθαι καθ' ἡσυχίαν. Guarinus Statim, quod est contrarium. Iam quæ de Demosthene inferuntur, omnino sunt eius in versione depraua ta. καπυηχεῖν τῇ γνώμῃ facile apparet esse Sententiam suam cum bono aliquo & commodo eorum quorum interest obtinere: & particula οὐδὲ non ad ἐπαύσατο, verum ad καπυηχήσας pertinet. Legendum porro multitudinis numero συνεχώρησαν, & ad ἄλλοις, id est, collegas Niciæ reliquos, referendum.

542. e. *In rotam deligatus*] Xyl. vertit, *Rotæ alligatus est.* & annotat, εἰς τὸν τροχὸν καταδεθείς. Guarinus male Carcerem. Erat autem rota quæstionibus & tormentis inseruiens, cuius etiam prope finem vitæ Phocionis meminit noster.

IN CRASSI VITAM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii interpretum.

QVod initio statim huius vitæ verba hæc Plutarchi, ἀποθανόντος δὲ τοῦ ἑτέρου τῶν ἀδελφῶν, τὴν γυναῖκα συνῴκησε, καὶ τοὺς παῖδας ἐξ ὁκείνης ἔσχεν, οὐδενὸς ἧττον καὶ τοῦτο τοῦτο, &c. non Guarinus modo, sed & Amiotus ita interpretatur, vt dicant Crassum fratris sui defuncti vxorem in matrimonium duxisse, ex eaq; liberos procreasse: non ita leuis est momenti error, neq; dissimulandus fuit. Nam neque scripsit hoc Plut. neque vsitatum hoc Romanis eo tempore fuit, atque haud scio an vnquam quidem. Non nego verbum συνοικεῖν aliquando esse Viuere cum altero in matrimonio, idque tam de viris quam mulieribus dici, *ehlich beyvvohnen:* nunquam autem id verbum sua prima significatione & simplici accipi, qua est Eadem vti domo & habitatione, pernego. quid enim fiet vocabulo συνοικία, quod inde ductum magni est vsus? Ergo viduam illam Crassus secum in ædibus, eiusque etiam liberos, retinuit: quod fuit humanitatis. vt autem coniugium contraheret cum ea, & liberos procrearet, nihil attinuit. Et quidem vel articulus in verbis τοὺς παῖδας ostendit dici de fratris liberis. nam si ipse Crassus liberos sustulisset, scripturus fuisset Plutarchus, καὶ παῖδας (non τοὺς, quod priores demonstrat) ἔσχεν, additurusque nimirum ἐξ αὐτῆς. Quæ (inquis) ergo laus hic ἐυπαξίας seu cõtinentiæ siue modestiæ Crasso tribuitur? Equidem ea (nisi fallor) quæ ex obiecto ei deinde stupro Vestalis intelligi possit. quasi diceret Plutarchus, ita eum habitasse cum fratris vidua, vt modestiæ & pudicitiæ laudem mereretur, quanquam ea ætate quæ ad libidinem propensior habetur: quum quidem deinde in suspicionem incesti cum sacerdote concubitus venerit. Hanc arbitror germanam & minime insolentem monstrosamue verborum Plutarchi esse sententiam.

543. d. *Cupidos dicens ædificandi à semetipsis euerti sine aduersariis*] Xyl. vertit, *Aedificandi studio laborantium vires nullo aduersario à serpsis comminui dicens.* & annotat, ἔλεγε τοὺς φιλοικοδόμους αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν καταλύεσθαι χωρὶς ἀντιγρνιστῶν. Non possum excogitare quid vel fugerit hoc loco vel sequutus sit Guarinus: adeo nullum eorum quæ dixit Plutarchus, vestigium in eius interpretatione reperio. quid enim est hic de areis quas ille ciu bus suo ipsorum arbitratu concederet, fabrosq; suos præberet? Et quidem satis perspicua est sententia Græcorum verborum.

544. e. *Hem patientiam, &c.*] Haud scio an is sit Alexander Milesius qui & Polyhistor & Cornelius est dictus, & vixisse Syllanis temporibus fertur apud Suidam. Certe exclamatio hæc magis reprehendentis rigidam Alexandri philosophiæ rationem, quam laudantis est: quod vel vocabulum πλήμων ostendet. Porro φόρον in genere videatur posse verti id quod nos ab iniuria aeris tuetur, superne impositum. Ex libro Varronis De Latina lingua quarto apparet, lecticam id vocabulum significare: quum doceat, Latinorum segestriam, id est lecticam, inde videri natam Guarinus pileum: quem aliter sequutus est.

546. b. *Etenim quum oppidum Vmbriæ Tuder cepisset*] Τουρδήπαν habeo in Græco. Guarinus autem Tudertum verterat quod vt non rectum, notauerat quidam in margine. ego tamen suspicor legisse eum (sicut legit Amiotus) Τουδερίπαν quomodo Vmbriæ vrbs ea potuit efferri à Plutarcho, quam Plinius (quem ego hic sequutus sum) Tuder appellat, in Vmbriæ descriptione, lib. 3. cap. 14. Apud Ptolemæum quoq; libro Geograph. tertio, in recensione vrbium quas Vilumbris (sunt autem quam Vmbri orientaliores, ὡς εἰπεῖν) attribuit, mendose legi suspicor Turde, Τοῦρδε, pro Τοῦδερ. nam longitudo loci, & latitudo, adscriptæq; vicinæ vrbes satis ostendunt esse, eundem cum Pliniano. Apud Strabonem libro quinto legitur, Τουδερευελκὶς πόλις καὶ εἰς τὸ πέλαγος, &c. mendose quidem, sed tamen vt Τοῦδερ nominari satis pateat. inde Tuders dicitur. Tudertibus & Ameritinis arma in cælo concurrentia spectata tertio Marii consulatu, Plinius refert capite quinquagesimo septimo libri secundi.

548. b. *P. Varinus*] Q. Varius habet Epitome Liuii Cr.

550. d. *Onatius Aurelius*] Sic est in Græco. In Pompeio, vbi idem refertur, C. Aurelius dicitur: quod & malo.

551. b. *Cum epistola quæ Catilinæ faceret mentionem*] Xyl. vertit, *Crassum scribit nocte ad se accessisse, & literas attulisse de Catilina, & quæsitas * quo indicio confirmauerit coniurationem.* & annotat, ὄπτολιν κομίζοντα τοῦ Κατιλίνα, καὶ ζητουμένου, ὡς ἤδη βεβαιοῦντα. Satis est apertum, locum hunc esse deprauatum. Corradus Plutarcho nimis (opinor) infensus, quum varia conquisiuisset quæ ei obiiceret, etiam ἐξ αὐτῆς τῆς βοὸς quædam arripuit: inter quæ & hic locus est. Ait enim à seipso Plutarchum dissentire, qui quum in Cicerone hanc epistolam dicat fuisse ἀδιάφορον, hic eam missam à Catilina testetur. Quomodo hoc Corradus ex his verbis collegerit, non video. nam quod nos mendose legimus καὶ ζητουμένου, ipse Missam vertit: fortassis arrepta ex mendo cauillandi occasione. Profecto autem τοῦ Κατιλίνα non est A Catilina, sed De Catilina: vt ne si πμφθεῖσαν quidem, aut χαφθεῖσαν, aut quidquid tandem tale velit, loco horum verborum reponat, tamen euincere possit hoc Plutarchum hic dixisse, à Catilina scriptam vel missam epistolam fuisse. Quod si ergo in ea à Crasso ad Ciceronem allata epistola de Catilinæ consilio & machinationibus aut coniuratione aliquid renunciabatur, (sicut Amiotus vertit in iis literis factam de Catilina mentionem) quid obstabat quo minus & incertus eius esset vt tabellarius, ita etiam autor, & Romæ etiamnum commorante Catilina, Crasso aliunde afferretur? Ne dicam necessarium hoc non esse, vt de eadem epistola hic locus intelligatur omnino de qua in Cicerone dicatur: & quidem non vnica ibi, sed plures commemorantur. Locum asterisco signaui: mendum tollet qui librum meliorem habebit.

552. c. *Sortientibus Syria Crasso, Pompeio Hispaniæ obtinere*] Quæ sequuntur, ad finem vsque Crassi, iisdem prope omnia syllabis in Parthicum Appiani librum sunt translata. Estque vtile conferre vtrunque codicem. ego diuersitatem lectionis annotare hic supersedeo. In vertendo sequutus id sum quod videbatur mihi commodum & rectum. quod cur ita sentiam, in Dionem quædam annotans indicaui. Guarinus sententiam hic inuertit, inuisam omnibus fuisse sortitionem istam scribens. Hic est ἀκούσιος, apud Appianum vero ἀσπάσιος. & quidem perspicua est sententia. Quum enim omnino esset Pompeio ab vrbe in alterutram prouinciam proficiscendum, non ita procul abfuit Hispaniam tenens, etiamsi in eam exisset, quam si in Syriam iret. Iam quod sequitur, ὑπὸ ἀλλοτρίοις καὶ πολλοῖς ἡσυχίαν ἄγων, intelligitur facile,

eum vix ſuam iactantiam & nugas apud alienos nihilque ad ſe pertinentem hominum turbam repreſſiſſe, quam effundebat apud domeſticos. Guarinus mirum in modum hic oſcitauit.

553. c. *Quum ſalutari ſe ab exercitu Imperator ſuſtinuiſſet*] Imperatoris nomen à militib. non niſi magna aliqua & ardua re geſta confectaque duci Romanorum ſolebat tribui. Quo maior apparuit Craſſi puſillanimitas, qui vrbe modo direpta id nomen ſibi imponi pateretur: nimirum qui non ſperaret ſe magno aliquo facinore id poſſe conſequi. Quæ de imperatoris nomine dixi, ex hiſtoria Romana non ſunt obſcura. Cicero ipſe rebus in Cicilia geſtis imperatorem ſe dictum à militibus ſuis, oſtendit, ad Cælium Rufum ædilem curulem deſignatum ſcribens. Epiſtola nona libro ſecundo famil. & huius moris meminit, explicatque obiter eum in Philippica XIV. Appianus libro ſecundo Bellorum ciuilium, ait quondam omnib. præclariſſimis facinoribus id nomen obtigiſſe: ſuo tempore ei tributum qui de hoſtibus decem millia ſtrauiſſet. vbi de Curionis in Africa rebus geſtis loquitur. Varro libro quarto De lingua Latina: Prætor (inquit) dictus eſt qui præiret exercitui: Imperator, ab imperio populi, qui eos qui id attentaſſet oppreſſi hoſtis. Mendoſa quidem hæc ſunt verba: ſed ex quibus colligere tamen poſſimus, eum qui rem imperio populi dignam, & ad eius defenſionem incrementumve facientem confeciſſet, imperatoris nomen meruiſſe. Cætera mitto, nam ne hæc quidem fuiſſem annotaturus, niſi interpretis error huic loco me lucem afferre iuſſiſſet: qui neq; conſequutum id nomen Craſſum dicit, quum quidem ob acceptum id ſuggilletur: & cætera peruertit.

Ibid. e. *Dea Hieropolitana*] Iunonis nimirum Aſſyriæ. Vide omnino Luciani libellum περὶ Συρίης θεοῦ.

554. c. *Iuxta Zeugma*] Vrbs eſt Euphrati impoſita fluuio, nobilis apud geographos & hiſtoricos, ob pontem ibi in Euphrate ab Alexandro Magno factum ex catenis. Guarinus fluuium quendam obſcure dixit.

555. a. *Lentes & ſalem*] φακὸς καὶ ἅλας. apud Appianum, etiam in codice manuſcripto, φακοὺς καὶ μάζας legitur. pro quo libum aut aliquid tale licet intelligi, ex farina & humore ſeu liquore aliquo compactum. quod genus inferiis adhibitum fuiſſe notum eſt: ſicut & hoc, ſalem omnibus ſacrificiis alias ſolitum fuiſſe vſurpari.

Ibid. c.] Is eſt qui apud Appianum Ἄκραρος legitur: apud Dionem lib. 40. Αὔγαρος. Augarus. de quo ibi monui.

556. c. *Verum reuera fluxum quendam marinum vaſte arenæ exercitum amplectentis*] Xyl. vertit, *Sed immenſis ſolitudinibus horribilibuſque ambitis*. & annotat, σινῶν πινῶν ἢ σίν (nam paulo inferius eſt σίνας ἄμμου κονιορτὸν ἐπαγούσας) aceruum ſeu cumulum arenæ ſignificat: quo modo σίνες ὀστέων etiam apud Euſtathium leguntur, & apud Lycophronem σίνες πημάτων. Guarinus Æſtum vertit, neſcio cur ita. Appianus non habet σινῶν, (& quidem σίνων erat ſcribendum) ſed χοῦμα δεινῶν ἐρήμων, ſolitudinum horribilium. quæ lectio videtur ſane commodior, eamque ſum ſequutus.

557. e. *Ac recte aduerterunt, &c.*] Perſequi omnes interpretis lapſus, breuitatis cauſa ſuperſedeo. hæc autem non inelegans ſententia eſt ab eo omiſſa: quia (opinor) quum eam in Græco deprauatam offendiſſet, difficultate emendandi laborabat. quanquam ea magna non eſt, ſenſum intuentibus. Cæterum ne coniecturis vllis opus eſſet, Appiani Parthicus facit, vbi hæc recte eguntur ita: βροντῆς μεμιγμένον, ἔυπνος συνιωσεακόπτε, ὅπ τῷ αἰθέρι ἀκοὴ παρακπκώπατον. &c.

558. d. *Vel quod in compoſitam aciem incurrebant.*] Xyl. vertit, *Siue quod in compoſitum agmen incidiſſent* & annotat, ἢ συντάγμασιν ἐντυχόντες. ita vertendum putaui, vt aliquis ſaltem eſſet ſenſus: quaſi diceret, quum eſſent experti vim Romani equitatus ordinibus ſuis ſtipati. Quod Guarinus dixit, *Pra timore ad ſuos reuerſuri*, nihil habet Græcis verbis affine. Sane apud Appianum non συντάγμασιν eſt, ſed πάλμασιν, id eſt Locis paluſtribus. quod hic locum mihi habere non videtur. Mox Megabacchus nominatur: nomen haud ſcio quam Latino conueniens, aut Romano homini. Interpres Cn. Plancum habet, neſcio vnde petitum.

559. d. *Iſchnas*] Legendum ex Appiano Ἴχνας. Dio videtur Ichniam nominare.

560. e. *Pernoctantes*] ἐπαυλιζόμενοι. Tibias hic neſcio quas & cantus Guarinus commentus eſt, perinde atque obſcurum ſi eſſet quid ſit ἐπαυλίζεσθαι.

564. c. *At qui ſapientem habuerunt virum Aeſopum, &c.*] Alludit ad feſtiuiſſimum Æſopi apologum, qui extat apud Stobæum in hanc ſententiam. Vnumquemlibet hominem duas geſtare manticas, in pectore alteram, alteram à tergo. in hanc eum ſua, in illam aliorum vitia atque peccata reponere. inde fieri vt aliorum crebro, noſtra nunquam aut raro perſpiciamus delicta. Poſſem de hac re multa in medium proferre, niſi aliud agerem.

IN EVMENEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum.

EVmenes hic (nam fuerunt & alii hoc nomine) vnus fuit de ſucceſſoribus Alexandri Magni: vt facile, cum quib. vixerit, ac quo tempore, appareat. Multa de eius rebus geſtis ſunt apud Diodorum Siculum lib. 18. & vita eius etiam in libello Æmilii Probi (vt fertur) continetur deſcripta. Cardia autem patria eius, vrbs eſt Cherſoneſi Thraciæ non obſcura. Amiotus Sertorii vitam huic præmiſit: & quia hæc incipit, Εὐμένη δὲ &c. cogitare poſſit aliquis, non abs re id factum: ac fortaſſis ita in aliis Græcis codicibus reperit ordinatas. Ego meum ſequutus ſum: neque quicquam eſt periculi.

584. b. *Et legiones ab amicis Alexandri ſeceſſere*] Xyl. vertit, *Orto inter regis ſocios & phalangem diſſidio*. & annotat, Ita vocantur ii quos aulicos nos (puto) non incommode diceremus. Erant autem principes Macedonum, quorum pleroſque Arrianus commemorat.

486. e. *Ipſe equitibus trecentis fortiſſimis in agema centuriatis* ἄγημα vocabulum tale eſt quod conſultius ſit relinquere (quod video etiam optimos ſcriptores feciſſe) quam vel Agmen vel quiduis aliud eius loco ponere. eius generis ſunt etiam phalanx, ſariſſa, & multa alia ἄγημα (inquit Appianus in Syriaco) οἱ δὲ ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, καὶ πρὸς αὐτὸ ἄγημα λέγονται, equites ſunt delecti, arq; inde eis nomen. Vſurpat etiam Liuius hoc nomen, & vero ita vt pateat tam de peditum lecto agmine, quam de equitatu accipi. Plura huc conferre ſuperſedeo.

588. a. *Villarum caſtellorumque*] Xyl. vertit, *Villas & arces*. & annotat, ἐπαύλεις καὶ πυργοπυργίας. Ad verbum eſſet Quadriturria. intelliguntur (opinor) caſtella vel arces. Quod autem paulo ante eſt, *Nulla habetur perniciei ratio*. prouerbium videtur eſſe, quo notentur ii qui grauiſſimo imminente periculo, adeoq; exitio, tamen aliis curis vacent, ſalutis ſuæ poſthabita ratione Quod tum Alceras, Polemon & Docimus faciebant, quum quidem damnati à Macedonibus & ingruente Antigono, cum Eumene de imperio contenderent. Rectius Ariſtides, qui vt ſuos docuerit iſta ambitione hoſtibus inſtantibus abſtinere, ac ſalutis potius ſuæ & victoriæ parandæ curam gerere, in eius vita expoſuit Plutarchus.

590. e. *Quindis*] Quinda caſtellum Ciliciæ fuit, ſupra Anchialam ſitum, vbi theſauros ſuos Macedones habebant, & pecuniam regiam. Strabo lib. 14. infra in Demetrio alii.

IN SERTORIVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum.

586. c. *Ille diſcerptus ab amatoribus*] De Attibus ab apro interfectis nihil plane mihi conſtat Attem quidem, cuius apud Dindymenem eſt fanum & cultus, Phrygem fabulantur, & eum ab apro fuiſſe interfectum, ex Hegeſianacte poeta refert lib. 7. Pauſanias. quanquam fieri facile, in fabulis præſertim, potuit vt alii Phrygem, alii Syrũ dicerent. Quod ad A-

ctæonas attinet, eius qui à canibus laceratus traditur, notissima est fabula. Alterius non ita celebris est historia, quam repetere possunt lectores ex Apollonii scholiaste, in lib. 4. paragr. 75. tametsi enim non diserte amoris ibi fit mentio: tamen quæ causa Bacchiadis fuerit Actæonem Melissi F. rapiendi, facile intelligitur. Nescio autem miratine debeam an detestari oscientiam eorum qui Dictionaria poetica componunt: adeo sæpe in fraudem imperitos inducunt. Sicut hic quidam Bacchiadas, hoc est Corinthi principes, à Bacchide vel Bacchio Herculis F. genus trahentes, idque adeo ex hoc ipso interpretis Apollonii loco, Bacchiorgia celebrantes conuertit.

570. d. *Omnes castra eodem in loco metatos*] Xyl. vertit, *Eodem in loco castra metatos.* & annotat, ὁν τόπῳ. Aretinus, in cāpo: vt videatur legisse ὁν πεδίῳ, aut aliquid tale. Loquitur autem de seruis Bardiæis, flagitiorum Marianorum administris.

571. d. *Pityusam*] In Belearico mari duæ sunt insulæ Pityusæ, quarum maior Ebyssus, minor Ophiusa dicitur. Ptolem. libro secundo in descriptione Hispaniæ.

572. d. *Fabulantur Tingites, &c.*] Haud scio an pro Tigenna Tingis sit legendum: apud nullum quidem geographum Tigennam reperio nominatam: & quæ de Antæo dicuntur, faciunt eo vt Tingim legamus. Eadem sunt apud Strab. lib. 17. (nisi quod ibi crebro Λίγγις pro Τίγγις legitur) & apud alios. Fabula de Antæo eiusdem loci occasione refertur à Lucano lib. 4. Apud Strabonem, quum legatur σκελετόν, (pro quo noster σῶμα posuit) ξ πηχῶν, interpres splendide auxit fabulam, & tibiam LX. cubitorum vertit. hoc est ὀστομετρεῖν τὴν μυθικῶς. Quid sit sceletos nemo prope nescit.

574. a. *Domitium & Manlium*] Lusium vox est, vt arbitror, vitiosa. vel L. Domitium legerem, vel Domitium & Lucium (Λούκιον non Λύσιον) sc. Manilium: cuius lib. 6. cap. 23. in hac historia meminit Orosius, & Liuius lib. 90. prius etiam Amioto placuit.

575. c. *Erat autem in Hispania mos*] Meminit oblique huius consuetudinis Dio noster lib. 53. de Sex. quodam scribens Pacuuio, qui Augusto sese deuouisset, cæterisque vt idem facerent suasisset. Non dissimile est quod de Gallorum Sontiatum soldurii refert lib. 3. Comm. Gall. Cæsar, itaque & soldurios eos appellaui, consentiente satis commode rei vocabulo.

578. a. *In Tutiensi*] Xyl. vertit, *Ad Duriam.* & annotat, Turiam Aretinus, Græcus liber Τουτίαν. Ego Duriam puto legendum, ex epistola Pompeii ad senatum, quæ extat inter tabulas naufragiorum. Sallustii verba sunt: Castra hostium apud Sucronem capta, & prælium apud flumen Duriam, & dux hostium C. Herennius cum vrbe Valentia, & exercitus deleti, satis clara vobis sunt. Meminit huius Duriensis prælii etiam Cic. prope initium orationis pro L. Cornelio Balbo.

Ibid. f. *In campis Saguntinis*] Σεγοωπίνων. Rectius est apud Appianum περὶ Σαγουντίαν. Vrbem autem in quam recessit Sertorius, Calagurium fuisse, ex Liuii lib. 92. patet.

IN AGESILAVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii interpretum.

596. Τῷ τῶν σκέλοις πήρωσιν. Potest accipi bifariam, vt vel amisisse alterum pedem, vel eo læso & clauso vsus intelligatur. Posterius ego verius puto, claudumque fuisse, non altero mutilatum pede, videturq; ea claudicatio ei ex casu quodam, aut offensione pedis, accidisse: quando Lysander etiam apud Xenophontem lib. 3. & mox apud nostrum exponens oraculum de claudo rege, vocabulo πρόσπταισας vtitur, quod est offendere ad aliquam rem. Itaque & crebro χωλὸς & χωλότης vocabula vsurpantur de eo vitio.

597. d. *Ille quum propinquos Agidis maternos*] Suosne an Leotychidæ? Prius ego puto debere intelligi. videtur enim fuisse expressurus si de Leotychidæ propinquis voluisset accipi. Omnino autem ista largitio eo faciebat ne fratris hæreditate auctus, videretur auarus esse, & sordidus, ideoque inuidiam sibi conflaret: quam amoliri vtroque modo potuit. Neque tamen pugno, quum videam ab Amioto posterius receptum.

Ibid. e. *Id hinc fuit*] Xyl. vertit, *Id tale est.* annotatque, In Græco verba sunt mendosa. Quod non animaduertens, aut non ita vt debuit fieri perspiciens Grynæus, à quo hæc Vita melius multo quam ab aliis pleræque aliæ est conuersa, sententiam deprauauit, & confudit. Libellus Xenophontis in laudem Agesilai scriptus omnium manibus teritur. Græca autem sic ego legi, & ita scripsisse Plutarchum pro certo habeo: ὥστε ποιεῖν ἃ βούλοιτο, πειθόμενοι αὐτῷ. τὴν ἐφόρων ἔν τε καὶ τῶν γερόντων, &c. Est autem singularis laudis, ita regnum gerere vt parendo voluntati ciuium, summam potentiam tibi pares: (quum qui aliis obtemperet, videatur parum, aut certe haud ita multum habere potentiæ) id qua arte ac quibus rationibus consequutus sit Agesilaus, demonstrandum sibi proponit Plutarchus.

598. c. *Agamemnonem* Od. l. 8. Cr.

Ibid. e. *Delectorum libertinorum ex Ilotis manumissorum duo millia*] Xyl. vertit, *Duo millia lectorum tironum.* & annotat, νεοδαμώδεις δισχίλιοι. Grynæus, *Disciplinæ Spartanæ milites electi mille.* Duo millia etiam in Comment. rerum Græcarum Xenoph lib. 3. leguntur: in Agesilao tria. Athenæus lib. 6. ex Myronis Messeniacis ostendit, neodamodes fuisse seruorum genus qui belli causa manumitterentur: quomodo & ad classem libertati serui δεκασοιναῦται appellabantur. & videtur ipsum vocabulum significare eos qui recens disciplina militari instituti, ac quasi domiti essent. Igitur non indocte Amiotus heilotas manumissos vertit.

600. c. *Et turpe ducebat decem millia militum peruenisse duce Xenophonte ad mare*] Nota est historia, præsertim ex Xenophontis libris De expeditione Cyri, de Græcorum millibus decem. qui quum Cyro suppetias tulissent, eo occiso in pugna, varie à regis ducibus tentari, incolumes tamen ex Asia per medios hostes in Europam redierunt. Paucis rem Suidas perstringit in Ξενοφῶν.

Ibid. d. *Et esset sine capite inuentum*] Xyl. vertit, *Quum exta parum læta apparuissent.* annotatque, Sic in genere extuli. Ad verbum est, Quum caput extis, iocinori nempe, defuisset, ἀλόβων φαίνεσθαι τῶν ἱερῶν. Grynæus sacra inuiolata vertit, nescio quo vel codicis mendo (nullum enim erat in nostro) vel argumento inductus. λοβὸς quid sit, notius est quam vt in refellendo sit opera ponenda. Mox pro πῆς ἀπόροις legendum εὐπόροις, recte vidit.

Ibid. e. *Quippe perhibendum dicebat ille Agamemnonem esse*] Sæpe huius facti meminit Plutarchus, vt hic, in Gryllo, in libello quo ostendit malitiam ad infelicitatem sufficere, & alibi. Loquitur autem de Æthia, Agamemnonis equa, quam ei vt à militia immuni esse liceret, Echepolus Sicyonius dederat. locus est Homeri libro Iliadis penultimo.

603. a. *Adæi scribæ*] Xyl. vertit, *Idæi scribæ.* & annotat, Ἀδαίου. Sed sequutus sum Xenophontem, cuius ex quarto libro Rerum Græcarum tota hæc est desumpta narratio.

Ibid. c. *In sanctissimis delubris*] Xyl. vertit, *in religiosissimis deorum fanis.* & annotat, ἐν πᾶσι ἁγιωτάτοις ἱεροῖς. Monstrose hunc locum corrupit Grynæus, planum quidem satis & expeditum: desumptum & ipsum ex Agesilao Xenophontis, qui diserte scribit, eum peregrinantem nunquam in priuata domo vlla, semper in templo aliquo diuertere solitum. Id faciebat eo vt quum in iis quæ palam agebat, facile omnem impudicitiæ immodestiæque suspicionem euitasset, etiam ea quæ semotis arbitris homines agunt, casta omnia esse & sancta ostenderet: deorum scilicet testimonio, quos inspectores eorum adhibebat. multo id rectius quam Demetrius Poliorcetes, qui suis libidinibus impuraque lasciuia ipsius Mineruæ, castissimi numinis, (vt tum habebatur) ædem pro hospitio sibi ab Athenienſibus concessam polluit.

606. c. *Canathra appellant gryphorum & tragelaphorum lignea simulacra*] Xenophon scribit, Agesilaum solitum publico canathro Amyclas vehi. ἀκουσάτω δ' (inquit) ὡς ὅτι πολιτικοῦ κανάθρου κατεῖχεν εἰς Ἀμύκλας. Varinus hoc vocabulum ita explicat: Canathra, astrabe est, aut currus crates (πλέγματα) habens, quo in pompa vtuntur virgines (nimirum Lacedæmoniæ) quum in Helenæ templum eunt. Quidam ferunt, ea habere imagines ceruorum aut vulturum, γυπῶν. Vultu-

rum

rum etiam Grynæus habet. Mihi gryphum magis placet, cum ob tragelaphos, id est hircocervos: tum quia in Plutarcho hic est γρυπῶν, teste etiam Amioto. Eustathius in versum Iliadis ω, Ὁ πλίστῳ λωΐῳ, πτέρνθα ἣ δῆσαν ἐπ' ἀόῃς: docet id esse κάνναθρον apud Xenophontem (scribit enim duobus ν) quod Homerus πτέρνθα dicit: nempe cratem ex salignis viminibus contextam, quæ currui imponitur.

607. b. *Id abnuit*] Annuisse Xenophon ait. Cr.

Ibid. e. *Nec defuit ei diuina ira*] Xyl. vertit, *Nemesis inultum non est passa.* & annotat, ἔπαθε δὲ παράγμα νεμεσητόν. Sed perspicuitati sensus putaui consulendum. Non cohortes autem, sed cohors Lacedæmoniorum ab Iphicrate est cæsa: μόρα scilicet, quod quid sit, ipse in Pelopida explicat Plutarchus. Historia est, apud Xenophontem libro quarto Rerum Græcarum.

610. c. *Cleombrotum*] In Græco est, ὅτι ὁ τὸν υἱὸν Κλεόμβροτον. Quod mendum sequutus Grynæus, Agesilai filium fecit Cleombrotum. Quod fieri nullo modo potuit, quum alterius familiæ rex fuerit, & Agesipolidi in regno successerit: quod paulo ante docuit Plutarchus. Fuit autem Cleombrotus Pausaniæ F. Agesipolidis frater: quo mortuo sine liberis, regnum ad eum rediit. Pausanias lib. 3.

612. a. *Quippe habere Xenophon ait, &c.*] Principio libelli qui Symposium inscribitur.

IN POMPEIVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

619. d. *Oculorumque lenis modulatio*] Xyl. vertit, *Oculorumque faciles motus.* & annotat, ἢ τοῦ ὄμματα ῥυθμῷ ὑγρότης. Miserrime omnium hæc Pompeii vita est ab interprete tractata: quum quidem mihi vix alia tam studiose & eleganter videatur à Plutarcho scripta. Errores ergo persequi nisi vbi id vtilitas requiret, supersedebo. ῥυθμὸς quid sit in poetica, & musica explicare hoc loco nolo. Hic enim accipio concinnos motus oculorum, quum etiam Græci grammatici testentur ῥυθμὸν εἶδος τῆς κινήσεως τάξιν. ὑγρότης mollitiem (vt ita dicam) facilitatemque motus significat. Nam ὑγρὸν est etiam molle, flexile. vnde arcum Theocritus κέρας ὑγρὸν dixit. de quo alibi: & in vita Alexandri, vbi de eadem re dicitur, est τὴν ὑγρότητα τῶν ὀμμάτων.

621. b. *A quodam manipuli ductore*] Xyl. vertit, *A quodam centurione.* & annotat, ὑπό τινος τῶν λοχαγῶν. Tudertinus, Qui insidias ipsi locauerat. quasi vero id sit λοχαγός: aut λόχος insidias tantum, non etiam centuriam, passim significet. vnde ἀγχρεσία λοχῖτης in Romana apud Græcos historia, & λοχαγός. Cæterum aliter mortem Cinnæ Liuius lib. 83. & App. describunt.

622. d. *Verum quum ab eo mitteretur in Galliam*] Ad bellum Sertorianum, interpres putauit: itaque pro Κελτικὴν legit Κελτιβηρίαν. Verum multo post, & nequaquam à Sylla (nam is tum mortuus erat) sed L. Philippi suasu in bellum Sertorianum est missus Pompeius: tunc ad Metellum, qui cum Carbone & eius factionis ducibus colluctabatur.

623. d. *Abductum aiunt, vt vidit gladium stringi, locum &c.*] Ita etiam Valerius Maximus lib. 9. cap. De cupiditate vitæ. Cicero lib. 9. Epist. famil. ad Papyrium Pætum, Lilybæi occisum diserte tradit: Appianus retractum ex Cossyra insula, in quam ex Sicilia profugerat. Qui paulo post Sthenis Himeræus dicitur, eum Plutarchus in Ciuilibus præceptis Sthenonem Mamertinum introducit.

624. b. *Memmium*] In Græco Μόμμιον est, Mummium. Ego autem emendare locum volui, & restituo Μέμμιον. Memmium bello Sertoriano in campis Saguntinis occidisse, supra in vita Sertorii est demonstratum. Cicero pro L. Balbo: Cæterum, inquit, accusator fatetur hunc in Hispania durissimo bello cum Q. Metello, cum M. Memmio, & in classe & in exercitu fuisse: & vt Pompeius in Hispaniam venerit, Memmiumque habere quæstorem cœperit, nunquam à Memmio discessisse, Orosius autem lib. 5. cap. 23. de Sertoriano bello loquens ait: Multa inter eos præterea prælia gesta sunt: Memmius quæstor Pompeii, idemque vir sororis eius, occisus est. Amiotus non recte Memmium fratrem sororis Pompeii dixit.

625. d. *Duos populus Maximos dixit, Valerium, quod dissidentem ab se senatum in concordiam secum reduxisset*] Quum in sacrum montem plebs recessisset, M. Valerius, frater Poplicolæ & M. Valerii qui non multo ante in pugna ad lacum Regillum occubuerat, dicendo sedauit discordias: itaque primus ob eam rem Maximus est appellatus. Hæc fere Cic. in Bruto. Fuit hoc anno V. C. CCLX. Meminit huius quidem dictaturæ & Liuius lib. 2. & Dionysius lib. 6. sed neque ab eo reconciliatum patribus populum, neque de hoc cognomento quicquam afferunt. De Fabio Maximo etiam initio Fabii facta est mentio. Id autem quod de iure triumphandi sequitur, ex historiæ Romanæ multis locis est notum. vnum qui huc plurimum facit, de Liuii lib. 31. adscripsisse in præsentia satis est. L. (inquit) Cornelio Lentulo triumphus negatus est. Res triumpho dignas esse censebat senatus: sed exemplum à maioribus non accepisse vt qui neque dictator, neque consul, neque prætor rem gessisset, triumpharet.

627. c. *Metello Pio*] In Græco est Ἀππίῳ, insigni menda: quod non vidit Tudertinus, recepit Amiotus. Idem Tudertinus, quod de Sertorio dicitur, ad eum vltimum reliquias bellorum ciuilium confluxisse, inepte ad Pompeium detorsit: vt & paulo superius M. Brutum patris similem dixit, quum Plutarchus affirmet, neque bello, neque morte, eum patris similē fuisse: quod & verum est. Nam & in bello Pompeiano partes optimatum est sequutus, & libertatis ciuibus restituendæ causa Cæsarem necauit, & propter eam bello gesto periit.

631. c. *Etiam vias eorum exscensione facta infestabant*] τὰς ὁδοὺς ἐλῃΐζον. Quod dicendi genus videtur insolens. At fortassis scripserat non ὁδοὺς, sed παροδοὺς: vt fuerit, *Diripiebant ea quæ ex reditibus ad eos adferebantur.* aut scriptum fuit ἐλόχευον, *Insidiabantur iis iter facientibus*: quomodo suspicor legisse Amiotum. Paulo ante Iunonis templum in Lucania ponitur à nobis. est autem in Græco, ἐν Λευκανίᾳ. Ego nullum memini me vsquam legisse nominari Leucanium. Existimo autem eum de antiquissimo Iunonis Laciniæ (nam prope Lucaniam est Lacinium) fano intellexisse, de quo cum multa geographi, tum Lycophron etiam, & eius interpres Zezes.

632. c. *Vt superuolitans foro corvus caligine captus atque in turbam sit delapsus*] πυκλωθῆναι καὶ καταπεσεῖν. Quid sibi velit πυκλωθῆναι, Excæcari, non plane assequor: mendum quidem puto. Simile exemplum, & disputatio eadem, est supra in vita T. Flaminini.

634. b. *Nam neque Achillem, &c.* Locus est libro Iliadis 22.

636. b. *Quod recte plerique à Theophane conniciunt malitiose confictum*] Astum inepte vertit (vt & superiora de Alcæo Sardiano, & quæ mox sequuntur, & pleraque) Tudertinus: quū sit in Græco κακοήθευμα, Maliguum scilicet mendacium: à quo vitio non fuisse purum Herodotum, Plutarchus noster in libello περὶ Ἡροδότου κακοηθείας demonstrat. Rutilius autem hic est, quem Cic. pro Rabirio Posthumo crudelitatem Mithridatis in togatos scribit mutatione vestis effugisse, Plurima eius exilii mentio apud eundem, & alios Historiam ab eo scriptam cum alii citant, tum in Mario noster. Quis autem & qualis fuerit C. Pompeius Strabo, Magni pater, satis ex historicis bellum Marsicum describentibus manifestum est: & initio huius libri obiter indicatum à Plutarcho.

640. c. *Pulcherrima gymnasia*] Xyl. itidem *Gymnasia* vertit: annotatque, ἡβητήρια. Diuersoria vertit interpres, quasi si legisset ἡβήτεια. Siquidem apud Suidam est, & Varinum, ἡβητήριον, τὸ παιδευτήριον· ἡβήτειον, ἡ κατάλυσις. Sane Athenæus lib. 10. ait propterea fingi Hebēn in conuiuiis fundere vinum quod ἡβητήρια dici soleant τὰ συμπόσια, id est Conuiuia. Addit in vigesimum Iliadis librum Eustathius, aliquando ἄσημον συναγωγὴν hoc vocabulo designari, id est, parum graue aut seuerum consilium. Verum horum neutrum puto huc facere. Infra quidem de amore Iuliæ in Pompeium hæc vox ita repetitur vt appareat ambulationes amœnas vel gymnasia vel aliquid tale fuisse.

641. d. *Contra Hermagoram rhetorem*] Monstrose hæc peruertit Tudertinus, quum quidem sint planissima, & epistolam Posidonii ad Hermagoram nescio qualem cōfinxit. Est autem is Hermagoras cuius multa apud ipsum Ciceronem est in libris Rhetoricis mentio. Atque haud scio Plutar-

chus ne de generali constitutione hic innuat: quam vt diuiserit Hermagoras, exponit priore libro De inuentione Tullius. Quæ sequitur de Nemesi quadam lætis tristia admiscente sententia, non est satis dextre à Tudertino reddita. Elegantissime eandem expressit venustissimus poeta Apollonius, versib. quos (sunt enim aureoli) adscripsi de quarto Ἀργοναυτικῶν, Ἀλλ᾽ ὀ δ᾽ οὔποτε φῦλα δύη πολυκτεάνων ἀνθρώπων Τερπωλῆς ἐπέβημεν ὅλῳ ποδί. σοὶ δὲ τις αἰεὶ Νίκην παρμέμβλωκεν εὐφροσύνησιν ἀύτμη. Et Ouidius septimo Metamorph. hunc (opinor) imitans, -- *vsque adeo nulla est sincera voluptas: Sollicitumque aliquid lætis interuenit.* -- Itaque non pessime Chærea ille Terentianus, summa potitus voluptate, perfulusque gaudio, dixisse videri poterat, *Nunc tempore perfecto est, quum perpeti me possum interfici, Ne vita aliqua hoc gaudium contaminet ægritudine.* Sed hæc præter institutum.

Ibid. c. *In epistolis Ciceronis*] Muciam hanc sororem fuisse Metellorum, Q. Q. Celeris & Nepotis, vxorem Pompeii, pater ex epistola Ciceronis ad Celerem, quæ est secunda lib. 5. Famil. Eandem fuisse dimissam à Pompeio, epistola decima libri ad Atticum primi ostendit. Causam autem neque ibi neque in vlla alia (quæ extet) epist. Cic. exponit: nisi vehementer me fallit memoria. Sane Suetonius in Iulio Cæsare, vbi de eius lasciuia loquitur, diserte explicat rem: scilicet eam à Cæsare pollutam fuisse.

643. b. *Reuera attingebat quadragesimum*] Imo si Velleio (quid ni autem?) credimus, annum tum agebat quadragesimum quintum: siquidem natus est C. Attilio, Q. Seruilio consulibus: (anno V. C. DCIII.) triumphauit autem M. Pisone & M. Messala consulibus, natali suo, pridie Kal. Octob. vt est apud Plin. libri septimi & libri vltimi capite secundo. vt suspicari aliquis possit pro τεσσαράκοντα legendum πεντήκοντα. Sane post etiam, vbi bellum ciuile Pompeianum describitur, annos natus LVIII. Pompeius dicitur fuisse: quod cum Velleiano numero non dissentit.

644. c. *Cæpioni pactam*] Σκιπίωνι: quod retinuit interpr. Suetonius in Iulio, cap. 21. Cæsar suam Iuliam Cn. Pompeio collocauit, repudiato priore sponso Seruilio Cæpione. cuius vel præcipua opera paulo ante Bibulum impugnauerat. Sed in vita Cæsaris occasio apparet huius mendæ tollendæ, vbi Σερουιλίῳ Σκιπίωνι legitur, eadem in historia. Scipionem autem non esse cognomentum Seruiliorum, sed Cæpionem, satis est notum. quanquam ne insolens quidem fuit librariis, in historiæ præsertim Cimbricæ mentione, Σκιπίωνα pro Καιπίωνα scribere. Amioto quid in mentem venerit vt Pisonem hunc diceret, non video.

646. e. *Prælucentem seruum interfecit*] Xyl. vertit, *Seruo lucernam præferente occiso.* & annotat, ἀπεκτειναν μέλιτον προσηγορευμένον λυχνοφόρον. Vitiose. inde Tudertinus Melitum proprium nomen eius lucerniferi commentus est, imitante id ipsum Amioto. Satis autem conspicuum fit, legendum μὲν τὸν pro μέλιτον, vel ex eo quod sequitur, ἐπρέψαντο δέ. Historia eadem in Crasso etiam est, & in Catone philosopho.

Antiam vero & Vatinium] Mendum est in priore vocabulo. De Vatinio satis constat, vel ex Catonis vita. de altero nihil succurrit. Quod autem sequitur, *Crassus omisso consulatu*; in Græco est ἀπαλλαγεὶς τῆς ὑπατείας. quæ verba cur sic verterim, historia docet. Consul enim & paludatus est in prouincium profectus.

647. f. *Omnia sunt partita diis*] Venustissimus est locus: quo alludit ad diuisionem mundi, qua eum inter se Iupiter, Neptunus ac Pluto ita erant partiti vt vnicuique suum regnum satis esset, neque alteri suum præripere opus haberet. Verba sunt Neptuni, ob imperata Iouis indignantis, apud Homerum lib. 15. Iliadis, ita nota vt oscitantiæ Tudertini merito succenseatur.

652. e. *Reprehendit etiam Cicero*] Lib. 7. ad Atticum, ita scribens: Per fortunas, quale tibi consilium Pompeii videtur? hoc quæro quod vrbem reliquerit. Ego enim ἀπιρῶ: tum nihil absurdius. Vrbem tu relinquas? ergo itidem si Galli venerint. Non est, inquit, in parietibus respublica. at in aris & focis. Fecit idem Themistocles. fluctum enim totius barbariæ ferre vna vrbs non poterat. at idem Pericles non fecit, annum fere post quinquagesimum, quum præter mœnia nihil teneret. nostri olim vrbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt. Οὕτω καὶ τοῦ πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν. Vbi qui ἐπευθόμεθα legerunt, & versum Homeri (extat in deprecatione Phœnicis ad Achillem lib. Iliadis nono) & sensum corruperunt Ciceronis. Vult enim maiorum præclara facta cum hoc Pompeii ignauo & indigno facinore comparare. Quem autem hic Numerium Plutarchus vocat, is videtur esse Cn. Magius. de quo sic Cæsar libro De bello ciuili primo: Reducitur ad Cæsarem reprehensus ex itinere Cn. Magius Cremona præfectus fabrum Cn. Pompei: quem Cæsar ad eum remittit cum mandatis, &c. Atque haud scio an etiam ibi Numerius dicatur, Plutarchusque inde hæc sit mutuatus: & sit legendum N. Magius, non Cneus. Etenim Numerius prænomen fuit, & litera N. signabatur, vt docte demonstrauit Sigonius in libro De nominibus Romanorum. Ac facile fieri potuit vt eius rei ignoratione lapsus, CN. (quod est vsitatius prænomen) pro N. scripserit libratius. Minuta sunt hæc, inquies. Fateor. est enim hic in tenui labor. sed tamen & multos doctissimos viros accurate hoc in genere emendandi versari video: quorum conatum reprehendere sit temerarium. & nemo est (opinor) vere bonorum librorum studiosus qui non mallet Cæsaris quam librarii verba legere: & si Cæsari non fuisset ineptum visum addere prænomen, ineptus sit qui illud agnoscere nolit. Denique oraculi vim habet ea sententia, quam nobilem & vsitatam in Paulo noster sic extulit: πλὴν τοῦ μείζονων φρουεῖν καταλύουσιν οἱ τοιούτοι πλὴν ὀλίγοις μικροῖς ἀκριβεῖαι.

653. b. *Labienus relicto Cæsare*] In Græco dicitur Λαβεώνι, Labeo. Quod miror à Tudertino retentum. nihil enim T. huius Labieni defectione à Cæsare magis notum est, cum aliunde, tum ex septimo Epistol. ad Atticum libro, & Ciceronis ad Tironem epistola, quæ incipit, Quanto in discrimine.

Ibid. d. *Iubium*] Xyl. habet *Vibullium.* & annotat, Pro Orico interpres Nericum habet: quod est nihil. in Græco hic recte est Ὠρικόν. Sed Ἰούβιον non dubitaui in Vibullum vertere, Cæsarem sequutus, ex quo hæc noster descripsit.

657. d. *At pater in curru residens*] Homerici sunt versus de Aiace Telamonio, Iliadis lib. 11.

660. b. *Pothinus*] Comment. Cæsaris Photinum habent. Cr.

IN COMPARATIONEM.

662. d. *Eurytionidis*] Xyl. vertit, *Eurytionis posteris.* & annotat, Hæc peruertit & confudit interpres, leui Græcorum verborum mendo seductus: quod corrigi à quouis possit qui animum ad historiam intendat ἠπόρησεν. εὐρυτίωνι δέ. legendum ἠπόρησαν εὐρυτωνίδαις. & pro παρίοχε, παρέχειν vel παρεῖχεν. De Eurytionidis dictum est in Lycurgum.

IN ALEXANDRVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

665. *Atque inde parata fratris voluntate Arymba*] Xyl. vertit, *A patruo eius Arybba.* & Annotat, Ἀρύββαν. Arymbam vocauit Iustinus libro septimo, & Diodorus Siculus libro decimosexto. Existimo autem pro ἀδελφοῦ αὐτῆς, legendum esse ἀδελφοῦ τοῦ πατρὸς αὐτῆς. Fuit enim frater Neoptolemi Arybbas, & tutor Olympiadis, fratris filiæ. Quod ad genus Alexandri Magni maternum attinet, id ex Pyrrhi à nobis proposita genealogia, qui & ipse Achillis fuit ἀπόγονος, intelligi facile potest. Quod ad paternum, Caranus rem obscuriorē aliquanto facit. Autor noster haud obscure innuit, eum Heraclidam, id est de posteritate Herculis fuisse: sed rationem stirpis non explicat. Liuius libro quadragesimoquinto: Vigesimum (inquit) à Carano, qui primus Macedonibus regnauit, Persea numerabant. Solinus c. 15. sui Polyhistoris, Macedoni Caranū ducem Peloponnensiacæ multitudinis in tenenda Macedonia successisse, Caraniq; successorem Perdiccam, primum regem Macedoniæ nominatum scribit. Prope idem est apud Iustinū libro 7. Quin & Suidas, quocunque id ex scriptore, annotauit, Caranum exercitum ex Græcia in Macedoniam, magni tum nominis regionem, adduxisse, in eaq; regnum obtinuisse, & successionem à se reliquisse vsque ad Philippum Alexandri Magni patrem. Apparet autem, ad Temenum Heraclidam genus regum Macedoniæ referendum esse: ex Herodoto maxime, qui etsi de Carano nihil refert, Perdiccam tamen hunc diserte Temeni stirpe prognatum ait, vbi quomodo is potitus sit Macedoniæ regno ostendit, ad finem fere Vraniæ. Temenus porro filius fuit Aristomachi, nepos Cleodemi, (Lycophronis interpres Cleodorū, Pindari in 7. odā Isthmiorū Cleadam vocat fortassis mendose) qui patrem habuit Hyllū, Herculis F. Ex Pausania & Zeza hæc genealogia describi potest.



Iam successionem regum Macedoniæ hic proponere supersedeo: quæ extat apud Herodotum, Solinum, Iustinum, & Diodorum Siculum ac chronographos. Vltimam partem apposuisse sufficit, & in gratiam philologi lectoris obiter explicare.



Iustinus Ptolemæum inter filios Amyntæ non retulit: idemq; etiam aliam eius ex Sygæa (Cygæa puto) prolem refert. Nos Diodorum sequimur: qui lib. 15. ad primum annum Olympiadis CIII. à Ptolemæo Alorita occisum fratrem Alexandrum scribit. & meminit in Pelopida Plutarchus, filium quoque illius Philoxenum referens. Ptolemæum interfecit Perdicca, eique successit. Vide porro initium lib. 16. Cleopatra Alexandri Magni soror. nupta est Alexandro auunculo suo: vt scribit eodem libro Diodorus, & lib. 9. Iustinus: meminitque Liuius lib. 8. Habuit autem Philippus præter Olympiadem, alias quoque multas vxores, quas referre non est operæ pretium: legatur Athenæi δειπνοσοφιστῶν lib. 13. initium. ex Lariſſæa quidem saltatrice, nomine Philinna Aridæum filium duobus ῥῥ Ἀρριδαῖος scribitur apud Diodorum & Plutarchum fine Alexandri) sustulit. qui quum Macedoniæ rex secundum Alexandri mortem per sex annos fuisset, iussu Olympiadis vna cum vxore Euridyca est necatus à Macedonibus. Iustinus lib. 14. alii. Duxit etiam Cleopatram, Hippostrati filiam & sororis Attali, vt ex Athenæo & Diodoro patet: quanquam soror Attali apud Iustinum lib. 9. dicatur, codicum opinor mendo. His nuptiis maxime offensam Olympiadem & filium eius constat. Alexander quoque vxores habuit plures: vt Barsinam Artabazi filiam, ex qua natus Hercules, quem Casander necauit, annos natum XIV. vt Statiram Darii filiam, quam fraude Roxanes necatam Plut. ostendit: vt Roxanem Oxyartæ Bactrianorum regis filiam, quæ post vna cum filio est à Casandro necata. ex Curtio Diodoro, Iustino.

665. c. *Istius regionis fœminas*] αὐ τῆς γυναῖκας. Quæ? Molossiæ-ne, vnde fuit Olympias, an Macedoniæ? Posterius probo, ob vicinitatem etiam cum Thracia. Cæterum κλώδωνας, Clodonas, legendum hic esse, non (vt est in Guarini versione, forte tamen librarii errore) Dodonas, testantur Græci etiam lexicographi, Hesychius & Varinus: apparuitque dictas παρὰ τὸ κλώζειν, vnde est etiam κλωγμὸς, & similia. Edonides autem dicuntur Thressæ seu Thraciæ mulieres, vt Edoni Thraces, apud Latinos poetas præsertim & Græcos. Theocritus θαλυσίοις, Εἴης ἡ Ἠδωνῶν μέν ὀν οὔρεσι.-- Virgil. 12. Æneid. Ac velut Edoni Boreæ quum spiritus alto Insonat Ægæo.-- Vide Plinium l. 4. c. 11. παραδύεσθαι autem Prorepere est, non Illabi, vt male Guarinus vertit, & sic in Græco Lexico (in quod multa sunt talia ex malis Græcorum autorum interpretationibus consarcinata: vt opus nimirum crescret, etiam inuita Minerua) exponitur. quod vel præpositio ὀκ cum genitiuo addita eos monuisset. Iam λίκνον, hoc saltem loco, inepte Ventilabrum vertitur. Quid enim Bacchis cum Ventilabro? Cunas quidē hoc vocabulo significari, non lexica modo indicant: sed & Homerus sic vsus perspicue est in hymno in Mercurium; Ὃς καὶ ἐπὶ δὴ μητρὸς ἀτ' ἀθανάτων θορε γυῖον, Οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐν λίκνῳ. Et nescio ex quo scriptore Zezes in Lycophronem de Tithono, γηράσαντος ποσδηνῶς καὶ ὀν παλαφῶ καὶ λίκνω αὐτὸν παραστρεφόμενον δίκλω βρεφυλλίων καθεύδειν. Et quia inde λικνίτης dicebatur Bacchus, vt testantur λεξικογράφοι Græci: probabile est de cunis mentionem fieri. Id si cui minus probabitur, calathum, vel cistam in quibus res ad sacrificia pertinentes gestarentur, interpretetur. Nam & Theocritus in Bacchis ita: Γεραὶ δ' ὀν κίστας πεπονημένα χερσὶν ἐλοῖσαι. Infra etiam in Phoctone μυστικαὶ κίσται nominantur.

Ibid. e. *Die sexto*] ἕκτῃ ἱσταμένου. Quod longe est ab Idibus diuersum. De mensium Græcorum nominibus & ratione dicam aliquid in fine huius lucubrationis. Hegestæ frigidum epiphomena, plane in glaciem apud Guarinum congelauit.

666. b. *Oculorumque leuitatem*] Xyl. vertit, *Oculorum volubilitatem*. & annotat, πύχον. Imperite idem humectantes oculos dixit. Hoc autem vocabuli supra in Pompeio exposuimus.

Ibid. c. *Exhaurit enim sol humorem in summis corporibus existentem*] Hoc enim est ὑπιπολάζειν, non rebus abundare extrinsecis. Hinc apud Aristotelem δόξαι ὑπιπολάζουσαι, quæ omnium maxime celebres, & omnium in ore sint. & Thucydides libro 5. Epipolas partem Syracusarum editissimam dictam scribit διὰ τὸ ὑπιπολῆς τῆς ἄλλων εἶναι: vt alibi etiam monui.

Ibid. d. *Rhapsodorum*] Sic & Xyl. vertit, *Rhapsodorum*, annotatque, ῥαψῳδῶν. Græcum hic relinquere quam supponere Latinum haud satis aptum malui. Erant autem rhapsodi, qui aliena carmina poetarum in solennibus conuentibus recitarent, poetarumque essent quasi interpretes. Multa de horum officio disputantur apud Platonem ἴωνι, hoc est in dialogo de Iliade. Dicti sunt vel παρὰ τὸ ῥάπτειν καὶ ᾠδήν, quod carmina consuta quasi ex partibus diuersis, & in vnum corpus conserta, (qualia fuisse Homerica, alibi ostendimus) recitarent: vel quod virgam, ῥάβδον, manu tenentes cantarent. Qua de re dixi ad initium Vlyſseæ. Vide omnino scholiastem Pindari in Νεμέοις, & Ἰσθμίοις δ': & Eustathium initio commentariorum in primum librum Iliadis.

668. a. *Nymphæum prope Miezam*] Νυμφαῖον sacrum lucum & dedicatum Nymphis intelligi posse puto, si nō sit proprium loci nomen. Miezam quidam per y scribunt: sed Μιεζὰν & Stephanus habet, & Plin. lib. 4. c. 10.

Ibid. c. *Reuera enim commentarius ille qui dicitur* τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ] Epistolæ hæ extant etiam apud Gellium, lib. 20. cap. 4. Quid inter ἀκροαματικὰ, siue ἐποπτικὰ, & ἐγκύκλια, quæ & ἐξωτερικὰ dicuntur, interſit, hoc ex loco apparet: neque fusius hic explicandum duxi. Præsens locus est obscurus. Si μετὰ non legitur pro περὶ, (quod sane haud scio: physica quidem ipsa ἀκροάσεων titulum habere, ea inquam quæ maxime sunt φυσικὰ, nemo ignorat) de prima philosophia intelligi debebant ii libri acroamatici, quos editos Alexander queritur. Primam enim philosophiam vocat Aristoteles eam quam idem τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ & theologiam cum Platone, qui & διαλεκτικὴν eam appellat. Inde fit vt physicen quam speciatim dicimus, idem Aristoteles δευτέραν nominet σοφίαν, τὴν μετὰ τὰ φυσικὰ libris γ & η. Quæ tamen vtrauis nihilne ad μαθησιν & διδασκαλίαν conducat, neque facile dixerim, neque facile crediderim. Quod si περὶ Præter hic significaret, vtique cum datiuo construendum erat. Iam illud ὑπόδειγμα ad πεπαιδευμένοις an ad γεγραφῆναι pertineat, vel πεπαιδευμένοις pro ὑπὸ τῶν πεπαιδευμένων, an dandi & referendi casu positum sit, ambigi haud iniuria potest. Itaque non liquet. Ipse vestigia Græcorum verborum sum sequutus. Interpretes etiam ad primam philosophiam retulerunt. Sed profecto neque eam puto fuisse Alexandro ab Aristotele traditam: & si hoc vellet, scripturū fuisse Plutarchum, ἀληθῶς γὰρ ἡ τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ &c. quum legatur ἡ μετὰ, &c. Ergo amplius. Quod de medicina sequitur, ita extulit Guarinus quasi Aristoteli autor studii in medicam rem conferendi fuerit Alexander. Græca, & ipsa ratio, diuersum ostendunt.

Ibid. *Quam ex narthecio vocant*] id est, quem Iliadis librum à narthecio, in quo reconderetur, Iliadem Narthecianam appellarunt. Sic enim intelligendum hunc locum iudico. Guarinus hic quoque fecit quod sæpe solebant huius autoris interpretes. etenim totum hoc, ἣν ὀν ναρθήκος καλοῦσιν, omisit, quum forte non intelligeret. Amiotus minime locum intellexit: itaque scripsit, etiamnum eam Correctam vocari. Narthecium esse vas vnguentarium, vel medicamentarium; apparet ex Ciceronis libro De finibus secundo. Iam doloris (inquit) medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant, &c. vti ante nos etiam est ab aliis obseruatum. Ego ναρθήκα primitiuum, idem quod deductum inde ναρθήκιον facere posse censeo: quod confirmari Lexicographorum etiam auctoritate video,

quibus ναρθηκα idem significare quod ναρθηκιον placet, & σπειδος πιαπεκιον esse. Enimuero cognomentum hoc ab illo nobili Darii vnguentorum scrinio factum Iliadi, quam secum assidue haberet Alexander, puto, vt Narthecianа diceretur. Est enim cum alibi tum apud Plinium historia, quam ipsius verbis de libri septimi capite vigesimonono huc adscripsi, vt hunc locum penitus explicem. Itaq. Alexander (inquit) Magnus, inter spolia Darii Persarum regis, vnguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisque & margaritis pretiosum, varios eius vsus amicis demonstrantibus: Imo Hercule, inquit, librorum Homeri custodiæ detur, vt pretiosissimum humani animi opus quam maxime diuiti opere seruaretur. Hinc & quid ναρθηξ sit vel ναρθηκιον, intelligi, & Plutarchi sententiam apparere puto.

Ibid. e. *Medaros rebellantes subegit*] Xyl. vertit, *Medos qui defecerant.* & annotat, Μεδάρων. Ego Medaros nullos noui: qui nouerit, prodat. Medos noui gentem Thracicam, Macedoniæ vicinam: Liuiusque etiam libro vigesimosexto incursionem eos facere in Macedoniam solitos ait, quoties externo bello rex Macedoniæ deineretur. Ergo Medos scripsi. Quod enim Megarenses Guarinus substituit, non sanauit sed auxit malum.

669. c *Pexodorus*] Πηξίδωρος. Post per ἰῶτα: male Arrianus lib. 1. ἀναβ. Ἀλεξ. Πηξοδαρον vocat: apud Diodorum Πηξοδωρος legitur decimosexto.

670. a. *Eum simul qui tradidit, &c.*] Versus ex Medea Euripidis. Verba ipsius sunt de Iasone, socroque & vxore nouis eius Creonte & Glauca, necandis deliberandis. Per δόνπι, Dantem, ibi socer Creon: hic (opinor) nuptiarum & stupri Paulaniæ illati autor Attalus, tum nouus maritus Philippus & Cleopatra vxor recens Olympiadi superinducta intelligantur.

673. *Ar Rœsace*] Rosacere est apud Curtium. Cr.

Ibid. e. *Raro autem tenuia & resonantia suo abruptis & confragosis rupibus aperiret saxa*] Hunc locum male tractauit interpres, ac glaciem nulla cogente necessitate, satis frigide apposuit: quasi vero πάγος nihil præter glaciem significaret. Mitto Eurip. & Sophoclis testimonia quibus planum facere possim, πάγον, saxum, scopulum, cauernive significare. Sane Homeri versus notus est lib. 5. Vlyssea: Ἀλλ' ἀκταὶ προβλῆτες ἔσαν, ἀπλαδὲς τε πάγοι τε. Eustath. πάγοι, πετρώδεις ἐξοχαί, ἢ εἰς ὕψος ἀνέχουσαι πέτραι. & apud Æschylum Vulcanus de rupe cui erat affixurus Prometheum, Προσπασαλεύσω, inquit, τῷ δ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ. Quin & in Catonis Censorii vita sic vsurpauit noster, de Thermopylarum ab eo captis angustiis scribens. Cæterum hanc eandem historiam explicatam legere potes apud Stranonem libro decimoquarto. Versus Menandri, atque etiam nostri, sunt trochaici quadrati.

674. d. *Quum regis esset ascandes*] Legendum fortassis ascandes, id est nuncius: vel ascantes, id est cubicularius Cr. Xylander autem annotat, Hoc quid sit non facile dixerim: neq; alibi me id vocabulum recordor reperisse. Iustinus Darium ante Codomanuum appellatum, & ob virtutem prius Armeniis præfectum, inde Ocho mortuo à populo regem factum, Dariique nomen accepisse, scribit lib 10. Diodorus præterea lib. 17. regio eum genere natum fuisse docet. Sed inde nihil certi colligo. ἀσκάντης quidem lecticam aut grabbatum significat Græcis, vt est apud Eustathium, Suidam, & alios: vt coniicere fortassis liceat, fuisse eum aliquando vnum de regis cubicularis, ἕνα τῶν καπυνάσων.

679. d. *Exinde vndoso*] Versus sunt de lib. 4. Vlyssea Homericæ. Male autem Guarinus hanc Phari descriptionem extulit. Quod tænia hic dicitur, id explicant aliorum verba, qui pro his νησίον ὠδίνηκεν habent. qui plura volunt, præter geographos Cæsarem ad finem libri tertii De bello ciuili consulant.

681. b. *Non talis diis sanguis, &c.*] Xyl. vertit, *Non ichor.* & annotat, Vertere in linguam Latinam hoc verbi hoc loco non potui, nisi si saniem voluissem dicere, quod est cruore vel sanguine aliquid deterius, eoque minus deorum naturæ conuenit. nam quæ alias ἰχῶρ significat, huc non pertinent. Versus est apud Homerum lib. 5. Iliadis, de Venere à Diomede sauciata.

683. c. *Apollini immolans*] τῷ Φοίβῳ. Annotarum est hic ab Amioto, in diuersis exemplaribus φόβῳ, metui scilicet seu pauori, pro φοίβῳ, quod est Apollinis epitheton, ac nonnunquam pro substantiuo ipso ponitur, legi. Quæ ipsa fortassis lectio, quando arcanorum sacrorum mentio fit, locum habere posset. Se l mutare hanc planiorem nolui.

684. b. *Balteum gestabat*] Xyl. *Sagum gestabat.* & annotat, ὀπιπόρπαμα, à fibula nomen habet, apparet autem ex Eustathio in μ Iliadis, ὀπιπόρπημα esse idem quod ἐφαπτίδα. & ἐφαπτίδα ipse in librum π eiusdem operis, idem esse cum chlamyde docet: quod & alii lexicographi sequuntur, Balteum vertit Guarinus: sed non satis video quo autore: cincturam Amiotus.

686. b. *An potius flammæ fomes liquor hic &c.*] εἴτε μᾶλλον ὑπέκκαυμα. vnde apparet, plures de origine naphthæ recitatas à Plutarcho opiniones, quarum hæc fortassis vitiosa fuit reliquis amissis. Sane Amiotus annotauit, in Græco hic aliquot lineas deesse. De naphtha vide etiam Strabonem libro decimosexto.

690. c. *Exathrem*] Oxathrem habet Curtius. Cr.

692. c. *Balino*] Cebalinum nominat Curtius. Cr.

694. d. *In Græcia mores mali sunt*] Xyl. vertit, *Quam comparatum iniqueid est in Græcia.* & annotat, Miror tam tritum locum à Guarino non animaduersum intellectumue fuisse. Sunt autem apud Euripidem aliquot versus, quorum initium tantum, vt notorum, posuit Plutarchus. Is Peleus queritur, rei à Græcis apud Troiam gestæ Atridas gloriam sibi vindicare, quum ipsorum minima fuisset opera. Ita hic Clitus obiiciebat Alexandro, eum superbire gloria ferum à Macedonibus gestarum.

700. d. *Limnæus*] Timæus est apud Curtium. Cr.

705. a. *Desiderauit præter omnes artifices Stasicratem*] Dinocratem hunc nominat Vitruuius in præfatione libri secundi.

706. c. *Non exhausit Herculis scyphum*] Hunc locum peruertit Guarinus. Non enim hoc ait Plutarchus, Alexandrũ, priusquam illud poculum ebibisset, morbo fuisse correptum: sed totam illam de Herculeo scypho & subito dolore narrationem, ait esse fabulam. Meminerunt huius scyphi & Diodorus & Curtius. Annotatum in margine à quodam est, consulendam explicationem prouerbii, Seruatori tertium. Verum id ad rem nihil facit omnino. Sunt qui poculo nomen Herculis fuisse putant. Ego non ab re puto dici posse, in honorem Herculis id poculum ebibisse Alexandrum, vt autoris suæ stirpis. Notum est enim, inter pocula moris fuisse etiam diis libare: inuitantesque se liberalius arbitror eo libationem istam transtulisse. Horatius ad Augustum suum, -- & alteris Te mensis adhibet deum. Te multa prece, te prosequitur mero Diffuso pateris: & laribus tuum Miscet numen, vti Græcia Castoris Et magni memor Herculis. Quod idem Mario ob Cimbricam victoriam obtigisse, scribit Plutarch. τειακάδα non esse XIII. sed vltimum mensis diem, satis est notum.

IN CÆSAREM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

707. d. *Cinnæ, qui Romæ rerum potitus est*] Κίννα τῷ μοναρχήσαντος. Vius est hoc vocabulo Plutarchus hic aliquantulum improprie. Μονάρχης seu μόναρχος pro tyranno, & μοναρχεῖν pro tyrannidem gerere, apud Græcos sæpe dicuntur: vt apud Lucianum Phalaride secundo, ὥ καὶ δῆλον ὅτι προσοιέται τὸν τῷ μοναρχοῦντος υἱόν. Et Polybius sic libro secundo sæpe est loquutus, vt Βούρεκι τὸν τύραννον ἀποκτείναντες. mox, ἀπολωλότα τὸν τῶν Βούρα μόναρχον. Nimirum id vocabulum eum significat qui solus rerum potitur, idque iniuste. L. autem Cornelius Cinna non solus quidem, sed cum collegis quatuor consulatum gessit: quia tamen ii fere ab ipso pendebant, & nutu Cinnæ agebantur omnia, isque Marianam tyrannidem resuscitauerat, non male dicitur hic μονάρχησαι. Dictatorem quidem fuisse (quod interpres habet) rectum non est.

708. c. *Atque ad Iunium qui cum imperio Asiam obtinebat*] Ἰούνιον, Iulium interpres. Ego Iunium posui, non tam quod hoc Græcis literis est affinius, quam Velleium sequutus Paterculum: apud quem, vbi hæc historia describitur, proconsul Asiæ nominatur Iunius, qui tum in Bithynia ageret.

Ibid.

Ibi. e. *Apollonium Molonis*] M. Tullius in Bruto, Suetonius, & alii, Appollonium Molonem vocant. Quod autem sequitur de dimissa ab eo prima eloquentiæ gloria, verti coniecturam sequutus. locus enim est mendosus: & fortassis sanari possit si ita legatur, τοῦ πρεσβυτέρου, οὐχ ὅπως τῇ δυνάμει καὶ πᾶς ὅπλοις πρῶτος εἶναι μᾶλλον, ὑφεῖναι ἀλλ' ἀσχολήσεις πρὸς ὅπερ, &c. Nihil tamen contendo.

709. b. *Vno digito caput scabentem*] Hæc in molles dicuntur, à quibus non facile timendum Reip. videtur. Tale est etiam de male cincto Cæsare Syllæ iudicium. Caput autem scabere vno digito, de mollibus dici, vel ex Clodianis in Pompeium contumeliis, ex nostro autore constat. Sic & Lucianus de molli & effœminato dicit. ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν κνώμενος. Ἡ νῦν διδάσκ.

709. c. *In honorem quidem magnarum natu fœminarum orationes funebres habere, id moris erat Romani*] Liuius lib. 5. Matronis pro auro ad liberandam à Gallis Romam collato gratiæ actæ, honosq; additus vt earum sicut virorum, post mortem solennis esset laudatio.

Ibid. d. *Cum vno prætore Vetere*] Βάτωνι. quod mendosum esse facile quiuis viderit. Angelus Tuberonem suppositit. id est augere malum, & historiam deprauare. Sequutus eum est tamen Amiotus. Cæsarem sub Antistio Vetere quæstorem fuisse testatur Velleius Paterculus. Ergo legendum Βέτωνι. Quod autem de tertia Cæsaris vxore sequitur, ea filia fuit Q. Pompeii, Syllæ neptis. Primam autor non commemorauit, quæ fuit Cossutia de equestri ordine: qua dimissa Corneliam, Cinnæ filiam, duxit. Suetonius.

711. c. *Vicies & ducenties*] Xyl. vertit, *Trecenties sestertium*. & annotat, Interpretis erratum hic refellere mitto. summam autem ego hanc posui vt intelligeretur mendum hic esse: quod enim legitur πεντακόσιαι πεντήκοντα, legendum est ἑπτακόσιαι πεντήκοντα. Nam hæc summa per talentorum numerum in vita Catonis expressa est ita, χίλιαν ἑξακόσιον καὶ πεντήκοντα πάλαιπον, MCCL talentis. quæ si in myriades drachmarum conuertas, erunt DCCL myriades. etenim talenti ea est ad myriadem proportio quæ ternarii ad quinarium: hoc est quinque talenta æquantur tribus myriadibus drachmarum: item quinquaginta talenta efficiunt duodecies sestertium: qua de re hic non est differendi locus.

714. a. *At illo in bello, &c.* Quæ ante hæc verba interpres habet de equo Cæsaris, in meo Græco non sunt: itaque omisi. Omisit etiam Amiotus. Inuenies autem apud Plinium lib. 8. c. 42. & apud Tranquillum.

718. c. *Quadraginta millia*] Videtur ex Cæsare hoc habere, qui ostendit maximam Germanorum partem occisam: quum quidem numerus eorum fuisset CCCCXXXMILIum: vt XXXX modo millia euasisse videantur. Angelus XL. non CD. millia vertit: vt appareat eum pro μυριάδες legisse χιλιάδες. Et quidem probabilior videtur hic numerus.

720. b. *Ad Ararim amnem*] Ἀράριν interpres Ararim: quod & mihi probatur. præsertim quum ne Galliam quidem omnem Vercingetorigis concusserit rebellio, nedum viquè ad sinum Adriaticum iste motus peruaserit.

722. e. *Consulibus inuitis*] δίχα τῶν ὑπάτων. Sequutus est hoc Angelus, & hunc Gallicus interpres. quum quidem nullus ita possit esse sensus. Ex historia quæ est apud Dionem initio libri 41. apud Ciceronem multis locis, & apud omnes fere huius belli scriptores, constat βίᾳ, non δίχα, legendum.

725. f. *Succumbit etiam ictibus ferrum*] σίδηρος ἐξέκαμε. Angelus legisse videtur ὁ μηρὸς, femur. Sed nullus erit sensus. Indicant autem, suis corporibus à Cæsare non parci: quum quidem ferrum etiam & arma adsiduo vsu consumantur, lædantur, & nedum corpora hominum eos illæsa labores substineant. Paulò ante est Νάειον pro Ὠείον: notius mendum, quam vt imponere cuiquam debuerit. & πολεμιῶν pro πολίμων.

726. e. *Radicem quandam*] Charam eam Cæsar libr. 3. Bell. ciuil. nominat. De lapsana seu cyma sylueslri idem refert Plinius cap. 8. lib. 19.

727. e. *Afranius*] Male in Græco legitur, Ἀφράνιον δέ: vt Fauonius interrogasse Afranium videatur, quomodo & interpres accepit. quod falsum esse vel ex Pompeii vita deprehenditur. Etenim Afranius ægre ferebat quod pecunia potius corruptus quam Cæsaris vi & peritia superatus, tradito ei exercitu ex Hispania fugisse crederetur: itaque tum pugnam detrectantem Pompeium arguebat, calumniamque inimicis reponebat, quasi si diceret: si non armis sed pecunia vincere Cæsarem, emique ab eo, non capi prouincias creditis! qui fit quod non cum eo confligitis? cur non experimini eum vt ego sum expertus;

728. e. *Cornificium*] Κορφίνιον nihil plane mihi constat. Legi tamen Cornificium, de quo etiam post.

732. a. *Fuit præterea eius suggillatio Dolabellæ furor*] De Amintio hoc nihil habeo. Cornificium iterum posui, qui est in Græco Κορφίνιος: neque tamen magnopere asseuero. Liquendam Cornificium à Cæsaris partibus stetisse bello Pompeiano, & ab eo fuisse in honore habitum, ex oratione Cic. pro Q. Ligario intelligitur. An de eo hic dicatur, haud scio. Id quidem ausus sum, vt Cornificium (vel quisquis tandem fuit) ante Antonium ponerem. est enim locus interpolatus. Quæ de Pompeii domo dicuntur, satis constat ad Antonium pertinere, cum ex aliis, & vita Antonii, tum ex Philippica Ciceronis secunda.

IN PHOCIONEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

PHocionem Alexandri Magni æqualem fuisse, eique non multum temporis superuixisse, constat. Hæc quoque vita ita fuit à Lapo conuersa vt ineptæ paraphraseos potius quam bonæ versionis nomen mereretur.

472. a. *Neque enim audiendus Sophocles est*] In Antigona: verba Ismeniæ ad Creontem.

Ibid. b. *Quamobrem dulce poeta μενοεικὲς vocauit?* Sæpe est vocabulum hoc apud Homerum. vt Odyss. ε. ἔπεα dicuntur μενοεικέα, & alibi δῶρα. & χάρις μενοεικής & Odyss. ζ. μενοεικέ ἐδωδήν. μένος enim frequenter pro animo ponitur hinc illa, -ἱππόν μένος Ἀλκινόοιο, & similia. Sæpe pro audacia aut feruore animi: vt, Θῆκε μένος καὶ θάρσος :-. atque sic in Catone Vticensi ipse Plutarchus vsurpauit: τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πιμπλάμενον ὀργῆς καὶ μένους κατιδών. Mitto quæ de hac voce Græci grammatici tradunt.

Ibid. e. *Sed ait eum Cicero*] Locus est epistolæ primæ libri ad Atticum secundi: tametsi nihil ibi de petitione consulatus dicitur, ac ne dici quidem potuit, quum illa epistola scripta sit Afranio & Merello consulibus: Catone in consulatus petitione repulsam passo, Sulpitius & Marcellus sint designati, octo integris post annis. Alioquin dubium non est quin id quod hic ex Cicerone Plutarchus affert, vel vnica fuerit causa vt consulatum non obtineret Cato.

744. b. *Quomodo sane in Chio quoque vitam proiecit*] Historia hæc est apud Diodorum Siculum libro 16. non longe ab initio. De nauali apud Naxum pugna idem lib. 15. & paucis Xenophon lib. 5. Ἑλληνικῶν sub finem.

746. c. *Cognomen inuenerit Boni*] χρηστοῦ. Lapus Frugi vertit: sed id longe aliud est & à diuerta virtute factum cognomentum. Boni cognomen ei cum alii tum Æmilius etiam Probus diserte tribuit.

Ibid. e. *Nonatoribus vrbanis Charidemum in suggestum trahentibus*] Apparet hunc facile turbulentissimum ciuem, & belli Macedonici facem fuisse: siquidem solus omnium eorum quos Alexander ab Athiensibus sibi dedi poposcerat, quum esset ignotum reliquis, solum exilii causa vertere iussus, ad Darium perfugit, Arrianus libro 1. De exped. Alexandri.

749. b. *Cur miser intendis, &c.*] Versus est Homericus, de lib. 9. Vlyssea. Sunt autem verba sociorum ad Vlyssem, qui Cyclopem, cuius violentiam vix dum euaserat, lacessere verbis intendebat.

750. a. *Rogauit num eo se arbitrarentur deteriorem*] Xyl. vertit, *Vtrum se quam illum pejus habere putarent*. & annotat, εἰ τούτου χείρονα νομίζοιεν αὐτόν. Lapus, *Num minoris se existiment*: qua versione elegantia loci, & comparationis Phocionis cum illo sene egeno venustas deperditur. Non enim virtutis sed vitæ & paupertatis contentio à Phocione instituebatur. & quod cum bona verba loqui, id est abstinere tam contumeliosa sui cum illo misero collatione, iubebant legati, eo attinebat quod Phocionem dignissimum

ſplendore regio putarent: quippe ſolum de omnibus Athenienſibus bonum virum. de miſello iſto, videbatur alia res eſſe.

Ibid. b. *Cio, Gergetho*] Cium vrbem Myſiæ non ignobilem, & non geographis modo atque hiſtoricis, ſed etiam poetis cognitam. Chium Lapus (inſula eſt Ioniæ dicta) fecit, noto & vulgato errore, Γεργίθου per ι, non η, ſcribendum eſt: vt patet ex Strabonis lib. 13. & Stephano: atque ex Latinis etiam Plinio l. 5. c. 30. Mela & Liuio, meminit enim lib. 38. Vrbs erat Troadis. Mylaſſa, Carię vrbs maritima. Elæa, haud procul Pergamo in littore ſita, de Melita quod ſequitur, annotauimus in Themiſtoclem.

Ibid. d. *Filio cupienti deſultorem certare Panatheneis.*] Xyl. vertit, *Filio autem feſtiuitate Panathenaica cupienti deſultorio certamine contendere, Phocion obſequutus eſt.* & annotat, ἀποβάτῳ ἀγωνίσασθαι. quod genus dicendi eſt apud Latinos, quum dicimus, Saltauit Antiopam Rutilius: & ille apud Horatium. *Paſtorem ſaltaret vti Cyclopa rogabat.* Quid autem ſit ἀποβάτης, video pleroſque ignoraſſe, quando & L. Cælius lib. 21. cap. 21. ignoratione rei locum Dionyſii Halycarnaſſei, quem mox proferam, corrupit. quod dico ne (quod multi ſtulte faciunt) vno in libro omnia ineſſe putemus. Lapus noſter hîc morem ſuum ſeruauit: id eſt, equeſtrem ludum vertit, genus pro ſpecie ponens, quod tantum non omittere eſt. Qui intelligit quid ſit παραβάτης, coniicere poteſt ſane quid ſit ἀποβάτης. nam ἱππικὸν eſſe ἀγώνισμα, id eſt Equeſtre certamen. Varinus etiam annotauit, additque ſolis in vſu fuiſſe Athenienſibus & Bœotis, Dionyſ. in libri ſeptimi fine, (Cælius perperam ex octauo citat) quo loco certamina & ſacrificia priſcorum Latinorum cum Græcis comparat, hæc verba poſuit: ὅταν γὰρ τέλος αἰτῶσι ἱππέων ἅμιλλαν λάβωσιν, ἀποπηδῶντες ἀπὸ τῶν ἁρμάτων οἱ παροχούμενοι τοῖς λωίοχοις, οὓς οἱ πιπτοὶ μὲν παραβάτας, Ἀθηναῖοι δὲ ἀποβάτας, (deeſt καλοῦσιν, aut aliquid tale) τὸν σταδιαῖον ἀμιλλῶντες δρόμον αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους, hoc eſt, Equeſtribus enim finitis certaminibus, deſilientes à curribus ii qui vna cum aurigis vehuntur, (poetæ eos parabatas, Athenienſes apobatas vocant) in ſtadio curſu inter ſe contendunt. Cælius quo dixi loco, contra & veritatem & mentem Dionyſii, aurigas cum parabatis & apobatis eoſdem facit: quod ſtatim ex verbis apparet. Iam quod ipſe Dionyſius eoſdem apobatas cum parabatis facit, id de certaminibus ludicris, non de pugna, intelligendum ſatis conſtat ne quis puter hoc loco connelli poſſe quæ de ſignificatione verbi παραβάτης ad vitam Æmilii ex optimorum autorum ſententia & exemplis ſcripſi. Tametſi ſatis etiam ex Iliade Homeri & Virgiliana Æneide liquet, eos qui de curribus pugnarent, ſæpe de iis deſiluiſſe, ac pedeſtri certamine dimicaſſe: ἀποβάτας tamen dictos legere non memini, & haud ſcio an vſquam legatur. In ludicris certaminibus, qualia Dionyſius deſcribit, παραβάτης, is qui vna cum auriga in curru erat, quod non pugnabatur, nihil habebat negocii niſi vt deſiliret à curru & curſu decertaret: inde etiam ἀποβάτης idem dici potuit. Eſt enim ἀποβαίνειν deſcendere, ſeu deſilire, hoc quidem loco: & annotaui: Euſtathius, ἀποβαίνειν in hoc genere dici αἰτὴ τῶ πηδᾶν & καταβαίνειν ἅρματος. Neque ego motus ſum nominis tantum etymo vt deſultorium hîc verterem certamen, τὸν τῶ ἀποβάτου ἀγῶνα: ſed quia hoc vocabulum bonis Latinis autoribus viderem aut hoc ipſo, aut ſimilimo plane modo vſurpatum. Liuius lib. 44. Mos erat tum, nondum hac effuſione inducta beſtiis omnium gentium circum complendi, varia ſpectaculorum conquirere genera: nec ſemel quadrigis, ſemel deſultore miſſo, vix vnius horæ tempus vtrunque curriculum complebat. Quod enim vel Calepinus, vel eius correctores atque auctores equum deſultorium eum eſſe dicunt, qui eſt κέλης Græcis, quum tamen ab vno duos ſimul eſſe ductos affirment: faciunt nimis imperite. ſaltem verſus eos monuiſſet Odyſſ. ε, -- αὐτὰρ Ὀδυσεὺς Ἀμφ' ἑνὶ δουρὸς βαίνε, κέλητ' ὡς ἵππων ἐλαώνων. Non duo ligna, ex quorum vno in alterum tranſiliretur, ſed vnicum equo celeri comparat. Tum ex Pindaro notum eſt, & Plinii cap. 5. lib. 34, κέλητα currui opponi: at in curribus etiam fuiſſe ἀποβάτας. iam ex Dionyſio dixi. Vocari fortaſſis poſſit ἀποβάτης etiam is qui in certamine ab equo defatigato in alterum integrum tranſiret, quum quidem duos ſecum traheret: quomodo Numidas pugnaſſe, Liuius lib. 23. ſcribit. Suetonius in Iulio, cap. 39. Circenſibus, inquit, quadrigas bigaſq; & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes. Sũt & hæc verba Ciceronis pro L. Murena dil gentius expendenda. Neſcio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in conſulatem, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum, incurrere. Qui locus à Dionyſii non videtur abludere ſententia. Porro autem filio Phocionis Phoci, non Phocii nomen fuiſſe. annotandum duxi. nam in hoc libro promiſcue ſcribitur. Nos confirmet Athenæus, cuius (ne quem alium allegem) hæc ſunt lib. 4. eandem rem exponentis: Διοφῶς ὁ Βαβυλώνιος ἐν τοῖς περὶ εὐφημείας, τὸν Φωκίωνος υἱόν (φησὶ) Φῶκον ἐκ Λῶος οὐκ ἐμίσει Ἀθηναίων, &c. vbi quidem quum de hac ipſa victoria dicitur, eſt νικήσαντες δὲ ἵπποις Παναθηναίοις.

753. a. *Aggredienti aliquando Pythea*] Locus eſt, vt apparet, mutilus: quem ſi affirmem me ſatis aſſequi, nuger.

Ibid. e. *Poſtquam autem Leoſthenes ciuitatem præcipitem in bellum Græcum dictum egit*] Xyl. vertit, *Lamiacum*, & annotat, In Græco eſt Ἑλληνικὸν πόλεμον, Græcum bellum: quod expreſſit Amiotus. Lapus, quum rem non teneret, neſcio quid de inferendis Græciæ armis commentus eſt: quum quidem in libertatem aſſerendæ Græciæ cauſa ſit ſuſceptum, omneſque fere exceptis ſolis Bœotis Græci cum Athenienſibus ſocietatem eius coiuerint. Eſt enim id bellum quod Leoſthene duce geſtum eſt contra Antipatrum: qui quum ab eo victus Lamicum, Theſſaliæ vrbem, confugiſſet, bello Lamiaci nomen factum eſt. Deſcribitur perſpicue à Diodoro lib. 18. Biblioth. & à Pauſania in Atticis, à Iuſtino lib. 13. & aliis.

753. a. *Vbi pedites Antiphilus*] Viden' oſcitantia quid faciat? Lapus oblitus paulo ſupra Antiphilum hunc nominatum, qui Leoſtheni ſuccederet, eum & Menonem Theſſalum (cuius etiam alibi meminit Plutarchus) Macedonibus affingit: quum fuerint Græcorum duces. Id vaniſſimum quod idem Lapus Phocioni eam victoriam adſcribit: quem non inter fuiſſe, ex antecedentibus patet. atque hunc errorem tamen quidam ſequuti, idem ad Iuſtini librum 13. annotauerunt.

Ibid. c. *Tunc circa diem illos faſciis quibus myſticos lectos redimiunt*] Xyl. vertit, *Iis vero diebus quum faſciis quibus myſticæ ciſtæ inuoluuntur.* & annotat, κοῖτον. ſic Varinus, κοῖτον Attice vocari τὸν μικρὰν κίστην. & haud ſcio an idem ſint quod λίκνον, de quo annotaui in Alexandro. Lapus victimas imperite. Statim *Pallidum*, θάψινον eſt in Græco. Neque videre poſſum cur atrum verterit Lapus. Eſt enim vtique θάψινον, Quod thapſi colorem habet. Thapſus quid ſit non indico, multis ſcio videri eſſe verbaſcum, *vvllkraut*: quæ eſt ſane pullis foliis prædita herba, flore luteo, odoris violacei. Pallidum autem intelligi τῶ θαψίνῳ. apparet ex Theocriti Pharmaceutria, Καὶ μιν χρὼς μὲν ὅμοιος ἐχρῶτο πολλάκι θάψῳ, *Sæpe ego pallebam thapſi ſuffuſa colorem.* Quæ ibi Scholiaſtes habet, à nobis ſtant. Sed Nicander in Alexipharmacis, de palleſcentibus ob epotum ranæ venenum, Τῶν ἤτοι θερέος μὲν ἄχει, χλόον, ἠύτε θάψου. id eſt, vt Scholiaſtes ait, οἱ φαρμακευθέντες ὠχροὶ γίνονται· ἡ δὲ θάψος ἐστὶν ἅδος βοτάνης χλωρᾶς. Καθαρὸς λιμλῶ, an purus ſit, an vero Catharus ſit proprium, non facile ſuccurrit. Paulò poſt ἐκπεπολιορκημένοις, *Carcere incluſis* inepte vertit Lapus.

IN CATONEM VTICENSEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum.

HIC Cato, vt à Maiori ſeu Cenſorio diſtingueretur, modo Minor ſeu inferior, modo Vticenſis, à loco in quo mortem oppetiit, dicitur. Plutarchus in Pompeio, & fine Catonis maioris, Philoſophi cognomento eum dignatur. Genealogiam eius ibidem attingit. ſed & locus iſte mancus eſt & apud Gellium libr. 13. cap. 18. explicatur perſpicue gentilitas hæc: itaque eam ſuccincte huc tranſcripſi.

M Por-

M. Porcius Cato Censorius

M. Cato, qui viuo patre obiit. prætor designatus. — M. Cato Salonianus, ex Salonii filia.

L. Cato. — M. Cato, mortuus in petitione præturæ.

M Cato, M.F. M.N. consul periit in Africa, Anno DCXXXVI.

M. Porcius Cato, Vticensis.

Cato, qui post præturam in Gallia Narbonensi decessit.

In loco Plutarchi quem dixi, verba sunt confusa: ita quidem vt nisi suo loco reponantur, non modo non pronepos (quod & in confesso est, & hîc diserte testatur autor) Vticensis fuisse videatur Censorii, sed ne à Salonio quidem ortus. Illum itaque locum emendabis, manentibus iisdem, ac tantum alio ordine collocatis verbis, sic: ὁ δὲ Κάτων ἀ. γενεὸς τοῦ υἱοῦ. Καὶ Σαλώνιος μὲν ἐτελεύτησε στρατηγῶν· οὗ δὲ πάππος οὗτος. Hæc autem, ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ γεγονὼς Μάρκος, ἀπέθανεν, parenthesi includi debent, & quidem pro αὐτοῦ mallem, ἑτέρου aut ἐκείνου. vt intelligatur non ad Salonium seu (vt Gellius vocat) Salonianum referri, sed ad eum qui Tertiam Æmilii Pauli filiam in matrimonio habuit. Porro autem Cato Vticensis præter Porciam sororem, quam vxorem fuisse Plutarchus ait L. Domitii, eius qui Cæsari successor destinatus, bello ciuili periit, etiam ex vitrico Seruilio fratrem habuit Cæpionem nomine, & sorores Seruilias, quarum vna M. Bruti, eius qui Cæsarem necauit, mater fuit, altera L. Luculli vxor, & item tertia Iunii Silani vxor. Non autem Capionem, sed Cæpionem esse legendum, vel ex eo patet quod notissimum gentis Seruiliæ cognomen est Cæpio.

759. e. *Apud Liuium Drusum auunculum*] Liuium Drusum auunculum fuisse Catonis huius, satis constat cum aliunde tum ex Miloniana Ciceronis ne quis mendum Græci codicis sequatur, vbi legitur, θείῳ μὲν ὄντι τῆς μητρὸς, matris auunculo: quum sit legendum non τῆς, sed πρὸς μητρός.

760. b. *Silo Pompedius*] Sic esse legendum, in Mario ostendi. Refert hanc historiam iisdem prope verbis Valerius Maximus lib. 13. c. 1.

762. b. *Inuita Venere*] qui est fortunatissimus talorum iactus. Solebant autem in conuiuiis archipositam, id est, Magisterium bibendi, talis sortiri. Cuius rei mentio cum apud alios sit crebra, tum apud Horatium. vt ad Sestium, *Nec regna vini sortiere talis.* Et ad Pompeium: --*Quem Venus arbitrum Dicet bibendi?* Hoc modo etiam partes ciborum fuisse sorte ductas hinc apparet. Reliqua Lapus non recte.

763. a. *Lege lata ne candidati nomenclatores haberent*] ὀνοματολόγοι. Annotatum erat hoc ad marginem à correctore, quum quidem Lapus rectissime ita vt nos vertisset. Erat autem Nomenclator, seruus qui candidatum sequebatur, eumque ciuium nomina docebat quos ille compellaret, atque vt sibi fauerent, oraret. Idem Monitor dicebatur: quod ex Mureniana Tullii oratione apparet. Festus etiam Fattorem fuisse dictum scribit, quod clam veluti inferciret in aures candidati nomina salutandorum ciuium. De quo accipio etiam Horatii versus ad Numicium, de petitione magistratus ita scribentis: *Si fortunatum species & gratia præstant, Mercemur seruum qui dictet nomina*-----& quæ sequuntur. Quod autem est in Græco, ἐπείθετο τῷ νόμῳ, καὶ δι' αὐτῶν: Lapus vertit, eum seruasse illam legem, eique obtemperasse. Atque hoc opinor imposuit doctissimo cuidam viro vt hoc ipsum etiam in commentario Murenianæ orationis scriberet, negari à Plutarcho id quod Cicero obiicit Catoni, nempe eum opera nomenclatoris vsum. Ego vero hoc ex Cicerone accepisse Plutarchum suspicor, & ab eo nequaquam dissensisse. Certe Græca verba idem habent cum Latinis Tullianis, nisi quod αὐτῶν scribendum est, non αὐτῶ. Nam verbum ὑπείθεσθαι cum datiuo, Obsequi aut Obtemperare nequaquam significat: Adoriri autem, impugnare, resistere, & similia, frequenter apud optimos scriptores. id quod exemplis collectis post Budæum docere, non est operæ.

Ibid. c. *Non formidinem detraxit imperio*] Xyl. vertit, *Non metum suæ potestatis eis ademit*, & annotat, οὐ τὸν φόβον ἀφεῖλεν. Lapus, *Non timore iniecto*: nescio quid sequutus. Nostram quidem lectionem probo. Indicat enim, Catonem non pro imperio, tantum militibus mandasse aliquid, sed & causas simul exposuisse, vt non tam metu potestatis suæ eos cogeret, quam explicandis factorum rationibus ad officium faciendum duceret. id quod fuit consentaneum ingenio Catonis, qui & ipse præceptori suo ita paruisset vt causas singulorum mandatorum sibi reddi postularet. Quæ autem paucis interiectis versibus sequuntur, *Omnes qui imperatorum nomen, &c.* quum sint perspicua in Græco, & Catonem tum cum militibus, tum cum imperatoribus componant, idem Lapus admodum insulse corrupit. Non enim fuit Catonis, militem adulari, aut imperatoris nomine dignari. Sed refutare apertum errorem, non est operæ.

764. c. *Ita non gladio solum*] Omissa hæc sunt à Lapo, Cæsarem autem (ni fallor) notat, eiusque Anticatonem: qui non agendi modo, sed & scribendi quæ vellet, impunem licentiam armis rerum potitus sibi vendicaret.

Ibid. e. *Super sarcinas tacitus sedens*] Xyl. vertit, *Apud clitellas tacitus sedens*, & annotat, ὅτι τὸν φορτίων, Impedimenta, Sarcinas. Lapus, *ob magnitudinem curarum*: quasi si φροντίδων legisset.

766. b. *Quum petere quæsturam legitime posset, non ante accessit ad petendum, &c.* Xyl. vertit, *Quæsturam non ante ambiit.* & annotat, μετῆλθεν. id autem non est inire, sed petere magistratum, quod satis notum puto. sensum totum huius loci Lapus leui momento peruertit.

Ibid. c. *Alteri testamenti subiecti formulam intendit*] Xyl. vertit, *Alteri cuidam falsidicam scripsit.* & annotat, ῥαδιουργίαν. Ego ita proprie exponi puto: alii suppositionem testamenti. qua de specie mihi hîc non satis constat. Lapus negligenter negligentiam extulit. Sane in Actis Apostolorum, cap. 18. ἀδίκημα ῥαδιούργημα coniunguntur. Apud Xenophontem libr. 2. De dictis & factis Socratis sicut & apud alios, ῥαδιουργία opponitur virtutis & laboris honestæ actioni. quod Eustathius in δ Homericæ Vlysseæ exponit εὐκολίαν.

768. c. *Amnæus*] Ἀμναῖος, sic est in Græco, apud Lapum, Amicus. nobiscum legit etiam Gallicus interpres. tametsi hoc nomen non satis est notum. Sane etiam in Lucullo hoc dictum retulit ita vt à quibusdam id Catoni ipsi attributum diceret.

773. e. *Ex duabus Catonis fratris & sororis filiabus nubilibus*] Xyl. vertit, *De duabus Catonis neptibus*. annotatque, ἀδελφιδῶν est in Græco. Sed id ambiguum est. nam & fratris filia intelligi hoc vocabulo potest. Et haud scio an Cæpionis filiam intelligi hoc loco par sit, quam vnicam ab eo relictam supra dixit Plutarchus. de altera nihil mihi constat. Supra quidem Seruiliarum, & mox iterum sororum Catonis fit mentio. vt videri possit, sororis aut vtramque aut alteram harum filiam esse. Sed hæc peritiores explicent.

752. a. *Quum consulatum amico cuidam quæreret*] L. Afranio: Plut. Pompeio, & alis.

753. a. *Metelli*] Numidici illius magni, Historia est cum alibi, tum in vita Marii.

776. b. *Per Canidium amicum*] Ita hîc semper: infra in Bruto, Caninius.

777. c. *Pignora se ab ipso capturum*] ἐνέχυρα λήψεσθαι. Qui intelligere vult quid hæc sibi verba velint, (est autem operæ precium) legat primam Cic. Philippicam, & Præf. libri De oratore tertii.

778. b. *Eique præturam extra ordinem decreuit*] ἐξαιρέτου στρατηγίας sic interpretor. Dio libr. 39. ita explicat vt præturam ei decretam dicat, quæ legibus ei nondum concederetur. Natus tum fuit Cato annos triginta octo: siquidem anno V. C. DCCVIII. seipsum interfecit Vticæ, annos natus (vt Plut. ait) duodequinquaginta. & vero quadragesimus annus præturæ gerendæ legibus erat definitus vt alibi ostenditur. Ergo locum habere Dionis sententia videtur. nam Valerius Max. lib. 4. cap. 1. videtur paulo aliter sentire. Senatus, inquit, relationem interponi iubebat, vt prætoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. quod ita videtur intelligendum esse vt non suffragiis (quod erat moris) sed autoritate senatus nouo exemplo prætor crearetur. Nam subdit Valerius, Catonem id repudiasse, quod campestrem experiri temeritatem quam curiæ beneficio vti satius duceret. Mihi tamen (vt dicam quod sentio) magis placet Dionis mei sententia, quæ petitionem ei ante

tempus legitimum concederet, cætera prætoriis comitiis permitteret: quibus vsurum fuisse secundis, & impetraturum præturam, non erat dubium, populo tanto ipsius munere delinito, ac mirifico eius fauore repleto. neque enim arbitror Senatum, illo in Catonis honorem facto decreto, suum populo ius totum adimere voluisse. Atque haud scio an commode etiam Valerii verba in eandem sententiam exponi possint, vt intelligatur Catonem maluisse suo legitimo tempore totam præturæ petitionem populi suffragiis permittere suoque iure adipisci, quam tum eam Senatus allato ad populum recenti beneficio deuinctum pra iudicio quasi per gratiam consequi.

779. c. *Extemplo magistratum inirent*] Xyl. vertit, *Statim magistratum inirent.* & annotat, In Græco locus est depranatus mutilatusque: ἀφ' οὗ τῆς δεκάσασι τὸν δῆμον ἦσαν. hîc aliquid etiam deest: & quæ sequuntur, confusa sunt. Sensum aperire conabor. Mos erat Romæ vt qui vel consules vel prætores etiam essent designati, non statim magistratum inirent, sed tempus aliquantum consules vel prætores designati manerent. Id vero tempus vt intercederet inter designationem & acceptionem magistratus, eo præsertim erat institutum vt inquiri posset qui designati essent, iustene an largitione & emercando suffragia honorem consequti essent. hoc enim qui commisissent, re comperta legibus ambitus interrogabantur, & pœnas dabant, magistratu arcebantur. Hoc modo animaduersum est in P. Antonium, & P. Syllam coss. designatos: quæ historia describitur à Dione libro 36. à Salustio in Catilina, à Suetonio in Iulio. Pompeius itaque & Crassus, quum à prætura excludendi Catonis causa statuissent suos clientes summa largitione & suffragiorum corruptela ad præturam euehere, ac intelligerent fore vt vel Cato vel alius aliquis ambitus eos reos perageret, voluerunt eos inquisitionis & iudicii periculo liberare: itaque statim, vt initent præturam, illudque tempus inter eorum designationem & magistratum non interueniret, senatus consulto statuerunt. Hanc puto esse genuinam loci sententiam: verba sine codice restituere non ausim.

781. a. *Singuli quingena sestertia*] δυὰδυο ἥμισυ μυριάδας δραχμῶν. Lapus peruertit, vt solent in hoc genere. Efficiunt autem drachmarum 125. millia (hoc est 12.½ per decem millia multiplicata) 500. millia sestertiorum nummorum, seu (quod idem est) quingenta sestertia. Quod annotare visum est vt intelligatur, hæc de re eadem loqui Ciceronem libro ad Atticum 4. epistola de Eutychide. Tribuni tii, (inquit) candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros: apud eum II S quinquagena deposuerunt: qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. Rei huius etiam meminit obiter in præfatione Naturalis historiæ Plinius.

Ibid. c. *Iniustitiæ præcipue vt vitio, &c.*] Xyl. vertit, *Eo quòd turpitudo iniustitiæ vt certi atque aperti vitii fugiatur.* & annotat, Locus hic deprauatus est haud dubie: itaque ita diuinaui vt libenter sim meliora & certiora afferenti cessurus.

Ibid. e. *Apollodorus*] Meminit huius cum alibi tum vt qui insanus diceretur, Plato in rio Symposii.

782. b. *Collega Fauonii Curio*] Δουείων male est in Græco. Lapus nomen omisit. Amiotus Curionem habet, quod probo & Κουείων repono.

783. a. *Munatio Flacco*] Μουνατίῳ Φλάκκῳ: moxque iterum Φλάκκος est in Græco: & retinuit Lapus, retinuit Amiotus. Ego tamen minime dubito quin Plancus sit legendum. Intelligitur enim T. Munatius Plancus, qui tribunus plebis cum Clodiano cadauere curiam incenderat: quo scelere eum damnatum fuisse Dio libro 40. satis diserte demonstrat, & Cicero ipse Philippica XIII. Sequuntur, inquit, alii tribunitii, T. Plancus in primis: qui si senatum dilexisset, nunquam curiam incendisset: quo scelere damnatus, in eam vrbem rediit armis ex qua excesserat legibus, &c. cuius quidem rei mentio, sed obscurior, extat etiam in sexta Philippica. Est autem Plancus Munatiorum cognomen, non Flaccus. Cæterum de reiectione iudicum reo permissa, quia sæpe Cic. & alii meminerunt, estque res non obscura, explicare supersedeo.

785. a. *Primum nefanda redarguam*] Siquis Bellerophonti libidine, aut Lucretiæ impudicitiam, aut Vlyssi stoliditatem obiiciat, quum constet dos virtutibus horum vitiorum contrariis præstantissimos fuisse, impudenter ac scelerate mendax videatur merito, eaque dicere quæ nefas sit loqui, adeo cum veritate pugnantia. Idem Amphitruo Lyco respondet, quum is notissimæ fortitudinis heroem Herculem non erubuisset timidum & meticulosum appellare. Locus est in Hercule furente, apud Euripidem. Legendum autem est τ' ἄῤῥητ', non πάῤῥητ': quod sensus & exemplaria Euripid. satis docent.

787. e. *Appium Varum*] Ἄππιον mendose, pro Ἄφιον. patet ex Dione.

791. a. *Quantumuis dissimularet*] Xyl. vertit, *Acsi nihil tale cogitaret.* & annotat, καίπερ οὐ πάσχοντος. verba videntur mutilata, nisi forte exponere libeat, *quanquam id ipse non pateretur.* Sed ego minime hoc quod statuerat, præ se tulisse Catonem iudico.

793. c. *Consulam autem quodam modo vobiscum.* Xyl. vertit, *Deliberabo autem etiam vobiscum.* & annotat, Et hic meas coniecturas ac Ammioti versionem sequutus sum Græcis non satis (vt suspicor) integris.

IN DIONEM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

DIO Platonis fuit & Dionysiorum Siciliæ tyrannorum coætaneus. Præclarissimum eius liberatę insulæ facinus, prope in natales Alexandri Magni incidit. Vide de eo Diodorum Siculum lib. 16.

958. b. *Sicut aut Simonides*] Eius versus refertur ab Aristotele primo volumine Rhetoricorum cap. 6. Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον. id est, *Neque Ilium Corinthius trascitur.*

959. d. *Vt ipse scribit Plato*] In epistolis ad eius familiares.

960. c. *Arete fratri eius Thearidi nupsit*] Cuius? Aretæ ne an Dionysii? est enim ambiguum, Posterius placet. nam fratres Aretæ Hipparinum & Nyseum vocat Æmilius Probus: qui quidem has nuptias præteriit.

961. c. *Peruicatiam tanquam solitudinis contubernalem, vt declinaret*] τὴν αὐθάδειαν, ἐρημίας ξυνοικοῦσαν. Extat Platonis locus in epistola ad Dionem, quæ est in ordine quarta, ὀνομάζω δὲ inquit, καὶ ὅπ δοκεῖς ἐμοὶ ἀνδρείως πῶς πεφυκότας διεφθαρμένα. εἶθ. μὴ οὖν λανθάνετω σε ὅπ δεῖ τὴν ἀρέσκειαν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ ἀνεπάφειν δεῖν. ἡ δὲ αὐθάδεια, ἐρημίας ξύνοικος. Hunc locum sæpe citat noster Plutarchus, Verba autem Platonis satis ostendunt, αὐθάδειαν δὲ τὸ αὐτὸς & ἀδεῖν esse dictum vitium quum quis sibi nimium ipse placet, neque curat quid alii de ipso sentiant. Ego arrogantian atque etiam contumaciam Latine verti posse censeo: tametsi nonnihil in hoc Græco, vt & sæpe in aliis, amplius quam in Latino inesse videatur. Est autem vitium in quod fere, etiam boni incidunt, qui optima freti conscientia, non cogitant aliquando inter quos agant homines. quo nomine Catonem philosophum vtpote Stoicum reprehendere haud iniuria videtur Cicero. Illa altera, malorum plane, & fame contemptorum est, arrogantia, πολλοὺ ὀλιγώρως ἐχόντων δὲ τῶν ἄλλοις ἀρέσκειν, qui nihil famam curant neque quidquam eos pudet: in quos est illud Tullii 1. Officiorum. Negligere quid de se quisque sentiat. non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.

465. d. *Ita venisse tertio se Plato in fretum Siculum refert*] Est & hic locus in epistola ad necessarios Dionis, prolixa illa, quæ est numero epistolarum septima, sicut & bona pars harum narrationum inde est à Plutarcho desumpta. Cæterum versus qui sequitur, ibidem extat, iisdem quibus est apud Homerum Vlyssæ lib. 12. verbis, vt non possim,

cogitare vnde vox ἐξολοφρεύσεις hoc loco irrepserit, pro Homerica αἰαμοιρήσεις. Siquidem à Plutarcho mutata est persona: illa autem mendosa vox neque sensum habet, & versum vitiat.

967.a. *Senectutem Dionis*, γῆρας in Græco ambigue. Amiotus ad Dionem retulit, quod & mihi videbatur.

968.c. *Vecti sunt Dionis milites nauibus duabus onerariis*] στρόγγυλον Græcis rotundum significat, aut verius teres, itaque puto hoc genus nauigiorum longis nauibus opponi. Exemplo tamen grauissimorum autorum, qui in similibus idem fecerunt, malui Græcam vocem retinere quam non satis perspicuam pro ea ponere.

969.a. *Carthaginensium præfectus Synalus*] apud Diodorum in huius narratione rei, Paralus nominatur.

970.b. *Ab obuiis male mulctati*] Xyl. vertit, *Verberibus casi.* & annotat, τυμπανιζόμενοι. Guarinus vertit, *Virgis enim cæsos excoriarunt:* sequutus (opinor) Suidam, cui τυμπανίζεσθαι est non modo ξύλῳ πληγὰς δεῖν, sed ὀκδέρεσθαι etiam, & κρεμᾶσθαι, suspendi. quod si libet sequi, in crucem actos vertamus. est enim plane consentaneum, supplicio illos corycæos acerbissimo affectos. Interpres Aristophanis in Pluto, ad versum, ὦ τύμπανα καὶ κόφινες οὐκ ἀρήξετε; baculos quibus damnati feriebantur, ait fuisse tympana. quem sequutus sum. Est etiam in epistola ad Hebræos vox ἐτυμπανίσθησαν, cap. 11. Antiquus & Erasmus verterunt, Distenti sunt: Castalio, Cruciati. Dicitur & ὑποτυμπανίζεσθαι, apud nostrum in Galba, & vero apud Aristotelem 2. Rhet. cap. 6. de Antiphonte à Dionysio supplicio affecto. Eustathius in 5. Vlyss. ex Euphorione Chalcidensi & Athenæo tradit, ὑποτυμπανισθῆναι esse τὸν κεφαλὸν πελέκει ὑποκοπῆναι. vt in tanta interpretum varietate liceat quod vis sequi.

Ibid. d. *Solarium*] ἡλιοτρόπιον. Est autem fere solarium, vt ex Cicerone & Varronis l. 5. De lingua Latina percipimus, horologium in quo ex vmbra gnomonis in sole horæ possunt cognosci: quomodo Græcam vocem grammatici & Plutarchi interpretes acceperunt, tametsi haud scio quam absurde pro suggesto vel tribunali in sole posito accipere possimus, secunda etymologia quomodo apud Athenienses ἡλιαίαν dictam aiunt. nisi quod sequentia ostendunt, de horologio fieri verba.

974.c. *Quum omnium hominum studiosissimus fuerit tyrannorum*] αὐτὸς αὐτὸν οὐ δυνάμενος, &c. refertur hoc ad Ephorum, si Græca sequimur: qui sane an tyrannis tantopere & eorum vitæ instituto fauerit, non scio: neque memini ea dere quicquam legisse, neque ego arbitror tamen eum talem fuisse: Guarinus ad Philistum retulit, quasi illius vitia nulla oratione potuerit Ephorus diluere: quod ego consentaneum puto, & probaui, vt loco etiam huic (quicunque fuerit Ephori de tyrannide sensus) conueniens. Legendum ergo esset αὐτὸς αὐτὸν in voce αὐτὸς, vt sit emphasis, ad facundiam eius & vitia tegendi calliditatem respiciens.

979.b. *Syracusanis imperat singulis vallum cadere, & prope murum proiicere*] Xyl. vertit, *Singulis Syracusanorum singulos vallos cadere, & ibi deponere iussit.* & annotat, ἕκαστον ὀκέλευσεν ἕνα κόψαντας πάφρον ἐγγὺς καὶ καταβάλλειν. Qui verba hæc consideret, facile intelliget interpretes errasse, dum ita exponunt quasi Dio Syracusanos iusserit singulas fossas prope ruinas muri agere. quid enim erit κόψαντας & καταβάλλειν? quæ sane fossæ nihil congruunt, quam cædi non proprie dicimus, multo minus deiici; vel deponi. Consequens est vt aut πάφρος vallus sit, aut vocabulum mendosum. Posterius verum est, (nam πάφρος fossa est, non vallum) & procliuis fuit ad mendam lapsus: scripserat enim autor κόψαντα σωρόν. (aliâs κόψαντας si κατὰ σύνθεσιν accipias; etiam πάφρους debebat dixisse) litera σ ad vocis præcedentis finem ab oscitante librario est translata, & πάφρον idem scripsit, υ in φ (vt vitiosa pronuntiandi ratione est receptum) deinde mutata. Hæc menda interpretibus peruertendi sententiam loci huius ansam præbuit.

981. d. *Vt ait Plato*] Locus est lib. 8. De repub. quasi confusum aliquid, & in quo omnium formarum reipub. exempla in promptu sint, per πανηγύριον seu nundinas, intelligit.

982.c. *Per dolorem aliquem animi & iram ex parua & puerili ortam occasione*] Apud Æmilium Probum legitur ea, sed quidem satis seria: nempe quod hactenus luxuriose & dissolute quum vixisset, patre rerum potito, & eum ad temperantiam reuocante, mutationem non ferret.

IN M. BRVTVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

QVod initio statim affirmat Plutarchus, & post eum Posidonio teste videtur confirmare, M. Brutum à Iunio Bruto qui primus eiectis Tarquiniis consul fuit Romæ, genus traxisse: id & Dionysius Halicarnasseus libro quinto pernegat, autor grauissimus; & Dio lib. 44. scriptor Romanarum rerum minime oscitans. Sed id viderint alii. Illud nobis annotandum fuit; quo loco est in Græco statim tertio principii versu, ψυχήλατα τοῦ ξίφους. vertisse Guarinum, *ensem fulmineum*, quam apposite, nemo non videt. Continent autem ea verba non illepidam comparationem. Quippe & gladii quales nos exposuimus, facile nimiam ob rigiditatem franguntur: & nimia huiusmodi ac prædura ingenia, fere sibi causa mali sunt: quomodo iste Iunius & liberis sese & vita priuauit. Mox ingenium vertit graue & humile, non animaduertens, πρὸς τὴν ἐμβειοτῆτα minime esse contrarium, sed quasi consequens; (aliâs absurde contraria eidem tribueremus quod ille fecit) & placidum seu pacatum significare, non temerarium aut inquietum. Sic infra in Cicerone de Tetentia, τὰ πρὸς ἡσυχίαν & ἀπόλεμον coniunguntur.

984.b. *A Seruilio Hala*] Seruilium plerique antiquas inscriptiones sequuti A H A L A M scribunt, vulgo H A L A M. Ego puto A L A M etiam rectissime scribi posse, idque multo esse quam H A L A M verius. Nam cognomen est à parte corporis quæ axilla (quod & ipsum cognomen Seruiliorum est) & concise ala dicitur. Ex Cicerone paret hoc. is in libr. ad Brutum, qui Orator inscribitur, Quomodo (inquit) vester Axilla (loquitur de Seruilio Axilla: & cur vestrum vocet, ex hoc Plutarchi loco pater) Ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris, &c. Ergo apparet H aspirationem inter duo A A interiectam quod ea syllaba esset longa, & ex concisione vocabuli orta, inque pronunciando circumflecteretur. vnde fortassis Græci Ἅλας sumpserunt: vt Latinius, hoc est, magis recepta Latinorum consuetudine, nos A L A M quam A H A L A M scripturos videatur. Sed hæc scire quam mutare, tutius est. Quod Plutarchus porro scribit, Seruilium gladiũ sub axilla seu ala ad S. P. Mælium obtruncandum detulisse, cogitationem iniicit, forte inde cognomen hoc ortum. Sed hoc est opinari. Historia est cũm alibi, tum apud Liuium lib. ab V. C. IIII. Pro Μαίλιον, scribe Μαίλιον. Guarinus ab Ahala in forum tractum, nescio quid sequutus Mælium vertit.

Ibid. d. *Sed plebeium hunc Bruti dispensatoris fuisse filium*] Bruti dispensatoris, οἰκονόμου Βρούτου. intelligo, qui dispensator fuisset, neque enim Bruti ad illum priscum posse referri videtur, neque etiam deberi: vtcunque id interpretes ausi sint. Græca enim verba neque mendosa videntur, & ab eorum sententia abhorrent: nisi quod expositas αὐτῷ ὑπογράφουσι. Sed & Βρούτου non erat Plutarch. sine pronomine ἐκείνου, aut simili particula, positurus, si quidem priscum illum voluisset intelligi.

Ibid. f. *Latiñe fuit Brutus ad castrensem & forensem dictionem satis exercitatus*] Xyl. vertit, *Romano quidem sermone Brutus ad excursiones & contentiones orationum sufficienter exercitatus fuit.* & annotat, Ad militarem hæc facundiam Guarinus non recte applicat.

985.a. *Fateamini nos læsisse*] ὁμολογῆσαι ἀδικῆσαι. ita legitur in epistolis Bruti, ab Aldo cum aliis impressis, rectius quam

in nostro, ὁμολογῶν. Ibidem epistola ad Samios citra interrogationem legitur. Tertia est ad Lycios. in fine scribitur ἐλέσθαι, quod etiam citra aliud exemplar patebat legendum. Res ipsa ex sequentibus historiis patebunt.

Ibid.b. *Præmiserat iam amicum quendam Caninium*] In vita Catonis & huius ipsius rei narratione constanter Canidius legitur. Haud facile dixerim vtra in parte sit mendum. nam vtrunque est nomen Romanum.

Ibid. c. *Nam pater eius ante fuerat per Pompeium interfectus*] M. Brutum, huius patrem, Lepidi sectatorem, à Pompeio interfectum, & supra autor in huius vita & tota illius belli historia docet, & Liuius epit. 9.

986. d. *Et vero etiam Afrorum regem defendens premebatur magnitudine criminum*) Est in Græco πρὸς τὸν Λιβύων βασιλέα, regi Africæ. quod si recte legeretur, esset nimirum de Iuba intelligendum. Sed ego Brutum apud Cæsarem pro hoc intercessisse ne suspicor quidem. Et video vtrunque interpretem sequutum Græca: sed ego mendum suspicor, & de Deiotaro loqui Plutarchum. Quod etsi eo durius videri alicui poterit, quia Λιβύων vox neque cum Γαλατῶν, neque cum Ἀρμενίων (nam Armeniæ minoris regem Deiotarum fuisse, Hircius ait: Gallogræciæ, quæ est Galatia, tetrarcham, sed & hos constat reges dici aliquando) quicquam affine habeat: tamen duobus nitor argumentis, an coniecturis? Vna est, quod pro Deiotaro intercessisse apud Cæsarem, Brutum, ex prima Ciceronis ad Atticum libri 14. epistola, apparet: altera, quod hoc dictum Cæsaris de Bruto ibidem refertur. Iam Deiotarum parte sui regni mulctatum fuisse, ex quadragesimo libro Dionis, quin & ex Cicerone & aliis, constat. De Iuba nihil tale legi puto vsquam. Propria autem nomina absurdissime in Græcis sæpe corrupta esse, ita vt vestigia vix leuia superent, notius mihi est quam voluissem. Si tamen cui hæc non placent, ἀμόρτημα μνημονικὸν Plutarchi annotet.

Ibid.e. *Non impudenter obsecrantibus succumbere*] Locus in Græco est subobscurus, ac nequaquam à Guarino intellectus. Continet autem hanc sententiam, Nonnulli importunitate petentium amicorum vincuntur, & se verecundiæ nomine excusant: quod scilicet puduerit eos amicis quidquam negare. καλοῦσι δυσωπεῖσθαι: vocant vel appellant hanc suam ἥτταν & concessionem, verecundiam. At eam Brutus turpissimam magno viro iudicabat. neque enim eum debere quidquis precibus suorum dare, sed interdum negare. Est autem δυσωπία, Verecundia alicuius moueri, & quasi non ferre vultum eius, ob repulsam indignantis. Sic in Coriol. de petitione consulatus, de vulgo, ἐδυσωπεῖτο τὴν ἀρετὴν, Virtutis Coriolani verecundia animos eorum mouebat.

987. c. *Quid vobis, inquit, anne Brutus videtur hoc corpusculum expectaturus?*] Xyl. vertit, *An vobis, inquit, videtur Brutus hanc carunculam non expectaturus?* & annotat, In Cæsare hoc aliter refertur: nempe Cæsarem, qui imperandi causa Brutum nequaquam impium in se (à quo tot esset beneficiis affectus) fore putaret, dixisse, αἰαμένει τοῦτο τὸ δέρμα Βροῦτον. Hæc cutis expectat Brutum. Quanquam malim & ibi legi ita, vt cum hoc consentiret, Βροῦτος recto, non quarto casu, quasi diceret Brutum post se rerum potiturum, & expectaturum mortem ipsius.

988. d. *Quidam Q. Ligarius, Pompeii amicus*] Xyl. vertit, *C. Ligarius.* & annotat, Frater, opinor, Q. Ligarii eius quem à Tuberone accusatum Cicero defendit. nisi forte Quintus legendum sit. paulo post Statilius socius Bruti dicitur. malim enim legere Statilium quam Στάλλιον, Stallium, nisi forte aliquis alius fuit.

993. c. *Cinna vero quidam poeta*] Xyl. vertit, *Cinna vir non postremæ in ciuitate dignitatis.* & annotat, in Græco est, Κίννας ποιητικὸς ἀνήρ. Πελιτικὸς legendum esse putabam, id est In rebus versatus. Fuit enim is C. Heluius Cinna trib. plebis, vt patet ex Dione libro 44. extremo: ex Appiani lib. 2. Ciuil. ex Valerii Maximi lib. 9. cap. 9. Non sum nescius, Cinnam hunc à quibusdam summis viris pro eo poeta accipi qui Smyrnam poema condiderit, sitque à Catullo laudatus, qui fortassis hoc ipso loco ducti ita censuerunt. Sed quia tam multi fuerunt Cinnæ, non temere, nisi alia accedant argumenta, id affirmarim.

994. a. *Scenicos ipse Neapolim profectus*] Guarinus indocte, Bacchi cultoribus. οἱ περὶ Διόνυσον τεχνῖται vocantur histriones. Vide Plutarchi quæst. Rom.

Ib.b. *Non dominum grauari Ciceronem, &c.*] Extant in hanc sententiam etiamnum epistolæ Bruti ad Ciceronem.

Ibi. d. *Quemadmodum prosequuta sit Hectorẽ Andromache*] Totus hic locus ex lib. 6. Iliadis Homericæ desumptus est.

995. b. *Perdidit at fatum me, &c.* Latoides Apollo. Latonæ filius. verba sunt apud Hom. l. Iliad. decimosexto, Patrocli ab Apolline & Hectore & Euphorbo cæsi. Valerius Maximus refert hoc lib. 1. cap. De omnibus: sed Apollinem non à Bruto, verum Cæsare & Antonio signo datum ait.

Ibid.c. *Vicies*] H S.] Guarinus valde imperite, Quingenta millia æris esse idem quod minam, id est centum drachmas, facile potest demonstrari. in Græco autem hîc est πεντήκοντα μυριάδας, quinquaginta myriades, nimirum drachmarum. At in vna myriade, centum sunt minæ, Ergo hæc summa efficiet non quingentas minas, sed quinque minarum millia: vel, quod idem est, millium æris quinque millia: summam scilicet Guarinianæ decuplam. Latinius hoc dicitur vicies sestertiûm: & ipse in Antonio Plutarchus ostendit, vigintiquinque (cuius duplum hîc est) myriades, Latine decies vocari.

995. e. *De quibus alio loco disputauimus latius*] Xyl. vertit, *Quæ de re alio disputatum est latius.* & annotat, ἀφ' ὧν ὀνὸν ἑτέροις μᾶλλον ἀπόρηται. Guarinus: *Hæc in cæteris animalibus dubia magis sunt.* nimis quam imprudenter. Quod autem alio loco se hanc quæstionem ait tractasse, id est in libro Conuiualium quæstionum 6. c. 8.

996. d. *P. Sirio*] Sicilius Coronas Dioni dicitur, libro 46.

1000. a. *Voce inimica pronuntians carmina quibus Nestorem vtentem cecinit Homerus*] In rixa Achillis cum Agamemnone sedanda lib. 1. Iliadis.

1001. a. *Nostra est hæc, inquit, Brute, doctrina*] ἡμέτερος οὗτος εἶπεν, legendum est, non ὑμέτερος, Epicureorum enim sententia refertur, non Platonicorum. Cassium autem Epicureum fuisse, id quod hîc dicitur, etiam ex Ciceronis ad eum epistolis ipsiusque rescriptis apparet, quæ sunt lib. 15. ad familiares.

Ibid. c. *Circa Symbolon*] Mons est apud Philippos Pangæo monti occurrens. Locorum descriptio, est satis perspicua apud Dionem in huius historiæ narratione, lib. 47.

Ibid. d. *Cui ex aduerso Brutus, Cassio Antonius castra posuit*] Xyl. vertit, *Ita vt Brutus contra Cæsarem, Cassius contra Antonium collocaretur.* & annotat, καὶ καταστρατοπεδεύσεν Ἀντώνιον Βροῦτος, Κάσσιος δὲ Ἀντώνιον. Mendum est perspicuum: & historia docet pro Ἀντώνιον, esse αὐτὸν legendum, vt ad Cæsarem referatur, cuius castris Brutus oppositus fuit. hæc tamen Guarinus non sensit.

1002. d. *Fuisse etiam in posterum diem se, qui natalis ipsius erat, ad cœnam inuitatum*] Xyl. vertit. *Fuisse etiam Cassium à se in crastinum vocatum ad cœnam, quæ dies sibi natalis esset.* Hæc autem in hunc locum annotat: Græca videntur non nihil ambigua esse, & interpretes quidem ita acceperunt quasi dies natalis non Messalæ esset, sed Cassii futura. id quod mihi secus videtur sane. & illud εἰπὼν eo est obscurius quod statim transitur ad accusatiuum: neque antecedentia verba Messala, sed Cassius fecerat: quo fit vt ἀασπάσασθαι τὸν Κάσσιον exponam quasi Cassius hæc ad Messalam loquutus, eum salutauerit: & τῇ κεκλημένον accipiam vt ad Cassium referatur: à Messala inuitatum. Si Cassii fuit natalis dies, periit suo natali, sicut & Pompeius & Attalus: quæ in Camillo exempla Plutarchus referens, videtur ne hoc quidem neglecturus fuisse si ita sensisset.

Ibid.f. *Propter quam alteram liberam duxi & claram*] Locus est mutilus. id quod asterisco notare, quam incertum aliquid assuere, tutius duxi.

1003. d. *Id docuit occasio victos*] ὁ καιρός. sic enim legendum puto, non ὁ καῖσαρ: quod falsum esse sequentia demonstrant. Adstipulatur etiam Amiotus.

1005. b. *Quos nominabat Brutus Brigas*] De hoc vocabulo nonnihil Varinus ex Hesychio. Eustathius in primum Vlyssee, ex Pausania refert, ita vocatos Barbaros. videntur autem fuisse manumissi ad ferenda arma & militandum serui: nisi quis lixas & calones intelligere malit.

1008. c. *Ne huius mali te fallat autor, Iupiter*] Vltionem diuinitus imprecatur ei qui causa præsentis mali & oppressæ libertatis esset. Appianus idem referens, de Antonio exponit, qui quum posset patriæ libertatem vna cum Bruto (qui hoc ipsum sperans ei pepercerat) asserere, maluit se cum Cæsare coniungere, à quo deinde est pessundatus. Cæterum versiculus est ex Eurip. Medea, quæ Iasonis in caput execratur, à quo prodita erat.

1009. a. *Valerius Maximus*] Lib. 4. cap. 6.

IN DEMOSTHENEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

PHilippi & Alexandri magni ætate vixisse Demosthenem Athenienſem oratorem, neque multo poſt huius obitum tempore periſſe, res eſt non obſcura.

847.a. *Delphinis hic in continente curſus eſt*] Poſterior eſt pars ſenarii verſus. Continet autem prouerbium. Nam delphinus piſcis eſt præualidus, & qui in mari plurimum poſſit: in terra nihil valet. Ita inquit Plutarchus ſe fortaſſis haud parum in rebus Ciceronis & Demoſthenis geſtis poſſe iudicandis: de facundia autem minime valere iudicio, cuius rei cauſas attulit. Poſſumus vti hoc verſiculo quoties rem nobis inauditam ea ratione recuſamus quod ad eam peragendam vires nobis aut peritia deſit: aut ea à natura noſtra vel inſtituto ſit aliena. Non abludit ab adagione apud Liuium relato, Cantherium in foſſa.

Ibid.c. *Ex optimatibus*] ἐκ καλῶν κἀγαθῶν. καλοὶ κἀγαθοὶ ciues apud Athenienſes erant ii quales Romani vocant optimates, à plebe ſeiuncti, & in repub. priores. Sic ſæpe Thucydides, ſæpe Plutarch. præſertim in Pericle. Quod dico vt intelligas non tam vitæ hic quam ordinis in repub. rationem indicari. Cic. lib. 1. De officiis videtur optimum quenque vocare eum qui hîc eſt καλὸς κἀγαθός. Ex quo (inquit) euenit vt alii populares, alii ſtudioſi optimi cuiuſque videantur, pauci vniuerſorum. Locus Æſchinis qui mox citatur, eſt in nobili illa aduerſus Cteſiph. orat.

845.c. *Platonis Demoſthenem auditorem*] Hoc idem graviſſimus autor Cicero affirmat, non vno loco: vt in præfatione Officiorum, & initio Oratoris, in Bruto, & primo De oratore libro.

849. f. *Lamachus Myrinæus*] In Græco enim eſt, Μιρίλιναίου. malim, vt alibi legitur, Μυρίλιναίου, aut potius Μυρίνιναίου. Eſt autem Myrthine, Μυρίνη, vrbs Æolidis. Myrthenam nullam, neque Mirrhenam noui. itaque non habeo quod ſtatuam.

850.b. *Rhopoperperethram*] ῥωποπερήθραν eſt in Græco libro, atque ita video ab omnibus legi. Sed vt ea vox exponi poſſit, nondum video: mihi enim faſciculi iſti non probantur vel verborum vel ſarmentorum. Sequor autem Varinum, qui oſtendit, ἀπὸ τῆς ῥωποπερπερεᾶς factum eſſe vocabulũ ῥωποπερπερήθρα, ſicut à δακτυλος fit δακτυλήθρα. Idemque, Euſtathium ſcilicet ſequutus, exponit ῥωποπερπερλὼ ſignificare inanes & futiles nugas. Nota ſunt πέρπερος, περπερεία & περπερεύεσθαι. ῥῶποι, inutiles & viles res ſeu merces ſignificantur, quales vulgo circũferuntur non ad inſtruendos aliqua vtilitate, ſed emungendos pecunia homines, leues præſertim & curioſos, paratę. Et ῥωποπικὰ etiam in Lyc. Plut. eodem modo dixit. eſtq; venuſtum Eraſiſtrati dictum, πλοῦ φύσιν οὐδὲν ἔχειν ῥωπικόν. itaque ὁκ πῦ ῥώπων ⊖ περπέρων componitur ῥωποπερπερη, eleganti translatione inanem loquacitatem ac temerariam explicans:) quo in genere comici ſolebant ludere, & quale notum illud κομποφακελλορρήμων) atque ab eo ἀφαγωγῇ fit ῥωποπερπερήθρα: quomodo hîc legendum omnino puto. quando & Euſtath. in Iliad. hoc ipſo vocabulo notari futiles & garrulos teſtatur, inquiens: ὁ πύτου ῥωποπερπερήθρα τις ἐσεσιρρήθη, (nimirum Demoſthenes) ὅτι χυδαιότητι ⊖ φλυαρίᾳ σκωπτόμενος. Simile huius eſt illud ῥωποστομυλήθρα, obiectum Eubulidæ Mileſio, Euclidis ſectatori, à quodam comico apud Diogenem Laertium lib. 2. Apud Suidam eſt ῥομβοστωμυλήθρα.

Ibid.d. *Mearum ſecuris orationum exurgit*] Apparet in Græco eſſe iambicum ſenarium hoc quidem loco. nam in Phocionis vita pro αἱρεῖται legitur πάρεστιν: atque ita verſus ratio tollitur. Itaque vt ſatisfacerem & iis qui verſum eſſe iudicant, & iis quibus aliter videbitur, verſu reddidi, ſed qui in oratione ſtare poſſit.

851.a. *Æſiona*] Pro Æſionem legitur Appionem in vita Demoſthenis hac, cum Demoſthene impreſſa.

854.a. *Præterea Daochum Theſſalum, & Thraſydæum*] Ita legit & Aretinus, & Amiotus Hieronymus Wolfius, vir doctiſſimus, & quem amicitiæ honoriſque cauſa nomino, in huius vitæ verſione locum hunc aſteriſco notauit, quod particula ἢ poſt Μακεδόνας, omnino aliquid diuerſi videatur ſignificare: id quod tamen verba non explicent, loco ſcilicet mutilo. Cuius ego coniecturam eatenus probo quatenus Daocho & reliquis epitheton deeſſe cenſuit: Theſſalos autem Daochũ & Thraſydæum affirmare non poſſum. Hiſtoriam (vt obiter moneam) qui plenius & expreſſius legere cupit huius belli, Diodorum Siculum, vel Gemiſti paralipomena cum Herodoto Baſileæ impreſſa euoluat.

855.a. *Demoſthenes Demoſthenis*] Iambicum trimetrum, & alterius caput verba Græca efficiunt: atque in Græco etiam ita diſtinguenda ſunt vt carminis ratio appareat. ὑποκρούειν ego accipio Menſuram carminis, vel manus vel (quod huic magis quadrat) pedum motu exprimere. quod nos vulgo, *die menſur ſchlagen*, dicimus.

859.c *Puerum vocans & margitem*] inertem & nullius precii ſtolidumque hominem. Meminit eius ex Homero Ariſtoteles, atque Clemens Alexandrinus. Vide Eraſmi Chiliad. de Margite.

858.d. *Phylarchus*] Φύλαρχος, alibi: & in hac vita alias cum Demoſthene impreſſa Φίλαρχος. Sed hoc rectius eſt. Aretinus Phalereum legit. Idem χάλα ὄνειον vertit venale, quaſi ſi idem eſſent ὄνειον & ὤνιον.

859.a. *Eluſerunt legem*] Xyl. vertit, *Commento illuſerunt.* & an notat, ἐψηφίσαντο πρὸς τὸν νόμον. ἰσοφίσαντο legendum, non ex altero modo exemplari, ſed palam ex ſenſu conſtat.

Ibid.c. *Calauria*] Hæc aliquando Καλαβρία ſcribitur, ob affinitatem literarum vt αὔρα & ἄβρα. nam vitioſa pronunciatio hæc inuexit: ſicut id quoque quod β fere in ſcriptis libris figura noſtro u ſimili exprimitur.

IN CICERONEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruſerii, interpretum.

361.a. *Ciceronis matrem tradunt Heluiam*] Ὀλβίαν ⊖ γεγονέναι ⊖ καλῶς βεβιωκέναι. ὄλβιον, opes, ὄλβιον diuitem eſſe ſcio. Cæterum hîc mihi metui ne ſi verterem quomodo vterque interpres, negligentior merito iudicarer. Puto autem ſcriptum eſſe à Plutarcho, Κικέρωνος δὲ τοῦ μὲν μητέρα λέγουσιν Ἑλβίαν καὶ γεγονέναι καλῶς, καὶ βεβιωκέναι. Primum ipſa traiectio particularum Ὀλβίαν καὶ, locum mihi fecit ſuſpectum. Deinde quum Græci loco v conſonantis τῷ βῆτα vtantur, cogitaui quam Plutarchus ſiue Ἑλβίαν, ſiue Ἑλβίαν, diximſſet eam à libratiis poſtea Ὀλβίαν perperam ſcriptam, proprio in appellatiuum commutato. Nam Euſebius quoque Heluiam Ciceronis matrem nominat, ſequutus eoſdem (opinor) autores: & Heluii Romæ fuerunt, Cinnæ cognomento. Denique vix mihi perſuadebitur ſi autor matrem Ciceronis (cuius nomen omittere non puto, voluit) diuitem voluiſſet affirmare, ὄλβιαν ſcripturum fuiſſe. Dixi quod ſentio, cæterorum ſaluo iudicio.

Ibid. b. *Alij ad Appium Tullium*] In Græco eſt Τύλλιον Ἄππιον, quod interpretes parum de his rebus ſoliciti retinuerunt. Eſt autem legendum Τύλλον Ἄτιον, loquitur enim de Tullo Attio Volſcorum rege, ad quem exul Coriolanus confugit. Liuius lib. 2. Dionyſius lib. 8. initio, & in Coriolani vita noſter.

Ibid. *Verum is qui huius gentis Cicero princeps eſt cognominatus*] A cultura ciceris hoc cognomen Plin. lib. 18. c. 3. ortum ait, ſicut Lentuli, & ſimilia.

Ibid. c. *Tertio nonas Ianuarias*] ἡμέρᾳ τέτῃ πρὸ νέων καλανδῶν. Hunc ſuum natalem diem Cicero ad Atticum etiam notat, lib. 7. epiſt. 5. Ita, inquit, ad vi bem 3. Non. (patet autem ex ſuperioribus loqui de Ianuario) natali meo. Et lib. 13. epiſtola, Venit ille: Sed heus tu, inquit, diem meum ſcis eſſe III. Non. Ianuar. aderis igitur. Gellius lib. 15. cap. 28 ait: Q. Cæpione & C. Serrano Coſſ. ante diem III. Nonas Ianuarii, natus eſt M. Cicero, fuit hoc anno V. C. DCXLVIII. Lati-

nus interpres Bochius, III. Kalen. Ian. vitiose extulit quem errorem, vt persæpe alios, sequutus est Amiotus. Locum autem docte, vt omnia, in sua quæstura Corradus explicauit.

Ibid. d. *Qualem esse Plato vult*] Disputat ea de re cum alias, tum principio libri De repub. extl.

861. a. *Viginti millibus aris*] Xyl. vertit, *Octo millibus nummûm.* & annotat, Ita quidem est in Græco. nam duo millia drachmarum hoc efficiunt, quum quatuor nummi sestertii fiant in denario. At apud Ciceronem in hac pro Sex. Roscio Amerino oratione ita legitur: Bona patris huiusce Sex. Roscii quæ sunt sexagies, de viro clarissimo & fortissimo L. Sylla, quem honoris causa nomino, duobus millibus nummûm se dicit emisse adolescens vel potentissimus hoc tempore nostræ ciuitatis, L. Cornelius Chrysogonus. Neque vero dissensisse à Cicerone Plutarchum credo: multo minus autem ignorasse vt hæc summa Græce efferretur, aut lapsum fuisse ea in re. Itaque nisi mendum libri sit (quod ipsum affirmare durum est) vel apud Ciceronem, vel apud Plutarchum, lapsum hunc memoria hoc loco dicendum est. Sane illud *Sexagies* accurate & rotundo ducentorum ac quinquaginta talentorum numero expressit. Etenim talentum constat minis LX. mina centum drachmis, seu denariis: in denario quatuor sunt, vt diximus, sestertii nummi. quo fit vt in singula talenta sex denariorum, vel XXIIII. nummorum, millia computentur. Ergo de CCL. talentis, MD. millia drachmarum, sexies millena millia nummorum redigentur. Hæc iam ad centena millia (nam quoties sestertiûm vel dicitur, vel dici intelligitur, vt in hoc loco Ciceronis sexagies, & alibi decies, ac similia omisso vocabulo sestertiûm ponuntur, toties centena millia nummorum intelligantur) reuocabimus: erunt sexagies centena millia nummûm, hoc est sexagies sestertiûm. Id obiter annotare non abs re duxi. In vita Antonii infra similis locus Ciceronis referetur.

863. b. *Neque honore erat in vllo, appellabantq; eum Gr. &c.*] παρημελεῖτο: Hoc passiuum est verbum vtique, non actiuum: & negligi significat, non negligere. Male hæc interpres extulit; sicut & χολαστικόν: quod vocabulum hodie pro Latino vsurpatum, eodem modo apud nos solet ignominiæ loco eruditis & simplicibus hominibus ab auaris hominibus ac superbis bellorum ciuibus obiici.

Ibid. d. *Contra disciplinam militarem*] In Græco est ἀπαξία: quod qui ad desertos ordines referunt, speciem pro genere non satis prudenter arripiunt. Multa enim alia hoc vocabulo comprehendu tur, non tantum, λειποτάξιον. Non constat nihil quam ἀπαξία obiecta iuuenibus illis Romanis fuerit: sed hoc scio ἀπαξίαν Græcis esse quicquid sit contra disciplinam militarem. Sic in vita Pompeii, ἀκούων τινὰς γραπτὰς ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ἀπαξίας. & alibi.

Ibid. *Quidde m sibi accidisse ridiculum ipse ait*] Locus est in oratione pro Cn. Plancio, tametsi paulo aliter rem narrat Cicero: id quidem vt ad summam negocii aut nihil aut parum interfit.

864. c. *Cæcilius*] Q. Cæcilius Niger, domo Siculus, & quæstor Verris, contra quem Diuinatio seu prima Verrina Ciceronis est. vide Asconium. Suibus autem abstinere Iudæos, (quæ loci est materia) notissimum est.

Ibid. d. *Vellam anicenam e Arpini*] Ἄρπινις. Ciceronis patria fuit Arpinum, vnde Arpinas dictus est. fuit autem in Campania, vt & Neapolis, & Pompeii, quod vel ex Plinio libr. 3. cap. 5. intellexeris. Arpi autem vrbs est Apuliæ, in diuersa Italiæ parte: vt plane huc non quadret. Nisi Arpinum forte Græci Ἄρπι dictum sit, quod credere est durum.

865. a. *Fama est Licinium e Macrum*] C. Macer ille est, cuius l. 1. Ep. 3. ad Atticum meminit. Aliter narratur hæc res à Valerio Max. lib. 9. cap. 12.

Ibid. c. *Non habeo tantum collum*] πολύκοον τραχήλου. Guttur verterunt Bochius & Corradus: non sane ita vt sensus requirit. neque vero τράχηλος guttur est. est autem vernacula etiam nostra lingua vsitatum vt homines impudentes & in dicendo præsertim temerarios, valido collo præditos dicamus. Atque ita etiam Marius (vt refert Plutarchus) in senatu respondit: Non ita latum sibi esse collum vt de tanta re quicquam affirmare ausit, de lege Saturniana loquens. Eo alludens Cicero, strumas Varrii eleganti dicto notauit. Post in Græco ἐλαύνειν est, quod non video quam commode legatur. Sicut & illud ἐξαγόντων ὀνὶ βῆμα καλούντων. Sed sententiæ sunt planæ.

866. c. *Hinc illi qui per leges Cornelias ab honoribus petendis arcebantur*] Proscriptorum filii. Vide Corradum & alios. Plin. lib. 7. cap. 30. in eulogio Ciceronis: Te orante proscriptorum, liberos honores petere puduit. Meminit ipse lib. 2. Ep. 1. ad Atticum.

867. a. *M. Otho prætor*] Ita hæc vt in Græco sunt retuli: nisi quod animaduerti etiam alias στρατηγὸν vocabulum pro quouis magistratu poni, minus proprie. (Quod viderat multo ante Polybius, στρατηγὸν vocem prætoris nomine ampliorem: itaque hunc alias ἐξαπέλεκυν vocat. Etiam in Lucullo ea de re annotaui) Nisi quis erratum vel à Plutarcho vel à librario (quod malim) dicat: vt δημαρχῶν legatur. Autor enim legis theatralis fuit tribunus plebis: quod & diserte Liuius libr. 99. tradit, vt ex Epitoma intelligitur, & apud Dionem libro 36. perspicue docetur. Fuit autem is tribunus plebis, L. Roscius Otho. Prænomen L. est & apud Ciceronem in Mureniana, & apud Liuium ac Dionem quibus dixi locis, & apud Asconium Pædianum in oratione pro C. Cornelio, & apud Acronem in 4. Epod. Horatii: vt M. à Plutarcho dici mirer. quanquam mendum potius, aut μνημονικὸν esse ἀμάρτημα suspicor. Porro autem Roscius nomen fuit, Otho cognomen. Id quod quum pridem Dionem vertissemus, in eumque annotationes scriberemus, festinantes & parum solicite circumspicientes fefellit. Itaque ibi putauimus Dionem & Liuium à Plutarcho & Horatio & Iuuenali dissentire. quod falsum esse, vel vnus Horatius nos poterat docere. Cuius enim ex quarto Epodon versus citauimus de Mena, Pompeii liberto, auso in XIIII. ordinibus sedere, *Sedilibusque magnus in primis eques Othone contempto sedet*: idem in prima ad Mæcenatem epistola legem de ordinibus Rosciam dixit, eo loco, *Roscia dic sodes melior lex, &c.* Sane statueramus Dionem nostrum & emendatum pluribus in locis & politum denuo edere, quum typographus in Gallia insciis plane nobis priorem editionem recoxit: qui opera nostra vti, & melius de nobis & Dione studiosiusque mereri potuisset, si voluisset. Sed quid facias hominibus etiam cum damno & dedecore aliorum lucrum sibi captantibus. Nos vel correctum (vt dixi) breui dabimus: vel, si id commodius videbitur, seorsim castigationes nostras & annotationes edemus. Nunc vt finem faciam, vim Rosciæ legis scribam. Quatuordecim gradus in theatro proximos post patricios secreuit Roscius, in quibus equites spectarent, plebe exclusa. Porphyrio & Acro ex his primo pro tribuniciis seruatos fuisse scribunt. Plinius libro 7. cap. 30. Te suadente (ad Ciceronem conuersa est oratio) tribus Roscio theatralis legis autori ignouerunt, notatasque se discrimine sedis æquo animo tulerunt. Erat autem certus præscriptus census equestri ordini, quem qui non explerent, iis spectandi locus in XIIII. ordinibus non dabatur. Quod non modo ex Satyris Iuuenalis, tertia & decima quarta, apparet; sed Horatius diserte ostendit fuisse quadraginta millia nummorum, id est CCCC. sestertia, ibi; *Si quadringentis septem sex millia desunt, Plebs eris, &c.* Quod idem ex Suetonio & aliis colligi potest. Plinius lib. 33. cap. 2. docet hoc caput repetitum sub Tiberio. quem locum consule, nos alio vocamur.

868. a. *Ipsi Crasso vnam sine nomine*] Quod hoc loco calumniatur Plutarchum Corradus, quasi in vita Crassi diuersum scripserit, iniquè mihi videtur facere. Nam profecto ibi nequaquam dixit, epistolam illam fuisse à Catilina scriptam, sed de Catilina fuisse scripta quædam istis in litteris: à quo, non additur, vt optime cum eo conueniat quod hîc ἀδιάφορος epistola dicitur. Est enim ibi, ὅτι τὴν ἐπιστολὴν κομίζοντα περὶ τῶν Κατιλίνα, ἐζητουμένων. Quæ duo postrema vocabula mendum continent, sed quod nullo modo potuerit Corradum in Plutarchum armare.

872. a. *Qui illorum actionibus pari præditus potestate*] Tribb. plebis qui Cæsaris instinctu Ciceronem vexabant. ἐκείνου in Græco ad Cæsarem refertur, scilicet autorem consiliorum quorum administri erant δήμαρχοι. Sic enim legendum, non χιλίαρχοι, satis constat: neque librariis nouum crimen obiicitur. Calumniari autem Plutarchum hîc plane nihil attinebat, quasi prætoris & trib. plebis potestatem eandem putasset. Neque mei est instituti Plutarchum defendere, qui seipsum satis defendit. Nam quæ Ciceroni obiicit vitia, excusare humanum est: negare qui velit, ipsi etiam Ciceroni, nedum Plutarcho & aliis etiam Latinis scriptoribus, omnem fidem deroget.

87[illegible]. d. *Actium quendam*] Mentio Actii fœneratoris est apud Ciceronem epist. 10. libr. 1. ad Atticum. interpretatio-

nem ioci coactus sum addere de meo : quia , vt pleraque id genus , in Latinum transfusus amittit vim & leporem suum.

874.b. *Relicto aliquando tribunatu plebis*] id factum est Silano & Murena Cos. proximo post Ciceronem anno. Historia est apud Dionem perscripta, lib. 37. In Græco ἀπολιπὼν ἄφρω, sed scribatur ἄφνω.

Ibid.c. *Adrastum*] Notum est hunc duobus exulibus, Tydeo & Polynici, duas filias nuptum dedisse. alter qui sequitur versiculus, notus est de Laio.

Ibid.d. *Qui proclamarunt*] αἱ κηρυκικαὶ. non satis hoc assequor: nisi proclamator fortassis, vel præco dicatur esse, aut ab eo genitus. nam illa officia sordida ac parum digna ingenuis habebantur.

Ibidem. *Bonorum auctionem proscripsisse*] Xyl. vertit, *Bona quædam proscripsisset*. & annotat, ἀμάρτημα τοῦ γραφέως. Vereor ne hîc sit ἀμάρτημα librarii, & aliquid aliud legendum. non enim video quid sit vitium vel peccatum proscribere, nisi forte se decoxisse & soluendo non esse præscripsit ipse : quod an fuerit moris nescio: neque memini me legere. Viderint doctiores. Cr. hîc annotat Ἀπόρρητον habet Plutarch. in Apophth.

Ibid.f. *Cum qua ingressus fuerat*] ἣν συνῆλθεν. Neque hoc statim obscœnum est verbum, vt ne apud Latinos quidem Congredi, & similia: & magis tamen placet συνεισῆλθεν legi, vt in Cæsare est, & videtur legisse Amiotus. Aura ancilla in Cæsare ἄωρα dicitur: quomodo etiam Calauria & Calabria, pro insula, varie & promiscue scribuntur.

875.a. *Ac nomen Clodii de violatis sacris detulit*] Xyl. vertit, *Clodium postulauit*. * & annotat, Cur asteriscum adiecerim, non est obscurum: quis enim non videat, accusatoris nomen hoc est, nominatiuum qui ad ἀπογράφειν pertinet, deesse? Tantum enim abest vt Cæsar eum accusauerit, vt ne testimonium quidem dicere voluerit. A tribuno plebis postulatum Clodium, est in vita Cæsaris.

Ibid.b. *Interprete vti Tullo quodam*] Τούλλου Τουλλίου malim vt libertus aliquis Ciceronis intelligatur.

Ibid.e. *Colluuiem inopum ad cœpta sua decuriauit*] Bochii interpretatio, itemq; Amioti, non tam à verbis Græcis quam à veritate videtur aliena. & πολίπυμα significare frequentet conatum aliquem certæ rei in ciuitate conficiendæ, (vnde & πολιπύεσθαι eodem modo deductum) notum est.

877.a. *Sed locum ostendit ei se designaturum in agro*] τὸ χωρίον ὃ καταγράψειν. Bochius, *illico eum in crimen delaturum asseruit*. sed fere pleraque ab eo sunt negligenter versa. Sic ex Fabrûm magistro ædilem proximo versu fecerat. Corradi versionem non habeo cur probem: *ex ipsa regione se milites in eum conscripturum denunciauit*, καταγράφειν scio aliquando esse Militem scribere: sed quid χωρίον? Deinde si talis aliquis sensus his verbis subesset, non videtur particulis μὲ & ὃ vsurus fuisse, quum posterius membrum priori esset atrocius. sed dixisset fortassis, οὐ μόνον οὐκ ἐξέπεσε οἰκίας, ἀλλὰ & χωρίον, &c. nunc illud ὃ priori aliquid dissimile videtur ostendere. Itaque intelligo, Vibium domo eum recipere non ausum, ob metum edicti Clodiani: partem tamen aliquam in agro suo vel prædio designasse, vbi lateret. alibi nihil memini me de Vibio isto legisse. Sane Amiotus nobiscum sentit. Quid vel hic vel Corradus legerint, non satis scio. C. Virgilium pro Vergino posui, ex oratione pro Cn. Plancio.

Ibid. c. *Atque mirificam vim iubet gloria*] Mirum quam plane diuersam à Plutarchi verbis sententiã Bochius & Corradus hîc protulerint : non videntes fortsitan nomen δεινὴ (quod illi τὴν δόξαν tanquam adiectiuum attribuentes, omnia conturbarunt) ad verbum ὑποκλύουσι & αἰαμόρξασθαι pertinere. Est enim ea oratio qua non Græci modo, sed & poetæ Latini Græcorum imitatione crebro vtuntur: vt in vulgato illo, Δεινοὶ γὰρ εὐφῶν μηχαναὶ Αἰγύπτιοι. Horatius sæpissime: --*testudo resonare septem Callida neruis*. & De luna: -- *celeremque pronos Volueré menses*. Et de ipso Horatio Persius: *Callidus excusso populum suspendere naso*. sed quid opus exemplis in re nota?

878.a. *Quod iactarit postea Cicero*] In oratione post reditum in senatu.

Ibid.d. *Vt concedere illi videretur*] ἀνδρεστέρος αὐτῷ, vt ad Hortensium referatur. Ego ad ipsum mallem, & αὐτῷ legi. Corradus videtur legisse μὴ φαυλῶσαι, sed non cohærente sensu, res non est magni momenti.

879.b. *Nulla præterea pœna imposita*] Recte hæc Bochius, vel saltem conuenienter Plutarchi verbis reddidit. Corradus autem, quod & alias ei accidit, locum, quasi si difficilimus esset, peruertit, ita vt intelligere nemo possit quid dicat nedum, vt Plutarchi verba exprimat. Quid est enim hoc? *Et eos qui nihil soluerent, & illo plus acciperent, sine infamia conseruauit*. Quod si ei labi communi hominum sorte euenit, in re præsertim tam aperta, & quam ipse deinde verbis Cic. ex vt. ad Atticum referat: æquior profecto Plutarcho erit qui eum sæpe indigne, crebro quidem ab illo reprehendi & vexari viderit. Neque ego hæc dico vt de Corradi gloria quicquam detractum cupiam, quem admiror hercle: & fateor me, si adesset, libenter inter eius discipulos futurũ: sed vt ostendam, non omnes nos ab vnius alicuius autoritate pendere debere.

Ibid. d. *Calio oratorio*] Vide epistolas Cicer. famil. lib. 2. & 8.

880.c. *Cato qui magnas copias & classem habebat Dyrrhachii*] En tibi æquum Plutarchi censorem Corradum. Hîc dicitur, Catonem copias Dyrrachii habuisse: in vita Catonis, Corcyræ Ciceroni ab eo oblatum imperium. Ergo (inquit Corradus) de loco secum Plutarchus, vt sæpe, pugnat. Quasi vero non potuerit milites habere Dyrrhachii idem, & Corcyræ Ciceronem conuenire. Paulo ante de aquilis legi, & legendum omnino puto, λελεῖφθαι, non λελῆφθαι.

881.a. *Apud Lentulum*] Lentulus hic pro Dolabella positus à Plutarcho. Cr.

883. e. *Vsque adeo enim subiit eum adolescens*] ὑπῆλθε τοσοῦτον μειρακίσκον αὐτόν. τοσοῦτον particula abundat, id quod quiuis viderit. Corradus hæc verba, quibus perspicue dicitur Octauium Ciceroni se insinuasse, & submittendo se blanditum esse, falsé ad Ciceronem detorsit, vt haberet quod in Plutarcho reprehenderet. *Nam sic*, inquit, *adolescenti se subiecit*. atque hoc deinde refutat, quum Plutarchus non dixerit. id est nimirum cum latuis luctari.

885.b. *Ad Capuam*] Καπίτας. Bochius Capuam reddidit: & sic est apud Appianum lib. 4. ἐμφυλ. quæ vrbs tamẽ non in ora est sita. sed intelligi tamen vicunq; possunt prædia haud longissime ab vrbe ea distantia, ex Liuii lib. 120. cuius extat fragmentum de obitu Ciceronis. Videtur Caieta legendum.

Ibid. c. *Popilius*] Scribendum in Græco Πόπλιος, non Πίλιος, iampridem ad XLVII. librum Dionis docui.

Ibid. e. *Quatuor & sexaginta*] Liuius dicit 63. Cr.

IN DEMETRIVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

PYrrhi æqualis hic fuit, filius & successor Antigoni magni, à quo regnum Macedoniæ vsq; ad Perseum à morte Alexandri duraui t.

890.b. *Ex Antigoni posteris*] Necauit autem Demetrium, Persei calumniis inductus, Historia copiose est & eleganter à Liuio descripta lib. 44. Donatus imperite locum peruerterat, & Antigoni filium Philippum nominauerat. nam quod prius ignus fuit, excusare eius oscitantiam nequit. Vide genealogiam quam apud Æmilii vitam descripsimus.

891.c. *Abrogatoque vetere magistratu Archonte, à quo denominabantur in fastis annus*] Xyl. vertit, *Eponymo magistratu sublato*. & annotat, De hoc supra in Aristidam annotauimus. Interpres ridicule, *qui certo quodam nomine appellari consueuerat*. Idem contra & verba sententiamque Plutarchi, & veritatem rei, regis nomen à solis successoribus Alexandri hactenus vsurpatum fuisse scribit: quasi sub eorum numero non comprehenderentur Antigonus & Demetrius. Sed & paulo ante nescio quam Lamiacensium pugnam dixit. Verum ista persequi omnia est molestum.

895.a. *Abhorrenti dicitur in aurem hoc Eurip. insusurrasse*] Euripidis nobilẽ versiculũ (quem nos ipsum quoq; perspicuitatis causa integrum in versionem nostrã transtulimus) nemo eruditorum est fere qui non sæpe viderit aut audierit: Ὅπου τὸ κέρδος, ἐνθάδ' φύσις δουλεύεται. Antig. ita immutauit, & ab obse-

quid ad nuptias detorsit, vt ὁμοιόπλωτον elegantem allusionem contineret, pro δουλωτήριον reposito γαμητήριον. Quod minime obseruans Acciaiolus, omnem loci venustatem interuertit, & abs re de seruiendo mulieri mentionem intulit. Idem supra, quum Dromoclides Sphettius (Sphettia curia est, seu δῆμος, Auticæ) nominatur, nescio quid tribui (si diis placet) Sphettiæ abteo iniunctum commentus est. Philam vnico I scribo, sequutus Diodorum, & alios.

897. b. *Sed Thasius an Chius fuit fluor*] Elegans est & facetus plane iocus. nam quod affluxui (ita enim liceat exponere vocem ῥεῦμα) Demetrius humoris alicuius, seu pituitæ imputabat: id vini abundanti affusioni Antigonus adscribit. Nobilissima vina sunt Chium & Thasium: de quibus præter alios, Plinius libr. 14. cap. 7. & deinde, atque Athenæus libro 1. Hunc locum varie etiam Germani, neque minus scite vsurpant. nam & eum qui in itinere diutius moratus, eluuie aquarum se impeditum minus concinne causatur, potuisse quod ad aquam pergere dicimus ioco, nisi vinum (cui non item pontes insternuntur) obstitisset. & vino deditores, ac catarrhis conquerentes, simili plane modo notamus, quum dicimus, si velint efficere ne tanto affluxu infestentur, ab assumendo (nimirum vino) esse temperandum.

898. c *Pondo vterque quadragenum*] ὁλκῆς ἑκάτερος μ'. deest autem μνῶν, vt puto, id est libras vel minas (Mina Attica non ita multum à libra Romana differt. nimirum drachmis quatuor. de qua re Budæus & alii) quadraginta: quomodo & interpretes acceperunt.

899. c. *Lamia, Demo*] Δημοῖ Hæc apud Athenæum libro decimotertio Δημῶ, Demo, dicitur, & sic etiam infra.

900. a. *Laconensis*] Λακωνεὺς. Spartiatam Donatus, Amiotus cognomento ita dictum. mihi neutrum probatur, & patriam aut vero curiam Atticam vel pagum designare id vocabuli puto. Λακωνεὺς quidem Spartanus non dicitur.

901. b. *Demochares Solius Demetrium Fabulam appellauit, quod ei Lamia quoque esset*] Apparet Lamias in fabulis, vt & Sphingas, Satyros, & alia id genus aliquem habuisse locum: atque ideo Demetrium, qui Lamiam meretricem, monstro illi cognominem, secum haberet, ostentaretque, dramati seu fabulæ (nam μῦθον dixit Plutarchus, quod pro scenico figmento vsurpari vix puto) similem esse. Saltè in scena Lamias aliquando vel productas, vel saltem commemoratas, ex Horatii arte poetica apparet. Tametsi etiam ita exponi posse videtur hic locus (est enim obscurus) vt fabulosum hominem diceret Demochares Demetrium, qui præter alia inania, etiam Lamiam meretricem secum haberet, non male ex fabulis notarum istarum Lamiarum respondentem titulis. Quæ de Lamiis apud Philostratum in Apollonii Tyanei libro quarto leguntur, vt ille Lamiæ tali monstro seu spectro Menippum philosophum Corinthi eripuerit, (quo loco eædem esse Empusæ, Lamiæ, & Mormolycia ostenduntur, in id intentæ vt re venerea illectos homines deuorent) prolixiora sunt quam vt huc commode inseri possint. Aristophanis interpres in Vespis & Pace ex Duri & aliis scribit, Lamiam Beli & Africæ filiam à Ioue constupratam, filios eius à Iunone interfectos: ipsamq; tetra forma ob mœrorem, aliorum partus rapuisse, interfecisseque: & cætera quæ inde etiam Varinus transtulit. Lyncei de cœna Lamiæ scriptum citat aliquoties etiam Athenæus.

903. c. *Qui violatos putans ex Demetrii descensione fines, &c.*] Corruperunt hic historiam interpretes, & ad Selenam iuisse Plistarchum dixerunt, qui ad fratrem Casandrum accusandi Demetrii causa profectus scribitur. Idem Quin da (de quibus in Eumene facta mentio) in Cynda nimis subtiliter verterunt. quasi vero Cilices barbari, non barbara etiam locorum nomina retinuissent. Quæ paucis post versibus de Cilicia, Tyrio, Sidone, & cætera referuntur, plane diuerso sensu protulit Donatus.

906. a. *Ad Dion*] In Græco πρὸς Δίμνον: Donatus Dium, Amiotus nescio quale Demon. Ego, qui Dium esse Macedoniæ vrbem infra Pydnam in ora maritima sinus Thermaici, & scirem, & omnibus eruditis cognitum putarem, facile id cum Donato reposui. Verum ille corrector ne nihil diceret, præclare meritum se & de autore & de interprete & de lectoribus putauit, si annotaret Δίον vrbem esse Eubœæ, ex Stephano & Strabone: apposite scilicet: quasi vnicum tantum Dium Stephanus & alii geographi notassent. Sed erat omnino talis, quicunque fuit, vt libenter fumos venderet.

907. a. *Medicus Erasistratus*] Simile quoque de se Galenus prædicat. Cr.

1b. b. *Illa Sappus in eo omnia existerent, &c.*] In nobilissima illa oda (nisi vehementer fallor) quam insignis venustas iniuriæ edacitatiq; temporum exemptam, nostro quoq; tempore in lucem retulit, & quam Catullus Sapphico versu elegantissime depinxit. Extat impressa cum Anacreontis reliquis & Dionysio Longino, & Mureti in Catullum commentario.

911. d. *Non illepide Euripidis versus vsurpauit*] De Bacchis sunt desumpti.

IN ANTONIVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

915. e. *Pater Creticus dictus Antonius*] In Græco est Criticus, (vt Aretinus reliquit: & Amiotus explicauit iudiciarium) κριτικός: sed mendose pro κρητικός. Critici cognomen ego tribui huic posse non puto: Creticum vocari à bello contra Cretenses gesto arbitror, argumento eorum quæ apud Florum lib. 3. cap. 7. in Epitoma Liuiana xcvii. & alibi leguntur.

916. c. *Sexagies HS*] πυτπήκοντα καὶ ἑξακισχίλια παλαίντων, CCL. talentorum. Cicero Philippica secunda hanc rem ita describit: Recordare tempus illud quum pater Curio mœstus iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternens, lachrymans te mihi commendabat: orabat vt te contra suum patrem, si HS sexagies peteret, defenderem, tantum enim pro te intercessisse dicebat, &c. Ciceronis verbis in summa hac exprimenda Latine malui vti quam talenta ponere. Idem vero esse CCL. talenta & sexagies sestertium, ostendimus in vita Cic.

919. a. *Cuius naues circumiecit multis paruis acatiis*] πολλὰ ἀφ' λ. ακ. τ. τ. αὐτῷ ἐφεισήσας. non ἐφεισασάς. Interpres ἀταλλαγὴν fecit, non enim Antonii triremes fuerunt, sed Libonis. Totum stratagema descripsit ipse Cæsar venuste, libro tertio Belli ciuilis.

Ibidem b. *In abruptos scopulos atque altos sinus maris*] ἀγχιβαθῆς φάραγγας *Praceps & scopulosum littus*, interpres. φάραγξ inter alia hiatum seu fissuram terræ significat, quæ aquam incidentem absorbeat. Varinus. Voce ἀγχιβαθὴς (rectius enim legitur hoc modo quam ἀγχιβαθὴς) etiam Homerus vsus est Vlyss. v, Ἀγχιβαθὴς δὲ θάλασσα, ἐπεὶ οὔπω δῆ πύδιστι. Στήσειαν ἀμφοτέροισι, ἐπὶ ὀκφυγέειν κακότητα. Quod exponit Eustathius Littus vbi altum sit mare.

Ibid. d. *Antonium tribunum plebis fecit, misitque eum Romam*] Xyl. vertit, *Magistrum equitum Romam mittit.** *est autem, &c.* & annotat, De hoc loco quod statuam, non habeo. Ἀντώνιον δήμαρχον ἱλόμενος εἰς Ῥώμην ἔπεμψεν, *Antonium tribunum plebis, &c.* Et vero quæ de tribunicia potestate sequuntur, vera per se sunt, & historiæ Romanæ non rudibus cognita. Sed adduci vt credam Plutarchum hoc loco ab omnibus aliis autoribus dissensisse, vix potero. Nihil est enim notius quam Cæsare iterum dictatore, Antonium magistrum equitum (ἵππαρχον non δήμαρχον) ei adiunctum fuisse. Id ostendit copiose Dio, & aperte in huius historiæ luculenta narratione, lib. 42. contentionem etiam eius cum Dolabella persequens stylo. Idem in Philippica secunda Ciceronis est. Denique cur Antonium eo tempore Romam trib. pleb. mitteret, ne causam quidem fuisse existimo: nihil enim istis artibus & tumultibus tribuniciis Cæsari ad id quod volebat opus erat, sed iis quæ erant in Antonio maxima, insolentia, & quæ constituendæ stabiliendæque tyrannidi conduceret, iniusta & legibus contraria dominatione. qualem tum fuisse Antonii magistri equitum, ex Dione apparet. Quid ergo (inquies) Plutarchus hæc de trib. plebis potestate hoc loco commemorat, si ἵππαρχον, vt tu vis, non δήμαρχον, est legendum? Dicam. Suspicor intercidisse aliquot versus post hæc verba: εἰς Ῥώμην ἔπεμψεν. Illis autem versibus descriptam fuisse ἀναρχίαν ipsam & confusionem quæ tum Romæ fuit, quum Cæsare iterum populi, &

li, & Antonio, equitum Magistro creato, neque consul esset neque prætor: vti perspicue est à Dione nostro explicatum. His deinde malis accessisse tribunicias illas contentiones & turbas, quæ veluti vnguis essent in vlcere. Causam autem redditam obiter à Plutarcho, cur tribunis plebis licuerit quicquam moliri dictatore creato, & magistro equitum præsente: reliquis magistratibus abolitis. Cætera interpretati, & de trib. pl. potestate commentari, non est huius operæ. Hanc autem medicinam puto adhiberi huic Plutarchiano loco posse, atque haud scio an nullam aliam. Quod siquis integrum locum esse putat, ipse viderit: modo ne in eum finem contendat vt optimum & minime imperitum autorem calumniandi occasionem captet. Sane in vita Ciceronis quoque χιλίαρχοι legitur pro δήμαρχοι. quam cauillandi ansam arripuit Corradus.

920.a. *Hanc vrbes peragrans circumducebat lectica*] ὁ ὄχος, ad Sergium mimum refert: Cicero ad mimam in secunda Philippica. Interpres non aduertit.

Ibid. f. *A tergo Brutum & Albinum*] In Græco sunt duo insignia menda, Λαβῖνος pro Ἀλβῖνος, & ἀδελφῆς pro ἀδελφιδῆς. De quibus apud Dionem monuimus. Albinus recte in Cæsare legitur.

921. d. *His abrogauit Cæsar magistratum*] Καίσαρ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀπέκτεινεν. insigne mendum, & historiæ contrarium: quod & Aretinus senserat. Legendum est, Καίσαρ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀπέκτεινεν, nempe illos tribb. plebis. Historia est apud nostrum in Cæsare, apud Dionem lib. 44. apud Suetonium & alios.

923. a. *Munatium Plancum*] Is est L. Munatius Plancus ad quem extant libro decimo familiarium multæ Ciceronis epistolæ: etsi in plerisque libris vitiose Cn. pro L. legitur, vt hic Φλάκκος pro Πλάγκος. quod & alibi annotatum est.

Ibid. f. *Cotylonem*] Is est quem L. Varium Cotylam Ciceroni in Philippicis quinta & octaua dictum deprehendimus. Apparet à potando cognomentum esse effictum. est enim cotyla genus mensuræ.

924. b. *Quum oblatum cuidam eius amico fuisset somnium*] Actorii scil. cet medici. Dio. lib. 47. & Valerius lib. 1. cap. 7. & alii.

Ibidem, c. *Hortensium super illius monumentum præcepit interficit*] Xyl. vertit, *Illum ad sepulchrum fratris iugulauit.* & annotat, Hortensium scilicet. Interpres hoc non tam omisit quam peruertit. In Græco mendum est, sed non difficile animaduersu, ὑπεσφάξαι pro ἐπέσφαξε. Cur autem Hortensius in culpa cædis C. Antonii fuerit, ex Plutarchi Bruto & Dione patet. De morte eius Hortensii est apud Velleium, & in Epitoma Liuiana CXXIIII.

Ibid. e. *Et ruinosa*] σαθρόν. Aretinus Disiecta. quasi σαθρὸν legisset, quod & Amiotus habet.

Ibid. f. *Italicas pestes*] τὰς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας κῆρας. Sic vocat mimos, tibicines, præstigiatores & alios eius farinæ homines, quibus impense delectatum deditumque iam olim fuisse Antonium, nemo nescit. κῆρας autem, sicut & ὄλεθρον & similia, Græci dicunt vt Latini pestem, scelus pro pestilentibus & scelerosis hominibus: estque peruulgata dictio. Aretinus quum id non recordaretur, insultatum calamitatibus Italicis, nullo autore, & magno errore dixit. Sophoclis locus est initio Œdipi regis.

926. e. *Vt ait Homerus*] Alludit ad locum qui est de Circe, Vlyssea libr. 12. redeunti ab inferis Vlyssi occurrente: -- ἀλλὰ μάλ' ἆψα Ἠλθ' ἐπιωαμένη. Quod exponit Eustathius ἐπιφρόνως ἐπιλίσασα, εἴπως ἀρέσοι τῷ Ὀδυσσεῖ. aut similem aliquem, qui nunc non occurrit.

927. a. *Cydno fluuio*] in Græco Κύαον est pro Κύδνον, male. quanquam illud Amiotus retinuerit.

Ibid. f. *Circa Mesopotamiam*] Ex his quæ deinceps sequuntur, confecta est posterior pars Parthici libri, qui in amissi (ita enim opinor) locum Appiano Alexandrino est subsarcinatus, cuius prior pars est ex nostri autoris Crasso decerpta. Quæ ad Antonium præcipue, non ad rem Parthicam pertinent, omissa sunt in isto centone: cætera ad verbum prope descripta.

928. b. *Inter clientes se fuisse filii Antonii natu maximi*] Xyl. vertit, *In numerum assectarum Antonii.* & annotat, ὀπαδοῖς τῶν. Aretinus peruertit totum locum, satis alioquin & elegantem & apertum: transtulitque ad alias alia personas. Locus Platonis qui paulo post citatur, est in Gorgia.

929. d. *Hic post eam ex Accia fuerat genitus*] Ἀτίας legendũ non Τατίας, satis ex his quæ apud Dionẽ diximus, apparet. sicq; in Ciceronis vita legitur. Suetonius in Cæsare Iulio cap. 27. Attia Octauiam natam videtur dicere. Ad retinendam (inquit) Pompeii necessitudinem ac voluntatem Octauiam, sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat conditione ei detulit.

930. b. *Hexere*] sex remigum nauis est. Cr.

Ibid. f. *Regis Herodis*] Xyl. habet *Orodis.* & annotat. Ἡρώδου. Quod sequutus est, sed imprudenter, Aretinus: & Amiotus etiam. in Crasso Ὑρώδης legitur: falsum & hoc. Ὀρώδης enim, Orodes, rex Parthorum fuit dictus, quod notissimum est.

931. a. *Aqua ex clepsydra*] Fons est in arce Attica, Clepsydræ nomine: sic dictus quod clepsydræ in morem modo amittat aquam, modo recipiat. Impletur enim flantibus etesiis, vacuus aquæ est iis cessantibus, exemplo Nili. Hæc & pluta Scholiast. Aristoph. ὄρνισι.

Ibid. c. *Antonio & Cæsare*] In Græco deest copula καί: quam tamen & interpres & Appiani codices habent, & sensus requirit. Interpres porro ex Sossio Cassium finxit, haud leui historiæ detrimento. Res gestæ C. Sossii & Canidii sunt apud Dionem lib. 49. Amiotus Socium dixit.

933. d. *Phraorte*] Iustin. vocat Phrahatem. Cr.

Ibid. *Quam ante Bambycem nuncuparunt*] Βορβύκλω est in textu, & sic interpretes legerunt. Sed rectius apud Appianum habetur Βαμβύκλω, quod sequutus sum: quum & Strabo libro decimosexto, & Plin. quinto & vigesimotertio, idem dicant quod hic legitur. Vrbes sunt Syriacæ.

Ibid. *Per nuntios Monesi fidem dedisset*] δεξιὰς καὶ πιστὰ πέμψαντος. Non male vertit Aretinus. Est enim Missis nuncis fidem amicitiæ & gratiæ dare. Sic in vita Alexandri Darius moriens Polystrato, Ἀλεξάνδρῳ ταύτην τὴν δεξιὰν δίδωμι δι' ἐμοῦ. & Appianus libro secundo ἐμφυλ. δεξιὰν ἔφη τῷ βασιλεῖ τῷ Πομπηΐῳ. Tale est etiam λαμβάνειν δεξιάν, Venia donari, apud nostrum in Cæsare, de L. Domitio: ἀπῆν πρὸς Καίσαρα, καὶ λαβὼν δεξιὰν, αὖθις διεξέπεσε πρὸς Πομπήϊον. Annotaui autem propter correctorem istum, qui perinde acsi errasset hic Aretinus, Græca verba in margine alleuerat, neque tamen explicarat.

Ibid. e. *Artauasdes*] Iustinus vocat eum Artoadisten. Plut. in comparatione videtur hunc nominare Artabazum. Cr.

934. a. *Atropatenem*] Male in Græco Σατροπατιωνῆς. apud interpretem Antropatene legitur: recte apud Appianum Ἀτροπατιωνῆς. Sic & Stephanus, & Plin. lib. 6. cap. 13. Straboni est Ἀτροπάτος Μηδίας. lib. 11. quod & ἄστυ Stephanus habet.

Ibid. b. *Cuius constituit Tatianum ducem*] Xyl. vertit, *Duce Statiano.* & annotat, Sic est apud Dionem libro quadragesimonono, & in Augustano manuscripto Appiani codice Στρατιανοῦ legitur pro Σπατιανοῦ. Phraata autem, Φραάτα, ex Appiano reposui: pro Phraortis: Φραόρτου. Et sic etiam infra apud Plutarchum est: ὠδύνων ὑπὸ Φραάτου ἡμέρας κζ. imposuit enim libri mendum interpretibus. Apud Dionem legitur Πράασπα. Praaspa.

Ibid. e. *Paribus interuallis*] Hic locus rectius in Appiani libro legitur, estque scribendum hic non παρεξιόντες (quod imposuit Aretino) sed παρεξιόντας. νευροὶ pila sunt, non venabula, quibus tum neque Romani in pugna, neque Parthi vtebantur. Virgula inter κραυγῆς & ὑπερίφαντες temere posita, nebulas loco offudit.

937. *O decem millia*] Historia hæc, horum decies mille Græcorum, est apud Xenophontem in libris De expeditione Cyri, & summatim in vita Xenophontis apud Suidam.

442. *Titius autem & Plancus*] Τίτιος legendum. Dio lib. 50. & post Caluisius, Καλουίσιος, non Καλουῖος. Sed quæ de recitatione testamenti sunt scripta à Plutarcho, alienissimo & ineptissimo sensu Aretinus reddidit. De Caluisio multa Dio.

943. *Quid miri est, inquit, si in Torynè considet Cæsar?*] Videtur alludere ad id quod Suetonius ait, infanti indictum nomen Thurino: & ita per contumeliam appellauit eum Antonius. Cr. Itidem hic Xylander annotat, locus est proprio nomine in appellatiuum detorto. πρωΐν instrumentum est quo ollæ (aut potius quæ in illis coquuntur) agitari solent, nimirum cochleare coquinarium. Patet hoc ex Aristophane in Equitibus, vbi est, δοίδυξ οὐδὲ πρωΐν. & in Auibus. Ἐτέρου δὲ θυμοῦ δεῖ πρωΐν καὶ χύτρας. Sipontinus in suo Cornucopiæ tudeculam interpretatur, sed male. Vsus est vocabulo etiam Plato in Hippia maiore: ita vt facile appareat inde, id fuisse quod diximus. Meminit & Eustathius in Iliadis, aitque (id quod huc facit) ὥσπερ τι πρῶν dictum, quod est Cis-

cumago. Ergo Cleopatra extenuat præsentiam Cæsaris à loci nomine petita ioci materia: quod fugit vtrumq; interpretem.

846. c. *Cum L. Arruntio*] Hunc ab Octauio mediam aciem tenuisse, apparet ex hoc loco. Paterculus lævum cornu ei commissum dicit.

919. a. *Halis iuxta mare humato*] Locus est Atticæ, Ἅλαι. De quo apud Stephanum.

953. *Cæsaris in multis, &c.*] Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Allusio ad Homericum illud nobilissimum dictum, de Iliad. 2. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.--*multos dominos non expedit esse.*

955. d. *Ex Marcello illa filias duas*] Remitto te ad typum & explicationem genealogiæ huius quam ad finem nostrarum in Dionem annotationum adiecimus.

IN COMPARATIONEM.

957. a. *Postremo vt Pari.*] Alludit eleganter ad ea quæ sunt apud Homerum Iliad. 3. ad finem.

IN AGIDEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

AGis vltimus Spartanorum ex familia Eurytionidarum rex fuit, Arati Sicyonii æqualis & Antigoni regis Macedoniæ. Circa annum V. C. maximo DX. floruit. Existatim successit in altera familia Cleomenes. Olympiade CXXXIX. mortuum Antigonum Polybius in fine secundi libri ostendit: quo tempore Cleomenes paulo ante ab eo victus in Ægyptum profugit, ibique sub Ptolemæo Philopatore periit. quo tempore etiam Marcellus Gallos vicit.

734. b. *Vbi iam non erat illud dici quod solet, Rectum licet non sit, &c.*] Xyl. vertit *Notum illud est, Quod non honestum est, iam turpe esse sentias.* & annotat, Alludit Plutarchus ad sententiam Græci alicuius poetæ, (neque autor, neque locus nunc succurrit: & tamen memini me legisse alicubi, sed quærendi otium non suppeditat) qua limites honesti & inhonesti ita distinguuntur vt vbi honestum desinat, ibi incipiat turpitudo. Itaque locum quem ob breuitatem non est assequutus Tudertinus aliquot verbis additis parenthesique illustrauit. Est autem in Græco pars senarii: ἐπὶ μὴ καλοῖς, αἰσχροῦ ἥδη.

Ibidem, d. *Eurytionides*] Dixi de hoc vocabulo in Lycurgo. Duæ enim fuerunt regiæ familiæ Lacedæmone: Eurytionidarum seu Eurypontidarum vna. Agidarum altera. quod neque Tudertinus, neque Amiotus hoc loco obseruauerunt. Εὐρυτιωνίδαι in Græco legendum.

Ibid. *Apud Mandonium*] Non memini legere hoc nomen alibi. Historia est apud Diodorum Siculum libro decimosexto, qui eadem die id factum ait qua apud Chæroneam Philippus Græcos vicit. meminit etiam Pausanias.

Ibid. e. *Alterius fuit familiæ Agiades*] Xyl. vertit, *Ex altera regum familia qui Agidæ appellantur.* & annotat: In Græco mendum est, Ἀγιάδης pro Ἀγιαδῶν. nam Ἀγίδαι, & Ἀγιάδαι, etiam, apud Pausaniam scribuntur. Interpretes familiæ nomen omiserunt.

Ibid. f. *Qui regnum non tenuit*] Xyl. vertit, *Neque tamen regno potitus est.* & annotat, Tudertinus contra & Græca verba & historiæ veritatem scripsit regnatum, à Cleonymo, sed non diu. Nam Areo fuisse regnum mandatum, repudiato Cleonymo, non hic modo sed & copiosius in Pyrrho Plutarchus, perspicue in Laconicis Pausanias narrat, & alii.

799. b. *Auaritiam*] Extat apud multos Græcos scriptores oraculum Apollinis Pythii, in hanc sententiam versu hexametro pronunciatum: Ἀ φιλοχρημαπία Σπάρταν ὄλει, δῆμο δὲ οὐδέν. Meminit Cicero lib. 2. Offic.

Ibid. *Thalamis*] Xyl. habet, *Thalamis* & annotat, ἐν θαλαμίαις. Scribēdum ἐν Θαλάμαις, ex Pausania Laconicis & Stephano: tametsi hic assignat Messenius, vt de alia vrbe loquutus videatur. Nam hæc quidem Laconicæ est; Θαλάμιν Ptolemæus nominat.

Ibid. c. *Thales.*] Cretensem intellige, de quo supra in Lycurgi vita.

Ibid. f. *Ecprepem*] In Laconicis Apophth. Ἐμπρεπὴς Emerepes, legitur: quod & Erasmus retinuit. Mihi hæc lectio verior videtur.

803. e. *In Decadem*] Fortasse legendum Caiadam, quem lexica Græca carcerem regium tradunt esse. & ita etiam legitur apud Thucyd. C. Itidem Xyl. annotat, πλὴν καλουμένου Δικάδα. Sed τὸν καλούμενον Καϊάδαν legendum minimè dubito. quandoquidem δικάδα hanc à nemine adhuc autore alio nominari inuenerim. Καϊάδαν autem de simili re, scilicet Pausaniæ exitu, scribens nominat Thucydides libro primo. atque sic legitur etiam apud Suidam. Eustathius in βIliadis, & initio δVlyssea, Καϊάδας vel Καϊάτας scribit, innuitque sic dictum à fissura terræ.

804. *Tantum sint hæc, inquit, ex vsu reip. Spartanæ*] Xyl. vertit, *Modo, inquit Sparta hoc prosit,* & annotat, σωιεν γραφ. ego pro optatiuo accipendum duco, cuius est tertia persona aoristi. Interpres *In hoc duntaxat vtilis Spartæ fui.* atque hoc etiam Erasmus sequutus est. sed mihi nimis longe petitum videtur: & non τῶν τι, sed πότι, erat legendum, si intelligi debuit hoc eam dicere; Nihil se præterea patriæ potuisse dare quam quod Agidem peperisset, euentum enim eius consiliorum præstari à se nequiuisse. Noster sensus & verbis congruit, & simplicior, mulierequeque dignior est.

Ibid. f. *Dorii*] Erant hi Heraclidæ, ex posteris Herculis, de quibus vide quæ passim sunt apud Pausaniam, præsertim in Argolicis & initio Laconicorum: & Diodorum lib. 4.

IN CLEOMENEM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

805. a. *Eo extincto parum nauus &c.*] Hic vitam Cleomenis ordior. Etsi enim in Græco diuisa à priore non sit, tamen id nobis perspicuitatis causa faciendum videbatur. alioquin animaduerti multa ex Cleomene citari quæ sunt in Agide: & vicissim.

Ibid. c. *Lubricum erat Agide ea de causa perempto, &c.*] Xyl. vertit, *Periculosum erat Agide, quod conatus ea fuisset in vrbem reducere, interfecto.* annotatque, οὐδὲ ἀσφαλὲς τῷ πότῳ. Quod postremum vocabulum est mendosum, ac nisi quid desit, πόδῳ videtur reponendum. Sensum arbitror me aperuisse.

Ibid. d. *Ad demulcendos iuuentutis animos*] Xyl. vertit, *Demulcendum blandiendo.* & annotat, αἰκάλειν. Aliis per duo ν scribunt: sed tamen αἰκάλλειν etiam legitur ὁ κόλαξ. Tudertinus non recte vertit *Incitandum.* Indicabat autem Leonidas, animis puerorum Tyrtæi carmina suauitate sua illabi, eosque deliniri, vt præcepta honestatis seuera vtcunque & aspera accipiant atque amplectantur. Hæc enim vis est poeseos, atque inde Orphei & Amphionis fabulæ tractæ: quod & Horatius monuit. Esse autem αἰκάλειν Blandiri & deliniri, cum grammatici Græci docent, tum testimoniis ostendi potest. Apud Aristophanem in Equitibus ἀνὴρ ἀποπώλης ille oraculo delinitur: πάμμαν (inquit) λόγοι αἰκάλλει με. Vbi quod addit scholiastes, legere quosdam λόγια καλεῖ, lectioni Plutarchianæ videtur adstipulari; quæ vno tantum λ vtitur. ita enim affinior lectio alteri est. Et Philostratus in vita Apollonii Tyanei, lib. 2. cap. 5. elephantum describens qui magistro suo abblandiretur, inter alia ἀφροδισιάζει, ait, τῇ φωνῇ μαλακῇ αἰκάλλει, &c. Tyrtæi autem fragmenta extant quædā: vnde qualis fuerit poeta, hodieque æstimare homo non ineptus possit.

Ibid. e. *Lacedæmonii dicunt ἐμπαῖδας*] Idem etiam εἰσπαῖς dicebatur. Vnde εἰσπηλὸς amator vocabatur, amasius αἴσ, tametsi hoc vocabulo etiam amator exprimitur aliquando, vt apud venustissimum poetam Theocr. Idyllio 28. quod inscribitur Amator: Σπεύγετε δὴ ὕμμες αἴσας· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε διώκειν. Idem αἶτα, Idyllio 12. Δοιὼ δή τοι τώδε μετ' ἀμφοτέροισι γλυκεῖα Φαῦθ' ὁ μὲν, εἰσπηλὸς, φαείνᾳ ὠμυκλαΐδων. Τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὡσκεῖν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, αἶτα. Vide quæ ibi sunt in Scholiis.

806. b. *Vt in vnum corpus Peloponnesios redigeret*] Id est, in vnam ciuitatem atque fœdus: quomodo Achaicas paulo ante vrbes

vrbes in vnam ciuitatem contraxerat, vt copiose Polyb. l. 2. & noster in Arato ostendunt. In Græco est εἰς μίαν συνοικίαν. Quæ vox quum aliquando tributum significet, (vt in Arato, & alibi etiam apud hunc ipsum autorem) inepte Tudertinus contra loci huius & historiæ naturam id arripuit: quasi vero non omnis respub. & ciuitas eleganter συνοικία diceretur.

Ibid. c. *Prope Belbinam*) Laconicæ oppidum hîc intellige, non insulam Æginæ vicinam. Hoc oppidum Stephanus nouit. Pausanię est (nisi male suspicor) Βελεμίνα, Belemina, & Ptolemæo Blemmina, Βλεμμίνα: Suidæ Βελυβίνα, Belybina. nam recte ita legi ordo literarum testatur.

807. c. *Eductis copiis occupat Leuctra*) Apud Polybium, grauem & accuratum scriptorem, & à quo hanc narrationē potuit noster mutuari, locus hic nō Leuctra, sed Λαοδίκια iterum nominatur, Laodicia: lib. 2. Idem Megapolitanorum tyrannum Λυσιάδιν, Lysiadem, vocat: quam genuinam esse scripturam, & hîc vitio poni Λυσιάδαν, puto. Quippe in Arato etiam semel Λυσιάδας, deinde semper Λυσιάδας legitur. De cędę etiam Archidami idem Cleomenem, vbi l. 5. mortem huius describit, insimulat. Porro quod est hîc, *Apud ipsam vrbem*, de Megalopoli videtur intelligendum.

808. a. *Alcæam*) Hoc vocabulum nunquam alibi reperio: de Arcadica aliqua vrbe dici apparet. Videndum an de Alea loquatur, & Ἀλέαν vel sane Ἀλαίαν scripserit autor. Aleæ in Arcadia cum alii autores, tum Plinius quoque meminit lib. 4. cap. 6.

Ibid. d. *Si metus est simul est verecundia*) Prouerbialis heroici versiculi pars est. de autore mihi non constat: antiquum esse satis patet, quum de eo etiam Plato in Euthyphrone disputet. Homeri verba priora, sunt Helenæ ad Priamum lib. 3 Iliadis: posteriora, de Græcis cum metu & silentio suis ducibus obtemperantibus, lib. eiusdem operis quarto.

809. d. *Et clypeum ferre amento non appensum*) Xyl. vertit, *Et scutum ferre nō loro appensum, sed armillæ.* & annotat δι' ὀχάνης, ἢ διὰ πόρπακος. Cur ita verterim, dicam. πόρπαξ hoc loco mihi videtur dici lorum quod fibulis scuto anneum ab humero sinistro & collo dependebat, eoque scutum regebatur antiquitus. ὀχάνη vero, quæ & ὄχανον dicitur, intelligo ansam siue armillam in tergo scuti, cui brachium sinistrum inseretur, atque ita scutum gestaretur atque regeretur. Omnino autem quod alias πλαμῶν dicitur, id hîc appellari πόρπακα existimo. Neque piget Herodoti verba adscribere, optime hoc facientia. sunt autem ex lib. 1. vbi de Caribus loquitur, καὶ ὄχανα ἀσπίδων ἔνι εἶσι οἱ ποιησάμενοι τοῦ πρόσθεν. πάσι δὲ αὐτοῖσι ἐχαλκεύετο ἀσπίσι χρέεσθαι, πλαμῶσι σκυτινοισι οἰηκίζοντες τοῦ τῶν ἀνχέων τὴν τῶν ἀριστερῶν ὤμοισι προβαλλόμενοι. Hinc est illud Virgilianum: --*Clypeoque sinistram Insertabam aptans*- & multa similia passim. Eustathius hæc non accurate distinxit: quem in præsentia missum facio.

813. e. *Onia dicunt*) Xyl. vertit, *Sed montes tantū eos qui Onij dicuntur: (quasi si Asininos Latine appelles)* & annotat, τὰ ὤια in Græco est. quod vterque interpretum sequutus, de locis opportunis in genere vertit: quasi hoc sit ὤνιον, ac non potius id quod nos venale dicimus. Ego mendosum locum suspicatus facile fui, neque difficulter tamen emendari posse deprehendi. Legendum dico τὰ ὄνεια: vt montes Onij intelligantur, qui à Scironiis petris, ea parte qua ad Atticam est via, vsque ad Bœotiam & Cithæronem pertinent. Strabo lib. 8. Cætetum Gerania mons est inter Megaram & Corinthum, cuius & Stephanus De vrbibus, & Pausanias in Atticis, quo loco Megaricam describit, meminerunt: quorum hic etiam nominis rationem adfert, quam inde petent qui volunt. Meminit & Plin. lib. 4. cap. 7.

816. e. *Frequentibus comitatus militibus*) εἰς Ἄργος, πολλοὺς ἔχων. Legendum ἢ πολλοῖς, quod & Tudertinus vidit. requirit enim hoc sensus. Quod autem creditum est Cleomenem temerarium fuisse quod in Argolicam impressionem faceret, nequaquam potest aut debet ad multitudinem militum Antigoni, sed naturam locorum referri: quod disertis verbis Polybius in huius historiæ expositione testatur, haud procul fine libr. 2. quem quidem noster sequutus est, quod & ipse præ se fert.

817. b. *Sed perticis in rhomphæa figuram effectis*) ῥομφαίας. Rhomphæam in Paulo Plutarch. vsurpauit pro hasta Thracica in descriptione prælii quo Perseus est victus. Eam ego apud Cornel. Tacitum frameam arbitror appellari. De moribus Germaniæ prope initium: aut certe non ita absimilia ea inter se fuisse, vt ita vertere nobis non liceat. Quod si cui non placet, bona mea pace Rhomphæam retinebit: quando Gellius etiam videri potest eam à framea diuersum quippiam iudicasse, lib. 10. c. 15. vsumque rhomphææ vocabulo Ennium idem asserit. Eustathius quidem in Iliad. υ scribit ab antiquis traditum esse, solos barbarorum Thraces magnis vsos gladiis, eosq; à nonnullis appellatos rhomphæas.

Ibid. c. *Cyllarabim*) Supra Cyllarabium dixit: quod vocabulum apparet esse denominatiuum. Κυλλάραβιν autem hîc scribendum satis constat, etiam ex Varino ordinem literarum sequuto. Est autem Cyllarabis gymnasium Argiuorum, minus c c c. passus ab vrbe. Liu. lib. 34. Pausanias lib. 2. à Cylarabo (vnico λ scribitur Κυλαράβου) Stheneli Fidictum ostendit.

Ibid. e. *Panis confectio, inquit, prior est proreta*) Locus hic in exemplari Græco est mendosus. Videtur hoc prouerbio innuere, pecuniam prius & commeatum comparandum quam naues conscendant. Cr. Sic & Xyl. annotat, Id est, Oportet priusquam proræ & clauo præficiantur rectores, & classis instruatur, de commeatu & sumptibus constare. Sic ego diuinaui: quum nihil aliud suppeteret. Tudertinus clausis oculis sententiam in genere extulit, præterito eo quod erat obscurum. Amiotus locum corruptum iudicauit. Mihi quidem ęnigma est: fortasse nauticum, & quod in re nauali vsurparetur communi sermone, dicterium: qualia videmus vulgo singulis prope artificibus sua esse, quæ non omnes alii intelligant. Viderint doctiores.

818. c. *Qui insidiis curādis præfectus erat*) Xyl. vertit, *Qui insidiis præfectus erat*, annotatq;, Scilicet vel cauendis, vel etiam hosti struendis. Sic enim vocabulum κρυπτεία intelligo, quum κρυπτεύομαι sit τὸ ὀνειδεύομαι. & videtur huic loco quadrare. Nā Tudertinus omisit: alter in genere vertit. Sane in vita Lycurgi etiam heilotum illa occidio per insidias facta κρυπτία nominabatur: vt verisimile sit, insidias κρυπτείαν Spartanos dixisse.

820. c. *At senior Ptolemæus*) Nimirum Euergetes, cui successit Philopator. Vide Polybium lib. 5. & alios.

821. b. *At charo pector tabem*) Locus est primo Iliadis. Porro Apin bouem esse quem religiose Ægyptii sacerdotum cura educant, notum est.

IN TI. GRACCHVM ANNOTATIONES GVIL. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

TI. notam esse prænominis Tiberius, notum iam est. Diuisi autem has quoque horum fratrum vitas, vt eo magis omnia perspicua & suis distincta locis haberentur. nihil enim hæc diuisio parallelorum comparationi detrahit. Hic Ti. Gracchus de quo agimus, ita scribi potest, Ti. Gracchus, Ti. F. P. N. nam Gracchorum auum, patrem eius Ti. Gracchi qui vxorem habuit Corneliam, Africani superioris filiam, Publium prænomen habuisse, Cicer. 1. De diuinatione ostendit. Nomen gentis fuit Sempronius, Gracchus cognomentum. De ætate Gracchorum non est obscurum. prima enim ciuilis sanguinis effusio morte Ti. Gracchi facta est. à qua & sua ἐμφύλια Appianus orditur, & L. Florus. Cæsus est anno V. C. DCXXI. L. Calpurnio, P. Mucio coss.

824. c. *Hunc fama est &c.*) Hæc historia apud Cic. lib. De diuinatione vtroque ex C. Gracchi Ti. F. P. N. ad M. Pomponium scriptis recensetur.

825. b. *Licinium seruum*) Xyl. habet *Licinnium*. & annotat, Λικίννιον. Vide Ciceronem libro tertio De oratore extremo: vbi quidem Licinius vnico n scriptum reperies. Nam & hoc animaduerti, modo eam literam geminari, modo non geminari. Atque ipsam syllabam pro communi videtur Horatius habuisse. Nam in eo carmine, *Rectius viuēs Licini neq; altum*, Licini anapæstus est. in hoc, *Me dulcis domina Musa Liciniæ*, Liciniæ diiambus est. atq; haud scio an Liciniæ scripserit Horatius, vt esset ἀνάδιπλωσις: sicut C. Gracchi vxor infra Λικιννία dicitur. Verum id genus permulta possunt annotari.

829. a. *Neque enim in vinolentiis solum, &c.*) Xyl. vertit, *Bacchanalibus*. & annotat Peruenuste alludit ad illud Tiresię apud Euripidem in Bacchis: -ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ παντ' ἀεί. Τοῦτο σκοπεῖν χρή. κἂν ἐν βακχεύμασιν οὖσ' ἦθος σώφρων ἐν δίκῃ φθαρήσεται. Quod leuiter immutatum Aristippus apud Dionysium tyrannum fertur vsurpasse.

830. c. *Sed Mutio quodam, eius cliente*) Xyl. habet *Mucius*. & annotat, Appianus libro primo ἐμφυλ. Q. Mummium appel-

lat. Sed & infra in postrema Ti. Gracchi actione Mucius nominatur.

832. b. *Parem numerum*) Epitome Liuii habet duplicem numerum.Cr.

Ibid. d. *Cæterum Blosius Cumanus*)in Græco est Βλάσος.sed epitheton Κυμαῖος,& quæ antecesserunt ac sequuntur,satis ostendunt scribendum esse Βλόσιος.

833. a. *Flauius Flaccus*) Xyl. habet *Fuluius Flaccus*.& annotat,In Græco est Φλαβιος,Flauius: idque interpretes retinuerunt. Ego Flaccum Flauiorum cognomẽ esse nondum comperi:Fuluiorum esse,nemo fere nescit. nõ hoc modo me mouit, sed & id quod hunc puto esse M.Fuluium Flaccum, qui octauo post anno consul cum Plautio fuit , ac quadriennio post vna cum C. Graccho, cui se in perniciosis legibus ferendis socium addiderat, occisus est. cuius etiam Cicero pro domo sua meminit.

834.a. *Quid igitur*)Hęc verba tribuunt Cicero & Val.Max. Lælio.Cr.

ibid.b.*vt Tiberii loco alium,&c.*)Ὁ Τίτος αὐτὸ τοῦ Τιβερίου.Quis ille Titus ? Viderunt interpretes mendum esse, id quod ipse locus prodit. Scribatur ergo,καὶ ἵνα αὐτὸ τοῦ,&c.

Ibid.e.*Sic pereat quisquis,&c.*)Verba Mineruæ sunt,de Ægisthi ab Oresta ob adulterium & cædem Agamemnonis necati interitu,lib. 1. Vlyssęæ.

Ibid.*Deinde C.& Fuluio*) Xyl.habet, *A C.Graccho & Fuluio.* & annotat,A Carbone tribuno plebis hoc factum,& similiter fremitum plebis aduersus Scipionem,& eius asperum in eam dictum,quod hîc innuitur modo,non explicatur,scribit Velleius Paterculus, & Valerius Maximus libro sexto, cap.secundo.

IN C. GRACCHVM ANNOTATIONES GVIL. Xylandri & Herm. Cruserii,interpretum.

835.b.*vt quæsturam in Sardinia cum Oreste consule.*)Xyl.vertit, *Euenit vt quæstor Orestæ consuli in Sardiniam sorte mitteretur.* & annotat, L.Aurelio Orestæ, anno DCXXVIII. Vide de hac Gracchi quæstura quæ ex ipsius oratione refert Gellius lib.15.cap.12.

Ibid.c.*Siquidem Cicero orator est autor*)Locus est primo De diuinatione.

836.a. *Apud imperatorẽ triennium permansisse*)τριετίαν apud Gellium legitur biennium , quod adeo malim vt prope credam διετίαν à Plutarcho fuisse scriptum. Nam ne totum quidem biennium in Sardinia fuisse videtur. siquidem ex Appiano apparet,Fuluio Flacco consule & adiutore primum tribunatum petiisse aut certe proximo post anno.

Ibid. *Coniurationis fregellanæ*) Liuium lib. 60.vide aut Fastos potius Sigonii,anno DCXXVIII.

Ibid.c. *C.Vulturium*) Xyl.habet,*C. Biturium*.& annotat, Sic est in Græco.Interpretes Veturium habent: an coniectuam sequuti,an historiam?

839.d. *L. Opimius*) In Græco Ὀπίμιος,Hostilius.verum ego per hæc tempora nullum Hostilium à quoquam nominari video.Aretinus & Sigonius Opimium legerunt,qui proximo post anno consul C. Gracchum interfecit. id & mihi sem placuit.

840.d. *Q. Antyllius*) Attilium Appianus vocat: sed rem haud paulo aliter narrat.

IN COMPARATIONEM.

844.c.*Vt aut Plato*)Lib.4.De republica.

845.a.*Atque in summa rudia mutilaque,&c.*) Xyl.vertit, *Omninoque manca eius consilia, & imperfectæ actiones fuerunt, dimittentis propter ætatem quod instituerat.* & annotat, Græca mendosa & mutila puto. Aretinus omisit totam comparationem, quod Gracchos tantum verterat,itemque Tudertinus, qui alteros.

IN ARTOXERXEM ANNOTATIONES GVIL. Xylandri & Herm.Cruserii,interpretum.

ARtoxerxis ætas bello Peloponnesiaco respondet. Fere enim eodem tempore regnum occepit quo Athenę sunt à Lysandro diutæ Olympiade nimirum XCIIII.quo maxime tempore Veii sunt obsessi primum , & decimo post anno à Camillo expugnati.

1012.a. *Artoxerxes ante Arsicas dictus fuit*) Apud Diodorũ Siculum lib. 14. & apud Xenophontem περὶ ἀναβάσεως Κύρου, Artaxerxes legitur constanter:vt hic per o post t, Artoxerxes. sed id non multum refert , & per o etiam in Ctesiæ epitomis legitur , nuper à doctissimo homine Henrico Stephano editis.Quod autem hîc nomen regis Arsicas legitur, mutare ausus non sum: quanquam in Ctesiana epitoma lib.decimono ni Ἀρσάκης,Arsaces,legatur.hoc autem nomen est quam alterum notius, & regibus Parthorum omnibus fuit commune, vt Ptolemæi Ægyptiorum.

1013.b.*Omises*)Amiotus Romises:Lapus pauperem vertit. forte aliud vterque legit quam ego. Mithras Persarum deus, Sol est Latinis : malui tamen vocem propriam relinquere. Sicut & Candyn,vestis regiæ apud Persas genus,& similia.

Ibid. d. *Ostaci & Oxabi.*) Aut initio libri huius mendose sunt nomina posita. Superiora tamen magis probo:quod & alibi habentur ista in Persis nomina.

1014.c.*Vt à veritate excurrat ad vana & fabulosa*)Xyl.vertit,*Ad fabulas.*& annotat,πρὸς τὸ μυθῶδες.legitur,nimirum literis transpositis:quum nemo non videat sensum loci requirere μυθῶδες.

1016.e.*Regis explorator*)Xyl.vertit,*Regis speculator.* & annotat, Ad verbum est Regis oculus. Qui vult, potest legere Scholiastem Aristophanis in Acharnenses comœdiam, non ita longe ab initio:Diligenter enim, etiam ex Aristotelis libro De republica tertio,rem explicat.

1017.d.*Sibi vero non minus XX. millia visos qui ceciderant*) Xy.vertit,*Ipsi cadauera visa haud pauciora XX.millibus esse ait.* & annotat,ἄυπτα.Locus est ambiguus & obscurus.Nam neque satis liquet de Cyrine an regis exercitu perierint qui hîc numerantur : & quo illud ἄυπτα pertineat, non constat. ego ad Ctesiam potius retulerim. Minime quidem Lapo assentior, qui alterum numerum ad Cyrianos, alterum ad regios retulit. Diodorus Siculus de regis exercitu plures XV.millibus,de Cyri autem citeriter tria millia cecidisse refert.

1019.c. *Mesabates*) Xyl.habet,*Mesabates.*& annotat, Paulo post legitur Μεσαβάτης. In reliquiis Ctesiæ (ex eo suspicor Plutarchum transcripsisse) Βαγαπάτης legitur Bagapates.

1020.a.*Pectinis copiam sibi faceret*) Hæc ridicule à Lapo ad deprecationem famis sunt detorta : quum & perspicua sint verba, & eo commemoret Plutarchus vt Ctesiæ futilitatem demonstret. Sed alia multa hîc & alibi Lapus admisit: vt supra de Care,τοῦ ὑπὲρ αὐτὸν αἰπποιεῖσθαι vertterat In superiores se efferre,& multa alia.

Ibid. *Caryatidas*) Καρυατίζειν genus est saltandi à Castore & Polluce Lacedæmoniis traditum Caryis Laconicæ oppido. Vide Lucianum περὶ ὀρχήσεως.

Ibid d.*Gigim dictam*) In Ctesianis eclogis est Γίγγη, Ginge, & auis ῥωνδάκη,Rhyndace.

1021.c.*Duce Tymbrone*)Vide Xenophontem lib.3.Rerum Græcarum , & Diodorum Siculum lib.14. & Plutarchum in Agesilao,Probum,& alios.

1022.b. *Qui inter Persas Leonidã & Callicratidam saltauit*) Xyl.vertit, *Saltans apud eos Leonidam & Callicratidam.*& annotat,Ita est in Græco vt verti. Si verba recte habent,quod non puto , meo arbitratu sensus est, meruisse eum coronam istam adulandis Persis,& se eorum arbitrio accommodando. & videtur illud ὀρχησάμενος alio sensu καθ' ὑπόνοιαν dictum.q. d.ridiculos eum offendisse priores Spartanos, graues illos & tetricos: quales fuerunt Leonidas, & alii prisci, qui quiduis potius fecissent quam vt regem barbarum adulati essent. Leonidam aliquem in Persia egisse,non meminimus. De Callicratidę magnanimitate ac quam is inique fastum barbaricum tulerit, est apud Xenophontem lib. 1. Ἑλληνικῶν,& apud nostrum in Lysandro.Mox in Græco Ἀντιαλκίδαν vitiose legi pro Ἀρπαξαρξίδαν iudicabam. nam Antalcidæ tribui ξένῳ & φίλῳ nomen, quippe ciui,à Spartanis non potuit.

Ibid.e.*Stratores*)Vide quæ de his in Pelopida annotaui,vbi eadem historia adducitur.

1023.c.*Porro quũ belli ducibus,Pharnabazo & Iphicrate,monisset Ægyptiis*)Describitur tota res elegãter à Diod.Sic.li.25.

1025.c. *Rhodogynem Oronti*) Xyl. vertit, *Rhodogunã Oronti, Tiribazo Amistrin nuptum daturum.* & annotat. In Græco male est Ὀροίτῃ, quod Lapo imposuit. Patet cum aliunde tum ex Diodori 16. & notum est dictum huius Orontis de aulicis, quum gratia regis & soceri excidisset.

1026.d. *Oromaze*) Ὀρομάζης, seu Ὡρόμαζος, (vt Ἀρταβάζης & Ἀρτάβαζος, & id genus alia) deus est Persarum: iis quem nos Solem vocamus. Euidens est hoc cum aliis ex autoribus; tum ex libro Plutarchi De Iside & Osiride, & quidem Ὧρος, à sole annus dicebatur, quod non solum grammatici testantur, sed & versus extat Euphorionis de Laodice & Acamante Thesei F. Ἡ' οἱ Μοῦσιν ὕα πέκε πλομένῳ ἐνὶ ὥρῳ. Id propter Lapum annoto, qui quum hoc non animaduerteret, perperam ad regem transtulit.

IN ARATVM ANNOTATIONES GVIL. Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

ARatum vixisse eodem tempore quo Cleomenes Spartæ rex fuit, & Antigonus Macedoniæ, satis ex vita Cleomenis constat. Vide omnino de eius ætate & æqualibus Polybium lib. 2. necnon de rebus eius gestis.

1027.v. *Quis patrem laudet*) Prouerbiũ hoc etiam in Chiliadibus Erasmi exponitur. Notum est autem, plerosq; quum nihil ipsi habeant proprium quod laudem mereatur, ad paternas & auitas laudes (vti claudi ad equum) recurrere. Quasi vero iis occini merito non queat, Heroum filios esse noxas. Extant in hanc sententiam multæ graues & argutæ veterũ Græcorum poetarum sententiæ: sed nostrum institutum non patitur nos eas huc cogere. Elegãter Ouidius sub persona Vlyssis, *Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra voco.* Quod ad Græcum versum attinet, αἰνήσῃς cum apostropho si legatur, erit elegantior: vt sit modus potentialis vt vocant, aoristo optatiuo expressus. Certe Erasmus ita legit: an ex autoritate libri, an ex ingenio? Cic. lib. ad Atticum primo, vbi de se sui ipsius laudatore loquitur, scite adducit partem versus, Τίς πατὴρ αἰνήσῃ: sed quia non adduxit totum; non multum id meæ lectionis opinioni detrahet. Fieri enim potest vt non retulerit parœmiam, sed ad eam (vt frequenter alias) alluserit.

Ibid. c. *Est enim sibi placentis*) Sensus est, Tu quidem ô Polycrates vir es præclarus: sed nimis tibi ipsi placeres si tantum tibi tribueres vt non Aratum potius imitandum tuis filiis, quam te, proponeres. Ac videntur illa verba, πανὸς ἀεὶ βέλπεσον, non vacare mendo: sed deesse ἑωυτὸν aut aliquid tale. Lapus quidem corrupit sententiam. φιλοκάλων autem est, optima & nobilissima exempla ad imitandum aliis proponere; non temere seipsos, neque semper.

1028.b. *Non diffitetur athleticam voracitatem & ligonem*) Xyl. itidem *ligonem* vertit; & annotat, Σκάφιον. Lapus scapham vertit: si quidem hoc est vertere. σκαφίον apud Græcos duo significat, tonsuræ genus, & ligonem seu sarculũ. Quum tonsuræ genus est, ἐν χῷ significat, id est, quum nouacula crines raduntur: eique opponitur κόμης, quod est tonsuræ genus ad ornatum formæ magis faciens. Aristophanis interpres in Auibus, Eustathius in Iliad. μ, & alii. Sed id huc non facit. Quod autem ad ligonem attinet; athletas solitos se eo ad firmandum robur exercere, innuit Theocritus Idyllio 4. quod inscribitur νομεύς: de pastore loquens qui Pilas certaturus & athletam acturus se contulerat: Ὡ χἠ γ' ἔχων σκαπάνα τε, Θ' ἥκαν τὸ πόδ' ἁμᾶλα. Interpres ostendit carnes eum ouium secum detulisse, vt haberet quod voraret. & de voracitate athletarum res est notior quam vt verbis opus sit. De ligone autem, qui σκαπάνη etiam dicitur, (hoc quoque ὀρύσσω τὸ σκάπτω, fodio) interpres ait vocari δικέλλαν, σκαφίον, vulgo λιόγαεον & τζάπον, Attice ἄμλω. solitos autem athletas, pugiles præsertim, se eo exercere, & fodiendo superioribus corporis partibus robur quærere.

Ibid. c. *Pasea autem*) Πασίαν hîc est, supra Πασίν. quod & rectius est. Nam Pausan. quoque lib. 2. ita habet, ὁ Λακεδαιμόνιος πατὴρ Πασίας.

Ibid. d. *Ab spectantium caterua fuisse, vbi id intellexerunt, obtritum*) Xyl. vertit, *Conculcatum.* & annotat, καταπατηθῶσι non ab ἀπάτω, sed à πατέω verbo deduci, vel pueri sciunt. Lapus hîc oscitauit: & nescio quid erroris Spartanis attribuit, errore ipse lapsus.

Ibid. f. *Arcesilai philosophi quondã Athenis auditor*) Xyl. vertit, *In vrbe.* & annotat, id est Athenis: ita enim de Athenis aliquando loquuntur Græci, vt de Roma Latini. Videtur autem is esse quem Arcesilam vocat Cicero. Nam legendum est omnino Ἀρκεσίλαον, Arcesilaum, vt & Strabo libro primo hunc nominat, Academicum nobilem, Laertius ex Apollodoro tradit eum floruisse Olympiade, cxx. hæc autem non multo post cxxx. Olympiadem gesta sunt. Quin & initio Philopœmenis noster eum Arcesilaum scripsit, quod hic vitiarat librarius. Ecdelus autem qui hîc legitur, ibi est Ecdemus.

1029.d. *Has in achanas coniectas*) Xyl. vertit, *In modios frumentarios imposuerunt.* & annotat: Malui genus vertere, quũ hîc non de quantitate mensuræ quæratur, sed de vase simpliciter. Achana genus est mensuræ frumentariæ Persicum, vt apud Ægyptios artaba: continet (vt testatur Aristoteles) medimnos Atticos XLV. Alii cistam esse dicunt in quam publice ad spectacula aut oraculum consulendum missi sua cibaria condunt. Hæc interpres Aristophan. in versum Acharnensium: Οὐκ, ἀλλ' ἀχάνας ὁδί γε χρισὶν λέγει. Eadem fere Eustath. in 2. & 19. Vlyssеæ.

1030.a. *Datoque signo Apolline dextro*) Xyl. vertit, *Tesseram dedit Apollinem propicium.* & annotat, ὑφδέξιον. Hoc vocabulum fere de loco sumitur, vt τόπος ὑφδέξιος, & χωρίον ὑφδέξιον, vnde propter sublimitatem commode pugnatur. vsitata est phrasis historicis. Itaque Apollinem etiam ὑφδέξιον intelligo cuius præsidio sperabant se hostibus superiores fore.

Consensio gentium &c.) Locum hunc ita vertit Xyland. *Neque quicquam magis amabat quam concordiam populorũ, communionem ciuitatum, conciliumque & theatrum vnam edens vocem: bello & apertis certaminibus vti non facile audebat.* annotatque, Locus in Græco non est, nisi parum video, integer. Itaque feci quod potui: libenter melioribus cessurus.

1031.d. *Consilia & pugnæ, &c.*) Xyl. vertit, *Gloria ad Herculeas innotuit vsq; columnas Inclyta virtutis maxime Arate tuæ; Et tibi pro patriæ certamina gesta salute, Factaq; prudenti maxima consilio. At nos in patriam te seruatore reducti Cernentes opera fana lareſq; tua: Hanc statuam grata memores tibi mente dicamus, virtutis signum iustitiæque tuæ. Atque salutiferos inter te diuẽ fatemur Insignẽ superos emeruisse locũ. Nã libertatem genius legesque salubres, Otiaque alma tuis restituit patriæ.* & annotat; Non disputo vt hæc carmina Lapus conuerterit. Ego paulo liberius verti, vt sensum vtcunque redderem: πλάθεται, in primo pentametro, Appropinquat est, media voce à πλάθω. quã vsus est etiam in Electra Sophocles: -- πῖ, δίωκε πῆς ἐκ ἐρεισὰ πλάθει: id est πλάζει. Quod non interpretes modo ibi docent, sed & Eustathius hunc versum citans in Odyss. ο, ait, πλάθει verbum esse ὡφὲ τὸ πλῶ τὸ πλάζω deductum.

1035.c. *Quippe animo erat hic vsque adeo celso*) Xyl. vertit, *Tanta erat hominis magnanimitas.* & annotat ὡς τὸ ἀργύρειον. ὁ ὄπῳ τρ. Nisi legas ἀργύρειον τὸ δι. ὅπῳ δ, &c. aut omnino illud ὁ ὄ omittas, necesse erit locum mutilum intelligi, ac comparationẽ à Plutarcho fuisse propositã, cuius prior pars interciderit.

1045.b. *Venatorem imitatus Æsopicum*) Alludit ad nobilem illam fabulam de homine qui equo communibus armis à ceruo pulso, ita opem tulit vt in posterum equo semper vectore ipse vteretur. Extat apud Aristotelem in Rhetoricis, & Horatium, ibi: *Ceruus equum pugna melior, &c.*

1046.c. *Acten*) Regio est Peloponnesium maritima ad Corinthum. Stephanus ex Thucydide.

1049.b. *Dymæosque*) Δυμαίων est legendum, non Κυμαίων, quod miror retinuisse interpretem, quum in Achaia nulla Cuma, Dyme autem sit notissima.

1050.a. *Minorem Aratum priuatim sauciauit in vxore*) Xyl. vertit, *Primum aliquandiu hospitio Aratorum vtens occulte iunioris vxorem corrupit.* & annotat, Liuius lib. 27. de Philippo loquens: Vni etiam, inquit, principi Achæorum Arato adempta vxore Polycratia, ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam absportata fuerat. De cæteris vide Polyb. lib. 4. 58. & Pausaniã in Corinthiacis. Paulo superius hæc verba, ἔγω δ' ἐμαθόπαιον τὸ πατὴρ ὁ Φίλιππος, Lapus corrupit, & videtur nullo sensu legisse πατρός. Significant autẽ Philippũ sensisse quod posthabito Arato res aggressus, tota aberrasset via.

1052.a. *Quorũ obscura adhuc vestigia diebus illis defunctorie*

retinent) Xyl. vertit, *Adhuc quædam eorum indicia seruant ac celebrant.* & annotat ἐξοσιώμενοι. Lapus valde absurde vertit Expiati. quę tamen interpretatio etiam in Græca irrepsit Lexica, hinc (opinor) petita. Est autem ἐξοσιοῦσθαι idem quod ἀφοσιοῦσθαι, quo in Pericle & Cimone vsus est verbo autor noster: ἀφοσιούμενος τὴν περιβολήν: id est, vt muneri sibi mandato vtcunque & perfunctorie (quod aiunt) satisfaceret. Ita hic dicit Sicyonios quum plerosque ritus sacrorum in honorem Arati instituorum omitterent, quædam tamen vt defungi suo pietatis officio viderentur, quotannis celebrasse.

DE MENSIBVS ATTICIS GVIL. Xylandri appendix.

PLura opinione mea, lector candide, annotaui: haud scio an pauciora aliorum vel expectatione vel desiderio. Lubens omisi permulta quæ ad hoc opus exornandum videbantur plurimum allatura momenti: vt genealogias regum quorundam ac principum virorum, (quas statueram per occasionem veluti emblematum loco intexere) vt locorum descriptiones aliquot, vt philosophicarum nonnullarum quæstionum explicationes, vt eorum quæ eadem de re diuersi autores scripserunt inter se comparationes, vt multorum errorum refutationes, multorum non recte scriptorum emendationes, ac quædam id genus alia.

Verum hæc ipse quidem hic spatiis exclusus iniquis
Prætereo: atque alias mihi fors memoranda relinquo.

quippe & annotationum maius est factum quam initio putaueram, opus, vtcunque omnia me contrahente, & mole laboris variisque curis & negotiis defatigato ignoscent qui non sunt ingrati: neque tam præterita à nobis multa ægre ferent quam ea quæ diximus non adeo pauca boni consulent. Memini me initio fere operis pollicitum, me, nonnihil de Græcorum, Atticorũ inquam, apud quos fuit Ἑλλάδος Ἑλλάς) mensibus commentaturum hoc loco. id nunc promissum qua debeo & possum fide repræsentabo. Non est autem mei instituti, rem ipsam pertractare: quod & operosum & odiosum fore scio, & alio pertinet: sed ὁδὸν πάριμεν tantum, quædam admonere diligentem lectorem. Etenim qui prius Plutarchi hæc parallela Latino sermone descripserunt, Lapus, Guarinus, aliique, dum Atticorum mensium nominibus Romana aptare conantur, neque inter se, aut cum aliis, neque secum adeo singuli conueniunt. Quod qui mihi non credit, facile, si Græca cum Latinis conferre velit, verum esse deprehendet. Ego, qui rem plurimum habere controuersiæ, minimeque explicatus faciles scirem, id sum sequutus quod & rutissimum erat & (nisi fallor) rectissimum. Reliqui ipsa Græca mensium nomina, ita vt lector in iis vertendis & ad Romanum morem exprimendis, eum sequi potissimum interpretem atque autorem posset quem vellet. Quo fiebat vt neque ego interponere sententiam in re apud doctos controuersa opus haberem: & lector nullo negotio quid scripsisse Plutarchus, videret. Ne autem vel contempsisse aliorum coniecturas, vel ob inertiam supersedisse labore eorum nominum vertendorum viderer: hic vtcunque lectori satisfaciam, & cum de ipsis mensium nominibus, tum de eorum etiam partibus dicam aliquid. Quod omne tantum ad explicanda Plutarchi dicta, vnum hoc loco nostrum scopum, referetur. Ac quia plerique Gazæ (cuius aureolus extat de mensibus liber, Græce ab eo scriptus) sententiam, vt hominis doctissimi & accuratissimæ diligentiæ, sequuntur: priusquam de singulis dicam, omnes ordine vulgato recensebo, comparatis inter se ex eius autoris opinione nominibus.

Ianuarius,	Γαμηλιών.
Februarius,	Ἐλαφηβολιών.
Martius,	Μουνυχιών.
Aprilis,	Θαργηλιών.
Maius,	Σκιροφοριών.
Iunius,	Ἑκατομβαιών.
Iulius,	Μεταγειτνιών.
Augustus,	Βοηδρομιών.
September,	Μαιμακτηριών.
October,	Πυανεψιών.
Nouember,	Ἀνθεστηριών.
December,	Ποσιδεών.

Γαμηλιών ergo Ianuarius est Gazæ. Iam illud primo omniũ satis est verbo attigisse, quod extra omnem controuersiam est positum: tametsi & Romani & Græci suos menses à nouilunio, seu coniunctione solis & lunæ, auspicarentur, tamen inter se iis minime conuenisse, vt ne si constaret quidem de ordine omnium vtrinque, tamen præcise inter se componi compararique possent. In causa fuisse cum alia, tum astronomicarum rationum ignorationem atque incertitudinem liquet: quam intercalandi etiam importunitate haud raro auctam apparet. Verum hæc alio pertinent. Sane in Romulo Plutarchus (nam eum potissimum suis ipsius verbis explicandum puto) affirmat nihil conuenire inter Græcorum & Romanorum nouilunia: vbi Romæ natalem, qui in ipsum trigesimum mensis diem inciderit, celebrari à Romanis A. D. XI. Kal. Maij ostendit. Atque idem in Aristida, de Plataicæ pugnæ die loquens fatetur, quanquam suo tempore accuratius cælestium corporum motus supputarentur, tamen alios aliter menses inchoare suos. Gamelionis in hoc opere nusquam meminit (quod recordari possim) Plutarchus. itaque non opus habeo de eo multa afferre. Suidas, nescio quo autore, Ianuarium hunc interpretatur. Γάμος nuptias significat. Nuptiis autem præesse creditum fuit Iunonem. id quod epitheta eius varia apud Græcos & Latinos (quæ huc congerere nolo, & maxima eorum pars apud Gyraldum De diis gentium legi potest) demonstrant. Inter alia, etiam γαμηλία à nuptiis dicta est, quibus eam præesse Cecrops Athenis docuit, colique eo nomine: & mensem quo ei sacrificaretur, Gamelionem appellari voluit. Eustathius in σ Iliadis, Varinus, & alii.

Februarius, ἐλαφηβολιών ex autoritate Gazæ creditur. Ἔλαφος ceruus est, βολὴ ictus vel coniectus. Cæterum apud Homerum ἐλαφηβόλος pro venatore quoque dicitur, species pro genere: -ὡς δ' ὅτε λὶς ἠϊθέοιο Ὀρέσθ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ αἰνῇ: Iliad. 18. Elaphebolia sacrificia in venatricis Dianæ honorem peragi solita referunt Græci grammatici: quo tempore, non inuenio. Laudo autem Gazæ solertiam, qui hybernum esse mensem, & quidem Gamelione posteriorem, priorem Munychione, demonstrauit. Ne huius quidem meminit hoc in opere Plutarchus.

Sequitur Μουνυχιών, Martio adsignatus mensis. Hunc in Theseo Plutarchi Ianuarium vertit Lapus, vt & Donatus Acciaiolus in Demetrio: Guarinus in Lysandro Martium: in Phocionis extremo Lapus Græcum reliquerat nomen, idque rectius. Munychia pars est Athenarum maritima, satis celebrata in historiis: describitur etiam à Strabone lib. 9. Idem Munychiæ Dianæ meminit, quæ Pygelæ (vrbs est Ionica, non procul Ephesio) coleretur. Fuisse eam cultam Athenis, & nimirum à loco id nominis, aut contra, sortitam, patet ex Atticis Pausaniæ & iis quæ sunt apud Gyraldum collecta ex Græcis commentariis. Esse autem Martiũ, aut ei proxime respondere, æquinoctii etiam ratione demonstrauit Gaza. Et quidem Varinus Camers in præclaro lexico suo annotauit, Μουνυχιών, ὁ δέκατος μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται, &c. Munychion decimus Athenienſibus mensis vocatur. Est autem Martius decimus à Iunio: à quo incepisse ordinem (quippe à solstitio æstiuo) mensium, ipsumque adeo annum, perspicue docuit Theodorus. Existimo autem hoc Varinum ex Suida, (vt pleraque) aut vtrunque eodem ex libro descripsisse. nam quod apud Suidam δεύτερος legitur, non δέκατος, librarii est (vt permulta alia) mendum.

Proximus est Aprilis, cui respondeat Θαργηλιών. Hunc in Timoleonte Maium Tudertinus, Donatus in Demetrio (nã in Alcibiade omiserat) Martium transtulit. Sacrum fuisse Apollini & Dianæ, vtpote natalem eorum, ac tum lustrari Athenas conueuisse, & Thargelia celebrata, quibus sacris primitiæ eorum fructuum quos iam terra à sole iterum elato calefacta (nam θέρος calorem, γῆ terram significat: quæ videatur vocis origo fuisse) ediderit, consecrarentur in olla concoctæ, quæ θάργηλος dicatur: hæc inquam, & multa alia apud Laertium in Socrate, Suidam, Hesychium, Varinum & alios, sunt in promptu. Scribit Plutarchus in Camillo, vbi de diebus nefastis disputat, Troiam captam fuisse circa XXIIII. diem Thargelionis: autoresque huius historiæ laudat Ephorum, Callisthenem, Damasten, Phylarchum. Adscribam etiam Dionysii Halicarnassei verba, sed Latine, eandem rem continentia: Troia, inquit, capta est sub finem æstatis, septemdecim diebus ante solstitium æstiuum, vigesimatertia

die mensis Thargelionis, vt quidem Athenienses tempus solent supputare. Restabant adhuc viginti post solstitium dies ad expiendum istum annum. Ergo harum XXXVII. dierum spatio, quæ à capta Troia vsque ad anni finem effluxerunt, existimo Achæos & res vrbanas transegisse, & legatos eorum qui defecerant accepisse, (ὑπηκόους lego, non ὑπηκόους) & fœdus cum iis iniisse. Insequenti anno, &c. Torsit hic Dionysii locus Gazam haud leuiter. accepit enim hæc verba ita vt qui ab eo, aut Ephoro potius, vnde hoc sit mutuatus. Hecatombæoni mensi solstitiali proxime antecedere Thargelionem (quasi diceres Aprilem Iunio) omisso qui inter eos est medius, Scirophorione, affirmari putaret. Itaque omisso Dionysio, de Ephoro ita disputat vt vel eum lapsum incuria pro Scirophorione Thargeliona scripsisse, vel libros ipsius à librario inerti fuisse corruptos iudicet. Quata satisfaciat aliis Gaza, non laboro: mihi quidem nequaquam satisfacit. Si, quæcunque non statim assequimur in bonorum scriptorum libris, ea incuriæ eorum imputabimus: quid iam non conuelletur, tot scio lorum examinibus circumuolitantibus? aut qualis tandem fuisse existimabitur Ephorus, qui in mensium nominibus & ratione temporum describenda ita extra se (quod suspicatur Gaza) abripi se pateretur? Nam quod ei φάλμα in homonymo Iberiæ vocabulo obiicitur, longe aliud est falli ambiguitate quam labi oscitantia, & in scribendo ἐκ ἐπὶ, εἰς ἑαυτῶ. Ne dicam, fieri potuisse vt Dionysius ex alio scriptore, ac non ex Ephoro, hoc desumpserit; cui hoc modo iniuria fiat. Denique si tantam negligentiam Ephoro recte obiicit Gaza, quid Dionysio fiet, qui id non senserit, sed cæcum cæcus sit sequutus? quid Plutarcho? scriptoribus prope ἀδιαφόροις nonnunquam accuratis. Nam locus quem ex Plutarcho citaui, omnino id quod de librario queri possemus, amolitur: & cum diserte ibi de iis quæ barbari mense Thargelione acceperint incommodi, scribitur, tum Ephoro alii tres testes apponuntur: nisi fortassis & conspirasse in hanc corrumpendam historiam librarios omnes omnium ætatum & scriptorum opinabimur, & ἀποβολιμαῖον esse quod de Ilio capto inter alia ibi refert Plutarchus: quorum neutrum persuaderi potuisse Gazæ; persuasum habeo. Iam vt conemur locum Dionysii explicare, mirari satis nequeo quid in mentem venerit iis qui ex his verbis colligere voluerunt, Thargelionem Hecatombæoni contiguum indicari. Equidem diserte Dionysius dixit, triginta septem diebus ante noui anni initium captam esse Troiam. Quod si ergo Thargelioni (cuius die XXIII. ea capta fuisse hic perhibetur, si Atticam mensium seriem & rationem sequamur) de his tribuas septem, nonne triginta adhuc pro Scirophorione mense dies restabunt, & annus insequens à prima Hecatombæonis initium sumet? Hæc est, nisi vehementer φιλονεικεῖν & nodum in scirpo quærere pergamus, apertissima & simplicissima Dionysii verborum sententia: & quidem facile eam ex tam claris verbis mediocriter attentus homo & non ineruditus eruerit. atque haud scio an omnes quibus hactenus scrupulum hic locus iniecit, meam opinionem sint amplexuri, quæ neque Thargelionem loco mouet, neque Scirophorionem, neque omnino in illam incurrit absurditatem aut insolentiam. Quod si quos perturbat id quod septemdecim ante solstitium diebus capta Troia dicitur: cogitent non eum diem octauum præcipitis seu decrescentis (φθίνοντος) Thargelionis à Dionysio appellari, (quum sit XIIII. Scirophorionis, siquidem Kal. Hecatombæonis in solstitium competerent) sed indicari errorem illius temporis hominum in ordinandis mensibus. Nam ratione anni, non solstitii, dies captæ Troiæ Attico more ab eo dicitur; id quod est XXIII. Thargelionis. solstitium autem eo anno non in Kalendas seu plenilunium Hecatombæonis, verum in decimum Scirophorionis incidisse monet, quanquam non expresse, ita tamen vt intelligenti satis sit dictum. eo enim pertinet mentio viginti dierum, qui à solstitio ad complendum annum sequerentur. Hæc ego in medium proponere volui, vt locum Dionysii docte admodum scriptum, qua explicarem, qua tuerer: saluo interim eorum honore qui aliquid verius afferent. tametsi non dubito fore multos eruditos viros quos iste locus hactenus torsit, qui probaturi sint nostrum studiũ.

Sequitur Σκιροφοριών, qui sit Maius. σκιὰ, vmbra est: inde σκίρον puto detractum, vt sit Vmbraculum: quasi σκιερόν. A Sciris, seu Scirophoriis sacrificiis, mensis nomen habet: quibus vmbraculum ex aree solenni pompa deferebatur, signumque ædificandi dabatur. Vt breuis sim, te ad Scholiastem Aristophanis remitto, qui initio Ἐκκλησιαζουσῶν, eiusque deinde verbis Suidas, rem totam explanat. Mensem hunc proximum ante Hecatombæonem fuisse, diserte in Agesilao Plutarchus docuit: vbi inter fœdus Spartæ exclusis Bœotis XIIII. Scirophorionis die ictum, & cladem quam apud Leuctra quinto die Hecatombæonis passi sunt Spartani, dies viginti interuenisse refert. Grynæus hunc Aprilem, illum Martium, neutrum recte, transtulit.

Ἑκατομβαιὼν ergo Iunio conferatur: nomen à sacrificiis maioribus habens. Solstitium æstiuum in hunc incidisse, primumque Atticorum mensium fuisse, Gaza demonstrauit. De vocabulo ἑκατόμβη alibi quam hic dicere præstat. Lapus in Theseo & Maium vertit, & Aprilem: Guarinus in Alexandro, Augustum: quam recte, satis liquet. Plutarchus in Theseo ostendit, Cronium, id est Saturnalem, antiquitus dictum fuisse, Hippodromium Bœotis, Macedonibus Loum: hoc, in Alexandro, illud, in Camillo indicat.

Subiungit huic Gaza Μεταγειτνιῶνα: quem nos Quintili siue Iulio concilieimus. Carnium Syracusani, Panemum Bœoti appellabant, vt in Nicia & Camillo Plutarchus refert. Maium Aretinus transtulit in Demosthenis vita. Wolfius Gazam est sequutus. Certe Plutarchus hunc videtur Septembri, non Iulio, comparasse: nisi si locus in Poplicola de Capitolii dedicatione sit deprauatus: quod non video qua sit factum occasione: & vero errasse in hac re, aut deceptum fuisse Plutarchum, non facile crediderim. Idus quidem Septembris ibi plenilunio Metagitnionis tribuuntur. Metagitnia Apollinis sacra, mensem hunc, secundum Suidas scripsit.

Proximus huic Βοηδρομιών, qui Sextilis siue Augusto respondeat. Est autem Βοηδρομεῖν, Cum clamore & festinatione ad auxilia accurrere, hinc sacrum Boedromia, de quibus Plut. in Theseo, Suidas, alii. Lapus Iunium vertit in Theseo, (qui tamen sui oblitus in Phocione Nouembrem extulit: nisi id quoque correctori debemus) vt & Guarinus in Alexandro, & Donatus in Demetrio. Hunc quidem mensem Metagitnionti fuisse contiguum, ex Plutarchi Aristida colligitur, vbi de pugnæ Plataicæ tempore loquitur.

Subit huic Μαιμακτηριών, quem à Bœotis Alalcomenium dictum Plutarchus ibidem dicit: & coniici eo ex loco potest, Boedromioni eum successisse. Opponitur nostro Septembri. Μαιμᾶν, Impetum dare est. Sed Iouem Mæmacten, cui sacra tum Mæmacteria agerentur, videntur non impetuosum tantum ob tempestates, sed & lustralem seu placando aptum exponere Græci: quod hic non moror. Quintum hunc Athenienſium mensem Suidas, & Ianuarium esse annotauit: idemque habet Varinus. quorum neutrum cum Gazæ opinione conuenit: imo si quintus sit, nullo modo Ianuarius esse possit. Arrianus lib. II. De exped. Alex. hoc mense scribit victum ab Alexandro Darium Issica pugna: quam finita æstate, & iam incipiente autumno, commissam fuisse, veritati non videtur alienum.

Secundum hunc ponitur qui ad Octobrem nostrum quadret, Πυανεψιών: sic dictus à Pianepsiis sacris, (πυανεψία etiã dici ea, Suidas ex Lycurgi oratione quadam docet) quæ tum Apollini fiebant, coctis quæ πύανα dicerentur etiam leguminibus, quasi κυαμέψια, vt annotauit Eustath. in XXII. Iliadis. Sed consulendus est de hac re in Theseo Plutarchus: vnde colligi potest autumnalem mensem fuisse, frugibus scilicet terræ iam collectis atque conditis ineuntem. Lapus eo non animaduerso, Iulium vertit: itemque in Cicerone Aretinus. Plutarchus porro in lib. De Iside & Osiride docet, hunc mensem quem Athenienses Pyanepsionem nominant, Bœotorum esse Damatrium, Ægyptiorum Athyr: nimirum circa occasum Pleiadis cosmicum, id est autumnalem.

Ventum est iam ad Nouembrem, cui à Gaza tribuitur Ἀνθεστηριών. nimirum quod quum singulis aliis suos videretur locos assignasse, hic vnus de duodecim restans huic competeret, cæteris locis occupatis. Id Gazæ argumentum quam sit validum, non disputo. valeret quidem si constaret certo, ea omnino mensium nomina duodecim mensibus, singula singulis quadrare: neq; vllũ ex mensibus fuisse binominẽ, aliumque aliquẽ contra præteritũ. Ego Gazæ sententia in medio relicta, quid alii senserint obiter indicabo. Anthesteria Bacchi in honorem actitata, satis ex Græcis cõmentatoribus manifestum est. neq; hic de iis disputo, multo minus de etymo. nam ex eo velle aliquid certi colligere lubricum est. Reprehendit enim Gaza Philostratum quod vernum hunc mensem scribens à floribus (ἄνθος, flos, ἀνθεῖν, florere est) vocem efficam senserit: & ipse hybernum haud minus commode inde exponi posse ait; quasi floribus priuantem, ἀφ' οὗ τὸ ἄνθος καὶ τὴν ὥραν. Vt facile intelligi possit, si ἔνομον debeat pro argumento ordinandorum mensium recipi, de nul-

lius loco satis nobis constituturum. Suidas, Varinus, & alii, octauum esse mensem Atticum annotauerunt. ita non quidem Nouember erit, sed Ianuarius: idem scilicet cum Gamelione. Sane Plutarchus noster (cui vel ipso Gaza teste summa rerum harum peritia, accuratissimumque tribui debet iudicium) in Sylla de Athenis captis scribens, factum id asserit Martiis Kalendis, quæ maxime dies nouilunio, id est principio Anthesterionis, respondeat. Cui adstipulatur Appianus Alexandrinus, æqualis prope eius, & doctus admodum bonusq; scriptor. Is lib. Bell. ciuil. secundo, de cæde C. Iulii Cæsaris verba faciens, hæc ad extremum habet: οὔπω μὲν οὖν Γάϊος Καῖσαρ ἐπλειστόν ἐν ἡμέραις αἷς καλοῦσιν εἰδοῖς μαρτίαις, αἱ δὲ νεωμηνίαι μάλιστα μέσου. Duæ postremæ voces in libro impresso desunt, sed leguntur in manuscripto Augustanæ bibliothecæ codice. Sic (inquit) C. Cæsar obiit Idibus Martiis, circa medium nempe Anthesterionis. Hæc si recte ab iis dicta sunt, vt quidem consentaneum puto, Nouembris porro Græcum nomen quæramus oportet aliud. Apud Macrobium quoque I. Saturnal. XII. inter vernos menses Anthesterion ponitur, qui sit Aprilis, & à floribus tum se exerentibus dicatur. Hæc itaque ita sunt controuersa. Restat adhuc vnus scrupulus. Plutarchus in fine Arati, Anthesterionem cum Dæsio eundem facit. Idemq; Alexandrum Magnũ vita excessisse sub finem Dæsii docet. Ergo si recte vtrunq; (vt non dubito) scripsit Plutarchus: nõ recte faciunt qui in Iunium mensem obitum Alexandri coniiciunt, eo quod Suidas Δέσιον, Desium, mensem Iunium exponit. Quod si omnino Macedonum vel Dæsius vel Desius est Iunius: malo tamen Plutarchum sequi, & Dæsium Sicyoniorum ab eo diuersum putare.

Postremus in Gazæ serie est Ποσιδεών, quasi Neptunium diceres. Hic Posideon Suidæ December est, veluti & Gazæ. Plut. in Cæsare, quum quidem solstitium hybernũ ei tribuit, Ianuarium interpretatur. qua in re nihil inest absurdi, quum olim solstitium id in finem Decembris inciderit. Hæc de mensium nominibus volui paucis commemorare. nam quæ alia sunt nomina, vt Bucatii, Attemsii, Chyac, Thoth, Pharmuthi, persequi hoc loco non statui. Haberem & de partibus mensium, & vocabulis νουμηνία, πέμπτη, &c. φθίνοντος, εἰδοῖς, τρεῖς ἐνδεκα καλανδῶν, & aliis, quæ dicerem, nisi commodiori eatempori seruarem. Quæ ex diariis regiis Plutarchus in fine Alexandri Magni descripsit, ea ad confirmandum quod Gaza docet de numeris φθίνοντος mensis non augendis, sed minuendis vtq; ad trigesimam diem, præclare faciunt. ἔνατον νουμηνία idem in Solone pulchre interpretatur: & in Demetrio eius comparatione instabilitas fortunæ elegantissimis Sophoclis versibus exprimitur. Cætera diligens lector colliget, atque expendet.

HENRICI STEPHANI ANNOTATIONES IN SVAM editionem vitarum Plutarchi: in eos videlicet locos quorum lectiones partim ex veterum codicum autoritate mutatæ fuerunt, aut mutandæ sunt: partim etiam ex coniectura mutandæ videntur. Alicubi autem & de interpretatione obiter in iisdem agitur.

Lector obseruabit, numerum qui literam, a. b, &c. sequitur: indicare numerum linearum ab vna litera (quæ decem lineas continet) ad sequentem.

P. 1. a. 6. Pro οἵοις φθεγγέφοισιν, in quibusdam codic. scriptũ est αἰπὰς φθεγγέφοισιν. Vtraq; lectio stare potest: sed retinendo οἵοις, restringetur quod alioqui generaliter dictum videri possit, legendo αἰπὰς. vt videlicet dicat οἵοις πνεῖν solitos esse eos talia φθεγγέφειν. Ex duobus posterioribus interpr. vnus, nimirum Xylander, ita vertit ac si non οἵοις sed ὅποτε scriptum esset. Vertit enim, Aliquando adscribere solent. alter, Cruserius, ita reddidit ac si non οἵοις nec ὅποτε, sed ὁποῖος. Plutarchus scripsisset. Ita enim locum illum reddidit, In margine alicubi annotant. Gallicus autem interpres illam ex vet. cod. petitam lectionem αἰπὰς sequutus est.

Ibid. l. 9. Reponendo Σκυθικὸν κρύος, pro Σκυθικὸν ὄρος, aliquot vet. exempl. consensum sequutus sum, quem & Gallicus interpres sequi maluit. Magis autem mihi placet κρύος, quod quum Plutarchum Scythiæ ob eius deserta meminisse verisimile sit, simul & causam voluisse declarare videri possit, dicendo κρύος. Sic certe Virgil. Scythiæ niues, Naso Scythiam niuosam, Flaccus gelidum Scythen dixit. Itidem vero Scythiæ deserta in prouerbium Græcorum abiere, vocantium Σκυθῶν ἐρημίαν: vt videmus apud Æschylum initio Prometheo vincti, & Aristoph. in Acharn. Quod autem ad proxime præcedentia vocabula attinet, πηλὸς ἀϊδνής, sciendum est itidem in vet. illis codicibus legi: at Hesychium habere πηλὸς ἀϊδνός, & (quod annotatu dignissimum est) certi cuiusdam loci appellationem esse velle. Meminit autem duobus in locis, nimirum in Πηλὸς & in Ἀϊδνός.

Ibid. b. l. 4. Antequam longius progrediar lectorem de particula ἐπὶ monendum censui, ne illi, sicut & mihi initio, negotium facesseret. Illam igitur non hic tantũ, sed & in aliis Plutarchi locis peculiarem quendam vsum habere sciat. Atque vt de hoc primo loco primum dicatur, nemo est qui ἐπὶ ita accipiens vt accipi passim solet, aut imperfectam sententiam esse, aut pro ὀκδὶς πε reponi debere ἐξέδυων, non existimet: quum potius ἐπὶ δὲ ὀκδύνης non secus accipiendum sit ac si dictum esset ἀλλὰ ὀκδύνης. Quod si ἐπὶ δὲ ita exponere hîc possumus, (quidni autem possimus?) non dubium est quin & initio vitæ Poplicolæ eandem expositionem illi dare liceat. vt videlicet ἐπὶ δὲ Ταρκύνιον μισῶν ὁ δῆμος ἔλαβε, idem valeat quod ἀλλὰ Ταρκύνιον μισῶν ὁ δῆμος ἔλαβε. Quum autem hoc animaduerterem interpretes (docti alioqui & diligentes viri, & quos honoris causa nomino) vt particulæ ἐπὶ δὲ suam reddi tionem inuenirent, membra orationis disiuncta coniunxerunt: quod vt facere possent, amho copulam Θ, tanquam superuacaneam, vel potius tanquam plane huic loco incommodam, prætermiserunt: sed vnus quidem eam quam habemus ante Λεύκιος Βροῦτος, pertinentem ad verbum σωιξέβαλε: alter vero eam quæ est ante μάχει, pertinens ad ἡσυχίαν ἦγον. Equidem non dubito quin talem particulæ ἐπὶ vsum miraturi sint multi, meam tamen sententiã, locis hisce aliis, nonnullis attente consideratis, comprobaturi. Verum & alium quem apud hunc scriptorem habet vsum particula ista ἐπὶ, adiungere, operæpretium esse existimo. Sciendum est igitur ἐπὶ alicubi fungi vice τοῦ ἐπίπαν. vt post in hoc volumine, ἐπὶ τοῦ οἱ Κοιλίθιοι, &c. Sed & alio loco ἐπὶ τοῦ πάππου Νομόπορος, &c. Sunt certe & alii loci in quibus euidens est hic particulæ ἐπὶ vsus: sed eos lectoribus à me admonitis obseruandos relinquo.

Ibid. 8. Quidam cod. πρῶδε habent pro πιῶδε: sed πιῶδε, non πρῶδε, legitur apud ipsum Æschylum. At in posteriore loco recte πρῶδε pro πιῶδε repositum fuit, metri etiam lege id postulante. Colligit autem hæc Plut. ex trag. quæ inscribitur ἐπὶ δὲ τοῖς Θήβαις: sed ex tribus diuersis locis, quorum in vno non ξυμβήσεται, sed ξυστήσεται scriptum est.

Ibid. c. l. 7. Pro μὲ legitur etiam χάρ.

P. 2. a. 1. πρόπις Inuenitur & aduerb. πρόπως pro hoc πρόπις.

Ibid. 6. Hoc nomen ὑοῖς ex plurium codicum consensu inserui, quorum quidam habent etiam πόλεσιν pro πολιτείαις.

Ibid. c. 3. Reponendo Ἀβλωῶν pro Ἀβλωάων ex autor. vet. cod. ἀπαφικέδς in ἀφικέδς mutare non necesse fuerit.

Pag. 3. a. 4. Pro δαίμονες ne dubitem reponere δαίμονες (quod versus postulat) facit significatio quã verbũ δαίω apud Herodotũ habet: quum cõposito καταδέδαιται, quod inde est, vratur pro Cognita erat seu comperta. Locus est in Polymnia, ἔκ τοῦ δὴ καταδέδαιται οὐδὲν χρῆσθαι Μηλιεῦσι. Ita enim scribendũ est absque interpunctione ante particula οὐδὲν: sic accipiendo verbum καταδέδαιται. Quinautem accipi ita debeat, minime dubitandum puto: quanuis Valla diuersam plane interpretationem afferat: non diuersam lectionem à nostra sequutus fortassis, (vt ibi tamen annotaui) sed potius excogitata qualicunque interpretatione, ex hoc loco elabi conatus. Facit porro pro lectione illa δαίμονες, & quod quidam gramm. annot. δαίμονας esse dictos quasi δαήμονας: licet alioqui nominis huius aliud quoque etymum afferatur. Neque vero pro δαίμονες facere potest Ταρπηΐα quod infra, nimirum p. 51. legitur trisyllabum. Facilius enim η & ι in vnam syllabam coalescere possunt quam α & η.

Ibid. 1. b. 8. Ex vet. codice Θηβῶν additum fuit: quod optime loco conuenit. At paulo post pro ἐπέδυ repositum non fuit ἐπέστη, vt habet quidam alius: quod hoc verbum accusatiuo πόρον minime quadret.

Pag. 4. a. 5. Pro ἐμπεδῶν reposui ἐν πόνῳ ex vet. Significat

alioqui ὑπολαβὼν idem nonnunquam quod ἀπορίαν: sed interdum etiam de eo dicitur quod impedimento est, quasi quoddam pedibus obiectum obstaculum.

Ibid. b. 9. Est μετ' αὐτὸ pro μεθ' αὑτῶ accipiendum: nisi potius ita sit scribendum.

Ibid. d. 9. Pro hoc πιεῖν legitur etiam πονεῖν.

Ibi. e. 2. Antea legebatur περιπχειροῦντα. sed περιπχειροῦντα potius locum hîc habet: quoniam qui non expectat dum oporteat ἀμωμήτου περιφέρειν καὶ δυσχερῆν, is dicendus est περιπχειρεῖν, non περιεπχειρεῖν.

Ibid. 9. Ex consensu vet. codicum νίπτουσας repositum fuit pro ῥίπτειν. Magis autem conuenit hoc participium νίπτουσας quam prima fronte conuenire videatur. hoc modo, κελεύοντα νίπτειν, καὶ ἀποθυῶντα εἰς τὴν θάλασσαν νίπτουσας. id est, ὀνίπτειν, dum ipsum lauarent. Alioqui certe præterquam quod pro ἀποθυῶντα ῥίπτειν satis esse poterat ἀποθύειν, per infinitiuum itidem dicendum fuisset περιιέναι & κελεύειν, non περιιόντα & κελεύοντα.

Pag. 5. c. 3. Rectius scribetur post ratione loco. Post ἀδικίας autem recte sublata fuit interpunctio quam superiores editiones habent.

Ibid. 7. Ex vet. cod. πεῦπι reponendum censeo.

Ibid. e. 6.) Sequendos fuisse vet. cod. qui ἀφέρεκτον habent, nemo, vt opinor, negauerit.

P. 6. a. 9. In vet. est λεώ, sed λεὼς legitur (vt hîc) apud Stobæum in isto versu. Ἀκούετε λεὼς Σουσαείων λέγεται δὲ.

Ibid. b. 7. Legitur etiam Ἑκαλοῦμεν λέγοντες ὑποκοιζόμενοι. sed nihil illo participio λέγοντες opus est: quum in ὑποκοιζόμενοι includatur: vtpote significante λέγοντες ὑποκοιστικῶς, siue λέγοντες τὸ ὑποκοιστικόν.

Ibid. c. 5 De hac lectione Ἀνδρόγεω δὲ, &c. dicam in proxime sequente annotatione.

Ibid. d. 3 Sequendo lectionem quæ paulo ante occurrit, Ἀνδρόγεω δὲ τῶν τὴν Ἀττικὴν ἀποθανεῖν δόλῳ δίξαντος, reponendum hîc esset ὡς ὁμολογοῦσιν. In vet. cod. tamen qui illam lectionem habebat, erat ὁμολογοῦσιν non præfixa illa particula. Quare ita medendum esse huic loco existimo vt alteram lectionem sequentes, ὅτι μὲν οὖν Ἀνδρόγεω, &c. includamus parenthesi quæcunque sunt inter nomen χώρα & verbum ὁμολογοῦσιν.

Ibid. 8. Pro ἀποφάλιον quidam codex habebat ἀπόφημον. sed ἀποφάλιον malo: præsertim quum iuxta etymum quod huic vocabulo tribuitur, aptissime τοῖς βρέφεσι dicatur.

Ibid. e. 4. Legitur etiam περηρον.

P. 7. b. 8. Libri vet. ex quibus θεωρᾶ pro ὑφορᾶ repositum fuit, habebant etiam ἔχει. Sed minus necesse fuit hoc in loco eos sequi quam in illo. quoniam & μετέχειν μέρος interdum dicitur, at θεωρᾶν ἢ ἀπολειπόμενον (vel cum alio participio infinitiui vsum præstante) potius quam ὑφορᾶν dicitur.

Ibid. e. 5. Rectius scripseris Ναυσίθοον.

Ibid. 9. Pro Σκίρωνος legitur Σκιρω.

Pag. 8. d. 3. Quum Θησεὺς nominatiuum esse constet verbi ἀπεκέλευσε, non dubitarim ita hunc locum reponere, τότε μὲν ἀπεκέλευσε παραχρῆμα ὁ Θησεὺς. & paulo post, αὐτὸς δὲ ναυπηγίαν ἐπεβάλλετο

Ibid. 8 In quodam exempl. ita scriptum erat, λαμβάνειν, συμπλεῖν πεῖσαι. & ἡγουμένων ἐπίμων, &c.

Ibid. e. 10. Legitur etiam Αἰνάδω.

P. 9. a. 7. Scriptum est etiam ἄδοιτι: sed rectius ἔχοιτι.

Ibid. b. 9. In quodam exemplari ἀδριάσας.

Ibid. d. 7. Pro ἐξιδὼν magis placuit δι' ἐξιδὼν, vt in vet.

Ibid. 10. Pro κεραπῶνα affertur κεραπῶτα: quam lectionem nihilo magis admitto, sed eam tamen germanæ lectionis habere vestigia puto: quam esse dico κεραπῶτα. Mihi enim sit verisimile κεραπῶτα βωμὸν (cornibus frequentem aram, vt dixit Martialis) eodem modo dictum fuisse ἀπὸ τοῦ κεράτων, quo κεραστῶτα vrbem ἀπὸ τοῦ κεράστου: id est, eadem paronomasiæ forma. ita enim loquuntur grammatici, κεραστῶτα παρονομάζειν ἀπὸ τοῦ κεράστου. Aptius autem esse σωηρμοσμένον quam σωηρμοσμένων, manifestum est.

P. 10. b. 5. Rectius scribetur φέρει. vt legitur apud Clementem Alexandrinum, Eustathium, Suidam, qui hos versus afferunt, vt Xylander indicauit. Afferuntur & ab enarratore Aristophanis, qui itidem habet φέρει. Sed quum cæteri legant καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, vt hîc scriptum est: Eustathius (vel potius Pausanias apud Eustathium) legit, Καὶ μέλιτος κοτύλιον: item ὅτι κρίσαι δεῖ pro εἰαψῆσαι δεῖ, quod verbum Clemens agnoscit: at schol. Aristoph. pro eo scribit ἐπιψῆσαι δεῖ: perperam, vt opinor: quanuis Varinus in hac lectione sequi eum maluerit. Quinetiam ἀνιψῆσαι, quod in alio eiusdem enarratoris loco habemus, licet & ipsum mendosum, illud εἰαψῆσαι δεῖ confirmat. In tertio autem versu rectius scribemus, ὅπως ex Suida, quam vel ἵνα (vt Eustath. habet) vel ὡς αἱ, vt hic & apud schol. illum scriptum est. Idem vno in loco καθεῖδε legit, in altero καθεύδεις, sicut & Suidas. quam lectionem alteri præfero: licet apud Eustath. sicut & hîc, extanti. Dure enim ipsa εἰρεσιώνη dici videtur μεθεύουσα καθεύδειν. Sed legendo καθεῦδῆς, fuerit ὑποφορά. Hoc quoque sciendum est, κύλικα εὔζωρον apud Eustath. scriptum esse, non κύλικ' εὔζωρον. vtrouis autem modo legatur, mendum in quantitate syllabica erit. hanc enim lectionem sequendo, male producetur ο in illo substantiuo: at illam si sequamur, male in eodem produci α necesse erit. Verum in huiusmodi versibus talia ad seuerum examen vocanda non sunt.

P. 11. b. 9. Vel πυπποπρεύσῃς, vel πυπποπρεύσῃ in tertia persona scribendum potius fuisse videtur.

Ibid. d. 6. Magis placet altera lectio Ἀθηναίους.

Ibid. f. 4. Legitur etiam Κανήθης & Ἡνιόχου.

Pag. 12. d 8. Recte Ἑρμοῦ repositum fuit pro Ἑρμου. alioqui enim non recte dixisset Plutarchus illos secundam syllabam circumflectere.

Ibid. f 2. Ex vet. codicum consensu φοῖβῳ pro Φοίβῳ reposui, leui scripturæ mutatione, sed magna quod ad significationem attinet. Recte autem & Crusenus hanc lectionem sequutus non vertit, Quum sacrificasset Apollini, sed Quum sacrificasset Pauori. Solebant enim veteres iis quæ sibi aduersabantur, & remorabantur quominus rem aliquam aggrederentur, sacrificare. idque hîc quum metu ab aggredienda re ista deterreretur, illi sacrificandum putauit. Sic Xenophon in suæ ἀναβάσεως libris σφαγιάζεται τοῦ κόμματος, necnon αἱμάτων.

Pag. 14. a. 5. Legitur etiam ἀπίσας: quod admitti non posse existimo. At vero cum πίσας Θηβαίους fecisse dicetur quod non inuitis Thebanis, sed cum bona eorum venia fecerit. qui participium πίσας vsus est frequentissimus. Sic dicit Xenophon ἀναβάσεως lib. 2. meæ editionis, εἰ δὲ πίσας βούλεται λαβεῖν. Videntur tamen posteriores interpretes legisse ἀπίσας & ἀπιστάμενοι. Vnus enim vertit, Datis acceptisque hinc inde induciis. Alter, Mutuo fœdere icto. Sed talis geminationis vocabuli illius & ita distinctæ in actiua & media voce significationis exemplum desidero.

Ibid. b. 1. Plane contrariam sententiam habet altera hæc lectio, & μὴ τρυφοῦσι τοῖς. Εὐριπίδου Ἰκέτιν. Sonant enim hæc verba, Suo testimonio assentiuntur Euripidis tragœdiæ. Sed ab altera lectione non discedendum esse censeo.

Pag. 15. b. 6. Reponendum Πιπῶ, ex veteris etiam codicis authoritate.

Ibid. c. 6. Legitur etiam τοῦ νεωτερισμοῦ.

Ibid. d. 2 Rectius scribetur ᾠδήνη.

Ibid. f. 1. Pro hoc accusatiuo non dubium est quin reponi debeat accusatiuus Ἀφίδνας.

P. 18. d. 1 Legitur etiam Λαξιωτίαν pro Αἰμυλίαν.

P. 21. b. 6. Lubentius legerim ὑποτοιᾳ: vt infra dicit, ἔτυχον ὑπονοιᾳ τοῦ ὄντος.

P. 27. f. 3. Malim, ἐκ τῆς Ταρπηΐα.

P. 31. c. 10 Reponendum puto, τοῦ τόπου δρόμου.

Ibid. f. 5. Sunt qui κλειδῶν pro παῖδων perperam scriptum esse existiment: nullius tamen veteris codicis (quod sciam) autoritate nititur hæc emendatio.

P 34. b. 5. Non dubitem hîc reponere ἄρχοντα τῆς Ἀλβανοῖς. quam lectionem & interpretes sequuti sunt.

Ibid. f. 3. ex vet. cod. addidi, ἐξεπαίζειν.

P. 35. a. 7. Addidi participium περαιτωμένων ex vet. cod.

Ibi. f. 2. Lubenter reposuerim ἐχομένους. Erit autem ἐχομένοις τῆς ἀσφαλείας, quod vulgo dicimus, *Nous tenans au plus seur.*

P 37. c. 10. Adductus ex vet. fuit hic datiuus.

P. 38. a. 1. Ita vet. cod. non ποιῶν. Legitur tamen πολλὰ ποιεῖ διαφορὰν in fine huius vitæ.

P. 39. b. 8 Scripsisse Plutarchum credo, φιλικὸν μὲν οὐδὲν οὐδὲ κοινωνικόν.

P. 40. b. 4 Legitur etiam Προκλίους.

P. 41. a. 3 Scribendum videtur ὡς λέγεται.

Ibid. 10. In quodam vet. est περθύμως, non ἐπίμως.

P. 42. d. 2. Legitur etiam θεραπείας, pro περαίας. sed recte & περαίας συνιστάμενος hîc scriptum est, vt paulo ante habetur συνιστᾶ, ὅτι τὴν περαίαν.

P 43. a. 10. Melius fortasse cum καταπείρας cõueniret διελεῖν.

P. 44. b. 5 κακωνικῶν. Legitur etiam τῆς Σπάρτης.

Ibid. c. 3. ἀναλύσας. Inuenitur & ὥστε.

Ibid. e. 2. In quodam scriptum est πεῖλθεν: quod magis probo.

P. 45. a. 8. Pro προϊζομένου non dubitarim reponere προσιζομένου. at προσκόπτοντος non video in quod vocabulum mutari possit. Extat autem apud Athenæum eiusdem authoris (nimirum Critiæ, quem hic citat Plutarchus) idem locus, sed paulo alia habens verba, lib. 11.

Ibid. e. 2. Inuenitur & alia scriptura ἐξίκοψν: quam malo. sic enim apud Aristophanem legitur in Acharnens. ὀκκόψειέν που σύν. videlicet ὀφθαλμόν. Apud eundem habemus ἐξικόπτω τὸν ὀφθαλμόν, in Nubibus, circa principium: Εἶθ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ. Sic & apud Demosthenem Pro cor. ὀφθαλμὸν ὀκκεκομμένος ὁ Φίλιππος. Sic & apud Lucianum, ὀκκεκομμένος τὸν ὀφθαλμόν. Sic denique in alio ipsius Plutarchi loco, qui est in Poplicola, ὀκκοπεὶς ὀμμάτων ἑτέρων.

P. 46. c. 3. Rectius scribetur ἔπεμπεν, quod conueniet cum præcedente ἔφερε. Pro ἐψήσαι autem Lapus existimatur legisse ὀψήσαι.

Ibid. d. 3. In quodam cod. ἐλευθεριάς.

Ibid. e. 6. Rectius fortasse κεκαθῆσθαι. At κεκαθῆσθαι longe aliud significaret, sequendo ea quæ de actiua huius verbi voce Hesychius & Eustathius scribunt. Apud quos, sicut & apud Suidam, habemus etiam κεκαθισόμεθα. Pro illo autem κάθηδοι inuenitur scriptum & καθέδικος. quod apud Hesychium extat. Quinetiam κατοχλομένους legitur pro καταπεπαγμένους.

P. 47. a. 7. Scriptum est etiam ἐμπιεῖ τοῖς νέοις.

Ibid. b. 10. Repone πρόσω, ex vet. cod.

P. 48. d. 7. Rectius fortasse πλάθει.

Ibid. f. 1. Est & alia lectio, κρινῶς καὶ πεπτωφάτους. sed nostra præstat.

Ibid. f. 3. πλοῦν. Reponendum censeo αἰέδλω pro αἰαίδλω: quæ, scripturæ paruam, significationis magnam differentiam habent. Quod enim in vulg. lex. Græcol. scribitur, αἰέδλω dici pro αἰαίδλω, omnino (sicut alia innumera) falsum est. Nam αἰέδλω pro αἰειμένως ponitur. Facere autem aliquid αἰέδλω siue αἰειμένως contrarium est ei quod dixit paulo ante μετ' εὐλαβείας. Quum igitur concessæ illis non essent αἱ αἰέδλω κοινωνίαι oportebat eos μετ' εὐλαβείας φοιτᾶν πρὸς τὰς νυμφας. Neque vero quod sequitur πρὸς τὴς αἰδοῦς καὶ τάξιως, lectioni isti refragatur.

P. 51. a. 2. Legitur etiam τὸ δὴ αὐτὸ τοῦτο καὶ κἀλῶς &c.

Ibid. b. 4. Reponi debet ὀρθίας ex quibusdam ipsius Plutarchi & aliorum locis.

Ibid. c. 4. Præcedentes hanc editiones habent πλημμελῶς ὀπιμελόμενος, nullo sensu.

P. 52. e. 6. Legitur etiam κόπτοντος: quod malo, vt significetur Obtundente. Sic enim hoc ipso participio cum eodem datiuo vsus est hic scriptor in Phocione, καὶ κόπτοντες αὐτὸν νεανίσκοι ἐρωτήμασι πολλοῖς.

Ibid. e. 1. Aptius scribetur ἔχοι.

P. 53. e. 7. Pro παρόντων legitur etiam ὁρώντων.

P. 54. d. 9. Malim ἀφθονία. vt sit ἀφθονία ἐν πᾶσι καλῶν λῶ.

Ibid. e. 10. Pro ἀδολεσχίαν repone ἀσχολίαν ex vet. codicum consensu.

P. 55. c. 3. Hoc Πεισιστράτιδας ex vet. cod. repositum fuit pro Πολυστράτιδας.

P. 57. c. 2. In quodam exemplari post κίνδυνον scriptum est; ὧν μὲν οὖν πύθοις οὐδέν ἐστιν ἀδικίας ἴχνος. οὐ γὰρ ἔγραψε &c. habentur autem hæc verba quæ sunt inter κίνδυνον & οὐ γὰρ, non multo ante.

Ibid. e. 8. Rectius scribetur δεδεμένον.

P. 59. c. 5. Scriptum est etiam θεοπάτῳ. Vicissim autem infra pro θεῖν legitur ὁσίν.

P. 60. a. 10. Legitur etiam συνδιακοσμῆσαι τὴν πολιτείαν. Fortassis autem alter accusatiuus ex proxime præcedente versu irrepserit: qui tamen tolerari etiam potest.

Ibid. b. 5. Rectius scribetur ὀλυμπονικῶν.

Ibid. e. 5. Legitur in quibusdam, πρὸς τὸν ἀέρα παραχῆς.

P. 61. a. 7. Est & alia lectio, μισοβασίλειον. quod nomen formam adiectiui habet, perinde ac si cum σχῆμα iungeretur. sed altera lectio magis placet.

Ibid. a. 9. Datiuus ἐπονοίαις pro ἐπονοίας ex vet. cod. repositus fuit.

Ibid. c. 1. Pro Πομπίλιον legitur & Πόμπον.

Ibid. c. 10. Itidem hic pro Πομπωνίν scriptum est Πομπίν.

P. 62. b. 2. Pro θεῖν legitur ὁσίν: sicut vicissim. supra, θεοπάτῳ pro ὁσιοπάτῳ scriptum esse dixi.

Ibid. c. 5. Scribendum videtur πρὸς ἄ.

Ibid. f. 5. Rectius scribetur ἐν ἡσυχίᾳ.

P. 63. a. 10. In quodam exempl. καί τοι Ῥωμύλον &c.

Ibid. d. 10. Est & alia lectio, αὖθις δὲ καί, pro οὗτοι καί.

Ibid. e. 10. Scriptum etiam est, πύθοις πρεσβεύοντας σημεῖά τε &c.

P. 64. a. 6. In aliis βασιλικῶν ὀπισήμων.

Ibid. c. 1. Ex vet. additum fuit δορυφόρων: quod abesse tamen potest.

Ibid. c. 2. Legitur & διέπειν pro hoc διέλυεν.

Ibidem c. 9. Scriptum etiam est οἱ πρεῖς βασιλεῖς. Et statim post, καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα παῖδα τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς, λέγεσθαι κάμιλλον.

P. 65. a. 2. Legitur & ὑποφλῶσαι, quod magis conuenire videtur.

Ibid. b. 3. Pro νέαν non dubito quin ὀνεαὶ siue ὀνειαὶ reponi debeat: præsertim quum meminerim loci cuiusdam Xenophontis: in quo eundem errorem, primum ex coniectura, deinde & ex veterum codicum autoritate emendaui. Is extat, anno. lib. 4. pag. 196. meæ editionis, καταλάμβανον καὶ ὀκείνους σκηνοῦντας, ἐστεφανωμένους τοῖς ξηροῖς χιλοῖς στεφάνοις, καὶ διακονοῦντας Ἀρμενίους παῖδας σὺν ταῖς βαρβαρικαῖς στολαῖς. τοῖς δὲ πᾶσιν ἐδείκνυσαν ὥσπερ ὀνεοῖς ὅ, τι δέοι ποιεῖν. Siquidem quemadmodum in illo Plutarchi loco, νέαν pro ὀνεαὶ legitur, ita in isto Xenophontis νέοις pro ὀνεοῖς habent, cum aliæ editiones quæ meam præcesserunt, tum vero Aldina & Florentina. Neque hunc tantum errorem animaduertit Romulus Amasæus, (ideo, vt opinor, quod vox ὀνεοῖς tam rara sit vt non facile cuiuis in memoriam venire possit) quippe qui ita locum illum reddiderit, Illic etiam milites sub pellibus offenderunt fœno aut stipula coronatos: quibus Armenii pueri, barbaricis amicti stolis, ministrabant. illis Græci, tanquam adolescentibus, quid facto opus esset monstrabant. Quum debuisset vertere, Tanquam surdis. Nec dubito quin ante monstratam lectionem illam germanam tantum torserit plerosque hic locus, quanta est inter hæc duo vocabula, adolescentibus & surdis, differentia. Quum tamen illam lectionem nactus esset vetus interpres Gallicus, (vel potius is qui illi in ista interpretatione præibat) ne ipse quidem fideliter locum istum reddidit. hæc enim sunt eius verba, *Pource qu'ils estoyent esbahis & estonnez.* Nam significationem quidem quæ hic datur nomini ὀνεοῖς testimonio Suidæ (quamuis alioqui vox ἐξεστηκώς, qua inter alias vtitur ad exponendum ὀνεός, aliquid amplius quam illæ Gallicæ voces significet) confirmari posse, fateor: sed eam vllo modo huic loco conuenire nego. Cur enim quis apud homines ἐξεστηκότας non voce sed signis vtatur? Contra vero manuum gestu aut quibuslibet aliis signis quid facto esset opus, merito ostendebant; quoniam quum linguam Græcam illi nõ callerent, perinde erat ac si Græci surdis loquuti fuissent. Non calluisse autem eos linguam Græcam, ideoq; intelligere non potuisse siquid hi dixissent, liquet ex iis quæ mox sequuntur verbis, ἀνηρώτων διὰ τοῦ πορευόντος ἑρμηνέως. Ideo autem paulo longior in disserendo de hoc loco fui, quod Hermogenes quoque aliam nescio quam vocabulo ὀνείοις significationem dare videatur. quippe qui ἀφέλειαν inesse stylo Xenophontis docens, ita scribat, τοιοῦτος ἦν ὁ Ξενοφῶν κἂν τοῖς ἱστορικοῖς οἷος κἂν τοῖς ἄλλοις. εἶον, ὅπ χλὸν ἐστέφαυτο, ὅταν λέγῃ, καὶ ὅπ τοῖς πᾶσιν ὡς ὀνείοις διαλέγονται, καὶ ὅπ πίνῳ, &c. Si enim ὀνειοῖς significare surdos voluisset, cur διαλέγονται ὡς ὀνείοις dixisset, perinde ac si à Xenoph. tale quid dictum esset, aut etiam tale quid dici posset? Sed quid quum ita scriberet, cogitarit Hermogenes, aliis cogitandum reliniquo. Obiter autem & hoc addo, operæ pretium esse considerare in hac locorum Plutarchi & Xenophontis collatione, quomodo sæpe apud autores vocabulis quorum rarus aut saltem non vulgaris est vsus, ideoque significationẽ paucis notam habent, vsuuenisse verisimile sit vt in alia, vicina quidem quod ad scripturam attinet, sed significationem longe remotam habentia, mutarentur. Sed hac de re plura in meo de mendorum origine libro. Vt autem ad Plutarchi locum redeam, quin & hic pro νέαν reponendum sit ὀνεαὶ siue ὀνειαὶ, minime dubito (vti supra dixi) sed an tacitam interpretari potuerit ὀνειαὶ, dubitare me fateor. Aliud enim est tacita quam muta: quod etiam significatur voce mala interdum. quin & de mutis pariter ac surdis dicta fuit.

Ibid. b. 9. Locum habere hic videtur accusatiuus Ῥωμαίους potius quam datiuus Ῥωμαίοις.

Pag. 66. a. 9. In aliis, τάξιν εἴληχεν, οὐ μόνον, &c.

Ibid. c. 7. Legitur etiam ἡλίου φῶς & φλόγα.

Ibid. d. 1. Hoc αὐγὰς repositum fuit pro αὐταί: & ita magnum mendum leui mutatione sublatum. In versu autem proxime sequenti pro πρὸς legitur etiam πρεί: & aliquanto post λαβόσης.

Ibidem f. 3. Scriptum est & πεσάγουσαι. vt ante πρόηλθ εἰς

τοῦ Ῥώμου. Pro quo perperam antea legebatur προσῆλθ.

P. 7 b.2. In quodam codice ἐξοσιουμένων. Sed altera lectio magis mihi placet, exponenti tamen hunc locum secus quam interpretes, quorum vnus (de duobus posterioribus loquor) ita vertit, Quasi corpus abominentur maximis consecratum ceremoniis, fame conficere. Alter hoc modo, Tanquam nefas putent fore si corpus summis consecratum sacrimoniis, fame pereat. Lapus autem ante illos ita locum hunc reddiderat, Quasi caueat ipsa domus ne fame eius corpus intereat quæ maximis expiationibus dedicata sit. At ego hunc locum (cuius alioqui difficilem Latino sermone interpretationem esse fateor) ita potius reddendum existimo, Perinde ac si in semetipsos religionem non recipiant, vtpote non conficientes fame corpus. vel, Perinde ac si religio sibi non iniiciatur. vel, Perinde ac si religione se non obstringant. His enim loquendi generibus hac in re Liuius vtitur, ni fallor. Quin etiam Exoluere religione, ab eodem plerunque dici scio: & vulgo ἀφοσιοῦμαι reddi, Religione animum soluo. Verum si ita vertam, Perinde ac si religione se exoluerent, hoc dicetur tanquam de iis qui iam religione se obstrinxerint, seu obligarint. vt apud eundem illum historicum legimus, Exoluamus religione populum, siqua obligauimus. Fateor alioqui Plutarchum nouam quandam huic verbo ἀφοσιουμένων constructionem dare: adeo vt aliquando crediderim eum scripsisse. τοῦ. vt ἀφοσιουμένων τοῦ μὴ διαφθείρειν esset pro διὰ τὸ μὴ διαφθείρειν. verum tunc ἀφοσιουμένων aliter interpretandum esset: neque illud verum competeret, μὴ διαφθείρειν λιμῷ. Quod vero ad illam interpretum expositionem attinet, magis etiam noue Plutarchum in illa significatione negatiuam particulam addidisset. quanuis enim cum verbis quibusdam πλεονάζειν hanc particulam sciamus, non tamen cum quolibet vsitatum fuisse eius pleonasmum putandum est. Cæterum quin reponi debeat καθιερωμένων, minime dubium est. Alioqui scribendum potius esset, τοῦ τῆς μεγίσης καθιερωμένων ἁγνείας. Hoc autem nomen ἁγνεία (vt obiter & de hoc dicam) ex Cæsare & Liuio verti posset Religionibus, nisi hæc ipsa religionis appellatio præcedentis verbi interpretationi adhiberetur in alia quidem certe significatione.

Ibid.c.1. Legitur etiam ἱερέων.

Ibid. a. 4. Mirum est pro Λιβίπναν non in vno exemplari sed in pluribus scriptum esse Λιβιδαμναν: quum infiniti autorum loci de illo vocabulo nos dubitare non sinant.

Ibid. e. 10. Pro δώδεκα legitur etiam δέκα quæ lectio reponenda est: quoniam tum ex iis quæ sequuntur, tum vero ex aliorum scriptorum testimoniis confirmari potest.

Ibid. f. 4 Legitur etiam καταδείξαντες.

P 68. f. 2. Scriptum est & κατέκτησε pro ἀπέδειξε.

Ibid. f. 3. Post Σαλίοις habetur πρόπυ in aliquot exempl. sed si non addatur, subaudiendum fuerit.

P. 69. a. 10 Pro ἀγῶνα legitur etiam ἀγκῶνα: nec dubium est quin hoc vocabulum pro illo reponi debeat.

Ibid. c. 9. Legitur etiam ἐκ πρεσβυτέρου pro ἐκ παρόδου.

Ibid. e. 1. Ex vet. cod additus fuit hic genitiuus ἄλλων.

Ibid. e. 3. Legitur & σαλίνειν: sed altera lectio multos testes habet.

Ibid. e. 10. Deerat hic quoque genitiuus, γῆς videlicet.

P. 70. b. 5. Est & alia lectio, ἄππον: sed ἄπεσον magis huic loco quadrat.

Ibid. c. 8. Inuenitur etiam scriptum πρὸ τὸ θεῖον.

Ibid. e. 2. Post κρομμύων apte ponetur interrogationis nota, itidemque post θρίξιν.

P. 71. e. 5. Non dubium est quin ἐπιξενομένου scribi debeat, quum ad ipsum Numam referatur.

Ibid. e. 8. Pro οὐρανὸν scriptum inuenitur & ὀπαυπόν.

P. 72. b. 4. Legitur etiam ἀρχαῖα τῶν.

Ibid. c. 10. Pro αἰοίρουσα reposui αἰοίρουσα & αἰακαλύπτουσα, ex vet. codicibus.

Ibid. d. 3. Lubenter assentior iis qui ἥκει hic pro ὥκει reponendum esse censent.

P. 73. c. 4. Malim αὐθᾶν absque ν: pro quo αὐθᾶν perperam in præcedentibus editionibus scriptum est ἔνθα. Sunt hi versus Bacchylidis, teste Stobæo, in capite De pace.

P 74. c. 7. Ante περὶ particula quæpiam desiderari videri possit: aut certe pro μὴ legendum esse μὴ οὖν. verum & alios obseruaui apud hunc scriptorem locos, & quidem in hoc ipso opere, vbi eadem sermonis forma vtitur.

Ibid. c. 9. Pro ταῖς ἱεραῖς κύρβεσι, reposui ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, quædã ex nostris exempl. sequutus. Neque vero quod præcedat hoc ipsum vocabulum κύρβεσι, ideo fuisse & hic retinendam istam actionem putandum est: quoniam illic κύρβεσι tribuit Græcorum legislatoribus: at hic de illis non loquitur. Adde quod masculino genere illic effert istud nomen, hic fœminino: qua mutatione illum in tam vicinis vsurum fuisse minime credibile est. Alioqui quod ad nominis huius attinet genus, ex meo Thesauro Græcæ linguæ disces, Aristophanem, Apollodorum, Aristotelem, Pollucem, Harpocrationem, & alios quosdam masculino genere dicere τοὺς κύρβεις, at Suidam & scholiastem Aristophanis τὰς κύρβεις. Verum vtriusque istorum testimonium pro vnico habendum fuerit, quum vnum ex altero sumpsisse plurimis ex locis manifestum sit. Sed de his vocibus ἄξονες & κύρβεις dicam & infra, afferens quæ margini vnius exemplaris harum vitarum adscripta inueni.

Ibid. e. 1. In quodam κοινῷ: necnon ἐπιξερχόμενον.

Ibid. f. 5) Lectioni quæ in textu habetur alteram hanc præfero, μείζων οὖν ὁ καπὴν ἢ μὴ πλευτοῦ ἵππαρος.

P. 75. a. 8. Legitur etiam κάλλιστα pro μάλιστα.

Ibid. b. 4. Pro simplici ἐπίνοι repositum fuit compositum ἀνεπίνοι ex vet. cod. Idem autem error & in aliis locis emendatus fuit.

Ibid. c. 4. Malim scribere, αὐτὸς αὐτὸν, vt in quodam ex vet. legitur. hoc enim significantius dicitur, vtpote vim addente orationi priore illo pronomine. Legitur autem & ἔπρον pro ἔπρα: sed quæ iniri huius lectionis ratio possit, non video. At αὐτῷ illic & αὐτὸν pro ἑαυτῷ & ἑαυτὸν scribendum fuisse, (vt in mea editione repositum fuit) manifestum est.

Ibid. d. 1. Pro ἁρμονικοὶ scripsi ἁρμονίαν ex vet. codicum consensu: illam tamen lectionem non omnino repudiandam censeo.

Ibid. d. 2. Particulæ καὶ δὴ, in quibusdam cod. præfixæ sunt his verbis, περὶ τοῦ Σκύτου. quarum vocularum aliquod est pondus.

Ibid. d. 3. Hic duorum alterum nobis eligendum est, vt vel δὲ tollamus post μὲ. vel ἐπὶ quod paulo ante habetur, non tollamus quidem sed pro superuacaneo habeamus, sequendo ea quæ in principio harum annotationum à me dicta de illo vocabulo fuerunt. Nemo enim non videat, orationis cursum liberum (vt ita loquar) non fore, nisi hæc verba, ἢ μὲ χαλεπὸς πρόσεστιν, ferantur ad illa ἐπὶ ἐπέπεινε.

Ibid. e. 10. Pro ἀπολαύσεις legitur etiam ἀπαρχάς.

Ib. f. 4. Antea legebatur, εἰ μὴ διὰ τοῦ ὑποκειμένου. &c. Quod autem in quodam exempl. scriptum est εἰ μὴ νὴ Δία τοῦ sine præpositione πρὸς, admitti non potest.

P. 76. c. Legitur etiam καπέστησεν αἰσωμαλίαν.

Ibid. d. 1. Inter Λυκοῦργον & ποιεῖ interiecta sunt παρωθοῦντες hæc duo verba ἐκεῖ δοκεῖν.

Ibid. d, 7. Reposui πυκνώσεις pro πυκνοτροφίας, quod omnes nostri codices in illa lectione consentirent: alioqui ne hanc quidem reiicio, præsertim quum hoc ipsum vocabulum paulo post, in vltimo videlicet huius paginæ versu, habeatur.

Ibid. e. 7. Legitur etiam εἰς ταῦτα. verum si huic pronomini ταῦτα præpositio ista præfigeretur, itidem sequens pronomen ἐκεῖνα illam sibi præfigi postularet. Neutri autem loco conuenire hanc existimo. sed pro εἰς τοῦτο reponendum arbitror ἐξ ὁμοίου, vt hæc pronomina ταῦτα & ἐκεῖνα cum illo conuenire possint. Hoc etiam addo, lectorem interpunctionis nota post ταῦτα μὲ, iuuari potuisse.

Ibid. f. 5. Antea legebatur ἱστροῦσι, non λοιδοροῦσι. quod accipi potest pro λοιδορουῦντες ἱστροῦσι.

Pag. 77. a. 2. Legitur etiam συγγράμμασι: item πρεσβυμένων.

Ibid. b. 6. Reposui εἰς θεοῦ, pro εἰς θεοὺς, ex vet. codicum autoritate. nec dubito quin lectio illa pro hac reponi debeat: vt εἰς θεοῦ dicatur pro εἰς Ἀπόλλωνος, vtendo nimirum ellipsi Attica quæ cum hac præpositione vsitata Græcis est, & ad Latinos quoque transit. Interpretes tamen θεοὺς retinentes, verterunt, Deos consuluisse. Non dubium est equidem quin εἰς θεοῦ mutatum fuerit in εἰς θεοὺς ab aliquo cui Atticum illud genus loquendi ἑλληνικὸν ignotum esset.

Ibid. d. 1. Reponendum censeo μᾶλλον ἢ ἡμίσεις. Sic alibi obseruaui verbum illud substantiuum sequente hac particula omissum. Paulo post αἰαφέρειν visum est aptius quam ὀπφέρειν, imo vero hoc ὀπφέρειν nullo modo ferri posse existimaui: at αἰαφέρειν raro quidem, sed aliquando tamen, talem significationem habet.

Ibid. e. 9. Pro φόβου legitur etiam φόβῳ. quæ lectio (meo quidem iudicio) in illius locum substituenda fuerit.

P. 78. b. 10. In quibusdam cod. hæc ita leguntur, σωφρεία, καὶ εἰρήνη τῆς δικαιοσύνης καὶ αὐταρκείας. In qua lectione mihi placet potissimum datiuus εἰρήνῃ.

Ibid.d.2.Antea legebatur σωαχόμενον: quod mutandũ saltẽ fuisset in σωαχαχόμενον, vt cum σωαρμόττα conuenire posset.

Ibid. d. 11. In quodam exempl. est Ἀμφικλιϐς, pro Asclepiade.

P.79.a.9.Non aliter Plutarchum scripsisse existimo: vt videlicet ὃ νομον ἔγεαψι accipiatur pro ὃ ὅν τὸν νόμον ἔγεαψι. Sic enim & alibi hanc orationis structuram apud eum inuenisse mihi videor.

Ibid.f.4 Scriptum est etiam ἔμπεδον αἰεί.

P.80.a.2. Vel ὡς ante ἔοικε expungendum, vel ωεοιχήσαϑαι in ωεοιχήσαν mutandum fuerit.

Ibid.f.5.p.81.a.3. Legitur etiam καϑοχεῖν. Et ἀφέλξειν pro ἐφέξειν: sed hoc magis mihi placet.

Ead.p.81.c. 6. Pro ὡς inuenitur & ὦ. In proxime autem sequenti versu, hæc verba, ἥκουσα, φαίαι, ποιόμα, τ' ἄνϑρωπον, ita interpungenda fuerunt, singulis hypostigmen postponendo, ne implicita hæc structura lectori imponeret: quum ἥκουσα, φαίαι, ποιόμα, τ' ἄνϑρωπον, dictum sit pro φαίαι τ' ἄνϑρωπον, ἥκουσα ποιόμα. Tantum abest autem vt huiusmodi collocatio verborum reprehendi debeat, vt potius tanquam ex Atticis scriptoribus sumpta laudanda sit.

Ibid.f.5.In quibusdam δϑμαχομένους, non δϑαλεχομένους.

P.82.a.3.5.8. Scriptum est etiam ὑπ' ἐδιώης: & ἀπολέσαι τε pro ἀπϑϐαλοῦντες. Item paulo post παρέχεται, pro ἐπαχεται.

Ibi.b.d.Tres hîc sunt lectiones, τ' ταῦαχ, ωεωαχϑαι, & ωαεάχϑαι: sed hanc tertiam posse recipi solam arbitror.

Pag.83.b.1.Hic locus legitur & ita, ἢς ἐγγὺς ἐλϑοῦσης, καὶ ωῖρξαι τοὺς Μεγαρεῖς τ' Σόλωνα ϑαόϑης κεφαλήσαντα, ἐμϐιϐάσαι ᾗ, &c.

Ibid.c.1.Scriptum est etiam ωεοσαχομένοις.

Ibid.d.10.Legitur etiam βλέποντας pro φρέφοντες, eodem sensu! sed mortuis tribuere τ' βλέπειν, durum videri queat. Possit tamen id molliri huiusmodi interpretatione, Oculis ad Orientem versis.

Ibid.f.4.In quibusdam cod. ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ μϑρτυροϑσι.

P.84.c.9.Scribendum arbitror ωεφαίνεαχ.

Ibid.d.8.Antea legebatur ταῖς ἱερουργίαις.

Ibid. f. 5. Vide an malis δϑαπεαυμένας ωαεαχῆς, vt quidam cod.habent.

P.85.a.1. Necesse puto præpositionem εἰς nomini ποσῦϑα præfigere, vt in quibusdam cod. habetur, in quibus est etiam διεσάσης pro διαχάσης.

Ibid.b.4.Legitur etiam ὀϑὴ τὼ ξένιω. quæ lectio magis mihi probatur: quod istam constructionem alibi quoque obseruarim. Dicuntur autem πωρεάσκεαχ ὀϑὴ τὼ ξένιω vel εἰς τὼ ξένιω, etiamsi in ea non vendantur: quia nimirum venduntur ἀχϑησόμενοι seu ἀπαχϑησόμενοι εἰς τὼ ξένιω.

P.86.e.6.v.ϑῆς. Antea legebatur πολλαχῆ, non πανϑαχῆ. Paulo post quidam ἐπανήαχϑν pro ἀπήαχϑν.

P.87.c.6.Legitur etiam βούλεαχ.

Ibid.c.8.Pro χάρμα lubenter reposui χαῦνα, ex meorum exemplarium consensu: quod legissem alibi apud Solonem. χαῦνον ἔχει νόον, in fine cuiusdam pentametri.

P.88.a.3 In quibusdam legitur διακοσίων.

Ibid.b.1.Pro ἰχνὼ legitur etiam ἀρχὼ.

Ibid.b.4.Antea legebatur κωλεύσιντας pro κωλεύοντας. Sed & pro hoc κωλεύοντας scriptum est in quibusdam κωλέους ὄντας.

Ibid. b.5. Pro accus. ἐξίστωσιν legitur accusatiuus ἀξίωσιν in aliquot.exempl. quem illi præfero. Quod enim dicit τῷ νόμῳ κωλεύοντας vel κωλέους ὄντας, ad ἀξίωσιν, non ad ἐξίστωσιν, pertinet.

Ibid.c.4.Legitur etiam ita, πληϑύος ἑπόρου, ὃ βιαϑέντος ἢ βλαϐέντος, ἐξῆν, &c.

Ibid. e. 7. Vel articulus τὸν auferendus est, vel legendum τῷ νόμῳ. Sed addam obiter & quæ de voce ἄξων, quæ hîc legitur, necnon de voce κύρϐεις, margini cuiusdam exemplaris adscripta erant, quoniã earũ mentio facta & antea fuit. Ἄξονες, ξύλα τετραχῆφνα ἦσαν· εἰς ἃς οἱ νόμοι ἐγεαφήσαν ωεὸ τῆς τῷ δίφϑεραν ἤτοι δέρρεων, εὑρέσεως. καὶ ἐν τούτοις μὲ τοῖς ἄξοσιν οἱ πολιτικοὶ νόμοι ἐγεάφοντο, οἱ δὲ γραμματικοὶ καταλόγοι ἐν ταῖς κύρϐεσιν· ὃ πεῖγφνον ἰδῶ ξύλον. Quidam tamen ἄξονας non distinxerunt ἀπὸ τῷ κύρϐεων. atque adeo ipse Plutarchus in quodam huius vitæ loco, qui extat postea. ἄξονας appellatos fuisse tradit κύρϐεις, Aristotelis testimonio nitens. Sed eum locum postquam attulit scholiastes Aristophanis, addit, ἔνιοι δὲ φασιν, ἰσίως ἐν οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι ωελέγονται, κύρϐεις, ἄξονας δὲ τοὺς ἄλλους ὠνομάζ. Sed in multis aliis nominibus vsuuenit vt tam leuis in significatione discriminis ratio à scriptoribus non habeatur, potiusque grammaticis relinquatur.

P.89.d.1.In quibusdam scriptum est μικροῦ ϑμήματος.

P.90.c.8.κονόμφ.. Antea legebatur γῆν pro πίϑη.

Ibid. d.7. Magis placet βέλϐιον, quod quædam ex em pl. habent, quam βίλϐιον.

Ibid.e.5.Legitur & ἀξιώματα.

P.91.c.3.v.ὁ πλ. Vocabulũ istud πλέοντας in editionibus quæ hac priores sunt, aliter scriptum est, nimirum δέοντας, hoc modo τῷ λοιπῶν γε δέοντας. Fortasse autem & in illo πλέοντας peccarunt librarii. Verum & interpretes hîc in eo peccarunt quod vocem hanc (siue recte scripta sit, siue aliquid in ea mutari debeat) non animaduerterunt esse vnam ex illis obsoletis quæ hic commemorantur, quin potius de voce γεωργοὺς intellexerunt quod de hac intelligendum erat. Vnus enim ita vertit, Reliquorum duorum, agriculturæ incumbẽtes, Georgos: qui pecuariam faciebant, Ægicoras. Alter hoc modo, Reliquas duas, alteram ab agricultura, Georgos: alteram à pecoribus pascendis, Ægicores dictos. Atqui articulus τοὺς qui est ante γεωργοὺς, sicut ante διατείϑοντας, ostendit non vocabulum γεωργοὺς sed πλέοντας pro antiqua illa appellatione habendum esse. Alioqui enim quum ita loquutus sit Plutarchus, πλέοντας μὲ, τοὺς γεωργοὺς, dicendum contra fuisset, γεωργοὺς μὲ, τοὺς πλέοντας. Sic enim & nominibus reliquis veteribus articulos non præfigit, sed iis per quæ illa exponit. Neque vero talem articulum hisce interpretibus, doctis alioqui (vt res ipsa ostendit) viris, imposuisse miror, quod alios plerosque alibi in tali articuli vsu deceptos esse sciam. Quod etiam fecit vt eos qui hasce annotationes legent, huius rei admonendos esse putarem. Cæterum & hoc dicendum de isto loco superest, non ὠνομάζ sed ὀνομάσαι in quibusdam vetustis exemplaribus legi, vt nimirum ad Solonem referatur. Possit quidem certe & ὠνομάζ ad eum referri, si cum ὠνομάζ subaudiamus ὑπ' αὐτῷ: multo tamen verisimilius est ὀνομάσαι dixisse Plutarchum, si de Solone illud intellexit. Sed quia illum hæc vocabula altius ab antiquitate repetere arbitror, quum adiungat τὸ ωεῶτον; lectionem quæ in textu habetur retinendam censeo.

Ibid.e.10.Scriptum est in quodam τειπήχει.

92. d. 10. Particulam γὰρ iis quas vides notulis inclusi. vt eam quodammodo à Solonis versu separarem, quum sit Plutarchi: aut saltem esse separandam docerem. Idem vero & alibi feci. Νῦν δὲ (φησὶ) σὺ μὲ Σολίοισι πολὺ χρόνον ἀϑάνατ' ἀνάστων.

Ibid. e. 4. Quæ hîc extat lectio, τοὺς νόμοις αὐτοὺς ἔσεϑαι σωϑῆς, minime mihi probatur: ac certe suspicor scripsisse Plutarchum, τοὺς νόμους αὐτοῖς ἔσεϑαι σωϑῆς. In quibusdam tamen exemplaribus non Pronominis: sed nominis datiuus legitur, τοῖς νόμοις αὐτοὺς ἔσεαχ σωϑῆς. Sed quod ad sensum attinet, eodem redire res videtur.

Pag.93.e.5. Ex vet. cod.additus fuit genitiuus τῷ ἀναγκαίων.

p.96.b.7.Λύτοὶ) Pro νυξήσατ' ἐρύματα, legitur etiam νυξήσαν ρύματα. Quin & ρύσια pro ρύματα scriptum inuenitur. Afferuntur autem hi versus à Diogene quoque, necnon à quibusdam aliis.

p.97.e.1.Pro δημοκεαϑίας legitur etiam ἐλευϑερίας.

p.99.f.1.Ante ἔργον videtur tollendus esse articulus: præsertim quum πολοιπὸν scribi non possit, tanquam significans In posterum: sed necesse sit πολοιπὸν siue τὸ λοιπὸν (si quidem retineatur τὸ & ante ἔργον) significare Quod ad reliqua attinet, siue ad cætera: Sed ὑμέτερον τὸ λοιπὸν ἔργον multo aptior erit lectio.

p.100.f.5.Legitur etiam σωδεϑέντα pro σωνεχϑέντα.

p.102.b.10. Pro πομπῆς legitur etiam ωεοπομπῆς.

Ibid. d. 3. Valde diuersa vel potius omnino contraria est quorundam vet. codicum lectio, μετωροτέραν videlicet. Si enim erat μετωροτέρα, non μετείωτέρα erat sed contra μεγαλοωρεπεστέρα. Sed quæ sequuntur, lectionem quæ in textu est comprobant.

P.104.a.8.Editiones hac priores habent ῥώμη: pro quo datiuo reposui datiuum ῥύμῃ. quod & magis sententiæ huius loci conuenire videatur, & datiuum illum ῥώμῃ ex præcedentibus verbis τὼ Ῥωμαίων πόλιν sumptum esse verisimile sit.

p.105.c.8.Ex vet.cod.additum fuit participium ἀπών: quod verbis proxime sequentibus confirmatur.

p.106.b. 2. Post πιστεύεται interpunctionis notam ponendam censeo, neq; enim πιστεύεται iungendum cum ἡμῶν, sed hoc pronomen ad λεκτέον pertinere existimo. Sic enim & alibi Plutarchus se in aliqua re narranda id sequi profitetur quod apud plures fidem impetrarit. Scio alioqui vnum ex interpretibus πιστεύεται iungere cum ἡμῶν: interpretantem, Exponam eo modo quo maxime perpetratum credo.

P.109.a.1.Legitur etiam περιϊπτασαμένοις.

Ibid.b.8.Rectius ſcribetur μνουνύ.

P.110.a.1.Legitur etiam εὐδαίμονα τὸν Ποπλικόλαν αὖθρα ποιεῖ.

P.111.e.8.Florentina editio τὸν δῆμον, Aldina τοῦ δῆμον habet: quæ lectio ambigua eſt inter haſce duas τοῦ δήμου & τὸν δῆμον. Sed quum hæc lectio quæ accuſatiuum habet, prima fronte longe melior videatur, ego contra ſuſpectam eam habeo. Alioqui multi apud Diogenem Laertium loci emendandi itidem forent. nam vt hic legitur, Φρεαρίου τοῦ δήμου: ſic apud illum in Platone. υἱῶν τοῦ δήμου Κολλυτός. itidemque in principio vitæ Xenophontis, Ξενοφῶν, Γρύλλου μὲν υἱὸς, Ἀθηναῖος, τοῦ δήμου Ἀρχενός. Sic & de Socrate dicit, Ἀθηναῖος, τοῦ δήμου ἀλωπεκῆθεν. Quinetiam in principio vitæ Speuſippi, quum typographicæ editiones habeant τοῦ μὲν δήμου Μυρρινούσιος υἱός, in pleriſque vet.cod.eſt itidem ille genitiuus τοῦ δήμου. Sic vero & in iſto Plutarchi loco hæc ipſa lectio aliquot exemplarium autoritate confirmari poteſt. De hoc autem libenter lectores moneo vt diſcant verum eſſe quod alibi dixi, multa eſſe in Græcis pariter & Latinis ſcriptoribus (ſed in illis tamen præſertim) quæ mirari potius quam emendare oporteat. Non dubito certe quin in Aldina editione vbi legitur τοῦ δήμου, ille quidem articulus τοῦ ſit ex veteris codicis lectione, at δήμου ſit ex emendatione cuiuſpiam, qui articulum quidem itidem in τὸν mutauerat, ſed nimium incertæ typographicarum operarum fidei emendationem illam commiſerat.

P.112.b.4.Legitur etiam οἱ πολλοὶ παῖδες.

Ibi.d.6.In quibuſdam ſcriptum eſt πῶ πόπι καλυμένῳ. quam lectionem alteri præfero.

P.113.b.10.Pro πόπις vet.aliquot cod.habent πόποις.quæ lectio contemnenda non fuerit, ſed in locum alterius ſubſtituenda fortaſſe. Neque enim πόπι naturæ Themiſtoclis conuenire potuiſſe videntur, tali quidem certe qualem Plutarchus deſcribit. Quinetiam obſeruandum eſt, non dici ſimpliciter πόπις, ſed addi πὶς σιωπήσεις.

Ibid.d.3.Pro λίγνιππον legitur etiam νηστῶντα.

Ibid.f.3.Scriptum eſt etiam πόλιν αὖθις ἀνέκτισαν.

P.114.a.1.Legitur & σώπνον pro εὔπνον.

Ibid.c.6.Pro ὥσπερ reponendum puto ὅσπ. alioqui certe verbum aliquod deeſſe fatendum eſt, nimirum vel λέγεται, vel aliud huiuſmodi.

P.115.b.7.Rectius hoc quidem loco δι' ὅσ̓ ſcribetur diſiunctim.non enim hîc ſignificare vult Quocirca, ſiue Quapropter: ſed Ob quod factum: nimirum de eo quod proxime præcedentibus verbis commemorauit intelligens.

Ibid.d.1.Additum fuit μάλιστα ex vet.cod.

Ibid.f.1.Pro ὅπ repono ὅτι.

P.116.a.7.Infinitiuus ᾠδέας ſublatus fuit.antea enim legebatur, Θεμιστοκλέους ᾠδέαν τραπέζημα ποιεῖται. At vet.cod.alteram illam lectionem habet ſine infinitiuo: ac profecto ᾠδέας cum alio verbo quam ποιεῖται iungi poſtulabat.

Ibid.e.10.In quibuſdam eſt πειακόσιαι.

P.118.a.7.Rectius δι' ὅ, vt ſupra de δι' ὅπερ dixi.

Ibid.b.6.Legitur etiam ὑπὸ τοῦ πόπου.

Ibid.c.a.Scriptum eſt etiam τὸν Ξέρξιν, eodem ſenſu. nam Πέρσιν dicens. Perſatum regem declarat.

Ibid.c.7. Vet. cod. non habent πέλος. legitur enim in illis, ἤδη ⓒ εὐθὺς, &c. Ac profecto non conuenit vocabulum πέλος (quod ſignificaret hic Denique) cum εὐθύς.

Ibid.f.4.In quodam exempl.Σανδάκης: (quod nomen vna tantum litera differt ab eo quod tribuitur reginæ Æthiopum in Actis apoſt.vocatur enim Κανδάκη) item Ἀρτώκτου. pro quo fortaſſe ſcribendum fuerit Ἀρτώκτης: vt & apud Herodotum Perſæ cuiuſdam eſt hoc nomen.

P.120.a.1.Legitur etiam ὑπόζευξιν.

P.121.b.8.Iſte locus hoc etiam modo ſcriptus eſt, τοῦ ὑῶ ὑπερυφώσης τῆς μητρός.quæ lectio multo minus mihi placet. Sed pro ἐκείνῳ lubentius legerim ἐκείνης. vt dicat filium ὑπερυφᾶν τὴν μητέρα, nec non τοῦ πατεὶ δεῖ τὸ μητρός. Sed ὑπερυφᾶν hoc in loco paulo aliter vertendum cenſuiſſem quam ab interpretibus redditum ſit. quum enim hîc ὑπερυφᾶν dicitur, non tam ad inſolentiam quam ad iuuenilem, aut etiam puerilem quandam laſciuiam (quæ minus quiddam eſt) reſpici puto.

122.d.6.Legitur etiam ἐπαμύεσθαι.

123.b.4.Pro καθαιροῦντες ſcriptum eſt etiam κολούοντες: quod magis proprie hac de re dici videtur: frequentius quidem certe dici puto.

P.124.a.1.Pro φυγὴ legitur etiam πύχη.

P.127.c.10.Vel ὅπ tollendum eſt, vt ſuperuacaneum: vel participium ὤν in verbum ἰῶ mutandum.

P.128.a.2.Pro Ἑλληνικοῖς legitur etiam πολεμικοῖς.

Ibid.c.1.) Νικόδημος pro Νικομήδης, & Νεομάχου pro Νικομάχου in quodam exempl. legitur: quinetiam ἀδελφὸς pro ἀδελφιδοῦς.

p.129.e.8.] Poſt πόλις relatiuus articulus ἣ aut pronomen αὕτη, aut aliud quidpiam deſiderari videtur. Interim autem aptior erit poſt nomen illud πόλις nota τῆς πλείας σημῆς quam τῆς ὑποσημῆς. ita enim mihi notas illas vocare liceat.

Ibidem. f. 3. Scriptum eſt etiam πίχη μεγάλα καὶ καρπεά.

p.130.a.4. Verba hæc ἐν τῇ πολεμίᾳ iungi etiam ſequentibus poſſunt, vt ponatur interpunctio poſt πιχίσαντες, deleatur poſt πολεμία. Poſſunt etiam videri & ad ſequentia & ad præcedentia ſimul pertinere.

Ibid. d. 9. Pro παρουσία legitur etiam παῤῥησία, & quidem in eodem illo exemplari in quo & πολεμίων habetur pro πολιτῶν. Quanuis autem hæc lectio πολεμίων aliorum quoque autoritate confirmetur, de παῤῥησία tamen potius quam de genitiuo iſto πολεμίων illi aſſentior. Nam πολιτῶν reiici non poteſt, quum πολῖται eſſent iidem qui & πολέμοι: at παρουσία τοῖς πνα vereor vt dici poſſit, eo quidem ſenſu qui loco iſti ſit accommodatus.

p.131.b.6.Antea pro τοῖς θεοῖς legebatur τῆς ἀρχῆς.

p.134.e.10.Pro θαυμάσαι ſcribendum puto θαῦμα.

p.136.d.4.Malim ſcribere ταυτά, quam ταῦτα.23.

p.138.a.3.Non immerito quis dubitet & quærat vnde perideant hæc verba, ἐπέρωθι δυπόρηται. Ego aliud quod reſpondeã non habeo, quam videri Plutar. voluiſſe ad illa verba τοῖ δ' ἡμερῶν ἀποφεράδων referre: hoc modo, τοῖ δ' ἡμερῶν ἀποφεράδων, εἴτε χρὴ ὑποθεσθαί τινας, εἴτε μὴ, ἐπέρωθι δυπόρηται. Atq; ita quæ interiecta ſunt, per parentheſin poſita eſſe dicendum fuerit: ſed ita vt ante ὀρθῶς aliquid deſiderari fatendum ſit: quod quale ſit, coniiciendum potius quam affirmandum eſt. Dico igitur ex coniectura ita legendum videri, τοῖ δ' οὖν ὀρθῶς Ἡρακλεῖτος ἐπέπληξεν Ἡσιόδῳ. Paulo poſt in quodam Vet. ſcriptum eſt τοῦτο μὲν τοίνυν Βοιωτοῖς, &c.

Ibid.f.2.Pro hoc accuſatiuo εὐπάθειαν antea legebatur valde diuerſæ ſignificationis & minime loco conuenientis accuſatiuus, nimirum ἀπάθειαν.

p.140.e.6. Abundare videtur articulus ante αὐδρός: ac potius collocandus fuiſſe ante λαθεῖν pro τό.

Ibid.f.1.Legitur etiam ὀνομάζειν pro νομίζειν.

p.143.d.7.Vel, τό, τοῦτο.

p.145.d.7.Pro βαρβάρων legitur etiam πολεμίων: eodem ſenſu, ſicut ſupra πολιτῶν & πολεμίων de iiſdem dici docui.

p.146.e.8.In quibuſdam ſcriptũ eſt παρηβηκότας: quod idem valet, ſed abſque adiectione ponitur, quum addi ſoleat datiuus ἡλικίᾳ: qui tamen & ſubaudiendus relinqui poteſt. Paulo poſt autem pro παρουσίᾳ legitur παῤῥησίαν. ſed vt in alio loco qui in præcedentibus habetur, παῤῥησίαν pro παρουσίαν probaui, ita hic viciſſim improbo.

p.150.a.9. Poſt μὴ δυνάμενος habent quædam exempl. μὴ βουλόμενος.

pag.151.b.5.Pro συγγράφεσθαι habetur in quibuſdam ἐμπλέκεσθαι.

Ibid.e.7.Quidam codices habent ἱδρύσειν, quod magis proprie de hac re dicitur quam καθεστήσειν.

p.152.3. Non dubiũ eſt quin pro καταπιχνικῶς ſcribendũ ſit πιχνικῶς, præſertim quum etiam veterum codicum autoritate hæc lectio nitatur. Nam καταπιχνικῶς nuſquam alibi extare, ac ne dici quidem, exiſtimo. Quod ſi dicatur, repugnantem potius ſententiæ huius loci ſignificationem habiturum videtur. Paulo poſt autem pro νίμη repoſui νέμει. quoniam non intelligit Plutarchus, ἀρκεῖ αὐ νίμη, ſed tantum ἀρκεῖ αὐ θολάζη. quod recte animaduerterunt & interpretes.

P.153.c.Pro δέοντος habetur etiam πρέποντος.quod magis mihi placet.

Ibid. e. 3. Pro μακάρεσι omnes noſtri codices habebant κάρεσι: quidam vero & μίγισι pro ξένοις.

p.154. a. 10. Legitur etiam δι' αὐθαδείας: quod vocabulum magis frequens eſt.

p. 160. e. 6. Pro ὑπὸ πάντων ὄντα legitur etiam ὑπὸ πάντων ὠθούμενα, quod ab omnibus lubentius receptum iri puto.

p.165.e.1. Athen. & Pollux quædam afferunt ex Eupolidis comœdia inſcripta nomine δῆμοι: vnde ſuſpicari quis poſſit δῆμοις hîc pro δημοσίοις eſſe ſcribendum.

p.168. c.10. d.1. Si participium ἀφιγμένους mendoſum non eſt, aut pro ἀφιγμένων, (itidemque πρέσβεις pro πρέσβεων) aut pro ἀφικέσθαι poſitum eſſe dici poterit, vel potius dicendum erit. Vterque tamen huius participii vſus duriuſculus eſſe videtur, atque adeo poſterior neſcio an vllo

exemplo (quod ex scriptore idoneo petitum sit) confirmari queat. Nam λέγοισιν ἀφιγμένοις pro λέγοισιν ἀφικέσθαι quis dicit? Faceor enim participium pro infinitiuo plerisque locis, & iis quidem diuersis, adhiberi: sed quorum nullus (quod quidem sciam) isti sit similis. alia enim est natura (vt ita dicam) eorum verborum quibus participium pro infinitiuo iungit, quam huius λέγειν. Ad priorem autem vsum quod attinet, scio quidem vsitatissimum esse Atticis accusatiuum pro genitiuo absoluto, sed præterquam quod hic scriptor non frequenter atticismum illum vsurpat, cum alio potius participio (id est aliam significationem habente) quam cum isto, vsurus eo fuisse videtur. Adde quod Attici à genitiuo absoluto potius ad accusatiuum transire solent quam ab accusatiuo ad genitiuum: quod tamen hic à Plutarcho fieri dicendum fuerit, si priorem illum participii vsum hic admittamus. Lectoris tamen arbitrio hæc relinquens, hoc tantum adiicio, si πρέσβεις ἀφιγμένους accipiatur pro πρέσβεων ἀφιγμένων, tunc post λέγοισι ὅ, interpungendum fore. quoniam hoc verbum ad infinitiuum εἰπεῖν feretur.

169.a.7.] Legitur etiam πρὸς ἐνδειξιν τῆς φρονήσεως.

P.170.e.9.] In quibusdam non simpliciter πόλιν, sed ἅλω πόλιν scriptum est.

P.171.f.4.] Pulchra hic emendatio ex vet. cod. adhibita fuit voci πονηρός: reponendo videlicet δαπανηρός. quã emendationem & quæ sequuntur confirmant, γυναικὶ νέᾳ καὶ πολυτελεῖ συνοικοῦν. Interpretes tamen nec antiqui exemplaris nec coniecturæ auxilio adiuti, mendosam illam lectionem πονηρὸς sequuti sunt. Vnus enim ita vertit, Siquidẽ maximus iustæ stirpis Xanthippus filius, cum sua sponte erat prauus, tum vxorem iuuenem sumptuosamque duxerat. Hunc patris offendit frugalitas in suppeditanda minutarum pecunia restrictioris. misit itaque ad amicum quendam, à quo patris nomine nummos accepit mutuo. Alter sic, Legitimorum enim ipsius filiorum natu maximus Xanthippus, ingenio prauo, maritus præterea iuuenis ac prodigæ vxoris, patris parsimoniam ægre ferens, tenuiter ei sumptus & non confertim suppeditantis, misit qui ab amico quodam pecuniam quasi iussu Periclis peteret. At multo magis conueniet hæc emendatam lectionem sequens interpretatio, Xanthippus tum natura sumptuosus, tum mulieris & iuuenis & profusæ maritus, misit qui pecuniam, &c. Nam quod pecuniam ab amico patris expiscatur, & quidem tanquam nomine patris eam accipiens, hoc certe hominis δαπανηροῦ potius quam πονηροῦ est factum. quoniam quum homini δαπανηρῷ nullæ pecuniæ satis esse possint, non mirum est si nouas subinde artes earum contrahendarum excogitet. Sed quæ postea fecisse traditur, homini πονηρῷ conueniunt, dicet quispiam. Quid tum? non loquitur Plut. de eo quod postea contigit, sed de eo quod fecit vt hunc iuuenem ἀκείβειαν patris offenderet. si enim δαπανηρὸς non fuisset, illam patris ἀκείβειαν patienter fortasse tulisset. Libuit autem in huius lectionis explicatione immorari, tum vt ostenderem quã multa sint quæ scriptoribus affingimus corrupta exemplaria sequentes, (quemadmodum qui Demosthenis paruum caput esse dicebat, quod in exemplar incidisset habens μικρὰ κεφαλὴ pro μιαρὰ κεφαλὴ) tum vero vt ostenderem me non nisi firma ratione nitentem hanc lectionem (sicut nec aliam vllam, quoad fieri potuit) in locum alius reposuisse.

Obiter autẽ lectorẽ monebo & de alio quodam huius loci verbo, non quod emendatum id quoq; in ista edit. fuerit, sed quod ex iis sit quæ Plut. sibi peculiaria, aut certe cũ paucis eorum qui extãt autorum cõmunia, habere videri potest. Vocabulum illud est ἀκείβεια, de parco homine dictum. cuius vocis hac in re significationem haud scio an assequi Latina lingua possit. Interpretum vnus frugalitatẽ, alter parsimoniã reddidit: hic quidem rectius quam ille, sed nec ipse tamen vocis Græcæ vim assequens. Ego vero de ista signif. aliud dicere nõ possum quam quod in Thesauro meo Græcæ linguæ scripsi, nimirũ vtranq; linguã eodẽ metaphorę genere in exprimendo homine tenaci vti. quoniam Latini eũ qui tenax est & parcus, attentũ vel attentiorẽ ad rem esse dicunt. Qui autẽ ad aliquid attentus est, is certe est ἀκειβὴς, i. faciens ἀκειβῶς (hoc est exacta diligentia) illud ad quod est attentus. Quoniam autem qui ad rem est attentus, ἀκειβῶς (id est exacte) accepti & expensi rationes sibi reddi postulat, apte profecto ἀκείβεια de tenacitate dicitur. Et quoniã in mentionẽ incidi vocabulorũ Plutarcho peculiariũ (aut cum paucis communium, vti dixi) addam & aliud quod quũ vulgo hanc ipsam peculiaris significationem habeat, ab eo ita vsurpatur vt vix absq; periphrasi interpretatio illi adhiberi possit. Vocabulum de quo loquor, est ἴδιος. in eo quidem certe vsu quẽ habet supra in Themistocle, de illo enim ita scribit, ἴδιος δέ τις ὢν πᾶσι βουλόμενος εἶδ, χωρίον μὲν ἐπρεάσκων, ἐκέλευε κηρύττειν ὅτι καὶ λείπνα χρηστὸν ἔχει. Quod enim vocabulũ in Latina lingua reperies (etiamsi omnes eius scriptores diligentissime excusseris) quo possit vno vnum hoc Græcum exprimi? Merito igitur ad periphrasin confugerunt interpretes: quorum vnus hæc verba, ἴδιος δέ τις ὢν πᾶσι βουλόμενος εἶδ, ita vertit, Quum omni in re facere aliquid vellet singulare: alter autem ita, Omnino autem omnibus in rebus aliquid peculiare affectabat. Ego meam interpretationẽ his non addam, monuisse contentus hoc etiam vocabulum ἴδιος in eo quem hic habet vsu, esse in Plutarcho ἴδιον.

P.172.a.7. Longe aliter scriptus est hic locus in quibusdam exemplaribus: hoc videlicet modo, πυνθάνου γάρ τινος ἀκουσίως παρεξαυτῆς Ἐπίτιμον τὸν Φαρσάλιον ἀκουσίως, ἐκ τοῦ κατεκτίνατο. vbi quod ad proprium nomen attinet, scripturam alteram magis probo, vt Ἐπίτιμον quadrisyllabe scribatur: de cæteris autem, nisi ex alio scriptore eandem historiam referente, iudicium ferri non potest: quum ex sequentibus vtrumne ipse Epitimius an eius equus occisus fuerit, colligi non possit.

Ibid.a.9.] Legitur etiam ἢ τὸν βαλόντα μᾶλλον. quod μᾶλλον tamen non ad βαλόντα sed ad ἢ pertinet. dictum enim fuerit (si hanc lectionem sequamur) pro ἢ μᾶλλον ἢ βαλόντα.

Ibid.c.1.] Post γνησίων in quibusdam additum est ὑῶν: sed hoc substantiuum subaudiri potest.

Ibid.d.4.] Pro εἰσηγήσατο, legitur etiam ἠπίσατο.

Pag.173.d.5.] λίσκοντας pro πτήμασι scriptum est etiam μυθεύμασι.

p.174.d.3. Pro εὐφραγίαν reposui valde diuersæ significationis vocabulum, ἀφραγίαν: sed & tertiam lectionem, ἀργίαν videlicet, reperiri sciendum est. Ad illam quidem quod attinet quæ in Aldina & Florentina editionibus extat, nimirum εὐφραγίαν, ferri nullo modo potest. Accerte merito Guil. Xylander dixit se non videre qud hic loci haberet accusatiuus ille εὐφραγίαν: & tres afferens quorum vnus pro isto reponendus sibi videretur, in tertio tandem scopum attigit. nam se ἀφραξίαν, aut δυσπραγίαν, aut ἀφραγίαν malle dixit. Neque vero minus conuenire Scopum attigisse dico in tertio, quoniam illud ipsum est quod in quibusdam vetustis codicibus extat. Alioqui certe ἀφραξίαν eadem ratione qua ἀφραγίαν admittere possemus. At vero ex accusatiuo δυσπραγίαν nescio quem sensum elici posse existimarit. Iam vero quod attinet ad alteram vet. cod. lectionem ἀργίαν, eam accedere quidem ad nostram, minus tamen aptam esse, dico.

p.175.6.] Pro Καλλίμαχος reposui Κάμιλλος.

Ibid.d.9.] Aliam ex vet. cod. lectionem non habeo quam ἀθεραφής, sed ex mea coniectura aliam affero, ἀθεραπής. de quo vocabulo disseruí in Thesauro.

p.176.e.] Repone αὐτῆς pro αὐτῆς.

p.177.a.2.] Legitur etiam ita, τῷ δὲ ἡ γνώμη πίστιν ἔχουσα τῷ συμφέροντι.

Ibid.e.5.] In superioribus editionibus habetur, ἀφύκτους ἡγουμένων ὑποείας.

p.179.c.8.] Repono κινδυνεύσοντος pro κινδυνεύσαντος.

p.181.b.5.] Legitur etiam οἱ δὲ πλεῖστοι.

Ibid.c.2.] Pro partic. αἰαστρεφομένων, in superioribus editionibus est αἰαστρεπτμέων: in quodam autem vetusto codice est ὑποστρεπομένων.

Ibid.c.5.] Pro ταύτῃ legitur etiam τούτων: & in proxime sequente versu χαλαζῆς pro ζάλης.

Ibid.e.1.] Magno hic errore antea αὐτῆς pro αἰτῆς siue ἀετῆς legebatur.

Ibid. e.10.] Pro τῆς πολεμίας quidam codices habent Ἀνείσω.

P.182.b.5.] Pro ἡλίκῃ repono ἡλίκῃ. alioqui verbum ἐχρήσατο accusatiuo iungi dicendum esset. Neque enim hæc orationis forma, καταγεφυρῶ δυνάμιν τηλικαύτῃ ἡλίκῃ πρὸς οὐδένα ἐχρήσατο, similis est illi, χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, & similibus.

Ibid. b.9.] Post Ῥωμαίων legitur in quibusdam ἐμβαλόντες. Quod si quẽ offendat ἐμβαλόντες masculinũ cũ fœminino μειράδες iunctum, & in ἐμβαλοῦσαν mutandum putet, meminerit μειράδες nomen esse collectiuum, & in huiusmodi locis non πρὸς τὸ φανὲν seu τὸ λέξιν, sed πρὸς τὸ σημαινόμενον respici. Sic apud Thucydidem legimus, lib. 4. pag. 144. meæ editionis, in fine, αἱ δὲ τῶν Μεγαρέων σπονδαὶ φοβούμεναι, οἱ μὲν, μὴ τοὺς φεύγοντας σφίσιν ἐσαγαγὼν, &c. nam & hic non αἱ sed οἱ cum σπονδαὶ iungitur. Sed possit etiam participio ἐμβαλόντες & quouis alio carere ille Plutarchi locus, vt videlicet μέγα δίος per appositionem dictum intelligatur, aut etiam οὖσαν subudiatur.

Pag.186.d.7.] Pro οἰόμενος legitur etiam οἰόμενος: quod reponendum censeo.

p.187.

P.187.a.9.) Stare non posse hanc lectionem προδιηλεγμένος, manifestum est. Si προδιηλεγμένος reponatur, erit pro προδιαλελεγμένος, & sonabit Ante colloquutus. Vnus interpretum ita vertit, Iuuenis qui ante cum Brutio rem adhibita sorore composuerat, Alter, Iuuenis quem sororis interuentu rem cum Brutiorum præfecto composuisse diximus.

p.189.d.5.) Debuit audacter καταπιαμβήμενος in contextu reponere.

p.190.b.8.) Non dubito quin Plutarchus sicut ἐμπαιηγυείσαι, ita etiam ἀποτρόσαι scripserit.

Ibid.f.5.) In quibusdam cod. scriptum est κῦ κράτος νικήσαντος.

p.191.d.1.) Verba hæc καὶ καθαρώτατον, ex vet. cod. accesserunt.

Ibid.f.3.) Vide an malis εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας, vt veteres quidam libri habent.

p.192.b.4.) Apud Aristoph. in Vespis (vbi extat hic locus) legitur Θέωλος, non Θεωλον: itidemq; apud Hermogenem nominatiuus ille, non hic accusatiuus habetur. Quod ad sensum tamen attinet, vtrouis modo scribamus, perinde est.

p.195.c.7.) Legitur etiam γράμμα.

p.198.b.2.) Post κραυγῆς in quibusdã adiectum est καὶ ὀργῆς.

p.199.b.2.) Legitur etiam φιλοτιμίας pro φιλανθρωπίας.

p.203.c.d.) Scribendum censeo ὅ, π, non ὅπ.

p.205.b.4.) Vide num scribendum sit vt à voce παλιμπροδοσίαν. Mihi quidem certe magis placet: vt παλιμπροδοσία eodem modo dicatur quo παλιμπροδότης. Vsus est autem hoc cõposito Dinarchus teste Polluce: ex recentioribus autem Appianus, de quodam Menodoro qui rursus ad Pompeium ab Octauio transierat, ὢν φύσει παλιμπροδότης.

p.206.b.1.) Non dubito quin διαπροθέσθαι legi debeat.

p.207.b.1.) Rectius scribetur αὐτῆς.

Ibid.c.9.) Vox ἀπίστου quæ hic sicut & apud Xenophontem habetur, in vocem mutanda est quæ prima fronte nemini non videatur esse deprauata. Ea est ἀπίστοινα, cuius certe magna sunt in Aldina edit. vestigia, habet enim απίωνα πινῶνη: at vero Florentina, ἀπίστου ἀπινῶνη. Vtram istarum editionum minus veram lectionem corrumpere dicas? Imo eam velut inter se partiti videntur, quũ ἀπίστοινα legendum sit, vt dixi: si modo purũ & putũ Laconis huius sermonem audire volumus. Vt autem tam audacter hac de re loquar, facit quod apud Eustathium me legere memini. Sciendum est (inquit) esse & verbum σύω, per ο. cuius imperatiuus sit σύοθι apud Sophoclem, ex σύεσθω factus per synæresin. Hinc autem & Doricum verbum ἀπίστοινα, vt ostendit dictum illud, Ἔῤῥει τὰ καλά· Μίνδαρος ἀπίστοινα, id est, αφώρμησεν, ἀπῆλθε, τέθνηκε. Quinetiam alio in loco verbum istud ἀπίστοινα pro Laconico agnoscit. Adeo vt iam de hac scriptura dubitare non possimus quin simul de huius tanti viri fide dubitemus. At vero illud ἀπίστου, quod & apud Xenoph. legi dixi, (Hellen. lib. 1. non procul ab initio) ex alicuius emendatione profectum esse credibile est cuius autes illo ἀπίστοινα offenderentur. Vt porro obiter & reliqua verba huius epistolii, vere Laconici, (id est, verum vtroque modo Laconismum habentis) examinentur, malim etiam πῶνδρες, vt & apud Xenoph. legitur. An autem ἀπορέομες in ἀπορείομες mutandum sit, quod ambæ illæ editiones habent, Aldina & Florentina, pronunciare in præsentia non possum: sed interpunctionem quam eædem habent post ἀπορείομες, merito in hac nostra fuisse sublatam dico: vt ἀπορείομες siue ἀπορέομες cum sequentib. iungatur, sicut apud Xenophontem. Verum libet & de interpretatione illorum verborum ἔῤῥει τὰ καλά, aliquid dicere. Mihi enim καλὸν vel potius κάλλιστον hoc loquendi genus videtur, ἔῤῥει τὰ καλά. Hoc vnus interpretum ita vertit, Effluxerunt præclaræ res: alter breuius, Actum est. At ego valde quidem verbum hoc Actum est, probo: sed aliquid addendum fuisse dico. Videat igitur lector annon potius hoc (aut certe simili) modo interpretari hunc locum oporteat, Actum est de rebus prosperis, vel de prospera fortuna. Aut ita, Pessum eunt res nostræ. Sub hoc enim loquendi genere Pessum eunt, mutatio status rerum ἀπὸ τῶν καλῶν εἰς κακὰ comprehendi fortasse possit.

209.f.4.) Ex vet. codic. repositum fuit ἔδρασε pro ἔχαφα.

p.210.e.10.) Scribendum arbitror οὕτως αὐ τρόξη.

p.211.a.2.) In aliis editionibus deest τρόπον.

213.f.1.) Habent cum aliæ editiones quæ hanc præcesserunt, tum vero Aldina & Florentina, ὄνομα pro ὁ Νουμᾶ, vel ὁ Νομᾶ. Nam & in ipsius vita legitur hoc nomen in vetust. codicib. absque υ pletisque locis. atque adeo error hic scripturam illam ostendere videtur: quum facilior fuerit lapsus ex ὁ νόμα in ὄνομα quam ex ὀνοῦμα. Neque tamen illam sine υ scripturam huic præfero. sed hoc tantum addo, quod huic Plutarchi loco contigit, idem alii eiusdem contigisse. Siquidem in opusculo quod περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης scripsit, legitur itidem ὄνομα συγκλειδοῦς pro ὁ Νομᾶ vel Νοῦμα συγκλειδοῦς; & quidem in Aldina etiam editione. Ita enim ibi legitur, pag. 518. πρῶτος μὲν γὰρ ἱδρύσατο τύχης ἱερὸν Μάρκος Ἄγκος ὄνομα συγκλειδοῦς, καὶ ἱππάρχης ὑπὸ Ῥωμύλου γενόμενος βασιλεύς· vbi etiam Μάρκος pro Μάρκιος perperam scribi vides.

p.217.c.10.) Satius fortasse esset particulam δὲ hinc abesse.

p.220.a.1.) Consueta orationis ἀκολουθία postulat ἐκπαιδεύσειν & δεικνῦσιν, vt cohæreant hæc cum præcedentibus, ἕως ἂν πῖς μαθοῦσι. Illam tamen scripturam Plutarchi esse puto.

Ibid.c.5.) Hic μηδὲν pro μηδένα perperam scriptum esse puto, sicut alibi οὐδὲν pro οὐδένα.

p.221.d.) Deest infinitiuus ἔχειν in aliis editionibus.

Ibid.f.5.) Verba hæc καὶ δάκνοντι desunt itidem in illis.

p.223.f.4.) Antea legebatur διαστάσει pro διαπάσει. quem errorem librarii apud Galenum itidem commisisse comperiuntur.

p.224.a.4.) In aliis edit. ista prioribus legitur ὁμοῦ τοῖς πεμπόντων, sine genitiuo πάντων, sed recte additum hunc fuisse ex vet. codicibus ostendunt cum alii huius ipsius operis loci, tum vero hic in Poplicola, πόνον τὸν ἀνδρὸς Μουκίου ὁμοῦ τῶν πάντων καὶ Σκαίολαν καλουμένων.

Ibid.c.4.) Pro κακῶσαι legitur etiam καλοῦσαι.

Ibid.d.10.) Lego cum vet. cod. πλείστοις καὶ Οὐολούσκοις.

p.227.c.5. Deesse γὰρ post ἦν, an potius locum hunc ex iis esse quorum antea mentionem feci (in quibus videlicet oratio absque particula inchoatur) dicemus?

P.228.a.9.) Nemo dubitauerit (vt opinor) quin datiuus καθιζομένῳ in locum genitiui καθιζομένου substituendus sit. Vt autem obiter & de loci huius interpretatione lectorem moneam, vnus interpretum vocem ὄχλου male, alter bene reddidit. Vnus enim ita hunc locum vertit, Quippe per hostium castra ducti conuenerunt sedentem in cœtu & cum fastu intolerabili. Alter autem hoc modo, Ducti enim per castra hostium, inuenerunt eum animo conturbato & horrenda cum seueritate inter primores Volscorum sedentem. Hunc certe verba illa μετ' ὄχλου recte interpretatum esse dico. ὄχλος enim hic non de cœtu sed de animo quem curæ & solitudines conturbant, minimeque tranquillum esse sinunt, vsurpatur. Conuenit autem huius vocabuli interpretationi participium Conturbatus, quum Cicero duo hæc Tristis & Conturbatus, alicubi copulet. Quod si cœtum vel turbam significare hac voce Plutarchus voluisset, non dixisset, μετ' ὄχλου καθιζομένῳ καὶ βαρύπτοτος sed ἐν ὄχλῳ καθιζομένῳ μὴ βαρύπτοτος. Verum quod ad alteram illam nominis ὄχλος significationem attinet, hac quidem rariorem esse fateor, non adeo tamen vt Dionysius Halicarnasseus inter Thucydidis idiomata hunc quoque vocabuli istius vsum numerare debuerit. Recensens enim masculinorum & fœmininorum nominum neutrorumque αἰτιοπαταξεις, ὀκλοβοκιγας τῶν σωμάτων γραμάτων) vt eius verbis vtar) affert πάεχον pro πεφόβηκα, itidemque ὄχλον pro ὄχλησιν. Atqui apud Euripidem quoque & Sophoclem ὄχλον pro ὄχλησιν, necnon apud Isocratem & Demosthenem habemus. Hic enim in sua περὶ στεφάνου oratione dixit, μάστιγον ὄχλον τοῖς περὶ τούτων λόγοις νομίσαντες. Esse enim & hic ὄχλος positum pro ὄχλησις, ne ipse quidem Dionysius inficiari ausit. Sed eum alibi quoque falso quædam in Thucydide (cuius certe scriptis perlibenter obtrectabat) tanquam nimio καινοπρεπείας studio ab eo in sermonem Græcum inuecta, reprehendisse animaduerti. Iam vero quod ad significationem attinet, quamuis Plutarch. dixerit & ipse ὄχλον pro ὄχλησιν, paulo tamen aliam illi voci significationem tribuit quam Demosthenes (vt de cæteris taceam) in illo quem modo protuli ex eius περὶ στεφάνου oratione loco. Neque enim dubium est quin molestiam & tædium eo nomine declarare voluerit. Eodemque apud Thucydidem modo δι' ὄχλου τῖ accipi videtur pro molestum esse, seu tædiosum. verum sicut in illo Plutarchi loco vnum ex interpretibus posterioribus (de his enim loquor, quod priores minime digni censendi sint qui eodem loco habeantur) male interpretatum esse vocem ὄχλου docui, sic apud ipsum Thucydidem in eius interpretatione errasse Vallam sciendum est. Quum enim ita loquatur Thucydides vel Athenienſium legatus apud Thucydidem, τὰ δὴ Μηδικά, καὶ ὅσα αὐτοῖς ξύνεστι, εἰ καὶ δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται ἀεὶ προβαλλομένοις, ἀνάγκη λέγειν, Valla hæc ita interpretatur, At gesta bello Medico, & quæcunque ipsi nouistis, etsi propter vulgus magis sunt assidue prædicanda, tamen commemorari necesse est. Vbi etiam pro genitiuo

ὄχλου cum accusatiuum ὄχλον legere videmus. Atqui δι' ὄχλου recte legitur, nec aliud est δι' ὄχλου ἐς αι quam ὀχληρὰ ἔσται. adeoque sensus illorum verborum est hic, (vt etiam admonui in iis quæ margini illius editionis circa hunc locum adscripsi) Etsi molesta vobis & odiosa erunt, quod ea subinde allegemus, vel proferamus. Quidam tamen (vt ibidem docui) aliter verba illa interpretanda putauerunt, nimirum ita, Tametsi vobis obfutura sunt. Sed ego tertiæ huius significationis (de iis loquor quas habet quum pro ὄχλησις ponitur) exemplum desidero: nec alia de causa excogitatam esse puto quam quod alioqui datiuus ille προβαλλομένοις negotium facesseret. quum dicendum potius fuisset (accipiendo δι' ὄχλου ἔσαι pro ὀχληρὰ ἔσαι, Molesta erunt, Tædio erunt, Molestiam & tædium afferent) ἡμῶν ἀεὶ προβαλλομένων, vel διὰ τὸ ἀεὶ προβάλλεσθαι. verum Thucydidem loqui cogitandum est, apud quem alios casuum pro casibus vsus non minus καινοφορίας habemus. Sed vereor ne hunc de vocabulo ὄχλο. sermonem longius quam statuissem producens, interim ὀχληρὸς lectori fiam.

Ibid. c. 6.) Hic πάντα esse plur. neutrius generis, ex Thucydide apparet: vnde Plutarchus hoc loquendi genus (sicut & alia pleraque) mutuatus est.

Ibid. f. 2.) Fortasse γινώσκειν cum his verbis ὐκ οὖσαν ἄδειαν iungi debet.

p. 231. d. 5.) Legendum potius existimo μόνης.

p. 232. a. 4.) Rectius fortasse scribetur ἀπιστίᾳ in dandi casu.

p. 233. f. 5.) Pro οὐδὲν scribendum puto οὐδένα. Sic supra pro μηδὲν legendum videri μηδένα admonui.

p. 234. b. 4.) Deprauatus est hic locus in editionibus quæ hanc præcesserunt. Aldina enim habet, οὐπιχθεὶς: Florentina autem (vt cæteras omittam) οὐτ' ἐγχθὲς. Atqui nemo mihi negare possit quin vera lectio sit οὐπιγχθὲς: ab ea nimirum verbi πίγημι significatione metaphorica qua dicitur aliquis esse ἄπηκτος, qui rigidus est seu rigide in sua sententia persistat: cuius animus videlicet nullis precibus emolliri & flecti potest, atque à proposito dimoueri. adeo vt πίγειν in huiusmodi locis id sit quod ipse pag. 434. vocat καταπλᾶν & συμπρίβειν τὴν ὀργήν. vbi perperam καπίκλασι pro καπίκλασε superiores editiones habent. Nemini autem mirum esse debet si talia menda à conferentibus inter se exemplaria plerunque non animaduertuntur, quum nostra pronuntiatio vnam scripturam ab altera non discernat. Cæterum videndum est an pro αὐτὰν (quod tamen ferri potest) scribendum sit αὐτὸν.

Ibid. c. 6.] Verba hæc, πεθῶν καὶ πλεθεῖν vtrinque interpunctionis nota inclusi, ne παντὶ πᾶσι cum πεθῶν iungeretur. Quod autem attinet ad verbum ἐθεράπευε, significatio eius minime intellecta fuit, quum ad Tissaphernem relatum fuerit: perinde quasi dicatur Alcibiades illum θεραπεύειν: Plutarcho contra significare volente ἐθεράπευε μὴ φθαρῆναι. id est, τὸ μὴ φθαρῆναι. Quem verbi θεραπεύειν vsum multo minus frequentem altero esse fateor, sed cuius tamen apud hunc ipsum scriptorem exempla non desint. Ac necui nouus hic verbi illius vsus videatur, apud Thucydidem extare sciendum est. Legitur enim lib. 6. pag. 217. meæ editionis, θεραπεύοντες τὸ, τὸ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σικελίᾳ θεραπόντας τὸ σφετέροις καὶ πολεμίοις μὴ θορυβεῖν. Est autem θεραπεύειν τινὸ τὸ μὴ γίνεσθαι, Operam do ne hoc fiat. Proprie tamen non sonat simpliciter Operam do, sed Aliquem obseruando seu demerendo operam do vt &c. quæ expositio loco Plutarchi valde conuenit. Neque vero præcedente duntaxat negatiua particula infinitiuo iungitur, sed absque illa etiam. Interdum infinitiui quoque locum obtinet subiunctiuus præfixo aduerbio ὅπως. vt lib. 1. pag. 7. καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι οὐχ ὑποτελεῖς ἔχοντες φόρου τοῖς ξυμμάχοις ἡγοῦντο, κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ σφίσιν αὐτοῖς μόνον δημοτικῶς ἔπως πολιτεύσουσι θεραπεύοντες. vbi scholiastes hunc verbi θεραπεύειν vsum non intelligens, perperam cum accusatiuo ξυμμάχους iungit, repetito ex proxime præcedente versu: sicut ibi perperam eundem accusatiuum cum ἡγοῦντο iungit, antiptosin esse tradens.

p. 237. d. 7.] De vsu quem hic particula ἐπεὶ habet, lege quæ initio harum annotationum scripsi.

p. 238. c. 6.] Quidam vet. cod. non habent καὶ φόβον: quos lubenter sequor. Contra vero paulo post addunt ὡς ἔοικε post οὐ μόνον.

Ibid. c. 6.] In præcedentibus editionibus legitur ἀνεπκρίνατο, quod vel pro ἀπεκρίνατο (vt hic habes) vel pro ἀνὴπκρινατο scriptum dici potest.

p. 240. b. 6.] Rectius scribetur ἐμμενεῖν.

p. 244. a. 5.] Malim ἀνεπήδησεν.

p. 248. a. 4. Εμ'.] Legitur etiam θωρεῖσθαι, quod malo.

p. 252. a. 3.] In præced. editionibus legitur σωπεθέντας: quod stare non potest, sed mutandum fortasse fuerit in σωδεθέντας potius quam in σωπεθέντας.

p. 253. c. 6.] Scribendum potius ὑφ' ἑαυτοῦ.

p. 255. c. 5.] Rectius sequentibus videtur iungi ἤδη.

p. 256. f. 4.] Pro κινημάτων repono κίνημα τῆς, item γλυκύθυμον, pro γινομένων. & ὡς Γνεία præcedentibus potius iungo.

p. 263. c. 7.] Accusatiuus hic ὑποβολαὶ repositus fuit pro accusatiuo ὕλας. Sic autem sæpe apud historicos legimus καταλαβεῖν τινὰ ὑποβολαὶ.

p. 269. d.] Scribendum potius αὐτῆς.

p. 275. e. 10.] Ita vet. cod. non ἐμπτρησιν. vt in vulg. edit.

pag. 277. e. 9.] Merito suspectus hic locus fuerit, tanquam non ita scriptus à Plutarcho: quum pro ἱπαμὸς videatur potius scripturus fuisse nomen proprium eius de quo verba facit. Neque enim Græcis mos est ita scribere, ὃ γ' ὁωῦ (vel ὁ γρωῦ) παρ' Ἀνπηρόνῳ γλυφόμενος Θρασὺς, φαῦλος δὲ &c. vel ὃ γ' ὁωῦ παρ' Ἀνπηρόνῳ γλυφόμενος πλημπρὸς &c. sed potius nomen proprium ponitur, deinde epithetum additur, hoc modo, ὃ γ' ὁωῦ παρ' Ἀνπηρόνῳ γλυφόμενος Ἀρνᾶος, Θρασὺς μὲν, vel ἱπαμὸς μὲν, φαῦλος δὲ &c. Hoc autem facit vt pro Ἱπαμὸς scribendum videri queat Ἱπαμος, retracto in primam syllabam accentu, vt videlicet sit nomen proprium: aut certe dicendum ante ἱπαμὸς deesse nomen eius de quo ista narrantur, & post ἱπαμὸς desiderari particulam μέν.

p. 279. c. 9.) Post νὴ Δία aut post πύτῳ addendum censeo ἔφη. nisi quis sub participio δείξας subaudiri posse existimet. Sed huius subauditionis exemplum desiderauerim.

p. 281. a. 1.) Pro ἔφη scribendum fuerit ἄν. aut expungenda particula ὡς. talem enim eius pleonasmum ex linguæ Græcæ consuetudine nequaquam esse puto.

Ibid. f. 3.) Refertur & alibi à Plutarcho hæc historia, nimirum in libello De Socratis dæmonio, vbi dicit, ἐπαρωμένη κακὰς ὁδοὺς, κακὰς δὴ ἐπανόδους.

p. 282. e. f. 3.] Deesse copulam καὶ manifestum est: sed hanc potius ante hæc verba ἐν τῇ πόλει quam post, esse ponendam censeo.

p. 283. e. 10. Rectius fortasse scribetur αὐτῆς.

p. 286. e. 3.) Repone κατ' αὐτοῖς.

Ibid. e. 9.] In superioribus editionibus perperam scriptum est διεκθεῖναι. Post δεδομένῳ autem nihil deesse puto, sed subaudiendum relinqui accusatiuum ὁδὸν, ideoque mendo hunc locum carere arbitror.

P. 289. c. 8.] Vereor ne genitiuus hic φωνῆς erroris occasionem præbuerit, id est faciendi συμφωνήσας ex συμφρονήσας. quod vocabulum significationem & huic loco aptam & huic scriptori vsitatam habet.

P. 293. b. 1.) Addo καὶ ante τὸ μὲν πρῶτον.

Ibid. c. 10. Antea legebatur, τοσαύτη δὲ πρὸς τοὺς ἱππικοὺς ὁρμὴ πρὸς ἀπόστασιν εἶχε καὶ χαρὰν τῶ μέλλοντος.

P. 299. e. 3.) Scribendum Πικηνίδος, sequendo Latinam scripturam.

p. 300. a. 2.) Rectius τῆς πατείων, vt paulo post.

Ibi. b. 1.) Post μεμιθωμένῳ participium ἔχων vel aliud quodpiam desiderari puto.

Ibid. b. 8.] Pro ἐλλείμματος scribitur etiam ἐγκλήματος.

Ibid. c. 6.] Μινουκίου scribe, vt alibi.

301. a. 1.) Pro ὀλίγιστον non dubito quin reponi debeat ὀλιγόστον.

Ibid. c. 2.) Non videtur πᾶσι locum habere hic posse, ideoque in πάσαις esse mutandum.

Ibid. f. 5.] Non εὐκεαίου, sed εὐκτάνου præcedentes editiones habent, Aldina saltem & Florentina. sed illa lectio ex vet. cod. pro hac reposita fuit. Vnus interpretum vertit, Quercus votiuæ, alter, Quercus eximiæ. Ego autem in εὐκεαίου nos ad veram quidem lectionem propius accedere, sed nondum veram lectionem habere puto. eam enim esse εὐκεάτου, arbitror. & εὐκέατον δρῦν esse quod Virgilius fissile robur appellauit, sicut Homerus εὐκέατον κέδρον dixit.

P. 302. a. 9.] Manifestus est in voce ἀγῶνος error pro αἰῶνος: licet Aldina quoque & Florentina editiones hanc, non illam, scripturam habeant.

Ibid. b. 4.] In quibusdam exemp. legitur ἐπίμιος pro ὦ πίμπ).

enim in istis totus hic locus scriptus est, καλεῖται δὲ ὁ μὲν θεὸς ὀπίμιός τε καὶ φερέπειος Ζεύς. Quam lectionem ambabus manibus amplector: quoniam vt cognominis Pheretrius hic ratio redditur, sic statim post cognominis Opimius. Sed pro ὀπίμια reponendum ibi fuerit ὀπίμα: quum opima spolia, non opimia, dici à Latinis notissimum sit. Quinetiam apud Dionem ὄπιμα, non ὀπίμια, scriptum est lib. 44. pag. 159. editionis patrismei. Erat autem & pro φεέρε (id est Ferire) perperam scriptum φέρειν in præced. editionibus: sed tum ex veterum codicum autoritate, tum ex collatione cum alio ipsius loco repositum illud fuit. Locus ille est in Romulo, τὸ δὲ πλῆξαι, φεέρε Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Possent tamen talia ac deberent etiam fortasse vel ex sola Latinæ linguæ peritia emendari.

Ibid. f. 3 Interpunge non post Μαρκελλου, sed post καπέφευγον: quod verbum ex vet. cod. adiectum fuit.

P. 305. e. 4.) Pro ἄλογον scriptum est etiam αἰάλωτον.

Ibid. f. 1.] Rectius fortasse scribetur καὶ βαναύσου.

P. 306. e. 1.] Scribendum potius αὐτῆς.

P. 307. d. 1.] Non dubito quin omissa sit præpositio εἰς ante ὀκῶνα.

Ibid. f 5.] Vel ἤρει vel potius εἷλεν legendum videtur.

P. 308. d. 3.] Malim ἄκων καὶ βιαθεὶς.

P. 309. e. 10.] Reponi debuit ἱκέτι pro ἱκέτης.

Ibid. f. 4. Recte hic Ἐγγυΐοις pro Ἐγγύοις repositum fuit: vt pag. proxime præcedente legitur Ἐγγυΐον. accedit enim Stephani testimonium.

P. 310. b. 8.] Vt χάειν pro χάεισιν scriptum fuit, ita fortasse ἡδεναὶ pro ἡδοναῖς scribi debuit: sed lectio illa χάειν ex vet. cod. annotata erat, non item hæc ἡδεναί. Participium autem κοσμήσας ex iisdem additum fuit.

Ibid. f. 4.] Copulam καὶ omissam esse puto inter βίᾳ & πολέμοις. sic in aliis plerisque locis eam desiderari videmus: ex quibus vnus huic similis est, pag. 562. ἄκων βιαθεὶς, pro ἄκων καὶ βιαθεὶς.

Ibid. f. 5.] In Ald. & Flor. ὀνομάζεται: quod inter ὀνομάζεται & ὠνομάζετο ambiguum est.

P. 312. d. 7.] Scribendum potius πλεῖον ἔχων. vt sit pro eo quod composita voce dicitur πλεονεκτῶν: respondetque ei quod dicimus *Auoir l'auantage*. Paulo post autem quidam cod. habent, τὸν ἔπιρον ἐχθρὸν ἰωάγειν ὕπατον.

P. 313. d. 8.] Legitur etiam ἠπιυμένας pro ἠπιασμένας.

P. 315. c. 10.] Non ἀρχῆς sed μάχης in quibusdam vet. cod. legitur: quam lectionem alteri antepono.

Ibid. d. 5.] Scribo περιξελθεῖν.

P. 316. c. 1. Οὗτος] Pro ἀστὴρ legitur etiam ἀστός. sed illud seruandum esse censeo, vt pote elegantissimam metaphoram habens, & hoc etiam includens quum ἀστὴρ Ῥώμης exponi possit ἀστὸς λαμπρότατος καὶ ἐνδοξότατος. In tertio versu pro ἰωάπαν scriptum est etiam ἰωάπων, eodem sensu.

Ibid. f. 5.] Hunc locum ita scribendum esse puto, ἐνδυῶν μέν τοι τούτοις Πελοπίδα καὶ περὶ Τεγύρας &c.

P. 317. d. 2. τος] Legitur etiam αἰπροθεραπεύμενος, eodem sensu: sed hoc magis vsitatum est. Legitur item μεταβαλῶν, quod etiam rectius scribitur quam μεταλαβών.

P. 318. c. 9.] Legitur etiam πρὸς δὲ δήμων. quam lectionem minime reiciendam esse docui antea.

Ibid. d. 6. Scriptum est & ῥηθέν pro λεχθέν.

Ibid. e. 2.] Pro δίογκον in quibusdam scriptum est δεῖ ῥῆσις ὄγκον, vt hæc mea editio habet.

p. 319. a. 4.] Pro Περσικῶν legitur etiam Μηδικῶν: sicut alibi Μηδικὸν πόλεμον dici videmus: & quidem in hac ipsa vita etiam. Attici quidem certe scriptores Μηδικὰ potius quam Περσικὰ vocabant. Cæterum & pro τελευτῶν quædam exemplaria habent ἀρχῶν.

Ibid. b. 2.] Pro λόγου legitur etiam πλούτου: sed lectio illa magis mihi placet.

Ibid. f. 4.] Pro χαίρειν reposui θαρρεῖν ex vet. cod.

P. 320. a. 5.) Rectius fortasse interpingetur post ὧν πᾶσιν quã post ἐκείνου: vt ὧν πᾶσιν iungatur cum κρατεῖν.

Ibid. d. 5.) Vocabulum κακὸν ex vet. cod. additum fuit. Possit tamen & altera lectio ferri. memini enim me alicubi obseruasse subauditum hoc adiectiuum cum hoc aut huiusmodi verbo eandem constructionem habente: sicut in nostrate sermone id subaudire familiare nobis est, in eodem loquendi genere. Legitur alioqui & infra idem verbum cum eodem nomine, pag. 591. καὶ πυθομένου μήτε κακὸν αὐτῷ Ἀρεσθίδης πεποίηκεν. Vbi etiam animaduertendum obiter poni datiuum, quum hic sit accusatiuus. sed pro αὐτῷ vet. codices habent αὐτόν. ac certe hoc potius quam illo modo Græci loquuntur.

321. b 8.) Inuenitur & ita scriptus hic locus χάειν δὲ ἔχων ἕκαστος τὸ παρ' ἡμέραν ἄρχειν. Cuius lectionis posteriorem duntaxat partem probo, quæ videlicet παρ' ἡμέραν habet. Conuenit enim cum illis præcedentibus verbis, καὶ παρ' ἡμέραν ἑκάστου κρατηθὲν τὸ κράτος ἔχοντος.

Ibid. c. 6.] Pro ἀποδιαζομένους scriptum est etiam ἀποδιδαζομένους.

P. 322. c. 7.] In quibusdam codicibus legitur, ἤχθετο τῇ ὀνομασίᾳ δόξαν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ἐχούσῃ.

Ibid. e. 10.] Pro γράφαντες legitur etiam φέροντες.

P. 323. a. 2. In vet. cod. αὐτὸν, non αὐτῷ. quæ scripturæ diuersitas nihil ad sensum facit, sed hoc potius quam illo modo Græci loquuntur, vt modo dixi.

P. 325. a. 10.] Legitur etiam Κιμωνίδης pro Μυρωνίδης. sed Μυρωνίδου in aliis etiam huius vitæ locis fit mentio.

P. 326. a. 9.] Inuertuntur hæc in quibusdam codicibus. habent enim Ἀθηναίοις δὲ Τεγεάτῃ, atque ita esse legendum, ex sequentibus etiam apparet.

Ibid. b. 4.] Pro εὐγενείας in vet. codicibus legitur συγγενείας. quamuis autem prima fronte lectio quam mea editio habet (sicut & præcedentes) anteferenda esse videatur, defendi tamen & altera potest, si συγγένεια intelligatur quæ Tegeatis erat cum Lacedæmoniis.

p. 330. a. 3.] Hæc verba καὶ τὰς ἀσπίδας ῥιπτοῦντες καὶ συμπλεκόμενοι, ex vet. codicibus inserui.

Ibid. c. 2.] Pro Ἀείμνηστος legitur etiam Διάμνηστος.

P. 335. d. 9.] Post δῆμον quædam exemplaria habent προφῶ.

Pag. 337. a. 2.) Pro Μαρκίου in vet. codicibus scriptum est Μαείου. itidemque infra pag. 623. Μαίου pro Μάρκου.

Ibid. c. 1.) Inuenitur & alia lectio, videlicet, συμφορὰν δὲ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι προφέρω. Hanc autem sequendo, referentur & hæc ad τῷ ἡδονῷ.

P. 338. b. 9.] Pro δαπάνης legitur etiam διαίτης.

Ibid. c. 6.) Malo δεῖπνον εὐτελές, vt in vet. cod.

P. 339. a. 1.) Antea legebatur non ἀγλυνοῖς, sed ἀπνοῖς.

Ibid. a. 8. Legitur etiam ἐπὶ χρόνου, quod malo, vtpote conueniens cum voce χρωκομίαι, quæ subiungitur, Rectius autem scribetur σκυλακεῖναι.

Ibid. b. 2.) Duæ istæ voces ἀφέπις, ὦν, perperam confusæ erant in vnam ἀφεθεισῶν, in præcedentibus editionibus.

Ibid. c. 10. Eædem pro ῥυπσόμενον habent κεῤῥυπωμένον.

P. 340. b. 1.) Lectio quam habent præcedentes editiones πολιτείας pro πολυτελείας, nullo modo stare posse videtur.

Ibid. d. 2.) Est & alia scriptura, τοῖς δὲ πολλάκις ἄρχειν ἀποπειρα'ζοντας.

Ibid. e. 10. Pro Μάρκων in vet. cod. scriptum est Μαίου, vt supra quoque admonui.

P. 341. a. 4.) Post μήτε πόδας habent quidam codices μήτε χεῖρας: quæ verba non necesse videtur addere.

Ibid. a. 9.) Vel περιποιεῖν vel περιποιῶμεν scribendum fuerit.

P. 342. f. 2.) Pro ἐπήρτο in quibusdam vet. codicibus scriptum est ἐπήκτο.

P. 343. a. 8.] In præcedentibus editionibus φαίνεσθαι, sed non dubium est quin φέρεσθαι germana sit lectio: id est Extare.

P. 344. c. 10.] Participium διελάσας in præced. editionibus non habetur. Hoc autem si non addatur, ex δίπλευσε mutuari oportebit participium διαπλεύσας. Verum quum sæpe verba ἀπὸ κοινοῦ repeti videamus, diuersa hæc repetitio ab iis quæ vulgo receptæ sunt, fuerit.

P. 346. b. 2.] Pro ἀνοιχθῆναι legitur etiam πρυτανῆναι.

p. 347. b. 9. Legitur etiam Πορκία βασιλικὴ περιηγορευθῆ.

p. 350. b. 5.] Scriptum est etiam, τῷ δὲ Σωκράτει διατελεῖ. Et versu proxime sequente additum πρὸς Μίνῳ post ἀφάδου. Quæ verba, vt huic loco maxime conuenientia, lubenter recipio: at Σωκράτης pro Ἰσοκράτης, non item.

Ibid. c. 7.] Pro τῇ βασιλείᾳ quidam codices habent τῇ μεγάλου βασιλέως.

Ibid. e. 3.] Merito quis scribendum hic diceret ἀποβαλὼν δέ, nisi alii plerique loci huic similes apud hunc scriptorem, & quidem in hoc opere, essent: vt antea quoque admonui.

p. 351. e. 2.] Scriptum est in nonnullis ἐρχασίας.

Ibid. e. 9.] Legitur & ἀπὸ τυχικῶς.

p. 352. c. 1.] Malo περιανακινεῖσθαι vt vet. cod. habent.

Ibid. e. 2.] Præcedentes editiones non κεκολασμένῳ habent sed κεκλασμένῳ. Illud participium quam hoc malo. sed copulam καὶ (quam etiam habent vet. cod.) illi præfigo, & interpunctionem post νήφουσαν expungo.

p. 355. a 3.] Scribendum puto ὀρῶ.

p. 356. c. 4.] Quædam exempl. habent Κλίαυδρος.

P.361.e.4. In quibusdam est πάξει non διάξει.

P.363.c.3.) Legitur etiam ἄλλο π κτῆμα.

P.364.f.5.) Plutarchum existimo scripsisse καθαρῶς.

P.368.c.8.) Auferendam puto particulam δὲ post ὀκόμιζεν, & simul interpunctionem post ὁρωμένων.

P.369.b.9.) Magis placeret ὁμοίως quam ὅμοιος.

P.362.b.2.) Verbum συνεσπλῶν, licet necessarium, desideratur in præcedentibus editionibus.

Ibid.e.9.) Legitur etiam οἷα εἰς τὸν πρὸς μάχης, &c. Sed hæc verba εἰς τὸν non valde huius loci sententiam iuuare videntur, quum sequatur verbum παρορμᾶν.

P.373.b.7.) Hunc datiuum ὁπλισμῷ substitui in locum datiui ὡπισμῷ. Illum certe comprobat alterum verbale ὅπλισις, quod mox de eadem re dicitur.

P.374.d.10.) Quicunque vel mediocrem linguæ Græcæ cognitionem adeptus est, legendum hic esse δίχα χρόνου, mihi, vt opinor, assentietur.

P.375.f.2.) Mirum certe videri possit quod quum antea in simili loco exemplaria vetera pro τὰς φυγὰς haberent τοὺς φυγάδας, hic contra lectionem illam τὰς φυγὰς & ipsa retineant. Locus autem cuius mentionem facio, extat in Philopœmenis vita, in principio. nam hæc quidem editio habet, τοὺς μὲν φυγάδας κατήγαγον, τὰς μὲν φυγὰς κατήγαγον. atque adeo lectio hæc veterum codicum, aliis qui sequuntur locis confirmatur: vbi legitur, ὅπως ἐάσωσι τοὺς Λακεδαιμονίων φυγάδας καταλθεῖν. item αὐτὸς κατήγαγε τοὺς φυγάδας. Neque tamen τὰς φυγὰς reiici debere existimo.

P.377.a.6.) Accusatiuus κεκοσμημένον repositus fuit pro datiuo κεκοσμημένῳ, quem præcedentes editiones habent. Verum non casus duntaxat in casum mutandus, sed etiam vnum verbum in aliud: nimirum κεκοσμημένον in κεκομισμένον.

Ibid.c.10.) Videri possit abundare particula καί.

Ibid.d.4.) Scribendum puto ὥσπερ π.

P.379.c.8.) Vel ἂ tolli debet, vel (quod mihi magis fit verisimile) scribendum est absque illis spiritus & accentus notis, vt πρῶτον significet: & intelligamus Plutarchum de primo libro historiarum Catonis loqui.

Ibid.e.5.) Repositus fuit accusatiuus hic ὁρκισμὸν pro accusatiuo ὁρκισμόν, quem præced. editiones habent. Nec dubium est quin reponendus fuerit. præsertim quum in Marci Catonis vita legatur itidem, προκαλουμένου δὲ τοῦ Κάτωνος εἰς ὁρκισμόν. Habetur autem & alio huius operis loco idem nomen pro altero positum. atque adeo retinuit lectionem illam vnus ex interpretibus quippe qui verterit, Sponsione Lucium prouocauit. Alter autem ὁρκισμὸν legit, vtpote ita interpretans, Lucioque, si quid dictum falso putaret, iuramentum detulit.

P.381.a.3.) Pro ἐπνίξη legitur etiam ἐφύσησι, eodem sensu. sed ἐξενίξη metaphoricum est: ac videri possit id esse proprie quod Naso dixit Instare morientibus, hoc in versu, *At lupus & turpes instant morientibus vrsi.*

P.382.c.5.) Repositum fuit ὁπλισμοῖς pro πολέμοις.

P.383.b.9.) Legitur etiam ὁπικαλουμένας.

P.387.b.4.) Est & alia lectio, καὶ θαυμαστῆς θρέπτης λόγον.

P.390.d.6.) Pro πολλῶν quidam cod. habent πολεμοποιῶν, sed me huic lectioni non adstipulante.

P.396.f.4. Scribendum puto, πρὸς τὸ πρῶσσι. Dicitur autem ὁρῶ πρὸς τοῦτο, pro Intentus sum ad hoc. Quidam tamen absque præpositione dixisse Xenophontem tradunt, ὁρῶ τὸ παῖν. quæ lectio illam Plutarchi confirmaret, nisi ipsamet suspecta esset.

P.401.b.2. Non dubito quin Plutarchus μνώμενος scripserit: quod hic eleganti metaphora locum habet.

Ibid.e.5.) Verba hæc, ἔσται καὶ πευκαρπῶν ἄλλος, omnino esse d prauata, nemo non videt. Contigit autem illis (sicut aliis plerisque) hæc deprauatio ex eo quod sint γλωσσηματικά, nimirum ex Dorica dialecto sumpta. Quamuis autem veram lectionem plane coniectura assequutus mihi viderer, (& quidem aliquot ante hanc editionem annis) nihil immutandum esse censui: ne quod in aliis plerisq; plerunq; reprehendo, ipse committerem. Illa igitur lectio quam tibi hunc in locum reseruaui, est hæc, ἔσεται καί τευ κάρρων ἄλλος. id est, Te quoque præstantior alius quispiam existet. Quæ sententia quam huic loco sit apposita, nemo, vt opinor, primo aspectu non videat. Ad hanc autem coniecturam me velut deduxit vox κάρρονες quæ in aliis duob. huiusce libri locis legitur. In Lycurgo enim refertur illud à pueris decantari solitum, Ἄμμες δέ γ' ἐσόμεθα πολλῶ κάρρονες. vbi & præcedentes editiones habent quidem recte scriptum κάρρονες, sed male πολλῶν pro πολλῷ. Alter autem locus qui illam vocem habet, extat etiam in Lycurgo, πολλοὺς δὲ ἄνδρας Λακεδαίμων ἔχει πόνου κάρρονας. vbi rectius πολλοὺς scriberetur, vt totus sermo esset Doricus Significari autem isto nomine quod Latini dicunt Præstantiores in his quoque duobus locis, nec aliud esse κάρρονες quam quod reliqui dicunt κρείττονες, nemo est qui neget. Cæterum libet & alius cuiusdam erroris admonere qui hac in editione sublatus fuit, quum ex eadem origine esset ortus: nimirum ex eo quod vocabulum in quo commissus fuit peculiare vni ex Græcis dialectis esset. Is extat in Lycurgo vbi Demaratus, quum à quodam improbo homine intempestiuis interrogationibus obtunderetur, (legendum enim ibi κόπτοντος potius quam σκόπτοντος, vt in annot. docui) respondisse fertur ὁ τὴν ἀνομοιότατος, id est, Qui tui est dissimillimus. Ita enim legendi elegantissima & Λακωνικὴ παρρησία conuenientissima est responsio: sed duæ istæ vocilæ ὁ τὴν in vnam ὅτ conflatæ fuerant (vt in editionibus quæ meam præcedunt, videre est) ab iis qui τὴν Dorice dici pro σοὶ ignorabant. Sed huius loci emendatio potuit & ex alio eiusdem scriptoris loco peti. nimirum ex opere quo βασιλέων καὶ στρατηγῶν apophthegmata recenser. licet non Demarato ibi, sed Agidi dictum illud tribuat. Imo vero non tam emendatio quã coniectura emendatrix (vt ita dicam) inde peti potuit. ibi enim ὁ τύνη scriptum est: vbi τύνη, quamuis lectorem ad verum loci sensum deducat, esse tamen corruptum arbitror. nam τύνη Dores dicere, in nominandi casu, (adiuncta particula νη ad τύ, vt in ἐγώνη adiungitur ad ἐγώ) & ex grammaticis & ex Doricis scriptoribus discimus: at τύνη ab iisdem in dandi quoq; casu vsurpari, neque hi, neque illi nos docent, sed tantum τὴν & τοὶ ab illis dici pro σοί. adeo vt vel ὁ τὴν vel ὁ τοὶ reponendum hic quoque sit, Ad illum vero Lycurgi locum quod attinet, deprauata lectio ὅτ ad ὁ τὴν potius quam ad ὁ τοὶ nos deducit. Lubenter autem hæc lectori consideranda proposui, vt quanti momenti dialectorum etiam cognitio sit, & quantum adiumenti ad plerosque locos emendandos pariter & intelligendos afferre possit, perspiceret.

Ibid.d.2.) In quibusdam cod. est Γοργονίοις: sed hanc scripturam minime defendi posse existimo.

P.403.a.10.) Rectius fortasse scribatur τοῦτον.

P.409.e.7.) Aptius hæc interrogatiue leguntur: vel potius extra interrogationem non posse legi videntur, quamuis eius notam præcedentes edit, non habeant quas vnus interpretum sequutus est, ita vertens, Tu ergo bone vir relinquis nos, domumque ad petitionem consulatus contendis. non enim satis tibi erit collega hoc meo filio (erat is adhuc adolescentulus) consulatum gerere. Alter autem ita reddit, Tu vero cogitas, homo præclare, relictis nobis domum redire & petere consulatum. Satisne mature cum hoc meo filio consul fies, Vbi interrogatio quidem ponitur, sed sensus tamen minime repræsentari videtur, nisi Satisne mature pro Nonne satis mature, accipiamus. Ego ita interpretatus fuissem, Quid? annon tibi satis erit, si eodem quo & meus hic filius tempore consul fias? Cæterum non πλεῖν, sed πάλιν ptius legebatur ante ἐπ' οἶκον. Videndum autem an διανοοῦμαι ἐπ' οἶκον dici possit subaudiendo infinitiuum, vt Latini dicunt Cogito domum, Cogito Romam, infinitiui modi verbum subaudientes.

p.410.a.4.) Si scribatur κτενεῖν, conueniet cum λήψεσθαι.

Ibid.b.7.) In quibusdam inter αὐτοὺς δὲ & ἀπολέμους interiecta sunt duo hæc verba, τύχῃ σφαλέντας.

P.414.a.6.) Ex ὦδε faciendum puto ὁ δὲ, iungendo cum τρέψας, & interpungendo post εἰσπλοῦν.

Ibid.d.7.) Magno, sed manifesto, errore scriptum erat antea θριάμβοις pro θάμβοις.

Ibid.e.7. Pro ἐλευθεείας legitur etiam Ἰπαλίας.

P.415.f.4.) Scribe potius Σεξτίοις, quum ad Latinorum scriptorum autoritatem etiam quorundam exemplarium testimonium accedat.

P.417.c.3.) Antea legebatur αὐτοὺς ἐξ ἴσου διαγωνίζεσθαι τοῖς Ῥωμαίοις.

P.420.d.3.) Quidam codices habent γένοιτο post νίκη. sed verbi subauditio huic loco aptior esse videtur.

P.424.a.2.) In quibusdam vet. particula μὴ præfixa est accusatiuo πλείονας, & pro ἄλλοις habetur ἄλλων. sed ego ne ex hac quidem lectione, nisi adimatur, aptum elici posse sensum existimo. Vnus interpretum ita vertit, Vel quod ea re crederet fore vt plures alii domum suam celebrarent. Alter hoc modo, Siue ratus fore vt eo plures alii limina ipsius frequentarent. At ego puto hanc esse Plutarchi mentem Siue hoc in causa esse existimans cur non plures aliorum quam ipsius limina frequentarent. Vt autem hanc sententiam ex loco illo eliciamus, sequenda quidem erit vet. cod. lectio, sed ei addenda particula ἢ ante αὐτῶν: vt ita scribatur

ὅ τε τοῦτο αἴτιον οἰόμενος εἶ τοῦ μὴ πλείονας ἄλλον ὀπὶ δύεσθε ἢ αὐτῷ φοιτᾶν.

P.426.b.5. Legitur etiam παρεκλυδωνιζόμενον.

Ibig.d.5. Multo rectius παραποκάμενον legitur quam ὑποκάμενον. vt in præcedentibus editionibus habetur. Vel potius ne ferri quidem istud potest: quum genitiui τῆς πλευταίας ἐλπίδος alio quam ad præpositionem περὶ ferri nequeant.

Ibid.f.5. Puto ἰναεία perperam conflatum esse ex ἢ αἰναεία, præsertim quum aliquanto post nomen istud habeamus.

P.428.c.3. Pro ὁπισκίν legitur etiam παλισκίν. antea autem legebatur & ὁπλισκίν.

P.430.f.2. Post εἶ in quibusdam exempl. est participium λέγων, sed minime necessarium est, quum εἰρωνεύετο significare possit εἰρωνευόμενος ἔλεγε. Paulo post legitur in quibusdam Ὀρταίους pro Βαρδιαίους. Eodemque modo pag. 432.a.3. vbi scriptum est, ἡ τῶν καλουμένων Βαρδιαίων ἀσέλγεια, iidem illi codices habent Ὀρταίων.

P.432.e.1. Pro ἱστορικὸς legitur etiam πμνηπκός.

P.434.f.2. Existimo φορτηγικὰ in φορτικὰ esse mutatum, noua quadam & minime permissa syncope. Alioqui φορτικὰ tolerabilius esset quam φορτικά.

P.441.b.7. Pro οἰκεῖόν τι inuenitur scriptum ἱκῶιόν τι, nec non κατῆνον pro κατῶι. Illud ὁκῶιόν τι mihi reponendum videtur, at de κατῶιον adhuc ἐπέχω: nisi pro καθῆκον esse dicamus. Vnus interpretum vertit, De nauium numero quicquid statuere videbitur, id facitote. Alter, Quod de nauium numero statutum fuerit, id facite.

Ibid.e.5. Expungendum censeo articulum τὴν.

P.445.f.2. Particula τι post ἀφ, sicut aliis plerisque locis, pro γε posita est.

P.448. b.5. Repono σιωύφαινεν.

P.449.a.4. Pro ὁμοίως non dubito quin legi debeat ἱμείας.

P.452.c.3. Ante εἰς Λιβύιω expungenda interpunctio, & Γουγύρθα potius legendum quam Γουγύρθαν.

P.454.a.7. Scribo Καπιτωλίῳ.

P.455.e.5. Rectius fortasse scribetur ὁπλοιπῆς, quod dictum sit pro ὁπλοίπνς.

457.b.1. Reponendum censeo ἑαυτῷ.

P.457.e.1. Mutandum videtur ὥςγε in ὅςγε.

P.459 b.4. Scribendum videtur βέλπον εἶη,

Ibid.d.10. Pro καὶ ἀρετῇ legendum puto βίᾳ τὸ περοτεῖον μᾶλλον ἢ ἀρετῇ κτώμενοι: aut certe βίᾳ τὸ περοτεῖον, ὐκ ἀρετῇ κτωμενοι.

P.463.c.6. Aut τῶ ὃ Γαβινίου scribendum, aut de hoc loco idem quod & de aliis quibusdam dixi antea, est dicendum.

P.467 d.6. Aut mutari debet ἠπόρηκας in ἠπόρηκεν, aut mutatam esse orationis formam putandum est, nimirum ὑπὸ τῶ διηγηματικῶ εἴδους εἰς τὸ μιμηπκόν, vt fit interdum.

P.468.a.6. Hi nominatiui οἰκεῖρῶν & περιεχόμενος in accusatiuos mutandi esse videntur: nisi aliquid deesse dicamus.

P.471.b.8. Repone φασί.

P.473.b.6. Vox Μάγνε ex μανίν detorta esse videtur, aut Μαείν, & occasionem errori præbuisse accusatiuus præcedens Μάγνον.

P.477.a.2. Hæc verba, εἰς ἕνα τῶν φίλων, iungenda potius sequentibus.

P.479.c.3. Pro πολυτρόπεις legitur etiam φιλανθρώπεις.

P.480,d.6. Obserua hic non iam τὸν δῆμον, sed τῶν δήμων scriptum esse: de qua scriptura dixi antea.

P.481.e.8. Scribendum puto ἀνῆγε πρὸς τὰς μεγίστας.

P.487.d.5. Rectius fortasse χρυσεῖα.

P.492.c.8. Pro λαμβάνων repositum fuit λαμβάνον. quæ emendatio maioris momenti est quam prima fronte videatur: quum errorem hunc non animaduertens vnus interpretum, participium illud λαμβάνων masculini generis ad Lucullum retulerit, (ita vertens, Et propter varios in bello vsus subinde eum aliis atque aliis rebus Sylla præfecit) quum λαμβάνον scribi debeat, & ad vocem νόμισμα referri.

P.493.d.10. Reposui ex vet. cod. ἀειτείας pro δυνατείας. Quum autem mendum & hic esset, πρὸς Ὀρχομενῷ καὶ Χαρώνειαν, posset que accusatiuus in datiuum mutari, vt à præpositione πρὸς regeretur, sicut & Ὀρχομενῷ, malui πρὸς Χαιρώνειαν scribere, vt legitur supra.

P.495.d.10. Vide num potius legendum sit ἀμφισβητῶντος.

P.496.b.4. Non χρυσοφόροις, sed χρυσορόφοις Plutarchum scripsisse suspicor.

P.498.a.10. Quid si ἀρκτέν pro ἀκρίβου legamus?

P.507.b.9. Pro πολιτικῶν legitur in quibusdam πολικῶν.

Ibid.c.1. Scriptum fuisse puto non ἐλάπνς, sed ὐκ ἐλάπνς.

Neque enim illo, sed hoc modo solent historici loqui.

P.515.c.5. Hunc locum ita fuisse ab autore scriptum, nemo mihi persuaserit. Vnus tamen interpretum lectionem quæ hic (sicut & in aliis editionibus) habetur, sequutus est: ita interpretans, Quorsum ergo attinet nos nullum militiæ finem facere? quin nos quod reliquum est corporum animorumque, ei reseruamus duci cui nullum pulchrius decus esse videtur quam ditare milites? Sed non satis hæc duo inter se conueniunt, velle militiæ finem facere, & tamen de sequendo quopiam alio duce cogitare. Quare non dubito quin pro ἔδω scribendum sit, & à Plutarcho ipso scriptum fuerit, εἰ δεῖ. Cui meæ coniecturæ alterum interpretem assentiri comperi, ita reddentem hunc locum, Si igitur perpetuo est militandum, nonne tali duci, cui pulcherrimum videtur ornamentum militum opulentia, quod reliquum est corporis & animæ, reseruabimus?

P.521.e.10. Pro μιᾷ quod posteriore loco legitur, crediderim reponendum esse ἅμα. At hæc verba πρὸς δόξω νίκας in vnam vocem conflanda esse puto, vt veram lectionem habeamus, & quidem cum mutatione aliqua: vt videlicet ω in ο mutantes, scribamus πρὸς δοξονίκας. Ambo tamen interpretes eam quam habemus lectionem retinuerunt, qualemcunque potuerunt sensum inde elicientes. Vnus enim ita vertit, Cæterum vt athletas qui vno die lucta simul & pancratio coronantur, vocant nouo more Victorias. Alter vero sic, Sed vt ex athletis eos qui eadem die lucta pancratioque coronam meruerunt, mira quadam consuetudine victores excellentiæ ergo nominant. Nam & hunc, quamuis non victorias sed victores interpretetur, nõ aliud tamen quam νίκας legisse existimo. Verum in compositione quidem hanc significationẽ habere constat, at extra compositionem nequaquam eam illi dari puto.

P.522 b.8. Non dubium est quin reponi debeat ἀφ' ὧν.

Ibid.c.3. Est quidem valde suspectum verbum ἄδεσι, sed nihil in mentem venit quod & ad eius scripturam accedat & loco conuenientem significationem habeat. fuit tamen scriptum ἄδουσι potius quam ἄδεσι respiciendo ad eam verbi huius significationem qua pro Placere ponitur: sed omnino poeticum verbum est. ac ne hi quidem ἄδειν sed potius ἀδεῖν dicũt.

P.523.c.9. Scribendũ videtur ὑπεβαλεῖσθαι, quum ad idem participiũ feratur ad quod & ὑποδείξειν: nimirum ad ἐλπίσας.

P.525.c.10. Rectius scriberetur πολὰ μὲν καὶ μεγάλα.

Ibid.e.10. Reponenda potius altera lectio, Καίπι ὐμαθῶν, vt stet versus: quum alioqui illam vet. quidam cod. habeant. Post περυδίδου autem πλεία σημεῖ ponenda est, vel potius interrogationis nota: quæ tamen in plerisque vet. libris post interrogatiuas particulas poni non solet. Qui enim sequuntur duo versus, cum præcedentibus hisce verbis iunctam sententiam non habent: quamuis Niciæ itidem mentionem faciant: atque adeo illorum etiam mensuram longe excedant. Fortassis igitur Plutarchus interiecerat aliquot verba quib. eum hæc in alio eiusdem comœdiæ loco scribere significabat.

Ibid.f.1. Hæc interrogatiue dici existimo, ideoq; interrogationis notam participio εἰλημμένον subiungendam censeo. Possent tamen & citra interrogationem legi. Sunt autem duo hi versus multo præcedentibus longiores, vtpote quorum vterq; trimetri & dimetri mensuram habeat. Verum posteriori multo melius mensura sua constat quam priori. Huic enim aliquod vocabulum deesse videtur, absq; aliqua saltem mutatione illam diuisionem non plene admittit. at ille ita diuidi potest, Ὑμεῖς γὰρ ὦ φρενοβλαβεῖς λέγοιτ' ἂν ἀνὴρ Ἄριστον ὦ κακῶν πνίγ. Obserua autem interrogationis notam huic quoque à me subiungi, multo etiam magis quam præcedenti necessariam: simul etiam reponi ὦ.

P.529.c.9. Pro περοίκειν legitur etiam περοίπτειν.

P.532.b.4. Legitur etiam συμβέλοις: sed altera lectio cum aliunde tum ex Xenophonte confirmari potest.

Ibid.d.2. Particulam negatiuam vnus interpretum expungendam censuit, vt ex hac eius interpretatione liquet, Ac crebro quod esset consiliis victus repetens animoq; versans. Non dubium est enim quin hæc ita reddita sint quasi legeretur, τὸ κρατηθῆναι τῶι λογισμῶι. Alter autem non reiicit quidem particulam istam, sed verbo κρατηθῆναι nouam quandam significationem tribuit: ita interpretans, Crebroq; animo suo reuoluens quod suis consiliis non esset obtemperatum. At ego, nec particulam μὴ expungens, nec verbo κρατηθῆναι, aliam quã vsitatam passim significationem tribuens, sic interpretandum hunc locum censeo, Ac subinde repetentem, se nullis ratiocinationibus superatum fuisse. Id est, Nullis eorum qui suscipiendi huiusce belli autores fuissent, ratiocinationibus persua-

deri se potuisse, sed contra habuisse semper suas rationes quas illorũ rationibus opponeret, & quibus illos ab incepto deterreret. Libuit autem, quũ iam hæc scripsissem, Gallicam quoq; interpretationem consulere, (cuius alioqui testimonio vti nõ soleo, non quod eius apud me magna autoritas non sit, sed partim quod ad eam quoque adeundam otium non suppetat, partim etiam quod à multis eorum quibus hæc scribuntur non intelligatur) quam ita locum illum reddidisse comperi, *En repetant souuent, & souuent redisant, que raison n'auoit point eu de lieu en la conclusion de ceste entreprise.* Verum μὴ κρατῆναι τοῖς λογισμοῖς dici quod non cum ratione susceptum est, (hoc enim verba illa Gallica sonant) quo exemplo probari possit? vt omittam, casum quem cum κρατῆναι iungere oporteret, deesse. Habet alioqui hæc interpretatio aliquid in quo mihi assentitur, nimirum quod attinet ad participia ἀναλαμβάνοντα & φέροντα. Itidem enim ego minime ad cogitationem referenda puto, quum dicatur ἀναμβλῦναι τὺς σωφρόνας αὐτῷ. quod tacita cogitatio efficere non potuisset. Sic autem dicetur aliquis verba aliqua φέρειν, quum ea sæpe iterat, seu repetit, vt ἀνακυκλῶν ab eodem scriptore alibi dicitur.

P. 533. a. 5. Extat & alia lectio multo hac melior, & quidem quam omnino sequi debemus, vt opinor, ita scribens, ἑπόρῳ φασὶν ἔργῳ τῶν πόλεις Ἀθηναίοις γνῶναι ὀθνείας. Pro ὅσον autem recte repositum fuit ὂν, ante χρόνον. Sed & λέγοντες supra in λέγοντος non male mutatum fuisset.

Ibid. b. 6. Accusatiuus γνόμῳ additus ex vet. codicibus fuit: possit tamen vel hic vel alius eiusmodi cum infinitiuo ἀπῶν subaudiri.

Ibid. e. 6. Reponendum est λείπεται vel ἐλείπετο, vt conueniat cum ἐθάρρει. sed verisimilius est illud in λείπεσθαι depraua tum fuisse quam hoc, vtpote vicinius. Hæc quidem certe verba, ἐξῶν ἐθάρρει, opponuntur illis οἷς λείπεται, nihilque aliud hoc loco valet ἐξῶν quam οἷς. Quod tamen in ista interpretatione obseruatum non fuit, Cum portus Syracusanos occupauit, tum eo in loco castra posuit qui & tutum aduersus ea quæ hostibus potiora esse putabat, præstare posset, & bello absque cuiusquam impedimento gerendo commodus videretur. At in ista contra obseruatum fuit, Potitusque est portubus, & locum cepit castris vbi hostes, quibus rebus præstabant, nihil ei poterant incommodare: quibus autem superior erat ipse, his pressurum se sperauit citra impedimentum illos. Poterant tamen illa, ἥκιστα βλαπτόμενος οἷς λείπεται ἢν πολεμίων, magis ad verbum reddi (magis etiam fortasse Græcorum vim exprimendo) hoc modo, Vnde minime damnum acciperet ex iis in quibus inferior hostibus esset. Sic & illa his opposita, ἐξῶν ἐθάρρει, his in quibus fiduciam collocabat.

P. 534. d. 3. Post ἧς apte poneretur interpunctio, quæ ostenderet non cum participio πεφυκότος, sed cum nomine λείμμα debere hunc genitiuum iungi. Quod nomen non pro residuo, seu pro reliquis, sed pro defectu accipitur, perinde ac si diceret, τὸ ἐλλιπὲς τοῦ ἔργου, non ipsi Niciæ, sed eius morbo imputari debere. Interpretes tamen λόγμα ποιεῖσθαι acceperunt simpliciter pro Imputare, seu acceptum ferre. Vnus enim ita vertit, Cui morbo æquum est imputari siquid ab eo perfectum non fuit. Alter hoc modo, Cui, quod residuum operis non fuerit exactum, iure ferendum est expensum. (Qui tamen nescio cur Expensam hic quam Acceptum dicere maluerit.)

P. 535. a. 9. Stare non potest hæc lectio, ἐν ᾗ ἐλπίδος μεγάλης, ideoque repono ἐν ᾗ δὶ ἐλπίδος μεγάλης. Quamuis autem mihi nunc in promptu huius generis loquendi non sit exemplum, non dubito tamen quin δὶ ἐλπίδος ἔῃ) ita dicatur vt δὶ ἐλπίδος ἔχειν.

P. 536. a. 3. Scribendum videtur, οὐχ ὁ Θουκυδίδης μόνον ἀλλὰ καὶ, &c.

P. 538. c. 2. Pro Λέων legitur etiam Γέλων.

Ibid. d. 10. Malim συνυγχάνουσαν, vt quidam cod. habent.

P. 539. b. 7. Pro ἐθύετο in quibusdam habetur, ἔθυε καὶ διεμαντεύετο.

P. 543. c. 7. Plutarchum existimo scripsisse, ἔοικε δὲ ἡμία. Interpretes tamen lectionem quam habemus, sequuti sunt, sed vnus ea quam verbo ἔοικε tribuit interpretatione adiuuare illam conatus est. Vertit enim, Perhibent Romani multarum Crassi virtutum vnum hoc vitium luminibus obstruxisse, auaritiam. In specie quidem erat vnum: verum, omnium in eo vitiorum quum esset valentissimum, offuscauit cætera. Alter autem sic reddidit, Sane Romani tradunt multis Crassi virtutibus vnum auaritiæ vitium offecisse. Mihi id vnum de multis eius vitiis quod esset reliquis vehementius, cætera obscurasse videtur. At ego Plutarchum negatiuam particulam nomini μία præfixisse arbitror, vt dixi. atque ita fuerit hic sensus, Videtur tamen non vnum hoc eius vitium fuisse, sed quum &c. Atq; ita nihil opus fuerit verbo ἔοικε significationem ab hoc loco alienam tribuere, vt certe tribuitur ab eo qui ἔοικε δὲ μία vertit, In specie quidem erat vnum. Nam & ἔοικε μὲν μία legendum esset, & infinitiuum ἀμαυρῶσαι, qui illi verbo ἔοικε iungitur, in ἠμαύρωσε mutari oporteret.

P. 544. c. 7. Aliam quampiam lectionem sequutus esse videtur vnus interpretum, ita reddens hunc locum, Ferunt enim nullam ita exiguam aut abiectam fuisse causam quam nõ posset ex tempore agere. Nisi forte negatiuam particulam ipsemet ex coniectura addidit. Sed non video quid ea hic opus sit, nec cur putandum sit Plutarchum de exigua & abiecta causa quam de magna seu magni momenti, aut difficili, dicere maluisse. Imo vero si negatiua particula vsus fuisset, potius dixisset, vt opinor, οὐδεμίαν γὰρ ὑπὸ δίκλω φασὶ μεγάλων δὲ πολλῶν ἀξίαν γενέσθαι, πρὸς ἣν ἀπαρασκεύους οὐκ ἦλθεν. quum dixerit contra, οὐδεμίαν γὰρ ὑπὸ δίκλω φασὶ μικρὰν οὐδ' εὐκαταφρόνητον γενέσθαι, πρὸς ἣν ἀπαρασκεύους ἦλθεν. Ideoque recte alter interpres videtur reddidisse, Nullam enim referunt causam fuisse adeo tenuem & leuem ad quam imparatus accederet. Ac certe optime hoc conuenit cum iis quæ dixit, illum ὀθνείας καὶ πόνων τοὺς εὐφυεστάτους ἀναβάλλειν. qui enim ἀπαρασκεύοι ad agendas causas veniunt, & quidem agere illas possunt, illis contra ὀθνείας καὶ πόνος minime necessaria sunt. Sed vicissim non satis conuenire hoc cum sequentibus, obiiciet fortassis alter ille interpres. quem etiam ad ea respexisse suspicor: præsertim quum ἀλλὰ reddiderit Itaque. Illis enim, Nullam fuisse causam quam non posset ex tempore agere, consentanea videntur hæc, Itaq; aliis orare recusantibus, ipse patrocinium suscepit. Verum vt omittam quam attuli rationem, ob quam hic locus negationem non admittit, nihil nos mouere debent hæc quæ subiunguntur, quum ἀλλὰ & reddi possit Sed tamen.

P. 545. c. 10. Repositus fuit datiuus ἡδοναῖς in locum datiui ὥραις, ex vet. codicibus. Videtur autem genitiuus ὥρας huic errori occasionem præbuisse. quis enim mendosum hunc datiuum ὥραις hoc in loco non fateatur?

P. 548. f. 5. Pro σκυθρωπὰ legitur etiam χαλεπὰ. sed illam lectionem malo.

P. 549. a. 6. Non μικρῶν sed μιαρῶν antea legebatur, manifesto errore: & qui tamen vnum ex interpretibus latuerit. vertit enim, Ac duobus millibus armatorum in eam insulam coniectis, bellum seruile illic de nuo consciuit, quod non ita dudum sopitum, facile potuit pestiferis facibus resuscitari. At vero alter mendum animaduertit, vt ex hac eius interpretatione apparet, Immissisque in eam insulam duobus suorum millibus, rursus ibi bellum seruile, haud ita pridem sopitum, ac exiguo tantum aliquo fomite opus habens, resuscitare. Sed lubet locum proferre in quo litera κ litera α par pari reddidit. in quo videlicet vocabulum μικρὰ sedem vocabuli μιαρὰ occupauit, sicut hic sedem vocis μικρῶν à voce μιαρῶν occupatam esse videmus. Is est in Æschinis pro Ctesiphonte oratione. vbi quum ille Demosthenem genere loquendi Græcis familiari μιαρὸν καταλῶ appellet, exemplaria quædam μιαρὸν in μικρὸν deprauarunt. Hanc autem deprauationem sequens Ioachimus Perionius Benedictinus Cormœriacenus monachus in sua interpretatione Demostheni paruum caput obiecit. Vide lector vt in erroribus alioqui leuibus ipsi etiam (si fas est dicere) monachi hallucinentur.

Ibid. c. 6. Pro ὑποσαίνων legitur etiam ὑποτραπέντων.

P. 553. a. 6. Hæc verba κατ' αὐτῶν in præcedentibus editionibus deerant.

Ibid. e. 1. Malim scribere μέγιστον ἁμαρτημάτων ἡγούμενον.

P. 556. c. 1. Repono ἐυχρωπόταπον.

Ibid. f. 3. Pro σκιαὶ legitur etiam σκιωαί.

P. 557. b. 9. Reponendum puto ἀθεικχομένης.

Ibid. f. 2. Pro ὑφάσμασιν nonnulla exempl. habent σκεπάσμασιν.

P. 558. d. 6. Scio afferri hic ex coniectura aliam lectionem, mutantem φραπηγοῦσι in φραπηγοῦσα, sed nec eam admittet, (vt certe non vnam ob causam reiicienda est) nec aliam quam eam quæ hic habetur quæret quisquis obseruarit apud Plutarchum verbi φραπηγεῖν vsum cum infinitiuo: de quo vsu & antea aliquid me obiter dixisse arbitror.

Ibid. e. 9. Pro ἄπακτον legitur etiam quod contrariam significationem habet, nimirum ὕπακτον.

P. 559. c. 7. Rectius scriptum iri puto ἀμωνεῖσθαι. In tot locis tamen huius ipsius operis præsens infinitiui pro futuro iunctum

iunctum verbis huiusmodi reperitur, vt propemodum an mendosæ sint tales scripturæ dubitem.

P.560. f.3. Infinitiuos κομίζειν & ἀπολιτεῖν obseruare potius (vt opinor) quam suspectos habere debemus. Prima autem fronte se offert articulus τῶ, qui vel præfigendus vel subaudiendus videri possit.

P.561.a.6. Pro πρεσβευτὴς scriptum est etiam πρεσβύτερος.

P.562.a.6. In præcedentibus editionibus legitur καταβαλλόντων: quod participium nullum hic locum posse habere videtur. Sed & εἴχοντο reponi debet.

Ibid. a. 9. Hunc locum aliter interpunxi quam interpunctus antea fuerit, quum πγμὴ post genitiuum Κεράσσου posita esset: perinde videlicet acsi ὑπὸ Κεράσσου iungi posset cum verbo παυσάνεται. Ac certe interpretes hanc interpunctionem sequuti sunt. Vnus enim vertit, Id vero consilium quum maxime curandum fuisset nequis maturius Carrensium cognosceret, Andromachus homo perfidissimus ex ipso Crasso intellexit: imo & ducem eum itineris Crassus delegerat. Alter sic, Id quum nullum Carrenorum intelligere ante tempus oportuisset, intelligit ex Crasso perfidissimus omnium Andromachus, quem insuper delegit itineris ducem. Vsus est autem vterque verbo Deligere, quod nihil cum participio πιστευθεὶς commune habet. Estque obiter & hoc obseruandum, dixisse Plutarchum, καὶ τοῦτο πιστευθεὶς, τῆς ὁδοῦ τῶν ἡγεμονίαν, per appositionem: perinde videlicet acsi quis ita loquatur, καὶ τοῦτο πιστευθεὶς, ἥρωα τῆς ὁδοῦ τῶν ἡγεμονίαν. vel τῆς ὁδοῦ δηλαδὴ τῶν ἡγεμονίαν. Possumus etiam dicere, καὶ τοῦτο πιστευθεὶς, τῆς ὁδοῦ τῶν ἡγεμονίαν, perinde acsi dixisset, καὶ αὐτῶν πιστευθεὶς τῆς ὁδοῦ τῶν ἡγεμονίαν: hoc sensu, non solum resciuit eos fugam moliti, sed eius etiam fideicommissum à Crasso fuit hoc negotium vt viæ dux esset. Debuit autem vis participii πιστευθεὶς exprimi, vel eo nomine quod Plutarchus in eo ad præcedens nomen ἀπιστότατος alludat: quasi diceret, dignum scilicet fuisse τὸν πάντων ἀπιστότατον cui Crassus & hoc πιστεῦσαι vellet.

P.563. f.1. Pro prima huius paginæ voce Πομαξάθρης habetur alia in quibusdam exempl. videlicet Ἀξάθρης.

P.564.b.2. Post βαρβαρικῶ quidam codices habent genitiuum γυναικός.

Ibid.d.3. Præced.edit. habent duntaxat παννυχίδας sine adiectiuo illo ἀκολάστους. Sed belle conuenit cum eo quod paulo ante dictum fuit τῶν Μιλησιακῶν ἀκολασημάτων.

P.565.d.6. Pro πρότερον scriptum est etiam μᾶλλον.

P.567.e.4. Sequenda potius exemplaria in quibus habetur ἀπόλοντο.

P.571.e.7. Pro διεκράτησαν legitur & διεκαρτέρησαν.

P.574.a.2. Non Λύσιον sed Κλύσιον, non Θωράνιον sed Θεάνιον, quædam exemplaria habent.

Ibid.b.2. In nonnullis cod. non μάχης sed πύχης scriptum est. Non dubito autem quin lectio illa huic anteferenda sit. Vertit autem vnus interpres hæc verba, πάσης ἐξαναδυομένω φανερᾶς μάχης, Qui omni se explicaret aperta pugna. Alter verbo Subterfugere vsus est: quod malo.

Ibid.b.9. Pro ἄπυρον legitur etiam ἄαπτον. sed lectionem illam alii huius ipsius operis loci confirmant. Verum δίαιτα ἄπυρος non de iis tantum dicitur qui sine pane viuunt, (vt vnus ex interpretibus δίαιταν ἄπυρον καὶ ἄσκιλλον reddit Viuere sine pane & tentoriis) sed de iis qui cibis non coctis vescuntur, quicunque illi sint. Sic etiam ἄεμστον ἄπυρον dixit hic scriptor in Marco Catone, pag. 619. in quo cibi non cocti, sed crudi eduntur. Itemque apud eundem in libello qui inscribitur, Πόπερον Ἀθηναῖοι καὶ πόλεμον ἢ καὶ σιφίαν ὀνειδεστέροι, legimus ἄπυρα σιτία. vbi scribit, οἱ μὲν γραπτοὶ πολλάκις τῶν βρεγχείλαντες ἄπυρα σιτία κομίζειν, ἐξῆγον ὅτι τοὺς μάχας τοὺς ἄνδρας. Cui similis est me apud Suidam locus, ὁ δὲ παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσι τεσσαρῶν ἡμερῶν σῖτα βρεγκειαζειν ἄπυρα. Cui loco subiungit, ἄπυρον τροφὴν esse τὴν δι' ὀπέρας καὶ λαχάνων. veluti vbi dicitur de Zenone, eum ἀπύρῳ τροφῇ κοχεῆσθαι. Sed illum interpretem dum ἄπυρον vertit Sine pane, ad πυρὸς, non ad πῦρ, respexisse existimo: quasi nimirum ex illo, non hoc, vocabulum istud compositum esset.

P.576. b. 6. Scribitur potius ἀκαρῆ quum non additur substantiuum, vt te docebit meus linguæ Græcæ thesaurus.

P.578.e.4. In quibusdam est Γῆρων, non βαρβάρων.

P.579.f.1. Scribe potius μεγαλοφροσύνης in genitiuo, vt & aliqui veteres libri habent.

P.580. b.3. In edit. Ald. & Flor. legitur ἡγεμονία, litera α non habente, subscriptum: quod facit vt pro accusatiuo ἡγεμονίαν (quem malo) irrepsisse existimem.

P. 581. b. 6. In præced. editionibus legitur ἀναπληρῶσαι, quod in ἀναπληρωθῆναι (ita enim scribi debet) recte mutatum fuisse ex vet. cod. nemo nō fatebitur, qui in autorum Græcorū lectione versatus fuerit. Passim enim aliquem ἀναπληρῶσαι τοῦς τὴν ἐλπίδα, seu τὰς ἐλπίδας, & aliquem ἀνεπλήρωσε τοῦς τὰς ἐλπίδας, metaphora elegantissima dicunt.

P.582.a.8. Legitur etiam συμπίνοντας.

P.588.e.9. Quamuis sequatur non multo post τοὺς ἵππους ἐγχαλινοῶν, minime tamen χιλὸν hic in χαλινὸν mutari debere existimandum est. quum enim dicit, θεραπεύσαντας αὐτοὺς καὶ τοῖς ἵπποις χιλὸν ἐμβαλόντας, perinde est acsi diceret, θεραπεύσαντας αὐτοὺς καὶ τοὺς ἵππους.

Ibid.f.3. Reponi omnino necesse est ὁδοιπορόμων.

P.589.b.1. Legitur etiam φειδόμενος pro κηδόμενος, non multum diuersa significatione.

Ibid. d.7. Pro hoc genitiuo habetur in quibusdam genitiuus πολεμίων.

P.591.a.10. Pro συνεφάψαντο (quod primum est huius paginæ vocabulum) legitur etiam νῶν ἐφάψαντο. sed illam lectionem huic antepono.

P.592. a.3. Non fuit necesse dicere πορευομένου vt conueniret cum genitiuo ἀγήματος: quoniam nomen hoc est collectiuum.

Ibid.a.6. Rectius scribetur αὐτοῖς, vt quidam cod. habent: vel αὐτοῖς, id est, sibi: ita interpretando, Vociferantes Eumenem sibi vocare iubebant. Vnus tamen interpretum perinde reddidit acsi non scriptum esset ἐβόων, Εὐμενῆ καλεῖν αὐτοῖς, sed βοῶντες Εὐμενῆ ἐκάλεσαν: ita interpretans, Cum clamore Eumenem vocauerunt. Est alioqui vsitatum & alibi hoc verbum βοᾶν cum infinitiuo, pro Iubere clamando, vel poscere, Cum clamore iubere, seu flagitare. vt in hac ipsa Eumenis vita, pag. 1085. ἄγειν ἐβόων.

Ibid.d.9. Pro ἱππαστείαις καμήλοις, non dubito quin reponendum sit ἱππαστείαις καμήλοις. Vnus interpretum vertit Hispastriis camelis, lectionem quam habemus retinens: alter autem, Dromedis. Quod vocabulum Dromedis typographico fortassis errore pro Dromadibus positum fuit. Est certe δρομάδων satis frequens mentio apud scriptores Græcos. Atque adeo apud hunc ipsum, in eo quod in manibus nunc habemus, opere, legitur cum alibi tum in Alexandro: vbi scribit, ἐπὶ πάλαί τε βασιλέων ἐκφυγὼν πολεμίους ὅτι καμήλου δρομάδος, ὀνήσαντα καὶ θέρευσεν αὐτῶν. Apud Latinos quoque hæc appellatio reperitur. Liuius Maced. belli lib. 7. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli quos appellant dromadas. Vbi si Liuius intellexit camelos alio nomine dromadas vocari, (sicut Gallice *dromadaire* appellatur quiuis camelus) ei minime assentiri possim. Ita enim sentio, δρομάδας, velut epithetum, additum aliquando fuisse discriminis constituendi gratia. Sed ἱππαστείαι quæ erant? (liceat enim hic fœminino genere Græcorum more appellare) aliud ne genus quam earum quæ δρομάδες dicebantur? Hoc equidem mihi non fit verisimile: quin potius δρομάτας, alio nomine ἱππαστείας fuisse vocatas arbitror, ad differentiam earum quæ veterini generis essent, vt Pliniano vocabulo vtar. Quæ enim ad cursum velociores erant, eædem certe inequitare volentibus aptiores. At nostra lingua dromadum appellationem latius extendit, (vti dixi) vocans *Vn dromadaire* quemuis camelum. ac potissimum ab antiquioribus huius linguæ scriptoribus id vocabulum vsurpatur.

P.596. c.1. In omnibus nostris codicibus scriptum erat Λαμπδοῦς. Item Ἰωνίας pro Βιθυνίας, in quibusdam.

Ibid.e.10. In nonnullis scriptum est, ἀπῶπε μὴ πλαστῶν μὴ πε μιμηθῆ τινα μιμήσασθαι. quæ lectio vereor ne profecta sit ab aliquo cui verbum hoc μιμηθῆν nouum fuerit: quum alioqui veram esse hanc lectionem, & Laconice loquenti magis conuenientem, ex aliis etiam locis constet.

P.597.a.1. Hinc emendari potest locus huius scriptoris, initio libri περὶ παίδων ἀγωγῆς, vbi res eadem commemoratur. quum enim illic editiones quæ meam præcesserunt, habeant, ὑπεπόμπευε ὡς ἐν βασιλείαις ἀλλὰ βασιλίδας τρεφόμενον αὐτοῖς δέοιτο, non dubium est quin βασιλίδας quod reginas significat, mutandum sit vel in βασιλείδα vel in βασιλίσκους. Vtro modo quis scribat, perinde est. Quum eadem sit amborum diminutiuorum significatio. Sed in illa voce βασιλίδας vnius potius diminutiui, nimirum βασιλείδα, quam alterius vestigia habemus. Atque adeo verisimile est ex βασιλείδα fecisse quempiam βασιλίδας cui hęc forma ἀποκεκομμένη ignota esset. In mea tamen editione legitur βασιλίσκους, ex quorundam vet. codicum autoritate. Quo vocabulo vsus est Heraclides etiam quidam apud Athen. lib.13. eandem historiam

his verbis referens: καὶ φασὶ περὶ Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως, γυναικὸς ἀπαιδεύτου καὶ φαινομένης, ἐπίεσας ὑπ' αἰσχρᾶς καὶ πλουσίας, ὡς ἀπέκλινεν ὅθεν τὴν πλοῦσιαν, ζημιώσειν τοὺς ἐφόρους αὐτὸν, ὅτι λίχνευσε τοὺς βασιλίσκους ἀντὶ βασιλέων τοῖς Σπαρτιάταις γυναῖκα περιαιρεῖται. Quem locum eo quoque nomine proferre libuit quod ex eo aliquid amplius quam ex vtroque Plutarchi discamus: nimirum Archidamum in ducenda parua vxore diuitiarum rationem habuisse. Sed ex Plutarcho vicissim adiuuandus esse videtur iste Heraclidis locus: quum minime rationi consentaneum sit vt quæ deformis & diues est, fœtus pusillos edat potius quam ea quæ formosa sit. Qua de re lectorem monuisse mihi nunc est satis. Is certe cuius interpretationem edidi, veram lectionem in eo Plutarchi loco sequutus est, vertens Regunculos: (hoc enim maluit quam Regulos) at is qui antea libellum illum verterat, falsa lectione deceptus, reddiderat Reginas: si modo nulla eius interpretationi facta fuit τινὸς παρεμβιορίωνος iniuria.

Ibid. c. 8. Pro βλάψῃ legitur etiam βλάσῃ, quod mihi valde placet. vt his verbis μὴ βλάσῃ σεθεν significetur, Ne ex te natetur. At βλάψῃ nec cum σεθεν nec cum alio huius versus vocabulo iungi potest.

Ibid. f. 4. Est & alia lectio per datiuum, ὅθεν τῇ κληρονομίᾳ: quam reponendam esse censeo.

P. 598. a. 4. Non dubium est quin reponi debeat παρεσπέμερος.

Ibid. b. 9. Post ἁρμονίας quidam cod. habent ἢ παρεννοίας ἢ ποιότητος. quæ verba vereor ne suppositicia sint: vel potius hoc ita esse persuasum habeo.

Ibi. d. 10. Post πολεμῆσαι posita fuit interpunctionis nota: vt genitiuus Ἑλλάδος cum aduerbio ἀπωτάτω iungatur. Alioqui scribendũ fuerit παρεπολεμῆσαι, quosdam ex vet. cod. sequendo.

Ibid. e. 7. In quibusdam additur accusatiuus πάντα post συμπαράπλους, non post Λυσάνδρου: vt videlicet ad illud participium, non ad verbum ἐψηφίσατο, pertineat. Paulo post autem aduerbium μόνον post ἑαυτῷ positum est.

Ibid. f. 2. Pro δεῖ παρεῖχθαι ἀγαθὸν legitur etiam ἀγαθὸν ἅμα παρεῖχθαι.

P. 599. a. 2. Legitur etiam τοῦ μὴ αὐτοῦ, item θῆσαί σε, paulo post.

Ibid. a. 5. Pro ἔσφαξε scriptum est in quibusdam ἐσφαγίασε.

Ibid. a. 9. Non ἀμαθίαν sed ἀπαθείαν quædam exemplaria habent: quæ lectio valde mihi placet. habet enim hoc vocabulum huic facto peculiariter conuenientem significationem: ac præterea qui ἀπάθειαν hic dicit, non excludit ἀμαθίαν. quãquis alioquin ἀπάθειαν Pyrrho sapienti tribuat, teste Cicerone. Proxime autem sequentia verba in præcedentibus editionibus sunt πεπ' πεφατηγῆ, quum manentibus iisdem literis sed syllabis aliter iunctis, legendum sit πεπὶ πεφατηγῆ.

Ibid c. 1. Scribe ὅθεν πᾶς θέρας, ex consensu omnium nostrorum codicum.

Ibid. c. 5. Legitur etiam ὀνδεξόπερος pro δεινόπερος. sed hic περὶ τῆς δεινότητος potius quam τῆς δόξης agi videtur.

P. 600. a. 3. In nonnullis scriptum est, δὸς δίμοι πνα παρέξειν καὶ χώραν.

Ibid. e. 5. Pro Μιθριδάτῃ legitur etiam Σπιθριδάτῃ. quæ lectio aliorum locorum testimonio comprobatur: ideoq; recte vnus interpretum Spithridatem, non Mithridatem scripsit.

Ibid. a. 8. In quibusdam est ἐπιβέλλειν.

Ibid. c. 4. Legitur & φατηγίας, nec non φαπαῖς. Huic quidem lectioni locus esse non potest, at illi non minus quam ei quæ in textu habetur. Sic vero & alibi in his vocabulis variant exemplaria.

Ibid. c. 6. Scribendum est νεικηκότες, vt conueniat hic participii accusatiuus cum accusatiuo μυείους.

Ibid. d. 8. Pro παρεκπὼν legitur etiam παρεκπὼν, quod malo. Contra vero præcedente, paulo ante, quum itidem παρεῖπον habeant quædam exemplaria pro παρεῖπον, malo παρεῖπον.

Ibid. e. 1. In nostris vet. exemplar. non φιλῶν ὁπλιτῶν, sed δεινῶν ἐπλιτῶν legebatur. quam lectionem amplector, & mecum omnes amplecti debent: tum quod recte δεινοὶ opponantur πολεμικοῖς, tum quod contraria sint quæ hic coniunguntur, nimirum φιλοι & ὁπλῖται. Neque enim ignotum est φιλοὺς leuis armaturæ milites appellari: ὁπλίτας grauis armaturæ. Ideoque vnus interpretum alterum ex his genitiuis in sua interpretatione prætermisit: nimirum posteriorem, ὁπλιτῶν: ita reddens hunc locum, Itaque Agesilaus pro leuis armaturæ militibus multos & bellicosos eos nactus est. Vbi pro Eos scribendum videtur Equites. Alter vero retinuit quidem vtrunque genitiuum, sed priori φιλῶν aliam potius quam passim receptam significationem dedit. sic enim locum istum reddidit, Ita factum breui vt Agesilaus pro vilibus peditibus frequentes haberet & fortes equites. Vide lector quid vere germanæ lectionis ignoratio faciat, quam multa diuerticula interpretes quærere cogat, multum in iis laborantes, quum recta via nihil omnino laboris exhibitura illis esset. Neque vero quum hoc dico, ignorationem talem vllis interpretibus, quicunq; sint, adscribendam censeo, (nihilo certe magis quam eum qui in tenebris rectam viam tenere non potuerit, accusandum esse dixerim) sed potius eorum vicem doleo, quibus ad molestum & grauem interpretandi laborem is etiam accedit quod cum mendosis exemplaribus illos conflictari oporteat. Nec vicissim tamen quorundam interpretum plusquam supinam ignorantiam accusandam esse nego, qui sua exemplaria in apertissimis etiam mendis sequantur. Quamuis enim tenebræ obstare soleant ne recta via cernatur, (vt in illa comparatione maneam) sunt tamen & loca quædam quæ ita nobis longo vsu cognita esse debent, vt ne Cimmeriæ quidem tenebræ quominus rectum iter per illa teneamus, obstare debeant. Apertissima autem menda voco quale est in hac ipsa pagina, & quidem paucis ante versibus, ἀπόροις in edit. quæ meam præcedunt, pro εὐπόροις. Idem fortasse & de genitiuo μιαρῶν pro μικρῶν dici possit in vita Crassi, (cuius erroris ibi mentionem feci) quamuis ab altero interpretum duntaxat sit animaduersus. Vicissimque illa μικρὰ κεφαλὴ (de qua ibi dictum à me fuit) pro μιαρὰ, his annumerari fortasse possit.

Ibid. e. 10. Priore loco pro præsenti μάχεται inuenitur scriptum futurum μαχεῖται.

P. 601. b. 5. Legitur ἀπαχθέστατον in omnibus nostris codicibus: quod malo: quoniam plus est ἀπαχθέστατος quam ἀπαχθέστατος. Paulo post autem non dubium est quin ἀπέπεμε pro ἐπέπεμε reponi debeat.

P. 602. a. 6. Pro ὀπφανῶν scriptum est ἐμφανῶν in omnibus nostris codicibus: & rectius. siquidem dicitur potius aliquis esse ὀπφανής, id est, Illustris, siue insignis: aliquid autem esse ἐμφανές, id est Apertum, Euidens.

Ibid. c. 4. Legitur etiam πάλιν παρεγχυμένου καὶ μεταβαλομένου.

P. 603. a. 4 Non Ἀδαίου sed Ἰδαίου quidam codices habent.

Ibid. c. 2. Pro ἀποστραφεὶς legitur μεταστραφεὶς in nostris codicib. quæ participia valde differentem, hoc præsertim loco, significationem habent, vel potius contrariam. quum ἀποστραφεὶς sonet Auersatus, Auertens ab eo faciem: seu Auersa facie. at μεταστραφεὶς, Conuersus ad eum, Conuersa in eum facie. Non dubium est autem quin μεταστραφεὶς potius conueniat huic loco: ideoque magis hanc interpretationem probo, Reiecto in eum vultu: quam alteram, Auersa facie. Iam vero & in verbis quæ Plutarchus eum μεταστραφέντα dixisse tradit, vel potius in vno eorum verborum, non parum est discriminis inter veterum codicum lectionem & eam quam editiones typographicæ habent, & ipsi quoque interpretes sequuntur. Quum enim dicatur in illis edit. ita loquutus esse, ὡς χαλεπὸν ἐλεεῖν ἅμα καὶ φρονεῖν, vet. cod. habent non φρονεῖν sed φιλεῖν. Qui infinitiuus quum prima fronte minus aptus videri queat, longe tamen aptior ex eo sententia & magis huic loco conueniens elicitur, vt aperte ostendam. Sed prius vt ab interpretibus versus est referam. Vnus ita reddidit, Vt arduum est simul miserari & sapere. Alter, Difficile est simul miserari & sapere. Ego χαλεπὸν non pro difficili seu arduo, sed pro graui seu acerbo accipiens, & lectionem veterum cod. sequens, quæ est, ὡς χαλεπὸν ἐλεεῖν ἅμα καὶ φιλεῖν, sic interpretor, Quam graue est miserari simul & amare. vel, Quam acerbum est, &c. Perinde acsi diceret, Quam graue mihi est eum relinquere quem & miseror & amo. At vero retinendo alterum illud verbum φρονεῖν, perinde erit acsi diceret vix fieri posse vt is qui miseratur sapiat. Quæ verba multo minus aptam sententiam habere videntur. Cæterum particula ὡς vel accipi potest in ea significatione quæ illi in præcedentib. interpretationibus datur, vt videlicet admirationi seruiat: vel accipi pro ἵνα, vt non interpungatur post εἶπεν: & sit εἶπεν ὡς χαλεπὸν ὄν (subauditur enim hoc verbum) pro εἶπε χαλεπὸν ἦν.

Ibid. c. 6. Pro καὶ ἁπλείας legitur in vet. cod. καὶ τῆς εὐγενείας. Sed ego pro ἁπλείας reponendum potius censuerim vocabulum quod scripturam pene eandem habet, vnica videlicet litera differens, ἀφελείας.

Ibid. d. 1. Adiectæ fuerunt hæ duæ voces, καὶ εὐπλεστέραν, ex vet. cod. sed videri potest accusatiuus εὐπλεστέραν magis ἐπεξηγηματικὸς esse quam orationi quicquam addere.

P. 604. c. 1. Pro Δημοσράτου legitur in omnibus nostris vet. Ἐρασιστράτου, & quidem præfixo articulo τοῦ.

Ibid. d. 4.

Ibid.d.4.) Hæc verba, ὡς ἕκαστος δυνάμενος εἶχεν, in præced. editionibus non leguntur.

Ibid. e. 2.) Ex vet. libris petita est hæc lectio ἤδη πορευόμεθα antea enim legebatur δίχα πορευσόμεθα, non præfixo illo aduerbio.

P. 605. f. 2.) In vet. est ἑαυτῆς: quam lectionem sequendo, in αὐτῆς spiritus tenuis in asperum mutandus fuerit.

P. 606. d. 5. Ἄπολ.) Legitur etiam Εὐπωλίαν καὶ Πρεαύγαν.

P. 608. c. 1.) In ve. legitur ὠφελημένης. Paulo post ἐπόρθουν pro ἐπολιόρκουν.

Ibid. d. 6.) Hos accusatiuos in datiuos mutare oportet, assentientibus veteribus etiam: vt legamus, πῆς δὲ μὴ βουλομένοις.

P. 609. b. 10.) Interpunctio post ἔφυγε est tollenda, & potius ante αἰσχυνόμενος ponenda: vt dicatur αἰσχυνόμενος εἰ ἐφθόνεται. Cæterum pro στρατέαν repositum fuit στρατηγίαν. cuius vocem in exempl. permutationis facta fuit & supra mentio.

Ibid. c. 4.) Pro Θεσπιᾶς scriptum est & Θεσπιαῖς.

P. 610. a. 8.) Repono σκέψασθαι pro σκέψασθαι, talis erroris in aliis plerisque locis memor. Paulo post autem πρεσσεῖναι pro πρεσσῆναι.

Ibid. e. 6.] Videndum annum φθείρεσθαι sequentibus iungi debeat: sicut alibi hoc verbum cum præpositione εἰς vsurpat habente accusatiuum.

P. 611. b. 6.] Non Λεδκτρα sed Τεγύρας vet. cod. habent.

Ibid. c. 5. Post κοινὸν in nonnullis exempl. interiecta inueniuntur hæc verba, καὶ πρὸς τὴν Ἑλλάδα.

Ibid. d. 1.] In quibusdam scriptum est. αὐτονομεῖσθαι τοῖς Ἕλλησι.

P. 612. c. 7. Legitur etiam λιπαροὶ τοῖς σώματα καὶ τὰ πρόσωπα. sed hæc verba minime addenda censeo.

Ibid. e. 7.] Est & alia lectio, τοὺς ὀκ τῶν νόμων αἰτίας.

P. 613. e. 2.] Pro ἐπεκθεῖναι legitur etiam ἐπεκπέμψαι.

Ibid. e. 9. Post Ἐπαμεινώνδαν adiectum est in quibusdam δίχα τῆς Εὐρώπης. sed hoc satis intelligitur, etiamsi non addatur.

P. 614. d. 9.] Pro πτώματος scriptū est in vet. cod. πτώματος. Vtitur autem verbo ἔπταισαν in fine huius paginæ, à quo est nomen illud.

P. 615. b. 1.] Pro συμπορευομένων inuenitur in vet. codicibus συνοικιζομένων. Quod participium huic loco aptissimum esse videtur: sed dubitare quispiam possit an Plutarchus eo vti voluerit quum tam vicinum sit illius simplex οἰκιζομένης.

Ibid. c. 7.] Non Εὐθωΐου. sed Εὐώνου in nostris exemp. erat.

Ibid. e. 5.] Est & alia lectio, θέαμα φαιδῶν καινόν.

P. 616. a. 6.] In vet. cod. præpositio ὑφ', quæ est αὐξητική, non verbo ἠγάπησαν sed verbo ἐθαύμασαν iungitur, mutato etiam ordine: hoc modo, οὕτω γὰρ ἠγάπησαν καὶ ὑφ' ἐθαύμασαν αὐτόν.

Ibid. b. 6.] Pro ἀπενής scriptum est etiam ἀπηνής. sed alteram illam lectionem minime reiiciendam censuerim.

Ibid. c. 6.] In vetustis cod. non πολὺ οἰκουμένων, sed duntaxat πολὺ πόλιν dicitur δόξης ἐμπεπληκέναι.

Pag. 617. a. 2.] Post λιπόντα additur in vet. καὶ καπνεύοντα.

P. 618. b. 4.] Pro ἀυτῷ scribendum esse videtur αὐτῷ.

Ibid. b. 8. Non μὴ βουλόμενος, sed φοβούμενος quidam codices habent.

P. 619. d. 10. Præcedentes editiones post ἀνίοις interpungunt, vt ἤδη iungatur cum καλῶν: at ego cum χλευάζοντας potius iungi crediderim. De hoc tamen subdubitans, & suum cuiq; iudicium liberum relinquens, neutri loco interpunctionis notam adhibui. Idemque & aliis plerisque locis à me factum esse moneo.

P. 620. e. 7.] Pro εὐσταθὴς scriptum est etiam ἀπαθὴς.

P. 621. Pro αἰγιαλάτας inuenitur etiam ἀπιλάτας.

Ibid. b. 1.] Vel ἐπὶ ᾧ pro ἔπειτα ᾧ poni dicendum est, (de quo particulæ huius vsu in principio harum annotationum disserui) vel particulam ᾧ vacare post ὄντος. Si hanc vacare dicamus, tunc post ἑαυτὸν non fuerit ponenda πλεία στιγμή, vtpote sententia adhuc pendente. Videntur autem interpretes hoc censuisse, quum illam vsque ad hæc verba, ὀκ ᾧ πόπου, continuent: id est, sententiam seu periodum non claudant ante hæc verba. Vnus enim ita vertit, Postquam ad Cinnam in castra profectus ex crimine quodam & calumnia metuere sibi cœpit, citoque se inde subduxit: quum nusquam compareret, per castra rumor & sermo peruasit, interfectum à Cinna adolescentem esse. Alter non solum eousq; periodum continuauit, sed longius etiam perduxit: sic totum hunc locum interpretans, Quum ad Cinnam in castra profectus, ac ob criminationes & calumnias aliorum sibi metuens, clam sese è medio subduxisset, rumore in castris exorto, adolescentem à Cinna necatum esse, milites iampridem infestos animos gerentes, impetum in Cinnam fecerunt: atq; is fugiens à quodam centurione stricto gladio insequente deprehensus, ad genua ei accidit, sigillumque, quod magni erat pretii protendit. Ego periodum vel non tam longe, vel certe longius etiam perduxissem: quoniam cum vltima (vt ita dicam) parte velut cohærent quæ sequuntur, Cui centurio acerbe admodum insultans, Atqui, inquit, non veni &c. Potius tamen periodum clausissem his verbis, Impetum in Cinnam fecerunt. Sed hoc obiter dictum sit. quod autem ad ἐπεὶ attinet, non dubito quin multum multos torserit, eum quem dixi eius vsum non animaduertentes, tanquam videlicet imperfectam sententiam relinquente scriptore: aut saltem tanquam illi voculæ suam ἀπόδοσιν non dante. Quum autem vel pro ἔπειτα poni dici possit, vel particula δὲ in sequentibus abundare, (quam fuisse interpretum opinionem ostendi) ego alios Plutarchi locos cum isto conferens, non minus illud, quam hoc admiserim.

P. 623. b. 1.] Inserendum esse dico articulum τὰ inter πεζονικὰ & articulum τῶν: vt legatur, πεζονικὰ τὰ τῶν γάμων. In fine autem huius versus pro τῷ Πομπηίου βίῳ scriptum est in quibusdam τοῖς Πομπηίου τρόποις.

Ibid. b. 6. 7.] Pro πρεῶν scriptum est etiam φρεῶν in quibusdam exempl. quod magis placet.

Ibid. d. 6.] Scribere malim Ῥωμαῖον.

Ibid. e. 2.] Pro ἀπανθρώπως legitur etiam ἀπαθῶς.

Ibi. f. 5.] Repone πυκάπον.

p. 624. b. 1.] Ita legitur in vet. codicibus, non εἰς Γαλίας.

Ibid. b.] In antiquis exempl. scriptum est ὀκ κιμβρίοι.

Ibid c. 2. Legitur & hoc modo, δέξα τοῖς ἄλλοις παρέστη πᾶσι.

p. 626. d. 5. In vet. cod. non σεαυτοῦ sed σεαυτῷ scriptum est, vt hic habetur, necnon καταστεύασας pro παρεσκεύασας, Verum ad ista quidem verba quod attinet, nihil in significatione discriminis habent: at illa casus mutatio sententiam immutat. Nam si σεαυτῷ legatur, intelligetur ἰσχυρότερον quam antea: sin σεαυτοῦ ad ἰσχυρότερον referri manifestum est.

Ibid. e. 3.) Hic quoque ἐπεὶ δὲ pro ἔπειτα δὲ accipiendum fuerit, vel periodus vsque ad hæc verba, οὐ διεμέλησεν. suspendenda: ideoque ante ὁ δὲ σωφρὼν hypodiastoles duntaxat nota collocanda.

P. 627. d. 8.) In præcedentibus editionibus legitur αὐθυπάτων pro αὐθ' ὑπάτων. quam lectionem interpretes quoque sequuti sunt. verum αὐθύπατον, quod præcedit, non reddiderunt nomine composito, sed perinde ac si αὐθ' ὑπάτου scriptum esset. Ita enim vnus locum istum vertit, Quo tempore (vt aiunt) quum quidam in senatu quæreret, ecquid Pompeium pro consule ad bellum mittendum putaret: Philippus, Nequaquam, inquit: sed pro consulibus. vtrunque consulem nullius esse pretii existimans. Alter quoque ita vertit ac si scriptum esset αὐθ' ὑπάτου, & quidem hæc verba pro consule, in ipsa responsione etiam repetens: hoc modo, Quo tempore aiunt rogante quodam in senatu & mirante, Pompeium an pro cōsule Philippus esset in Hispaniam missurus, Non tantum, inquit, pro consule, Philippus, sed pro consulibus: notans ambos illius anni consules nullo numero esse. Mihi autem non liquet vtrum αὐθ' ὑπάτου pro αὐθύπατον reponendum censuerint, ideoque verterint Pro consule, non Proconsulem, voce composita: an potius vt dicti huius festiuitatem apertiorem redderent, ita interpretati sint. Sed retinendo, αὐθύπατον, itidemq; interpretationem consuetam illi dando, minime obscura esse videtur huius responsi vrbanitas qua ad significationem nominis αὐθύπατος, id est proconsul, alluditur. Ideoque recte quidem pro αὐθυπάτων fuisse repositum αὐθ' ὑπάτων. at nō itidem αὐθύπατον in αὐθ' ὑπάτου esse mutandum censeo.

P. 629. e.] Pro τῷ πόπῳ πολιτευομένων legitur etiam τῷ πώποτε πολιτευομένων: quæ certe multo maior laus fuerit: Sed si πόπῳ in πώποτε mutetur, videtur etiam πολιτευομένων in πολιτευσαμένων vel πεπολιτευμένων mutari debere. Quæ tamen mutatio ex vet. libris itidem non annotatur, haud scio an per incuriam prætermissa.

P. 630. b. 4. Pro ἄγων legitur & ἔχων: sed dura hæc repetitio participii tam propinqua videri queat.

Ibid. e. 7.] Scriptum inuenitur & ἀσύμμετρος, vt referatur ad βίος. verum altera lectio magis mihi placet.

P. 631. c. 3.] Scribendum Ἐν τῇ Ἰσμῷ.

P. 633. d. 6.] In quibusdam vet. copula καὶ huic accusatiuo præfigitur: sed non placet καὶ πολλοὺς, quum iam multitudinem eorum declararit, dicens, δισμυρίων πλείονας ἡγουμένους. Malim igitur scribere, καὶ πολεμικοὺς πῆς πολλοὺς ὄντας, vt eos magna ex parte bellicosos fuisse intelligamus. Vnus tamen interpretum hanc significationem nomini πολλοὺς non dedit, ita

vertens hunc locum. Ipsos prædones, plus viginti millia, neq; interficere statuit: neque, vt dissiparentur aut coirent de integro inopes & bellatores multi, sinere existimauit securum. Alter autem eam quam dico significationem nomini πολλοὺς dedisse videtur: quippe qui ita vertit, Ipsos autem piratas, quorum erat super viginti millia numerus, occidere ne cogitauit quidem: dimittendos porro, committendumque vt homines egeni & bello viuere soliti plerique, aut in varias regiones dissiparentur, aut inter se rursus coirent, nullo modo censuit. Verum vti dixi, πὸς πολλοὺς potius scribendum esse putarem. vt vti alibi legimus, ὡπλισμένοις ὃ φαύλως καὶ δίρμασι θηρείων πὸς πολλοὺς.

P.634.c.10.) Non dubium est quin pro ἀφικνεῖσθαι reponendum sit ἐφικνεῖσθαι. qui error & alibi reperitur.

Ibid.e.3.) Est & alia lectio, τὸν νόμον πολλὰ κατηγορήσας καὶ τὸ δημάρχου· μηδένα καὶ πιθῶν. Eam autem quam habemus lectionem possumus aliter quoque interpungere: vt nimirum δήμου ad κατηγορήσας referatur. Vt enim hic interpunctus est iste locus, δήμου cum μηδένα iungitur: vt sit μηδένα δήμου pro τοῦ ἐκ τοῦ δήμου. Quem loci huius sensum esse putauit qui ita vertit, Catulus quum multis legem reprehendisset, neque de populo quenquam mouisset. Alter autem interpres, δήμου ad verbum κατηγορήσας referens, ita vertit, Catulus solus legem grauiter dissuasit, atque populum increpauit. qui neminem quum permoueret, &c. Vtrolibet autem modo locum hunc interpungamus, miror si Plutarchus δήμου, non τοῦ δήμου, scripsit.

P.636.b.4.) Pro ἐπεῖναι scribendum videtur ὀπίναι: quam lectionem sequutus est interpres qui vertit, Irruere Pompeium nuntiantes. Alter autem ἐπεῖναι retinuit: quippe qui reddiderit, Pompeium nuntiantes adesse. Potest autem illud ὀπίναι aliter quoque verti.

P.637.b.1.) Repono ἀφῃρῆσθαι.

Ibid.d.4.) In quibusdam non πεπρακισμυείων sed πεπρακισχιλίων scriptum est: quod non probo.

P.640.c.7.) Vel post σοβαρῶς vel ante interpungi potest. Vnus interpretum cum sequentibus iunxit, ita reddens hunc locum, Illum accubuisse, ac præ fastu pileum vsque ad aures capiti attraxisse. In altera interpretatione incertum est vtro referatur. ita enim in ea redditur hic locus, Memorant enim, opperiente in conuiuiis atque excipiente alios Pompeio subinde, illum iam accubuisse fastuose autes & caput habentem toga obtecta. (Iungo autem aduerbium subinde præcedentib. quamuis in mea editione sequentib. iungatur) Obiter autem obseruare oportet & interpretationem horum verborum, ἔχων δὲ ὤτων κᾷ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον. Mirum sane videri possit Plutarchum non aliter potius quod significare volebat expressisse: nisi pro κᾷ κεφαλῆς illum καὶ κεφαλῆς scripsisse dicamus: vt certe legisse videtur & vnus interpretum, is nimirum cuius est posterior interpretatio. In ea autem minus placet (nam & hoc obiter attingam) nomen ἱμάτιον reddi togam. potius enim eo significari arbitror tegmen capitis, assentiente etiam Budæo: vt in meo Thesauro docui. vbi & aliud huius significationis exemplum ex eodem scriptore in hac ipsa vita protuli, ὑπεξακισαμένου τι προσιόντι τῷ Πομπηΐῳ, καὶ τῆς κεφαλῆς ἀπαιωρουμένου τὸ ἱμάτιον.

P.642.d.6. In quodam exemplari non legitur τῷ μεγίθει: qui tamen datiuus plane est necessarius. Cæterum hæc, ἐπίεσας ὑποχρῶντα πομπῆς ἄξιωμα καὶ κόσμος εἶ, non recte ab vno interpretum fuerunt versa, Ad alia exornanda spectacula reseruata. Illa enim Plutarchi verba non aliud sonant quam, ea quæ θέας ἔξεπον, ad aliam pompam cohonestandam & exornandã satis esse potuisse. Sed propter illa etiam verba quorum interpretatio aliquid difficultatis habet, libet totum locum proferre. Ita igitur ab eodem est redditus. Magnificentiæ autem triumphi, licet in duos dies diuisi, tempus non suffecit: & multa eorum quæ apparauerat, ista pompa exclusa sunt, & ad alia exornanda spectacula reseruata. Alter vero ita vertit, Triumphi quamuis in duos diuisi dies non cepit tempus magnitudinem: sed apparatus magna pars, quæ ad decorandum & exornandum alium triumphum satis suppeditasset, non fuit spectata. Ego θέας ὀκπίπτειν dici puto pro τοῦ τῆς θέας χρόνου vel potius καιροῦ.

P.643.c.9. Reponendum puto accusatiuum Λεύκουλλον, qui iungatur cum verbo ἐδίξατο: ideoque post illum interpungendum fuerit.

P.644.d.7.) Pro καὶ suspicor scribendum esse κακίαν. Hoc quidem certe constat, aliquod substantiuum desiderari quod cum πᾶσαν iungatur, contra vero particulam καὶ pro superuacanea haberi posse.

p.645.a.1. Pro αὐτοῦ scribendum esse dico αὐτῷ.

p.646.c.9.] Si μετεῖναι recte scriptum est, recte scriptum fuerit & αὐτοῖς: sin μετεῖναι in μετιέναι mutandum est, itidem αὐτοῖς in αὐτοὺς mutare oportebit. Pro hac autem lectione μενέναι facit quod paulo post habetur, εἰ μὴ ἀσιν ὑπατείαι, vt omittam, plerisque locis hos infinitiuos compositorum ab εἰμὶ pro infinitiuis compositorum ab εἶμι inueniri. Sed fortassis & hunc singularem pro illo plurali ponendum illic quispiam censuerit.

Ibid.d.1 Rectius fortasse πάλιν iungetur præcedentibus. vt ἐπὶ αἱρεθῶσι πάλιν sit pro ἐπὶ πάλιν αἱρεθῶσι: & significetur, Quumprimum designati essent consules: vel, Simulatque designati essent: vt vnus interpretum vertit. Alter autem eam interpunctionem quam & mea editio habet, sequens, reddidit, Si designati essent, quam primum vt curarent &c.

p.648.b.2.) Post primum huius paginæ vocabulum Γομπηΐου tollenda est interpunctionis nota.

p.652.b.4. Vel τῷ δὲ τὰ δεινὰ vel παρ' αὐτὰ τὰ δεινὰ scribendum est.

Ibid.b.3.) Repone διεπάφρεσι.

p.654.f.5.) Pro οὐδὲ πῆτις ἔσται legitur etiam οὐδέπωτ' ἔσαν.

p.655.a.6.) Post ἐξιδιάσαντο additur in nonnullis καὶ συνεπαπάσαντο. sed mihi adiectio hæc parum placet.

Ibid.b.1.) Repono αὐτὸν.

p.658.b.3 Aut ἀπῖναι pro ἀπέναι poni, aut potius hoc pro illo reponi debere, dicendum est. Quod si quis illud retinere malit, nullis aliis, vt opinor, locis sententiam suam tueri possit quam iis qui mendi itidem suspecti esse debent. Iterum enim hic lectorem admoneo, plerisque huius ipsius scriptoris locis, & quidem in hoc opere, infinitiuos compositorum ab εἰμὶ pro infinitiuis compositorum ab εἶμι positos inueniri, aut saltem illos eam sedem obtinentes quam hi potius sibi vindicant. Atque vt ad exempla veniam hoc ipsum ἀπεῖναι pro Abire, id est ἀπέναι, itidem habetur supra. Sic de ἐπεῖναι pro ὀπίναι, de μετεῖναι pro μενέναι, dictum fuit.

p.359.c.3.) Reponendum videri queat τὸν pro τὸ. vt huic accusatiuo τὸν sequente μὴ, respondeat alter accusatiuus τὸν sequente δέ. Sed ei interpretationi minime assentior in qua hæc perinde redduntur acsi Plutarchus Pompeium quæstionem de prouidentia proposuisse. & ei Cratippum respondisse diceret. Ita enim illa, Etenim Pompeio de prouidentia sui casus causam quærenti, respondebat Cratippus, ita accidisse quod vitiosus reip. status monarchiam iam expoſceret. Vicissimque quærebat, At quomodo nos quoue argumento certissimus te melius quam Cæsarem vsurum fortuna fuisse? Atqui non dicit Plutarchus ἤρετο, sed ἐρέσθαι φίλῳ. Ideoque magis placet altera hæc interpretatio, Nam quæsiuisset tandem Pompeius de prouidentia aliquid. Ille demonstrasset, propter peruersam rempub. rebus principatu vnius opus esse. Quæsisset præterea, Qui & quo Pompeiv signo credamus, si Cæsarem vicisses, rectius te quam illum fortuna vsurum fuisse? Hoc etiam addo, hunc interpretem in iis quæ proxime præcedunt, vertisse participium ὑποκαπακλινομένου, Assensus est. Alterum autem, Subterfugiente certamen. quæ interpretatio non omnino reiicienda est, meo quidem iudicio. Dicitur enim hic Cratippus ὑποκαπακλίνεσθαι, non quod assentiretur, (alioqui verbo συγκαπάθεσθαι, vel συνεπαινεῖν, vel συγκαταινεῖν, alioue huiusmodi, vti potuisset hic scriptor, atque adeo vti debuisset) sed quod pertinaciter aduersus Pompeium hac de re nollet contendere, ideoque eius argumentis non valde refragaretur velut succumbens. Bud. in suis collectaneis (è quibus plurima deprompta in Thesauro meo linguæ Græcæ inuenies eius nomine singulis adscripto) hoc verbum ὑποκαπακλίνομαι vertit Cedo, item Non obsisto: atque hunc ipsum Plutarchi locum in exemplum affert. At ego malim (hoc præsertim loco) interpretari cum aliqua adiectione, Ex parte cedo, vel Aliqua ex parte cedo. item, Non valde obsisto, Non valde refragor. Hæc autem sunt hominis certamen subterfugientis: ideoque alteram illam interpretationem non reiiciendam esse, tanquam omnino alienam, iterum dico. Verum vt ad loci huius emendationem redeam, quamuis dicam reponendum videri τὸν μὲν ἐρέσθαι: referendo videlicet τὸ ad Κράππον: fateor tamen hanc emendationem non omnino mihi satisfacere, & hunc locum suspectum habere, tanquam omissa quæpiam aut perturbata, aut etiam perperam scripta habentem. Magis enim placeret hæc à Pompeio dici, πῶς προσγμασιν ἤδη μοναρχίας ἔλθοι δίχα τοῦ κακοπολιτείας. Cratippum autem excipere, πῶς δ' Πομπήιε, &c. Quum vero his quæ dico obstent illa, τὸ μὲν ἐρέσθαι τὸν Πομπήϊον

λῶ ὑπὲρ τῆς προνοίας, de his dicam quod sentio. Verbum ἐρέσθαι deprauatum esse arbitror, & pro eo scriptum à Plutarcho fuisse aliud quod cum accusatiuo Πομπήϊον iungeretur. Simul autem non τὸ sed τῷ scriptum fuisse dicendum fuerit. Sed & verba quæpiam alia desiderari ante vel post ὑπὲρ τῆς προνοίας, verisimile est. Quocunque autem modo se res habeat, tria sunt quæ hæc verba, τὸ μὲν ἐρέσθαι, suspecta mihi reddunt. Vnum, quod τὸ mutari necesse sit: & mutando in τὸν (quæ maxime vicina est vox) dure dicatur, τὸν μὲν ἐρέσθαι τὸν Πομπήϊον λῶ, pro τὸν μὲν ἐρέσθαι τῷ Πομπηίῳ ἐξιλῶ. Alterum, quod ἔρομαι τοῦ τόπου, sicut & ἐρωτῶ περὶ τόπου, potius quam ἔρομαι ὑπὲρ τόπου dicatur. Tertium, quod verisimile non sit Plutarchum, si hic ἐρέσθαι scripsisset, statim post idem verbum repetiturum fuisse. Præterea vero vt Plutarchum illa verba περὶ τῆς μοναρχίας Pompeio adscripsisse existimem, facit quod sequitur, ἐρέσθαι δέ. Neque enim puto Plutarchũ de eodem dixisse τὸν δ' ὑποφαίνεσθαι, & ἐρέσθαι δέ. His autem omnibus non video quid aliud opponi possit quam quod paulo ante scriptum est de Pompeio, eum μέμψασθαι καὶ συνδιαπορῆσαι βραχέα περὶ τῆς προνοίας. Sed hæc non obstant quominus credamus Plutarchum subiunxisse, Cratippum potuisse (nisi timuisset ne λυπηρὸς atque ἄκαιρος esset) multa in defensionem τῆς προνοίας afferre. & Pompeio inter alia dicenti rempub. in tam malo statu fuisse vt monarchia opus haberet: obiecisse, Sed si ad te monarchia illa deuenisset, victoria potitum, quid nobis fidem facere possit, te melius quam Cæsarem fortuna vsurum fuisse? Hæc mea est de isto loco sententia: qua tamen nihil laudi interpretum (quorum doctrinam & iudicium magni facio) derogare velim. Idemque & de aliis locis in quibus ab illis dissentio, sentiendum esse dico.

Ibid. d. 8.) Vide num legendum potius ὅπως quam ὅπου.

Ibid. e. 8. Vide an malis φύξιμος: quod exempl. quædam habent.

P. 660. d. 3.) In præced. edit. est διώσεως. sed non dubium est quin διώξεως reponendum fuerit: quam & interpretes lectionem recte sequuti sunt.

P. 661. b. 9. Pro ἤρετο fortasse reponendum fuerit ἤρχετο: aut certe ἐπῆρτο.

Ibid. c. 3.) Repone πρῶτος.

Ibid. e. 6. Rectius scribetur δίξη.

P. 662. a. 6.) Scribendum potius εἰς Αἴγυπτον: vt paulo ante legitur, ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον.

Ibid. a. 10.) Scribendum potius τὸ Ἀλβανόν.

Ibid. e. 3.) Ex Εὐρυπῶντος fieri debere Εὐρυπωνίδαι, plane persuasum habeo. sed simul etiam ἠπόρησαν in ἠπόρηται mutandum fuerit, tollendo interpunctionem quæ subiungitur, & παρέχειν in παρέχειν. vt ita legatur hic locus, οὐκ αὖ ἠπόρησαν Εὐρυπωνίδαι γήρειον καὶ ἀφόδους τῇ Σπάρτῃ βασιλία παρέχειν. Huic autem loci istius emendationi vtraque interpretatio assentitur. huius enim lectionis sensum ambo interpretes expresserunt.

P. 664. a. 10. Legitur etiam καὶ ὑπονοίας pro ὑπ' αἰδοίας.

P. 665. c. 8.) Legitur etiam τῷ φιλοφροσύνῳ. sed plurali vtitur & alibi Plutarchus: vt pag. 1226. ἀλλ' αἱ φιλοφροσύναι τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνο καὶ στερκτικὸν οὐκ ἔχουσαι.

Ibid. f. 2.] Malim hæc interrogatiue legere, ponendo interrogationis notam post accusatiuum Ἥραν. Vnus interpretum mihi assentitur, ita reddens hunc locum, Nunquam ne me Alexander Iunoni inuisam reddere desinet? Alter vero citra interrogationem hæc legit, ita vertens, Non desinet Alexander in crimen me apud Iunonem vocare. Nisi forte interrogationis nota incuria typographica prætermissa fuit.

P. 668. d. c.] Hæc verba καὶ φιλομαθὴς ab interpretibus versa non sunt, quod in præcedentibus editionibus non extent, huic meæ ex vet. codicibus addita. Sic autem alia pleraq; vocabula in hac leguntur, quorum interpretationem apud illos eandem ob causam non inuenies. Cæterum recte adiungi illa in vet. codicibus, & pro Plutarchi verbis agnoscenda esse, ostendit hic in Pompeii vita locus, ὀπτάμενον δὲ ὡς ἐστι φιλόλογος αἰὴρ καὶ φιλομαθὴς ὢν ὀλίγοις ὁ Οὐαλέριος. Hic enim itidem φιλομαθὴς cum φιλόλογος copulari videmus.

Ibid. e. 3.) Pro σφοδρὸν legitur etiam στερρόν.

Ibid. f. 5.] Reponendum Κηφισόν, vt recte interpretes legerant.

P. 669. e. 4.] Non dubito quin ἰόντα pro ὄντα scribi debeat. fueritq; hoc mendum simile illis quorum antea mentionem feci: positorum videlicet infinitiuorum, ἀπεῖναι, ἐπεῖναι, μετεῖναι, pro ἀπέναι, ἐπέναι, μετέναι. vt enim hic composita ab εἰμὶ pro compositis ab εἶμι ponuntur, ita illic ὄντα participium ab εἰμὶ, positum fuerit pro ἰόντα particip. ab εἶμι. vterque interpres tamen hunc, non illam, lectionem sequutus est: quum tamen nimis durum esse videatur ὄντα εἰς τὸ δωμάτιον pro ὄντα ἐκ τοῦ δωματίου. Sed & hoc obiter addo, δωμάτιον melius reddi Cubiculum ab vno quam Domum ab altero.

P. 673. b. 10.] Legitur etiam βουκέφαλος: sed vsitatum est hoc nomen in illa etiam terminatione.

Ibid. c. 3.] Quidam codices habent duntaxat μέλιτι.

P. 674. b. 5. In quibusdam scriptum est τῷ καλουμένῳ.

P. 674. d. 7. Pro ἡδύνθαι scribendum puto ἡδύσθαι.

Ibid. d. 9.] Quidam pro ἀγγαύδου reponunt ἀσκαύτου: sed ἀσάνδου reponendum esse, ex Hesychio & Suida constat. Ἀσάνδης, (inquit ille), ἡμεροδρόμος. Additque, ἢ κράββατον, ἢ ἄγγελον, Τερεντῖνοι. Hic autem, Ἀσάνδας, οἱ ὁδοδόκοι γραμματοφόροι. Vocarique eosdem & ἀγγάρους, addit: & ambo hæc nomina esse Persica. Fateor tamen inueniri & ἀσκαυδὴς in alio eiusdem Hesychii loco, exponentis ἄγγελος: sed alteri loco potius assentior, vtpote qui scripturam autoritate Suidæ comprobatam habeat. Quod autem ad alteram expositionem attinet, qua ἀσάνδης significare etiam κράββατον ab Hesychio dicitur, in ea duas scripturas in vnam confundi arbitror: id est, huic nomini ἀσάνδης eam quoque significationem tribui quæ non eius est, sed nominis ἀσκαύτης. quum idem lexicographus huic significationem illam, necnon Suidas & Etymologus tribuat.

Ibid. e. 4.] Futurum βοηθήσειν in præsens βοηθεῖν mutandum videri possit: ac mutandum certe fuerit si ἐθάρρει pro Auderet accipiamus: vt vnus interpretum accepit, qui vertit, Quum de cæteris medicis nemo auxilium adferre auderet. Sed ἐθάρρει accipio potius pro Confideret: & tunc futuro infinitiui locus erit: interpretando ita, Quum cæterorum medicorum nemo remedium se allaturum esse confideret.

P. 875. d. 8.] Pro Πινδάρῳ scribendum esse arbitror Πίνδῳ quamuis vterque interpres lectionem illam sequatur.

P. 676. e. 5.] Stare nullo modo potest hæc lectio καλῆς καὶ γυναικὸς καὶ τὸ κάλλος. Videndum igitur an tollenda sit vocula καὶ, an mutanda in κατά. Ego potius tollendam quam mutandam in κατὰ censuerim: quoniam in huiusmodi locis solet potius subaudienda relinqui hæc præpositio. Vnus interpretum reddidit, Mulierem & natalibus & forma nobilem. Alter autem perinde hunc locum interpretatur acsi καὶ τοῦ κάλλος scriptum esset: sic vertens, Elegantem mulierem & præter formam generosam.

P. 678. c. 8.] Legitur etiam Ἀλεξανδρόπου.

P. 679. d. 9.] In quibusdam editionibus habetur εὐβουλέτου quod verbum ex εἰβουλεύετο deprauatum videri potest.

p. 681. a. 6. Rectius fortasse ὑποφεισδομένως: sicut à φείδομαι est aduerbium φεισδομένως, necnon πφεισμένως.

P. 682. b. 4.] Pro ἓν ἔδει scribendum puto ὀνέδει. dicitur enim potius ὀνέδει μοι τοῦτο, quam δεῖ μοι τοῦτο, quod sciam. Sed quum desideretur nominatiuus, videndũ est an οὐδὲν huic verbo ὀνέδει præfigendum sit, aut ἄλλο: an dicendum subauditi.

p. 683. b. 10.] Meminerit hic lector loci in præcedentibus à me annotati, in quo perperam τῷ Φοίβῳ σφαγιασάμενος pro τῷ Φοίβῳ σφαγιασάμενος scriptum est. (is in Thesei vita extat) & num hic quoque eadem scripturæ mutatio facienda sit, perpẽdat.

P. 684. c. 8.] Pro μέλλοντας inuenitur scriptum & μίλλοντας.

p. 685. e. 6.] Verba hæc εὐπλοῖς σφόδρα in præcedentibus editionibus desiderantur: sed particula καὶ, quam eadem ante γελοίῳ habent, omissionis verborum, siue horum, siue aliorum, est index. Vterque interpres particulam illam merito omisit, quum ea quæ coniungit verba non haberet. sed vnus γελοίου πρὸς ὄψιν vertit Aspectus lepidi: ita hunc locum reddens, Quum forte puer aspectus lepidi & canens scite, nomine Stephanus, Alexandro adstaret: Ego vero quomodo γελοῖος πρὸς ὄψιν significare possit eum qui aspectus est lepidi, seu aspectu lepido, me non intelligere fateor. Neque vero apud Plutarchum est καὶ ἄδοντος χαριέντως, id est, Et canentis scite: sed ponitur aduersatiua particula δέ. Legitur enim ἄδοντος δέ, pro ἀλλὰ ἄδοντος, sed canentis. Minime autem aduersatiua particula vsus fuisset Plutarchus si γελοίου πρὸς ὄψιν in significatione illa accepisset.

P. 689. b. 5. Pro Αἰγαῖος scriptum est etiam Ἐλχαῖος.

Ibid. b. 10.] Legitur etiam πιθανοῖς ἢ λόγοις ἢ ἔργοις πρὸς Τελεσίππου. sed alteram lectionem magis probo.

P. 691. e. 2.] Nisi Plutarchus sæpe particulas initio periodi omitteret, (qua de re & in aliis harum annotationum locis admonui) dicerem eum hic scripsisse, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ Ῥωξάνης. vel ὁμοίως δὲ καὶ τὰ &c. vel, καὶ τὰ περὶ Ῥωξάνης δὲ ἔρωτι &c.

P. 692. e. 9.] Scribendum esse puto ἐπείνου.

P. 693. a. 5. μείζονος) Est & alia lectio, ἐφιέμενον.

P. 694. f. 2.] Legitur etiam λαβεῖν τὴν πάθος.

P.645. d. 5. In quibusdam scriptum est οὐ λέγειν, non εὐλογεῖν.

Ibidem e. 10.] Pro λέγειν in nonnullis codicibus est λέγω.

P. 697. f. 5.] Quidam codices habent πρεσβύτερον, tanquam de duobus duntaxat: sed quum essent non ἀπὸ πόλεως sed ἀπὸ πόλεω, plures fuisse verisimile est.

P. 698. b. 8. Post φιλοφροσύνης interrogationis nota locum habere potest: vt particula ἤπου interrogationi hic seruiat. Sic certe vnus interpretum. An tu pugna arbitraris ex tali sermone & comitate colloquium fore immune? At nihil proficis. Alter citra interrogationem, Existimas nostro hoc congressu amicitiæque iunctione certamen omne exclusum. sed nihil agis.

Ibid. d. 4.] Legitur etiam ἐν μέσῳ τῇ στραποπέδῳ.

P. 699. e. 2.] Repono προελθὼν. idem autem & alibi reperitur error: id est, in aliis huius ipsius operis locis.

Ibid. e. 7. Scribendum puto, τὰς ἢ αἰπέρας ὀχθας.

Ibid. e. 10.] In quibusdam scriptum est ὀκταπυχλίοις.

Ibid. f. 5.] Pro προσύχραφεν legitur etiam προσύφερεν.

P. 703. b. 8.] Alii εἰς iungunt cum οἶδα: sed multo rectius sequentibus iungitur.

Ibid. e. 1.] Pro τὸ νικητήριον στέφανον scribendum esse arbitror. τὸν νικητήριον στέφανον καὶ πάλαι τον. vel τὸ νικητήριον, στέφανον καὶ πάλαι τον: vt post νικητήριον interpungatur, & velut per appositionem dictum intelligatur. Vterque interpres vocem στέφανον prætermisit. Vnus enim ita reddidit, Ac victoriæ præmium nactus talentum, tres dies superuixit. Alter hoc modo, Relatoque pro victoriæ pretio talento, triduum superstes fuit.

P. 708. d. 3] Non ὅπῃ χολιω sed ὅπῃ τολιω præcedentes editiones habent, magno errore, sed eiusmodi qui neminem decipere possit.

Ibid. d. 8. Pro ἀδηλίτως legitur etiam ἀκρίτως. Quæ autem sequuntur, τὸ ἢ πρωτεῖον, ὅπως τῇ δωνάμει καὶ τοῖς ὅπλοις πρῶτος εἴη μᾶλλον· ἀλλ' ἀχολιθεὶς ὑφεῖναι πρὸς ὅ,ᾳ ἡ φύσις ὑφηγεῖτο, &c. vnus interpretum ita vertit, Primum enim laudis locum dimisit, non quod potentia & armis primus omnium esse mallet, sed quia negotiis obrutus, ad id inclinauit ad quod natura rapiebat. Sic autem interpretans non ὅπως sed οὐχ ὅπως legit. At ego nullum hic negatiuam particulam habere locum dico, sed potius sensum ei quem Plutarchus verbis suis subesse voluit, contrarium efficere. Significare enim hic voluit quod in istis alterius interpretis verbis habemus, Primas vero in vrbana facundia, vt potentia potius & armis esset primus, reliquisse aliis. Sed quum particula ἀλλ' orationis huius structuram perturbet, expungendam censeo: vt ὑφεῖναι quidem cum πρωτεῖον, participium autem ἀχολιθεὶς cum ὅπως iungatur. perinde ac si dixisset, τὸ ἢ πρωτεῖον ὑφεῖναι μᾶλλον ἀχολιθεὶς ὅπως πρωτος εἴη τῇ δωνάμει. &c. Fuisse autem additam particulam ἀλλ' post μᾶλλον verisimile est ex repetitis à librario per imprudentiam primis literis vocis μᾶλλον: ex quibus deinde ἀλλ' à quopiam factum fuerit. Participium vero ἀχολιθεὶς scio videri posse præter consuetudinem aduerbio ὅπως esse iunctum: sed ita accipiendum fuerit acsi dictum esset, ἀχολιθεὶς πρεῖ τοῦτο ὅπως &c. Illorum autem verborum πρὸς ὅ,ᾳ ἡ φύσις ἐξηγεῖτο τῆς ὀρ τῇ λέγειν δεινότητος ἐκ ἐξικόμενος, non satis recte expressus fuit sensus. Vult enim significare Plutarchus, eum non ad illum vsque gradum eloquentiæ peruenisse ad quem naturæ inclinatio eum deducebat.

P. 709. a. 7.] Suspicor ante μικραὶ deesse οὕτω. vt dicat Plutarchus, Nullum vilius rei initium esse tam paruum vt nō assiduitate magnum cito reddatur, vel, Tam paruum quin assiduitate &c. Atque ita perinde fuerit acsi ita loquutus fuisset, οὕτω μικραὶ ὥστε μὴ ταχὺ ποιεῖν &c. Alioqui non addendo οὕτω videtur esse potius dicendum, οὐδεμίαν ἀρχὴν πρόγματος ἡγητέον μικραὶ ἢν αἱ ταχυποιῇ μεγάλων τὸ ἀνδλεχές. hoc sensu, Nullum principium exiguum esse putandum quod assiduitas magnum faciat. Id est, Si quidem assiduitas magnum efficere id possit. Vnus interpretum ita hunc locum vertit acsi lectionem illam priorem sequeretur: hoc videlicet modo, Adeo nullius rei initium ita paruum est putandum, quasi non id assiduitate magna incrementa, idque breui temporis spatio, facere possit. Nam hic Ita paruum, est οὕτω μικραί. Sed alia particula quam Quasi vtendum fuisse videtur, Alter interpres illud aduerbium non addidit: ita vertens, Animaduerterunt nullum censendum esse rei alicuius paruum exordium, quod non ilico grande reddat continuatio. Est autem istud quoque hic obseruandum, posse particulam ὡς iungi cum verbo ἤδοντο: vt hæc verba, μεγάλης καὶ δυσπατρίπου ῥυομένης &c.. interiecta sint, & ῥυομένης resoluatur in ἐπιδὴ ἐῤῥύετο: itidemque βαδιζούσης in ἐπιδὴ ἐβάδιζεν. Cum qua expositione conuenit interpunctio quam mea editio habet. Sed potest etiam fortasse τελεία στιγμὴ post accusatiuum μεταβολὴν collocari, vt hæc verba ὡς οὐδεμία &c. velut ὅπῃ φωνήματα κῷς subiungantur. Hæc autem interpunctio in præcedentibus editionibus spectatur: eamque sequutus est ille interpres qui vertit, Adeo nullius rei initium ita paruum est putandum &c. Verum idem non recte post verbum ἤδοντο interpunxit, & ipsum à sequentibus genitiuis separauit, μεγάλης καὶ δυσπατρίπου &c. ita enim vertit. Sero admodum errorem suum animaduerterunt, quum ea potentia grandis iam & inexpugnabilis non occulte iam ad mutationem reipublicæ spectaret. Adeo nullius rei &c. Quum potius iungendo ἤδοντο cum μεγάλης ῥυομένης & cæteris genitiuis, (neque enim nouum est ἤδοντο ῥυομένης pro ἤδοντο ῥυείας itidemque ἤδοντο βαδιζούσης pro ἤδοντο βαδίζειν) debuisset ita interpretari, Sero, eam grandem & inexpugnabilem euasisse & iam ad mutationem reipubl. spectare animaduerterunt. Quum autem ἤδοντο non iungeret cum his quibus iungi debet genitiuis, sed ab illis separaret, coactus est aliqua de suo addere. Dicens enim, Sero admodum errorem suum animaduerterunt, hunc accusatiuum de suo addit.

P. 710. d. 2.] Scribo πρὸς δανεστάμενος.

Ibid. e. 8.] Scribere malim ἀδηλόν ὅτι.

P. 711. c. 7.] Pro πυπακόσιαι in quibusdam legitur ἑπτακόσιαι.

P. 712. f. 2.] In præcedentibus editionibus interrogationis nota huic loco apposita non fuit: quæ tamen apponenda esse visa est. Sic & supra huius particulæ ἤπου interrogationi seruientis facta mentio fuit.

P. 713. a. 2. Pro ἤδη in quibusdam legitur ἐθῶν.

P. 713. f. 5.] Scribendum puto, τῇ πρὸς τὸν σύγκλητον εὐλαβείᾳ.

P. 715. f. 2. Aduerbium ἀδιλεχῶς quædam exempl. habent ante ἀπομαχόμενος.

P. 717. c 5.] Pro τριακοσίοις quidā codices habent πετρακοσίοις.

P. 719. b. 7.] Pro προσήγαγον repono προσήγαγον.

P. 723. a. 1.] Obseruet hic lector ἐπεὶ δὲ, & meminerit eorum quæ antea dixi de vsu quem interdum apud Plutarchum habet ista particula ἐπεί.

P. 727. e. 7.] Aliquis mendosum esset putet hic ἐπίνει, & reponi debere συνεπίνει: sed inuenitur & illud simplex in huius compositi significatione, nimirum pro Assentiri: potius tamen apud poetas.

P. 728. e. 6.] In Pompeii vita dicit εἰς τὸν Πομπήϊον.

P. 779. a. 7.] Verbum hic non à librario prætermissum, sed potius ab ipso autore consulto omissum esse putandum est, vt quod subauditi posset: nimirum ᾤοντο, seu ὠόμιζον: aut etiam ἔλεγον.

P. 729. c. 1.] Scribendum puto πῶς τῇ φράσει ἔχομ. Alioqui post πῶς ponendum interrogationis notam censuerim: vt hic intersistat oratio: iungendo hoc aduerbium cum præcedente verbo ἐλπίζομεν.

Ibid. c. 8.] Hoc vocabulum αἰχμὴ (quod perperam in quibusdam huius editionis exempl. deprauatum fuit in αἰμὴ) in alio etiam huius scriptoris loco extat, vbi eadem res narratur: nimirum in Pompeio, ἐπεσείσε τις ὠθῶν δι' τοῦ σώματος τὸ ξίφος, ὥς τε ἢ αἰχμὴν περάσειν ἀφεῖν κ' τὸ ἰνίον. Fortasse tamen alterum vocabulum ἀκμὴν recte seruatum fuisset, quoniam ξίφει tribui videtur ἀκμὴ potius quam αἰχμὴ.

P. 735. b. 5. Pro πόπῃ reponendum suspicor πόπῃ quod iungatur sequentibus, interpungendo post ὀκ πρεῖελθόντα.

P. 737. e. 10. Non videntur sequenda fuisse exemplaria quæ habent accus. ὅπῃ τολαὶ pro datiuo ὅπῃ τολαῖς.

P. 739. e. 8. Pro ῥήματα legitur etiam ῥήτρα.

P. 742. a. 9. In quibusdam scriptum est ὅταν εὐτυχῶσιν, non ὅταν δοκῶσιν εὐτυχεῖν.

P. 746. d. 8. Præcedentes editiones habent συνεξαμασῆναι sed præterquam quod significatio huius verbi non conuenit, ipsum recusat etiam genitiuus quem hic habemus.

P. 747. e. 1. Legitur etiam ἀφῆκε. Sic tamen verbo ἐφῆκε vtitur, postea.

P. 750. d. 8. Pro Φωκίων inuenitur scriptum & Φώκῳ. Quam scripturam sequendo subaudietur nominatiuus ille Φωκίων. Erat autem Φῶκος nomen filii ipsius Phocionis: vt mox docebo.

Ibid. e. 8. Pro Φώκιε repositum fuit Φῶκε, non solum quod in vet. cod. ita scriptum sit, sed etiam quod illæ ipsæ editiones quæ hic Φώκιε habent, in alio huius vitæ loco habeant Φώκῳ, non Φωκίῳ. nimirum pag. 755. Φώκῳ γὰρ τῷ παιδὶ. itidemq; versu qui hunc proxime sequitur.

P. 754. e. 5. Post ζητῶ non posita fuit πλεία στιγμὴ: quod pendeat sententia, cuius initium est, καὶ τοῦτο ὅπερ ὕστερον &c.

ita

ita enim hæc inter se iunguntur, καὶ ὁ πρὸ ὑστέρου αὐτὸ ἄχρειος εἶπεν, τοῖς πολλοῖς ἐπηρεάζων. Sed ante ἀπὸ positum est πρὸ, necnon ante πολλοῖς: quod alterutro in loco vacat.

Ibid. e. 10. Legitur etiam κακοῦ δεσποτικοῦ καὶ πενεστικοῦ. verum altera lectio retinenda est, quoniam non vult negare eum fuisse κακοῦ δεσποτικοῦ & πενεστικοῦ, sed illius κακοῦ δεσποτικοῦ καὶ πενεστικοῦ ob eam quam afferit rationem, fuisse ἐπιχθεστέρου intelligit.

Ibid. f. 5. In quibusdam editionibus Ἀγωνίδης, perperam scriptum est, pro Ἀκωνίδης, vt in vet. cod. Nam illæ ipsæ in sequentibus locis scripturam istam sequuntur.

P. 759. a. 5. Malo μιᾶς τοῦ præcedentibus iungere.

Ibid. c. 1. Rectius scribetur Λυκείῳ.

P. 762. a. 6. Credibile fuerit Plutarchum scripsisse αὐτῷ ὀφειλομένων: ferri tamen & altera lectio potest. Hoc verbis iisdem repetitum videbis initio paginæ 1400.

Ibid. c. 1. Malim hæc interrogatiuè legere.

P. 765. a. 6. Pro δι' αὐτῶν quidam codices scribunt δι' αὑτῶν. Vnus interpretum δι' αὐτῶν legit, vt editio ista habet (aspirando priorem huius pronominis syllabam, vt sit pro ἑαυτῶν) siquidem ita vertit, Lege lata ne candidati haberent nomenclatores, tribunatum militum petens, solus legi paruit, & per se elaborauit salutare atque appellare ciues. At vero alter ita reddidit hunc locum ac si scriptum esset δι' αὐτῶν cum tenui, plane alium sensum eliciens. Ita enim interpretatur. Deinde quum lex esset lata, ne iis qui magistratum ambirent, nomenclatores adessent, tribunatum militum petens, solus eam legem violauit: monitorisque vsus ministerio, ciues nominatim salutauit atque compellauit. Prior ille non solum δι' αὐτῶν legit, aspirans hoc pronomen, sed etiam ἐπιθέτο pro ἐπέθετο: itidemque Lapus anteipsum illam lectionem sequutus erat. At posterior scribens αὐτῶν spiritu tenui, & ad ὀνοματοθέτην referens, Ciceronis loco seruiuit, obiicientis Catonii in oratione pro Murena, eum nomenclatoris opera fuisse vsum. Sed fieri potest vt Plutarchus non ex Cicerone hanc historiam, sed ex alio petierit, rem omnino aliter (vt fit) narrantis. Verba quidem certe ipsius Plutarchi negant quod ait Cicero, nisi vim aliquam eis afferamus. Primum enim durum est, δι' αὐτῶν pro δι' αὑτῶν, vtpote præcedente plurali ὀνοματοθέτην, non singulari ὀνοματοθέτης. Deinde hoc loquendi genus πεποιημένος ἔργον tali sententiæ minime adhibiturum fuisse Plutarchum, ex aliis illius colligere locis possumus, in quibus verba illa vsurpat. Ne autem longe abeamus, in hac ipsa vita, scriptum est, ὃς καὶ τὰ πρὸς ἐπιμελείαν πράγματα καὶ δόγματα, καὶ κρίσεις καὶ πράξεις τῆς μεγίστης ἔργον πεποιήτο τοῦ τοῦ καταχαρίζειν καὶ φίλον ποιεῖσθαι πρὸς αὐτόν. Equidem vel ex hoc loco perspici (meo quidem iudicio) potest, illam phrasin aliud significare: & Plutarchum, si voluisset declarare, Ministerio eius vsus, aliis potius vsurum fuisse verbis quam istis, πεποιημένος ἔργον δι' αὐτῶν. Quod autem in altera illa interpretatione ex ἐπέθετο, faciendum est ἐπιθέτο, & αὐτῶν ex αὐτῷ, mouere neminem debet, quum tales lapsus sint longe facillimi & frequentissimi.

P. 767. a. 5. Legitur etiam τοῦ πρεσβυτέρου.

P. 769. a. 2. Rectius ἀνείλετο scribetur.

Ibid. a. 4. Scribendum puto ἔξαρνον εἶναι, καὶ λέγειν &c.

Ibid. d. 7. Non video quomodo φερομένης ferri possit, nec dubito quin mutari in φερομένον debeat.

Ibid. e. 10. In præcedentibus editionibus inter λόγῳ & καθ' ἡμᾶς nulla interpunctio habetur: quum tamen καθ' ἡμᾶς initium sit alius sententiæ, qua sermo præcedens clauditur. Ac fortasse scripsit Plutarchus, καθ' ἡμᾶς ἐν δράματι &c. quamuis sæpe particulæ huiusmodi in opere isto omissæ comperiantur.

P. 772. a. 1. Pro λέγειν legitur etiam λεγόντες, & ἐξαιρούμενοι pro ἀφαιρούμενοι: quæ lectio prima fronte fortassis non placebit, sed attente considerata, magis probabitur quam altera. Sed post Κάτωνος interpungendum erit: hoc modo, ἡ δὲ Κάτωνος (subaudi πολιτεία) ἀρετῆς ἐνθουσιασμὸς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου ἀγωνιζομένης.

Ibid. a. 2. Meminisse hic oportet eorum quæ de ista particula ἐπὶ alibi dixi, id est de vsu quem in quibusdam Plutarchi locis habet.

Ibid. b. 2. Post μένων δὲ interpunxi, vt datiuum ἀλλήλοις separarem: quippe qui fertur ad præcedens verbum διεκείοντο. Vnus tamen ex interpretibus datiuum illum cum μένων iungit, ita vertens hunc locum, Voceque Catonem, vt bono animo esset, cohortati sunt, atque inter se consistentes cohærentque. Sed altera interpretatio nihil assentiuit: quæ ita habet, Et alta voce ipsum vt pergeret, ita, se autem mutuo manerent, cohortati sunt.

Ibid. f. 1. Hic quoque ἀπέναι pro ἀπίναι positum est. Dico autem hic quoque, quoniam eandem scripturæ mutationem in aliis etiam locis inueniri, admonui supra.

P. 773. c. 10. Pro ὡς πενεστικὸς legitur etiam πενεστικῶς.

Ibid. d. 3. Pro φιλία inuenitur scriptum & φιλοφροσύνα.

P. 774. e. 6. v. νοι καὶ δεῖ. Si ὡς & εἶχεν accipiamus pro ἐπὶ ὀλίγον, parenthesis ista locum habebit, & particula εὖ post φοβηθεῖν vacabit: sicut & alibi vacare comperitur. Ac si parenthesi locum dare nolimus, nec particulam οὖν pro superuacanea habere, tunc certè ὡς ὀλίγον, non aliud significabit quàm τοῦτο ὀλίγον, atque ita particulam ὡς πλεονάζειν dicendum erit. Ambo certè interpretes ita verterunt ac si illa abesset. Ita enim vnus. Hæc dicenti & senatus assensus est, & ex populo nō pauci comprobarunt. Alter vero ita. Hæc illi dicenti cum senatus adstipulabatur, tum aliorum quoque haud pauci se adiungebant. Si tamen particulam ὡς non omnino vacare vellemus, dici fortasse posset, ὡς ὀλίγον, significare. Quatenus autem hæc dicebat. At si hæc verborum esset series, ἐγὼ ὀλίγον βουλεύομαι φόβον, ὡς τοῦτο λέγων, tunc ὡς reddi posset Vtpote.

P. 775. b. 3. Affertur etiam ἀδυνάτων pro γενομένων: sed fieri non potest vt exemplar in quo legeretur hic ἀδυνάτων, haberet itidem ἀδυνάτῳ in proxime præcedente loco. Ego aliam lectionem quàm nostram quærendam non censeo: & ὡς ἀδυνάτῳ τῷ μεταστῆσαι perinde esse ac si dictum esset, ὄντος ὀλίγου τοῦ μεταστῆσαι: vel, ἐπειδὴ ἀδύνατον ὄντος τοῦ μεταστῆσαι. siue, εἰ ὀλίγου ἀδύνατον ἐστιν. Nescio autem quid sequens aut quo respiciens vnus interpretum, illa sic verterit. Atque in eo quod fieri non posset, mutare factum iactare se velle, stulti esse & amentis. Alter ita est interpretatus, In apertum vero se coniicere periculum ejus rei causa quæ rescindi nullo modo iam possit, id vero vaccordis planè esse & insanientis.

Ibid. e. 8. Post κόλπων nisi expungatur interpunctio, merito aliqua verba deesse existimabuntur. Vnus interpretum vertit, Hominem ex Pompeij sinu: alter, Hominem ex sinu Pompeii natum.

Pag. 776. a. 3. Post κύπρου in cunctis codicibus scriptum erat, καὶ Πτολεμαῖον. quæ lectio conuenit cum his verbis, ὁ δὲ Κύπρῳ Πτολεμαῖος.

Ibid. e. 1. In Ald. exempl. scriptum est συμβουλευόντων, mendosè, simulq; ambiguè inter συμβουλευόντων & συμβουλευόντος. Hoc ex vet. cod. repositum fuit, haberique in Florentina etiam editione: illud autem ad genitiuum λόγων posse referri videretur, nisi tam multa interiecta essent.

P. 777. e. 8. Pro μακρὸν in quibusdam scriptum est μικρόν, parum diuersa scriptura, valde diuersa significatione. Item pro ἀπροσίπτητο legitur προσίπτητο.

P. 778. b. 3. In editionibus quæ hanc præcedunt legitur καίτοι οὐκ ἂν τοῦτο ἐφαίνετο καὶ αὐθάδες. quam lectionem nullo stare modo posse manifestum est; quùm desideretur adiectiuum quod particula ἂν cum αὐθάδες copulandum est. Rectè igitur ex vet. cod. repositum fuit καίτοι σκαιὸν τοῦτο ἐφαίνετο καὶ αὐθάδες. Sed rectius fortasse legeretur, καίτοι σκαιὸν ἴσως τοῦτο, &c. Non video enim cur ἴσως hinc tolli debeat: neque σκαιὸν in ἴσως mutatum fuisse credibile fuerit.

P. 779. c. 8. Inter δῆμον & ἵππον aliquot verba deesse puto. Quà de re & vnus interpretum admonet: qui totum hunc locum ita reddidit, Ac decreuerunt vt qui prætores essent electi, ij statim magistratum inirent, non interposito solito tempore: ne cui fraudi ambitus esset, eiusque causa dies ei posset dici. Simulque ipsi amicos suos & administros ad petendum præturam suborturunt. Alter vero ita vertit, Vbi per infrequentiam decretum fuit vt designati prætores extemplo magistratum inirent, præciso legitimo tempore quo illos qui populum corrupissent largitionibus, postulare licebat. Deinde quum plebiscito effecissent vt soluti essent à causa dicenda, clientes & amicos suos ad præturam prouexerunt. Simul autem obserua pro προεῖπον paulo post scribi πρεσῆγον: quod verbum hic interpres expressit illo Prouexerunt.

Ibid. e. 9. In nonnullis cod. legitur φρατῆρας. Si retineatur, φρατῆρας subaudiendum erit participium ὄν: id est, οἱ φρατῆρες ὄντες.

P. 780. b. 1. Pro τῷ legitur etiam αὐτῷ: quam lectionem longe alteri præfero: vt sensus sit, turbam sequutam fuisse, audientem Catonem dicentem, se vna cum ipso Trebonio ire, in carcerem videlicet. Potest tamen & aliter accipi, λέγοντος nimirum pro κελεύοντος: vt aliquoties apud Thucydidem significationem istam habet, sequente infinitiuo. Ambo interpretes σὺν τῷ legerunt, non σὺν αὐτῷ: & vnus quidem λέγοντος vertit Differentem: ita hunc locum reddens, Sequuta est plebs est, audiens inter eundum differentem. Alter vero

λέγοντος accepit pro κράζοντος seu κραυγάζοντος, (quia præcedit μετὰ κραυγῆς ἐγκελευόμενος) ita interpretans, Sequebatur autem eum multitudo, auscultabatque, eo interim dum abduceretur, clamitante. Sed λέγοντος cum ἀκροώμενον potius iungendum est, quam pro absoluto genitiuo accipiendum.

P.781. a.8. Legitur etiam παρεπίθετο.

Ibid. b. 7. In quibusdam pro singulari δικαστηρίου habetur pluralis δικαστηρίων.

Ibid.d.3. Pro καταρρυεὶς scriptum est ὑποῤῥυείς.

P. 782. a. 3. Pro ἀρετῆς repono ex vet. exempl. ἀρχῆς. Quam lectionem & vnus interpretum sequutus esse videtur, ita reddens, Post Fauonio ædili creato, cum in cæteris magistratus muneribus præsto fuit, tum ludos eius in theatro curauit. Alter ἀρετῆς retinuit, & aliquem ex hac lectione sensum elicere conatus est, ita vertens. Post ædilitatem consequuto Fauonio, diligenter eum in eo officio adiuuit, inq; theatro spectacula adornauit.

Ibid.d.4. Legitur etiam ἐκοσμίωσε.

P. 783. a. 2. Legitur & πιστεύσαι: sed retinendum nobis est πίστευσαι. Post ζητεῖν autem interpunctionis nota collocari debet, ne iungatur hic infinitiuus sequenti: quum hic locus perinde sit intelligendus ac si verba ita collocata essent, οὔτε γὰρ ῥᾴδιον ὁ εἰσομαι ὅπου στήσεται ζητεῖν τὰ πεπεημαρτημένα. Sed articulum τὰ ante τὰ desidero: ac Plutarchum ipsum ita scripsisse suspicor, ὅπου στήσεται τὸ τὰ πεπεημαρτημένα ζητεῖν. id est, Quis futurus sit inquirendi in præterita delicta finis. Vnus interpretum ita vertit, Haud enim, vbi præteritis peccatis subsisteret excutiendis, procliue futurum statuere: &, si recentiores sanciantur mulctæ offensis, iniuriam passuros hos, &c. Quæ interpretatio magis mihi placet quam altera ista, Nam neque finem inquirendi in ante peccata constitutum, &, si noua eorum decernantur supplicia, de iniquitate querendi occasionem habituros, &c. Illum quidem certe comparatiuum νεώτερα ita hic vertit ac si pro positiuo positus esset: quum tamen suam comparatiui significationem ei dare oporteat. intelligit enim, νεώτερα ἢ τὰ ἀδικήματα: nimirum quæ post delicta iam commissa sancita fuerint. Cæterum quod ad parentheseos notam attinet eam prætermitti posse sciendum est.

Ibid.b.5. Legitur etiam παρὰ Κάτωνι quæ verba iungenda essent præcedentibus, vt παρὰ Κάτωνι dictum esset pro ὑπὸ τοῦ Κάτωνος. Sed Plutarchum ita vsum esse datiuo, persuadere mihi nequeo. Quod vero ad alteram lectionem attinet, eam vnus interpretum omnino sequutus est: ita reddens hunc locum, Multi enim euersi iudicio sunt, quod Catonem declinare, non niti innocentia putarentur. Alter autem ita vertit, Multi enim eo damnabantur quod Catonem recusantes iudicem, male sibi conscii viderentur. Quæ interpretatio magis mihi placet: sed eam sequendo mutandum aliquid in lectione nostra fuerit, vel potius aliquid ei addendum: nimirum δίχα τὸ ante οὐθαρρεῖν. Possit idem sensus & ex ista lectione elici, ἤλωσαν γὰρ ἐκ ὀλίγου, παρὰ τὸν Κάτωνα φεύγειν δόξαντες οὐθαρρῶν τοῖς δικαίοις. vt ita resoluatur hæc oratio, δόξαντες οὐθαρρεῖν τοῖς δικαίοις, παρὰ τὸν Κάτωνα φεύγειν. id est, δίχα τό: quæ duæ voculæ non minus quam παρὰ locum ibi habere possint.

Ibid. b. 7. Legitur etiam περιπινόμενον: quæ lectio magis placet: vt Cato dicatur περιπίνεσθαι κριτής. At περιπινόμενοι superuacuum videri possit, quum satis esset dixisse, περιφέρον ὡς ὄνειδος μόνα.

Ibid. c. 1. In præcedentibus editionibus legitur περιέφερον: pro quo ex vetustorum exempl. autoritate reposui αὐτέφερον. Vnum videndum est, an possit αὐτέφερον actiue vsurpari in ea significatione qua dicitur à Latinis Recreare. vt Recreare se ex magno timore, apud Ciceronem. Eodem enim modo dicentur hic Catonis præmonitus Pompeium ἀναφέρειν οὐκ πολλῆς ἀπιστίας, nimirum ex illa ἀπιστίας errore, tanquam ex morbo quopiam. Vicissim autem merito dubitarit quispiam an περιέφερον, quod in textu habetur, (& videri potest ex præcedente periodo manasse, vbi legitur περιφέρον) reddi possit Excitabant, vt verterunt ambo interpretes. Estque hoc quoque in vnius eorum interpretatione animaduertendum, eum verba ista, οὐκ πολλῆς ἤδη τῆς πρόσθεν ἀπιστίας, sequentibus iungere. Ita enim locum istum reddit, Iam Catonis prædictiones Pompeium non nihil excitabant post longam incredulitatem, veluti per insomnium animo periculum imaginantem. Quæ sane interpretatio valde apta fore videtur, si verba illa sequentibus iungenda sint. quod certe & aduerbium ἤδη persuadere possit: quum videatur Plutarchus ἤδη ibi posuisse tanquam iungere volens cum participio ὀνειροπολοῦντα. Sed liquido sciri non potest nisi prius de verbo quod post παραγορεύσεις est ponendum, nobis conitet.

Sed ecce, quum de verbis περιέφερον & αὐτέφερον annotassem quæ proxime præcedunt, & iam typographico prelo ea commisissem, incidi in verbum ἀναφέρειν in ea significatione actiua quam isti loco aptam quidem esse, sed eius exemplum me desiderare dicebam. Inueni autem in vita Agidis, τὴν πόλιν οὐκ ἤδη ἄλλων αὐτέφερεν ἁμαρτημάτων. Hoc igitur duntaxat perpendendum lectori fuerit, velitne verba illa οὐκ πολλῆς, &c. ad illud αὐτέφερον referre, (quamuis & ibi sit αὐτέφερεν cum illa præpositione οὐκ) an potius ab eo separare, sequendo quæ hac de re dixi. Interim autem obseruet hic lector ἐπεὶ δ' in principio trium periodorum quæ contiguæ sunt, & eorum quæ de istis particulis, antea dixi, recordetur.

P.785. b.8. Legitur etiam πολλὰ & πλείω: sed πλείον quoq; dici, cum ab aliis tum ab Eustathio annotatur.

Ibid. f. 1. Pro ἔνεστι repositum fuit ἔν τοῖς quod mendum & in alio huius operis loco emendatum fuit.

P.786. b.10. Hæc verba καὶ χρήματα in præced. editionibus non habentur.

Ibid.e.5. Pro πάθος in Aldina editione scriptum est προεδύπερος. qui error manauit ex ignoratione huius compendiariæ scripturæ πρός. quæ & in Florentina editione spectatur.

Pag.789. b.8. Hæc verba μετ' ὀλίγον ex vet. cod. addita fuerunt.

Ibid.c.9. Aptius scriberetur καὶ καθάπερ. Paulo post autem habes μαθήσει pro μαθήσεσι quod in præcedentibus editionibus legitur.

Pag.790.d.10. Legitur etiam σώζεσθαι πρὸς αὐτόν.

Ibidem.e.5. Pro φυγὴν quædam exemplaria habent φρουρόν.

P.791.a.1. Contrarium est quod in vet.cod.legitur, videlicet, ἐγὼ δὲ ἀδηλος.

Ibid. b. 6. Post καλοῖς in quibusdam exempl. scriptum est πνεῦμα.

P.793. e. 8. Legitur etiam, καὶ φεύγοντος πάλιν πολλὴν ἡσυχίαν, &c.

P.794.b.5. Pro datiuis τῇ πόλει habentur genitiui τῆς πόλεως in vet. exempl.

P.795.c.2. Pro μικρὰ in præced. editionibus scriptum est μικρά. Ambo tamen interpretes μικρὰ retinuerunt, vnus, minuta, alter, exilia reddens. Ita enim redditus est hic locus ab vno, Nullum sincerum aut laude constanti dignum, sed adulterina pleraque & exilia facinora edunt. Ab altero sic, Nihil sincere agunt vel constanter: verum alias aliis rapti studiis, & motus sequentes alios, res gerunt adulterinas & minutas multas. Sed nemo non videat quanto aptior ex voce μικρὰ sensus eliciatur, nec loco solum sed & vocabulo νόθα cum quo copulatur, conuenientior.

P. 796. c. 1. Pro ἐπαύσασθαι in vet. cod. scriptum est τὸ παύσασθαι. Vnus interpretum lectionem hanc sequutus est, ita vertens, In eas delati res imprudentes sunt, vbi iam non erat illud dici quod solet, Rectum licet non sit, turpe est desistere. Alter vero retinuit τοπαύσασθαι, ita reddens, quibusdã additis, Imprudentes ad eas res tentandas delati sunt, quas quum parum honestas sentirent, tamen iam inhonestas esse (notum enim illud est, Quod non honestum est, iam turpe esse sentias) colligere non potuerunt. At ego non dubito quin τὸ παύσασθαι genuina sit lectio: sed vereor ne aliud quoque mendum loco isti subsit, & potius scribendum sit, ἐπεὶ μὴ καλὸν, ἐκ αἰσχρὸν ἤδη τὸ παύσασθαι. Certe, vt omittam, multo magis proposito Plutarchi esse accommodatam sententiam quæ ex ista lectione elicitur, non video quomodo ἐπεὶ μὴ καλὸν reddi possit, Rectum licet non sit.

P.797.c.3. Pro αὐτὸν legitur etiam αὐτῷ. quarum lectionum vtraque sensum eundem efficit: sed si δ' αὐτὸν retineas, nominatiuus verbi ἀναληψοιτο erit βασιλεία: sin mutes in αὐτῷ, nominatiuus erit αὐτός.

798. d. 10. Veram lectionem esse puto εὐδαιμονιζομένης, vt habent vet. exempl. Sic αὐτῷ in versu proxime sequenti repositum ex iisdem fuit.

Ibid.e.3. Post παρεκάλουν posita fuit interpunctionis nota, quod hæc verba ὅντα προεδύπερον iungantur potius sequentibus quam præcedentibus hoc modo, παρεκάλουν ὀθπλαμβάνεσθαι τοῦ Ἄγιδος, vtpote qui esset προεδύπερος.

P.800.a.3. Interrogatiue fortassis hæc legenda sunt.

P.803. a.3. Inter αἰδοῦς & σωτηρίας in quibusdam cod. interiectum est pronomen αὐτῆς.

P.805.c.4. Lubenter scriberem καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστου.

P.806.b.2. Rectius scribetur αὐτος, vt in quibusdam exemplaribus.

Ibi.f.4. In præced. edit. legitur ὁπόσοι pro οὐπόσοι. Quamuis autem hanc lectionem recte in locum illius fuisse repositam constet, (nam vel propter ἀλλὰ negationem præcedere oportet) superest tamen hic quod nobis negotium facessat: nimirum aduerbium μάτιν. Si enim interpreteris, (dando illi aduerbio μάτιν suam significationem) Frustra interrogare Lacedæmonios non quot sint hostes, sed vbi sint: non consentanea suæ gloriationi loquetur Cleomenes. Ideo vnus interpres vertit Nunquam: ita hunc locum reddens, Qui dixerat, nunquam de hostibus quærere Lacedæmonios quot essent, sed vbi essent. At quid pro μάτιν legendum putauerit, (neq; enim hoc aduerbium ita potuit interpretari) coniectura non assequor. Alter autem interpres retinuit quidem aduerbium μάτιν, sed nouũ quendam vsum illi tribuit. quinetam ita vertit quasi ὁποῖοι vel ποῖοι scriptum esset, non ὁπόσοι vel πόσοι. Ita enim interpretatur, Non debere interrogare Lacedæmonios, quales, sed vbi hostes essent. Ego alteri interpretationi potius assentior, donec de vera lectione constare possit. Sed (vt interim coniecturam meam in medium proferam) quid si οὐ μάτιν scriptum à Plutarcho fuisse dicamus? Neque vero ita duntaxat legi posse auguror, εἰπόντος ὅτι οὐμάτιν, sed etiam hoc modo, (aliam negatiuæ particulæ sedem tribuendo) εἰπόντος οὐ μάτιν ὅτι Λακεδαιμόνιοι, &c. Nec dubito quin hæc lectio magis etiam quam illa prior placitura sit: vt videlicet οὐμάτιν à Cleomene gloriante dicatur: perinde ac si ita scriptum esset, καὶ τοῦ παλαιοῦ τινὸς αὐτοῖς αἰεμίμνησκε βασιλέων, ὃν ἔλεγον οὐμάτιν εἰπεῖν ὅτι Λακεδαιμόνιοι, &c.

P.808.d.3. Pro νόμῳ tam manifestum est scribi debere φόβῳ. vt scriptura hæc in contextu poni debuerit. Sed accedit & vetus exempl. autoritas.

Ibid. f.4. Genitiuum δεομένης in accusatiuum δεομένην mutare non dubitauerim.

P.809.a.7. Participium istud ὀπισθοδρώαντα pro ὀπφαδρώαντα repositum fuit ex vet. cod. Conuenit autem cum sequente αὐαπιυάμενον.

P.810.b.3. Malim scribere τῷ.

P.811.d.5. Fortasse scribendum fuerit ἄλλως γέ πως. Sic certe plerisque locis particulam γε locum particulæ τε occupare obseruaui.

P.812.c.1. Pro κἀθομιλήσας legitur in vet.cod. καθομολογήσας.

Ibid.c.10. In quibusdam scriptum est νεῶ δὲ pro ἐνιὼν δὲ.

P.815.c.3. Ab ea quam habemus hic lectione discedere videntur ambo interpretes. Horum enim verborum, αἱ τύχαι δὲ, ὅπως αὖ δαίμων δίδῳ, πάρεισι, manifestum est hunc esse sensum, Fortuna autem, talis vel talis obtingit, prout numini tribuere libuerit. At illi verterunt: vnus quidem, Fortuna ea vtemur quæ diuinitus obtinget: alter vero, Casuum vero, prout permiserit deus, erit exitus.

Ibid. d.10. Malo δεῖπνοποιησάμενος, vt in vet. cod. & alibi passim legitur.

P.816.b.8. Rectius scribetur βασιλικώτερον.

P.817.a.7. Est & alia lectio, σωεφρέφουτο.

Ibidem c.3. Scribe potius Κυλλαραβῖν. vt habes supra, in Pyrrho, necnon apud Hesychium. Sed apud hunc legitur oxytonως, scribentem, Κυλλάραβις. δίσκος ἢ γυμνάσιον ἐν Ἄργει.

Ibid.e.4. In quibusdam scriptum est, εἰς τὰ τῶν πολέμου πράγματα μάλιστα. sed malim lectionem nostram retinere, vt articulus τὰ iungatur cum aduerbio μάλιστα positus πλεοναζόντως; (qui vsus satis est frequens) nomen autem πράγματα ex præcedentibus subaudiamus: quum eius repetitio non solum non necessaria sed etiam auribus sit dura.

Ibid.e.7. In vet.cod. est πεφεράπυ, & in quodam φωεράσυ. Vt illud admitto, ita hoc reiicio. Neque certe alium quærendum esse puto sensum quam eum qui se primo aspectu nobis offert: nimirum nauem pane & reliquo commeatu prius instruendam esse quam remigio.

P.819.b.4. In quibusdam scriptum est κατάρρωον ἐλεφυόν.

Ibid. d.1. Scribendum arbitror τὰ μακρὰ διώκοντες. Sed non video quomodo hoc ita intelligi possit vt intellectum fuit ab eo qui ita vertit, Cur quæ in promptu sita fugientes, eadem procul quærimus? Immo dixissem potius, Alia procul quærimus?

P.821.a.2. Pro τῶν εἰσκοπῶν scriptum inuenitur παρεπισκοπῶν. quæ lectio conuenit optime cum præcedentibus verbis ὑποβλέπων ἀτρέμα.

Ibid b.7. Scribitur etiam τῶν ἱερέων.

Pag.822.a.1. Pro δυσθηρητον reponendum esse puto δυσθήρητον id est, seruatu difficilem. vt dixit Phocylides, Κάλλος δυσθήρητον ἔφυ παίδων πκέτεσιν. Optime autem conuenit cum eo quod addit, ἀμελῶς φυλάττουσι καὶ ῥαθύμως. Oportet enim contra quod δυσθήρητον est, φυλάττειν ἐπιμελῶς. Ambo tamen interpretes lectionem illam sequuti sunt, vel potius ita verterunt quasi δυσθήρητον dici posset pro δυσθηρατον. Ita enim vnus, Castigauit acriter custodes quod sæuam feram captuque difficilem seruarent segniter & socorditer. Alter autem, Acerbe obiurgauit custodes qui ingentem feram venatuque difficilem tam negligenter seruarent.

P.823.a.5. Ex vet. cod. addidi τὸν νεκρόν. Quod si non τὸν νεκρὸν vel τὸ σῶμα, vel tale quid addidisset, scribere debuisset ἔχοντα, non ἔχοντος.

Ibid.b.7. Pro καταδυροτόσαντας legitur etiam καταμυρωσαντας, longe diuersa significatione. Vt autem prius de vocabulo illo καταδυροτόσαντας dicam, in eius interpretatione interpretibus nullo modo assentiri possem: quorum vnus Excoriare, alter eodem sensu, Pelle nudare vertit. Δέρσα enim non καταδυροσῶ sed potius ὑποδυροσῶ dicendum esset pro Excoriare, sicut à δέρας & δέρμα deducuntur ὑποδέρειν & ὑποδερματοῶ, quæ hoc significatum habent. Quid igitur est καταδυροσῶ? Apud Thucydidem certe est Pelle seu corio contegere, vel pellibus seu coriis. lib. 7. meæ editionis, τὰς γὰρ τριήρεις καὶ τὴν νεὼς αὐτῶν ὅλας πολὺ καταδύρωσαν, ὅπως ἂν ὑπολιθάνοι καὶ μὴ ἔχοι αὐτὴν κλοιὸν ἢ χειρὸς βαλλομένη. An autem corpus eius corio contegi vel operiri voluerit vt diutius integrum maneret, corio videlicet ipsum à variis iniuriis quibus expositum alioqui fuisset, defendente, an potius alia id de causa factum fuerit, lectori perpendendum relinquo: excoriari quidem certe voluisse (præterquam quod participium illud significationem istam non admittit, vt dixi) minime credibile fuerit: quoniam hoc ne vel ad breue tempus conseruari posset, obstitisset. Quod autem ad alteram lectionem attinet, quæ habet participium quo Vnguento vngere significatur, nullo modo mihi placere potest. Nam fateor quidem vnguentis vngi fuisse solita, apud Ægyptios præsertim, defunctorum corpora, vt diutius illabefacta manerent: sed interim tantum honoris eius qui suspenderetur corpori deferri voluisse Ptolemæum, (præsertim quum aliis modis efficere posset vt diu corpus suspensum conseruaretur) mihi non fit verisimile.

Pag.831.b.1. Non dubito quin pro ἐπισμόν reponere oporteat ὁρκισμόν. Sic certe & alibi hoc mendum obseruaui.

Ibid.c.10. Scribendum censeo καὶ ἄτοπον εἶναι.

P.832.a.6. Addidi ex vet.codicibus ἐπαραιτῆσθαι. quæ vocabula possunt etiam abesse.

Ib.b.1. Pro genitiuo στρατιωτῶν repositus fuit hic στρατειῶν.

Ibid.b.2. Pro δῆμον in vet. cod. scriptum est δήμαρχον, necnon ἀπὸ pro ὑπὸ. Quam lectionem sequendo alia esset verbi ὀπικαλεῖσθαι significatio quam in altera.

P.834 b.4. Pro ἔχῃ, vel ἔτχεν vel ἔχοι reponendum esse dico.

Ibid.d.7. Pro ἄλλως inuenitur scriptum & ἀδόξως.

Pag 838.b.3. Pro καταπίπτων legitur etiam καταπαίων.

Ibid. c.7. Expungendam præpositionem ἐν censuerim; quum potius dicatur ἀνάμιλλος πῶς quam ἀνάμιλλος ἐν τοῖς, vt post τοῖς πρώτοις ἀναμίλλες Ῥωμαίων ἠθοῦ στρατηγοῖς.

Ibid. d.8. & 10. Nominatiuos δυσχεραίνουσα & βουλομένη lubenter mutarem in acculatiuos δυσχεραίνουσαν & βουλομένην: sublata interpunctione post σύλλητος, vt cum ἑαυτῷ hi accusatiui iungantur.

P.840.b.5. Pro οἱ πλεῖστοι inuenitur etiam scriptum οἱ πρῶτοι.

P.841.d.8. Pro φῶναι est & alia lectio, ἀφῆναι.

Pag. 843.d.10. Post οὖσιν expungenda est interpunctionis nota. Plane enim nomini ἀναιδήτοις Plutarchus significationem participii dedit, præfixa negatiua particula, dicens ἀναιδήτοις οὖσιν ὅσον ὄφελός ἐστι, pro οὐκ αἰδουμένοις ὄσον, ὄφελος ἐστι. Atque ita lusit in duplici vocabuli αἰδήτος significatione. Vnus tamen interpretum αἰδήτοις non ita accipit: sed vertit Stupidi, subaudiens (vt opinor) aliquid ante ὅσον. Ita enim hunc locum interpretatur, Itaque & nonnulli eam propter senium vel magnitudinem calamitatum à mente delectam sensuque malorum priuatam putauerunt. stupidi profecto ipsi, qui nõ sentirent quantum bona indoles rectaque educatio hominibus ad vacuitatem dolorum conferat momenti: & quod in retinendis quidem bonis sæpenumero fortuna virtutem superat: amissis vero iis prudenter casus nostros moderateque ferendi facultatem ei non adimit. Alter vero ita hunc locum reddit, Vnde amens ex senio vel ex cladium magnitudine habita quibusdam est euasisse, atque occalluisse ad sensum calamitatum: quum reuera illi senium nullum habuerint, quantum ex præclara indole bonisque natalibus & disciplina momenti ad pellendum hominibus mœrorem accedat: &

quod virtutem fortuna vsque quaque sequentem honestum sæpenumero vincat: cæterum in ceipitando, qui ferat easum sapienter, id non adimat. Libuit autem vtramque huius loci interpretationem afferre, vt ostenderem etiam quam lectionem vterque interpres proxime in fine huius periodi sequutus sit. Vnus certe φυλαττομένοις retinuit, vt hic habemus: alter vero in φυλαττομένης mutauit. At ego cur mutatio hæc necessaria fuerit non video.

P. 845. c. In quibusdam scriptum est συμβασιλεύειν.

Ibid. e. 10. Legitur in quibusdam καὶ αὐτός. quæ lectio magis mihi placet. Compellat autem Sossium Senecionem: sicut in Cleomene, quum ei dicit, τοῦτο μὲν οὖν ὀρθῶς ἐπικρινεῖς αὐτὸς ἐκ τῆς διηγήσεως. Sic & initio quarumdam vitarum, eiusque etiam cui primus in hac editione datus est locus, ipsum compellat, & quidem nominatim.

P. 846. b. 7. Pro εὐδόκιμον legitur in quibusdam εὐδαίμονα.

Ibid. e. 9 Stare non potest hæc lectio. videat igitur lector num ita scribendum sit, ὡς ἐξ ἧς τῶν πραγμάτων ἀμωγέπως εἴχομεν ἐμπειρίας.

P. 850. b. 9. Ex vet. exempl. autoritate reposui ῥωποῦ πρήθρεν.

Ibid. e. 2. Legitur etiam πρεσβυτέρου.

P. 855. f. 4. Pro καλῶς reponendum puto καλόν, & ἐπὶ δὲ pro εἰ δέ. perinde ac si hæc esset verborum structura, ἐγὼ δὲ ὡς μὲν καλὸν στεφανηφορῶν, ἐπὶ δὲ καὶ θύειν, ὅτι θανάτῳ βασιλέως, (addendo quæ sequuntur) νικᾶν ἔπειμι. Quoniam autem pendet sententia in μέν, eique redditur sententia quæ incipit ab ὅπ μέντοι, parentheseos nota inclusi quæ interiecta sunt.

P. 857. c. 7. Pro βασιλικῇ est alia etiam lectio, βαρβαρικῇ.

Ibid. e. 3. Lubentius scriberem βυλόμενοι: licet defendi altera lectio possit.

P. 859. a. 1. Recte pro ἐψηφίσαντο repositum fuit ἐσοφίζοντο, ex vet. codicibus. Quam lectionem & interpretes coniectura assequuti videntur. Vnus enim vertit, Hoc modo eluserunt legem. Alter, (magis etiam significanter) Legem huiusmodi commento eluserunt.

P. 860. f. 2. In quibusdam scriptum est ἀπίχθης.

P. 861. c. 6. Nemo (vt opinor) negare possit motum sua sede esse articulum τοῦ; & hunc in eum reponendo, scribendum esse τὰ μὲν πρῶτα δυο τοῦ ὀνομάτων.

P. 862. e. 2. Non dubito quin scribendum sit ἐπέτραπο.

P. 863. f. 2. & 3. v. παρέμενε) Vnus interpretũ hunc locum ita reddit acsi πολοὺς expungendum esset. Sic enim vertit, Verum quod laudari se mirum in modum gauderet, vehemensque cupiditas gloriæ, quam ad extremum vsque retinuit, effecerunt vt sæpe ab optimis deturbaretur cogitationibus. In qua interpretatione animaduertendum etiam est, non solum omitti accusatiuum πολλοὺς, sed etiam subaudiri pronomen αὐτόν: perinde ac si scripsisset Plutarchus, καὶ πολλάκις αὐτὸν τοῦ ὀρθῶν ἐπιτραχήλου λογισμῶν. At ego, nisi insolens mihi videretur hæc verbi ἐπιτραχήλω constructio, Plutarchum scripsisse putarem, ὃ καὶ πολλοὺς πολλάκις &c. Quum autem de illa constructione dubitem, lubenter alteram hanc interpretationem amplector) secundum quam πολλοὺς τοῦ ὀρθῶν λογισμῶν per genitiuum partitionis dictum fuerit pro πολλοὺς λογισμοὺς ὀρθοὺς. Verumenimvero auebat supramodum celebrari, tenebatque eum perpetuo cupiditas immensa gloriæ, quæ multa eius præclara consilia frequenter interpellauit.

P. 864. a. 3. Non dubito quin desit hic aliquis datiuus qui cum εἴθιζον iungatur, simulque cum genitiuo ὀνομάτων. Nisi præcederet γνώσιν, credi posset eum scripsisse τοῦ ὀνομάτων γνώσει. Fortassis autem credibile fuerit eum τῇ τοῦ ὀνομάτων scripsisse, subaudiendo ipsum nomen ex fine præcedentis periodi.

Ibid. e. 3. Pro δωδεκα legitur etiam δεκα.

P. 865. e. 1. Reponendum est ἕπου.

Ibid. e. 6. In præcedentibus editionibus non habetur participium istud δοκῶν, sine quo tamen, aut alio quopiam huiusmodi, stare sententia non potest.

P. 871. f. 5. Legitur etiam τὰ πρόγματα.

P. 877. b. 9. Videtur dicendum potius fuisse πρὸς τὸν Γαλίαν: Paulo post autem καλεῖσθαι ex vet. cod. mutaui in καλεῖν αὐτόν.

P. 881. b. 5. Repono συγκατάθεσιν.

P. 885. a. 6. In quibusdam vet. cod. post εἰς θάλασσαν additur εἰς Ἄυρα.

P. 887. b. 4. Scribendum potius μεγαλοπρεπέστερος.

P. 889. d. 4. Pro Κόρραιν legitur & Φεραίν.

Ibidem e. 7. Non ὀπφαίνα sed ἐνῆφυεν quidam codices habent.

P. 892. b. 2. Rectius scribetur ὀλιγοπυρεύσειν.

P. 893. a. 1. Reponendum videtur αὐταγλῶ.

Ibid. e. 1. Si pro ἰῶν scribas ὧν, parentheseos nota verba hæc includenda non fuerint.

Ibid. f. 5. Vide num potius scribere oporteat κρεαδαισίας.

P. 894. b. 9. Legitur etiam τῷ τοῦ Διονυσίων ἐγένετο.

Ibid. c. 9. Vt stet versus, scribendum puto, ἡμᾶς ποιοῦν τ' αὐθρωπίνας. Interdum enim corripi verbi ποιοῦ priorem syllabam, satis notum est.

Ibid. e. 2. Legitur etiam δεδόχθαι, & Ἀθηναίων pro Ἀθηνῶν, paulo post. Fortasse autem non male quis suspicetur δέδοκται fuisse scriptum: vt videmus in aliorum quorundam ψηφισμάτων principio scribi. Quinetiam hæc duo verba ἀγαθῇ τύχῃ seorsim legi posse videntur.

P. 895. a. 6. Scribendum puto τὸ Εὐριπίδειον. Fuit autem fortassis in causa cur omitteretur articulus hoc in loco is qui proxime præcedit. Quod si non scribamus τὸ Εὐριπίδειον, scribendum fuerit (vt opinor) Εὐριπίδειον ὀκεῖνο.

P. 897. b. 9. Possint fortassis hæc interrogatiue etiam legi.

P. 898. c. 4. In præcedentibus editionibus desideratur genitiuus μνῶν.

Ibid. c. 6. Scribendum puto ἀπὸ ἕξ καὶ εἴκοσι.

P. 898. e. 5. Pro δέθεσιν inuenitur etiam scriptum δέλιτιν.

Ibid. e. 6. In præced. edit. legitur πλοις: pro quo minime dubium est quin scribendum fuerit πλοι: vt habes hic. sed perperam ante πλοι & ἔχειν posita fuit interpunctionis nota. Constat enim sensum esse, Cui parum aberat quin absoluta esset.

Ibid. e. 9. Vel ἐμπρῆσαι αὖ vel ἐμπρήσειν Plutarchum scripsisse puto.

P. 902. e. 4. Locus hic aliquamdiu me torsit: sed coniectura tandem veram lectionem assequutus mihi videor. vt nimirum scribatur, πῶς γὰρ (οὐ τοῦ) πολὺ ἐμοῦ σκοπὸν ἔχουσι; Quum autem initio putarem interpretes quoque quod subest mendi deprehendisse, animaduerti omnes aliquem alium quam verum (id est, eum quem verum esse puto, & quem, vt opinor, ipsimet verum esse fatebuntur) finxisse. Vnus autem ita vertit, Quo vero proposito isti (inquit) me petunt? Alter hoc modo, Nimirum (inquit) nam quis me defendit? Quidam vero significari putauerunt, Quo signo me internoscunt? sed quis vnquam σκοπὸν in illa istarum significationum vsurpauit? Præsertim autem de duabus posterioribus loquor. Nam in prima expositione datur quidem huic nomini significatio quam habere constat: quum dicit, Quo proposito isti me petunt? sed ἐμοῦ expungendum esset. Adde quod hæc responsio non satis apta fuerit. At legens, vti dixi, πῶς γὰρ πολὺ ἐμοῦ σκοπὸν ἔχουσι, & propriam nominis σκοπὸς significationem retinebimus, & responsum non interrogationi solum sed iis etiam quæ Plutarchus narrat aptissimum habebimus. Quum enim ab omnibus propemodum deseri se videret, aliis ad hostes deficientibus, aliis terga dantibus, iure optimo illi qui dicebat multos hostes in eum tendere, respondet, Quem enim alium quam me scopum habent? Perinde ac si diceret, Nil mirum: quum solus ego illis velut scopus propositus sim. Loquitur autem tanquam de tela dirigentibus.

P. 904. a. 4. Reponendum puto genitiuum σκιωῆς pro accusatiuo σκιωιὶ.

Ibid. c. 5. Legitur etiam παύσας.

Ibid. c. 7. Seruata fuit hic omnino aliarum editionum scriptura habentium itidem ὀνήσω & disiunctum, & litera ω habente ι subscriptum. Hoc enim semper faciendum censui, in huius & aliorum pariter scriptorum locis deprauatis, & quorum emendatio manifesta non est, vt lectio quæ in aliis editionibus habetur, sine vlla vel leuissima mutatione retineretur. quoniam sæpenumero comperi in iis quæ primo aspectu offendere possint, tanquam deprauationem augentia, veræ lectionis vestigia tandem inueniri. Ità igitur ex ὀνήσω facere nolui ὀνήσω, à verbo ὀνίημι: quamuis non ignorarem, Budæum, Galliæ nostræ simulque doctrinæ literarum Græcarum lumen, ita legere, tanquam de hac lectione nullo pacto ambigentem. Ἐνίημι, (inquit) In animum induco. Plutarchus in Demetrio, οὐ μὴν ἐνέηκε Δημήτριος, &c. Atque hanc Budæi interpretationem vnus interpretum sequitur, ita vertens hunc locum, Nihil trepidauit tamen Demetrius: sed, vt sexcentis pugnis aliis (inquit) victus sim, non inducam in animum vt Seleuci affinitatem amplectar mercede. Atque vrbes illas præsidio firmauit. Alter autem ita vertit, Neque vero Demetrius concessit, sed inquiens, se, ne si millies quidem victus esset, nunquam mercede sibi Seleucum gene-

rum adſciſcere dignaturum, vrbes eas præſidiis muniit. At ego ἀνηθέναι nec pro in animum inducere poſſe dici exiſtimo, nec ἀνηθέναι χαμβρὸν pro Adſciſcere generum. ſi tamen alterutram harum interpretationum eligere neceſſe foret, poſteriorem, vt è duobus malis minus, eligerem.

Ibid. e. 6. Duriuſcula eſt infinitiui ἡγεῖσθαι repetitio. ideoq; ſatius fuerit expungere, præſertim quum in quibuſdam vet. codicibus non habeatur.

P. 905. c. 4. Malit quis fortaſſis ἀφ' ἑαυτῶ.

P. 906. c. 7. Poſt αὐτῶ expungendam cenſeo interpunctionis notam, Vt δρᾶν iungatur cum μὴ δεδιυγεῖν. Quæ tamen orationis ſtructura parum mihi placet, ſed non video quam aptiorem excogitare quis hoc loco poſſit. Vnus interpretum ita vertit, Nam quum cauere ſibi nollet, ne cauere viciſſim doceret illum, dum cunctatur efficere ne ille euadat, inſidiis quas machinabatur, eſt occupatus. Quæ interpretatio iungit ὃ ἐμηχανᾶτο cum παθὼν ἔφθασε. Sed mirum videri poſſit cur non potius dixerit Plutarchus, δρᾶν μέλλων αὐτὸς, continuando ſub eodem caſu quod de vna eademque perſona dicitur. Alter autem interpres loci huius ſententiam potius quam verba conatus eſt interpretari. ita enim eum reddit, Hic Alexander metuens ne ſi ab hoſpitio Demetrii ſibi caueret, eum quoque quem in conuiuio necare ſtatuerat, cautiorem ſuo exemplo redderet, ſeipſum in manus Demetrii prior tradidit. Equidem abſimile vero non eſt, Plutarchum vel aliter ſcripſiſſe, vel aliqua quæ hic deſunt verba interiecisſe.

Ibid. d. 5. Aut expungendam eſſe præpoſitionem ὡς, aut in αὐ mutandam arbitror.

P. 911. a. 5. Pro τραγικῆς legitur etiam σφαπηλικῆς: ſed τραγικῆς genuinam lectionem eſſe puto: quum ante dictum ſit itidem, οἱ δ' ἄλλοι, καὶ μάλιστα Δημήτριος, ὡς ὄντα σκληρὸν τὸ βάρος ὑποκρίνοιντο τὸν ὄγκον τοῦ ἀνδρός. Quibus ſubiungit, ὧν δὲ ὡς ἀληθῶς τραγῳδίαν μεγάλην ἔδει τὸν Δημήτριον.

Ibidem e. 8. In præcedentibus editionibus legitur αὖθις: ſed non dubium eſt quin αὐτῆς (vt habent vet. codices) germana ſit lectio. Atque adeo extat & in alio Plutarchi loco, nimirum in libro περὶ πολυπραγμοσύνης: vbi eoſdem verſus affert.

Ibid. d. 1. Pro αὔξησις & φθίσις. legitur etiam πάξεις & ἀποθέσεις. quæ lectio mihi non placet ac præſertim illud πάξεις.

P. 913. f. 4. Pro τύχῃ legitur etiam χάριν. quod vocabulum minime admittendum cenſeo, ſed potius retinendum τύχῃ. Verum paulo poſt ex διδούσῃ faciendum cenſeo διδοῦσαν: vt ad τύχῃ referatur. Ambo certe interpretes ita legiſſe videntur. Vnus enim vertit, Et re nuntiata negauit Seleucus, ipſius fortuna incolumem eſſe Demetrium, ſed ſua: quæ cum reliqua felicitate humanitatis ſibi & clementiæ materiam oſtenderet ac præberet. Alter autem hoc modo, Seleucus Demetrii ſalutem fatus non ipſius ſed Seleuci bonæ fortunæ adſcribi debere, quæ ſibi præter reliqua bona materiam etiam humanitatis clementiæque exercendæ obtuliſſet, adminiſtris mandauit &c.

P. 904. a. 1. Poſt ὑποδοχῶ adiectum habent quidam cod. accuſatiuum μεγαλοφρέπειαν, præfixa particula καὶ: ſed expungendum fuerit aduerbium μεγαλοφρεπῶς, ſi accuſatiuum illum addere velimus.

Ibid. d. 2. Repoſitum fuit ἐπέφλε pro ἀπέφλε, ex veter. cod. Sed in iiſdem habentur datiui loco iſtorum accuſatiuorum præfixam habentium præpoſitionem πρὸς: neque ὑὸν ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος ſeparant, vt hic ſeparari videmus. Ita enim ſcriptus eſt in illis hic locus, ἐπέφλε πῆς πρὸς τὸν υἱὸν & πῆς πρὸς Ἀθήναις & Κόρινθον ἡγεμόσι & φίλοις.

P. 921. a. 7. Rectius fortaſſe πρὸς τὸ αἰαχρρεῦσαν.

Ibid. d. 1. Pro βασιλευόντων minime dubium eſt quin reponi debeat βασιλευομένων, aſſentientibus etiam veter. exemplaribus. Ideoque recte interpretes ab altera illa lectione diſceſſerunt.

Ibid. d. 6. Legitur etiam, Καῖσαρ ὁ τῆς ἀρχῆς ἀπέστη.

P. 922. d. 6. Pro ἀδελφῆς repone ἀδελφιδῆς, vt repoſitum fuit paulo ante, καὶ τὸν τῆς ἀδελφιδῆς υἱὸν Ὀκτάβιανον. Nam hic quoque ἀδελφῆς præcedentes editiones habent.

Ibid. f. 2. In vet. cod ſcriptum eſt ἀκεῖνο τὸ βυλεύ. quæ conſtructio minime reiicienda, ſenſum alioqui eundem efficiens.

P. 923. c. 8. Legitur etiam ἀφεστραπτεδεύσας: ſed ita legendo nullus erit aduerbii πλησίον vſus.

P. 925. c. 2. Additum fuit ex vet. cod. hoc verbum ἐκέλευσεν. Paulo poſt autem, male repetita ſunt in præcedentibus editionibus illa verba πολλῶν χρημάτων ἀξίαν ὄντα: ideoque & hic vet. exemplaria ſequuti ſumus. Et paucis interiectis ex πρὸς ἑῶας fecimus πρὸς ἕω, ex eorundem autoritate: ſed fortaſſis retineri etiam poſſit ἑῶας expuncta præpoſitione. Verum ante δέξαιμεν præpoſitionem abeſſe mallem.

Ibid. d. 6. Scribendum potius ἔτρεπε, vt in vet. cod. ſimulque αὐτῆς reponendum pro αὐτῶ. Id eſt, Relaxationem ſuam (intellige, relaxationis ſuæ tempus) ad eas res conuertebat.

Ibid. d. 7. Pro ὀπωνία rectius ſcribetur ὀπωνικὴς, vt in vet.

P. 926. b. 8. Poſſumus τοῦτο iungere ſequentibus, vt intelligamus, εἰ μὲν γὰρ ἔλληφας τοῦτο.

